






BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS XII.



VENETIIS CIƆ IƆCCLXXVIII.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.


KING'S INNS
LIBRARY
DUBLIN

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

ISAACO SYRO,

NINIVES URBIS EPISCOPO.

I. IN excudendo fcriptoris hujus opere cui titulus *de contemtu mundi*, illud infcripfimus [1]*fancto Ifaaco presbytero ecclefiæ Antiochenæ*, de quo verba facit Gennadius [1] quem & Marcellinus exfcribit *Patricio & Ricimere coff.* auctoritate nimirum Trithemii [2], Naironi [3], Combefifii [4] aliorumque in errorem abrepti. At vero poftmodum ab Affemano [5] & Fabricio [6] meliora edocti, presbyterum Antiochenum a Ninivitarum epifcopo de quo heic fermo, nunc demum diftinguimus; quum prior integro fere fæculo pofteriorem anteceffiffe agnofcatur. Ifaacus enim fenior Gennadianus fcripfit *adverfus Neftorianos & Eutychianos ; ruinam etiam Antiochiæ eleganti carmine planxit*. Atqui, ut verbis utar V. C. [7], Neftorius anno Chrifti CCCCXXXIX. hærefim fuam publicavit; Eutyches vero circa annum Chrifti CCCCXLVIII. Antiochiæ demum ruina contigit anno CCCCLIX. Neque diu poft illam cladem Antiochenam fuperftitem eum fuiffe colligimus ex ipfo Gennadio, qui fupremum diem claufiffe ipfum tradit *Leone & Majoriano imperantibus*, ut recte habent vetufti codices mss. Vaticanus & Corbejenfis; non autem *Leone & Marciano*, ut mendofe vulgati. *Leo* fiquidem *Marciano defuncto fuccedit*, inquit Marcellinus, *Conftantino & Rufo* coss. [8], *ejufque voluntate* Majorianus *apud Ravennam Cæfar eft ordinatus*. At Majorianus occidentis imperio fimul ac vita fpoliatus fuit anno CCCCLXI. Dagalaifo & Severino C coss. Deceffit igitur magnus Ifaacus presbyter circa annum CCCCLX. quum ultra annum CCCCLXI. ejus obitus differri non poffit, quo vitam cum morte commutavit Majorianus; neque retrahi ante annum CCCCLIX. quo ipfe Antiochiæ urbem gravi terræ motu concuffam ac disjectam carmine lugubri planxit. Cladem namque Antiochenam eo anno contigiffe, fecus atque Scaliger, Calvifius, Petavius ac Pagius cenfuerunt, ex probatis auctoribus evincere ftudet vir doctiffimus cujus modo meminimus; qui & ejufdem fancti Ifaaci opera ex codicibus mss. Vaticanis late recenfet.

II. Jam vero, ut de noftro ISAACO Syro Ninives urbis epifcopo fermonem habeamus, operæ pretium fuerit heic paucis contrahere, quæ fufe de eo refert laudatus Affemanus [9] ex anonymi præfatione ad ejufdem Ifaaci opera, quæ Arabico quidem fermone, fed litteris Syriacis exftant in codice Nitrienfi XX. Ex eo itaque fcriptore intelligimus, A præfatum Ifaacum Syrum genere monafticam vitam in cœnobio fancti Matthæi fuiffe profeffum: ubi doctrina & afcetica obfervantia præftans, poftquam vitæ cœnobiticæ inftitutis rite perfunctus fuiffet, in cellulam a monafterio diffitam fecefflt, ibique ab hominum confortio fegregatus diu permanfit. Verum quum ejus doctrinæ & fanctitatis fama percrebuiffet, ad fedem magnæ urbis Ninives fuit evectus. At vero vel ipfa prima ordinationis die, ob duorum litigantium infolentiam, rurfum folitariæ vitæ ftudio ductus epifcopatu fe abdicavit ac Scetenfem eremum petiit; ibique ad obitum ufque commoratus, ad fummum fanctimoniæ culmen pervenit. Quæ quidem ex anonymo fummatim defcripta B cujus modo mentionem fecimus, plane evincunt, ut jure arguit Affemanus, Lambecii [10] & Cavei [11] conjecturam nequaquam effe admittendam, exiftimantium noftrum Ifaacum poft abdicatum epifcopatum ex eremo in Italiam veniffe, ac prope Spoletum in afceterio ab ipfo condito reliquum fuæ vitæ tempus tranfegiffe: quo femel pofito, unum eumdemque cum Ifaaco illo cenfent, de quo fermonem habet fanctus Gregorius magnus [12]. Nofter enim Ifaacus ex Mefopotamia non in Italiam, fed in Ægyptum perrexit, ubi fupremum in Scetenfi eremo diem claufit, ut modo ex memorato fcriptore anonymo audivimus. In eamdem ferme fententiam Fabricius [13].

III. Porro de hujus Ninivitarum antiftitis litterarum monumentis verba faciens Sobenfis apud Affemanum, hæc habet [14]: *Ifaac Ninivita feptem compofuit tomos, de regimine fpiritus, de divinis myfteriis, de judiciis & politia*. Quorum recenfionem ex codicibus Syriacis, Arabicis & Græcis Vaticanis inftituit V.C. Aliis etiam in bibliothecis Græce exftant: nimirum in Vindobonenfi, Coislinia na & Bodlejana, prout eas memorat fæpe laudatus Fabricius [15]. Quibus addenda præterea bibliotheca regia Taurinenfis [16]; ubi ex codice Græco CCCLI. omnes defcribuntur *Ifaaci Syri Ninivitanæ urbis epifcopi fermones afcetici, ex Arabica lingua in* D *Græcam converfi a Patricio & Abramio monachis monafterii fancti Sabæ*, ὑπὸ τȣ͂ ἀββᾶ Πατρικίȣ κ τȣ͂ ἀββᾶ Ἀβραμίȣ, τῶν φιλοσόφων, cet. Cl. Cangius pæne fimilem Cæfarei codicis infcriptionem referens, obfervat [17] *monachos* dici Græcis φιλοσόφȣς, ut & φιλοσοφεῖν *monachicam vitam profiteri*. Neque heic prætereundum, quod tradit Caveus [18],

1. *Gennad.* de fcript. eccl. cap. LXVI.
2. *Tritbem.* lib. de fcript. eccl. cap. CXLVII.
3. *Nairon.* Evopl. part. I. cap. II. num. 22.
4. *Combef.* Bibl. PP. concion. tom. I. in Recenf. auct. p. 25.
5. *Affeman.* Bibl. orient. tom. I. pagg. 207. & 444. feqq.
6. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. X. pagg. 168. feqq.
7. *Affeman.* l. c. pagg. 207. 210. & 214.
8. *Marcellin.* in Chron.
9. *Affem.* Biblioth. orient. tom. I. cap. XXXIV. pagg. 444. feq.
10. *Lambec.* Comment. lib. V. pagg. 74. feq.
11. *Cav.* Hift. litter. tom. I. pag. 519.
12. *Greg. M.* Dialog. lib. III. cap. XIV.
13. *Fabric.* l. c. pag. 171.
14. *Sobenf.* Catal. pag. 62.
15. *Fabric.* l. c. pagg. 171. 172.
16. Bibl. Taurin. part. I. pagg. 473. feqq.
17. *Cang.* Gloffar. Gr. tom. II. pag. 1678.
18. *Cav.* l. c. pag. 520.

horum scilicet sermonum interpretes in bibliothecæ Bodlejanæ catalogo pag. 43. vocari Abramium & Isaacium; neque aliter eos appellari in codice XXIII. regio Alexandrino Vaticano, teste Assemano [1]: quod tamen haud probatur Fabricio [2]; & jure quidem: nam ex aliis pluribus codicibus alterum interpretem non *Isaacium*, sed *Patricium* constanter dici compertum habemus.

IV. Ex his vero Isaaci Ninives episcopi sermonibus asceticis priores tantum quinquaginta tres velut unus liber sub titulo *de contemtu mundi* Latine prodierunt, *Isaaci Antiocheni episcopi* nomine inscripti; sed perperam, ut superius monuimus: neque præterea satis emendati; quorum proinde loca nonnulla in subjectis notulis pro viribus restituere studuimus. At vero vix dum e prelo jam evaserat editio nostra, quum ecce tibi ex Actis Eruditorum nobis forte oblatis intelleximus [3], Græcam eorumdem Isaaci sermonum versionem evulga- A tam Lipsiæ fuisse anno 1770. 8. studio Nicephori Theotokii; cujus editionis hæc fertur inscriptio: *Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ ἐπισκόπου Νινευῒ, τοῦ Σύρου, τὰ εὑρεθέντα ἀσκητικά, ἀξιώσει μὲν τοῦ μακαριωτάτου, θειοτάτου καὶ σοφωτάτου πατριάρχου τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλὴμ καὶ πάσης Παλαιστίνης, κυρίου Ἐφραίμ· ἐπιμελείᾳ δὲ Νικηφόρου ἱερομονάχου τοῦ Θεοτόκου ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθέντα.* Discimus autem ex iisdem Actis cl. editorem duobus codicibus usum fuisse, quorum alterum typis describendum consignavit; alterius vero varias lectiones singulis paginis subdidisse; adspersisse præterea non raro sermonibus ipsis animadversiones, quæ vel sensum locorum obscuriorum bene illustrant, vel va- B rias lectiones, interdum etiam conjecturas & Latinæ versionis collationem continent. Quæ quidem Græca editio utinam vero nobis opportune comperta fuisset: ea siquidem nostram comtiorem sane utilioremque reddidisset.

1. *Assem.* l. c. pag. 446. 2. *Fabric.* l. c. pag. 171. 3. Act. Erud. Lips. ann. 1770. pagg. 283. seq.

CAPUT II.

DE

S. LEONE

EPISCOPO SENONENSI.

I. Pauca sunt admodum quæ de S. Leone antistite Senonensi litterarum monumentis consignata noscuntur. Exstat epistola S. Remigii Remensis præsulis, tribus episcopis inscripta, Heraclio, Leoni & Theodosio, de quodam Claudio presbytero, in cujus caussa spretum se ab illis fuisse conqueritur; quam quidem post Sirmondum [1] & Cointium [2] alibi excudendam curavimus [3]. Ex tribus illis episcopis non dubitat Cointius [4], quin duo pontificatum gesserint in provincia Lugdunensi quarta, Heraclius nempe Parisiis atque Antissiodori Theodosius: hi namque concilio Aurelianensi I. interfuere anno Domini DXI. coacto: ac proinde tertius fuisse videtur noster Leo Senonensis ejusdem provinciæ metropolitanus. Ejusmodi autem epistolam scripsit Remigius post obitum Clodovei regis, *qui* ERAT, inquit, *non solum prædicator fidei catholicæ, sed defensor*. Decessit vero Clodoveus anno DXI. desinente, paucis post dimissum præfatum concilium Aurelianense I. ut ex vetustis monumentis tradunt Hadrianus Valesius [5] & Cointius [6]; adeoque ut maxime anno DXII. non autem DX. ut ait Papebrochius [7], scripta fuerit Remigiana illa epistola.

II. Porro ex dictis sedem Senonensem eo saltem anno DXII. jam tenuisse Leonem intelligimus. Quid vero præclari exinde præstiterit in suæ diœcesis regimine, illud unum memoriæ proditum, *Melodunenses* videlicet *nondum plene conversos per sanctum Aspasium Elosanum episcopum Christo acquisivisse*. C Leguntur isthæc in Breviario Senonensi X. Kal. Maii, unde illa exscripsit laudatus Cointius [8]. Ceterum per Orbatum presbyterum concilio Aurelianensi II. interfuit, quod *anno* XXII. *domni Childeberti regis*, hoc est anno Christi DXXXIII. celebratum fuisse confirmat Honorati episcopi Bituricensis metropolitani subscriptio: ut post Valesium [9] docent Cointius [10], Pagius [11] & Historiæ litterariæ Gallicæ auctores [12]. Qua de re duplex mendum apud Papebrochium [13] occurrit: alterum, quod *Orbati* loco nominatur *Optatus*; alterum vero quod concilium illud habitum scribitur anno Christi DXXXI. Nam quum e vivis excesserit Clodoveus anno DXI. ut superius vidimus; annus igi- D tur XXII. Childeberti ejus successoris nos ducit ad DXXXIII.

III. Qui autem per vicarium suum adfuit Leo synodo Aurelianensi II. ipsemet ad III. accessit; quam scilicet fuisse coactam *die Nonarum mensis tertii*, seu Nonis Maii, *anno* XXVII. *domni Childeberti regis*, ut fert subscriptio Lupi ecclesiæ Lugdunensis provinciæ primæ metropolitani episcopi, hoc est, anno Christi DXXXVIII. ut perhibent scriptores modo citati, Valesius [14], Cointius [15] & Pagius [16]. Hinc rursus corrigendus Papebrochius, qui synodum istam illigat anno DXXXVI. Haud tamen interfuit sanctus antistes concilio Au- E relianensi IV. triennio post III. habito, ut ex ejus canone XXVII. constat, ubi hæc leguntur: *Si quis post synodi Aurelianensis* ANTE HOC TRIENNIUM

1. *Sirm.* Concil. Gall. tom. I. pag. 204.
2. *Coint.* Annal. eccl. Francor. ad ann. 512. §. II.
3. Bibl. PP. tom. X. pag. 805.
4. *Coint.* l. c. pag. 293.
5. *Hadr. Valef.* Rer. Francic. lib. VI. tom. I. pagg. 313. seq.
6. *Coint.* l. c. ad ann. 511. §. LII.
7. *Papebr.* Act. SS. April. tom. III. pag. 31. num. 2.
8. *Coint.* l. c. ad ann. 538. §. LXXI.
9. *Hadr. Valef.* l. c. pag. 379.
10. *Coint.* l. c. ad ann. 533. §. XXXV.
11. *Pagi.* ad ann. 536. §. XVII.
12. Hist. litter. de la France, tom. III. pag. 244.
13. *Papebr.* l. c.
14. *Hadr. Valef.* l. c. pag. 478.
15. *Coint.* l. c. ad ann. 538. §§. LX. LXI. LXVI.
16. *Pagi.* ad ann. 540. §. VI.

constituta, cet. Celebratum fuit igitur concilium hujusmodi anno Childeberti regis xxx. Christi autem DXLI. Persequitur hæc fusius Cointius [1]: qui & caussam prodit [2], cur ab eodem concilio noster præsul Senonensis abfuerit; dissidium nempe inter ipsum & Childebertum regem intercedens, quod ecclesiæ suæ jura strenue defenderet. Rem vero palam aperit ipsius epistola ad eumdem regem quam edidimus. Ex ea nimirum intelligimus, urbem Senonensem metropolitanam sub ditione Theodoberti regis fuisse; Melodunum vero eidem sedi metropolitanæ subjectum, non ipsi Theodoberto, sed ejus patruo Childeberto paruisse. Quum itaque Childebertus Meloduni sedem episcopalem statuere contenderet, obstitit Leo Senonensis metropolitanus, ad cujus urbis diœcesim etiamnum pertinet castrum illud. Quamobrem Childebertus rex Leonem acerrimum jurium suorum propugnatorem expertus, nec ipsum antistitem nec ejus nomine visitatorem venire Melodunum permittebat. Hinc Leonis epistola qua regem deprecatur, ne Meloduni, hoc est, in diœcesis suæ parœcia, novus fiat episcopus, ubi numquam antea fuerat.

IV. Quo autem anno scripta sit epistola, haud plane compertum. Quandoquidem vero in ea senem se dicat Leo atque infirmum, non diu superstes post annum DXLI. fuisse videtur. Leonis certe successor Constitutus ex provincia Lugdunensi quarta interfuit concilio Aurelianensi V. quod, ut patet ex subscriptione Sacerdotis episcopi Lugdunensis provinciæ primæ, celebratum fuit v. *Kal. Novembris anno* XXXVIII. *regni domni Childeberti regis*, id est, anno Christi DXLIX. [3] Neque aliter Hadrianus Valesius [4]. Hinc iterum non admittenda temporis notatio Papebrochii [5], annum DXLVII. hujusmodi concilio tribuentis. Recolitur sancti Leonis Senonensis memoria in Martyrologio Romano x. Kal. Majas. In Breviario autem ecclesiæ Senonensis, ut refert sæpe laudatus Cointius [6], sub eadem die sic legitur: *Episcopali officio digne functus, & præmia æterna consecutus, sepultus est in ecclesia sanctorum Gervasii & Protasii in suburbio Senonensi; ad cujus invocationem multas ægrorum curationes & miracula Deus operatus est. Unde factum, ut ea ecclesia in parœcialem titulum evadens, ipsius sancti Leonis nomine fuerit deinceps appellata.*

1. *Coint.* l. c. ad ann. 541. §. II. seqq.
2. *Id.* ibid. §. LXXI.
3. *Coint.* l. c. ad ann. 549. §§. XXI. XLVII.
4. *Hadr. Vales.* l. c. pag. 478.
5. *Papebr.* l. c. num. 4.
6. *Coint.* l. c. ad ann. 541. §. LXXI.

CAPUT III.

DE RUSTICO

S. R. E. DIACONO.

I. PAuca suppetunt quæ de RUSTICO S. R. E. diacono dicenda occurrunt, nec aliunde repetenda quam ex Vigilii papæ sententia, in eumdem Rusticum & Sebastianum ejus collegam lata, quæ inter acta concilii generalis V. refertur, collationi VII. intexta [1]. Quod quidem jam antea præstitere viri doctissimi, Baronius [2], Norisius [3] & Pagius [4]; quos proinde presso pede affectati, ejusmodi narrationem instituimus. Vigilius itaque Constantinopoli synodo habita, & diuturnioris in urbe regia moræ impatiens, quin & imperatoris Justiniani violentiis fractus, Judicatum scripsit, in quo hactenus propugnata tria capitula, mutata postea sententia damnavit, hac tamen clausula adjecta, *Salva in omnibus reverentia synodi Chalcedonensis*. Id vero contigit currente anno DXLVIII. Vigilio tunc aderant Rusticus & Sebastianus, doctissimi Romanæ ecclesiæ diaconi: quorum prior, pontificis nepos, lecto Judicato, palam professus est: *Melius fieri non potuit quam quod factum est Judicatum*: posterior vero, *De cælo Judicatum ordinatum*, ait.

II. At vero iidem diaconi, magni illi paullo ante Judicati præcones, ab Africanis mox impulsi, adversus ipsum Vigilium rebellarunt. Id vero in primis molitus est Felix Gillitani monasterii in Africa hegumeni, qui hanc ob caussam Constantinopolim se contulerat: & licet hic primum a laudatis Vigilii papæ diaconis rejectus fuisset, eo quod ipsius pontificis communionem vitaret; dolo tamen ipsius Felicis ac persuasionibus victi, exeunte hoc ipso anno DXLVIII. a priore sententia discessere, ac perfricta fronte a Vigilii communione segregati, litteras quaquaversum disseminarunt quibus significabant, Vigilium *aliquid scripsisse quod reperiatur adversum definitioni sanctæ Chalcedonensis synodi*, prout in scripto contra eosdem anathemate loquitur ipsemet Vigilius. Hinc vero undique ab episcopis orthodoxis querelarum plenæ ad eumdem pontificem epistolæ scriptæ, maximumque fuit in Ecclesia schisma conflatum.

III. Quamobrem intelligens Vigilius in grave damnum vertere totius Ecclesiæ unitatis, si tantis malis occurrere diutius differret, justa adversus eosdem diaconos qui hostium numerum auxere, indignatione commotus, ubi ad meliorem frugem eos reverti nolle cognovit, utrumque anathemate perculsum dignitate ac gradu submovit. Vigilii censuram cujus fit mentio in epistola Justiniani ad V. synodum, recitat Baronius [5], eamque illigat anno DL. Neque aliter Pagius [6]; qui præterea ex litteris Vigilii ad Valentinianum episcopum Tomitanum a Baronio relatis [7], eamdem depositionis sententiam latam fuisse ante diem XVIII. mensis Martii ejusdem anni DL. jure arguit: ubi & disputat contra Garnerium, qui id contigisse anno superiore DXLIX. contendit [8]. At Norisius licet non repu-

1. Concil. tom. VI. pag. 183. edit. I. Ven-Labb.
2. *Baron.* ad ann. 550. §§. XV. seqq.
3. *Noris.* Differt. hist. de Syn. V. cap. IV.
4. *Pagi.* ad ann. 548. §§. V. seqq.
5. *Baron.* ad ann. DL. §. XVI.
6. *Pagi.* ad ann. 550. §§. IV. & V.
7. *Baron.* ad ann. 550. §. II.
8. *Garn.* Differt. de V. Synod. cap. V. §. IX. & in Auctar. Theodor. pag. 521. num. III.

gnare se Baronio testetur, tamen sententiam sibi A minus probatam innuere videtur [1]. Quid vero exinde Rustico evenerit, eum in exsilium jubente Justiniano fuisse deportatum cum Felice Afro tradit Sirmondus [2]; quod nimirum v. synodo scriptis suis obtrectarent. Quam in sententiam Victorem Tununensem sic loquentem inducit: *Post consulatum Basilii V. C.* XVIII. (anno scilicet DLVII.) *Felix hegumenus monasterii Gillitani in exsilio apud Sinopem de hac vita migravit ad Dominum*. Verum heic nulla Rustici mentio. Sed respexerit vir doctissimus ad ea quæ paullo ante scripserat idem Victor, ubi palam de Rustici exsilio cum Felice hegumeno & sociis verba facit. Nimirum, quum Victor anno post consulatum Basilii XIII. coactam B synodum v. narrasset, subdit: *Ibi tria sæpe fata capitula cum defendentibus ea damnationi subjiciunt .... Quorum decretis Rusticus Romanæ ecclesiæ diaconus & Felix Guillensis monasterii provinciæ Africanæ hegumenus contradicentes scripto, Thebaida in exsilium cum sociis transmittuntur*: Anno igitur DLIII. Rusticus in exsilium pulsus; quo autem tempore supremum diem clauserit, incompertum.

IV. Scriptorem luculentissimum vocat Rusticum magnus Baronius [3]: qui & illud alibi addit [4], eumdem diaconum ad suam firmandam contra Vigilium pro trium capitulorum defensione senten- C tiam, commentarium per dialogismum scripsisse adversus Acephalos. Hanc vero illius *Disputationem adversus Acephalos* recensitam multisque in locis restitutam, ex bibliotheca Patrum Parisiensi protulimus. Quam quidem haud integram, sed fine decurtatam, ubi res de tribus capitulis agitabatur, ad nos pervenisse constat. Nam inter disputandum, quum hæreticum urgeret orthodoxus ut Dioscorum anathematizaret, ad hæc hæreticus [5]: *Nos interim*, inquit, *non de caussis singularum colloquimur personarum, sed de fide universaliter disceptamus*. *Hoc vero negotium illi servabimus tempori, quando de Diodoro, & Theodoro, & Iba, & Theodoreto disputabimus, caussam personarum quæstioni de fide mi-* D *scentes*. Ex quibus liquet hujusmodi opus mutilum esse sub finem, quum illic ea desint quæ sibi dicenda proposuerat auctor; ab aliquo forsitan eo præcisa consilio, quod in iis Rusticus acrius quam par esset Vigilium perstringeret. Hinc Baronius de hac ipsa Rustici *Disputatione* verba faciens [6]: *Demtis*, inquit, *ex libro illo spinis quibus ager fertilis abundabat, & vepribus quibus* IN ANGULO *silvescebat excisis, quæ remanserunt viro quidem docto sunt digna*.

V. Existimat idem Annalium ecclesiasticorum parens [7], Disputationem illam Rusticum inscripsisse Sebastiano diacono, suomet collegæ in schismate; B cujus nomen eamdem ob caussam fuerit forte subtractum. Hac autem ducitur conjectura ex his verbis in præfatione operis positis: *Memento*, ait, *Christianum te esse atque diaconum, & hoc summæ totius universitatis Ecclesiæ*, nempe Romanæ. Verum, inquit Baluzius [8], si quis ad verba Rustici attendat, is intelliget ad ipsummet Rusticum illa referri. Fingit enim se decrevisse manere in silentio, sed rationem sibi e contrario suggessisse, ut talenta non occultaret quæ ei commissa erant. Inter hæc ergo ratio quam loquentem inducit, ait: *Memento Christianum te esse atque diaconum*. At vero quo minus Baluzii sententiæ accedam, ejusdem Rustici verba obstant in ea ipsa præfatione paullo C ante sic loquentis: *Solum mihi reliquum est de tuis orationibus sperare*. Iterumque post locum antea relatum: *Tuæ de reliquo erit orationis, si bona fuerit dictio hominis, qui vix de rectitudine fidei sola præsumat*. Quibus sane verbis alium a se ipso Rusticum alloqui compertum videtur: ut propterea Baronii conjectura de Sebastiano diacono mihi una probetur. Ceterum eidem Baluzio assentior existimanti [8], Rusticum nempe quo de agimus, unum eumdemque cum illo fuisse, qui priorem versionem Latinam concilii Chalcedonensis cum antiquis codicibus contulerit. Uterque enim Acephalorum hostis ac trium capitulorum defensor ex locis allatis fuisse comperitur.

1. *Noris*. l. c. tom. I. pag. 598.
2. *Sirm*. in notis ad Facund. lib. contra Mocian. sub init.
3. *Baron*. ad ann. 518. §. XXXVII.
4. *Id*. ad ann. 548. §. IV.
5. Heic infra, pag. 67. b.
6. *Baron*. ad ann. 548. §. V.
7. *Id*. ibid. §. IV.
8. *Baluz*. præfat. ad tom. I. nov. collect. Conc. §. XXV. & pag. 1228.

CAPUT IV.

DE

JUNILIO

EPISCOPO AFRICANO.

I. JUNILIUS, incertæ urbis in Africa episcopus E apud recentiores vulgo censetur, quum tamen de illius episcopali dignitate nulla, quod quidem sciam, exstet apud veteres mentio: quin, si Fabricium audias [1], alii Uticensem, alii Adrumetinum fuisse præsulem autumant: ubi sane Fabricii diligentiam requiro, qui Labbeum præ oculis habens, quod ille scripsit de Primasio [2] de quo mox verba faciam, ipse de Junilio accepit. Cur vero adhuc hæream num Junilius umquam fuerit antistes, in caussa est ipsemet Junilius. Nam in sui operis præfatione Primasium alloquens, semel iterumque *venerabilem patrem* compellat, simulque *reverendissimos episcopos* ejus commemorat: qua quidem loquendi ratione Junilium haud usum forte fuisse quis duxerit, si eadem ac ille dignitate fuisset ornatus. Præterea noster auctor synodis Africanis nusquam interfuisse perhibetur, licet ea tempestate plures coactæ noscantur. Verum fac, inquies, quo tempore suum scripsit opusculum nuncupavitque Primasio, non fuerit episcopus; quid vero prohibet quin ad hanc dignitatem postmodum fuerit evectus? Quid si *patrem* appellavit Primasium ob venerandam canitiem, ipsemet ætate pariter ac sedis acquisitione junior? Quid porro si nonnullis conciliis Africanis Junilii nomen non invenitur sub-

1. *Fabric*. Bibl. med. tom. IV. pag. 600.
2. *Labb*. Differt. de scriptor. eccl. tom. I. pag. 663.

ſcriptum, aut ægritudine aut gravi alio impedimento detenti? His accedit codicum mss. auctoritas, in quibus par eſt credere Junilii noſtri operi epiſcopi nomen fuiſſe præfixum. His haud equidem repugnarim, ſi vulgaris ſententia certioribus documentis inniteretur. Utcumque tamen ſe res habeat, præſulatus honorem Junilio non invideo.

II. *Bonis artibus in ſæculo eruditus, & in ſcripturis ſanctis peritiſſimus, eloquio brevis & ſenſu acutus*, Junilius dicitur Sixto Senenſi [1]. Eum inter *introductores ſcripturæ divinæ* recenſet Caſſiodorius [2]. Scripſit enim auctor *de partibus divinæ legis libros duos*, in quibus Regulas ad ſacras litteras ediſcendas intelligendaſque perutiles tradit, quas B ſe accepiſſe teſtatur [3] ex quodam Paullo, Perſa genere, qui in Syrorum ſchola urbis Niſibenæ fuerat edoctus. Meminit hujus ſcholæ Senator [4], eamque ab Hebræis ſedulo excultam perhibet: ad quem ipſius Senatoris locum illuſtrandum Garetius cl. ejus operum editor, Junilii teſtimonium quod modo laudavimus, excitat. In hoc autem Junilii opere nonnulla caute legenda monuit Braſichellus [5]. Acerbius in hujus libelli auctorem invehitur Simonius [6]: at poſtmodum mitius illum excipiens, exiſtimat ejus opuſculum fuiſſe corruptum. Neque enim, inquit, fas eſt opinari, Africanum epiſcopum non ſolum nonnullos libros deuterocanonicos, verum etiam protocanonicos extra canonem C ſacrarum ſcripturarum poſuiſſe [7], atque adeo ignoraſſe tum quid hac de re ſanxerint Africana concilia, Hipponenſe nimirum anno CCCXCIII. coactum can. XXXVIII. & Carthaginienſe III. anno CCCXCVII. habitum can. XLVII. tum vero in primis quid ex Eccleſiæ ſententia docuerit ſanctus Auguſtinus, qui præcedentium conciliorum ſtatuta contracta exhibuit [8]. Nec Junilio parcit Martianæus in erudito *Tractatu hiſtorico de Canone librorum ſacræ ſcripturæ*, Gallice Pariſiis evulgato anno 1704. [9], digno plane qui accurate evolvatur.

III. Ceterum σπουδαστὴν Anglum, Leonardum Twelſium nactus eſt præſul hic Africanus. Is enim *Vindicias* inſtruens *divinæ auctoritatis Apocalypſeos* adverſus anonymum auctorem *Diſſertationis hiſtoricæ & criticæ de Apocalypſi* qui ſuas in partes traxerat Junilium: „ Scire diſſertator debebat, inquit, „ Junilium in libro ſuo non ſuas, ſed Paulli cujuſdam Perſæ ſententias exhibuiſſe, cujus regulas „ Chriſtianæ inſtitutionis tranſtulerit, & dialogi „ forma .... exhibuerit. Itaque Junilius concilio „ Carthaginienſi favere poterat, quamvis Paullus „ *ille Perſa de nonnullis canonicis libris* dubitarit. „ Hæc ille. Cujus Vindicias Anglice Londini editas anno 1732. dignas exiſtimavit Wolfius quæ in ſuis *Curis philologicis & criticis* ſiſteret [10]. Quod ſi Humfredus Hodius opus illud ſuum *de Bibliorum textibus originalibus* poſt popularis ſui Twelſii *Vindicias* evulgaſſet, vel potius ſive Simonii ſive Martianæi cenſuras in Junilii libellum conſcriptas perlegere non neglexiſſet, fortaſſe Afrum hunc antiſtitem inter Eccleſiæ Latinæ ſcriptores qui ſacrorum voluminum catalogos texuerunt, recenſitum nobis obtrudere deſiiſſet [11].

IV. Opuſculum ſuum nuncupavit Junilius Primaſio Adrumetino ſive Juſtinianopolitano epiſcopo qui anno DLIII. Vigilii papæ Conſtituto pro tribus capitulis ſubſcripſit. Miror equidem hæſiſſe Labbeum de Primaſii ſede, *quem ait alii Uticenſem, alii Adrumetinum cenſent*. Fabricius vero eumdem *epiſcopum in Africa Juſtinopolitanum* ſemel iterumque perperam appellat [12]. Quid porro cum Africa Juſtinopolis? Uterque igitur emendandus ex ipſius præſulis ſubſcriptione, quæ in actis conciliorum ſic effertur [13]: *Primaſius Dei gratia epiſcopus civitatis Adrumetinæ, quæ etiam Juſtinianopolis dicitur, concilii Byſaceni, huic Conſtituto quod beatus papa Vigilius in cauſſa trium capitulorum protulit, conſentiens ſubſcripſi*. Quod ſupereſt, Junilii opus prodiit primum Baſileæ anno 1546. curante Joanne Gaſtio, pluries deinceps excuſum; cujus varias editiones poſt Caveum [14] recenſet laudatus Fabricius [15]. Nos vero eam reliquis prætulimus, quæ exſtat in Bibliotheca Patrum Pariſienſi ann. 1644. [16] ceteris emendatior, quam & alicubi notulis illuſtravimus: quibus addas velim, ſi placet, Fabri- D cii emendationem [17] ad lib. II. cap. XXIX. ubi *teſtificatio* pro *rectificatio* legendum cenſet [18].

1. *Sixt. Sen.* Bibl. ſanct. lib. IV. tom. I. pag. 429. nov. edit. Neap.
2. *Caſſiod.* lib. de inſtit. divin. litter. cap. x.
3. *Junil.* præfat. infra pag. 79. b.
4. *Caſſiod* l. c. ſub init. præfat.
5. *Braſich.* Ind. libror. expurg. tom. I. pag. 57.
6. *Simon.* Critiq. de la Bibl. des aut. eccl. tom. I. pag. 229. & tom. III. pag. 32.
7. *Junil.* infra pag. 80. a.
8. *Aug.* lib. II. de Doctr. Chriſt. cap. VIII.
9. *Martian.* Trait. hiſt. du Canon des Livr. de la ſaint. Ecrit. pag. 204. & ſuiv.
10. *Wolf.* Cur. philol. & crit. tom. V. pag. 427.
11. *Humfr. Hod.* de Bibl. text. orig. pag. 652.
12. *Fabric.* de Verit. relig. Chriſt. cap. v. p. 255. §. XVI. & Bibl. med. Lat. tom. IV. p. 600.
13. Conc. tom. V. p. 1358. c. edit. 1. Ven-Labb.
14. *Cav.* Hiſt. litt. tom. I. pag. 526.
15. *Fabric.* ll. cc.
16. Bibl. PP. Pariſ. tom. I. pag. 1.
17. *Junil.* infra pag. 92. col. 2. lin. 2.
18. *Fabric.* ll. cc.

CAPUUT V.

DE

ARATORE.

I. ARATOR, gente Ligur, atque in ipsa Liguria parentis egregie litteris eruditi cura primum excultus, ut ex Senatore intelligimus [1], deinde Deuterii grammatici qui Mediolani scholam regebat, disciplinæ traditus eloquentia plurimum præstitit. Sic enim Ennodius ipsummet Aratorem allocutus [2]: *Si scrutatus penitus fueris latentium secreta camporum, invenies illic Deuterium, qui ubertate linguarum germina tibi multiplicatis seminibus, & sudorem remuneretur impensum .... Talis ad genium tuum redeas necesse est; talis ad vota nostra respicias: & quum te gravidis scientiæ culmis ornaveris, tunc te magnum dici conveniet Aratorem*. Ennodii votis respondit eventus. Caussidici enim officio functus Arator, postmodum legationem pro Dalmatis ad Theodericum regem summa cum laude obiisse, apud Senatorem rex Athalaricus luculenter testatur his verbis in epistola eidem *Aratori viro illustri* inscripta [3]: *Juvat*, inquit, *repetere pomposam legationem, quam non communibus verbis, sed torrenti eloquentiæ flumine peregisti. Directus enim de partibus Dalmatiarum ad domnum avum nostrum, sic necessitates provincialium, sic utilitates publicas allegabas; ut apud illum magna cautela solicitum, & copiosus esses, & fastidia non moveres. Abundantia siquidem verba cum suavissimo lepore defluebant; si quum finem faceres, adhuc dicere quærebaris: movendo, delectando implebas magis veri oratoris nisum, quum jam caussidici deseruisses officium*. Quapropter Comitivæ Domesticorum honore ab eodem rege primum auctus [4], tum vero Comitiva etiam rerum privatarum cumulatus fuisse perhibetur, ut ex veteri adnotatione, in ms. codice Remensi monachorum sancti Remigii exstante satis edocemur, quam recitat Sirmondus [5], ac tacite Fabricius exscripsit [6].

II. Relicta tandem aula vir illustris, se ipsum ministerio ecclesiastico sub Vigilio papa mancipavit, atque ab ipso viro apostolico S. R. E. subdiaconus est ordinatus. Qua de re in epistola ad eumdem Romanum pontificem hæc habet ipsemet auctor [7]:

Ecclesiam subeo, dimissa naufragus aula;
Perfida mundani desero vela freti.
Transferor ad niveas Petri sine turbine caulas,
Et fruor optati jam statione soli.

Exstant ad auctorem nostrum Ennodii Ticinensis epistolæ tres [8], itidemque oratoriæ Dictiones tres [9], nec non de eodem Aratore epigrammata duo [10]. Ipsius quoque Aratoris meminere Venantius Fortunatus & Theodulfus Aurelianensis. Ille his versibus [11]:

Sortis apostolicæ quæ Gesta vocantur & Actus;
Facundo eloquio sulcavit vatis Arator.

Iste vero [12]:

Sedulius, Rutilus, Paullinus, Arator, Avitus.

Mentio item Aratoris in Chronico Leodiensi a Labbeo evulgato [13], ubi ad annum DXXXIII. hæc leguntur: *Cassiodorus, Dionysius abbas, & Arator poeta, & Jordanis historiographus, & Priscianus grammaticus claruerunt*. His denique addendus Usuardus, cujus hæc sunt in suo sincero Martyrologio verba, pridie Kal. Julii [14]: *Commemoratio sancti Paulli Apostoli, quem cum beato Petro cruce appenso cælum gladio necatum excepit, una, non tamen eadem die, sed evoluco anni tempore, ut vir disertus Arator scribit*. Hæc ille, digitum nimirum intendens ad ea quæ sub finem lib. II. *Historiæ Apostolicæ* his versibus panxit Arator [15]:

His etiam germanus amor, quibus amplius auctor
Quam natura dedit, geminos quos edidit astris
Non eadem, tamen una dies, annique voluto
Tempore sacravit repetitam passio lucem.

Quæ vero heic habet Usuardus ex Aratore desumta, *non tamen —— ut v. d. Arator scribit*, prætermisit Sollerius in sua Usuardi editione [16]: at ea esse vere Usuardina, & in autographo pure, simpliciter & prima manu conscripta contendit adversus eumdem Sollerium Bouillartus in sua Martyrologii sinceri Usuardini editione Parisiensi, quam modo laudavimus.

III. Arator, *vir in divinis scripturis, & in sæcularium disciplinarum litteris nobiliter doctus, carmine valens & prosa, ingenio subtilis, eloquio clarus & nitidus .... poeta clarissimus & theologus insignis*. Verba sunt Trithemii [17]. Egregium Carmen composuit libris duobus distinctum, quo Apostolorum Acta a Luca conscripta luculenter prosecutus est, illudque obtulit Vigilio papæ anno DXLIV. VIII. Idus Aprilis, ut patet ex adnotatione codicis Vaticani, quam primus in lucem extulit magnus Baronius [18]. Est autem hujusmodi, prout eam ex eodem codice Vaticano & ex alio Remensi descriptam protulit Labbeus [19]: *Beato domno Petro adjuvante oblatus est hic codex ab* ARATORE *inlustri, ex Comite Domesticorum, ex Comite Privatarum, viro religioso, subdiacono S. Ecclesiæ Romanæ sedis*

1. *Cassiod.* Variar. lib. VIII. epist. XII.
2. *Ennod.* Dict. IX. opp. Sirm. tom. I. pag. 1752. d. edit. Paris.
3. *Cassiod.* l. c.
4. *Id.* Ibid.
5. *Sirmond.* ad Ennod. lib. IX. epist. I. opp. tom. I. pag. 1566.
6. *Fabric.* Bibl. eccl. schol. ad Sigeb. Gembl. cap. XXXVIII.
7. *Arat.* epist. I. ℣℣. 9-12. infra p. 115. b.
8. *Ennod.* lib. VIII. epist. IV. XI. & lib. IX. epist. I.
9. *Id.* Dict. IX. XVII. XVIII.
10. *Id.* lib. II. epigr. CV. & CXIV.
11. *Ven. Fort.* de Vit. S. Mart. lib. I. sub init. Bibl. PP. Paris. tom. VIII. p. 753. c.
12. *Theodulf.* lib. IV. Carm. I. ℣. 13. apud Sirm. opp. tom. II. p. 1078.
13. *Labb.* Nov. Bibl. mss. tom. I. p. 334.
14. *Usuard.* Martyrol. sinc. pagg. 107. seq. edit. Paris. 1718.
15. *Arat.* Hist. Apost. lib. II. ℣℣. 1045. seqq. infra p. 115.
16. *Soller.* Act. SS. Jun. tom. VII. part. II. p. 370.
17. *Trithem.* de script. eccl. num. CCXIII.
18. *Baron.* ad ann. 544. §. II.
19. *Labb.* Nov. Bibl. mss. tom. I. p. 668.

apostolicæ, sancto atque apostolico viro papæ Vigilio, & susceptus ab eo die VIII. *Idus Aprilis in presbyterio ante Confessionem B. Petri, quum ibidem plures episcopi, presbyteri, diaconi & clerici pars maxima interessent. Quem quum ibidem legi pro aliqua parte fecisset, Surgensius vir venerabilis, primicerius scholæ notariorum, in scrinio dedit Ecclesiæ collocandum. Cujus Beatitudinem litterati omnes doctissimique continuo rogaverunt, ut eum juberet publice recitari. Quod quum fieri præcepisset in ecclesia B. Petri quæ vocatur ad Vincula, religiosorum turba convenit: atque eodem Aratore recitante, distinctis diebus ambo libri septem vicibus sunt auditi, quum unius medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Eadem hæc repetitio facta est his diebus:* I. *Idibus Aprilis, II.* XV. *Kal. Maii, III.* VIII. *Idus Maii, IV. vero* III. *Kal. Junii, tertio anno post consulatum Basilii V. C. Indictione* VII. Hoc est, anno Incarnationis Dominicæ DXLIV. Hæc autem adnotatio haud fuisse ignota Trithemio comperitur [1], uti animadversum Labbeo [2]; ad quem item Trithemii locum observat Fabricius, idem legi adnotatum in calce vetusti codicis Aratoris, qui exstat Cantabrigiæ in bibliotheca Collegii SS. Trinitatis. Neque heic omittendum eamdem adnotationem velut adhuc ineditam evulgasse cl. Cangium [3], eamque a se descriptam testatur ex scheda veteri ad calcem lib. II. Aratoris apposita, quam desumsit ex viri illustris Claudii Pelleterii Franciæ protologothetæ bibliotheca, adscriptis quoque margini variis lectionibus ex alio codice Pithoeano. Nonnulla præterea laudatæ adnotationis exhibet Mabillonius [4]: sed in ejus excerptam typothetæ mendum irrepsit, ubi *tertio* (non *tertia*) *post Cons. Basil.* rescribendum. At pejus erratum apud Leyserum occurrit [5], qui pro *tertia* VIII. *Idus Maii, quarta vero* III. *Kal. Junii*, edidit, *tortiâ vero* III. *Kal. Junii*, intermediis omissis.

IV. Præter *Historiæ Apostolicæ* libros duos, tres etiam exstant Aratoris epistolæ quas iisdem libris subjecimus: in aliis tamen editionibus instar prologi eidem Historiæ præmittuntur priores duæ, quarum altera Vigilio papæ, Floriano abbati altera inscribitur. Tertiam vero ad Parthenium magistrum officiorum atque patricium, ex codice Remensi monachorum sancti Remigii descriptam primus evulgavit Sirmondus ad calcem operum Ennodii Ticinensis [6], de qua in notis ad ejusdem Ennodii lib. IX. epist. I. hæc habet cl. editor: „ Pangendi sacri Carminis, hoc est, Musæ ad divina convertendæ auctor Aratori olim fuerat Parthenius Ennodianus. Idcirco quum Apostolorum Actus cecinisset, opusque suum Vigilio obtulisset, id ipsum in Galliam misit ad Parthenium, ut ibi ejus opera ederetur. „ Hæc ille. Verum quum in eadem Aratoris ad Parthenium epistola mutilus exstet atque corruptus hujusmodi versus 48.

Arvernisque canis ** NIANA CELES;

heic propterea proferre præstat, præclaram sane Harduini conjecturam, qua idem versus castigetur simul & expleatur. Eam refert Baunius sollers Sirmondianorum collector [7]. „ Legit itaque, inquit, vir eruditissimus SIDONIANA CHELYS. Ibi videlicet Sidonium Arvernorum præsulem, arte poetica insignem, ab Ennodio (leg. *Aratore*) qui haud multis annis posterior fuit, commendari. „ Ad curam nostram quod attinet in edendo Aratore collocatam, Actuum Apostolorum capita primum præposuimus cuique Carminis sectioni respondentia, quo auctoris studium in singulis rebus pangendis lector facilius agnoscat. Præterea varias editiones nostro & superiori sæculo evulgatas haud segniter contulimus: quo quidem subsidio plurima plane loca pristino nitori restituenda curavimus. Nonnullas denique Barthii emendationes aut conjecturas ex ejus Adversariis excerptas suis locis apposuimus. Ceterum de opera nostra in hoc perpoliendo auctore, hactenus enimvero male habito, judicium æquo & erudito lectori omnino permittimus.

1. *Trithem.* l. c.
2. *Labb.* Differt. de script. eccl. tom. I. p. 102.
3. *Cang.* in not. ad Chron. Pasch. pag. 600. edit. Paris.
4. *Mabill.* in Itin. Ital. pag. 76.
5. *Leys.* Hist. Poet. pag. 148.
6. *Sirm.* opp. tom. I. pag. 1911.
7. *Baun.* præfat. ad opp. Sirmond. tom. I. §. XII.

CAPUT VI.
DE
AGNELLO
EPISCOPO RAVENNATE.

I. QUæ de gestis AGNELLI præsulis Ravennatis certiora prostant documenta, unus Agnellus abbas sancti Bartholomæi litteris consignavit in *Libro Pontificali* anno DCCCXXXIX. conscripto: quod quidem opus ex Estensis bibliothecæ codice ms. anno 1708. Mutinæ primus evulgavit V. C. Benedictus Bacchinius dissertationibus & observationibus illustratum; ejusque editio deinceps anno 1723. inter rerum Italicarum scriptores prodiit Mediolani emendatior & auctior [1]. Tradit itaque Pontificalis auctor [2], Agnellum ex nobili ortum prosapia opibusque abundantem, uxorem primum duxisse ac militiam secutum: sed postmodum mortua conjuge ac cingulo militari deposito, totum se Deo mancipasse atque ecclesiasticam vitam excoluisse. Itaque circa annum DXXVII. ætatis suæ XLIV. ab Ecclesio antistite Ravennate inter clericos adscriptus & diaconatus ordine insignitus, ecclesiæ postea beatæ Agathæ præfecturam obtinuit. Exinde vero annum agens LXX. communi consensu Maximiano episcopo suffectus est die XXII. Junii ann. DLIII. Qui postquam ecclesiam Ravennatem rexisset annos XIII. mensem I. & dies VIII. e vivis excessit anno DLXVI. Kalendis Augustis, ætatis LXXXIII. De his plura videas in primis apud Bacchinium [3]: nec prætermittas velim Hierony-

1. Rer. Ital. script. tom. II. pag. 1.
2. *Agnell.* Lib. Pontif. part. II. cap. 1. ibid. pag. 113.
3. *Bacch.* ad Agnell. l. c. pag. 88. §. II. & pagg. 94. 115. 202.

mum Rubeum [1] atque Ughellum [2]; qui tamen Agnelli ordinationem anno DLVIII. consignans erravit, & in eumdem errorem induxit Oudinum [3]. A

II. Scripsit Agnellus Ravennatensis antistes epistolam ad Armenium Arianis oppositam, quæ primum prodiit Basileæ anno 1528. in Joannis Sichardi Antidoto adversus hæreses: exinde vero alibi pluries excusa. Nos eam descripsimus ex bibliotheca Patrum Parisiensi [4], quippe ceteris emendatior; ejusque lectionem, si qua dubia, restituere studuimus. Neque heic omittendum existimamus fragmentum epistolæ Pelagii I. ad eumdem Agnellum, quod in lucem emisit Baluzius [5]. Est autem hujusmodi; „ *Pelagius Agnello Ravennati.* B „ Fraternitati tuæ injungimus, ut eligas talem virum in presbyterum, qui fixus in religione & bonus in moribus & in resistendo adversariis efficax possit exsistere; & dirigas ad sanctum virum gloriosum Joannem patricium: hoc ei ante omnia præcipiens, ut nullum aliud præter meum & tuum nominet nomen inter sacra mysteria. „ Idem fragmentum cum aliis epistolarum ejusdem Pelagii, quæ ex mss. codicibus 4047. & 4048. bibliothecæ Colbertinæ nec non ex alio exemplari Rivipullensi vulgavit laudatus Baluzius, Supplemento suo ad Concilia Veneto-Labbeana intexuit, sed minus emendate, cl. Mansius [6].

III. Ceterum minime audiendus, qui notas ad novam Historiæ litterariæ Guilielmi Cavei editionem notas adtexuit; ubi ait [7], Agnellum quo de agimus, præter laudatam epistolam ad Armenium, scripsisse quoque *Pontificale seu Vitas episcoporum Ravennatum*. Nimirum vera falsis confundens, Agnellum nostrum eumdem censuit ac Agnellum juniorem Pontificalis auctorem, qui tribus ferme sæculis altero posterior fuit, neque umquam episcopali dignitate honestatus, ut superius monuimus. Deceptus fortasse fuerit adnotator ille a Vossio, qui gravi sane duplici lapsu eumdem Agnellum historicum Ravennatis ecclesiæ fuisse archiepiscopum, & quidem in ea sede ordine decimum, scribit [8]: jure propterea notatus a Sandio primum [9], deinde a cl. auctore Diarii eruditorum Italiæ [10].

1. *Rub.* Hist. Ravenn. lib. III. p. 169.
2. *Ughell.* Ital. sacr. tom. II. p. 337.
3. *Oudin.* de script. eccl. tom. I. p. 1443.
4. Bibl. PP. Paris. ann. 1654. tom. III. p. 147.
5. *Baluz.* Miscell. lib. V. p. 464.

C

6. *Mans.* Supplem. ad Concil. tom. I. p. 431.
7. Ad *Cav.* Hist. litt. tom. I. p. 529. not. (f)
8. *Voss.* de Hist. Lat. lib. III. cap. IV. p. 757.
9. *Sand.* Not. ad Voss. de Hist. Lat. pag. 290.
10. Giorn. de' Litter. d'Ital. tom. I. p. 81.

CAPUT VII.

DE LIBERATO DIACONO.

I. Luculenter satis prælocutus est Garnerius de LIBERATO ecclesiæ Carthaginiensis diacono, deque illius *Breviario caussæ Nestorianorum & Eutychianorum*. Primo namque differit de auctore; deinde inquirit, quo fine quove affectu scripserit; mox vero, qua temporum notatione utatur; præterea, quam ob caussam operi suo *Breviarii* nomen indiderit; denique, quo tempore scripserit, & quo in pretio liber habendus. Quibus igitur positis, si quid eruditi viri observatis adjicere animus esset, jure optimo quis nobis objiceret Horatianum illud [1]: D

In silvam non ligna feras —

Verum ne officio nostro penitus deesse videamur, unum Liberati locum expendere libet, quem V. C. haud satis animadvertisse videtur. Sic autem loquitur Breviarii auctor [2]: *Ab ipsa hæresi afflictus Vigilius, nec coronatus, qualem vitæ terminum suscepit, notum est omnibus*. Quæ quidem verba hoc pacto interpretatur eminentissimus scriptor [3]: „ Ita, inquit, homo Africanus ac trium capitulorum defensor *hæresim* vocat Justiniani factionem, quæ Vigilium injuriis affecit: dum vero negat Vigilium *coronatum*, perseverantiam eidem defuisse notat; quem profecto si in Constituti sententia usque ad exsilium perstitisset, non uno encomio celebrasset. „ Hæc vir ille doctissimus. E

II. Ex hoc porro Liberati loco ansam arripuisse videtur Wesselingius ad hæreseos nota perstringendum Vigilium, in qua ipsum usque ad ultimum vitæ perseverasse obgannit, nostrum diaconum Carthaginiensem & Facundum Hermianensem secutus [4]. At vero minime ferendus improvidi hominis censorius stilus, cujus mucronem jam diu viros doctos retudisse perspicimus; quorum sane hac de re animadversiones sive ignorasse ille omnino, sive haud attentius, ut par erat, perlegisse putandus. Primum itaque Vigilius, ut pluribus ostendit Baronius [5], constanter consultum voluit concilio Chalcedonensi: deinde in caussa trium capitulorum agitanda prudenter se gessit; quippe qui sciret non de fide re vera esse quæstionem quæ dissimulari minime posset, sed de personis tantummodo. Nam, ut cum viro erudito loquar [6], Vigilius amore pacis & animorum concordiæ retinendæ caussa, de legum rigore nonnihil remisit, ea videlicet dispensatione non semel usus, qua Paullus ipse Apostolus aliquando.

III. Sed audiendus in primis Sirmondus, qui de agendi ratione in eadem caussa pertractanda a Vigilio adhibita scite admodum sic edisserit [7]: „ Facundus collegasque, ut Vigilio repugnarent, fefellit error quo tenebantur, quemque Victoris & Isidori de Facundo testimonia declarant, quod persuasum haberent, non posse absque injuria fi-

1. *Horat.* lib. I. Sat. X. ℣. 34.
2. *Liber.* Brev. cap. XXII. sub fin.
3. *Noris.* Differt. de Synod. V. cap. VIII. opp. tom. I. p 650.
4. *Wessel.* Differt. in Victor. Tunon. cap. III. p. 156.

5. *Baron.* ad ann. 547. §§. XLVI-L. & ad ann. 553. §§. CCV. seqq.
6. *Garner.* Auctar. Theodor. pag. 159.
7. *Sirm.* præfat. ad Facund. Hermian. opp. tom. II. p. 393.

,, dei synodique Calchedonensis eversione, capitu-
,, la condemnari : proinde damnari non patieban-
,, tur. At contra Vigilius liberam esse controver-
,, siam intelligens, & quæ utram in partem ver-
,, geret, ad fidei doctrinam nihil attineret, (quod
,, ipsum post Vigilii tempora Gregorius magnus,
,, Pelagius & alii sæpe testati sunt) ea interdum
,, libertate usus est, quam caussa concedebat: sem-
,, per alioquin ad defendenda, ut par erat, & pro-
,, banda capitula propensior. Nam & principio,
,, quum mali labes orta est Constantinopoli, eo-
,, rum damnationi vehementius obstitit. Et quam-
,, quam Judicatum postea in eorum condemnatio-
,, nem protulit, ut schismati occurreret, publi-
,, camque concordiam sententiæ suæ jactura redi-
,, meret : tamen ubi aliter evenisse quam spera-
,, bat, atque hac ejus moderatione turbari capitu-
,, lorum defensores, abuti adversarios animadver-
,, tit; tum suppresso Judicato ad pristinam defen-
,, sionem mox rediit, in eaque constitit. Quum-
,, que id agi sentiret, ut per vim extorqueretur
,, ab invitis condemnatio, suspectam habens syn-
,, odum Græcorum interesse noluit; & suam de
,, capitulis non damnandis sententiam edito Con-
,, stituto graviter exposuit; synodo denique quum
,, capitula damnasset, ne provincias quæ plurimæ
,, reclamabant, iterum offenderet, assensum nega-
,, vit. Ex quibus apparet, nullam in hac Vigilii
,, consiliorum varietate inconstantiam fuisse, quod
,, visum est nonnullis : sed statam potius fixam-
,, que in tuenda Ecclesiæ quam regebat, pace con-
,, cordiaque constantiam. ,, Hæc V. C. Quæ qui-
dem si maturo consilio & absque partium studio pensitasset Wesselingius, ab iis scribendis quæ *de Vigilio prævaricatore* suæ intexuit dissertationi, procul dubio sibi temperasset.

IV. Liberati Breviario *dissertationem* subjecit Garnerius *de quinta synodo*, quam prætermissam noluimus. Hujus autem dissertationis conscribendæ istiusmodi occasio. Ediderat Norisius anno 1673. *Censuram in notas Jo. Garnerii ad inscriptionem epistolarum synodalium* XC. & XCII. *inter Augustinianas* [1] : ac paullo post edita *dissertatione de synodo* V. *œcumenica* [2] calamum strinxerat adversus Halloixium, qui studio erga Origenem inconsulto abreptus nonnulla in eamdem sanctam synodum contumeliosa protulerat, in qua damnatus Origenes. Utriusque igitur censuræ Norisianæ impatiens Garnerius, mox edito ab se Parisiis anno 1675. diaconi Carthaginiensis Breviario, novam quam diximus de quinta synodo dissertationem attexuit; in qua potissimum Halloixium defendendum suscipiens, Norisium *nuperum dissertatorem* aggreditur, ejusque dissertationis præcipua capita oppugnare nititur. Exinde vero suam dissertationem refinxit idem Garnerius, auctioremque reddidit, nonnullis sive immutatis sive detractis, omisso in primis capite quinto ubi de lite Halloixium inter & Norisium mota judicium tulerat. Quam quidem dissertationem reformatam auctamque vulgavit Harduinus in Auctario Theodoreti ejusdem Garnerii [3], sic inscriptam: *Dissertatio critica de V. synodo generali*. Atque hujusmodi posteriorem Garnerianæ dissertationis editionem Ballerinii fratres eruditi viri refellendam suscepere, in vulgus emissa *Defen-*

A *sione dissertationis Norisianæ de synodo* V. *adversus dissertationem Patris Garnerii* [4].

V. At vero haud otiosum fortasse fuerit huc adferre, quod cl. Fontaninus in utramque Norisii & Garnerii dissertationem animadvertit [5]. Refert ille primum quæ apud Justinianum in tractatu seu libro adversus Origenem ad Mennam misso, ait Theophilus Alexandrinus in quodam sermone ad monachos qui Origeni assentirentur. Sunt autem ejusmodi [6] : *Quare anathematizantes Origenem ceterosque hæreticos, exemplo nostro, & Anastasii sanctæ Romanæ ecclesiæ episcopi, qui ex veteribus certaminibus clarus, nobilissimi populi dux creatus est; quem & universam beatorum occidentis episcoporum*
B SYNODUS, *quæ accepit & promovit Alexandrinorum ecclesiæ sententiam in impium latam*, cet. Quibus relatis statim subdit V. C. ,, Hæc scripsit Theo-
,, philus ex Anastasii pontificis litteris, quibus re-
,, spondit, se ejus Paschalem epistolam pro A. D.
,, 401. qua errores Origenis etiam continebantur,
,, per duos Italiæ metropolitas *Venerium* & *Chro-*
,, *matium* ceterosque totius occidentis primarum
,, sedium episcopos vulgandas curasse. Ex Theo-
,, philo deinde rei notitiam habuit Hieronymus.
,, Vox *synodum* fefellit doctissimum virum *Nori-*
,, *sium* & *Garnerium* quoque in notis (dissertatio-
,, ne scilicet) ad Liberatum [7], ratos vere in *syn-*
,, *odis Italicis*, *Romæ*, *Mediolani*, *Aquileiæ* da-
,, mnatum Origenem; quum tamen synodi illæ
C ,, seu provincialium conventus non ad damnandum
,, Origenem convenerint, sed ad audiendas a me-
,, tropolitis Theophili *epistolas*, futuri paschatis
,, diem certam quotannis de more pronuntiantes.
,, Audi Hieronymum in litteris ad Theophilum :
,, *Vincentius presbyter ante biduum, quam hanc*
,, *epistolam darem, de Urbe venit, & suppliciter*
,, *te salutat, crebroque sermone concelebrat, Romam*
,, *& Italiam tuis* EPISTOLIS (non *synodis*) *libe-*
,, *ratam*; nimirum ab Origenismo: quia *Theophili*
,, Paschales epistolæ in Epiphania a singulis metro-
,, politis & episcopis Italiæ in comprovincialium
,, & populorum frequentia perlectæ, catalogos et-
,, iam errorum Origenis ab eodem Theophilo cusos
D ,, complectebantur. ,, Huc usque vir eruditus.

VI. Ad nostram porro curam quod attinet in edendo Liberati Breviario, primo Garnerii exemplar mendis expurgatum ad amussim typis expressimus, illudque contulimus cum editione Labbeana [8]; cujus aliquot subinde lectiones, & forte quidem probabiliores, in paginarum oras conjecimus. His autem lectionibus variantes illas præposuimus, quas Garnerius ex optimæ notæ ms. codice Telleriano serius acceptas, ad calcem apposuit. Neque vero ea loca prætermisimus quæ margini adleverat idem editor, quæque ipsius nomine adnotata reperias. Præterea nonnullas animadversiones inter notas reponere placuit, quibus auctoris textum cum illustrare, tum emendatiorem adhuc exhibere stu-
E duimus. Denique si res tanti est, lectorem monitum volumus, indiculum scriptorum & hæreticorum quorum mentio in Liberati Breviario, exacte satis contexuisse Fabricium [9]; cui ratio merito habenda videatur, si qua novam aliquando ejusdem Breviarii editionem prodire contingat.

1. *Noris.* opp. tom. III. pag. 1107.
2. *Id.* opp. tom. I. pag. 541.
3. *Garner.* Auctar. Theodor. pagg. 493-548.
4. *Baller.* ad Noris. opp. tom. IV. pagg. 985-1050.
5. *Fontan.* Hist. litter. Aquil. lib. V. cap. XIX. p. 419.
6. Codcil. tom. VI. edit. I. Ven-Labb. pag. 331. e.
7. *Garn.* Differt. de V. synod. cap. V. §. 1. infra pag. 175. c.
8. Concil. tom. VI. pag. 421.
9. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. XI. pagg. 443-452.

CAPUT VIII.

DE

GILDA SAPIENTE.

I. GILDAS cognomento SAPIENS natus perhibetur anno Chriſti CCCCXCIII. Eo namque anno ſe fuiſſe in lucem editum prodit ipſemet auctor his verbis [1] : *Ex eo tempore --- uſque ad annum* OBSESSIONIS BADONICI MONTIS --- *quique* QUADRAGESIMUS QUARTUS, *ut novi*, *oritur* (al. *orditur*) *annus*, *menſe jam primo emenſo*, QUI JAM ET MEÆ NATIVITATIS EST. Quo ex loco Voſſius arguit [2] ortum Gildam eo ipſo anno quem modo innuimus. Saxones enim, inquit, anno CCCCXLIX. teſte Beda [3], in Britanniam advenere, quos Britanni ad Badonicum montem contriverunt: adeoque annus XLIV. a primo Saxonum adventu aſſurgit ad annum CCCCXCIII. qui Gildæ nativitatis fuerit, ut ipſemet aſſerit. Aliam tamen a Voſſiana interpretationem verborum Gildæ profert Joannes Smithus in notis ad ſuam eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Bedæ præclaram editionem [4]. Exiſtimat enim vir eruditus annorum numerum a Gilda editum ſcribendi potius tempus, quam Saxonum adventum ſpectare: ſcripſiſſe ſcilicet Gildam anno a pugna Badonica XLIV. anno ipſi in primis notabili, cui & natalitius fuit. In eamdem Smithi ſententiam præiverat Mabillonius his verbis [5]: „ Quatuor & quadraginta anni quos Gildas memorat „ inter adventum Saxonum & obſidionem Badonicam non interceſſerunt .... ſed inter obſidionem & ipſius opuſculi ſcriptionem. Nam loquitur de annis quorum extremus, dum hæc ſcriberet, adhuc in fluxu erat: *quadrageſimus quartus*, inquit, *orditur annus*, *menſe jam uno elapſo*. „ Hæc vir doctiſſimus. Verum, meo quidem judicio, interpretatio ejuſmodi ab ipſius Gildæ mente aliena eſſe videtur: eo in primis nomine, quod auctor *Badonicus* etiam dictus fuerit, a prœlio adverſus Saxones apud Badonicum montem a Britannis commiſſo; hujuſmodi nimirum cognomentum ſortitus, quod eo ipſo anno Badonicæ obſeſſionis in lucem editus fuerit.

II. De Gildæ geſtis complura litterarum monumentis tradidit monachus Ruyenſis anonymus in Vita ejuſdem Gildæ, quam primus Joannes a Boſco Lugduni anno 1605. [6], deinde Bollandus [7], poſtremo integriorem edidit Mabillonius [8]. Ex ea itaque diſcimus gente Britannum fuiſſe ſcriptorem noſtrum, & Hilduti diſcipulum; a quo cum liberalibus litteris, tum divinarum ſcripturarum ſtudio primum excultus, deinde ſacris ordinibus initiatus, monaſticam vitam ſectatus fuerit, multis virtutum inſignibus in Banchorenſi nobili cœnobio clarus. Floruit, quo tempore quinque reguli Bri-
A tanni terris diverſis rerum potiebantur, Conſtantinus videlicet, Aurelius Conanus, Vortiporius, Cuneglaſſus & Maglocunus. Quos omnes ob ſcelera & rempublicam male adminiſtratam, ipſe in transmarina Britannia extra periculum conſtitutus acerbe exagitat [9]. „ Porro unum ex iis, inquit Galeus [10], ad ſanam mentem auctor noſter revocaſſe comperitur: nam in quodam Chronico „ Cambrico legi de Conſtantino quem Gildas increpuit: *Converſio Conſtantini ad Dominum*.

III. Ut fide ac ſanctimonia præſtans, ita ſummæ eruditionis vir, *a fratribus religioſis rogatus qui ad eum e Britanniis venerant*, *poſt decem annos ex quo inde receſſit*, *ſcripſit epiſtolarem libel-*
B *lum*. Verba ſunt monachi Ruyenſis, qui Gildæ vitam contexuit [11]. Sic autem ejuſmodi opus inſcribitur: *De excidio Britanniæ liber querulus*, tres in partes diviſus: I. *Hiſtoria*, II. *Epiſtola*, III. *Increpatio in clerum*. In Hiſtoria multa paucis concludit. Exinde fuſius procedit cum ad reges, tum ad ſacerdotes ejus temporis increpandos. Hoc autem opuſculum poſt annum DXLIII. ſcripſiſſe Gildam ex eo colligitur quod narrat de Conſtantino Damnoniæ tyranno [12]; qui duum puerorum regiorum totidemque nutritorum latera inter ſacroſancta altaria enſe haſtaque pro dentibus laceravit: idem enim anno DXLIII. contigiſſe tradit Matthæus Weſt-Monaſterienſis. Si vero Uſſerium audias [13], ſcriptum edidit Gildas anno DLXIV. diem-
C que ſupremum clauſit anno DLXX. Aliter tamen Mabillonius, qui Gildam jam octogenarium anno DLXV. e vivis exceſſiſſe opinatur [14]. Mabillonium affectantur Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores [15]. Porro Gildæ ejuſque opellæ meminere præ ceteris Beda [16] & Alcuinus qui Gildam *Brettonum ſapientiſſimum* vocat [17]. Ceterum, ut obſervat Smithus [18] „ liber Gildæ *de excidio Britanniæ* ſatis hodie notus. Gildas auctor fere ignoratur, „ nimia ſcilicet diſtinctione. Hinc tot cognomina, „ Albanius, Sapiens, Badonicus, Hiſtoricus; quum „ re vera unus eſt idemque Gildas „ ex quo tres confictі feruntur. Qua de re pluribus Bollandus [19], Mabillonius [20] & Fabricius [21]: ut Caveum [22] alioſque omittamus.

D

IV. Prodiit primum Gildæ libellus Londini anno 1525. cura Polydori Virgilii; cujus tamen exemplar, inquit Lelandus [23], mancum, luxatum ac mutilum exſtat; uſque adeo ut ſi jam vitæ reſtitueretur, vix fetum agnoſceret parens. Gravem hujus editi Virgiliani cenſuram attexuit Joannes

1. *Gild.* part. I. Hiſt. cap. XXVI. infra p. 199. b. c.
2. *Voſſ.* de Hiſtor. Lat. lib. II. cap. XXI. p. 243.
3. *Bed.* Hiſt. eccl. lib. I. cap. XV.
4. *Smith.* ad Bed. Hiſt. eccl. lib. I. cap. XVI. p. 53. edit. Cantabr. 1722.
5. *Mabill.* Act. SS. Ord. Ben. ſæc. I. tom. I. p. 130.
6. *Boſc.* Bibl. Floriac. pag. 426.
7. *Bolland.* Act. SS. Jan. tom. II. p. 958.
8. *Mabillon.* l. c.
9. *Gild.* part. II. Epiſt. infra pagg. 200. ſeq.
10. *Gal.* ad XV. Script. Hiſt. Brit. præfat. p. 9.
11. *Anon.* Vit. Gild. num. 19.
12. *Gild.* part. II. Epiſt. §. II. infra p. 200. c.
13. *Uſſer.* Britann. eccl. antiqq. pag. 532. edit. II. Londin. 1687.
14. *Mabill.* l. c. p. 138. not. a.
15. Hiſt. litter. de la Franc. tom. III. p. 280.
16. *Bed.* Hiſt. eccl. lib. I. cap. XXII.
17. *Alcuin.* Epiſt. XXVIII. opp. p. 1535. c.
18. *Smith.* ad Bed. Hiſt. eccl. lib. I. cap. XXII.
19. *Bolland.* l. c. pagg. 953. ſeqq.
20. *Mabill.* l. c. pagg. 129. ſeq.
21. *Fabric.* Bibl. med. Latin. tom. III. pagg. 174. ſeqq.
22. *Cav.* Hiſt. litt. tom. I. p. 539.
33. *Leland.* in Aſſert. Arth. pag. 32.

Joſſelinus ad ſuam Gildæ editionem anno *1568.* Londini pariter evulgatam. Priorem Polydori exhibent utraque Orthodoxographa Baſilienſia, & Bibliothecæ Patrum Pariſienſis, Colonienſis & Lugdu- A nenſis. Joſſelini poſteriorem ſecutus eſt Commelinus in Collectione Britannicorum ſcriptorum. „ Hæ tamen duæ editiones, inquit Galeus [1], ſive *Polydori Virgilii*, ſive *Joannis Joſſelini*, adeo inter ſe diſcordabant, ut omnem fidem auctori ſuo detraherent, & *Gildam* in *Gilda* adhuc quæreres. Quare conſultiſſimum habui eum denuo cudere ſcripto codice uſus, quem priorum editorum neuter inſpexerat, quique purus eſſet a fœda & abſurda interpolatione quæ alia exemplaria infamarat. Nec uni ſoli in emaculando „ *Gilda* innixus ſum libro: aliunde etiam ad hanc rem ſuppetias acceſſivi. „ Hæc ille: qui partem I. opuſculi Gildæ, ſive *Hiſtoriam* ad vetuſtum ms. codicem Cantabrigienſem; reliquas vero duas, *Epiſtolam* ſcilicet & *Increpationem in clerum*, ad codicem Cottonianum exegit. Hanc igitur editionem quam ignorarunt Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores modo laudati [2], omnium ſane optimam & accuratiſſimam, anno *1691.* Oxoniæ in lucem emiſſam ſtudio *Thomæ Gale* in limine operis ſic inſcripti: *Hiſtoriæ Britannicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ Scriptores* XV. *ex vetuſtis codd. mss. editi*, typis excudendam tradidimus; nonnullis huc & illuc obſervationibus auctam, quas cl. editoris notis ſeparatim intextas eruditorum arbitrio dimittimus.

B

1. *Gal.* præfat. ad xv. Script. Hiſt. Brit. p. 4.

2. Hiſt. litt. de la Franc. l. c. p. 283.

CAPUT IX.

DE

S. NICETIO

EPISCOPO TREVIRENSI.

I. NICETIUM Trevirenſem antiſtitem virtutum præſtantia & miraculorum gloria ubique ſpectatum ex veterum ſcriptorum monumentis intelligimus. Res ab eo præclare geſtas, ex ejus di- C ſcipulo beato Aredio acceptas, Gregorius Turonenſis litteris commendavit [1]. Monaſticam vitam profeſſus ad regendam eccleſiam Trevericam evectus fuiſſe perhibetur a Theodorico Francorum rege, propterea quod ipſum peccantem libere admonere atque arguere conſueverat, quum adhuc abbas ſuo cœnobio præeſſet. Ejus ordinationem ex tabulis eccleſiæ Trevirenſis apud Democharem [2] illigat Baronius [3] anno Chriſti DXXIX. Cointius in ſuis Annalibus eccleſiaſticis Francorum Aprunculo Nicetium ſucceſſiſſe anno DXXVII. ſcribit [4]; quem poſtea ſecuti ſunt Mabillonius [5], Ruinartius [6] atque Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores [7]. In epiſcopatu adminiſtrando ejus animi fortitudo in primis enituit, pro cuſtodia divinæ legis poten- D tium vultus non veritus. Theodebertum enim regem Theodorici filium, qui ſæpe ab æquitate diſceſſerat & improborum ſcelera impunitate ac diſſimulatione aluerat, palam increpuit, ac tandem ad meliorem frugem redegit. Clotarium quoque Theodeberti patruum ob inceſtas nuptias acriter ſatis redarguit ſacriſque interdixit, cujus propterea juſſu in exſilium ductus, poſtmodum a Sigiberto Clotarii filio poſt ejus obitum ſuæ ſedi reſtitutus anno DLXII. comperitur [8]. Interfuit concilio Arvernenſi I. anno DXXXV. coacto [9], ut poſt Cointium [10] tradit Pagius [11]. Concilio item Aurelianenſi V. ſubſcripſit anno DXLIX. exeunte celebrato [12]; & mox eodem anno Arvernenſi II. [13], E cui ſubſcripſere decem epiſcopi, qui paullo ante ſynodo Aurelianenſi V. interfuerant. Denique nomen ejus ſubſcriptum reperitur concilio Pariſienſi II. [14] quod in cauſſa Saffaraci epiſcopi Pariſienſis Childeberto rege invitante habitum fuit ſub annum DLV. Cointius tamen illud aſſignat anno DLI. [15]. Innumera ſunt præterea quæ de hoc beatiſſimo præſule feruntur egregia facinora: qui tandem vitam clauſit circa annum DLXVI. ut præeunte Cointio [16] exiſtimant Mabillonius [17] & ſcriptores modo laudati [18]. Ejus memoria in Martyrologio Romano recolitur Nonis Decembribus. De eo hæc inter cetera panxit Venantius Fortunatus [19],

Splendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
Totius orbis amor, pontificumque caput:
Summus apoſtolico præcellens paſtor ovili,
Auxiſti meritis quidquid honoris habes.
Divino inſiſtens operi terrena relinquis;
Cui moritur mundus, non moriture manes.

II. Optimus noſter antiſtes *a ſtudioſiſſimis enutritus parentibus ac litteris inſtitutus* traditur a Gregorio Turonenſi [20]; qui alibi teſtatur [21], ipſum *in prædicatione admirabilis facundiæ, celeberrimum habitum fuiſſe in plebe*. Quæ hactenus prodierunt tanti viri litterarum monumenta, pauca quidem proſtant, ejus tamen fidei ardorem quo potiſſimum ſuccenſus erat, ſatis arguunt. Duo nimirum ipſius opuſcula ſæculo ſuperiore a Dacherio evulgata novimus [22]; duaſque præterea epiſtolas magni momenti, antea editas primum a Frehero [23], deinde a Ducheſnio [24], mox a Sirmondo [25], poſtre-

1. *Greg. Tur.* Vit. patr. cap. XVII.
2. *Democh.* lib. de ſacrif. Miſs.
3. *Baron.* ad ann. 529. §. XIV.
4. *Coint.* ad ann. 527. §. V. tom. I. p. 351.
5. *Mabill.* Act. SS. Ord. Ben. tom. I. p. 185. not. a.
6. *Ruinart.* ad Greg. Turon. p. 1234. d.
7. Hiſt. litt. de la Franc. tom. III. p. 391.
8. *Coint.* ad ann. 562. §. XXVII. tom. II. p. 18.
9. Conc. tom. V. p. 953. c. edit. I. Ven - Labb.
10. *Coint.* l. c. tom. I. pagg. 439. 443.
11. *Pagi.* ad ann. 541. §. IX.
12. Conc. tom. V. p. 1384. a.
13. Conc. ibid. p. 1392. b.
14. Conc. tom. VI. p. 482. c.
15. *Coint.* ad ann. 551. §. V. tom. I. p. 778.
16. *Id.* ad ann. 566. §. IX. tom. II. p. 84.
17. *Mabill.* l. c. pag. 187. not. a.
18. Hiſt. litt. de la Franc. tom. III. p. 393.
19. *Ven. Fort.* lib. III. carm. IX.
20. *Greg. Tur.* Vit. patr. cap. XVII. §. I.
21. *Id.* Hiſt. Franc. lib. X. cap. XIX.
22. *Dacher.* Spicil. nov. edit. tom. I. pagg. 221 - 225.
23. *Freher.* Hiſt. Franc. tom. I. pagg. 189 - 192.
24. *Ducheſn.* Hiſt. Franc. ſcript. tom. I. pagg. 852 - 855.
25. *Sirm.* Conc. Gall. tom. I. pagg. 310 - 322.

mo a Cointio [1], quæ deinceps in Conciliorum collectiones transierunt. Et primum quidem opusculum inscriptum *De vigiliis servorum Dei*, quod ex optimæ notæ codice Sangermanensi desumtum Dacherius exhibuit, jam dudum vulgatum exstabat inter opera sancto Hieronymo falso tributa: quod non solum sollertem editorem latuit, sed etiam virum eruditum *De la Barre* qui novam Spicilegii Dacheriani editionem adornavit, quin & diligentes Historiæ litterariæ Gallicæ auctores [2]. Primus, quod quidem sciam, id advertit doctissimus Valesius [3]; qui & illud addit, male in ms. codice laudato inscribi *De vigiliis servorum Dei*. „ Non enim, inquit, de monachorum, sed de „ laicorum vigiliis agitur, nec abbatis hic sermo „ est ad monachos, sed episcopi populum allo- „ quentis, ut patet vel ex his verbis [4]. *Nec sa- „ ne onerosum vel difficile videri debet etiam deli- „ catis vel infirmis corporibus, in septimana dua- „ rum noctium, id est, Sabbati atque Dominicæ, „ portionem aliquam Dei ministerio deputare: ista „ enim quasi purificatio est dierum quinque vel no- „ ctium, quibus stupore carnali ingravescimus, aut „ mundanis actibus obsessi lætamur.* „ Hæc V. C.

III. Hinc inter opera sancto Hieronymo perperam adscripta [5] rectius fortasse inscribitur hujusmodi opusculum *De observatione vigiliarum*. Cl. Vallarsius qui haud ita pridem accuratam Doctoris maximi editionem adornavit, animadvertit [6] codicem Sangermanensem antiquarii oscitantia aliquot locis mutilum haberi, cetera non inemendatum; ut propterea veterem editionem cum Dacheriana contulerit, variantesque lectiones adnotarit: ex quibus proinde nos, ut par erat, eas selegimus quæ nostrum exemplar emendatius reddere valeant. Neque illud omittendum, quod vir eruditus sub finem admonitionis habet, sic inquiens: „ Sanctus Isidorus Hispalensis minime erubuit in- „ tegrum cap. xxi. Ecclesiasticorum Officiorum ex „ eo (sancti Nicetii tractatu) totidem fere ver- „ bis describere. „ Nimirum ex cap. III. opusculi sancti præsulis Trevirensis nonnulla exscripsit verbo tenus sanctus ille Pater non solum cap. xxi. lib. I. *Eccl. Offic.* quæ in notis subjectis indicavimus. Sed minime admittendum, quod idem Vallarsius verba faciens de opusculi auctore ait, Nicetium de quo loquimur, summis laudibus celebratum Sidonio Apollinari, cui etiam fuerit affinitate conjunctum. Laudat quidem Sidonius [7] Flavium Nicetium Lugdunensem, ex advocato sedis prætorianæ & assessore virum spectabilem: sed Nicetium nostrum Trevirensem episcopum nusquam agnoscit. Quin & Vallarsianæ sententiæ obstare omnino videntur quæ de anno Sidonii emortuali alibi disseruimus [8]. Hic namque Arvernensis præsul supremum diem obiisse perhibetur anno CCCCLXXXIV. Trevirensis autem, ut superius innuimus, e vivis excessisse circa annum DLXVI. Quæ quidem temporum notationes si rite spectentur, magis magisque confirmant Nicetium nostrum Sidonio prorsus ignotum.

IV. De posteriore beati antistitis opusculo, inscripto *De Psalmodiæ bono*, nihil interest verba facere: videtur enim ab auctore veluti appendicem fuisse priori subnexum: ut proinde reliquum fuerit de duabus ipsius Epistolis nonnulla differere, quas eum sub vitæ suæ finem scripsisse compertum habemus. Et priorem quidem inscripsit Chlotsindæ seu Chlodosvindæ Clotarii Francorum regis filiæ, quæ Alboino regi Longobardorum nupserat, ut tradit Gregorius Turonensis [9]. Harum litterarum initium ejusmodi est: *Quum legatos vestros per Francorum reges germanos tuos ire conspicimus*, cet. Ex quibus verbis liquet eas scripsisse sanctum præsulem regnantibus in Francia Clotarii filiis; cujus obitus, teste Mario Aventicensi [10], contigit anno post consulatum Basilii xx. id est, Christi DLXI. Hoc itaque anno, sive ut maxime insequente DLXII. has litteras scripserit Nicetius arrepta occasione legationis, quam ad fratres suos miserit Chlotsinda cum de patris obitu condolens, tum de regno ab iisdem suscepto fausta omnia adprecata. Sic sane post eruditos viros subinde laudatos censemus [11]. Alii vero circa Christi annum DLXIII. scriptas existimant [12]. Sirmondus autem annum assignare videtur DLXV. quod ne vix quidem admittendum. In his porro litteris Chlotsindam excitat sanctus pater, ut regii conjugis sui Alboini hæresi Arianæ addicti saluti prospicere studeat, eumque ad rectam fidem profitendam nitatur Deo propitio reducere: simulque ut ea facilius rem gerat, Ariani dogmatis falsitatem ex variis sacrarum scripturarum locis ipsi demonstrat, atque ut eadem regi proponat hortatur. „ Et quoniam ad persuadendum poten- „ tissima sunt miracula, Longobardos urget, ut „ iter in Franciam suscipiant inquirendæ veritatis „ caussa, nobilissimas Galliarum urbes, Turonos, „ Altissiodorum, Pictavium, Trecas, Remos & „ Suessionem adeant, ibique curationes morborum „ contemplentur a Deo factas ad tumulos beatissi- „ morum pontificum, Martini, Germani, Hila- „ rii, Lupi, Remigii & Medardi, qui Filium Pa- „ tri consubstantialem crediderunt, & adversus hæ- „ reticos suorum temporum egregie decertarunt. „ Verba sunt Cointii [13]: qui & illud observat, populos quibus Alboinus præerat, Gothos ac Longobardos in prædictis litteris vocasse Nicetium, quia gens Longobardorum Gothica erat origine, & a ceteris Gothis peculiari distinguebatur nomine, quod a longis barbis fuit sortita.

V. Ad posteriorem Epistolam quod attinet, eam scripsit Nicetius ad Justinianum imperatorem, qua illum revocare studuit ab hæresi Aphthartodocitarum in quam lapsus fuerat, *Edicto* suo de incorruptibilitate corporis Christi promulgato ineunte anno DLXV. quo ipso anno vitam cum morte commutavit. De hac temporis notatione pluribus disputat Pagius adversus Cointium [14]; qui cum Baronio existimans Edictum illud Justiniani emissum fuisse anno DLXIII. ejusque obitum in annum DLXVI. differens, ex depravata hujusmodi chronologia conjecit [15], *beatissimum antistitem suis litteris non parum profecisse apud imperatorem, ut ejus animum ab Edicto quod*

1. *Coint.* Annal. eccl. Franc. tom. II. pagg. 25. & 80.
2. Hist. litt. de la Franc. tom. III. p. 294.
3. *Vales.* ad Sozom. lib. VIII. cap. VIII.
4. *Nicet.* de Vigil. cap. II.
5. *Vallars.* edit. opp. Hieron. tom. XI. p. 222.
6. *Id.* ibid.
7. *Sidon.* lib. VIII. epist. VI.
8. Ad Bibl. PP. tom. X. Prolegom. cap. XI. §. III. & IV. pag. XXI.
9. *Greg. Tur.* Hist. Franc. lib. IV. cap. III.
10. *Mar. Avent.* Chron. infra pag. 315. a.
11. Hist. litt. de la Franc. tom. III. p. 295.
12. *Coint.* l. c. ad ann. 563. §. VII. tom. II. p. 25. *Pagi.* ad ann. 563. §. VI.
13. *Coint.* l. c. §. IX. pag. 27.
14. *Pagi.* ad ann. 565. §. II.
15. *Coint.* ad ann. 566. §. LIX. l. c. pag. 84.

orthodoxæ fidei contrarium scripserat, *promulgando revocare* : quum contra, valde verisimile sit Justinianum Nicetii litteras non recepisse morte præreptum. Ut ut est, eumdem Francorum Annalistam de hisce litteris Nicetii sic loquentem inducimus [1] : „ Egregiam, *inquit*, laudem meretur „ Nicetius Trevirensis episcopus; qui licet positus esset in ultimis partibus occidentis, ubi nullus veneno Nestorii vel Eutychetis inficiebatur, „ statim ac audivit orientis imperatorem pravis „ adhærere dogmatibus quæ divulgabantur a talium hæreticorum asseclis, mox, ut resipiscesceret, per litteras monuit. Usus est acri stilo, „ quæ sibi narrata fuerunt non dissimulavit, immo plura gravioraque, quam ceteri scriptores „ congessit exprobravitque crimina : nam *patres* „ quos imperator *venerari* debuisset, *ad cædes*, „ *ad diversas cruces* missos asseruit. Deinde subjecit quam odiosum esset illius nomen apud omnes „ Italos, apud Afros, apud Hispanos, apud Gallos, a quibus ob hæresim anathematizabatur. „ Hæc V. C.

Quod reliquum est, lectorem admonitum volumus; extra ordinem temporum atque ad hujus voluminis calcem excusa fuisse Nicetii opuscula; quod scilicet nobis exciderint, dum aliis intenti reliqua sequentium scriptorum monumenta typis consignanda parabamus.

1. *Coint.* ad ann. 566. §. LIX. l. c. pag. 83.

CAPUT X.

DE

VICTORE

EPISCOPO TUNUNENSI.

I. Circa medium sæculi VI. claruit VICTOR Tununensis ecclesiæ in Africa episcopus. De Urbe quæ Victorem præsulem habuit, concertatio inter eruditos non minima esse comperitur : qua de re plura edisserit Wesselingius [1]. Nos interim ipsummet Victorem sequimur, qui ecclesiam quam regebat, *Tununensem* nominat [2]. Neque aliter Isidorus Hispalensis, qui Victorem *Tununensis ecclesiæ Africanæ episcopum* appellat [3] : licet alibi apud eumdem, errore sane librariorum, *Turonensis* dicatur [4]. Ob acerrimam trium capitulorum defensionem, ut refert idem antistes Hispalensis [5], *a Justiniano Aug. ecclesia sua pulsus, exsilio in Ægyptum transportatur. Inde rursus Constantinopolim vocatus, dum Justiniano imperatori & Eutychio Constantinopolitanæ urbis episcopo, obtrectatoribus eorumdem trium capitulorum, resisteret, in monasterium ejusdem civitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, ut dicunt, permanens moritur*. Sed noster Africanus episcopus in primis audiendus, qui ad annum DLV. post consulatum Basilii V. C. anno XV. hæc de se ipso articulatim scribit [6] : *Victor Tununensis ecclesiæ episcopus, hujus auctor operis, post custodias simulque & plagas, quas Sala & Valericis perpessus, nec non in monasterio de Mandra primo ac secundo exsilio Egi Mauritaniæ insulæ, tertio Alexandrino una cum Theodoro Cebarsusitanæ ecclesiæ episcopo, pro præfatorum trium capitulorum defensione exsilio mittitur, & carceri castelli Dioclesiani apud prætorianum carcerem truditur*. Et rursus ad annum DLVI. post consulatum Basilii V. C. anno XVI. [7] : *Victor*, inquit, *& Theodosius antefati episcopi Africani de carcere ejiciuntur : & post disputationes in prætorio continuas dierum* XVI. *ad aliam custodiam monasterii Tabenensiotarum, quod est apud Cavopum* XII. *millibus ab urbe Alexandrina, mittuntur*. Ad quæ quidem verba respiciens Breulius, operum Isidori Hispalensis editor, hæc habet [8] : „ Ibi suum deplorat exsilium, quo mihi valde dignus fuisse videtur. Re„ stitit enim Vigilii papæ, Justiniani imperatoris „ & synodi Constantinopolitanæ decretis, dum tria „ capitula mordicus defendit. „ Ceterum supremum diem obiisse Victorem existimamus paullo post annum DLXVI. quo suum Chronicon absolvit.

II. Exstat præsulis hujus Africani *Chronicon continuans ubi Prosper desinit*, nobis subinde memoratum. *Hic*, inquit Isidorus [9], *a principio mundi usque ad primum Justini junioris imperii annum, brevem per consules annuos bellicarum ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgavit historiam, laude & notatione illustrem, ac memoria dignissimam*. Atque in eamdem sententiam alibi [10], postquam laudavit Eusebium Cæsariensem & Hieronymum, *qui chronicorum canonum multiplicem ediderunt historiam, regnis simul & temporibus ordinatam*; subdit de nostro scriptore: *Dehinc alii atque alii; inter quos præcipuæ Victor Tununensis ecclesiæ episcopus, recensitis priorum historiis, gesta sequentium ætatum usque ad consulatum Justini junioris imperatoris explevit*. Isidorum quem & Trithemius exscripsit [11], paucis contraxit Honorius Augustodunensis [12]. „ Sed si vere uterque ait, in„ quit Vossius [13], Chronica orsum fuisse ab ini„ tio mundi, contigerit Victori idem ac Prospe„ ro; quem quum Gennadius dicat ab orbe con„ dito inchoasse Chronicon suum, tamen ejus id „ omne deperiit quod tempus illud antecessit, ubi „ desiit beatus Hieronymus. Sane similiter nihil „ amplius habemus Victoris, quam quod excipit „ tempora a Prospero descripta, ut indicant ver„ ba quæ libello Victoris .... præmittuntur. Nec „ decipiat, quod apud Henricum Canisium [14] le„ gatur, tum Gennadium de Prospero, tum Isi„ dorum de eodem falsum fuisse : neutrum enim „ ab orbe condito cœpisse : sed ubi Hieronymus „ desierat, ibi Prosperum; ubi Prosper finit, ibi

1. *Wessel.* Differt. de Evang. in Victor. Tunun. cap. IV. pag. 158. seqq.
2. *Victor.* Chron. ad ann. 555. infra p. 231. d.
3. *Isid. Hisp.* de scriptor. eccl. cap. XXV.
4. *Id.* Origin. lib. V. cap. XXXIX. sub fin.
5. *Id.* de script. eccl. l. c.
6. *Victor.* Chron. l. c.
7. *Id.* ibid. a.
8. *Breul.* ad opp. Isid. Hisp. pag. 786. edit. Paris. 1601.
9. *Isid. Hisp.* de script. eccl. l. c.
10. *Id.* Origin. lib. V. l. c.
11. *Trithem.* de script. eccl. cap. CCXIV.
12. *Honor. Aug.* de script. eccl. lib. III. cap. XXIX.
13. *Voss.* de Histor. Lat. lib. III. cap. III. p. 748.
14. *Canis.* præfat. in Chron. Prosp.

„ Victorem cœpisse: errandi vero occasionem eo, „ & Gennadio & Isidoro, datam esse, quod in „ utriusque fine anni ab orbe condito colligantur, „ usque ad illud tempus ubi fecissent scribendi finem. Nihil, inquam, horum movere debent, „ quando idem ille doctissimus vir eam opinionem „ notis in Prosperum retractat. „ Hactenus Vossius; qui nimirum Isidori & Honorii auctoritate ductus conjecit, a mundi exordio Chronicon suum contexuisse Victorem: eique postmodum Caveum [1] aliosque adhæsisse intelligimus. Sed potior esse videtur illa sententia, Canisio primum, deinde aliis eruditis viris probata, atque operis inscriptioni, prout exstat in codicibus cum editis tum manu exaratis innixa; Victorem scilicet *a* XVIII. *consulatu Theodosii junioris historiam prosecutum esse, ubi Prosper reliquit*.

III. Quanti porro faciendum sit Victoris Chronicon, Hispalensem antistitem magnum illius pretium extollentem modo audivimus. Ejus tamen præconium ad Norisii crisin exigendum videtur: Nimirum, inquit [2] „ Victori, quod rerum gestarum veritatem spectat, totam fidem præsto: at „ quod ad annorum designationem pertinet, ejus „ Chronicon plenum mendis est, non Victoris, „ ut arbitror, sed corruptoris cujuspiam ignorantia. „ Cujus quidem scriptoris eminentissimi judicium confirmant eruditi ejus operum editores [3]: „ Ut Victoris elevetur auctoritas, inquiunt, non „ est cur plura ab eo perperam in chronologicis „ rebus scripta quispiam agglomeret: at quod historiam & facta spectat, obsequentissimam fidem „ meretur: neque enim in ea parte errores invenire, ac certis testimoniis demonstrare facile licet. Id autem, subdunt, cum primis animadvertendum lectoribus est ad ea quæ deinceps in „ Garnerium pro Norisio scripturi sumus; ne „ chronologicorum errorum qui late exaggerantur, longa enumeratione præoccupati, in historicis etiam rebus tanto historico nihil fidendum „ existiment. „ Hæc illi, digitum intendentes in *Defensionis dissertationis Norisianæ de synodo V. adversus dissertationem Patris Garnerii*, quam sub finem tomi IV. operum Norisianorum edidere. Garnerii autem dissertatio quam refellendam susceperunt, exstat in ejus *Auctario Theodoreti*, prout superius monuimus, ubi de *Liberati Breviario* verba fecimus. Neque vero illud heic omittendum, quod laudato Garnerio adnotare placuit [4]; Victorem in suo Chronico se illaudatum esse non sivisse: *si tamen*, inquit, *ipsius est pars extrema Chronici; quod non reor*. Ea scilicet verba respexit, quæ superius ex ipso auctore descripsimus. At vero quum verba illa Isidorus Hispalensis aliique Victoris esse agnoverint; quumque in primis omnes tradiderint eum usque ad primum Justini junioris imperii annum Chronicon suum perduxisse: propterea hujuscemodi conjecturam eidem erudito viro dimittimus.

IV. Victoris Chronicon primus edidit Canisius, antequam *Lectionibus antiquis* manum admoveret, ex codice bibliothecæ Toletanæ quem exscriptum ad Marcum Velserum duumvirum Augustanum miserat Andreas Schottus, ut ipsemet in præfatione lectorem admonuit. Deinceps vero post Eusebii Chronicon *Thesauro temporum* illud intexuit Scaliger, qui ex chirographo, triennio ante editionem Canisianam Ingolstadiensem idem Chronicon a se descriptum fuisse testatur [5]. Utramque autem editionem haud paucis scatere mendis, satis ex notis intelligitur quas nostræ subjiciendas curavimus. De Scaligeriana potissimum conqueritur Wesselingius [6]. Verum ad ea quæ *de Vigilio prævaricatore* tamquam a Victore litteris consignata *post consulatum Basilii V. C. anno* XVII. [7]; ad ea, inquam, quæ idem dissertator ingerit [8] ex quodam libro manu M. Velseri descripto sibique ab Hemsterhusio commodato, quæque suspicatur a Canisio fuisse studio in Romanum pontificem obliterata: illud primum advertimus, Canisium ut modo innuimus, codice fuisse usum ab Andrea Schotto ex bibliotheca Toletana descripto atque ad M. Velserum misso ex quo illum accepit; non autem codice manu ipsius Velseri, ut idem ait, exarato. Deinde codex ille quem triennio ante Canisii editum se descripsisse perhibet Scaliger, alius plane, ut videtur, ab eo fuit quem typis consignavit idem Canisius. Atqui utroque in eo codice nullum exstat eorum verborum vestigium, quæ ex Velseriano exemplari litteris majusculis sic exhibet Wesselingius: *Vigilius R. Ep.* POSTQUAM PRÆVARICATUS EST, SUB EXCOMMUNICATIONE TOTIUS AFRICANÆ ECCLESIÆ PONTIFICUM, *in insula Sicilia moritur*. Quæ quidem si suo in chirographo comperisset Scaliger, haud illa sane prætermittere aut negligere voluisset. Quid igitur de codice Velseri manu descripto censendum, unde sua vir criticus hausit? Nimirum inciderit Velserus in Victoris exemplar a nonnemine qui fuerit in defendendis tribus capitulis præsule nostro Africano ferventior, interpolatum, ut equidem existimarim. Porro hactenus observatis si addantur quæ de Vigilio superius cap. VII. ubi *de Liberato*, adversus eumdem Wesselingium protulimus; evanescat prorsus necesse est nota illa cum *prævaricationis*, tum *hæreseos*, quam Romano pontifici homo satis improvidus inurere ausus est. Ceterum de fabula illa quam Victor memoriæ commendavit [9], *de Evangeliis sub Anastasio emendatis*, adeat lector si lubet, quæ adnotavimus ad Liberatum [10].

1. *Cav.* Hist. litt. tom. I. p. 528.
2. *Noris.* Differt. de Synod. V. cap. VIII. opp. tom. I. pagg. 669. 670. b.
3. *Ballerin.* ad opp. Noris. Observ. lib. III. cap. IV. tom. IV. p. 956. d.
4. *Garn.* Auctar. Theodor. pag. 166. e.
5. *Scalig.* Thesaur. temp. post Euseb. Chron. pagg. 1. seqq.
6. *Wessel.* Differt. de Evang. cet. in Victor. Tunun. pagg. 149. seqq.
7. *Victor.* Chron. infra p. 231. a. & apud Scaliger. p. 11.
8. *Wessel.* l. c. pagg. 148. 153.
9. *Vict.* Chron. infra pag. 226. e.
10. *Liber.* Breviar. cap. XIX. infra p. 152. not. a.

CAPUT XI.

DE

S. ANASTASIO

EPISCOPO ANTIOCHENO.

I. ANASTASIUS, genere Palæstinus, professione monachus, cum eruditorum plerisque quos laudat Fabricius [1], distinguendus omnino videtur ab Anastasio Sinaita qui Μωϋσῆς νέος a Græcis recentioribus dicitur, ut refert Simonius [2]. Quapropter minime audiendus est Nicephorus, qui Anastasium de quo loquimur, non solum cum Sinaita confundit, sed & cum altero Anastasio juniore, qui Anastasio de quo heic loquimur, in episcopatu successit & anno DCIX. Christi martyr occubuit [3]. Anastasius itaque post Domnum sive Domninum ad sedem Theopolitanam seu Antiochenam fuit evectus. Initium ejus pontificatus juxta Nicephori Chronicon ac Theophanis Tabulas, ex Pagii [4] & Lequienii [5] sententia, illigandum B anno DLIX. secus atque alii qui statuunt annum DLXI. Ejus enim decessor qui anno DXLV. Antiochenam sedem obtinuit, annos XIV. eam ecclesiam rexisse, adeoque Anastasium habuisse successorem nostrum anno DLIX. comperitur. Res ab eo præclare gestas descripsit Evagrius [6]. Vir scilicet fuit tum ob eminentem vitæ sanctitatem, tum ob eximiam doctrinam ubique in oriente spectatus. Magna insuper constantia & animi celsitudine in rectæ fidei defensione præditus fuisse perhibetur. Imperatori namque Justiniano in hæresim Aphthartodocitarum lapso firmiter obstitit: qui propterea ipsum exsilio relegare decreverat; sed improviso fato perculsus anno DLXV. iniquum consilium per- C ficere haud potuit. Illud tamen aliquot post annos perfecisse intelligimus nihilo æquiorem in sanctum antistitem Justiniani cognatum Justinum juniorem, qui eum octavo imperii anno Antiochena sede deturbavit, ipsique Gregorium suffecit asceterii montis Sina præfectum. De his ex Evagrio erudimur, qui pluribus ista prosequitur [7]. Hanc Anastasii depositionem ægre admodum tulit Gregorius magnus. Exstant aliquot ejus epistolæ [8] ad eumdem Antiochenum præsulem, in quibus ipsum impense laudat: testatus præterea se apud serenissimos dominos (Mauritium ejusque filium Theodosium) summis precibus suggestionem fecisse, ut viro beatissimo suus honor restitueretur.

D II. Pontificatu cessit Anastasius anno DLXIX. exeunte vel exacto, postquam prima vice sedisset annos XI. ἔτη ιά. ut habetur in Nicephori Chronico ac Theophanis Tabulis; cujus propterea exsilium minus recte refert Pagius [9] ad annum DLXV. Porro Gregorius eidem suffectus anno DLXX. ecclesiam

A Antiochenam rexisse usque ad ineuntem annum DXCIII. compertum fit ex inscriptione Orationis quam habuit noster Anastasius, quum post annos tres & viginti thronum suum patriarchalem rursus recepit. Hujusce Orationis inscriptionem sic refert Lambecius [10]: Τοῦ αὐτοῦ Ἀναστασίου πατριάρχου Ἀντιοχείας λόγος ὁπηνίκα ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὸν θρόνον διὰ τριῶν καὶ εἴκοσι χρόνων, κ. τ. λ. *Ejusdem Anastasii patriarchæ Antiocheni Oratio, quum post annos viginti tres ad sedem rediit*. Qua de inscriptione Pagium [11] & Boschium [12] consulas velim. Eamdem quoque recitat Lequienus [13]: sed aliud egisse videtur vir eruditus, dum scriberet Anastasium fuisse a Mauritio imperatore Antiochenæ sedi B restitutum *vigesimo tertio anno exacto ex quo pontificatum inierat* [14]; quum potius scribere debuisset, *ex quo pontificatu abdicatus fuerat*. Aliter haud sibi constaret V. C. ex posita recte ab eo temporum supputatione, quam paullo ante præmisit. Itaque anni viginti tres non ab inito pontificatu Anastasii anno DLIX. sed ab anno DLXX. quo fuit dejectus, numerandi omnino sunt, adeoque de ejusdem reversione ad eam sedem accipiendi.

III. Haud secus ac inscriptio Lambeciana loquitur Evagrius [15]. Sed illud in primis attendendum quod ait idem historicus, Gregorium scilicet in nostri Anastasii locum suffectum, mortuum fuis- C se, quo tempore Antiochenæ ecclesiæ præsidebat Anastasius. Hinc jure arguit Valesius Anastasium paullo ante mortem Gregorii fuisse in sedem Antiochenam restitutum. Qua de re latius verba facit Boschius [16]. Nicephorus in Chronico *sex annos* pontificatui ejus secundo tribuit, ἔτη ς´. rectius, ut videtur, Theophanis Tabulæ *annos quinque*, ἔτη έ. Sanctus enim Gregorius epistolam ad Anastasium juniorem ejus successorem scripsit anno DXCIX. Indictione II. mense Januario [17]: adeoque supremum diem obierit Anastasius senior anno præcedente DXCVIII. quo Kalendis Septembribus inchoabatur Indictio II. Sic pluribus Pagius [18]. In eamdem sententiam Pagio præiverat Baronius in D notationibus ad Martyrologium [19]: licet postea in Annalibus mutato consilio annum statuerit DXCIX. [20] Atque alii quidem quos inter Boschius [21], doctissimo Annalium ecclesiasticorum parenti accedendum potius existimant. Verum si Menologii Græcorum, nec non Tabularum ecclesiasticarum attendatur auctoritas, cum Pagii, tum prior Baronii sententia præferenda videtur. In eo enim Anastasii elo-

1. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 313.
2. *Simon.* Bibl. choif. tom. II. cap. II. pag. 27.
3. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. XVIII. cap. XLIV.
4. *Pagi.* ad ann. 561. §. II.
5. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 734. d.
6. *Evagr.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XL.
7. *Id.* lib. V. capp. V. & VI.
8. *Greg. M.* lib. I. epistt. VII. XXV. XXVI. & lib. V. epist. XXXIX. & lib. VII. epist. XXVII. edit. BB.
9. *Pagi.* ad ann. 563. §. III.
10. *Lamb.* Comment. de Bibl. Cæsar. lib. VII. p. 159.
11. *Pagi.* ad ann. 594. §§. IV. seq.
12. *Bosch.* Tract. de Patr. Antioch. ad Act. SS. tom. IV. Jul. pag. 98. num. 453.
13. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 736.
14. *Id.* ibid. e.
15. *Evagr.* lib. VI. cap. XXIV.
16. *Bosch.* l. c. num. 456.
17. *Greg.* lib. IX. epist. XLIX. opp. tom. II. pag. 962 edit. BB.
18. *Pagi.* ad ann. 599. §. II.
19. *Baron.* ad Martyrol. d. XXI. Apr. not. e.
20. *Id.* ad ann. 599. §. VIII.
21. *Bosch.* l. c. pag. 99. num. 460.

gium die xx. mensis Aprilis consignatur [1]: in A his autem XI. Kalendas Majas anniversaria ejus memoria recolitur [2]. Quæ sane temporis notationes Indictionem II. præcedentes qua scripta Gregorii magni epistola modo memorata perhibetur, annum Anastasii emortualem DXCVIII. confirmant.

IV. Anastasii senioris præsulis Antiocheni scripta quæ circumferuntur, sunt ejusmodi, prout ea recenset Fabricius [3]: Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων λόγοι έ. *De nostris rectis dogmatibus veritatis Orationes quinque*.

I. *De SS. Trinitate*.
II. *De Incircumscripto*.
III. *De divina œconomia, id est, de Incarnatione*.
IV. *De passione & impassibilitate Christi*.
V. *De resurrectione Christi*.

Has quinque Orationes Stevartio debemus, qui eas in suo Auctario Lectionum antiquarum Canisii ex versione Francisci Turriani edidit Ingolstadii anno 1616. Exstant præterea ex eadem versione in Bibliothecis Patrum Coloniensi & Lugdunensi. Græce porro habentur in bibliotheca Vaticana [4], Vindobonensi [5] aliisque haud paucis. Videtur sanctus præsul has Orationes litteris consignasse, dum ab ecclesia sua Antiochena procul absens, vitam in exsilio ageret. Amicum enim quemdam cujus hortatu eas digessit, benigne compellans, testatur [6] se multa paucis complecti: *& fortassis*, inquit, *accommodate ad tempus quod suppetit, & ad inopiam librorum qua laboramus*.

V. Orationes ejusmodi excipiunt Sermones III. quorum primum & alterum *in Annuntiationem Deiparæ Virginis*, Lugduni Batavorum anno 1619. Græce vulgavit in opere *Variorum divinorum* Joannes Meursius [7]: e cujus exemplari Latine redditum utrumque, Græco-Latine Patrum bibliothecæ novo Auctario intexuit Combefisius; qui & Sermonem addidit *in Transfigurationem D. N. J. C.* [8], ex regio codice mutilo in fine descriptum. Porro quæ deerant in edito Combefisiano supplevit ex Lambecio [9] Fabricius [10]; unde illa desumsimus, ut suo loco monuimus.

His denique subdidimus ejusdem Anastasii patriarchæ Theopoleos opusculum *De tribus quadragesimis*, a Cotelerio in lucem emissum [11]. De quo hæc cl. B editor [12]: „ Citatur, inquit, quamquam indiligentius a Theodoro Balsamone Epistola de Jejuniis quam superiori tomo edidimus; ubi, quemadmodum ad Constitutiones Apostolicas, diximus de jejuniis Græcorum & de eorum tribus Quadragesimis, in Anastasii Quæstione LXIV. & in loco Joannis Citrii apud Allatium de Consens. III. 12. nec non in Typico S. Sabæ f. 100. & 133. atque in Morini antiquis Pœnitentialibus p. 89. 185. Nec Latinis defuerunt tres Quadragesimæ suæ ex concilio Triburiensi, Capitularibus, Amalario, aliisque testimoniis per viros doctos coacervatis notissimæ. Proinde juxta morem suum calide Hieronymus Epist. LIV. ad C Marcellam, adversus Montanum: *Nos*, inquit, *unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus: illi tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sint Salvatores*, cet. Vide eumdem magnum Doctorem ad Aggæi caput I. & ad Matthæi cap. IX. „ Hactenus V. C.

1. Menol. Græc. part. III. pag. 64.
2. Martyrol. Rom. §. XXI. Apr.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pagg. 332. seqq.
4. *Montf.* Bibl. Bibliothecar. tom. I. pag. 13. a.
5. *Lambec.* lib. VII. pag. 167.
6. *Anast.* Orat. I. §. IV. infra pag. 235. a.
7. *Meurs.* Var. div. pagg. 19. 33.
8. *Combef.* Nov. Auct. Bibl. PP. tom. I. pag. 849-882.
9. *Lambec.* lib. VIII. pag. 127.
10. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. p. 3343.
11. *Cotel.* Eccl. Gr. Monum. tom. III. pagg. 425-431.
D 12. *Id.* ibid. pagg. 645. seq.

CAPUT XII.

DE

S. MARTINO

EPISCOPO BRACARENSI.

I. INter eos viros eruditos qui sancti MARTINI Bracarensis episcopi gesta litteris tradidere, cl. Mabillonius eminere nobis videtur; ex quo proinde præ ceteris summatim pro instituti nostri ratione nonnulla heic describenda censuimus. Et primum quidem inquit [1]: „ Martinum alii Pannonium a patria, alii Gallicienſem a provincia Hispanica in qua degit, Dumiensem & Bracarensem alii a sedibus quibus episcopus præfuit, cognominarunt. „ Ex his porro viri docti verbis nobis succurrit, quod in Baronio nostro Tamayus notavit [2]; ipsum nempe res Hispanicas obiter tractantem, de unico Martino tres conflasse, Gallicienſem scilicet, Bracarensem & Dumiensem [3]. Verum si censor iste Hispanus ea novisset quæ magnus Annalium ecclesiasticorum parens de suis illis Notationibus in Tabulas ecclesiasticas præmonitum lectorem voluit, fortasse paullo E mitius cum viro maximo egisset. Sic igitur ille [4]: „ Quod autem in nostris Notis ad Romanum Martyrologium negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano, ex Annalibus errorem corrige: sicque semper, quum videris discrepare ab iisdem Notis Annales, eas ex his emenda. Numquam hactenus concessum doleo, ut easdem singulas recognoscerem. „ Hac igitur generali regula adhibita quam ipsemet Notationum auctor præscripsit, se ipsum jam dudum emendasse, neque Tamayo παιδάτῃ opus habuisse intelligimus. Agnovit enim fuisse unum eumdemque Martinum Dumiensem & Bracarensem, ut ex Annalibus compertum habemus [5]; qui nimirum primum fuerit

1. *Mabill.* Act. SS. Ord. Ben. sæc. I. pag. 244.
2. *Tamay.* Martyr. Hisp. tom. II. pag. 306.
3. *Baron.* Notat. in Martyr. Rom. ad d. XI. Kal. Jul.
4. *Id.* ad ann. 257. §. III.
5. *Id.* ad ann. 560. §. XII. & 572. §. X.

monaſterii Dumienſis epiſcopus, deinde tamquam A metropolitanus concilio Bracarenſi II. præſederit. Quod ſi alicubi etiam Gallicienſem epiſcopum poſt Gregorium Turonenſem [1] appellat, exiſtimandus proprerea eum ſic nominaſſe, quod Bracara qua in urbe ſedebat, Gallæciæ metropolis ordine cenſebatur.

II. Verum his miſſis, ut ad ea propius accedamus quæ ſunt reliqua de præſule noſtro enarranda, e Pannonia digreſſus ille, in orientem tum religionis tum litterarum diſcendarum gratia profectus eſt; unde poſtea redux in Gallæciam pervenit, ut ex Gregorio Turonenſi [2] & Iſidoro Hiſpalenſi [3] erudimur; quorum prior diſertius hæc habet: *Martinus Gallicienſis epiſcopus Pannoniæ ortus fuit, & B exinde ad viſitanda loca ſancta in orientem properans, in tantum ſe litteris imbuit, ut nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, ubi quum beati Martini reliquiæ portarentur, epiſcopus ordinatur*. Poſterior vero: *Martinus*, inquit, *Dumienſis monaſterii ſanctiſſimus pontifex, ex orientis partibus navigans, in Gallæciam venit*. Porro ut ſancti antiſtitis Hiſpalenſis verba, quibus tum heic, tum in Chronico Suevorum ſub finem [4], Martinum Dumienſis monaſterii pontificem & epiſcopum vocat, rite percipiantur, animadvertendum præſulem noſtrum de quo loquimur, ædificaſſe in Dumio, nobili Tarraconenſis Hiſpaniæ oppido, vix uno milliari a Bracara diſtante, illuſtre cœnobium inſtituti Benedictini, ut concilium C Toletanum X. anno DCLVI. celebratum perhibet hiſce verbis [5]: *Delatum eſt ad nos in conventu ſancti concilii .... teſtamentum glorioſæ memoriæ ſancti Martini eccleſiæ Bracarenſis epiſcopi, qui & Dumienſe monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe*. Hujuſmodi autem monaſterium ex concilii Lucenſis I. decreto in ſedem epiſcopalem erectum comperimus [6], eique *Familia regia*, ſive ut in aliis exemplaribus, *Familia ſervorum VI.* attributa. Quæ tamen poſterior lectio ſic reformanda videtur cum Harduino, ut legatur *Familia Suevorum* pro *ſervorum* vulgata. Teſtatur ſiquidem Iſidorus [7], Martinum quum in Gallæciam perveniſſet, *converſis ab Ariana impietate ad fidem catholicam Suevorum populis* cum Theodemiro eorum rege, *regulam fidei & ſanctæ* D *religionis conſtituiſſe, eccleſias confirmaſſe, monaſteria condidiſſe*, cet. Quapropter Dumienſis cœnobii ab eo conſtructi primus abbas & epiſcopus effectus, ſibi aſſignatæ *Familiæ regiæ* ſive *Familiæ Suevorum* regimen ſumſiſſe dicendus videtur. Verum alio ſenſu ſynodi Lucenſis verba, *Familia ſervorum VI.* interpretatur Garſias Loayſa [8], ſic inquiens: „ Attribuitur ei tantùm, *Familia regia*, hoc eſt, regimen ſanctorum monachorum; nam ipſi ſunt ex „ regia familia: & alibi dicitur *Familia ſervorum*, „ qui Chriſto regi ſummo dicati, ſtudium omne „ in cultu religionis & pietatis collocant.. „ Cur porro non ediſſeruit interpres numerum illum *VI.* in ſynodi contextu additum verbis iis, *Familia ſervorum?* Exiſtimarim equidem pro *VI.* reſcribendum *XI.* ut intelligatur *Chriſti*: qua quidem reſtitutione admiſſa, proba videri queat Garſiæ ſententia, ut ſynodi locus accipiatur de *Familia ſervorum Chriſti*.

III. Utcumque autem res ſe habeat, Martinus epiſcopali charactere inſignitus, antequam ſedem Bracarenſem obtinuiſſet, concilio Bracarenſi I. ſubſcripſerat [9], quod male in editis ordine II. inſcribitur: adeoque, ut recte arguit Mabillonius [10], „ ſi „ acta ſynodi Lucenſis I. conferantur cum ſynodo „ Bracarenſi I. anno tertio regis Theodemiri ſive „ Chriſti DLXIII. habita, cui Martinus jam epi„ ſcopus Dumienſis ſubſcripſit; facile intelligemus „ concilium Bracarenſe I. poſterius eſſe Lucenſi iti„ dem I. in quo Martino abbati Dumienſi epiſco„ palis dignitas & ditio conceſſa eſt. „ Deinceps vero metropolitæ Bracarenſi Lucretio decedenti ſuffectus perhibetur antiſtes noſter Dumienſis: quo autem anno, haud ſatis liquet. Hanc certe novam dignitatem dudum conſecutus fuiſſe exiſtimandus anno DLXXII. quo præfuit concilio Bracarenſi II. quod perperam in editione Labbeana dicitur III. [11]. Denique poſt plurima virtutum inſignia quibus Dei Eccleſiam illuſtravit, in cælos migravit. Ejus obitum Gregorius Turonenſis anno quinto Childeberti II. conſignat [12]; adeoque ſupremum diem clauſerit beatiſſimus præſul anno DLXXX. in quem juxta communiorem ſententiam incidit annus Childeberti junioris quintus. Sic Mabillonius [13]. Qua de re videſis Pagium [14] & Bollandianos [15]. Ejus dies feſtus celebratur d. XX. Martii. Exſtat apud Fortunatum [16] luculentum Carmen cui præmittitur epiſtola eidem Martino inſcripta, ubi præclara ejus geſta miris laudibus exornantur. De eo item refert alia nonnulla, præter ſuperius allata, Gregorius Turonenſis [17].

IV. Plura exſtant ipſius ingenii monimenta, „ In his, inquit Mariana [18], quoniam crebris „ ſententiis & ſtili acumine ad Senecæ ſimilitudi„ nem proxime accedit, duo libri *de Moribus*, „ & *de differentia quatuor virtutum cardinalium*, „ ejus philoſophi nomine inter reliqua ejus opera „ circumferuntur. „ Septem itaque beati hujus præſulis typis excudenda tradidimus opuſcula, quæ in antea editis divulſa habebantur. Eorum primum inſcribitur *Formula honeſtæ vitæ*, prout illud ex auctoris ſententia laudant Trithemius [19] & Sigebertus [20]. Idem tamen ſe legiſſe teſtatur ſanctus Iſidorus ſub titulo *De differentiis quatuor virtutum* [21]: cui proxime accedit Anonymus Mellicenſis [22]. Hujuſmodi libellum dicavit auctor *Mironi regi Galliciæ*: quam nuncupatoriam epiſtolam velut adhuc ineditam Dacherius in ſuo Spicilegio evulgavit [23]; quum jam pridem eam edidiſſet Pictavis anno 1544. Elias Vinetus, & quidem alicubi

E

1. *Greg. Tur.* Hiſt. Franc. lib. V. cap. XXXVIII.
2. *Id.* ibid.
3. *Iſid. Hiſp.* lib. de Vir. illuſtr. cap. XXXV. edit. Breul. al. XXII.
4. *Id.* Chron. Suev. pag. 424. edit Pariſ. 1601.
5. *Conc.* tom. VII. pag. 482. c. edit I. Ven. Labb.
6. *Conc.* tom. VII. pag. 557. a.
7. *Iſid.* l. c.
8. *Conc.* tom. VI. pag. 570. e.
9. Ibid. pag. 523. c.
10. *Mabill.* l. c. pag. 246. §. XI.
11. *Conc.* tom. VI. pag. 575. & 581. d.
12. *Greg. Tur.* lib. V. capp. XXXIV. & XXXVIII.
13. *Mabill.* l. c. pag. 247. num. 15.
14. *Pagi.* ad ann. 583. §. VIII.
15. *Bolland.* Act. SS. tom. III. Mart. pag. 86. §. I. num. 2
16. *Fortun.* lib. V. Carm. I. Bibl. PP. Lugd. tom. X. pag. 552. ſeq.
17. *Greg. Turon.* lib. I. de Mirac. S. Martin. cap. XI.
18. *Marian.* de Reb. Hiſpan. lib. V. cap. IX. tom. I. p. 177. edit. Hag. Com. 1733.
19. *Trithem.* de ſcriptor. eccl. cap. CCXXI.
20. *Sigebert.* de ſcriptor. eccl. cap. XIX.
21. *Iſid. Hiſp.* de Vir. illuſtr. cap. XXXV. al. XXII.
22. *Anon.* Mellic. de ſcript. eccl. cap. LXVIII.
23. *Dacher.* Spicil. tom. III. p. 312. nov. edit.

emendatiorem, ut ex collatione ab editore Dacheriano instituta constat. Prodiit vero libellus idem absque præfatione tum inter opera Gilberti Cognati anno 1562. Basileæ, tum in heroicis & ecclesiasticis quæstionibus Boethii Eponis, Duaci anno 1581.

Opusculum istud excipit alterum *De moribus*, cura Leodegarii a Quercu anno 1556. Parisiis in lucem emissum. Utrumque porro excusum exstat in bibliotheca PP. Lugdunensi [1], ut alias editiones omittamus. Quæ vero sequuntur reliqua quinque, *Pro repellenda jactantia*, *De superbia*, *Exhortatio humilitatis*, *De ira* & *De Pascha*, ex codicibus manu exaratis descripsit ediditque Joannes Tamayus Salazar in suo Martyrologio Hispano [2], unde illa desumsimus, subjectis nonnullis conjecturis, quibus melior lectio fortasse alicubi reddatur. Denique septem hisce opusculis subdidimus ejusdem sancti Martini Carmina tria, quæ Sirmondo accepta referimus [3], quorum prius Gregorio Turonensi memoratur his verbis [4]: *Versiculos*, inquit, *qui super ostium sunt a parte meridiana in basilica sancti Martini, ipse* (Martinus Galliciensis episcopus) *composuit*. Qui quidem Gregorii locus cl. editori haud succurrit. Porro non est cur heic differamus neque *de Sententiis patrum Ægyptiorum* ab auctore nostro ex Græco Latine redditis, quas in Vitis Patrum edidit Rosweydus; neque *de Collectione Canonum orientalium ex Græcis synodis*, quorum item Latinam versionem idem elucubravit: de qua vero Collectione plura videas apud Fabricium [5].

1. Bibl. PP. Lugd. tom. X. pagg. 382. seqq.
2. *Tamay.* Martyrol. Hisp. tom. II. pagg. 317-328.
3. *Sirmond.* opp. tom. II. p. 907. seq. edit. Parif.
4. *Greg. Turon.* Hist. Franc. lib. V. cap. XXXVIII.
5. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. XI. p. 65. seq.

CAPUT XIII.

DE GREGORIO EPISCOPO ANTIOCHENO.

I. GREGORIUS monasticam vitam primum professus, in ea excolenda ita laudabiliter se gessit, ut ad summos gradus pervenerit. Nam ex Joanne Moscho intelligimus [1], Lauræ Pharon præpositum fuisse; eumdemque præterea cœnobium Byzantiorum & asceterium montis Sina rexisse; atque illinc ad pontificatum Antiochensem Justini II. imperatoris jussu, qui Anastasium seniorem dejecerat, evocatum fuisse nos docet Evagrius [2]. Præclara ejus facinora idem Evagrius qui eum probe noverat, posteritati commendavit. *Fuit*, inquit, *& consilio & virtute & reliquis in rebus, omnium mortalium præstantissimus .... Et honor qui summis hujus sæculi potestatibus defertur, inferior erat honore illo qui huic viro exhibebatur; quum homines plerumque sua sponte eum videre, aut loquentem de proximo audire desiderarent .... Admirationi autem fuit non Romanorum modo, verum etiam Persarum imperatoribus*, cet. Vir sane fuit magnarum virtutum, quarum præcipuas enarrat laudatus Moschus [3].

II. Patriarchatum ab abbate Sergio anachoreta ei fuisse prænuntiatum refert idem Moschus [4]. Quam quidem dignitatem confecutus est anno DLXX. eamque retinuit usque ad annum DXCIII. quo e vivis excessit, ut superius pluribus comprobavimus, ubi de Anastasio seniore verba fecimus [5]. Sed heic observandum cum Valesio [6], quod & modo attigimus [7], ecclesiæ nimirum Antiochenæ regimen dimisisse Gregorium paullo ante quam moreretur, Anastasio magno in cujus locum imperatoris mandato suffectus fuerat. „ Quod si mirum „ cuiquam videatur, inquit eruditus Boschius [8], „ abjudicatam superstiti Gregorio qui eam tam „ præclare gubernabat, ecclesiam illam fuisse; meminerit, satis caussæ id esse, quod illa indignissime injustissimeque pulsus olim fuisset sanctus „ Anastasius, ut non solum ipsius Gregorii summa voluntate, sed etiam commendatione atque „ opera revocaretur; maxime si non ignorabat, „ id Gregorio pontifici Romano in votis esse, ut „ hic ad Sebastianum Rhisiniensem episcopum a „ biennio scribens significaverat [9]. „ Hactenus vir ille doctus.

III. Exstat Gregorii Oratio *in mulieres unguentiferas*, quæ legitur Græce inserta in Menæis Græcorum, ut testatur Fabricius [10]. Hinc porro eam descripsisse videtur Combefisius: neque enim ullum codicem laudat, ut assolet, ex quo illam depromserit; licet pluribus in bibliothecis eam exstare ms. ex Montfauconio intelligimus [11]. Hanc autem Orationem Latine redditam Parisiis idem vulgavit anno 1648. [12], de qua in notis subjectis hæc habet [13]: „ Pia est, inquit, ac erudita Oratio, „ *Antiochiæ* extra urbem ac in cœmeterio habita; ubi sanctus Joannes Chrysostomus, adhuc „ Antiochenus presbyter, duas & ipse habuit, „ quæ exstant tomo V. Ducæi; alteram in cœmeterii appellationem & crucem, alteram in Ascensionem: ubi etiam duas ille rationes assignat sacræ illius cærimoniæ; quibus tertia nostri Gregorii accedit, nihil illis cedens, nisi etiam videatur illustrior: ut nimirum tali loco & tempore dicta statio, muta quædam esset resurrectionis nostræ, Christi instar, prædicatio. „ Hæc ille.

1. *Jo. Mosch.* Prat. spir. cap. CXXXIX. & apud *Cotel.* Eccl. Gr. Monum. tom. II. pag. 421.
2. *Evagr.* Hist. eccl. lib. V. cap. VI. & lib. VI. cap. XXII.
3. *Mosch.* l. c. cap. CXL. apud *Cotel.* l. c. pag. 422.
4. *Id.* l. c. cap. CXXXIX. apud *Cotel.* ibid.
5. Prolegom. cap. XI. §. II.
6. *Valef.* ad Evagr. lib. VI. cap. XXIV.
7. Prolegom. l. c. §. III.
8. *Bosch.* Hist. chron. Patriarch. Antioch. ad Act. SS. Jul. tom. VI. pag. 98. num. 456.
9. *Greg.* lib. I. epist. XXVIII. opp. tom. II. pag. 518. edit. BB.
10. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. X. pag. 160.
11. *Montf.* Biblioth. bibliothecar. tom. I. in indice, & Biblioth. Coislin. pag. 182.
12. *Combef.* Auctar. nov. Bibl. PP. G. L. tom. I. pagg. 727-746.
13. *Id.* ibid. pag. 847.

Huic præfulis noftri Orationi aliam fubdidimus, quam idem κλινοπετὴς ὑπάρχων, *in lecto decumbens*, ad feditiofos milites habuit. Eam nobis fervavit Evagrius [1], ex quo aliis verbis eamdem Nicephorus haufit [2].

IV. In prioris Orationis infcriptione fanctum prædicavimus Gregorium Antiochenum epifcopum, Combefifium fecuti, qui ad ejufdem Orationis initium hæc margini adlevit [3]: „ Index librorum „ Palatii τοῦ ἁγίου Γρηγορίου. Sic quoque celebrant „ Menæa. „ Et infra [4]: „ Sancti titulum poft „ Indicem librorum Palatii & Menæa, tuto me „ putavi adfcripturum: fic enim adfcriptus eft An„ dreæ Cretenfi & aliis, qui nec ipfi adfcripti funt „ Romanæ ecclefiæ tabulis. Nec modo Græci ex„ ftant titulo fanctitatis clari, præter adfcriptos „ vulgatis Latinorum martyrologiis, fed & Lati„ ni quoque; indicatque ipfa claufula quotidie ad „ lectionem Romani ac Baroniani martyrologii „ adjecta, *Et alibi aliorum* cet. ut & appendix „ fanctorum a Baronio omifforum, quæ poftea „ prodiit. „ Hactenus ille. Combefifium fic loquentem exfcripfit Pagius [5]; qui tamen aliud agebat, dum ait ipfum tradidiffe *ab Andrea Cretenfi & aliis* fanctum appellari Gregorium noftrum, ut recte advertit Bofchius [6]. Eumdem errorem erravit quoque Caftellanus, ipfum forte Pagium præ oculis habens [7]. Ceterum fanctus Gregorius magnus, ut cum laudato Bofchio loquar, non folum præfulem noftrum jam biennio defunctum *fratrem quondam & coepifcopum fuum* appellat [8]; fed etiam anno Chrifti DXCIX. *venerandæ memoriæ Gregorium epifcopum Antiochenum* nominat [9].

1. *Evagr.* Hift. eccl. lib. VI. cap. XII.
2. *Niceph.* Hift. eccl. lib. XVIII. cap. XV.
3. *Combef.* l. c. pag. 827.
4. *Id.* ibid. pag. 847.
5. *Pagi.* ad ann. 594. §. VI.
6. *Bofch.* l. c. pag. 99. num. 458.
7. *Chaftelain* Martyrol. univerfel, pag. 1126.
8. *Greg.* lib. V. epift. XVIII. opp. tom. II. pag. 741. e. edit. BB.
9. *Id.* lib. IX. epift. LXVIII. ibid. pag. 984. a.

CAPUT XIV.

DE S. EULOGIO EPISCOPO ALEXANDRINO.

I. EULOGIUM primo ecclefiæ Antiochenæ presbyterum fuiffe, deinde monafterium rexiffe fanctiffimæ Deiparæ Juftinianeorum, ac demum fedem Antiochenam fuiffe adeptum, ex Photio intelligimus [1]. In epifcopatu Joanni I. fucceffit anno DLXXIX. vertente, ut ex tabulis Theophanis & Nicephori laterculo arguit Lequienus [2]. Paullo aliter Pagius, qui eum ad thronum Alexandrinum anno DLXXX. evectum fuiffe fcribit [3]. Quamobrem neque Bollandi, neque Sollerii fententia eft admittenda; quorum alter Eulogii præfulatus initium ad annum DLXXVI. retrahit [4]; alter vero ad annum DLXXVII. mortuumque anno DCIV. tradit [5]. Statuendus itaque annus Eulogii emortualis DCVII. Ipfum enim annos XXVII. epifcopatu functum fuiffe, tum ex Theophanis tabulis, tum ex Nicephoro Callifti erudimur [6], apud quem legimus ἔτη ἑπτὰ πρὸς τοῖς εἴκοσιν, ubi perperam interpres *viginti quinque*. Hinc proinde in Nicephori laterculo pro ιζ'. emendandum prorfus κζ'. id eft, pro XVII. refcribendum XXVII. librariorum lapfu haud infrequenti. In tabulis ecclefiafticis ejus memoria recolitur die XIII. Septembris: in Menologio autem Græcorum die XIII. Februarii [7].

II. Vir fuit Eulogius pietate ac fcientia præftans. De eo nonnulla fcitu digna refert Joannes Mofchus [8]: inter quæ illud in primis, quod quum idem præful Alexandrinus Conftantinopolim profectus effet, contubernio ufus fuerat archidiaconi Romani domini Gregorii, fummi & fingularis viri omnique virtute ornati, qui fibi enarraffe affirmabat, haberi fcriptam in ecclefia Romana miram hiftoriam de fancti Leonis papæ epiftola ad Flavianum Conftantinopolitanum epifcopum, manu beati Petri Apoftolorum principis emendata. De hac item ejufdem fancti pontificis epiftola quam Eulogius fufcepit ac laudavit, aliud quiddam mirabile in Græcorum Menologio narratur [9]. Ceterum nofter antiftes Alexandrinus fuit fane Gregorio cariffimus, ut ex ipfius epiftolarum Regefto intelligi poteft. Ejus zelum five in oppugnandis five in convertendis hæreticis potiffimum laudat fummus pontifex; illiufque precibus Anglorum converfionem adfcribit [10]. Ipfum præterea Dei organum, veritatis miniftrum & Petri fequacem appellat [11].

III. Complura litteris confignavit Eulogius, quæ tamen omnia ferme interciderunt, paucis exceptis fragmentis quæ fervata Photius recenfet [12]. Ex iis inter alia exftant *Capita* VII. *de duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris noftri*, inter opufcula theologica & polemica fancti Maximi confefforis [13]; quæ inde protulimus ex interpretatione Francifci Combefifii. Quibus quidem Capitibus præmifimus ipfius *Orationem in diem feftum Palmarum*, eodem Combefifio interprete [14] qui eam defcripfit ex regio codice Parifienfi, notifque illuftravit. Edita quidem dudum fuerat ex Oxonienfi codice, ac Cyrillo Alexandrino tributa, cui quoque adfcribitur in codice CCLXXXV. bibliothecæ Gr. Monum. tom. II. pagg. 414-416.

1. *Phot.* Bibl. cod. CCXXVI.
2. *Lequien.* Or. Chrift. tom. II. pag. 442.
3. *Pagi.* ad ann. 581. §. XII.
4. *Bolland.* Act. SS. tom. II. Jan. pag. 497. num. 14.
5. *Soller.* Hift. chron. patriarch. Alexandr. ad Act. SS. tom. V. Jun. pag. 61. num. 359.
6. *Niceph.* Hift. eccl. lib. XVIII. cap. LVI.
7. Menol. Græc. part. II. p. 186. edit. Urbin. ann. 1727.
8. *Jo. Mofch.* Prat. fpir. capp. 146-148. apud *Cotel.* Eccl. Gr. Monum. tom. II. pagg. 414-416.
9. Menolog. Græc. l. c.
10. *Greg.* lib. VII. epift. XL. & lib. VIII. epift. XXX. nov. edit. BB.
11. *Id.* lib. X. epiftt. XXXV. & XXXIX.
12. *Phot.* Bibl. codd. 182. 208. 225. 226. 227. 230. 280.
13. *Max.* opp. tom. II. pagg. 145. feq.
14. *Combef.* Auct. nov. Bibl. PP. Gr. L. tom. I. pagg. 651-678.

Coislinianæ [1] „ , sed ſtilo ipſo repugnante ; in- A
„ quit laudatus Combeſiſius [2] , ut deprehenderat
„ ejus apud Cyrillum interpres . Sic paſſim cele-
„ brior quis ſcriptis editis , etiam aliorum ad ſe
„ ſcripta trahit , ubi maxime aliquid eis cum ipſo
„ convenit , uti heic in Eulogio & Cyrillo ſedis
„ ejuſdem epiſcopis. Eſſe autem Eulogii ſuadet to-
„ ta materia , magnaque illa ejus affinitas cum
„ aliis ejuſdem Eulogii defloratis a Photio . Ubi-
„ que acris in Eutychianos depugnat, dignus pla-
„ ne , quem papa Agatho in ſua ad VI. ſynodum
„ ſuggeſtione , inter primos ac præcipuos ſynodi
„ Chalcedonenſis ac tomi Leonis defenſores percen-
„ ſeat. Eſt Oratio partim feſtiva, partim polemi-
„ ca . Pulcre ludit in verbis ac ſenſis Scripturæ .
„ Antiquarius noſter mediam fere abruperat: quod
„ illis plagium haud omnino inſolens eſt ; alias quo-
„ que deprehenſum in Amphilochio & Chryſoſtomo.

1. *Montf.* Bibl. Coisl. pag. 402.

2. *Combef.* l. c. pag. 677.

CAPUT XV.

DE

MARIO

EPISCOPO AVENTICENSI.

ET

DE VENANTIO FORTUNATO.

I. IN Æduis nobili genere ortus eſt Marius, ſtante adhuc Burgundiæ regno , circa annum Chriſti DXXXII. ut produnt Cointius [1] ac Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ ſcriptores eruditi [2] , Chiffletium affectati [3] . Anno autem circiter DLXXVI. ut poſtmodum ex dicendis compertum fiet , dum ætatis annum ageret quadrageſimum quartum, evectus eſt ad eccleſiam Aventicenſem regendam in Helvetiorum tractu ſitam : quam quidem ſedem epiſcopalem diu tenuit , donec ſub finem ſæculi hujus VI. Childeberti Francorum regis permiſſu , eam Aventico Lauſannam transtulit , ut ex Claudio Roberto tradit laudatus Cointius [4]. Childebertus enim Burgundiæ regnum in quo Aventicus & Lauſanna cenſebantur , poſt obitum Guntchramni patrui obtinuit ab anno dumtaxat DXCIII. ad annum DXCVI. Verum , ſi Hadrianum Valeſium audiamus [5] , tertio quidem anno in Burgundia exacto ſupremum diem obiit Childebertus anno DXCV. qui nimirum anno DXCII. regnum Burgundicum hereditario jure acquiſierat. Sed ut ad Marium revertamur, inter ſubſcriptiones epiſcoporum qui concilio Matiſconenſi II. interfuere , anno Guntchramni regis XXV. æræ Dionyſianæ DLXXXV. celebrato , adfuiſſe comperitur *Marius epiſcopus eccleſiæ Aventicæ* [6] ; unde liquet ſedem Aventicenſem nondum eo anno Lauſannam fuiſſe translatam ; adeoque ſerius poſt novem aut decem circiter annos , ſub Childeberto ſcilicet , id contigiſſe , ut modo innuimus . Porro ex antiquis Lauſannenſium tabulis perhibet Chiffletius [7] , Marium in epiſcopatu egiſſe annos XX. ac menſes VIII. vixiſſe autem omnino annos LXIV. obiiſſe vero pridie Kalendas Januarias anno videlicet DXCVI. qua quidem die Sanctorum ordinibus adſcriptus traditur , quippe qui morum integritate ac pietate inſigni claruerit. Miror equidem , Sauſſayum ejus mentionem prætermiſiſſe in ſuo Martyrologio Gallicano : quod B tamen præſtitit eruditiſſimus Claudius Caſtellanus [8]. Ceterum B. Marii corpus Lauſannæ ſepultum eſt in æda ſancti Thyrſi, quæ poſtea ſancti Marii nomen accepit . Hæc paucis contrahunt Hadrianus Valeſius [9] & Cointius [10]. Latius refert Baſnagius [11] ; qui verbo tenus Chiffletium exſcribens , ſuppreſſo tamen ejus nomine , bifariam errat , aſſerens interfuiſſe Marium concilio Matiſconenſi IV. ejuſque Chronicon ab anno CCCCLXV. initium ducere.

II. Epiſcopi hujus Aventicenſis unum Chronicon ſupereſt , ſtrictim contextum a tempore quo Proſper deſierat . Incipit autem ab anno Chriſti CCCCLV. quo *levatus eſt Avitus imperator in Gallias* , uſque ad annum DLXXXI. quo *Mummolus patricius* fuga C ſe Avenionem recepit , *anno* II. *conſulatus Tiberii Conſtantini Auguſti* , *Indictione* XIV. Quod itidem narrat ejuſdem ævi ſcriptor Gregorius Turonenſis [12] ; cujus propterea hiſtoriam chronologicis notis ſatis deſtitutam , eoque obſcuriorem , ſi quis cum hujuſmodi Marii opuſculo diligenter contulerit , ex eo enimvero eidem Hiſtoriæ Gregorianæ magnam lucem accedere plane intelliget : quæ eſt ſententia ſæpius laudati Chiffletii , cui concinit & Cointius [13] . Verum de hujuſce Chronici pretio ipſum cl. editorem differentem audire præſtat . „ Deſideratus eſt hactenus , inquit , antiquus ſcriptor , qui occidenti Romano veteri imperio funus duceret , qui barbarorum illa tempora , provincias Romani juris armis arbitris inter ſe dividentium , D illuſtraret ; qui Francorum , Burgundionum , Gothorumque regum veterum exordia , res geſtas, obituſque optimis temporum characteribus conſignaret . Et neſcio quid libaverat auctor Appendicis ad Marcellinum Comitem : ſed is huc uſque ita deformatus in publicum prodiit, ut quum trium dumtaxat Franciæ regum exitus perſtrinxerit, Childeberti quidem ſenioris obitum anno uno; Chramni vero cæ-

1. *Coint.* Annal. eccl. Francor. ad ann. 581. §. I. tom. II. pag. 220.
2. Hiſt. litter. de la Franc. tom. III p. 400.
3. *Chiffl.* præfat. ad Marii Chron. inter Hiſt. Francor. ſcriptor. Ducheſn. tom. I. p. 210.
4. *Coint.* l. c.
5. *Valeſ.* Rer. Franc. lib. XVI. tom. II. pagg. 464 - 477.
6. Conc. tom. VI. p. 680. edit. I. Ven - Labb.
7. *Chifflet.* l. c.
8. *M Chatelain* , Martyrol. univerſ. pag. 663.
9. *Valeſ.* l. c. lib. XIII. pag. 274.
10. *Coint.* l. c.
11. *Baſnag.* Annal. Polit - eccl. ad ann. 581. §. x. tom. III. pag. 874.
12. *Greg. Turon.* Hiſt. Franc. lib. VI. cap. 1.
13. *Coint.* l. c. pag. 219.

dem, tum etiam Theodebaldi interitum, biennio antevertat. Plura id genus & diligentius in hoc opuſculo adnotata leges. Theſaurum hunc ad hanc uſque diem defoſſum, ac ne quæſitum quidem, forte membranæ vetuſtiſſimæ mihi objecerunt, inſcriptum MARIO EPISCOPO. Quem ut in perſequendis Burgundionum rebus accuratiorem vidi, ac nominatim in Vallenſis agri ad lacum Lemannum, finitimorumque Agaunenſium deſcribendis caſibus; expenſis rerum omnium, nominis, conditionis, locorum temporumque adjunctis, non dubitavi, quin is ipſe eſſet MARIUS AVENTICENSIS ſeu Lauſannenſis epiſcopus. „ Hactenus vir eruditus.

III. De eodem Chronico verba facientes Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores, primo advertunt [1] in eo plura ſcitu digna occurrere, quæ alibi fruſtra quærantur: deinde illius ſcriptorem in mundi annis ſupputandis eam iniiſſe rationem, cui preſſius deinceps inhæſit Gregorius Turonenſis: illudque præterea obſervant, Marium in eam deſcendiſſe ſententiam, ut exiſtimarit *a principio mundi uſque ad annum primum conſulatus Juſtini junioris Auguſti*, *Indict*. XV. id eſt, uſque ad annum DLXVII. annos excurriſſe VMDCCLXVIII. His autem aliiſque animadverſis, admonent in errorem aliquando fuiſſe lapſum auctorem.

IV. Præſulis noſtri Aventicenſis Chronico ſubjicitur Appendix, de qua hæc Chiffletius: „ Quod ſpectat ad Marii Appendicem quam ex iiſdem antiquis membranis excerpſimus, contractior illa quidem eſt quam optandum eſſet, nec certum auctoris nomen præfert. Suum tamen pretium habebit apud eruditos, vel ob res ex quibus conſtat, vel propter auctoris antiquitatem; qui videlicet Heraclii imperatoris anno XIV. Clotarii porro ſecundi Francorum regis anno XL. hoc eſt anno Chriſti DCXXIII. aut DCXXIV. eam ſe conſcripſiſſe ſignificat. „ Ex hac ſane Appendice dignum cenſuit quod exſcriberet cl. Ruinartius, excerptum de morte Brunichildis reginæ [2], ad illuſtrandum nimirum Fredegarii Scholaſtici Chronicon ubi ea de re mentio [3], Hiſtoriæ Francorum Gregorii Turonenſis ſubjectum. Notanda vero in primis annorum ſumma quam ab exordio mundi ad ſuam uſque ætatem contractam ad finem ſuæ Appendicis exhibet hic anonymus auctor, conferendam cum ſuperiore quam ex Mario Aventicenſi deſcripſimus. Sic enim ille: *Fiunt igitur*, inquit, *ab exordio mundi uſque in Heram præſentem*, *id eſt*, XIV. *Heraclii*, *&* XL. *Chlothacarii regis annum*, *anni* VMDCCCXXII.

V. Erit fortaſſe cur quiſpiam miretur prætermiſſum a Gerardo Joanne Voſſio, cetera ſollertiſſimo, noſtrum Chronographum, haud certe imparem, quomodo mihi perſuadeo, Proſpero, Idacio, Marcellino comiti, Victori Tununenſi, Joanni Biclarienſi aliiſque, de quibus ille verba facit in libris *de Hiſtoricis Latinis*. Neque vero hujuſmodi A chaſma eo in opere complendum curavit Sandius in ſuis *Supplementis Voſſianis*: quod tamen, paucis licet, præſtitit Hallervordius [4]. Miræum præterea Caveumque atque Oudinum, qui de noſtro ſcriptore nihil novi, præter ea quæ ex Chiffletio exſcripſere, in medium adferunt. Ad editionem noſtram quod attinet, eam diligenter exegimus ad unam Petri Franciſci Chiffletii, qui Marii Chronicon ex pervetuſto codice ms. primus in lucem edidit inter *Hiſtoriæ Francorum ſcriptores coætaneos*, opera & ſtudio Andreæ du Cheſne anno *1636*. Lutetiæ Pariſiorum evulgatos.

VI. Marii Chronico ſubdidimus VENANTII FOR- B TUNATI *Expoſitionem fidei catholicæ*, quam ſæculo ſuperiore deſinente publici juris fecit cl. Muratorius ex vetuſto codice ms. bibliothecæ Ambroſianæ [5]. „ Fortunatus, inquit vir doctus [6], quem „ Chriſtianæ poeticæ ornamenta æternitate donarunt, in Gallia Tranſpadana non longe a Cenetenſi caſtro a Tarviſina civitate natus eſt. Ravennæ vero educatus, variiſque ibi diſciplinis imbutus, antequam Langobardi Italiam invaderent, in Germaniam Galliaſque ſe contulit. Iis in regionibus diu verſatus ſummiſque viris carus, ad epiſcopalem tandem Pictavorum ſedem evectus eſt. Plura ab eo profecta ingenii ac eruditionis monumenta ad noſtram uſque ætatem C „ ſervata ſunt, non ſine magna illius commendatione, quod barbaris omnino temporibus æquales ſcriptores ſuperaverit. „ Hæc ille. Qui poſtmodum præter ms. codicis auctoritatem, ex aliis Fortunati lucubrationibus tum in Dominicam Orationem, tum in Symbolum Apoſtolorum, hanc ipſam *Expoſitionem fidei catholicæ* eidem afferendam ducit. Aliter tamen eruditiſſimi Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores cenſuere [7]. Neque porro ab eorum ſententia diſcedere quis facile ſibi perſuadeat. Sic enim arguunt. Opuſculi auctor a Muratorio editi, hæc Symboli verba, *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos*, ita interpretatur [8]: *Vivos dicit eos*, *quos tum adventus dominicus in* D *corpore viventes invenerit*; *& mortuos*, *jam antea ſepultos*. At contra Fortunatus eadem Symboli verba explanans, ſic ait [9]: *Aliqui dicunt vivos*, *juſtos*; *mortuos vero*, *injuſtos*. *Aut certe vivos*, *quos in corpore invenerit adventus dominicus* .... *Nos tamen vivos & mortuos*, *hoc eſt*, *animas & corpora pariter judicanda intelligimus*. Ex qua ſane interpretatione duo colligere in promtu eſt. Et alterum quidem, ſcriptorem a Muratorio evulgatum Fortunato eſſe antiquiorem: is enim *Expoſitionem* illam *fidei catholicæ* ante oculos habuiſſe videtur; quippe qui ipſiſſima hæc verba, *Vivos quos tunc adventus dominicus in corpore viventes invenerit*, ex ea exſcripſerit. Alterum vero, quod potius eſt, E de hujuſmodi loci ſenſu aliam ſtetiſſe Fortunato ſententiam: ut propterea opuſculi Muratoriani auctor alius omnino a Fortunato ſit quærendus.

1. Hiſt. litter. de la Franc. l. c. pag. 401.
2. *Ruinart*. in Append. ad Gregor. Turon. pag. 1351.
3. *Fredeg*. Chron. cap. XLII. p. 523. edit. Gregor. Turon.
4. *Hallerv*. Spicil. de Hiſt. Latin. pag. 759. edit. Fabric.
5. *Murat*. Anecd. Lat. tom. II. pagg. 212-217.
6. *Id*. ibid. pag. 228.
7. Hiſt. litter. de la Franc. tom. III. init. p. 1.
8. Expoſ. fid. cathol. infra pag. 318. d.
9. *Venant. Fort*. ſub init. lib. XI. pag. 593. h. tom. X. Bibl. PP. Lugd.

CAPUT XVI.

DE

S. COLUMBANO

ABBATE.

I. COLUMBANUS, plurimorum pater monachorum, in Lagenia Hiberniæ provincia circa medium sæculi VI. ortus traditur, ut ex ejus gestis a Jona monacho Bobiensi fere æquali erudimur [1]. Post humaniorum litterarum studia, sacris Scripturis excolendis operam dedit [2]. Mox ad Banchorense monasterium in Ultonia se conferens, monasticum institutum amplexus est. Exactis ibidem annis pluribus, ex Hibernia digressus in Galliam perrexit, ætatis annum tunc agens tricesimum: atque in regno Burgundiæ ubi rerum potiebatur Guntchramnus, Luxoviense condidit insigne cœnobium. De tempore quo Luxovium accessit, haud plane constat. Cointius tamen [3] ac post ipsum Mabillonius [4], annum statuunt DXC. Luxovio pulsus in Italiam se recepit, ac celebre Bobiense monasterium erexit; in quo postquam annum unum explevisset, diem clausit extremum XI. Kal. Decembris, ut scribit Jonas [5]: qui dies quoque notatur in Tabulis ecclesiasticis; Christi anno scilicet DCXV. ut post Cointium [6] docet Mabillonius [7]. Quo autem ætatis suæ anno e vivis excesserit vir beatus, haud satis exploratum habemus. Id solum novimus, ipsum dum Carmen scriberet ad Fedolium, hæc de se cecinisse [8]:

Hæc tibi dictaram morbis oppressus acerbis
Corpore quos fragili patior, tristique senecta.
Nam dum præcipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad Olympiadis ter senæ venimus annos.

Ut proinde „ ita scripserit Columbanus, inquit „ Usserius [9], annum agens vel LXXII. si *quatuor*, „ vel XC. si *quinque* annorum spatio (Latinorum „ quorumdam more) Olympiadicam periodum de„ finiamus. „ Atque hanc posteriorem supputationem sequi placuit Mabillonio. Sic enim ad eumdem locum ait [10]: „ Si Olympias pro annis *quin*„ *que* sumitur, ut quidem sumi solet, annos no„ naginta tunc attigerat Columbanus, quum præ„ dictos versus scribebat. „ Quod equidem minus admiserim, prioremque supputationis rationem prætulerim cum vulgo eruditorum: atque ita censuerunt Historiæ litterariæ Gallicæ auctores, qui propterea ex verbis allatis beatum virum annos LXXII. tunc egisse definiunt [11]. Sacrum ejus corpus conditum est in monasterio Bobiensi. Mabillonius qui Bobium petiit, hæc litteris tradidit [12]: „ In ba„ silica monasterii nihil fere superest ex prima cœ„ nobii antiquitate, præter cryptas subterraneas, „ ubi altaria quatuor, olim quinque. In præcipuo „ corpus sancti Columbani asservatur intra lapi„ deam arcam, quæ anno M.CCCC.LXXX. rudi „ opere facta est. Scilicet hoc superbum illud est „ mausoleum magni quondam abbatis Columbani: „ sed quibusvis loculis aureis præferendum. „

II. Quæ superant sancti Columbani scripta, ea junctim edita Lovanii evulgavit anno 1667. Patricius Flemingus. Primum itaque omnium occurrit ejus *Regula cœnobialis*; quam tamen, prætérita Flemingiana editione, desumsimus ex optimo Codice Regularum Holsteniano: atque hoc præclarum exemplar jure celebrant ceterisque pluris ducunt viri docti modo laudati [13]. Complectitur ejusmodi Regula capita decem cum apud Thomam Messinghamum in Florilegio Hiberniæ, tum apud Lucam Holstenium in Codice Regularum. Ubi observandum cum Cointio [14], caput X. quod in codicibus mss. & exemplari sancti Galli desideratur, exstare in codice Bobiensi, & apud Messinghamum præferre titulum *de perfectione monachi*: apud Holstenium vero subjici capiti IX. instar appendicis, & caput X. inscribi *de diversitate culparum*, quod alii *Pœnitentiale sancti Columbani* vocant, & ab ejusdem Regula distinguunt. Porro utrumque opusculum pluribus illustrat atque alicubi supplet idem Cointius [15]. Neque illud prætereundum quod advertit Mabillonius [16], Regulam Columbani, qualis typis vulgata est, integram non esse, si caput in Concordia Regularum cap. LXXIV. §. X. citatum ex Regula Columbani cap. XXXIII. ad Columbani Regulam pertinet. Alii tamen observant [17], non Columbanum, sed antiquiorem auctorem agnoscere caput illud in Concordia laudatum. Nonnulla quoque de ipsius sancti Columbani Pœnitentiali monet in Analectis idem V. C. Locum adeat lector, si lubet [18]. Regulam porro ac Pœnitentiale de quibus hactenus sermo, excipit ejusdem sancti Abbatis liber *de Pœnitentiarum mensura taxanda*, quem primus ex vetusto ms. codice in lucem extulit Flemingus: quo de opere nonnulla iidem qui supra viri clarissimi animadvertunt [19].

III. Sequuntur *Sermones* seu *Instructiones* XVI. quibus adjectus libellus *De octo vitiis principalibus*, ex laudato codice Bobiensi per eumdem Flemingum descriptæ. Lectu sunt sane dignissimæ, ac miram ubique pietatem cum pari eloquio conjunctam spirant. De his vero accipienda videntur, quæ scribit Jonas in ejus vita his verbis [20]: *Agebat venerandus vir, ut per quæcumque loca progrederetur, verbum evangelicum annuntiaret. Erat enim gratum hominibus, ut quod facundiæ cultus adorna-*

1. *Jon.* Vit. S. Columb. apud Mabill. Act. SS. Bened. tom. II. pagg. 3. seq.
2. *Mabill.* Annal. Bened. lib. VIII. tom. I. pagg. 191. seqq.
3. *Coint.* Annal. eccl. tom. II. pag. 370.
4. *Mabill.* l. c. pag. 192.
5. *Jon.* apud Mabill. l. c. pag. 26.
6. *Coint.* l. c. pag. 679.
7. *Mabill.* Act. SS. Bened. p. 26. not. b.
8. *Columb.* Carm. III. vv. 160. seqq. infra p. 360. d.
9. *Usser.* Veter. Epist. Hibern. syllog. pag. 17.
10. *Mabill.* Annal. Ord. Bened. lib. XI. §. XVII. tom. I. p. 281.
11. Hist. litter. de la Franc. tom. III. p. 509.
12. *Mabill.* Iter Italic. pag. 214.
13. Hist. litter. de la Franc. l. c. pag. 511.
14. *Coint.* l. c. pag. 371.
15. *Id.* l. c. pagg. 371. 379.
16. *Mabill.* ad Act. SS. Ben. tom. I. p. 26. not. c.
17. Hist. litter. de la Franc. l. c. p. 510. num. 1.
18. *Mabill.* Analect. p. 19. nov. edit. §. VIII. sub fin.
19. Hist. litter. de la Franc. l. c. p. 512. num. 3.
20. *Jon.* apud Mabill. Act. SS. Ben. tom. II. p. 7. num. 11.

bat, *elucubratæ prædicationis doctrina*, *simul & exempla virtutum confirmabant* ...... *Tanta in beatum virum gratia redundabat*, *ut in quorumcumque domibus quantisper commoraretur*, *omnium animos ad religionis cultum defigeret*. Operæ porro pretium fuerit adnotare, Instructionem V. quæ incipit: *O tu vita quantos decepisti*! sub titulo *Epistolæ* V. legisse Mabillonium in ms. codice S. Galli [1]: atque sic item inscriptam ex eodem codice jam diu vulgaverat Goldastus [2]; qui tamen agnovit, in ea nullum apparere epistolici characteris vestigium; simulque professus est sibi haud discedendum duxisse a fide vetustissimi codicis, in quo hujusmodi erat inscriptio: *Incipit epistula s̄ci Columbani abbatis*. Id quoque observatum Usserio [3], qui sub Epistolæ nomine in sua *Veterum epistolarum Hibernicarum sylloge* eumdem Instructionem V. recensuit.

IV. Pone prædictas Instructiones exstant *Epistolæ V.* sancti Columbani, omnes fervido zelo præditæ atque libertate Christiana exaratæ. Eas ex pervetusto, sed mendoso satis bibliothecæ Bobiensis codice descripsit Flemingus; in cujus tamen edito, nulla temporis notatione servata, mixtim locantur. Hujusmodi confusionem perstrinxerunt viri eruditissimi subinde nobis laudati [4]; quorum propterea ductu easdem epistolas pro temporum ratione digessimus. Ordine itaque prima inscribitur Gregorio magno, inter cujus epistolas editionis novissimæ fuit exinde relata [5]. Sed nulla exstat inter Gregorianas ad Columbanum: licet perantiquus auctor libelli de vita sanctæ Salabergæ abbatissæ Laudunensis testetur [6] *ad præfatum patrem* (Columbanum) *melliflua remisisse scripta* eumdem sanctum pontificem. Porro præcipuum epistolæ argumentum versatur circa celebrationem paschatis, quod sanctus abbas cum suis celebrandum ritu Britonum, hoc est, orientalium more contendit. Ad annum saltem DXCIX. referendam censent hujusmodi epistolam doctissimi operum sancti Gregorii editores; quod ipsius meminerit in *Epistola II.* ad Gallicanos episcopos in unum sui caussa congregatos ad quæstionem de paschatis celebratione definiendam: cujus concilii nulla alia superest memoria. *Anno duodecimo* scripta fuit hæc epistola, ex quo in Vogensibus silvis degebat Columbanus, hoc est, anno Christi DCII. inquit Mabillonius [7].

V. Interea Columbanus abbas Luxoviensis ad sedandam contentionem, contra se a Gallicanis episcopis de paschæ celebratione concitatam, *Epistolam* scripsit ordine III. anno DCVI. ad Bonifacium III. Gregorii successorem, suppliciter postulans, *ut sibi peregrinis laborantibus suæ piæ sententiæ præstaret solatium*, *quo*, *si non contra fidem est*, *suorum traditionem seniorum roboraret*, *ut ritum paschæ*, *sicut acceperant*, *per pontificis judicium possent in sua peregrinatione observare*.
,, An responsum a pontifi-
,, ce obtinuerit Columbanus, (verba sunt Mabil-
A ,, lonii [8]) ignoramus: at eum retinuisse patrium
,, suum ritum in paschatis celebratione constat ex
,, ejus *Epistola IV.* ad suos Luxovienses Namnetis
,, scripta, quum in procinctu esset ad trajicien-
,, dum in Hiberniam. Verum hanc traditionem
,, deposuisse videtur saltem quum in Italiam ac-
,, cessit: idque suadet tum ejus *Epistola V.* ad Bo-
,, nifacium IV. e Bobiensi monasterio scripta, tum
,, synodus Matisconensis Gallicanorum antistitum,
,, instinctu Agrestii monachi convocata adversus
,, singulares quosdam ritus Luxoviensium monacho-
,, rum, in quibus nulla amplius de paschatæ fit
,, mentio. ,,

B VI. Dum Namnetis per triduum moraretur Columbanus [9], mox in Hiberniam perrecturus; ut paullo ante dictum, *Epistola IV.* scripsit anno DCX. ad suos Luxovienses, quos invitus deseruerat, pacem, salutem & sempiternam caritatem eis imprecatus. Quibus litteris acceptis, Attala Columbanum sequi maluit, quam Luxovii permanere, ipsius Columbani postmodum in Bobiensis monasterii regimine successor futurus. *Epistolam V.* denique Columbanus abbas ex cœnobio Bobiensi ad Bonifacium papam IV. scripsit anno DCXIII. studio impulsus Agilulfi regis Longobardorum ac Theodelindæ reginæ, de tribus Capitulis. Qua in epistola vir sanctus pontifici maximo, omnium totius C Europæ ecclesiarum capiti & pastorum pastori salutem dicit. De ea plura Mabillonius tum in Annalibus Benedictinis [10], tum in Itinere Italico [11]. His porro Epistolis V. sextam subjecimus quam edidit Goldastus [12] ex duobus exemplis bibliothecæ monasterii S. Galli, quorum unum satis antiquum, sed ἀνόνυμον; alterum haud magis vetustatis expers, at eo præstabilius, quod suo indice auctorem ostendit editori. Verum haud perspexit Goldastus, uti neque Historiæ litterariæ Gallicæ auctores [13], qualemcumque hanc epistolam ipsissimum referre Carmen illud, quod aliis hujuscemodi additum exhibet bibliotheca patrum Lugdunensis [14]. Id quod postea nos ipsi deteximus: quapropter ab eo Carmine excudendo abstinuimus. D

VII. Syllogen operum sancti Columbani abbati quatuor ejus Carmina claudunt. I. Inscribitur *Epistola ad Hunaldum*. Eam primus evulgavit Goldastus [15]; quam tamen perperam in duas dissecuit, alteram scilicet ad *Hunaldum*, alteram vero ad *Sethum* missam existimans. Una enim re vera est, ut viris eruditis observatum [16], eademque uni Hunaldo inscripta: cujus prior pars acrostichide circumscribitur, utriusque nomen sic referente, COLUMBANUS HUNALDO; ut recte habetur apud Sirmondum [17] & Usserium [18]. Acrostichis in Canisiano exemplari desideratur [19]. II. *Monostibicon Carmen*, sive *Monostbica*, e ms. codice Frisingensi desumsit Canisius [20]. Dubitat Basnagius an Columbani sit opus sincerum: sed immerito, ut censent E cll. viri [21], qui & ejus varias editiones enume-

1. *Mabill.* Analect. pag. 19. §. IX. sub fin.
2. *Goldast.* Parænet. Veter. part. I. pag. 145. edit. Insulis 1604.
3. *Usser.* Veter. epist. Hibern. syllog. pag. 5. seq.
4. Hist. litter. de la Franc. l. c. pag. 513. num. 3.
5. *Greg.* lib. IX. epist. CXXVII. opp. tom. II. pagg. 1036. seq.
6. Act. SS. Ord. Bened. tom. II. p. 406. num. 3.
7. *Mabill.* Iter Ital. pag. 214
8. *Mabill.* Annal. Bened. lib. X. §. XXXVI. tom. I. p. 361.
9. *Id.* l. c. §. L. pagg. 268. seq.
10. *Id.* ibid. lib. XI. §. IV. pagg. 273. seq.
11. *Id.* Iter Ital. pagg. 215. seq.
12. *Gold.* l. c. pag. 153
13. Hist. litter. de la Franc. tom. III. p. 520.
14. Bibl. PP. Lugd. tom. XII. p. 36. seq.
15. *Gold.* l. c. pag. 47.
16. Hist. litter. de la Franc. tom. III. p. 518. seq
17. *Sirmond.* opp. tom. II. p. 908. edit. Paris.
18. *Usser.* Vet. Hibern. epist. syllog. p. 10-12.
19. *Canis.* Thes. tom. I. p. 77[illegible]
20. *Id.* ibid. pag. 775. seq.
21. Hist. litter. de la Franc. l. c. pag. 519.

rant : sed hac de re consulendus in primis Fabricius [1]. III. Carmen est *Epistola ad Fedolium*, e ms. Sangallensi a Goldasto in lucem emissa [2], atque Hibernicis Epistolis ab Usserio intexta; qui eam recensens, hæc habet [3]: „ Versibus bipedalibus Adonicis est conscripta, elisionis syllabarum occasione omni evitata, ut Carmen esset constanter „ πεντασύλλαβον. Annexi sunt & hexametri sex, „ in quorum antepenultimo ætatem suam auctor „ prodit. „ Quod quidem superius §. I. nobis animadversum. IV. denique Epigramma est *in* A *Mulieres*, quod item Goldasto acceptum referimus. Exstat præterea ejusdem sancti Columbani *Rhytmus de vanitate & miseria vitæ mortalis*. Incipit: *Mundus iste transit*, cet. Occurrit apud Usserium [4] & in bibliotheca PP. Lugdunensi [5]. Verum hic Rhytmus idem omnino est ac Epistola VI. ac propterea nobis omissus, ut ad eam superius monuimus. Ceterum sancti Columbani opera quæ huc usque recensuimus, in meliorem ordinem redacta, notulis etiam subinde sive restituere, sive illustrare pro virili studuimus.

1. *Fabric.* Bibl. med. Latin. tom. I. p. 1129.
2. *Gold.* l. c. pag. 52.
3. *Usser.* l. c. pag. 13.
4. *Usser.* l. c. pag. 6. 7.
5. Bibl. PP. Lugd. tom. XII. p. 36.

B

CAPUT XVII.

DE

JOANNE

ABBATE BICLARENSI.

I. JOANNES, Gothis oriundus, Scalabi in Lusitaniæ provincia ortum duxit. De eo hæc Isidorus Hispalensis [1]: *Hic quum esset adolescens, Constantinopolim perrexit, ibique Græca &* C *Latina eruditione nutritus, post decem & septem annos in Hispania reversus est eodem tempore quo, incitante rege Leuvigildo, Ariana fervebat insania. Hunc supra dictus rex quum ad nefandæ hæresis credulitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exsilio trusus & Barcinonem relegatus, per decem annos multas insidias & persecutiones ab Arianis perpessus est. Qui postea condidit monasterium, quod nunc* Biclaro *dicitur*. Hæc ille. Hinc noster auctor JOANNES ABBAS BICLARENSIS vocari consuevit. De hoc autem cœnobio *Biclaro* (Vallis claræ) appellato, plerique post Mariana [2], constructum ad Pyrenæi montis radices perhibent. Qua de re consulendus omnino Mabillonius [3]. Deinceps vero a Recaredo rege christianissimo ab D exsilio revocatus, ad ecclesiam Gerundensem regendam fuit evectus anno DXCII. ut arguit Nicolaus Antonius [4]. Porro concilio Barcinonensi subscripsisse anno DXCIX. comperitur [5] ac demum Svinthilæ regis ætate, id est, post annum DCXXI. quo ille regnare cœpit, Sisebuto & Recaredo ejus filio morte sublatis, ipsum ad cælos migrasse, ecclesiæque Gerundensis regimen Nonito reliquisse, litteris commendavit laudatus Mariana [6]. Paullo aliter Nicolaus Antonius, ex quo eum vitam produxisse usque ad annum DCXX. edocemur [7].

II. Scripsit Chronicon ab anno DLXVI. quo Victor Tununensis desiit, usque ad annum DXC. id est, ab anno I. Justini junioris ad annum VIII. E Mauritii imperatoris & IV. Recaredi regis. Adi sis Pagium [8]. Unde Vossius corrigendus, qui Mauritii annum VIII. & Recaredi IV. statuit Christi annum DXCIV. Porro ex purpurato patre de Aguirre intelligimus [9], exstare apud se Additionem incerti auctoris ad istud Chronicon, complectentem gesta ab anno Christi DCI. usque ad annum DCCXLII. quam se in lucem editurum pollicetur. Hæc Pagius [10]. Ejusmodi vero nostri præsulis Gerundensis Chronicon, descriptum ab Andrea Schotto ex codice bibliothecæ Toletanæ, primus publici juris fecit Ingolstadii anno 1600. cum Victore Tununensi, legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam & synodo Bavarica Henricus Canisius; quod postea Scaliger emendatius excudendum curavit Amstel. anno 1606. in Thesauro Temporum cum Eusebio aliisque Chronographis. Aliæ duæ præterea exstant hujusce Chronici editiones: altera Francisci Schotti [11], altera doctissimi cardinalis de Aguirre [12]. Ad nostram vero quod attinet, Scaligerianam potissimum secuti sumus: quam enim Basnagius ex Canisio evulgavit [13], haud paucis mendis obsitam quin & alicubi hiulcam animadvertimus: quod & contigit in Victore Tununensi, ut pluribus superius docuimus.

III. Operæ porro pretium nos facturos ducimus, si notis quas Chronico auctoris nostri subjecimus, unam & alteram heic adjiciamus, post operis impressionem nobis obiter observatas. Et primum quidem ad annum VII. Justini junioris, hæc Abbas [14]: *Leovigildus Sabariam ingressus, Sabos vastat, & provinciam ipsam in suam redigit ditionem*. Ad quem locum dubitat Wesselingius [15], sit ne Abbatis *Sabaria* atque in Isidori Chron. Goth. Aera DCVIII. *Sibaria*, eadem atque *Sibaria* in Itinerario Antonini Augusti. „ Videntur „ enim, inquit, provinciam fuisse indicare, quam- „ quam & ea ab urbe cognomen ducere potuerit. „ Ut ut est, nihil opus erit ad episcopi Sibarien- „ sis Januarii qui Illiberitanæ synodo interfuit, se- „ dem constituendam nugis Higueræ ex Luitpran-

1. *Isid. Hisp.* lib. de Vir. illustr. cap. XXXI.
2. *Marian.* de Reb. Hisp. lib. V. cap. XIII. tom. I. p. 188. edit. Hag. Comit. 1733.
3. *Mabill.* Annal. Bened. lib. III. §. XXXV. tom. I. p. 66.
4. *Nic. Ant.* Bibl. vet. Hisp. lib. IV. cap. V. tom. I. pagg. 227. seq.
5. Concil. tom. VI. p. 1340. c. edit. I. Ven - Labb.
6. *Mabill.* l. c.
7. *Nic. Ant.* l. c.
8. *Pagi.* ad ann. 589. §. VII. & 591. §. V. & 593. §. III.
9. *De Aguirr.* Notit. concilior. Hispan. pag. 95.
10. *Pagi.* ad ann. 589. §. VII.
11. *Fr. Schott.* Hispan. illustr. tom. IV. p. 153.
12. *De Aguirr.* Concil. Hispan. tom. II. p. 421.
13. *Basnag.* Thes. Monum. eccl. tom. I. pag. 337.
14. *Biclar.* Chron. infra pag. 365. d.
15. *Wessel.* Vet. Roman. Itiner. pag. 435.

„ di Adversariis num. ccxxvi. a quibus , quod „ obiter moneo , non bene sibi cavit ampl. Cu„ perus ad Lactantium de Mortib. persecut. ca„ put xvi. „ Hæc ille . Alter præterea locus exstat ad annum ix. Justini , qui sic se habet [1] : *Aramundarus Saracenorum rex Constantinopolim venit & cum stemate suo* , cet. Ubi Cotelerius [2] : „ Reponi potest , inquit , *schemate* , seu potius „ *stemmate* : σχῆμα enim , *schema* , *habitus* , pas„ sim hoc sensu occurrunt „ : ςέμμα vero , *stem-* A *ma*, id est, *corona* , *sertum*. Tertius denique locus habetur ad annum III. Mauritii , ubi sic [3] : *Castrum vero quod Hodierno vocatur* . Heic autem pro *Hodierno* legendum *Ugernum* , ex Gregorio Turonensi liquet, qui memorat *Ugernum Arelatense castrum* [4] . Ad quæ verba videas adnotata Ruinartio . De celebris hujus castri nomine plura item observat Pagius [5] post Hadrianum Valesium [6] , & post Pagium Wesselingius modo laudatus [7] .

1. *Biclar.* Chron. infra pag. 366. c.
2. *Coteler.* Eccl. Gr. Monum. tom. I. p. 806. c.
3. *Biclar.* Chron. infra pag. 367. c.
4. *Greg. Turon.* Hist. Franc. lib. VIII. cap. xxx.

B

5. *Pagi.* ad ann. 584. §. iv.
6. *Hadr. Vales.* Notit. Galliar. v. *Ugernum*.
7. *Wessel.* l. c. pag. 553.

CAPUT XVIII.

DE

S. DOROTHEO

ARCHIMANDRITA.

I. DOROTHEUS Archimandrita Palæstinus, Joannem abbatem, illustrem Barsanuphii discipulum & *Prophetæ* titulo clarum , magistrum habuit : quos duos magnos senes ipsum novisse , quum ad abbatis Seridi cœnobium secessit , perhibet ejus discipulus qui vitam sancti Dosithei conscripsit . Meminit & ipse Dorotheus Seridi abbatis [1] , sub cujus ductu monasticum institutum primitus professus est. Ex quibus temporum notationibus sub finem sæculi vi. floruisse nostrum Archimandritam arguunt Bollandiani [2] , quibus accedit Fabricius [3] ; neque ab hac sententia longe recedere videtur Caveus [4]. Nihil vero moror Oudinum , qui auctorem quo de agimus, modo ultra sæculi VII. medium, modo sub ejusdem sæculi initium floruisse scribit [5] . Porro sancti hujus Abbatis res præclare gestas ex ejus potissimum Institutionibus asceticis contextas in quibus ille complura de se ipso testatur , litteris commendavit eruditus ex sociis Bollandianis Conradus Janningus [6] . Quo autem anno e vivis excesserit vir beatus , haud plane compertum habetur .

II. Exstant insignis hujus Archimandritæ Dorothei *Expositiones* sive *Doctrinæ* xxiv. opus egregium lectuque dignissimum , summopere probatum sancto Theodoro Studitæ, qui propterea inter præstantissimos ascetas hujusce operis auctorem recenset his verbis [7] : ἔτι μὲν ἀποδέχομαι καὶ ἁπάντων τῶν θεσπεσίων πατέρων , διδασκάλων τε καὶ ἀσκητῶν τοὺς βίους καὶ τὰ θεῖα συγγράμματα ..... λέγω δὴ Μάρκον , Ησαΐαν , Βαρσανούφιον , Δωρόθεον καὶ Ησύχιον . *Omnium item divinorum patrum , doctorum & monachorum vitas & divina scripta recipio ..... Marcum , inquam , Esaiam , Barsanuphium , Dorotheum & Hesychium* . Cujusmodi testimonium locupletissimum refert item , qui præfationem ad ejusdem Dorothei opus conscripsit [8] . Porro editionem nostram ad eam exegimus , quæ prodiit Parisiis anno 1624. in Auctario bibliothecæ Patrum Ducæano [9] , ab editore C aliquot in locis recensita ; ejusque conjecturis nonnullas quoque notas & emendationes adtexuimus . Quibus præterea heic observationem aliam addere libet, quam post Albertum Rubenium [10] adnotavit Henricus Dodvvellus in *Dissertatione de Parma equestri Voodvvardiana* . Curiosus itaque hic vir criticus locum excutit [11] , quo Dorotheus colobium monachorum memorat his verbis [12] : ἔχει δὲ τὸ κολόβιον ἡμῶν σημεῖόν τι ποτε πορφυροῦν κ. τ. λ. Quæ quidem Dorothei verba non de Militia *armata* , sed *Palatina* & *Comitatensi* esse accipienda statuit idem Dodvvellus. Eumdem Archimandritæ locum excitat enucleatque simul in utroque Glossario eruditissimus Cangius [13] .

D

III. Versionem retinuimus Hilarionis Veronensis monachi Benedictini e Congregatione Casinensi , quam recognovit emendavitque Fronto Ducæus; licet nobis præ manibus esset altera Chrysostomi Calabri Casinensis item monachi, Cremonæ anno 1595. evulgata. Exstat alia quoque interpretatio Balthasaris Corderii , qui & Dorothei Doctrinas brevibus notis illustravit edidítque Antuerpiæ anno 1646. His addimus post Fabricium [14] , duas circumferri versiones Gallicas ejusdem operis Archimandritæ . Et alteram quidem adornavit Franciscus Boutonus in lucem editam Parisiis anno 1629. Qua de versione hujusmodi tulit judicium Raynaudus [15] : E *Franciscus Boutonus sanctum quoque Dorotheum Gallice fecit e Græco , quod dum mentem ascetici illius lectissimi pabuli usu reficeret , & Latinis Græca componeret , observasset , pleraque non modo in Hilarionis Veronensis , quæ aperte misera est &*

1. *Doroth.* Doctr. I. §. xv. & Doctr. IV. §. ix. infra pagg. 381. e. 395. b.
2. *Bolland* Act. SS. Jun. tom. I. p. 592. num. 4.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VI. pag. 145. not. * & tom. X. pag. 160.
4. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 572.
5. *Oudin.* Comment. de scriptor. eccl. tom. I. pagg. 1628. 1634. & 1635
6. Act SS. l. c. pagg. 596 - 605.
7. *Theod. Stud.* Testam. cap. iv. inter opp. Sirmond tom. V. pag. 81. edit. Paris.
8. Anonym. ad *Doroth.* Doctr. infra pag. 371. b. c.
9. *Duc.* Auctar. tom. I. pag. 742.
10. *Ruben.* de Re Vestiar. lib. I. cap. xviii.
11. *Dodw.* Differt. de Parma equestr. Voodvvard. cap. xxxi. pag. 77. edit. Oxon. 1723.
12. *Doroth.* Doctr. I. § xv. infra pag. 379. e.
13. *Cang.* Glossar. Græc. tom. I. pag. 684. & tom. II. p. 306. — Glossar. Latin. tom. II. p. 724. nov. edit.
14. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VI. pag. 145. & tom. X. pag. 164.
15. *Raynaud.* Hagiolog. Lugd. pag. 91. sub fin.

mendosissima, *sed etiam in politiore & venustiore Chrysostomi Calabri Latina interpretatione*, *peccavi*. Aliter tamen quam Raynaudus, de Hilarione Veronensi censuerunt viri docti, quos inter Josephus Scaliger [1]. Vide sis cl. Maffejum [2]. Altera vero Gallica versio quæ prodiit Parisiis anno *1686.* auctorem agnoscit Joannem Arnaldum Butellerium Rancæum, notiorem deinceps sub nomine Abbatis Trapensis; (*Abbé de la Trape*) de quo viro Græce doctissimo Gallicum Diarium Eruditorum consulas velim [3].

1. *Scalig.* De emendat. tempor. Prolegom. pag. XXVIII. & lib. VI.
2. *Maffei* Veron. illustr. lib. III. pag. 114.
3. Journal des Savans *1686.* pag. 531.

CAPUT XIX.

DE

JOANNE PHILOPONO.

I. JOANNES Grammaticus, cognomento PHILOPONUS, litteris exquisitis, præsertim philosophicis, apprime excultus, Heraclio imperante claruisse perhibetur ex ejus opere *de mundi creatione*, sive *in Hexaemeron*, quod Sergio Constantinopolitano præsuli nuncupavit [1]. Successisse namque Sergium Thomæ anno DCX. defuncto, eodemque anno quo patriarchatum iniit, Phoca e vivis sublato, Heraclium imperatorem inaugurasse, pluribus ostendit cl. Lequienus [2]. Quid quod ætatem qua scripsit, tradit ipsemet Philoponus his verbis? [3] φαμὲν γὰρ ἐνεστηκέναι νῦν ἐνιαυτὸν, καὶ μῆνα, καὶ ἡμέραν· ἐνιαυτὸν Διοκλητιανοῦ ἔτος τλγ'., μῆνα Παχὼν, ἡμέραν δεκάτην. *Dicimus præsentem jam esse annum, mensem & diem: annum quidem Diocletiani* CCCXXXIII. (Christi DCXVII.) *mensem Pachon*, (Majum) *diem decimam*. Alius quidem exstat ejusdem Philoponi locus, ex quo arguere quis possit, aliter de tempore quo is floruit, esse censendum. Est autem hujusmodi [4]: καὶ νῦν γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ διακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν πέμπτον Διοκλητιανοῦ ἔτος κ. τ. λ. At quum Diocletiani annus CCXLV. heic enuntiatus anno Christi DXXIX. respondeat, quumque auctor superiore loco multo clarius indicet se centum ferme post annos scripsisse; hinc propterea hæc verba paullo latius cum Fabricio [5] sunt intelligenda atque hoc pacto reddenda: *Nam & non longe a nostris temporibus*, *anno Diocletiani* CCXLV., cet. Neque ad hanc voculæ νῦν acceptionem confirmandam desunt exempla. Sic Justinus de incarnatione Domini verba faciens, eadem loquendi ratione usus comperitur [6]: Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, πρότερον λόγος ὢν .... νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος, κ. τ. λ. *Jesus Christus*, *quum autem Verbum esset* .... NUNC *voluntate Patris pro humano genere homo factus*, cet. Ubi nemo non videt, νῦν hoc loci, neutiquam strictim, sed sensu accommodo ad mentem sancti martyris esse accipiendum. Fabricius tamen qui duo modo allata Philoponi testimonia excitavit, alibi ex Leontio [7] conjecerat, ad plures abiisse nostrum Grammaticum ante annum DCX. [8]. Neque aliter Basnagius, eumdem Fabricium secutus [9]. Jonsius vero [10] & Lequienus [11] sub Justiniano vixisse Grammaticum nostrum prodidere: quorum sententia Leontii auctoritati videtur innixa, ut modo monuimus. Porro utcumque se res habeat, ad Philoponi ætatem quod attinet, male hic auctor passim audit; quippe qui ex philosophorum schola prodiens, in varios errores deinceps impegit, quos inter tres in Trinitate substantias essentialesve partiarias admittere ausus est. Hinc Tritheitarum parens vulgo habetur: confutatus proinde a Leontio, Georgio Pifide aliisque, ut narrat Nicephorus [12], ac demum in concilio Constantinopolitano III. anno DCLXXXI. coacto inter alios hæreticos relatus condemnatusque [13].

II. At vero heic præterire non libet, quod apud Assemanum [14] tradit Syriace Bar-hebræus Jacobita; qui Tritheitarum originem, non ad Joannem Philoponum, ut communiter Græci & Latini, sed ad *Joannem* alterum cognomento *Ascusnaghum* refert in hæc verba: „ His itidem annis innotuit hæresis Tritheitarum, quorum parens exstitit Joannes *Ascusnaghes*, quod *Utris fundum* recte interpreteris. Is porro Samuelis Petri Syri ex Rhesina in Mesopotamia viri docti discipulus fuit, qui per viginti annos Constantinopoli universam Græcorum eruditionem didicit. Eo magistro suo exstincto, Joannes cathedram ejus occupavit. Quumque aliquando ad imperatorem intromissus, ab eodem de sua religione rogaretur: *Unam*, respondit, *Christi Verbi incarnati naturam profiteor: in Trinitate vero secundum numerum personarum naturas*, *essentias & deitates tres supputo*. Quamobrem ab imperatore exsilio multatus fuit .... Tunc vero Athanasius monachus demonstrationes ab *Utris fundo* compositas in unum compingens volumen, Alexandriam transmisit ad *Joannem* Grammaticum, qui & *Philoponus*. Qui de ea opinione tractatum conscripsit, & ad Athanasium misit. Recognita Alexandrini librum simul & auctorem condemnarunt. „ Hæc scriptor ille Jacobita. Pergit deinde referre habitam fuisse hac de re disputationem coram patriarcha Chalcedonensium, qua convictis Tritheitis, hæresim quoque ejusmodi exstinctam fuisse.

III. Præter quamplurima Philoponi litterarum monumenta, grammatica, philosophica, arithmetica, Suidæ memorata [15], quæ ad nostrum institutum haud pertinent; præclaram etiam operam

1. *Philopon.* procem. infra pag. 473. b.
2. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 227.
3. *Philopon.* Comment. in lib. IV. Physic. S. II.
4. *Id.* advers. Procl. XVI. 4.
5 *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. p. 362. & de Verit. relig. Christ. cap. II. §. XXXII. pag. 117.
6. *Justin.* Apolog. I. §. LXIII.
7. *Leont.* lib. de Sect. Act. V. §. VI.
8. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. p. 451.
9. *Basnag.* ad Thes. Canis. tom. I. p. 533. §. VI.
10. *Jons.* de script. Histor. philos. lib. III. cap. XVIII. p. 98.
11. *Lequien.* ad Joan. Damasc. opp. tom. I. p. 104.
12. *Niceph.* Hist. lib. XVIII. cap. XLVIII.
13. Concil. tom. VII. Act. XI. p. 923. c. edit. I. Ven-Labb.
14. *Assem.* Bibl. Orient. tom. II. pagg. 327. seqq.
15. *Suid.* Lexic. tom. II. p. 431. edit. Kust.

posuit hic auctor in excolendis litteris divinis: & quamvis suo nimis fidens ingenio, alia ipsius scripta placitis prorsus absurdis atque a fide catholica alienis ἀπεριςκέπτως adsperserit; opus tamen illud exegeticum quod περὶ κοσμοποιΐας, *de mundi creatione* conscripsit, omnis omnino labis expers ac integrum esse censetur. De quo ita Photius [1]: ἀνεγνώσθη Ιωάννου τοῦ Φιλοπόνου εἰς τὴν ἑξαήμερον. ἔςι δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καθαρὸς καὶ σαφὴς, καὶ κρείττων τῇ λέξει ἑαυτοῦ· καὶ συμφωνῶν σχεδὸν ἐν τοῖς πλείςοις Βασιλείῳ τῷ μεγάλῳ, ἀντιπίπτων δὲ δι' ὅλου τῷ Μοψουεςίας Θεοδώρῳ· ὃς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἐνςησάμενος, ἑρμηνείαν τῆς κτίσεως τὸ βιβλίον ἐπέγραφεν· οὗ τὰς δόξας διελέγχων ὁ Φιλόπονος ἐτράπετο. *Legimus Joannem Philoponum in* Hexaemeron. *Quo in libro purus est ac perspicuus, seque ipse dicendi genere exsuperans; atque ut Basilio magno in plerisque ferme consentit, sic ubique Theodoro Mopsuesteno repugnat: qui & ipse idem argumentum aggressus*, Interpretationem Geneseos, *librum inscripsit; cujus opiniones Philoponus arguens, contra nisus est*. Excerpta hujus operis Philoponiani satis luculenta idem Photius alibi exposuit [2]. Grammaticum nostrum postmodum imitatus Georgius Pisides litteris commendavit opus inscriptum: Ἑξαήμερον, ἤτοι κοσμουργία. *Opus sex dierum, seu mundi opificium*. Porro in hoc opere [3] redargui Philoponum ab auctore sub tecto Procli nomine qui mundi æternitatem statuerat, immerito prorsus tradit Caveus [4], ut recte advertit Fabricius [5]; qui tamen haud perspexit deceptum fuisse Caveum a Federico Morello, qui ad Pisidæ V. 62. Ἀλλ' ὦ σοφιςὰ Πρόκλε, κ. τ. λ. hæc longe ante adnotaverat [6]: „ In Proclum, sive „ Joannem Philoponum, impium Tritheitem, Pro„ cli nomine invehitur: „ quum tamen contra suo in opere palam doceat ipsemet Philoponus [7] mundum habuisse principium, atque adversus eos pugnet qui mundum principio carere contendunt. Quid quod idem Grammaticus librum primum citat ubi Proclum refutavit [8], & alibi aperte profitetur [9] integrum tractatum præmisisse quo Procli argumenta refelluntur? Quibus quidem verbis egregium illud opus innuere videtur, quod sic inscripsit: Κατὰ Πρόκλου περὶ ἀϊδιότητος κόσμου, λύσεις λόγων ιη. *Adversus Procli pro æternitate mundi argumenta duodeviginti, solutiones*. Quo de opere Suidas hæc habet [10]: Πρὸς ὃν ἔγραψεν Ιωάννης, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος, πάνυ θαυμασίως ὑπαντήσας κατὰ τῶν ιη. ἐπιχειρημάτων αὐτοῦ, καὶ δείξας αὐτὸν κἀν τοῖς ἑλληνικοῖς, ἐφ' οἷς μέγα ἐφρόνει, ἀμαθῆ καὶ ἀνόητον. *Adversus hunc* (Proclum) *Joannes cognomento Philoponus scripsit; qui argumenta ejus* XVIII. *admirabili dexteritate refutavit, eumque vel in Græcis disciplinis quarum peritia se se jactabat, indoctum & exiguo judicio præditum ostendit*.

IV. Verum ut ad celeberrimi hujus Grammatici commentarium in Mosaicam mundi creationem propius accedamus, plurimi sane faciendum opus jure videtur. Nam, ut ejus editoris Corderii verbis utamur [11], „ & argumentum est præ omni„ bus nobile, quod ipsum sacrarum litterarum, „ omnisque divinæ atque humanæ sapientiæ libat „ exordium; & auctor fama clarus in paucis; & „ stili ac rationum suavissimus concentus, & mi„ ra concinnitas. „ Ad hæc accedit, ut ait Fabricius [12], ex eo uno integras pæne versiones Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis ad caput I. Geneseos haberi, ut constat in primis ex Origenianis Hexaplis, quas ex omni antiquitate summo studio contexuit cl. Montfauconius. Ubi tamen advertendum cum eruditissimo Huetio [13] „ quod „ Philoponus in libro περὶ κοσμοποιΐας loca sacri „ contextus ex quatuor interpretationibus afferens, „ priore loco τοὺς Ο'. collocat: his subjicit Aqui„ lam, huic Theodotionem, illi Symmachum. „ Nec enim, inquit, Origenis Tetrapla repræsen„ tare Philoponus instituit, sed in interpretationi„ bus disponendis interpretum ætatem respexit: „ quum clarum sit ceteroquin ex Epiphanio [14], „ postremam columnam obtinuisse Theodotionem „ tam in Tetraplis quam in Hexaplis, secundam „ Symmachum, atque hos inter medios Septuagin„ ta incessisse. „ Hæc V. C. Quod & nos, ad LXX. quod attinet, in nostris notis alicubi advertimus. Reliqua porro quæ in hoc opere Philoponiano sunt animadversione digna, videre est apud laudatum Fabricium [15].

V. Præclarum hujusmodi ecclesiasticæ antiquitatis monumentum, antea prorsus invisum, primus ex vetustissimo ms. codice Græco bibliothecæ Vindobonensis in lucem eduxit Viennæ Austriæ anno 1630. Balthasar Corderius: „ eoque nomi„ ne, inquit Cotelerius V. C. [16], homini do„ cto plurimum debent bonæ litteræ; multo „ plus tamen debituræ, si diligentius in proposito „ versatus fuisset. Non pauca enim emendatu fa„ cilia inemendata reliquit: ut nihil dicam de in„ numeris probi facilisque contextus pravis inter„ pretationibus. „ Et alibi [17]: „ Quum legerem „ Philoponum Corderii, quoties occurrebant loca „ obscura, difficilia, corrupta, frequentissime au„ tem occurrebant, toties oculos ad interpretatio„ nem adjunctam convertebam, explorans essent „ ne mendæ typographi vel antiquarii: at sæpe „ sæpius de hoc genere erant, ab interprete de„ voratæ & concoctæ. „ Hæc vir ille doctus. Neque aliter antea censuerat Lambecius [18], qui Philoponi editorem nonnullis in locis a vera lectione & versione contextus aberrasse pronuntiavit; adeoque novam illius Grammatici editionem ex eodem antiquissimo Vindobonensi exemplari curaturum in se receperat. His consona Combefisius efferens, de Corderio ait [19]: eum scilicet fuisse, qui vix a primo limine manu exaratos codices Græcos salutasse videatur. Quorum quidem virorum doctorum censuris permoti, Corderianam editionem quæ unica & rarissima est, Cotelerii potissimum, Montfauconii, Huetii, Grabii, Wesselingii, aliorumque editorum ductu, emendandum

1. *Phot* Bibl. cod. XLIII. pag. 27. edit. Rothom.
2. *Id.* ibid. cod. CCXL. pag. 991.
3. *G. Pisid.* de mund. opif. ✝✝. 62. seqq.
4. *Cav.* Hist. litter. tom. I. p. 583.
5. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. p. 692.
6. Bibl. PP. Paris. ann. 1644. tom. XIV. p. 393. b.
7. *Philop.* de mund. creat. lib. V. cap. IX. infra pag. 570. a.
8. *Id.* ibid. lib. VII. cap. III. infra pag. 600. d.
9. *Id.* lib. II. cap. XVI. infra pag. 511. a
10. *Suid.* Lexic. tom. III. pag. 186.
11. *Corder.* in nuncupat.
12. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 360.
13. *Huet.* Origenian. lib. III. cap. II. sect. IV. §. IV.
14. *Epiph.* de Ponder. & Mens. cap. XIX.
15. *Fabric.* l. c. pag. 361. & not. (k).
16. *Cotel.* Eccl. Gr. Monum. tom. III. p. 647. c.
17. *Id.* ibid. pag. 606. a.
18. *Lambec.* Comment. de biblioth. Vindob. lib. I. p. 129.
19. *Combef.* Biblioth. concion. in Recens. auctor. tom. I. pag. 24. col. 2. sub fin.

pro virili ſtuduimus; quorum adnotationibus eamdem mendis expurgare, ſuoque nitori, prout licuit, reſtituere conati ſumus.

VI. Libris VII. Philoponianis in Hexaemeron ſubjecit Corderius ex eodem codice Græco Cæſareo ejuſdem auctoris *Diſputationem de Paſchate*, quam ſub nomine Joannis Damaſceni de Azymis exſtare in ms. codice CCCLXXVIII. bibliothecæ Coiſlinianæ perhibet Montfauconius [1]. Verum perperam fuiſſe ab antiquario Damaſceno tributum illud opuſculum, hinc manifeſte arguitur, quod in fine ipſius *Diſputationis* Philoponus ad ſuum opus in *Hexaemeron* lectorem remittat [2], ubi ediſſerit illud, *Et factum eſt veſpere, & factum eſt mane, dies unus* [3]. B Hujuſmodi porro argumentum, inquit cl. Cangius [4], longe ante Philoponum aggreſſi fuerant Apollinaris Hierapolitanus, Clemens Alexandrinus, Hippolytus Portuenſis & Petrus Alexandrinus a quo ii laudantur, ut teſtatur Petavius [5]: quorum quidem patrum hac de re fragmenta nonnulla recitat Chronici Paſchalis auctor ſub initium [6]. Superiori ſæ- A culo deſinente inter aliquos eruditos viros in Galliis, variis hinc inde diſſertationibus concertatum eſt de poſtremo Jeſu Chriſti paſchate, aliis affirmantibus paſchalem agnum fuiſſe ab eo in ultima cœna comeſtum, aliis negantibus; quos inter poſtremos eminuit Bernardus Lamy Philoponi ſententiam ſecutus, qui & ejus auctoritate utitur, quo probet illius ſcriptoris ætate apud Græcos præſertim eamdem quæſtionem fuiſſe ſubinde agitatam [7]. Tillemontius qui ſecus ac Lamyus opinatur, rem uno verbo tranſigit, ubi de Philopono verba facit [8]. Fuſius vero Lequienus [9]; cui tamen aſſenſum præbere non poſſumus, dum exiſtimat ex binis illis auctoribus quorum meminit Photius [10] aſſerentibus Dominum in ultima cœna paſcha legale haud manducaſſe, unum forte fuiſſe Philoponum; perinde atque obſcurus & ignotus Photio fuerit Grammaticus noſter, de quo ſemel iterumque ſermonem inſtituit, ejuſque operis in Hexaemeron ſynopſin luculenter exhibet, ut ſuperius innuimus. Sed heus tu, manum de tabula.

1. *Montfauc.* Bibl. Coiſlin. pag. 585.
2. *Philopon.* Diſput. de Paſch. infra pag. 617. d.
3. *Id.* lib. II. de mund. creat. cap. XXIII. infra pag. 519. a.
4. *Cang.* præfat. ad Chron. Paſch. §. XXVIII. pag. XXII.
5. *Petav.* de Doctr. temp. lib. XII. cap. XXV.

6. Chron. Paſch. præfat.
7. *Lamy.* Trait. hiſtor. de l'ancienn. P.q. tom. I. p. 369.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 732.
9. *Lequien.* Differt. VI. Damaſc. §§. II. & XLVI. pagg. LXXII. & XCI.

C 10. *Phot.* Bibl. cod. CXV.

CAPUT XX.
DE
LEONTIO
BYZANTINO.

I. LEONTIUS Byzantinus, profeſſione primum Scholaſticus, qui ſcilicet, ut videtur, Advocati munere functus cauſſas civiles in foro Byzantino agitaret: poſtmodum vero curis forenſibus abdicatis monaſticum inſtitutum in Palæſtina profeſſus exiſtimatur. Hinc fortaſſe nonnullis in codicibus mss. Hieroſolymitanus dicitur, quod Novæ Lauræ cœnobium ab Hieroſolymis haud procul abeſſet. Neutiquam tamen confundendus, ut Caniſio [1] & Caveo [2] placuit, cum altero Leontio qui Origeniſtarum & Neſtorianorum unus e primipilis fuit, de quo plura Cyrillus Scythopolitanus [3]. Fuit quidem aliquando ex Neſtorianorum cœtu & noſter Leontius, in eam impietatem hæreticorum inſidiis abreptus, quum eſſet adhuc adoleſcens; ſed adfuit illi ſuperna gratia, quæ ex eo barathro eum eripuit, ut ipſemet profitetur [4]: at vero alter qui ſub Juſtiniano vixit, ad mortem uſque impiæ ſectæ adhæſiſſe comperitur, a comitatu propterea beati Sabæ jam diu abſciſſus, ut auctor eſt laudatus Cyrillus [5]. Porro Leontius de quo heic ſermo, ex iis quæ ipſe litteris tradidit, ſæculo VI. deſinente vel VII. ineunte claruiſſe dignoſcitur. Primum namque præſulum Alexandrinorum (non autem Conſtantinopolitanorum, ut memoriæ lapſu ait Voſſius [6]) ſeriem contexens [7], definit in Eulogium, qui poſtquam annos XXVII. in epiſcopatu tranſegiſſet, anno demum Chriſti DCVII. Phocæ imperatoris VI. e vivis exceſſit, ut ſuperius docuimus [8]. D Deinde vero Philoponi mentionem injicit velut fato functi [9]; quod quidem non ante annum DCX. contigiſſe duxit Fabricius [10], licet poſtea ſententiam mutavit, teſtimonio ex ipſius Philoponi ſcriptis deſumto [11]: quod & nobis poſt eum paullo ante animadverſum [12]. Quo autem tempore ad plures abierit noſter auctor, viris eruditis diſcutiendum relinquimus.

II. Complura ſcripſit Leontius, quorum alia jam edita proſtant, alia necdum in lucem emiſſa. Prodiit primum Baſileæ anno 1578. G. L. liber *de Sectis*, in decem Πράξεις ſive *Actiones* diſtributus, interprete Joanne Leunclavio: deinceps excuſus tum in tom. I. Auctarii bibliothecæ Patrum, Pariſiis an- E no 1624. evulgati, tum in tomo XI. editionis Morellianæ anno 1644. Et hanc quidem poſteriorem ἔκδοσιν ſecuti ſumus; ubique tamen recenſitam, atque alicubi præterea nonnullis notis ſive reſtitutam, ſive illuſtratam. Heic vero haud prætereundum videtur, quod Combefiſius ad *Hiſtoriæ Byzantinæ ſcriptores poſt Theophanem*, teſtatum reliquit de præſtanti codice regio, quem Leo Cinnamus ex antiquiore deſcripſit. [13] „ Haber, inquit, „ hic codex *Leontium de ſectis*, longe editis emen-

1. *Caniſ.* Theſ. Caniſ. tom. I. pag. 529.
2. *Cav.* Hiſt. litter. tom. I. pag. 543.
3. *Cyrill.* Vit. S. Sabæ cap. LXXVII. apud Coteler. Eccl. Gr. Monum. tom. III. pagg. 344. ſeqq.
4. *Leont.* lib. III. contr. Neſtorian. infra pag. 685. d.
5. *Cyrill.* l. c. pag. 345. a.
6. *Voſs.* de Hiſtor. Gr. lib. IV. cap. XVIII.
7. *Leont.* de Sect. Act. V. §. v. infra pag 641. c.
8. Prolegom. cap. XIV. pag. XXI. c.
9. *Leont.* l. c. §. VI. d.
10. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. p. 451.
11. *Id.* ibid. tom. IX. pag. 359.
12. Prolegom. cap. XIX. §. I.
13. *Combef.* ad Scriptor. poſt Theoph. pag. 302. edit Pariſ.

„ datiorem, & auctoritatibus quæ illic desiderantur, auctiorem.„ De hujus autem præclari codicis regii num. 2951. notati ætate consulendus cl. Montfauconius [1]. Alium item Leontii codicem *de Sectis* manu exaratum, vulgatisque multo auctiorem olim exstitisse apud Isaacum Vossium, scribit Caveus [2]: ejusque antea meminerat Colomesius in Catalogo mss. ejusdem Vossii; ubi tamen in editione Colomesianorum quam adornavit Fabricius [3], perperam legitur: *Leonis Byzantii scholia*, cet.

III. Librum *de Sectis* excipiunt opuscula, quæ primum ex schedis Francisci Turriani publici juris fecit Henricus Canisius [4]. Sunt autem ejusmodi: I. *Libri tres contra Eutychianos & Nestorianos*. II. *Liber adversus eos qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine sanctorum Patrum*. III. *Solutiones argumentorum Severi*. IV. *Dubitationes hypotheticæ & definientes, contra eos qui negant in Christo post unionem duas veras naturas*. De quorum opusculorum pretio hæc eorum editor: „ Leontius eruditissimus est, & semper in illis argumentis occupatur, quæ etiam acutissimos scholasticæ theologiæ professores exercerent: videturque Leontius eo omnem suam operam & industriam convertisse, ut Eutychis & Nestorii sectatores exscinderet funditusque exstirparet. Indicio sunt tot in illos scripta volumina, tanto doctrinæ & ingenii apparatu.„ Porro Canisianum studium æmulatus Antonius Bonjovanni Veronensis in lucem extulit ejusdem Leontii *Apologiam concilii Chalcedonensis* ex vetusto codice ms. bibliothecæ Græcæ D. Marci, cum ejus interpretatione ac scholiis, prodiitque primum Lucæ anno 1752. in Supplemento ad Concilia Veneto-Labbeana, cura & studio Joannis Dominici Mansi V.C. contexto. Quam quidem Apologiam a reliquis Leontianis scriptis abesse noluimus. Ceterum de Leontio præter Caveum & Fabricium dabit plura Labbeus [5].

1. *Montf.* Paleogr. Gr. pag. 65. seq.
2. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 546.
3. *Colom.* opp. edit. Fabric. pag. 850.
4. *Canis.* Antiquar. lect. tom. IV. pagg. 1. seqq.
5. *Labb.* Differt. de Script. eccl. tom. II. pagg. 24. seqq.

CAPUT XXI.
DE
S. GALLO
CONFESSORE.

I. Ex gestis S. Galli abbatis quæ litteris commendavit Walafridus Strabus [1], intelligimus eum circa sæculi VI. medium in Hibernia natum, sancti Columbani disciplinæ fuisse a parentibus traditum; quo ductore pietate ac litteris, præsertim divinis, sedulo excultum, monasticum institutum in Banchorensi cœnobio fuisse deinceps amplexum. Magistri sui affectator assiduus, in Britanniam, Galliam & Alemanniam contendit; eique in Italiam quoque pergenti comitem se se adjunxisset, sed gravi febre correptus apud Alemannos remansit: ubi sanitati restitutus, construendæ dedit operam cellæ, quæ postmodum celeberrimum sui nominis monasterium evasit. Interea ibi degens cum duodenis monachis quibus mansiunculas circa oratorium a se constructum disposuerat, sanctum Columbanum in monasterio Bobiensi supremum diem clausisse, etsi longius abesset, divinitus intellexit: qui morti proximus, baculum suum cum epistola in paternæ benevolentiæ pignus ad ipsum legasse perhibetur. Hæc aliaque plura de S. Gallo Walafridus modo laudatus. Postquam vero ætatis nonaginta quinque annos vir beatus explesset, demum circa annum DCXLV. aut sequentem, XVII. Kal. Novembris, ex hac vita discessit, ut calculis exactius subductis ostendit cl. Mabillonius [2].

II. Porro ex scriptis S. Galli abbatis unus exstat Sermo Constantiæ dictus in templo sancti Stephani, quo die Constantiæ antistes consecratus est Joannes: quem quidem Sermonem, ex ms. codice bibliothecæ Sangallensis primus evulgavit Canisius [3]. De quo hæc Walafridus [4]: „ Præmissis ex more divinæ libationis initiis, post lectionem Evangelii rogaverunt venerabilem Gallum, ut multitudini quæ aderat, verbi officio sacræ instructionis pabulum ministraret. Qui adsumto Joanne episcopo, gradum adscendit, eo videlicet pacto, ut ipse quidem ædificationis instrumenta colligeret, episcopus vero ad utilitatem barbarorum bene prolata interpretando transfunderet. Cœpit ergo verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum pro quo depulsus est de paradiso commemorare. Transiens inde ad diluvium, patriarcharum consequenter tempora perstrinxit & actus. Egressus quoque filiorum Israel de Ægypto, & transitum per mare rubrum, legisque lationem per Moysen, & cælestis alimenti miracula replicavit. Regum deinde successiones & tempora prophetarum breviter attingens, adventus dominici tempus retexuit. Baptismum etiam Salvatoris & mirabilium ejus gloriam commemorans, crucis ignominiam cum impiis insectationum generibus veraci relatione subjunxit. Hæc audientes ecclesiæ pastores, cum populi multitudine lacrymas fuderunt uberrimas; & ad invicem dixerunt: Vere Spiritus sanctus locutus est hodie per os viri istius. Ille vero prædicationem perduxit usque ad resurrectionem Christi, & in commemoratione generalis judicii terminavit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exsultatione repleti, benedicebant Dominum, & ad sua cum gaudio remeabant.„ Hactenus Walafridus, egregii hujus Sermonis summaria capita recensens. Estque sane hujusmodi opusculum, præclarum & eximium

1. *Mabill.* Act. SS. Ord. Ben. tom. II. pagg. 215. seqq.
2. *Mabill.* l. c. pag. 235. & Annal. Ord. Ben. lib. XIII. §. XXXII.
3. *Canis.* Antiquar. Lect. tom. V. part. II. pag. 896.
4. *Walafr.* lib. I. de Vita S. Galli cap. XXV. apud Mabill. l. c. pag. 232.

ecclesiasticæ antiquitatis monumentum, ut jure cen- A sent eruditi Gallicæ Historiæ litterariæ scriptores [1].

III. In aliam tamen sententiam de hujusce Sermonis pretio abiit Basnagius, qui nonnulla in eo castiganda existimavit. Ex iis vero quæ huic censori haud probantur, unum ducimus animadvertendum: reliqua enim nihil moramur, quum in illis sive nodum in scirpo quærat, sive partium studio abreptum se præbeat. Locus autem in primis Basnagio notatus sic se habet [2]: ,, Duodeci- ,, mo ætatis anno (Christus) quum in templo pa- B ,, rentibus remaneret ignaris, ... & ibi eum post ,, triduum in medio doctorum sapientissime se agen- ,, tem reperissent, interrogante matre cur eam do- ,, lentem reliquisset, respondit: *In his quæ Patris* ,, *mei sunt, oportet me esse*; utique insinuans, ,, templum non minus ad se quam ad Deum Pa- ,, trem pertinere. ,, Hæc sanctus Gallus, optimus sane interpres. Quid ad hæc Basnagius? ,, *De tem-* ,, *plo*, inquit [3], intelligit sanctus Gallus, quæ *de* ,, *rebus* a Patre sibi mandatis prædicabat Christus; ,, indeque concludit, ficulneo prorsus argumento, ,, *templum ad Christum æque ac Patrem pertine-* C ,, *re*. ,, Sic vir κριτικώτατος. Inepte enimvero. ,, Vulgus quidem interpretum (viri doctissimi ver- ,, bis utor [4]) huncce locum, *in his quæ Patris*, ,, sic accipit ut subintelligat *negotia*: scilicet *in* ,, *Patris negotiis*. Verum etiam si hæc locutio *es-* ,, *se in negotiis alicujus* non mala sit: nusquam ,, tamen legitur esse *in his*, pro *in negotiis*. Con- ,, tra vero innumeris exemplis evincere possumus ,, illud, ἐν τοῖς τῦ πατρὸς, *in his quæ Patris sunt*, ,, significare paternam domum; sicut herilem, ἐν ,, τοῖς τῦ δεσπότυ, *in his quæ domini sunt*. ἐν τοῖς D ,, Ἀμὰν, *in domo Aman*, ut hanc locutionem in- ,, terpretatur vulgatus interpres *Esther* VII. 9. & ,, *Syrachides* XLII. 10. ἐν τοῖς πατρικοῖς αὐτῆς, *in* ,, *paternis ejus*, subintellige ædibus. Sic ἐν τοῖς ,, τῦ Διός, apud Josephum contra Apionem: *in his* ,, *quæ Jovis sunt*, id est, in templo Jovis. Tem- ,, plum appellabatur *domus Dei*. Ita ipse Jesus il- ,, lud appellat *Joan*. II. 16. Itaque responsio Do- ,, mini conveniebat querelis matris: Cur alibi me ,, quærebatis, quam ubi me esse decebat, nimi- ,, rum in templo, domo Patris mei? alibi enim ,, non quærendus puer quam in domo paterna. ,, Quadrabat, inquam, responsio Christi verbis Ma- ,, riæ, ut eleganter notat Theophylactus: quum ,, enim illa Joseph nominasset patrem; ille dixit: ,, Non hic verus pater meus est, alioqui in domo ,, ejus mansissem: sed Deus est pater meus, & ,, propterea in domo illius sum; hoc est, in tem- ,, plo illius. ,, Hactenus V. C. Neque aliter alii eruditissimi viri, Polus nimirum [5], Blackwallus [6], Bosius [7], Ottius [8], Wolfius [9] & Glassius [10], ut alios prætereamus: quorum unum saltem si consulere Basnagius duxisset, non utique *ficulneo prorsus*, ut equidem puto, sed valde apposito argumento conclusisse sanctum Gallum pronuntiasset, ex verbis illius, *in his quæ Patris mei sunt*, templum ad Christum æque ac Patrem pertinere.

Quod superest, advertendum cum viris doctis superius laudatis [11], Epistolam ex Canisio desumtam [12] inscriptamque Desiderio episcopo Cadurcensi, quam post Usserium [13] Caveus [14] & Fabricius [15] tribuunt S. Gallo de quo heic sermo, alium S. Gallum agnoscere auctorem, episcopum nempe Claromontensem hujus nominis II. de quo auctores Galliæ Christianæ consulendi [16].

1. Hist. litter. de la Franc. tom. III. pag. 563.
2. *Gall.* Serm. §. x. infra pag. 755. e.
3. *Basnag.* Thes. Canis. tom. I. pag. 784. sub fin. num. IV.
4. *Lamy* Comment. in Concord. Evangel. lib. I. cap. XV. pagg. 58. seq. edit. Paris. 1699.
5. *Poli* Synops. Criticor. tom. IV. pag. 857.
6. *Blackw.* Auctor. sacr. class. defens. tom. II. part. I. cap. I. pag. 404. seq.
7. *Bos.* Ellips. Græc. pag. 233. edit. Norimb. 1763.
8. *Ottius* Spicil. ex Flav. Joseph. pag. 25. edit. Haverc.
9. *VVolf.* Cur. Philol. tom. I. pag. 595.
10. *Glass.* Philol. sacr. lib. III. tract. II. pag. 170.
11. Hist. litter. de la Franc. tom. III. pag. 563.
12. Thes. *Canis.* tom. I. pag. 636.
13. *Usser.* Syllog. veter. Epist. Hibern. pag. 22.
14. *Cav.* Hist. litter. tom. I. pag. 581.
15. *Fabric.* Bibl. med. Latin. tom. III. p. 41.
16. Gall. Christ. tom. II. pag. 244. e.

CAPUT XXII.

DE

S. EUGENIO II.

EPISCOPO TOLETANO.

I. DUos tantum Toletanæ sedis, unus post alterum, antistites Eugenii nomine agnoſcunt Gothici rerum Hiſpaniarum ſcriptores, ut advertit Mabillonius [1]: tertium itaque immerito ſuperaddunt recentiores quos inter Mariana [2], quem & nos incurioſe pridem ſecuti ſumus [3]. Erroris fontem detexere poſt Launoium [4], Tillemontius [5] & Gallicæ Hiſtoriæ litterariæ ſcriptores [6]. Verum his miſſis, audiendus potius de noſtro Eugenio Ildefonſus, qui eidem proxime in ſedem Toletanam ſucceſſit. Ex eo itaque intelligimus [7], Eugenio juniori de quo heic ſermo, quum regiæ ſeu Toletanæ eccleſiæ clericus eſſet, monaſticum inſtitutum ſequi placuiſſe. Quapropter Cæſarauguſtam clam ſe recepit; ubi ſacris litteris animum adjiciens, cucullum induit, monaſticæ vitæ inſigne, *ſepulcris martyrum inhærens*, id eſt, in cœnobio ſanctæ Encratidis ſeu Encratiæ, ad Maſſam-Candidam appellato. Exinde vero a clero Toletano in pontificem cooptatus, accedente Chindaſvinthi regis juſſu, in urbem regiam revocatur, eidemque eccleſiæ poſt Eugenium ſeniorem anno DCXLVI. præficitur, ac duodecim fere poſt annis ſucceſſorem habuit Ildefonſus, poſtquam tribus conciliis Toletanis VIII. IX. & X. præſedit. Doctrina & ſanctitate inclytus fuit hic præſul, ejuſque memoria die qua ex hac vita migravit, Idibus Novembris, publicis Eccleſiæ tabulis habetur inſcripta.

II. Erat in B. Eugenio fervens ac ſtrenuus ad ſacrum miniſterium animus, ſed vires corporis impares. Eccleſiaſtici cantus numeros temporum negligentia depravatos ad meliorem rationem atque antiquitatis regulam conformavit. Varia quoque litterarum monimentis conſignavit, quæ ſic refert Ildefonſus modo laudatus [8]. *Scripſit* nimirum, de ſancta Trinitate *libellum & eloquio nitidum, & rei veritate perſpicuum*, quem hodie deſideramus. *Duos* item *libellos*, *unum diverſi carminis* metro, *alterum diverſi operis* proſa *concretos*. *Libellos quoque* DRACONTII de creatione mundi metrice *conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia reperit, ſubtrahendo, immutando vel meliorando, ita in pulcritudinis formam redegit, ut pulcriores de artificio corrigentis, quam de manu proceſſiſſe videantur auctoris. Et quia de die ſeptimo idem* DRACONTIUS *omnino reticendo, ſemiplenum opus viſus eſt reliquiſſe*; EUGENIUS & ſex dierum recapitulationem, & de die ſeptimo, *quæ illi viſa ſunt, eleganter dicta ſubjunxit*. Duos autem hoſce DRACONTII libellos a B. Eugenio recenſitos & ſuppletos, una cum ejuſdem Epiſtola ad Chindaſvinthum regem cujus juſſu eos emendaverat, ex editione Sirmondiana excudendos curavimus in tomo IX. noſtræ Bibliothecæ Patrum pagg. 705. ſeqq. Quo de opere deque illius auctore verba fecimus ibid. *Prolegom.* cap. XXII. pagg. XL. ſeq.

III. Porro quod ſpectat ad duos Eugenii libellos, quorum alterum metro, alterum proſa conſcriptos memorat Ildefonſus; poſterior quidem intercidiſſe videtur, priorem vero carmina XXXI. complexum, Pariſiis vulgavit anno 1619. cum aliis veterum opuſculis metricis clariſſimæ memoriæ vir Jacobus Sirmondus, cujus exemplar, paucis aliquot ex Barthii Adverſariis emendationibus auctum, typis commiſimus. Quandoquidem vero poſt noſtram editionem aliud B. Eugenii Carmen nuper deteximus, quod ex codice Caſinenſi edidit doctiſſimus Mabillonius [9]; illud heic ſaltem deſcribere, noſtri muneris eſſe duximus.

Verſus EUGENII *epiſcopi Toletani* II. *
De baſilica ſancti Æmiliani monachi.

Quem mæror, quem culpa premit, quem denique vita
Morbida convexans, aut valetudo quatit:

Huc feſtinus agat feſtino pectore curſum;
Anxia deponens, proſpera cuncta geret.

Certa ſalus ægris, ſpes & tutela miſellis,
Et pater & genitrix Æmilianus adeſt.

1. *Mabill.* Annal. Ord. Ben. lib. XIII. §. XXXVI. tom. I. pag. 362. & ad Act. SS ſæc. II. Ben. pag. 494. not. a.
2. *Marian.* de Reb. Hiſpan. lib. VI. cap. IX.
3. Prolegom. ad tom. IX. Bibl. PP. cap. XXII. §. III. pag. XLI.
4. *Laun.* Var. de duob. Dionyſ. opp. tom. II. part. I. pagg. 530. ſeq. nov. edit. 1731.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. IV. pag. 717. not. IX.
6. Hiſt. litter. de la Franc. tom. I. part. I. pagg. 416. ſeq.
7. *Ildefonſ.* de ſcriptor. eccl. cap. XIV.
8. *Id.* ibid.
9. *Mabill.* Append. ad tom. I. Annal. Bened. pag. 630. num. XI.

* Ita codex Caſin. — S. Æmilianus de quo B. Eugenii carmen, fuit Vergegienſis in Hiſpania abbas, ſupremumque diem clauſit anno DLXXIV. Qui uno ante obitum anno, quum centenarius eſſet, ad vitam converſus eſt auſteriorem, ut inceptis ſuis non remiſſior eſſet, ſed præſtantior. MABILLON. *Annal. Bened.* lib. VI. §. LVII. tom. I. pag. 147.

Cujus ad imperium depulsus pectore dæmon
Tenta diu linquit, quum retinere nequit.

Heic claudis gressus, & cæcis lumina dantur:
Reddit & incolumem lepra repulsa cutem.

Vita redit functis, & languor pellitur omnis:
Servit ad obsequium mox reparata salus.

Heic sua signa Deus respectans crescere gaudet:
Et dæmon cernens heic sua damna gemit.

Quisque precator ades, fidenter poscere noris:
Impos namque redit, qui dubitanter adit.

Quumque precum murmur ad propria fuderis intus,
Et gemitus toto promseris ex animo;

Eugenium quæso propriis adjunge querelis:
Sic culpis veniam possit habere suis.

Quibus ex versibus aliisque epigrammatis beati hujus antistitis, quæ ad nostram ætatem conservata sunt, non inelegantis fuisse ingenii neque prorsus ineruditi, judice Mariana [1] intelligitur. Unum adhuc hactenus observatis addere libet ex Pagio [2] A & Bibliographiæ Criticæ Hispano scriptore [3], eminentissimum nempe cardinalem de Aguirre fuisse pollicitum [4] se se ex ms. codice ecclesiæ Toletanæ in lucem editurum B. Eugenii epistolam ad Protasium archiepiscopum Tarraconensem.

1. *Marian.* l. c.
2. *Pagi.* ad ann. 657. §. 1.
3. Bibliogr. Crit. tom. II. v. *Eugenius junior.*
4. *Aguirr.* Notit. concil. Hispan. pag. 131.



INDEX CAPITUM

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.



INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM VI.

INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCUL. VI. & VII.

SANCTI
ISAACI SYRI
PRESBYTERI ANTIOCHENI
LIBER
DE CONTEMTU MUNDI.

Nunc recensitus pluribusque in locis restitutus.

SANCTI ISAACI SYRI

PRESBYTERI ANTIOCHENI

LIBER

DE CONTEMTU MUNDI.

CAPUT I.

De operatione corporali & sui abjectione.

ANnima quæ Deum diligit, in solo Deo hæret. Anticipa solvere omnem colligationem extrinsecam a te ipso, & tunc Deo corde colligare: præcedit enim colligari Deo, solutio a mundanis. Esus panis post ablactationem datur infanti: & homo qui vult delectari in divinis, prius se debet a sæculo, velut infans ab uberibus maternis, alienare. Operatio corporalis operationem animæ, sicut in Adam limus inspiratam animam, antecedit. Qui corporalem actionem non acquisivit, nec animæ potest operationem habere, quia hæc ab illa nascitur, sicut spica de nudo grano: & illis qui non habent operationem animæ, spiritualia dona desunt. Labores hujus sæculi qui pro vanitate fiunt, non comparantur divitiis, quæ præparatæ sunt affligentibus se bonis. Sicut sequuntur seminantes in lacrymis manipuli exsultationis; ita consequitur lætitia afflictionem, quæ fit propter Deum. Panis qui sudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ: & operationes quæ propter justitiam fiunt, cordi; quia cordi dant scientiam Dei. Sustine abjectionem & humilitatem bona voluntate, & securitatem habeas ante Deum. Omne verbum durum sustinens homo, sciens absque malo aliquo esse quod præcesserit ab illo contra loquentem, coronam quidem spineam capiti suo superimponit; sed beatus est, quia tempore quo ignorat, incorruptibiliter coronabitur. Qui fugit gloriam scienter, hic in anima sua futurum sæculum jam præsentit. Qui dicit se reliquisse mundum & litigat cum hominibus pro usu rei alicujus, neque spectat ad quietem suam, minatur eidem: cæcus est omnino hic, quia corpus quidem voluntarie penitus dereliquit; pro uno autem membro ejus litigat atque pugnat. Qui fugit præsentis vitæ quietem, hujus mens futurum sæculum intuetur. Qui vero [1] cupiditate ligatur, servus vitiorum exsistit. Ne putes, quod sit cupiditas quæstus auri tantummodo & argenti, sed in cujuslibet, in qua voluntas tua dependet. Ne laudes illum qui corporaliter se affligit, tamen est sensibus dissolutus, videlicet auditu & ore diffuso, ac oculis impudicis. Si quando animæ posueris terminos, ut per pœnitentiam ædifices temet ipsum, & non quæras justitiam in rebus alienis: In hoc animam tuam assuescas, ne videaris una quidem manu operans, aliaque dispergens. Illic enim solicitudo nostra est, heic vero dilatatio cordis. Scias quod dimittere debitoribus debita, de operibus justitiæ est; & tunc videbis tranquillitatem undique cum splendore. Cum ascenderis viam justitiæ, adhærebis tuæ in omni re libertati.

A Quidam sanctorum dixit, quod misericors, nisi fiat justus, cæcus est, ut ex his det aliis, quæ laboribus propriis acquisivit, non ex acquisitis per machinationes & mendacia, perjuria & falsitates. Si vis seminare in pauperibus, de propriis semina. Nam si de alienis seminaveris, erunt zizaniis amariora. Ego vero dico, quod nisi fiat misericors supra justitiam, non est misericors: id est, quod non solum hominibus misereatur de propriis, sed & sustineat cum lætitia injuriam ab eisdem, ac etiam misereatur ipsorum. Cum autem justitiam per eleemosynam vicit, coronatur non coronis quæ sunt in lege justorum, sed coronis quæ sunt in Evangelio perfectorum. Nam quod aliquis det pauperibus,
B & nudum induat, & diligat proximum sicut semet ipsum, nec injustum faciat, nec etiam mentiatur; hæc & in Testamento veteri continentur. Sed perfectio evangelicæ dispensationis sic præcipit: [a] *Ab auferente tibi tua non exigas, & omni petenti te tribue*. Et non solum injurias rerum & ceteros eventus extrinsecos decet sustinere cum gaudio, verum in optimo animam poni pro fratre: hic est enim misericors, & non ille qui tantummodo pro dono fratribus miseretur. Et quicumque audierit vel viderit quidquam contristans fratrem suum, & [2] adustus fuerit corde, hic misericors est vere. Similiter, qui percussus a fratre suo, motus non fuerit ad dicendum aliquid quod contristet cor ejus,
C misericors est.

CAPUT II.

De vigiliæ pretiositate.

OPerationem vigiliarum habeas pretiosam, ut invenias consolationem appropinquantem in anima tua. Persevera legens in solitudine, ut semper mens tua ad Dei mirabilia deducatur. Dilige autem patientiam & paupertatem, ut a dispersione tuus animus colligatur. [3] Affabilitatem odio habebis, ut cogitationes tuas sine turbatione conserves. Retrahe te ipsum a multis, & cura de anima tua,
D ut serves eam a dispersione tranquillitatis internæ. Dilige castitatem, ut non confundaris tempore orationis tuæ; & in memoria mortis accendatur lætitia in corde tuo. Ut a magnis non excidas, caveto tibi, a parvis. Non sis lentus in operatione tua, ne confundaris cum steteris in medio amicorum tuorum, & inveniaris sine viaticis, ac te solum in viæ medio derelinquant. Intelligibiliter confitere opera tua, ne a toto cursu tuo derelinquaris. Acquire libertatem in conversatione tua, ut libereris a tempestate. Ne vincias libertatem in voluptate carnis, ne servus servorum fias. In vestitu tuo dilige vilia indumenta, ut orientes in te cogitatio-

a Matth. V. 41. 42.

1. *Cupid. ligatur*] Editi, *cupidit. ligatus*.
2. *Adust. fuerit*] Editi, *adust. fuit*.
3. *Affabilitatem odio habebis*] *Affabil.* intellige, *affamen, affatus, comitatem sermonis*. Nimirum, heic secessum, solitudinem, silentium auctor suadere videtur.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.

nes abjicias, scilicet elationis : nam qui splendida A diligit , humiles cogitationes habere non potest , quia cor exterioribus figurationibus confirmatur . Quis diligens turpiloquia , potest habere mundam mentem ? Quis se fingit , ut ab hominibus glorietur , & potest cogitationes humiles adipisci ? Vel quis luxuriosus exsistens & dissolutus membris, potest fieri mente mundus & humilis corde ? Cum mens a sensibus trahitur, tunc cum eis cibum comedit bestiarum . Cum vero sensus retrahuntur a mente , cum ipsa statim Angelorum cibum assumunt. Abstinentia & retractio sequuntur humilitatem. Vana gloria vero opus est superbiæ, fornicationisque ministra . Humilitas propter continuam retractionem suam contemplatione occurrit animam- B que ornat in castitate . Vana gloria propter continuam turbationem & fermentationem cogitationum suarum quæ [1] fiunt ex occursu rerum , thesauros continet exsecratos & polluit. Cor ipsum vero naturas rerum luxurioso intuetur aspectu , & in turpibus imaginationibus facit mentem studere . Humilitas quoque per contemplationem spiritualiter [2] retrahitur , & ad contemplandum Deum monet acquisitorem suum .

CAPUT III.

De solitudine.

NOli comparare facientes signa & prodigia & virtutes in mundo, illis qui in solitudine sunt scienter . Dilige otium solitudinis plus quam esurientes sæculi saturare , & convertere multas gentes ad agnitionem supernam & ad honorem Dei . Melius est enim a peccati vinculo solvere temet ipsum , quam liberare servos a servitute . Gregorius namque dixit : Bonum est theologiam edere propter Deum , sed melius est quod se ipsum mundet quis apud Deum. Melius est tibi pacificare in anima tua unitatem Trinitatis quæ in te est , quam pacificare doctrina tua discordes . Melius est tibi breviloquum esse, cum doctus sis & peritus, quam proferre in subtilitate mentis doctrinam , quasi tor- D rentem. Expedit tibi solicitum esse ad erigendum, quod de anima in vitiis est collapsum per motum cogitationum tuarum in rebus divinis, quam mortuos suscitare. Multi operati sunt virtutes & mortuos suscitarunt , & postmodum ipsi qui vivificarunt alios, ad exsecrabilia & horribilia ceciderunt, & facti sunt aliis in scandalum; quia cum infirmitate animi laborarent , de sanitate propria non curarunt ; sed exposuerunt se mari hujus sæculi ad sanandum animas aliorum , dum ipsi ægrotarent . Nam suorum infirmitas sensuum obstare non poterat flammæ rerum habentium ex consuetudine vitiorum difficultatem . Adhuc egebant cavere sibi, ne viderent mulieres, aut pecunias possiderent, neque E præessent aliis , nec contra quemquam extollerentur. Melius est tibi existimari viris imperitum ob brevitatem scientiæ ad disputandum, quam esse unum de sapientibus præsumtoribus.

CAPUT IV.

De modo arguendi peccatores.


ARgue contradicentes tibi in fide, virtutum tuarum potentia, non suggestibilitate verborum. Inflexibilium quoque præsumtiones mansuetudine ac tranquillitate verborum tuorum refrena. Argue luxuriosas tuæ conversationis mobilitates, & sensum impium ducas oculorum retentione tuorum . Peregrinum te sentias omnibus diebus vitæ tuæ quocumque ingrediaris , ut a damno possis erui quod a securitate contingit . In omni tempore te ipsum reputa nihil scire , ut culpam effugias quam facit suspicio volentis sistere contra alterius arbitrium disputantis. Persevera semper ore benedicendo , & numquam maledixeris. Nam benedictio benedictionem facit, & maledictio maledictionem. In omni re te ipsum æstima egere doctrina , & invenieris sapiens omnibus diebus vitæ tuæ. Ne tradas quidquam alicui, nondum quod comprehendisti. Ne verecunderis, si in ipso & ex comparatione tuæ conversationis ad illam , tuæ traditionis falsitas reveletur. Si quid tale loquaris, alicui non temet ipsum ostendes , quod sufficientior in eo sis ; ut & auditoribus ordinem humilitatis ostendas, & eos ad audiendum verba tua, ad currendum ad operationem C inducas, & fias venerabilis in oculis eorumdem . [3] De hujusmodi rebus loquere cum lacrymis, ut tibi prosint & audientibus, & gratia Dei erit tecum.

CAPUT V.

Blasphemiæ spiritui quomodo sit obviandum.

SI ad Dei gratiam pervenisti & in contemplatione creaturarum Dei visibilium , quod est primus ordo scientiæ , delectari promeruisti , contra spiritum blasphemiæ præpara te ipsum & arma. Sine armis non stes in hac regione, ne ab insidiatoribus & decipientibus quam citius occidaris . Sint autem tibi pro armis , lacrymæ jejuniumque frequens. Cave tibi ne documenta hæreticorum legas: hoc enim est quod blasphemiæ spiritum contra te amplius armat . Cum repleveris ventrem , non te pigeat ad scrutandum aliquid de divinis rebus , ne [4] movearis . Nam in ventre repleto , secretorum Dei scientia non exsistit : intellige quod tibi dico. Lege continue & insatiabiliter in libris doctorum de providentia Dei ; quia ipsi dirigunt mentem ad intuendum ordinem creaturarum Dei & operum ejus, & roborant eam ex ipsis, & aptant ad acquirendum intellectum illuminatum ex claritate ipsorum, & ad considerationem creaturarum Dei cum munditia faciunt ambulare. Lege in Evangeliis, ut viaticum acquiras ex dispositis a Deo ad supernorum agnitionem in toto mundo, virtute providentiæ suæ. Peregrinationes singulas operare, ut mens tua in Dei mirabilibus profundetur , & hujusmodi idcirco tuo labori coaptetur. Ne sint penes te sermones peritorum , scilicet falsariorum , & qui divina eloquia vendunt ; ut non remaneas in tenebris usque ad finem vitæ tuæ , & defectum patiaris incommoditatis ipsorum, ac sic fermentatus terrearis tempore pugnæ tuæ , & in foveam incidas occasione percipiendæ commoditatis ex ipsis . In omnimoda tranquillitate lectio tibi fiat, & esto li-

1. *Fiunt*] Al. *eunt*.
2. *Retrahitur*] Al. *retro agitur*.
3. *De hujusmodi rebus*] Editi, *De hujus rebus*.
4. *Movearis*] Alias *moveri*.



ber a multa solicitudine corporis rerumque turbatione, ut delectabilem gustationem in anima tua gustes per dulcem considerationem quæ superat omnem sensum, & sentiet eam anima tua perseverando in ipsa. Hæc tibi sit pro signo in rebus quas subire voluisti, ne de regione illa egrediaris.

CAPUT VI.

De contemplatione rerum.

CUm inceperit gratia tuos oculos aperire ad percipiendum contemplationem rerum in veritate, tunc statim incipient oculi tui fundere lacrymas quasi flumen, ut multoties laventur ex abundantia genæ tuæ. Et tunc cessat pugna sensuum, & retrahitur intus. Si quis justorum docuerit contraria, ne credas ipsi: nam præter lacrymas aliud signum non quæras a corpore. Quam cito enim mens a creaturis attollitur, tum corpus tam a lacrymis, quam a sensualitate recedit. [a] *Cum mel inveneris, ne inde repletus evomas, ex ipso comede moderate.* Natura enim animæ tenuat res & levis exsistit. Aliquando enim psallens desiderat ascendere supra naturam suam; multoties autem a lectione scripturarum & contemplatione rerum aliqua comprehendit: cum vero comparatur his quæ comprehensa sunt, ab illa insufficientior & timidior apparet secundum suæ dispositionis mensuram, respectu illorum ad quæ scientia ejus intravit. Sic & inducat in cogitationibus suis timorem atque tremorem, & festinet redire ad infimum sui propter formidinem, utpote quæ mota est, & de his quæ supra se sunt, divinis rebus scrutari præsumsit. Nam propter timiditatem rerum formido quædam fit ei, & discretio juvat intellectum animæ, ut silentio vacet & non moveatur, ne pereat, [b] nec exquirat quæ supra se sunt altiora. Cum vero potestas tibi data fuerit considerandi, ne movearis contra mysteria, sed adora, glorifica, & silendo regratare. Nam [c] sicut non expedit multum mellis comedere, sic nec de divinis eloquiis perscrutari; ne volentibus intueri res breviores, nec adhuc eas ex asperitate viæ valentibus, infirmetur visionis virtus & offendatur. Aliquando enim loco veritatis phantasmata quædam videntur; & cum mens ab inquisitione activa occupatur, obliviscitur suæ intentionis. Bene ergo ait sapiens Salomon; quod [d] *homo sine sapientia, est sicut civitas sine muro.* Munda igitur o homo animam tuam, & excute a te solicitudinem rerum quæ sunt extra naturam tuam, & apprehende humilitatis & castitatis velamina contra intellectus & motus tuos. Et per hoc invenies id quod intra te est: humilibus enim mysteria revelantur.

CAPUT VII.

De oratione & lectione bene instituenda.

SI vis animam tuam dare ad operationem orationis quæ mundat mentem, & perseverantiam in vigiliis noctis, elonga te ipsum ab aspectu mundi, succide colloqui, & noli excipere ex consuetudine amicos in cella tua, nec etiam sub specie bonitatis, præter illos qui sunt tibi ejusdem moris & arbitrii ac societatis ejusdem. Et timeto fermentationem locutionis animæ, quæ consuevit invita moveri. Et postquam succideris & solveris exteriorem locutionem, conjunge orationi tuæ misericor-

A diam; & anima tua lumen veritatis videbit. Nam quanto magis cor ab extrinsecis rebus in tranquillitate manet, tanto magis mens potest recipere comprehensionem, quæ a consideratione intellectus habet esse. Est enim mos animæ cito mutare colloquium, si tamen laboraverimus parvam diligentiam adhibere: stude in lectionibus scripturarum quæ demonstrant viam subtilitatis, contemplationis, & in vita sanctorum; quamquam a principio non sentias dulcedinem, propter obtenebrantes propinquitates rerum ut mutes colloquium in colloquium. Et cum surrexeris ad orationem & regulam, loco meditationis sæcularium quæ vidisti & audisti, invenies te meditatione scripturarum quas

B legisti, & recordationis illorum sæcularium oblivisceris, & taliter ad munditiam mens accedit. Et hoc est illud quod scriptum est, quod anima juvatur a lectione, quando stat in oratione, & ex oratione illuminatur in lectione, ac eodem loco extersa fæce fermentationis, invenitur tota in forma orationis. Turpe est, carnis amatores & gastrimargos de rebus spiritualibus perscrutari. Corpus graviter ægrotans, odit cibos asperos & repellit: & mens sæcularibus rebus intenta non potest appropinquare scrutiniis divinorum. Ignis in humidis lignis non accenditur, & divinus calor in corde diligentis quietem & otium, non gignitur. Meretricis non manet amicitia penes unum: & anima quæ colli-

C gata est in rebus pluribus, in divinis non permanet documentis. Quemadmodum is qui non vidit oculis suis solem, ex auditu solo non potest recitare cuiquam lumen ejus, nec sentit; ita & ille cujus anima dulcedinem cælestium non gustavit.

CAPUT VIII.

De eleemosyna.

SI habes quid ultra necessitatem tuam diurnam, pauperibus illud eroga, & eris cum securitate. Offer orationes tuas, id est, loquere cum Deo, sicut filius cum patre suo. Nihil facit ita appro-

D pinquare Deo, sicut eleemosyna. Nihil ita facit menti tranquillitatem, sicut paupertas quæ voluntarie sustinetur. Melius est tibi a pluribus vocari idiotam, quam propter gloriam, sapientem atque perfectum. Si quis equum ascendens extendat ad te manum ut accipiat a te eleemosynam, ne repellas eum, quia illo tempore, sicut unus de pauperibus egens erit. Cum autem dederis, cum magnanimitate da, & vultus hilaritate plus quam ille petierit præbe. Emitte namque [1] Domine panem tuum ante faciem pauperis, & post multum temporis retributionem videbis. Ne discernas pauperem a divite, nolique scire dignum ab indigno. Sed sint apud te omnes homines æquales ad bonum.

E Hoc modo poteris indignos trahere ad bonum, quia cito trahitur anima per temporalia in Dei timorem. Nam & Dominus publicanis & peccatoribus communicabat in mensis, nec separabat indignos, ut hoc modo traheret ad Dei timorem universos & per corporalia spiritualibus propinquarent. Ob hoc in bono & honore omnes homines fac æquales, quamvis Judæus vel paganus sit; & maxime quia frater tuus est, & de natura tua & a veritate fine scientia deviavit. Quando feceris alieno bonum, retributionem non exspectes ab illo, & secundum utramque rem retribuetur tibi a Deo. Et si tibi possibile fuerit, neque propter retributionem futuram facias bonum, sed propter amorem Dei facias simpliciter.

a Prov. xxv. 16. b Eccli. III. 22. c Prov. xxv. 27. d Ibid. ℣. 28.

1. *Domine*] Forte, *Domino*.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.

CAPUT IX.

De paupertate.

SI posueris animæ tuæ terminum paupertatis, & per gratiam Dei fueris a solicitudinibus liberatus, & in tua paupertate factus fueris supra mundum; cave ne propter amorem pauperum quæstum diligas pro eleemosyna facienda, & ponas animam tuam in turbatione, ut accipias ab alio, ut aliis largiaris, & existimes honorem tuum subjectione petitionis rerum nomine aliorum, & excidas a libertate & nobilitate intentionis tuæ in solicitudines sæcularium rerum, quia gradus tuus sublimior est gradu misericordium: supplico tibi, ne subjiciaris eleemosynæ, quæ similis est nutrimento puerorum. Sed solitudo perfectionis est caput. Si res habes, semel illas disperge. Quod si non habes, noli habere. Munda igitur cellam a superfluitatibus & deliciis. Quia hoc te adducit ad abstinentiam etiam invitum & nolentem. Defectus rerum docet hominem abstinere. Quia cum opportunitatem rerum accipimus, nosmet ipsos non possumus continere. Qui exteriorem pugnam superaverunt, societatem acceperunt de timore interiori, nec opportune instat in eis, nec ab ante nec a retro quatiuntur in pugna. Pugnam autem dico, quæ adversus animam a sensibus & negligentia suscitatur, sicut est dare & accipere: auditus & lingua, quæ [1] superinducuntur animæ, sibi faciunt cæcitatem; ut propter superinductionem turbationis exterioris non possit sibi ipsi attendere in latenti prœlio quod movetur adversus eam, & cum tranquillitate illa videre quæ moventur ab intus. Quando quis clauserit ostia civitatis sensuum, tunc pugnat ab intus, & insidiatores qui sunt extra civitatem, non timet.

CAPUT X.

De oratione & labore.

BEatus, qui novit hoc & manet in solitudine, nec fluctuat in operum multitudine, sed omnes corporales operationes in laborem orationis convertit, & credit, quamdiu operatur cum Deo, & habet solicitudinem in ipso die noctuque, quod non deficiat ei quidquam de necessariis usibus, quemadmodum non cessat ab opere pro eodem. Si quis autem non sustinuerit in solitudine sive operetur utens quidem eo, tamquam adjutore; non tamen avide propter lucrum. Nam illud positum est infirmis, quia fortioribus turbamentum existit: pauperibus & pigris patres exposuerunt; ut operarentur, sed non sicut rem necessariam. In tempore E quo Deus compungit cor, da te ipsum continuis extensionibus corporis in terra & genuflexionibus. Et cum cœperint in te dæmones suggerere, vacare in labiis, cor tuum solicitum esse de aliquo; non dimittas: & tunc vide & mirare, quid debet ex hoc majus oriri. Nihil aliud majus est quam aliquem sternere sensum ante crucem Christi die ac nocte, & manus post terga ligare, id est a manuali opere quiescere. Vis non frigefieri tibi calorem & a lacrymis non pauperari? in his exerce te ipsum. Et beatus es o homo, si die ac noctu studueris in his quæ dicuntur, ac tibi aliud quæsieris A cum eisdem: tunc enim orietur tibi lux interius; & justitia tua cito fulgebit, & fiet sicut indeficiens fons aquæ ac sicut florida paradisus. Vides qualia bona homini de certamine oriuntur: multoties invenitur curvatus super genua in orationibus, manus habens extensas ad cælum, & respiciens faciem in cruce Christi, & colligens omnes cogitationes suas in Deum in oratione. Et quamdiu erit cum lacrymis & compunctione, in ipsa hora statim subito manat in corde suo fons producens delectationem, & dissolvuntur membra ejus, & convelantur oculi ejus, & circuit facie in terram: cogitationes autem ipsius alterantur ita, ut non possit facere genuflexionem præ gaudio, quod in toto cor- B pore suo erit.

Attende igitur hisce o homo quæ legis, quia nisi laboraveris, non invenies, & nisi cum fervore pulsaveris ac supervigilaveris ostio continue, non exaudieris. Quis audiens hoc, desiderabit justitiam extrinsecam? ille scilicet qui non potest in solitudine instruere. Verumtamen si quis non potuerit vacare, pro eo quod gratia Dei est, esse hominem intra ostium, [2] non derelinquat viam, ne utriusque vitæ faciat se expertem. Donec moriatur exterior homo a rebus mundi, non solum a peccato, sed ab omni actione corporali; similiter interior homo a pravis cogitationibus, & infirmetur motus corporalis naturalis, ut non moveat in corde dul- C cedinem peccatorum; non movebitur in homine dulcedo Spiritus sancti, & membra ejus non purgabuntur in vita sua, & in anima ejus intellectus divini non apparebunt. Et quousque destruat in corde suo solicitudinem sæcularium, præter necessarium usum naturæ, ac dimittat Deum curare de ipsis; spiritualis ebrietas in ipso non movebitur, & consolationem illam non sentiet de qua erat Apostolus consolatus, quando dicebat: [a] *Nostra conversatio in cælis est*. Et iterum: [b] *Vivo ego, jam non ego, sed vivit in me Christus*. Hoc autem dixi non succidens spem; ita videlicet, quod nisi qui attingeret ad summitatem perfectionis, non promereatur gratiam Dei, aut sibi consolationem in- D veniat occurrentem. In veritate cum aliquis commissa publicaverit & ab eis elongaverit se omnino, & accesserit constanter ad bona; in modico tempore sentiet auxilium: quod si superaverit aliquantulum, inveniet consolationem animæ suæ, remissionem consequenter, & abundantiam bonorum recipiet, & gratia dignus fiet. Verumtamen minor est iste in comparatione apud perfectionem illius qui se ipsum segregavit a mundo, & invenit in anima sua beatitudinis secretum, & comprehendit illam rem pro qua Christus advenit. Cui sit gratia in sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT XI.

De honore a Deo dato.

MUltum honorem dedit Deus hominibus, doctrinam duplicem qua eis aperuit ostium intrandi ad supernam agnitionem. Vis autem testem fidelem super præmissis? fac temet tu in te ipso: non peribis. Et si ab exterius vis hoc scire, habes alium magistrum & testem, qui ad viam te dirigit veritatis. Mens fermentata oblivionem vitare non potest, & sapientia non aperit talibus portam suam. Qui poterit comprendere diligenti co-

a Philipp. III. 20. *b* Gal. II. 20.

1. *Superinducuntur*] Editi, *semper induuntur*. 2. *Non derelinquat viam*] Edit. *non derelinquam vitam*.

gnitione, ad quam æqualitatem finis omnium finiatur, abbreviatio temporalium, alio magistro non eget. Naturalis lex quæ primum homini data fuit a Deo, contemplatio est creaturarum suarum. Post prævaricationem vero addita est litteralis. Qui non elongat se a caussis vitiorum voluntarie, [1] invitus trahitur ad peccatum. Hæ sunt caussæ peccandi: vinum, mulieres, prospera corpori habitudo & divitiæ. Hæc naturaliter non sunt peccatum; sed per hæc declinatur ad passiones peccati: unde oportet studiose cavere sibi.

CAPUT XII.

De occasionibus vitiorum vitandis.

SI semper fragilitatis tuæ fueris memor, terminum custodiæ non excedes. Apud homines abominabilis est paupertas; apud Deum vero plus anima corde sublimis. Apud homines sunt divitiæ pretiosæ; sed apud Deum, anima humiliata. Cum volueris facere initium bonæ operationis, contra venturas tibi tentationes prius præpara te ipsum, ne hæsites veritati. Nam consuetudo est inimici, ut cum videt aliquem accipientem bonam conversationem fide ferventi & conscientia pura, obviat ei variis & diversis tentationibus, ut exinde in timore veniens, arescat a bono proposito, ne habeat aliquatenus calorem appropinquandi Deo: non quod talem virtutem habeat adversarius, (nam nullus posset tangere bonum) sed permittitur a Deo, sicut [a] in beato Job docti sumus. Tu vero præpara temet ipsum viriliter ad obstandum tentationibus quæ virtutibus indocuntur, ac deinde virtutes incipe operari. Quia nisi prius te præparaveris, a virtutum operatione recedes. Homo dubitans Deum esse adjutorem bonæ operationis, ab umbra sua terretur, & in tempore felicitatis & abundantiæ, fame laborat, & in tranquillitate spirituali tempestate repletur. Qui vero confidit in Deo, confortatur corde, & coram omnibus apparebit pretiositas ejus, & in conspectu inimicorum suorum. Mandata Dei super omnes thesauros mundi sunt, & qui acquisivit ea, invenit intra se Deum: qui semper quando cubat, solicitus est de eo; ipsum acquirit procuratorem; & qui considerat voluntatem ejus, cœlestes Angelos deductores habebit. Qui timet peccata, inoffensibiliter transibit timidum iter, & ante se lumen inveniet tempore tenebroso. Gressus custodit Dominus peccata timentis, & tempore ruinæ præveniet eum misericordia Dei. Qui delicta sua existimat parva, cadet in deteriora prioribus, & in semet ipso solum vindictam. Semina eleemosynam in humilitate, & in misericordia judicium metes. In quibus perdidisti bonum, in illis iterum acquire illud ad te: non obolum des Deo, quod a te non pro te ipse recepit. Margaritam, videlicet castitatem, perdidisti; non recepit a te Deus eleemosynam. Castitatem corporis tui vult a te, ex quo prævaricatus es: mandatum putes acquisitionem mundi dereliquisse; pro aliis pugnes. Radicem dereliquisti, & alios venisti impugnare. Dixit beatus Ephrem, quia nullus repugnat æstui tempore messis hiemalibus indumentis indutus: heic quilibet quod seminat, illud & metet; & qualibet infirmitas medetur propriis medicinis. Et tu forsitan agitatus invidia, ut quid somnum impugnare festinas? Quousque parvum habeas & incipiat florere delictum, exscinde illud prius quam amplificetur, & fructum faciat. Non sis negligens, quando parvum tibi videtur delictum; quoniam videbis illud primo dominum inhumanum, & coram illo ligatus, tamquam servus incides: sed ille qui repugnat a principio, dominabitur ejus cito.

CAPUT XIII.

De patientiæ perfectione.

QUi potest injustitiam sustinere cum gaudio, habens utique præ manibus, quo resistere possit; hic recipit consolationem divinitus per caritatem quam gerit ad ipsum. Qui cum humilitate sustinet accusationes objectas, hic ad perfectionem venit, & a sanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis ad obtinendum virtus exsistit. Ne credas tibimet quod sis fortis, quousque examineris, & invenias te ipsum inalteratum: sic in omnibus proba temet ipsum. Non habeas mentem elatam, nec confidas de virtute tua, ne permittaris in fragilitate naturæ, ac tunc ex propria natura fragilitatem tuam addiscas. Ne credas tuo arbitrio, ne te vinculo suo illaqueet inimicus. Acquire fidem rectam in temet ipso, ut inimicos tuos valeas conculcare: habeas mansuetam linguam & omnino tibi dedecus non occurret. Acquire tibi dulcia labia, & habebis tibi omnes amicos. Ne glorieris umquam in bonis operibus tuis, ne in lingua tua confundaris. Quamlibet rem in qua gloriatur homo, Deus alterari permittit, ut humilietur homo; & omnia providentia divina permittit. Ne credas, quod sit tibi aliquid inalterabile in hac vita: talis autem affectus tuos oculos semper ad Deum extollat.


Protectio Dei & providentia contra omnes homines est, nec videtur nisi ab his qui purgaverunt semet ipsos a peccato, & meditationem habent in Deo. Specialiter autem manifestatur his providentia Dei, qui pro Deo incidunt in magnam tentationem: tunc ipsam sentiunt & quasi oculis corporis apparet, quibus vident eam juxta quantitatem & curam contingentis tentationis, ut ad extremitatem pugnatores jungat, sicut in Job, Jesu Nave, Petro & similibus, quibus in humana specie apparebat confortans, & confirmans ad fidem. Si vero sanctis heic dispensatorie datum fuit, quum specialiter promeruissent hujusmodi visiones: in tentationibus sint tibi ad fortitudinis exemplum Martyres Christi, quorum multi multoties aut singulariter unus, & unus in multis locis certaverunt in Christo, & in occulta virtute quæ in eis erat, viriliter sustinuerunt in luteis corporibus, campo, ferro & omnimoda tormenta, rem quidem supra naturam. Talibus enim sancti Angeli visibiliter apparebant, ut addisceret quilibet, quod abundanter divina providentia proveniret ad illos, qui modis omnibus sustinent omnem tentationem & omnem tribulationem pro ipso adjutorio fortitudinis eorum. Nam quanto sancti magis visionibus roborabantur, tanto plus adversarii propter ipsorum patientiam furebant.

Quid necesse est dicere de Monachis peregrinis & anachoretis, qui desertum inhabitabant & fecerunt illud habitabile hospitium Angelorum, ad quos sancti Angeli sæpe accedebant propter conversationis suæ suavitatem, & ut sub unius Domini pro-

a Job I.

1. *Invitus trahitur ad peccatum*] Non vult dicere hominem coacte ac necessario peccare, quum sine usu liberi arbitrii non sit peccatum: sed hyperbolice ita indicat vim passionum & vitiosæ consuetudinis.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.



tectione statuti, invicem conveniebant ad tempus, A quia omnibus diebus vitæ suæ vitam eremiticam amplexantes, [a] *in montibus & speluncis & cavernis terræ* degebant propter dilectionem divinam? Unde sicut terrena dereliquerunt, cælestia dilexerunt. Angelorum imitatores facti sunt: ita de jure Angeli suam eis voluntatem non absconderunt, sed ad tempus apparebant eis, qualiter oportebat eos conversari docentes; & aliquando quædam eis ambigua exponebant, & quandoque sanctos per devia errantes dirigebant. Aliquando vero in tentationibus incidentes liberabant: & quandoque subita ruina lapidum & lapidum ictu, ab inimico sanctos manifeste impugnante, eripiebant, & se illis visibiliter ostendebant, & ad ipsorum consilium seu au- B xilium se dicebant transmissos, & confortationem & refrigerium & audaciam eis faciebant, & quandoque per ipsos sanitatem operabantur. Aliquando vero ipsos sanctos curabant in passiones incidentes. Aliquando vero corpora eorum fame corruentia, tactu manus aut verbis naturalibus confortabant, & fortitudinem apponebant; quandoque & transitus sui modum exponebant. Ut quid ergo multa enarramus, caritatem exprimendo, quam gratia nostri, & curam quam gratia justorum sancti Angeli gesserint & gerunt? Nam sicut majores fratres minoribus fratribus, sic provident ipsi super nos.

Sed hæc dicta sunt, ut sciat quilibet, quoniam [b] *prope est Dominus omnibus invocantibus eum in* C *veritate*, & quantam providentiam faciat illis qui se beneplacitis ejus tradiderunt, & sequuntur ipsum ex toto corde suo, Si credis quod Deus procuret pro te, quare solicitus es, & curas de temporalibus & necessariis carnis? Quod si non credis quod provideat tibi Deus, & ob hoc de necessariis tuis es solicitus sine ipso, miserrimus es omnium hominum. Ut quid ergo vivis? [c] *Jacta ergo ad Dominum cogitatum tuum*, & a timore superveniente non formidabis. Qui se ipsum semel obtulit Deo, in mentis quiete degit. Nisi aliquis fuerit sine proprio, a turbatione cogitationum non poterit ejus anima liberari, & sine tranquillitate sensuum non sentiet pacem mentis. Et nisi intraverit in tenta- D tionem, sapientiam spiritus non acquiret. Et sine laboriosa lectione, subtilitatem cogitationum non sentiet. Sine tranquillitate cogitationum, mens in occultis mysteriis non movebitur: & sine confidentia quæ fit per fidem, anima audaciam contra tentationes sumere cum securitate non potest. Et sine experientia protectionis Dei, cor in ipso sperare non potest. Et nisi gustet anima passiones Christi scienter, communionem non habebit cum ipso. Illum reputa hominem Dei esse, qui ob multam pietatem semet ipsum mortificavit necessariæ utilitati. Nam qui miseretur pauperis, Deum habet pro se cogitantem. Et qui pro ipso pauper, indeficientes thesauros jam invenit. Deus non eget ali- E quo, sed lætatur cum videt aliquam suam imaginem, id est, hominem complectentem & honorantem illam pro ipso. Quando quis postulavit quid a te quod habes, non dicas corde, dimittam hoc animæ meæ, ut requiescam in ipso: & Deus habet unde illi porrigat necessaria aliunde. Iniquorum certa sunt hæc & ignorantium Deum. Nam justus homo & bonus suum honorem non dat alii, neque permittit gratiæ tempus inaniter præterire: pauper quidem & egenus homo procuratur a Deo, quia nullum Dominus derelinquit. Tu autem reliquisti honorem tuum procuratum tibi a Deo; & repellens pauperem, suam a te gratiam elongasti: cum autem dederis, gaude, & dic: Gloria tibi Deus, qui fecisti me dignum, ut aliquem invenirem ad complacendum. Quod si non habes quod des, gaude potius, & dic referens grates Deo: Gratias tibi ago Deus meus, qui dedisti mihi hunc honorem, ut sim pro nomine tuo pauper, & fecisti me dignum gustare tribulationem positam in via mandatorum tuorum in infirmitate & paupertate, sicut gustaverunt sancti qui per hanc viam ambulaverunt.

Cum infirmaveris, dic: Beatius est his qui meruerunt a Domino tentari in his quibus vitam hereditarie possidemus: infirmitates enim corporis adsunt pro animæ sanitate. Dixit quidam sanctorum, & illud notavi, quod monachus qui non servit Deo juxta beneplacitum ejus, nec studiose laborat pro salute animæ suæ, sed erga virtutum acquisitionem se continet negligenter, permittitur a Domino in tentationes incidere, ne per nimiam otiositatem suam ad deteriora declinet. Ob hoc enim projicit Deus tentationes super pigros & negligentes, ut in ipsis, & non in vanitatibus meditentur. Facit hoc Deus diligentibus eum, ut castiget & faciat sapientes, & ipsos doceat suam voluntatem; quos, quando ad eum orant, citius non exaudit, [1] quousque confessi sint & sciant pro certo, quod hoc sibi pro sua negligentia contigit. Scriptum est enim: [d] *Cum extenderitis ad me manus vestras, avertam a vobis oculos meos. Et si multiplicaveritis orationes, non exaudiam.* Hoc licet pro alio sit dictum, tamen pro his scriptum est, quia viam Domini dereliquerunt. Ex quo Deum misericordem multum dicimus, [2] quia inter precationem postulantes & pulsantes non exaudimur; hæc autem docemur a Propheta dicente: [e] *Non enim brevis manus Domini ad erudiendum, neque gravis auditu ad audiendum; sed peccata nostra diviserunt nos ab illo, & iniquitates nostræ, ne exaudiat, qui suam faciem averterunt.* Esto Dei memor in omni tempore; & cum incideris in mala, recordabitur ipse tui. Natura tua facta est receptibilis vitiorum: etiam præsentis sæculi tentationes multæ sunt, nec longe sunt a te mala, sed intra te ipsum & subtus te & pedibus tuis oriuntur. De loco non exeas in quo manes, & ab ipsis liberaberis cum Deus annuerit tibi. Sicut propinqua tibi sunt supercilia, ita sunt & hominibus tentationes propinquæ.

Hoc autem disposuit Dei sapientia pro utilitate tua, ut assidue ostium suum pulses: & timore tribulantium, in mente tua ejus memoria inferatur, & appropinques ei per intercessiones, & sanctificetur cor tuum per continuam memoriam, & te deprecantem exaudiat, & addiscas quia Deus est qui te liberat; & senties creatorem tuum qui mundum duplicem pro te fecit, unum tamquam doctorem & castigatorem temporalem, alium tamquam paternam domum & hereditatem tuam æternam; unum in præsenti, alterum in futuro. Non fecit te Deus irreceptibilem tristium, ne ad divinitatem aspirans, hereditates, quod hereditavit prius Lucifer, qui propter elationem Satanas postmodum est effectus. Similiter nec indeclinabilem, nec immobilem, ne fieres similis inanimatorum: & fierent tibi bona sine lucro & mercede, sicut sunt irrationabilibus naturales effectus. Quanta utilitas & gratiarum actio, & humilitas oriuntur de superna inductione

a Heb. XI. 38. *b* Psalm. CXLIV. 18. *c* Psalm. LIV. 23. *d* Isa. I. 15. *e* Isa. LIX. 1. 2.

1. *Quousque*] Edit. *quosque*. 2. *Quia ... non exaudimur;*] *Quare ... non exaudimur?* Sic forte legendum interpungendumque.

ſtimulorum, omnes facile ſcire poſſunt: manifeſtum eſt quod nobis eſt ſtudere in bonis & declinare a malis; & ad nos honor & dedecus quæ habent ex his fieri, referuntur: pro dedecore verecundantes timemus, pro honore vero Deo gratias agimus & extendimur ad virtutes. Hac de cauſſa permittit te Deus in contriſtationibus eſſe, ne aliquando declines exaſperans eum, & ſuperinductione pœnæ deſtruat te a facie ſua.

Prætermitto enim doctrinæ impietatem & ceteras blaſphemias, quæ naſcuntur per proſperitatem & ſecuritatem. Quoniam prædicta doctrinæ quis non præſumat? Hos magiſtros Deus tibi multiplicavit, ne ſi liber eſſes ex his & non receptibilis contriſtantium ac ſupra timorem exſiſtens, oblivi- B ſcereris Dominum Deum tuum, & declinares ab ipſo, & ad culturam multorum deorum recideres: ſicut multi, qui utique tuæ conditionis conſimiles exſiſtentes, & ejuſdem contriſtabilibus non flagellati, in uno momento temporis pro brevi potentate non ſolum ad multorum deorum inciderunt culturam, ſed & ſe ipſos vocari deos inaniter præſumſerunt. Hac igitur de cauſſa per paſſiones & contriſtabilia multiplicavit Deus memoriam ſui in corde tuo, & timore adverſitatum excitavit te ad pulſandum oſtium ſuæ pietatis, & pro liberatione tua ab ipſis & occaſione eorum in te ſuam inſeruit caritatem. Caritatem autem inſerens honore tibi adoptionis appropinquavit, oſtenditque tibi abun- C dantiam ſuæ gratiæ, quanta eſſet. Unde ſciebas o homo hujuſmodi diſpenſationem & curam ſuam, niſi tibi contraria contigiſſent? Nam ex his impoſſibile eſt in anima tua doctrinam multiplicari per amplius caritatem, ſcilicet ex recordatione ſuorum chariſmatum & ex recordatione multitudinis providentiæ ſuæ. Hæc omnia bona de contriſtabilibus tibi oriuntur, ut diſcas regratiari.

Memento Dei, ut ſalvans te, recordetur & ipſe tui & omnem benedictionem largiatur. Ne obliviſcaris ejus elatus in vanitatibus, ne obliviſcatur & ipſe tui tempore pugnæ tuæ. In abundantia tua obediens ſibi eſto, ut in tribulationibus præcordialem habeas & aſſiduam deprecationem cum ſecu- D ritate apud eum. Munda te ipſum coram Deo, ſemper habens memoriam ejus in corde tuo, ne moram protrahens extra memoriam ejus ſine ſecuritate fias cum acceſſeris ad eum; quia ſecuritas apud Deum ex ipſius fit ferventi colloquio multaque oratione. Affectus qui fit erga homines & frequentatio, fit per corpus; & affectus [1] ad Deum, fit per memoriam animæ ac ſupplicationem, & orationem, & holocauſtum. Ex multa enim recordationis ipſius aſſiduitate, quando ad ſtuporem & admirationem transfertur, lætatur cor quærentium Dominum. O condemnabiles confortamini ſpe, quærite faciem ejus per pœnitentiam; & ſanctificabimini ſanctificatione vultus ejus, & a peccatis veſtris mundabi- E mini. Currite ad Deum o vos, qui eſtis rei peccatis, quia potens eſt dimittere peccata, & poteſt delere delicta. Cum jurejurando ait per Prophetam dicens: [a] *Vivo ego dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* Et iterum: [b] *Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem & rebellem.* [c] *Et nunc quare moriemini domus Iſrael?* [d] *Convertimini ad me, & ego convertar*

A *ad vos.* Et iterum Ezechiel: [e] *In quacumque die peccator converſus fuerit a via ſua prava ad Dominum, & fecerit judicium & juſtitiam; iniquitatum ejus non recordabor; vita vivet, dicit Dominus juſtus. Et ſi dereliquerit juſtitiam ſuam, & peccati injuſtitiam fecerit, juſtitiæ ejus non recordabor; ſed ponam lubricum coram eo, & in obſcuritate operum ſuorum morietur, perſeverans in eis.* Qua de cauſſa peccator non obligabitur peccato ſuo, quandocumque convertetur ad Dominum; & juſtitia juſti non liberabit eum, quacumque die peccaverit, dummodo permanſerit in peccato. Et Hieremiæ quoque ſic ait Deus: [f] *Accipe* [2] *pergamenum, & quæcumque dixero tibi, inducam huic populo; ut audiens & ti*B *mens homo, derelinquat viam ſuam malam: ſed converſi pœniteant & tollantur peccata eorum.* Et Sapientia dixit: [g] *Qui abſcondit peccatum ſuum, inutilis erit; qui vero confitetur peccata ſua & tranſſcendit ea, miſericordiam obtinebit a Deo.* Et Eſaias ait: [h] *Quærite Dominum: invenientes invocate eum, & appropinquantes: derelinquat propriam viam peccator, & iniquus vir cogitationes ſuas; & convertimini ad me & ego miſerebor veſtri.* Cum cuſtodieris vias Domini, & feceris voluntatem ejus, tunc ſpera in eum, & [i] *adhuc clamante te, dicet tibi, Ecce adſum.* Sed ſuperveniente tentatione iniquus non habet confidentiam invocandi Deum, nec de propria ſalute ſperandi, quia in diebus quietis ſuæ C elongatus eſt a voluntate ipſius. Prius quam pugnare incipias, exquire impugnatores; & [k] ante quam infirmeris, require medicum; & prius quam contingant tibi tribulationes, ora; & tempore triſtitiæ invenies eum, & exaudiet te. Prius quam labores, invoca & ſupplica; & ante quam votum emittas, præpara promiſſa viatica, ſcilicet ab hoc mundo.

Arca Noe tempore pacis condita fuit: [l] centum annis ante ligna ejus parata erant; tempore vero iræ perierunt injuſti, & juſto protectio fuit facta. Os iniquum per orationem obſtruitur: nam redargutio conſcientiæ hominem facit formidoloſum. Cor bonum effundit lacrymas cum gaudio in oratione: D nam quibus mundus mortuus eſt, hi ſuſtinent adverſitates gaudentes. Magiſtrorum eſt enim & potentum ſuſtinere labores mundi inter ſuos, & illorum quibus mundus iſte mortuus eſt, & omnis conſolatio deſperatur. Et quibus non eſt mortuus, nequeunt injurias ſuſtinere, ſed a vana gloria moti ira turbantur, ſeu etiam a triſtitia occupantur. O quam difficile eſt, ut hæc acquiratur virtus! & quantam gloriam obtinet apud Deum, qui vult hanc virtutem acquirere, ſcilicet injurias ſuſtinere? neceſſe habet ſe elongare a ſuis atque peregrinari, quia non poteſt [3] eam acquirere in ſua patria commorando: ſicut appropinquant gratiæ humiliati, ſic & ſuperbiæ contriſtantes eventus. [m] Oculi Domini E ſuper humiles ad lætificandum eos; vultus autem Domini contra ſuperbos ad humiliandum illos.


Humilitas ſemper recipit a Deo miſericordiam. Duritie vero cordis, & mordacitate fidei terribiles obviationes occurrunt. Parvipende te ipſum in omnibus apud omnes homines, & exaltaberis ſuper principes hujus mundi: præveni omnes inclinatione ad ſalutationem tuam, & honoraberis ſuper illos qui offerunt munera [4] auri ex Ophir: vili-

a Ezech. xxx. 11. b Iſa. lxv. 2. Rom. X. 21. c Ezech. xviii. 31. d Zach. I. 3.
e Ezech. xviii. 21-24. f Jer. xxxvi. 2. 3. g Prov. xxviii. 13. h Iſa. lv. 6. 7. i Iſa. lviii. 9.
k Eccli. xviii. 20. l Gen. vi. 4. m Pſalm. xxxiii. 17.

1. [illegible]
2. *Accipe pergamenum* [illegible]

3. [illegible]
4. [illegible]

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



pende te ipsum, & videbis gloriam Dei in temet ipso. Nam ubicumque humilitas nascitur, ibi gloria oritur Dei. Si laboraveris manifeste contemni ab omnibus, faciet te Deus gloriari. Quod si habes humilitatem in corde tuo, [1] ostendet tibi Deus gloriam in corde tuo. Esto contentus in magnitudine tua, & non magnus in parvitate tua: studeas despici, & repleberis honore divino. Non quæras honorari, cum interius sis repletus illecebris: contemne honorem, ut honoreris: ne diligas illum, ut dedecus non incurras. Qui currit post honorem, fugiet ab eo; & qui fugit illum, sequetur ab ipso, & de illius humilitate fiet omnibus hominibus prædicator. Si despicis te ipsum, Deus te divulgabit: si vero propter veritatem contemseris te ipsum, præcipiet Deus creaturis omnibus ut te laudent. Aperiet ante conspectum tuum, ostium gloriæ creationis tuæ, & commendabit te: quia secundum imaginem & similitudinem ejus exsistentem hominem, virtutibus quidem fulgentem, hominibus vero contemtibilem apparentem, & vita splendentem, scientia quoque præclarum, humilem vero spiritu, quis vidit? Beatus qui humiliat se in omnibus, quoniam exaltabitur. Nam qui propter Deum humiliat & parvipendet se ipsum, glorificatur a Deo: & qui propter Deum esurit & sitit, Deus illum bonis suis inebriabit: & qui propter eum fit nudus, stolam incorruptionis & gloriæ induetur ab illo: & qui pauper efficitur propter eum, miris ipsius divitiis consolabitur. Te ipsum despice propter Deum, & multiplicabitur tibi gloria, te penitus ignorante. In tua vita te ipsum reputa peccatorem, ut semper justificeris. Fias idiota in sapientia tua; nec apparere te facias sapientem, idiota exsistens; & timeto superbiam & magnificaberis. Fuge vanam gloriam, & gloriaberis. Non est enim distributa filiis hominum vana gloria, neque nationi mulierum elatio.

Si sponte renuntiasti omnibus mundi rebus, ne velis aliquatenus cum aliquo litigare. Si vanam gloriam abominaris, fuge venantes eam. Fuge tam amatores rerum, quam acquisitionem earum. Elonga te ipsum a prodigis, sicut a prodigalitate: fuge luxuriosos, sicut a luxuria. Quia ubi simpliciter memoratio peccatorum conturbat mentem, quanto magis aspectus & conversatio cum eisdem? Appropinqua justis, & Deo per ipsos appropinquaberis. Conversare cum habentibus humilitatem, & addisce mores eorum: si enim aspectus eorum est utilis, quanto magis doctrina oris eorum? Dilige pauperes, quia per ipsos misericordiam obtinebis. Ne appropinques litigiosis, ne foras tranquillitatem [2] compellas. Ne feras abominabiliter infirmorum dolores, quia & tu [3] carne indueris sicut & ipsi. Ne exacerbes contristatos corde, ne ipsorum baculo flagelleris, & quæras, & non invenias consolantes. Ne irrideas mutilatos membris, quoniam ad mortem imus æqualiter universi. Dilige peccatores; sed ipsorum tibi sint opera insidiosa, ne quoniam in iis in quibus ipsi sunt, tu temneris. Memento, quoniam communionem habes cum terrena substantia, & benefac universis, & ne exacerbes egentes, & orationibus tuis & suavibus sermonibus & consolationibus ne prives illos ne pereant, & a te ipsorum animæ requirantur. Sed imitare medicos, qui calidiores passiones medicinis frigidioribus, & contrariis medentur frigidiora. Excita te ipsum cum obviaveris proximo tuo, ut eum honores supra mensuram: osculare etiam pedes ejus & manus, & tene ipsas multoties cum multo honore, & superpone ipsas super oculos tuos, & commenda ipsum etiam in eo quod non habet. Cum vero recesseris ab illo, de ipso loquere omne bonum & quidquid est pretiosum. Per hæc & hujusmodi trahes eum ad bonum, & ita semen virtutis seminabis in ipso. Ex tali autem consuetudine formatur in te forma bona; multam humilitatem acquires in te ipso; & magna obtinebis sine labore. Quin immo si habet etiam defectus aliquos, honoratus a te, recipiet sanitatem erubescens ex honore quem fecisti. Hic modus salutationis & honoris sit tibi semper apud omnes: non exacerbes aliquem, neque turbes, neque invideas alicui; sed custodi te ipsum, nec aliquem in aliquo arguas, aut judices, aut culpes: habemus enim in cælis judicem non acceptantem personas. Quod si velis ipsum convertere ad veritatem, contristare pro ipso, & cum lacrymis loquere ipsi unum verbum aut duo, nec accendaris furore contra eum, ne inimicitiæ videat in te signum. Nam caritas non novit furere, aut exacerbare, aut abominari aliquem vitiose. Signum caritatis & scientiæ est humilitas, quæ nascitur ex conscientia bona in Christo Jesu Domino nostro: cui est gloria & potestas cum Patre & Spiritu sancto, & nunc & in sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT XIV.

Appropinquare Deo, quomodo debeamus, cet.

Quando aliquis in aliquam ruinam labitur peccati, significativum est naturalis frigiditatis, quia convenienter permisit Deus naturam humanam receptibilem esse vitiorum: non enim providit constituere ipsam super illa, ante regenerationem futuram. Ipsam autem esse receptibilem vitiorum, utile est ad conscientiæ pungimenta: sed perseverantia in eisdem, imprudens est & turpis. Tres modi sunt, per quos omnis anima rationalis Deo potest appropinquare: Vel per fervorem Dei, vel timorem, vel Domini disciplinam. Nullus enim potest appropinquare caritati Dei, nisi præcesserit unus ex his tribus modis: sicut enim ab ingluvie ventris nascitur turbatio cogitationum; ita & a multiloquio & immoderantia locutionum, ignorantia & mentis excessus: temporalium rerum solicitudo turbat animam, & fermentatio quæ fit ex ipsis, mentem corrumpit & exserit a quiete.

Decet enim religiosum qui se tradidit operationi cælesti quotidie, extra omnem solicitudinem temporalium semper esse, ut factus in semet ipso, nihil penitus in se inveniat de hoc mundo, ab hujusmodi enim [4] sanctus in otio irrevocabiliter, [a] *in lege Domini die ac nocte poterit meditari*. Corporalis labor sine meritis [5] munditia est, sicut sterilis matrix & ubera sicca; quia scientiæ Dei appropinquare non potest: laboriosum quidem facit corpus, sed nihil acquirit. Sicut qui seminat super spinas, nihil metere potest; ita qui se odio & cupiditate destruit, non potest aliquid adipisci, sed ex multis vigiliis & occupatione rerum infirmatur in loco suo. Et hoc testatur Scriptura quæ dicit: [b] *Sicut populus operans justitiam, & nullum*

a Psalm. I. 2. *b* Isa. LVIII. 2. 3.

1. *Ostend. tibi*] Editi, *ostend. sibi*.
2. *Compellas*] Editi, *compelles*.
3. *Carne*] Editi, *cur[illegible]*.
4. *Sanctus in otio*] An *factus in otio*? ut paullo ante, *factus in semet ipso*.
5. *Munditia*] Forte, *immunditia*.

mandatum Domini negligens, veritatem & justitiam quærunt a me, & [1] *nolunt mihi appropinquare* dicentes: *Quare jejunavimus & non vidisti, & nos humiliavimus & non novisti? In diebus enim jejuniorum vestrorum facitis voluntates vestras*, & tamquam idolis sacrificia offerentes malignas operationes animæ, & cogitationes pravas, quas sicut Deos reputastis, vobis & corda vestrum omnium pretiosiora thymiamate immolantes eisdem: quæ vos oportebat offerre mihi per bonam operationem, & sinceram conscientiam vestram. Sicut nubes operiunt lumen lunæ; ita & vapores ventris in anima sapientiam Dei. Sicut est flamma ignis in siccis lignis; ita est in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis; ita & diversitas ciborum corporis motum. In corpore luxurioso scientia Dei non habitat. Qui diligit corpus suum, Dei gratiam non acquiret. Sicut ex doloribus partus, fructus oritur lætificans parientem; ita ex labore nascitur in anima secretorum Dei scientia. Sicut pater curam gerit filii sui, ita Deus curam gerit corporis, quod pro ipso affligitur, juxta illud: Pretiosissima est corporis acquisitio, quæ cum sapientia exercetur.

CAPUT XV.

Quomodo homo sit peregrinus & monachus.

PEregrinus est, qui mente factus extra sæcularia universa, lugens est; qui in fame & siti vitam ducit omnibus diebus vitæ suæ propter spem futurorum bonorum. Divitiæ religiosi sunt, consolatio quæ fit ex luctu, & lætitia quæ fit ex fide: quæ in cubilibus splendent. Monachus est, qui sedet extra sæculum, & semper supplicat Deo, ut adipiscatur futura bona. Misericors est, qui dat omnibus, & in mente aliquem ab aliquo non discernit. Virgo est, qui non custodivit corpus suum a pollutione tantum; sed is qui quando solitarius est, verecundatur in semet ipso. Si diligis castitatem, turpes cogitationes per mediationem lectionis & attentam orationem expelle; & tunc armaberis contra caussas naturæ, quia sine his impossibile est munditiam in anima inveniri. Si vis invenire gratiam vel misericordiam possidere, prius assuesce te ipsum contemnere omnia, ne mens ipsorum pondere dissolvatur, & extra terminos suos fiat. Nam certificatio misericordiæ in injuriarum patientia demonstratur. Humilitatis perfectio est, accusationis flagella cum gaudio sustinere. Si in veritate misericors es, cum auferuntur tibi injuste tua, ne contristeris interius, nec exterius damnum recites; sed diluatur potius jactura injuriantium a misericordia tua, sicut vini austeritas per abundantiam aquæ: ostende cuique multitudinem misericordiæ tuæ in bonis, quæ tribuis injuriatoribus tuis, & sicut beatus Helisæus fecit inimicis suis ipsum volentibus captivare: nam quando oravit & excæcavit eos caligine, virtutem quæ erat in se, ostendit; & cum cibum & potum dedit eis, & eos abire dimisit, misericordiam Domini monstravit.

CAPUT XVI.

De perfectione humilitatis.

QUI in veritate humilis est, patiendo injuriam non turbatur, nec excusat se super re in qua injuriam est perpessus; sed recipit accusationem, ut virtutem; nec solicitus est suggerere hominibus quod sit accusatus, sed veniam petit. Quidam enim infamiam luxuriæ sponte attraxerunt sibi, cum tales non essent: adulterii, alii longe exsistentes ab eo, sustinuerunt; & semet ipsos lacrymando, pœna peccati quod non fecerant, honorabant; & indulgentiam de iniquitate quam non perpetraverunt, cum lacrymis ab injuriantibus expetebant, omni puritate & munditia exsistentes in anima coronati. Alii quoque ne glorificarentur in virtuosa conversatione sua quæ occulta erat in ipsis, se insanos ostendebant, cum essent divino sale conditi & tranquillitate formati, utpote qui ex conversatione sua summa sanctos Angelos operationum suarum prædicatores habebant. Tu enim humilitatem putas habere, sed non poteris accusari. Si ergo scire volueris, utrum sis humilis, proba te ipsum in supra dictis.

CAPUT XVII.

De mansionibus æternitatis.

MUltas mansiones Patris sui Salvator vocat [a] mensuras mentium in illa commorantium regione, videlicet discretiones & diversitates, quibus in animo perfruuntur. Non enim doctrina locorum, sed ordine charismatum multas fore mansiones expressit: sicut quilibet materiali sole juxta sinceritatem virtutis visus & gratia fruitur; & sicut una lucerna in una domo lucente, fit cuilibet lux diversa in splendores plurimos lumine indiviso: ita in futuro sæculo justi omnes indivisi in una regione morabuntur: quilibet autem ab uno intelligibili sole illustrabitur, secundum mensuram suam; & pro meritis valet gaudium & lætitia: tamquam ab uno aere eris & loco & cathedra, & aspectu & forma: nec invidebit quis mensuris plus habentis vel minus, nec videndo gratiam superabundantem amici sui propriumque defectum, fiet sibi turbationis & tristitiæ caussa, quod absit, ubi non est tristitia neque gemitus. Quin immo quilibet secundum concessam sibi gratiam, juxta mensuram interius delectatur. Una est enim visio omnibus exterius & lætitia vera. Et ab istis duobus ordinibus altus ordo medius non est, videlicet unus superior, alius inferior. In medio autem istorum veritas differens retributionum exsistit. Quod si verum est, sicut verum est; quid insipientius & amentius illis qui dicunt; Sufficit mihi vitare gehennam; si non intravero in regnum, non curo. Nam evitare gehennam, nihil aliud est, quam intrare regnum; sicut & a regno excidere, est intrare gehennam. Non enim docuit nos Scriptura tres regiones, sed quod [b] *cum venerit Filius hominis in sede majestatis suæ, oves quidem a dextris, hœdos autem statuet a sinistris*; & distinxit terminos eorum, & tabernacula dicens: [c] *Ibunt isti in æternum supplicium*, scilicet peccatores: *Justi autem in vitam æternam, qui fulgebunt sicut sol*. Et iterum: [d] *Venient*

[a] Joan. xiv. 2. [b] Matth. xxv. 31. 33. [c] Ibid. ℣. 46. [d] Matth. viii. 11. 12.

1. *Nolunt*] Vulg. *volunt*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.

ab oriente & occidente, & recumbent cum Abraham in regno cælorum; filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium, qui horribilior est omni igne. Quid ergo non intellexisti, quod contrarium superioris ordinis est ipsa gehenna, quæ cruciat? Bonum est igitur instruere homines ad bonum, & trahere ipsos ad commorandum sub dispensatione divina, & ab errore ad veritatis agnitionem transferre. Hic enim fuit Christi & Apostolorum ordo, & est valde sublimis.

Si vero se sentit homo ex hujusmodi continentia & assidua communicatione, quod in visione rerum sua continentia infirmetur & turbetur ejus tranquillitas, & scientia obscuretur, pro eo quod mens sua eget adhuc custodia & sensuum subjectione; & dum velit alios curare, suam destruit sanitatem, & exit a libertate propriæ voluntatis ad mentis turbationem: Iste recordetur apostolici verbi, [a] *esse cibum solidum perfectorum*; & revertetur retro, ne audiat tamquam in proverbio: [b] *Medice cura te ipsum*. Contemnat quoque se ipsum: conservet propriam sanitatem, & tam pro sensibilibus verbis suis quam vocibus suis, ministret & doceat conversatione bona. Cumque animam suam in sanitate senserit, tunc etiam prosit aliis, & de aliis curam gerat. Nam cum infirmus inventus fuerit ab hominibus, elongatus poterit eis benefacere potius in cælo bonorum operum quam in verbis, dum & ipse infirmus sit & egeat sanitate plus eis. [c] *Cæcus enim, si cæcum duxerit, ambo in foveam cadunt.* Illi enim, qui sanas habent sensualitates, & exercitati sunt, qui etiam possunt sumere omnem cibum, videlicet insultus omnium sensuum, nec ab omnibus quæ sibi occurrunt læsionem incurrunt cordis propter exercitationem perfectionis, prædicent & fructificent in humilitate. [d] *Oculi Domini super humiles corde, & aures ejus ad preces eorum.*

Quando diabolus vult mentem religiosorum contaminare, immemor fornicationis, prius in amore vanæ gloriæ probat mentem ipsorum, quia initium hujus cogitationis esse vitium non putatur. Ita enim facere consuevit custodientibus mentem suam, in quibus non potest seminare cogitationes iniquas; & postquam eduxerit eos annuntiatione sua, & cœperit cum cogitatione pristina disputare, & elongaverit eos; statim inde occurrit ei in forma fornicationis, & subvertit mentem in rebus luxuriæ. Et primo quidem turbantur in subito eorum incursu propter præcedentem castitatem cogitationum, quæ occurrerat rebus a quibus mens fuerat separata. Et quamvis non contaminantur omnino, a propria tamen dignitate dejicit ipsos. Si vero mens conversa fuerit retrorsum, & conculcaverit primum cogitationum insultum, quæ est caussa superdictionis serviendi; tunc de facili poterit vitium superari. Melius est enim per virtutum memoriam, quam per impugnationem subripere vitia; quoniam cum vitia a sua regione recedunt, & moventur per pugnam, tunc menti imagines imprimunt atque formas potentium: namque magnam hic pugnam possidet contra mentem, cogitationes vehementer conturbans & tumultum excitans. Sed secundum primam determinationem quam diximus, vestigia cunctorum vitiorum nec apparent in mente post expulsionem.

Corporalis labor & divinarum meditatio Scripturarum conservant munditiam, laborem vero corroborant spes & timor. Spem & timorem in mente constituunt, elongatio ab omnibus, & oratio continuata. Quoadusque recipiat homo Paracletum, eget divinis Scripturis, ut in mente sua bonorum memoria informetur, & ex continua lectione innovetur in ipso motus in bono, & custodiat animam suam, & ab omni subtilitate peccati, quia nondum acquisivit virtutem Spiritus, quæ prolongat errorem captivantem utiles animæ recordationes, & appropinquantem frigiditati mentis quæ fit in conspersione ipsius. Nam quando virtus Spiritus supervenit virtuti animæ quæ operatur per ipsum, tunc pro lege Scripturarum mandata Spiritus adducuntur, & a sensuali materia auxilio nullo eget. Quamdiu enim cor animalibus instruitur, doctrinam nimirum error & oblivio comitantur: cum vero doctrina Spiritus adest, tunc memoria custoditur illæsa. Sunt cogitationes bonæ atque malæ, similiter & voluntates. Primus ordo scilicet cogitationum, est motus transiens in mente; sicut ventus qui surgit in mari, & in undam se extollit. Secundus scilicet voluntatum ordo est quasi pavimentum & fundamentum, & secundum pavimentum termini non juxta cogitationum motus fit boni retributio atque mali. Anima ex motu cogitationum convertibilium non quiescit: [1] si vero unicuique illarum mutationum dedecus inseveris in cordis fundamento non exsistente XXI. es tu ad alteram dum quotidie adversus tua mala atque bona.


Avis impennata est mens educta noviter a connexione vitiorum per pœnitentiam, & in tempore orationis laborans extolli a terrenis rebus, & nequiens: sed adhuc serpens super terræ faciem, & adhuc volare non potens. Verumtamen colligit cogitationes suas in lectione, & operatione, & timore, & cura veritatis. Nam præter hæc aliquid scire non potest, & hæc quoque conservant mentem impollutam ad breve tempus: postea vero veniunt recordationes, & conturbant & contaminant cor, quia nondum persentit tranquillum aerem libertatis, ad quem per oblivionem rerum post longum tempus colligit mentem, quoniam adhuc alas habet corporeas, id est, virtutes quæ manifeste operantur. Nam contemplationis virtutes nondum inspexit, nec ipsas sentire promeruit; quæ sunt alæ mentis quibus elongatur a terrenis, & cælestibus appropinquatur. Quamdiu sensibilibus rebus ministraverit quis Domino, in figuris divina considerat, & formæ rerum ipsarum in suis cogitationibus informantur: cum vero per interiora fiunt, tunc juxta mensuram sensualitatis suæ, mens erit ad tempus sublimior formis rerum. Quando anima tua appropinquaverit ut exeas a tenebris, hæc tibi sint pro signo: æstuat cor tuum & calefit, sicut ignis die ac nocte, ita ut totum mundum repures tamquam stercora & cinerem, nec cibum appetas præ dulcedine mirabilium & ferventium cogitationum, quæ semper moventur in anima tua, & datur tibi fons subito lacrymarum sicut torrens montium absque violentia, quæ omnibus operibus tuis commiscentur. Cum autem hæc in anima tua videris, confortare, quia mare transfretasti; & sic adjicias operibus tuis, & tene bene custodiam, ut multiplicetur in te gratia de die in diem, quousque heic [2] obviaveris. Nondum enim perfecisti viam tuam, nisi pertingas ad opus Dei. Quod si postquam veneris & acceperis gratiam lacrymarum, cessaverint lacrymæ, & calor tuus frigefactus fuerit sine alteratione alterius rei, scilicet infirmitate corporis, [3] ne tibi quid,

a Heb. V, 12. b Luc. IV. 23. c Luc. VI. 39. d Psalm. XXXII. 16.

1. *Si vero cet.*] Locus implexus aliis extricandus relinquitur.

2. *Obviaveris*] Al. *obviaverit*.

3. *Ne tibi quid*] Quis hæc mihi edisserat?



quoniam in elationem aut negligentiam pervenisti. Si opera non habes, de virtutibus non loquaris. Pretiosæ in conspectu Domini tribulationes, quæ sunt pro ipso & propter ipsum, & super omnem orationem & sacrificium & odorem, & sudor ipsarum super omnia aromata.

[1] Quamlibet virtutem, sine labore corporis factam, reputa sicut abortivum exanime. Oblatio justorum, lacrymæ oculorum suorum; & sacrificium acceptabile, gemitus eorum in vigiliis. Oratio humilis tamquam ab ore ad aures Dei: Domine Deus meus, tu illumina tenebras meas in tempore tranquillitatis tuæ. Clama in operibus bonis humiliatus: clamabunt ad Dominum justi, corporis pondere angustiati, & in dolore preces ad Deum emittent: in clamore vocis suæ sancti Ordines ad auxilium accedent, ut confortent eos & in spe consolentur. Communicant Angeli sancti in passionibus & tribulationibus propter propinquitatem suam. Bona operatio & humilitas, hominem deum faciunt super terram: fides vero & misericordia cito faciunt ad munditiam transmeare. Calorem & contritionem in una anima fieri impossibile est, sicut in uno homine ebrietatem & modestiam cognitionum: cum animæ datur hic calor, aufertur ab eo contritio & luctus. Vinumque ad hilaritatem; sed calor ad animæ lætitiam: exhibe tibi illud, calefacit corpus; sed verbum Dei ad futurum sæculum mentes. Sicut illi qui inebriantur vino, figuras & formas alteratas imaginantur; sic & illi qui inebriantur spe & calefiunt, nec tribulationem percipiunt, nec aliquid sæculare.

Hæc autem contingunt simplicioribus corde & ferventioribus spe, & alia similia post assiduam operationem & munditiam: quæ omnia præparata sunt illis qui ambulant in semita mandatorum Dei: hic utique gustat in principio viæ Dei propter fidem animæ suæ. Omnia enim quæcumque vult Deus, facit. Beati qui præcinxerunt lumbos suos ad mare tribulationum, in simplicitate, inscrutabili modo propter amorem Dei: nec dediderunt terga, quoniam ad salutis portum quam citius dirigentur, & quiescent in tabernaculis eorum qui bene laboraverunt, & consolabuntur a tribulationibus suis, & exsultabunt in lætitia cordis sui. Qui spe currunt, propter asperitatem viæ non revertuntur, nec spectant ad inquirendum de hac asperitate; sed per hoc mare transeuntes & asperitatem videntes, Deo gratias offerunt, quoniam liberavit eos de angustiis & rupibus & hujusmodi asperitatibus, nescientibus ipsis. Illi vero qui multas cogitationes in mente revolvunt, volentes nimium esse sapientes; quia exponunt se cogitationum subversionibus, præparant se pigritiæ: & prævidere volentes viam nocumenti, plures eorum ante portas domorum suarum semper sedentes inveniunt quasi dicentes, ut piger transmissus ad viam dicit: [a] *Leo est in via & homicida in plateis*: & juxta illos dicentes: [b] *Filios gigantum vidimus, & eramus eis sicut locustæ*. Hi sunt qui in tempore suo in via, qui semper volunt esse sapientes; sed ponere principium omnino non valent. Idiota vero transnatat in primo calore, de corpore nullatenus curam gerens, nec cogitans in semet ipso, utrum lucretur aliquid nec de sua negotiatione.

Non fiat tibi multitudo sapientiæ lubricum ani- A mæ & laqueus ante faciem tuam: sed in Deo confisus, viriliter pone initium incedendi per viam quæ saginæ plena est; *ne semper videaris egenus & nudus a scientia Dei: timidus enim* & [c] *qui ventos præstolatur, non seminabit*: melior est enim mors pro Deo, quam vita cum verecundia & pigritia. Cum volueris incipere opus Dei, prius conde testamentum, tamquam non habeas vivere in hac vita: & sicut ille qui se paravit ad mortem desperans de vita sua, donec perveniat ad tempus termini sui. Et hæc habeas in mente tua, & caveas ne impediaris spe pœnitentis vitæ ad pugnandum & vincendum. Nam spes hujus vitæ relaxat mentem: propter quod nihil excogites omnino, sed B fidei da locum in mente tua, & hoc memorare dierum qui eunt post mortem tuam, & numquam laxatio veniet tibi juxta Sapientem, qui dicit, quod [d] *mille anni hujus sæculi non sunt sicut dies unus in sæculo justorum*. In fortitudine tua incipe omnem bonam operationem, nec in duplicitate animi accedas ad eam, nec hæsites in corde tuo super spe, ne labor tuus fiat inutilis, & onerosa oratio laboris tui: sed crede in corde tuo, quod misericors est Dominus, & exquirentibus eum dat gratiam, non secundum operationem nostram, sed secundum multitudinem & fidem animarum nostrarum. Ait enim: [e] *Fiat tibi sicut credidisti*.

Diversitates operationum sunt. Quidam enim pertulit C virtutem capitis sui pro collectis horarum tota die taliter agens. Alius genuflexionibus laborans, & sic permanens colligit numerum orationum suarum. Alius multitudine lacrymarum supplet locum collectarum suarum, & contentus est eis. Alius solicitus in meditatione intentionis suæ, & colligit regulam injunctam. Alius cruciat animam suam in fame, ita ut etiam nequeat complere collectas. Alius in ferventi cogitatione psalmorum permanens, continuam collectam facit ipsam. Alius studet lectioni, & calefit cor ejus. Alius abripitur, divinos considerans intellectus. Alius stupefactus ex admiratione sui, a silentio præpeditur a consueta meditatione detentus. Alius gustans ex his omnibus & saturatus, D conversus est retrorsum, & remansit inanis. Alius modicum ex his gustans tumefactus erravit. Alius multa infirmitate & debilitate sua impeditus est conservare regulam suam. Et alius consuetudine alicujus concupiscentiæ occupatus, vel ambitionis, vel vanæ gloriæ, vel cogitationis etiam ruit. Alius corruit & surrexit, nec convertit terga sua, donec accepit pretiosissimam margaritam. Cum gaudio & promtitudine semper incipe opus Dei; & si mundatus fueris a vitiis & hæsitatione cordis, ipse Deus ascendere te faciet ad virtutum summitatem, & auxiliabitur tibi, & prudentiorem te faciet, & secundum voluntatem suam mirabiliter ad perfectionem attinges. Cui sit gloria & potentia in sæcula sæ- E culorum, Amen.

CAPUT XVIII.


Quid impediat cor, ne ad mala ruat.

QUo vinculo tenetur cor, ne discurrat ad mala? R. sapientiam sequi semper, & doctrinæ in vita studere. Aliud enim vinculum effrenationi mentis fortius non resistit. *Quæst.* Usquequo

[a] Prov. xxi. 13. [b] Num. xiii. 34. [c] Eccle. xi. 4. [d] Malach. III. 4. [e] Matth. viii. 13.

1. *Quamlibet virtutem* cet.] Rite illud accipito. Certum est, viros perfectos interdum in exercitio virtutum quarum habitus alte defixos conservant, summa cum animi tum corporis voluptate affici. At nec illud minus exploratum, actiones virtutum frequentes corpus extenuare, atterere, frangere, consumere; præsertim quum corpus domandum, & retundenda effrenis superbia.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



est terminus itineris sapientiam insequentis, & in quo finitur doctrina ejus? R. Ita est impossibile invenire terminum istum, quod etiam sancti quoad profectionem ejus patiuntur defectum, contermini etiam sapientiæ; quia usque adeo sublimatur, donec insecutorem suum uniat Deo; & hoc est signum, quod ejus consideratio est sine fine, quia sapientia est ipse Deus. Q. Quæ est prima semita & initium eorum, quæ nos faciunt appropinquare sapientiæ? R. Quod quis totis viribus insequatur sapientiam, & insequendo tota mente sustineat, ut etiam, cum expedierit, exuat ipsam vitam, & projiciat a se, nec fiat negligens propter amorem sui. Q. Quis est ille, qui digne nominatur intelligens? R. Qui vere intellexit quid sit terminus hujus vitæ: idem enim potens est ponere terminum delictis suis. Quæ namque scientia, quisve intellectus est major isto, videlicet, ut excogitet quis, qualiter exire possit de hac vita, cum in corruptione non habet membrum aliquod concupiscentiæ fœtore infectum, vel animæ maculam ab ipsius dulcedine sordescentem? Homo enim qui acuit intellectus suos ut ingrediatur ad secreta omnium naturarum, & ditatus in adinventione & consideratione in omni scientia, & anima ejus exsistit sordibus peccati polluta, nec acquisivit testimonium in spe animæ suæ, sed putat bene ad portum confidentiæ pervenire; insipientiorem eo mundus non habet. Nam neque ad spem hujusmodi adducunt eum opera sua, propter indeficientem cursum suum. Q. Quis est fortis in veritate? R. Qui prosperatur in tribulationibus temporalibus, in quibus abscondita est gloria victoriæ suæ: nec desiderat delectationem in qua abscondita est vita confusionis, quæ calicem luctus propinat semper invenientibus eam. Q. Si læditur in itinere quo itur ad Deum, si quis declinat a bonorum operum studio propter tentationes? R. Non decet aliquem appropinquare Christo sine tribulatione; nec sine ipsa conservatur justitia cujusquam inalterata: & si quis exigit opera quæ augent ipsam, recedit ab ea, nec conservat eam: sed invenitur sicut thesaurus incustoditus, & tamquam athleta armis suis exspoliatus, quando circumdat eum acies inimicorum suorum, & sicut navis non habens apparatum suum, & tamquam pomarium irrigationis fonte privatum. Q. Quis est illuminatus in intellectibus suis? R. Quicumque pervenit ad amaritudinem quæ est absconsa in dulcedine mundi, & continet os suum, nec de calice hoc gustat, & semper scrutatur de salute animæ suæ, nec cessat a cursu suo donec dissolvatur a mundo isto: claudit quoque ostia sensuum suorum, ne subintret umquam in ipso concupiscentia hujus mundi, & subripiat occulto thesauros ejus.

Q. Quid est mundus, & quomodo cognoscimus eum, & in quo lædit diligentes se? R. Mundus est meretrix, quæ desiderio pulcritudinis suæ ad concupiscentiam trahit videntes eam: qui autem particulariter ejus amore deceptus ipsum fuerit amplexatus, a manibus ejus non potest evadere, donec spoliet eum vita sua: & cum exspoliaverit omnibus, ejiciet eum a domo sua, & in die obitus sui homo cognoscit [1] eum. Quando vero laborat quis exire de mundo isto, quamdiu absconsus est in ipso, non potest videre connexiones ejus: & sic non solum condiscipulos suos & filios, & illos qui colliguntur, in ipso detinet mundo; sed etiam illos qui proprium non habent, scilicet, religiosos, qui ejus

A vincula disrumpant: si in unum facti erant supra eum, jam incipit quibusdam modis in operibus suis venari, nec non etiam conculcare.

Q. Quid faciemus corpori, quando circumdat id dolor & gravitas, quia conlaxatur cum eo voluntas prioris fortitudinis desiderio boni? R. Hoc fit multoties, pro eo, quod medietas eorum exivit post Deum, & reliqua medietas remansit in mundo; & corda eorum non sunt ab his quæ sunt heic, separata, sed divisa sunt sua; & quandoque respiciunt ante, retro vero quandoque. Et sicut ego puto, illos qui taliter sunt divisi & appropinquant Deo, monet Scriptura dicens: [a] *Ne accedas ad Deum in duplicitate cordis*; [b] *sed ad illum accede,* B *sicut qui seminat & metit*. Et Dominus, illis qui abrenuntiant imperfecte, & sunt divisi, & redeunt mente retrorsum occasione timoris tribulationum, scies, quod nondum a se carnis desiderium abjecerant, cum abjicere illud voluit a mentibus eorumdem, dixit eis verbum determinatum: [c] *Quicumque vult post me venire, prius abneget semet ipsum*: ut sicut ille qui paratus est ascendere crucem, assumit in mente sua mortis intentionem ac sic egredietur, velut homo non cogitans habere partem iterum in hac vita: ita facere debet, qui perficere vult prædicta. Nam crux est, ad omnem tribulationem parata voluntas. Item cum Dominus dicere voluit, quare hoc esset, dixit: [d] *Qui vult* C *vivere in hoc mundo, perdet semet ipsum a vera vita. Qui vero perdet semet ipsum propter me heic, illic inveniet semet ipsum*. Id est, qui transit per viam crucis, & ponit gressus suos in ipsa, & habet iterum solicitudinem in hac vita, perdit se ipsum a spe, pro qua ut sustineret, exivit; quia hujusmodi solicitudo non permittit eum appropinquare tribulationibus quæ sustinentur pro Deo; sed propter moram quam trahit in eadem, trahit ipsum solicitudo modicum, & educit eum a certamine vitæ beatitudinis. Et augetur in ipso in tantum hæc cogitatio, ut superet eam: Et, *Qui perdit animam suam propter me* in mente sua, *ac propter dilectionem meam: hic in vitam æternam il-* D *læsus & innocens custoditur*. *Hic enim qui perdit animam suam propter me, inveniet eam* deinceps. Ergo præpara animam tuam ad exterminationem ex hac vita totalem, & sicut repromisi, dabo tibi vitam æternam; & in hac quoque vita, pro opere tuo repromissionem meam & certitudinem futurorum bonorum ostendam: tunc enim invenies æternam, cum neglexeris istam. Cumque interius intraveris in hujusmodi præparationem, tunc contemnentur in oculis tuis omnia quæ laboriosa & tribulantia reputantur. Nam cum mens ita fuerit præparata, non habet certamen neque tribulationem in tempore periculi mortis. Propter quod, pro certo, nisi habuerit homo odio vitam suam in hoc mun- E do propter affectionem futuræ vitæ, tribulationes non poterit sustinere.

Q. Quomodo resecat homo primam consuetudinem, & assuescit se ipsum in vita, religioni & egestati? R. Corpus vivere sine necessariis non acquiescit: sed in quantum possibile est, mens se ipsam a voluptatibus & laxatione, quamdiu ab his quæ laxationem operantur longe consistat. Nam quando videt materias rerum voluptatis, excitatur in ea concupiscentia cum fervore: propter quod Salvator sequenti eum, spoliari mandavit & exire de mundo, quia oportet hominem laxationis cauf-

a Eccli. I. 36. *b* Eccli. VI. 19. *c* Matth. XVI. 24. *d* Joan. XII. 25.

1. *Cogn. eum*] Mundum scilicet, de quo paullo ante.



sas abjicere a se ipso, & sic appropinquare labori. Et ipse quoque Dominus, quando incepit pugnare cum diabolo, ipsum in deserto siccissimo expugnavit. Et Paullus etiam admonet tollentes crucem Christi, exire de civitate, dicens: [a] *Egrediamur cum eo & assumamus opprobrium ejus*. Quia Christus extra civitatem passus est, per segregationem mundi & eorum quæ sua sunt. Cito quis tradit oblivioni primam consuetudinem suam, nec laboret in his tempore multo? Pro iniquitate vero mundi & rerum ejus, mens a fortitudine sua quantocius relaxatur. Expedit namque monacho, quod in hoc certamine vivat, ut sit in necessitate & inopia status cellæ monachi, & ut sit cella ejus vacua, & ab omnibus otiosa quæ desiderium quietis movent in ipso. Quum caussæ relaxationis longe sunt ab homine, non periclitatur in duplici prœlio; interiori & exteriori. Nam quando homo est egens necessaria utilitate tabernaculi sui, tunc & utilitas ejus fit contemtibilis, nec in tempore necessitatis cum desiderio videt cibum, & modico quodam facit corpus esse contentum, & illud etiam tamquam contemtibile videt, nec propter delectationem cibi comedit, sed ut naturam tantum sustentet ac confortet. Occasiones enim hujus vitæ cito transformant hominem ad religionem sine tribulatione ac tristitia mentis: expedit autem monacho nullatenus commisceri impugnantibus eum, sed ab eorumdem aspectibus abstinere, & elongare se a propinquitate eorumdem: & hoc dico non solum pro ventre, sed etiam pro omnibus in quibus examinatur & probatur libertas monachorum.

Quando homo accedit ad Deum, fœdus init cum Deo de his omnibus abstinere, quæ sunt heic: Non videre faciem mulieris, nec respicere formosarum aspectus, nec concupiscere quidquam, vel epulari, vel ornatum in vestibus: non videre nec respicere hominum sæcularium dignitates, eorum verba numquam audire, nec ea quæ sunt de eis. Quia multas vires acquirunt vitia de propinquitate ipsorum, laxantium & alterantium athletæ sapientiam & propositum ejus. Et si aspectus bonorum movet arbitrium zelum habentis, ut inclinetur ad operationem eorum; manifestum est, quod aspectus contrariorum potentiam habet captivandi animum ad se ipsum. Et interdum plus fiat solitario ad infrenationem, cum prœlium inducit eum. Et ideo quidam de certatoribus senibus religiosis videns quemdam imberbem similem mulieribus, reputavit hoc nocivum menti suæ, atque damnosum in pugna sua. Quis enim poterit se se ingerere in aliis confidenter, postquam sanctus iste non acceptavit intrare, ut salutaret fratrem illum? Decrevit enim prudenter ille senex: quia, inquit, si cogitavero hac nocte tantum, quod hic sit talis, fiet mihi jactura non parva: propter quod dixit aliis: Ego quidem, filii, non timeo; verumtamen cur volo mihi inducere pugnam in vanum? Nam recordatio talium infructuosam facit menti tribulationem. Ad unumquodque membrum corporis habet pugnam homo, & debet custodire se ipsum, & dimittere pugnam in ipsis, tamquam si jam appropinquasset: & quamquam homo sibi faciat violentiam ad bonum, tamen periclitatur videndo semper ac concupiscendo. Sicut medicinales herbæ multæ sunt in terra contectæ, & in æstate nemo cognoscit eas propter æstum: cum autem ex aqua fuerint humectatæ, ac perceperunt virtutem aerei frigoris, tunc apparet quælibet illarum, & species ubi fuerat in terra sepulta: ita & homo quando est in gratia tranquillitatis & fervore abstinentiæ, quiescit a multis vitiis; sed cum ad sæculares accedit, tunc videt quomodo quodlibet vitium excitatur, & sublevat caput suum, maxime cum odoraverit quietis odorem.

Hæc autem dixi, ne quis confidat in corpore suo, quamdiu vivit, donec moriatur; & ut ostendam, quantum fuga recessusque longus a sæculo juvant contra ea quæcumque ferunt nobis confusionem in recordatione sui. Expedit nobis timere, nec conculcare conscientiam & contemnere eam. In desertum tentemus ducere corpus, & faciamus per quod patientiam acquiramus. Majus autem omnibus est, ut caussas pugnæ prolongemus a nobis, quamquam ex hoc corpus angustiam patitur. Quia timeo, ne cum supervenerit occasio & necessitas, ruinam propter propinquitatem eorum incurrat. Q. Quicumque abjecerit a se tentationem, & intraverit ad pugnam, quod est initium ejus in pugna abstinentiæ, & unde incipit pugna? R. Illud notum est omnibus, quod cujuslibet certaminis peccati & concupiscentiæ initium est, labor jejunii, maxime pugnantium contra peccatum quod intra nos est. Signum quoque odii contra peccatum & concupiscentiam ejus, apparet ex hoc in certatoribus invisibilis hujus pugnæ, si cum jejunio vigiliæ noctis cooperantur. Quicumque autem per totam vitam suam societatem hujus conjugii diligit, hic fit castitatis amicus. Sicut enim quies ventris initium omnium malorum est, & laxatio somni quæ accendit luxuriæ concupiscentiam; ita via Dei sancta & omnis virtutis fundamentum jejunium est ac vigilantia in servitio Dei, in crucifixione corporis per totam noctem contra dulcedinem somni.

Jejunium protectio est omnis virtutis, & initium certaminis, & corona continentium, & pulcritudo virginitatis & sanctitatis, & splendor castitatis, & principium viæ christianitatis, & mater orationis, & fons sapientiæ, & magister tranquillitatis, quæ præcedit omnia bona. Sicut imitatur sanus oculus desiderium lucis; ita sequitur iejunium quod cum discretione fit, desiderium orationis. Cum quis cœperit jejunare, ex hoc, desiderium alloqui Deum, & pervenire ad eum incipit in mente sua. Jejunans corpus non exspectat in lecto suo ut dormiat tota nocte: cum sigillum jejunii superponitur ori hominis, mens compunctione meditatur, & cor ejus producit orationem, & mæstitia jacet in vultu ejus, & pravæ cogitationes elongantur ab ipso. Hilaritas non invenitur in oculis ejus, & concupiscentiarum & vaniloquiorum non est amicus. Numquam vidi aliquem jejunantem cum discretione, a mala concupiscentia redactum in servitutem: est enim hoc magnum donum ad omne bonum, quoniam illud est mandatum; & qui negligit illud, amovet omne bonum quod ab initio fuit impositum ad custodiam nostræ naturæ, & inde condit principium plasmationis nostræ. Verumtamen unde facta est exterminatio prima, inde certatores veniunt ad Dei timorem, postquam legem ejus cœperint custodire. Salvator etiam quando apparuit mundo huic, incepit. Nam post baptismum [b] *eduxit eum Spiritus in desertum, & jejunavit quadraginta diebus*. Similiter autem & omnes qui exeunt post eum & sequuntur eum, super hoc fundamentum ponunt initium pugnæ suæ. Armatura est enim operata per Deum: quis negliget illam, & non culpabitur? Et si is qui edidit legem, jejunat: quis est ex observantibus legem, quem non oporteat jejunare? Propter quod usque tunc genus humanum victoriam ignorabat, nec diabolus iniquam fuit ex-

[a] Heb. XIII. 13. [b] Matth. IV. 1

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.

pertus superationem suam per naturam nostram, ante jejunium. In hac armatura ab ipso principio fuit homo formidolosus; & Dominus noster Jesus Christus, princeps & primogenitus victoriæ factus est, ut daret primam coronam victoriæ super caput naturæ nostræ. Et diabolus quando videt hanc armaturam apud aliquem hominum, statim terretur, & venit ad recordationem superationis suæ quam a Salvatore passus est in deserto, & virtus ejus confunditur in armatura nobis data a principe nostro.

Quæ igitur arma sunt iis fortiora & magis confortationem exhibentia in pugna quæ fit contra spiritus malignos, sicut experimentum factum a Christo? Nam quanto plus fatigatur & affligitur corpus, tanto magis tempore quo circumdat hominem acies dæmonum, cor ipsius a confidentia defensatur: & qui jejunii armatura vestitur, omni tempore est accensus. Zelotes Helias cum zelavit pro lege Dei, in hac armatura vicit, reducens ad memoriam possessoris sui mandata Spiritus sancti. Mediatrix est jejunatio veteris Testamenti, & gratiæ datæ nobis a Christo. Qui negligit jejunium, apud cetera propugnacula laxus est & infirmus, & signum laxationis animæ demonstrat, & dat locum victoriæ impugnanti eum. Quia nudus aggreditur pugnam, manifestum est quia nudus egreditur ab ea, quia membra ejus non sunt induta fervore famis. Item per jejunium homo inconcussus mente servatur apud occursus difficilium vitiorum. Dicitur de multis martyribus, quod nihil gustabant in die in qua coronam præstolabantur martyrii, sed sicut ad nuptias præparati exspectabant occurrere gladio in jejunio, cum hymnis, psalmis & canticis.

Nos quoque qui ad invisibile martyrium vocati sumus ad percipiendas sanctificationis coronas, vigilemus, ne in aliqua parte negationis signum nostris inimicis exhibeamus. Sunt quidam habentes hæc opera, qui quærunt cogitationum pacem, & tranquillitatem non sentiunt vitiorum. O fratres, vitia absconsa sunt in anima, quæ non corriguntur per labores tantummodo corporales, nec etiam per eas cogitationes arctantur apud illos qui a sensibus semper expergefiunt; quia labores hujusmodi a concupiscentia tuentur homines, ne ab eis & dæmonum turbatione vincantur. Pacem vero & tranquillitatem animæ non impediunt; sed tunc membra quæ sunt in terra, mortificantur & præstant cogitationum pacem, cum solitudinem communicamus. Nam quamquam cito sensus exteriores cessaverint a turbatione, & permanserint in operatione scilicet bona, per aliquod tempus sentiet homo pacem; tamen quousque defecerit homini occursus, & membra ejus cessaverint a diffusione cogitationum, & ad se collegerit semet ipsum, non poterit cognoscere suam infirmitatem. Quietudo enim, sicut ait beatus Basilius, initium est munditiæ animæ. Cum exteriora membra cessaverint ab exteriori schismate & distractione ad exteriorem regionem, expergefit cor ad scrutationem intentionum quæ intus in anima sunt; & si bene permanserint, homo hujusmodi incipiet ad munditiam animæ ambulare. R. Arbor quæ quotidie irrigatur, quando siccatur radix ejus & minuitur vas quotidie recipiens incrementum: Et si munditia vicit, aliud est, quam evitare conversationes & recedere a consuetudine. Ille qui actualiter in semet ipso vel in aliis per sensus suos innovat ejusdem libertatis commemorationem, quæ est agnitio malitiæ, non poterit animam suam ex hoc mundare, vel quando poterit cessare ab impugnatoribus exterioribus, licet contempletur. Si enim cor quotidie sordescit, quando mundatur a sordibus, & si exteriorum effectui resistere nequit, quanto minus potest cor mundare? Et qui est in medio exercitus constitutus, & exspectat quotidie frequenter belli nuntiationem audire, quando præsumit pacisci in anima sua? Verumtamen cum ex hoc elongatus fuerit, tunc primo modicum quiescere poterit ab intus; quia quousque fluvius superne confluit, aquæ ipsius inferius minime deficcantur. Cum aliquis venit in quietem, tunc potest anima scrutari vitia & discernere sapientiam quæ est in ea; tunc interior homo expergefit ad opera spiritus, & de die in diem percipit sapientiam occultam quæ floret in anima sua; statim ad gratiam lacrymarum pertingit quæ sine violentia [1] fluunt, & perducit ipsum ad perfectionem dilectionis Dei.

Q. Quæ sunt certa argumenta & signa appropinquantia incipienti videre fructum occultum in anima sua? R. Est quod quis promeruit gratiam lacrymarum multarum, quæ sine violentia fluunt. Nam sicut terminus positæ sunt lacrymæ menti inter corporalia & spiritualia, & inter vitiositatem & munditiem: quousque non recipit homo istud donum, adhuc in exteriore homine manet efficacia operis sui, nec persensit adhuc efficaciam occultorum spiritualis hominis. Nam cum quis inceperit a corporalibus hujus sæculi separari, & ita terminum qui est intra naturam, visus fuerit, transeundo ad hanc gratiam lacrymarum, statim pertigisse. Et sola prima occulta conversatione incipiunt lacrymæ istæ, quæ perducunt ipsum ad perfectionem dilectionis Dei; & quanto magis procedit illic, tanto magis ditatur in ipsa, donec bibat ipsas lacrymas in potu & cibo suo, propter multam perseverantiam earumdem: & hoc signum certitudinis, quod mens recessit de mundo isto, & persentit mundum illum spiritualem. Quanto magis quis appropinquat mente sua huic mundo, tanto plus de his lacrymis defectum incurrit: & cum mens ejus omnino fuerit in mundo isto, totalem defectum patitur hujusmodi lacrymarum. Et est signum, quod in vitiis sit sepultus. Lacrymarum quædam adurentes, & quædam impinguantes. Omnes autem lacrymæ quæ ex corde procedunt propter peccata, deficcant corpus & adurunt, & ipsum cerebrum lædunt. De primo quidem, per hunc ordinem ex necessitate occurrit homo, & per eas aperitur sibi ostium intrandi in secundum ordinem meliorem, quod est gaudium, in quo recipit homo misericordiam. Hæ lacrymæ sunt, quæ ab intellectu profluunt, quæ corpus decorant pariter & impinguant, & sine violentia per semet ipsas emanant. Et aspectus hominis alteratur: sicut dicitur, lætificati cor-de facies viret.

Q. Quæ est resurrectio animæ, quam dicit Apostolus: [a] *Si consurrexistis cum Christo*, cet. R. Illud quod dixit Apostolus: [b] *Deus qui dixit de tenebris lucem irradiari vere in cordibus vestris*, resurrectionem vocans, ostendit recessum a vetustate, videlicet, ut fiat homo novus, nihil habens de vetere. [c] *Dabo eis* [2] *cor meum & spiritum novum*. Tunc enim figuratur Christus in nobis per spiritum sapientiæ & revelationis agnitionis Dei.

a Coloss. III. 1. *b* II. Cor. IV. 6. *c* Ezech. XI.

1. *Fluunt*] Editi, *fiunt*, Sic & paullo post.

2. Cor *meum*] Vulg. *cor unum*. LXX, vertunt καρδίαν ἑτέραν, *cor alterum*, id est, novum.

Q. Quid est breviloquium? R. Virtus operationis solitudinis: solitudo sensus mortificat exteriores, & suscitat motus interiores, sed extrinseca operatio istorum contraria operatur. Q. Quæ est ista caussa visionum & revelationum; quia quidam vident, quidam vero laborant: plus eis, & visio non operatur in eis? R. Caussæ multæ sunt: quædam enim fiunt per dispensationem gratia generalis utilitatis; quædam vero fiunt ad confortationem & doctrinam. Et primo quidem per misericordiam Dei dispensantur hæc omnia hominibus. Et tribus quoque modis ex maxima parte. Vel in simplicioribus qui sunt absque malitia penitus, vel in quibusdam perfecte sanctis, vel habentibus zelum ignitum fidei, & de hoc sæculo desperatis, qui perfecte abrenuntiaverunt & a cohabitatione hominum recesserunt, & post Deum nudi egressi sunt, nullum auxilium a visibilibus exspectantes, super quos irruit aliquando formido propter solitudinem: vel quando circumdat periculum mortis ex fame vel infirmitate, aut etiam ex aliquo incursu aut tribulatione, ita ut etiam appropinquet desperationi. Consolationum ergo quæ fiunt talibus, nec fiunt illis qui eos superant in labore: prima caussa hæc est, quod quanto quis habet consolationem humanam ab aliquo visibilium, tanto sibi hujusmodi consolationes non fiunt nisi per dispensationem aliquam communitatis. Nobis autem sermo de solitariis; & hoc testatur unus de Patribus qui pro ipsa consolatione preces effudit & audivit: Suffecit consolatio & colloquium hominum. Alius eodem modo cum esset in solitudine & viveret juxta consuetudinem solitariorum, epulabatur in omni hora gratia consolationis. Cum autem appropinquasset mundo, quæsivit eam juxta consuetudinem, nec invenit: & supplicavit a Deo caussam sibi significari, dicens: Numquid Domine propter episcopatum recessit a me gratia? Responsum est ei, Non: sed quia Dominus dispensat cum his qui in eremo commorantur, ut eos hujus consolationis dignos faciat. Indecens est enim quemquam divinam recipere consolationem, & istam, nisi sit ob dispensationem aliquam prædictorum.

CAPUT XIX.

Revelationes. Mundus corde quis sit.

QUæstio. Est idem revelatio & visio? Responsio. Non; immo differentia est. Revelatio enim multoties dicitur de duobus: nam quia revelatur occultum, omnis visio dicitur revelatio, sed non omnis revelatio dicitur visio. Nam revelatio ex magna parte defectis & a mente gustatis accipitur. Visio fit quasi imaginibus & formis, sicut olim fiebat antiquis vel in somno profundo, vel vigilando; & aliquando certius, aliquando vero in phantasmate, & quodam modo obscuro: propter quod & ipse qui videt, multoties ignorat utrum vigilando videat, an dormiendo, aut per vocem audit susceptionem. Quandoque vero formam videt, aliquando magis scilicet facie ad faciem. Et visio & collocutio virtutes sunt sanctæ, dignis apparentes & revelationes facientes in desertioribus locis & remotissimis ab hominibus. Hæc igitur fiunt cum ex necessitate homo eget eis, si non habet aliam susceptionem vel consolationem ex loco. Revelationes vero quæ sequuntur in mente per munditiam, [1] acceptæ sunt, & solummodo perfectorum & peritorum exsistunt. Q. Si pervenit aliquis ad munditiam cordis, quod est signum ejus; & quando cognoscit homo, quod pervenerit ad munditiam cor ipsius? R. Cum videt quis omnes homines esse bonos, nec apparet ei quisquam immundus vel contaminatus, tunc est mundus corde, quoniam enim perficitur verbum Apostoli: [a] *Reputate omnes potiores ex cordis sinceritate*; nisi perveniat ad illud quod dicitur, *Oculus bonus non videt mala*.

Q. Quid est munditia, & usque quo est terminus ejus. R. Munditia est oblivio specierum scientiæ, quæ sunt contra naturam, quas in mundo adinvenit natura: terminus autem quo quis liberetur ab eis, est, ut redeat homo ad primam simplicitatem naturæ suæ & innocentiam, ut puer sine puerili defectu. Q. Decet aliquem ad hunc ordinem pervenire? R. Sic: Ecce Abbas Sysois sic pervenit ad hanc mensuram, ut quæreret a suo discipulo, si comedisset an non? Et alius quidem de Patribus ad talem simplicitatem paullo minus puerilem devenit, ut omnium quæ heic sunt, esset oblitus, & comedisset ante communionem nisi a discipulis impediretur; & discipuli sui ducebant ipsum ad communionem, quasi puerum; & mundo quidem puer erat, sed in anima perfectus erat apud Deum. Q. Quam meditationem & exercitium habere debet solitarius in solitudine sua, ne studeat mens in cogitationibus vanis? R. De meditatione & exercitio quibus mortificetur homo in cella sua. Numquid homo pervigil & festinus, qui ad animam eget interrogatione, quomodo conversetur, dummodo sit secum? Quid aliud est meditatio monachi, quam luctus in cella sua? Numquid ob luctum valeat etiam ad aliam cogitationem respicere? Quænam meditatio melior hac exsistit? Ipsa namque sessio & solitudo monachi similis est conversantibus in sepulcris, quæ ab humano gaudio distat. Docet eum, quia luctus est operatio ejus, & ipsum cognomen nominis sui ad hæc inducit eum; luctuosus etenim appellatur, id est, amarus corde. Et omnes quoque sancti lugendo egressi sunt de hac vita. Ex quo sancti lugebant & eorum oculi pleni lacrymis semper erant: donec egrederentur de hac vita, omnes plorabant. Consolatio sane monachi de planctu nascitur; & ubique perfecti & triumphatores heic ploraverunt. Ille qui vulneribus est repletus, quomodo sustinebit ut a planctu quiescat? Qui mortem suam habet ante se positam, eget doctrina, quo cogitatione utatur lacrymis. Anima tua mortificata est in peccatis, ut jacet ante conspectum tuum; quæ [2] mater est apud te, quam totus mundus, & planctu non eget. Si veniremus in solitudinem, possemus in planctu manere: propter quod assidua mente Domino supplicemus, ut nobis hoc largiatur. Nam si gratiam hanc obtinuerimus, [3] quæ ceteris donis est potior & superior, ad munditiem ingrediemur: & cum ingressi fuerimus ad eamdem, non auferetur a nobis munditia usque ad nostrum exitum hujus vitæ. [b] *Beati mundo corde*, * ætati; quoniam non est tempus in quo non percipiant delectationem hujusmodi lacrymarum, & ipsæ semper Dominum contemplantur: & exsistentibus adhuc lacrymis in oculis suis promerentur visionem revelationum ejus. In excellentia autem suarum orationum, nec est eis oratio sine lacrymis. Et hoc est quod Dominus ait: [c] *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. De

[a] Philipp. II, 3. [b] Matth. V, 8. [c] Ibid. ✝. 5.

1. *Acceptæ*] Editi, *& accepta*. 2. *Mater*] Sic editi. An *major*? 3. *Quæ cet.*] Ita rescripsimus. Editi, *præ cet.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



luctu quidem venit homo ad misericordiam animæ; A propter quod dicit Dominus, *quoniam ipsi consolabuntur*. Non expressit quam consolationem. Nam cum monachus per lacrymas regionem transire promeruerit vitiorum, & pervenerit ad campum munditiæ animæ; tunc occurrit ei hujusmodi consolatio quæ non pertransitur ab his qui inveniunt eam, & in ista occurrit consolatio quæ heic nullatenus invenitur. Et tunc intelligit, quam consolationem suscipit finis luctus, quam Deus per munditiam lugentibus elargitur. Quia indecens est continue lugentem aliquem vitiis molestari. Impossibilius enim est istud, quod si mentem lugentis ad tempus a commemoratione possunt lacrymæ alterare. Quid dicemus de his qui experientia habent die noctu- B que hanc consolationem? Auxilium autem, quod fit ex lacrymis, nemo novit, nisi illi qui huic operationi suas animas tradiderunt. Omnes sancti introductionem hanc affectant; quia per lacrymas aperietur ostium coram eis, ut ad regionem consolationis ingrediantur: in qua regione vestigia Dei per revelationem imaginantur.

CAPUT XX.

Quomodo meditari debeat aliquis in solitudine.

EX operatione violenta oritur calor sine mensura, qui in corde ingeritur ex novis cogitatio- C nibus quæ de novo superveniunt menti. Nam operatio & custodia mentem acuunt in ipsarum fervore, & præstant visionem; & hæc visio parit ferventes cogitationes, quas prædixi in profunditate visionis animæ, quæ contemplatio appellatur. Hæc autem contemplatio parit fervorem; & hoc fervore qui fit ex gratia contemplationis, dum fluxus gignitur lacrymarum; in principio quidem prius modicæ scilicet superveniunt homini per diem, & iterum deficiunt; & ex hoc proveniunt eidem indeficientes lacrymæ, & recipit anima pacem cogitationum & ad mentis munditiam exaltatur. Per munditiam vero mentis pervenit ad videndum secreta; quia munditia est absconsa in pace, quæ D pugnis successit. Post hoc autem contingit mens ad videndum revelationes & signa, sicut videt Ezechiel Propheta qui designat tres ordines per quos appropinquat anima Deo. Initium omnium horum est bonum propositum erga Deum, & species inconvertibiles operum solitudinis, quæ nascuntur ex multa abstinentia & elongatione sæcularium; nec est adeo necessarium species horum operum per singula recitare, quia sunt pluribus notæ: verumtamen quia indemnis est occurrentibus expositio eorumdem, quin immo utilis esse poterit, sicut ego duco, illas explicare non pigritabor. Quæ sunt istæ, fames, lectio, pervigiles totius noctis vigiliæ juxta posse uniuscujusque, multitudo genuflexionum, quæ E ad faciendum sunt necessariæ in horis die ac nocte multoties. Fiant autem ad minus xxx. qualibet vice & adoretur crux, & sic deinde recedatur. Sunt quidam qui addiderunt huic numero juxta posse suum. Alii in oratione faciunt ter triginta, habentes mentem pervigilem absque violentia & elatione, prostrati in faciem: & hæ duæ species manifestant, & exponunt multitudinem divitiarum gratiæ quæ cuilibet homini dividuntur secundum sua necessaria. Quis vero sit modus alterius orationis & perseverantiæ in ipsa sine violentia, indignum reputavimus publicare, nec verbis linguæ aut exaratione calami; ne si lector inveniretur comprehendere quod legeret; æstimaret inutilia & quæ scriberentur. Vel si inveniretur, & scire parvipenderet; utique nullum qui rerum ordinem ignoraret; etsi ex hoc ultimo contingeret vilipensio, ex præsidenti vero desiderio & hoc modo apparet ut barbarus in hujusmodi rebus, juxta verbum Apostoli [a] qui ait de prophetante. Quicumque igitur homo adjicere cupit, & viam ambulet supra dictam, & operationem menti faciat consonantem, & eum qui in his factus fuerit, ipse addiscet per semet ipsum. Unde dicitur: Sede in cella tua, & eadem omnia te docebit.

CAPUT XXI.

De contemplatione & propriæ infirmitatis consideratione.

BEatus est homo qui scit infirmitatem suam, quia hac scientia initium sibi fit & etiam fundamentum. Cum enim didicerit aliquis, & in veritate persenserit suam infirmitatem, tunc compescit animam suam a laxatione quæ denigrat scientiam & thesaurizat custodiam sibi ipsi. Nemo autem potest percipere infirmitatem, nisi tentari modicum permittatur in his, quæ sive animam opprimunt, sive corpus. Tunc enim comparationem faciens infirmitatis suæ ad auxilium Dei, ejus magnitudinem scire potest. Et idem, cum perspexerit ad omnia artificia sua, videlicet ad custodiam, abstinentiam, protectionem animæ suæ, per quæ sperat confidentiam invenire, nec invenit sibi portanti tranquillitatem, propter timorem percipiat & cognoscat ex eo, quid timor cordis designat & manifestat, quod egeat utique consilio alicujus. Cor enim testatur interius ex timore, quoniam producit ab intus demonstrans, quod defectum alicujus patiatur, ob hoc confidentia nequeat habitare. Et quoniam auxilium Dei est quod salvare potest; quando scit aliquis quod egeat auxilio Dei, orationes multiplicat; & quanto magis auget eas, tanto plus cor ejus humiliatur. Nullus enim egens & postulans potest non humiliari: [b] *Cor enim contritum & humiliatum Deus non spernit*. Igitur quousque humiliatur cor ab elationibus non cessare non potest, quia humilitas colligit cor. Cum autem humiliatus fuerit homo, statim circumdat eum misericordia & divinum auxilium: tunc enim sentit cor, quia invenerit virtutem confidentiæ quæ movetur in ipso.

CAPUT XXII.

Quod oratio est refugium, & fons salutis.

QUando homo vere percipit divinum auxilium præstari sibi, statim fide repletur, & intelligit ex hoc, quoniam oratio refugium est auxilii & fons salutis & confidentiæ thesaurus, & lumen iis qui in tenebris sunt, & portus liberans a tempestate, & auxilium in ægritudinis violentia, & clypeus liberationis in prœlio, & sagitta acuta contra inimicos. Et simpliciter dico: per orationem habet judicium tota multitudo bonorum; & ideo epulatur homo in oratione fidei, & cor ejus decoratur ex confidentia, & nullatenus in priori cæcitate & oris locutione moratur: cum taliter animo percipit, tunc possidet orationem in anima sua, sicut thesaurum, & præ multa lætitia formas orationis, in voces gratiarum commutat. Et hic

a I. Cor. xiv. 11. b Psalm. L. 19.



est sermo quem dixit ille, qui cuilibet rerum formam propriam diffinivit. Quoniam oratio gaudium est, gratiarum referens actiones: hanc exponens, qui perficitur in scientia Dei, id est, a Deo destinatur. Quomodo & ex tunc & in labore non erit homo, nec in ærumna, sicut fit in ceteris orationibus, quæ prius fiunt, quam ista percipiatur: sed cum gaudio cordis & admiratione producit regratiabiles motus continue cum genuflexionibus taciturnis; & præ multitudine motus ejus ad scientiam, & admirationis & stupefactionis ad gratiam Dei, subito exaltat vocem suam laudans & glorificans Deum, & gratias refert, & orans stupefactus, minimum non movet linguam. Quicumque igitur pervenit huc usque in veritate & non in phantasmate, & posuit heic signacula multa, & multas agnovit differentias propter multam probationem; ipsum hic novit, quia non est contrarium id quod dico. Igitur cesset de cetero talis cogitare vitia, & maneat in Deo per continuam orationem pavidus & timens, ne privetur multitudine auxilii Dei.

Hæc omnia nascuntur homini ex recogitatione infirmitatis suæ. Nam ex multo affectu ejus ad divinum auxilium appropinquat Deo, permanens in oratione; & quanto magis appropinquat Deo, tanto magis attingit eum Deus per charismata sua, nec aufert ab eo gratiam propter multam humilitatem: Quod Dominus differt aliquando, quia sicut [a] illa vidua clamat indesinenter ad judicem [1] adversario suo judicanti. Ob hoc enim misericors Dominus continet ab eo gratias, ut hæc sibi materia fiat appropinquandi eidem; & propter necessitatem suam permanet apud eum, a quo utilia producuntur; qui in quibusdam quasdam petitiones ejus exhibet festinanter, illas dico sine quibus salvari non potest. Continet vero quasdam ab eo, & in quibusdam rebus quasdam inimici adustiones excutit & expellit ab ipso. In quibusdam vero eum tentari permittit, ut illud sibi caussa fiat appropinquandi Deo, sicut prædixi, ut experientiam habeat tentationum & castigetur. Et hic est sermo Scripturæ, quod Dominus reliquit gentes multas ne dispergeret eas, nec tradidit eas in maus Jesu filii Nave, ut castigaret in eis filios Israel, & ut docerentur Tribus filiorum Israel ac addiscerent bellum. Justus autem non recognoscens propriam infirmitatem suam, in arido loco res suas habet, nec recessit a lapsu, neque a corrumpente leone, scilicet dæmone superbiæ. Et item: Quicumque ignorat infirmitatem suam, deficit ab humilitate; qui vero deficit ab ea, deficiens est etiam a perfectione. Et qui deficiens est ab ea, timidus est semper; quia civitas ejus non est fundata super columnas ferreas, neque super liminaria ærea, id est, humiliationem.

CAPUT XXIII.

Quomodo acquiritur humilitas.

Humilitatem autem acquirere nemo potest, nisi per modos suos, per quos fit contritio cordis, & cogitationes elationis contemnuntur. Ob hoc enim multoties videt inimicus vestigia caussarum ad hominem declinandum. Nam sine humilitate opus hominis perfici nequit, quia nullatenus est appositum instrumentum libertatis suæ, Spiritus A sancti sigillum; immo servus adhuc exsistit. Et opus ejus nondum est a timore sublatum: sicut quis non corrigit opus suum sine humilitate, neque castigatur nisi per tentationes, ac sine castigatione non comprehendit humilitatem. Propter hoc dimittit Dominus sanctis caussas humilitatis & contritionis cordis ac laboriosæ orationis; & multoties perterret eos per passiones naturæ & lapsus pravarum cogitationum & exsecrabilium, multoties quoque per injurias & humana verba. Aliquando vero per ægritudines & corporales infirmitates, & quandoque per paupertatem & usus necessariorum egestatem. Aliquando etiam per timorem diri doloris, ac derelictionem, nec non & pugnam B diaboli manifestam; per quæ omnia timorem incurrere consuevit: aliquando per materiales & diversas & terribiles.

Et hæc quidem omnia fiunt, ut habeat materias humiliationis, & ei negligentiæ somnolentia non contingat, vel ex rebus in quibus athleta visus est infirmari, vel etiam ex timore futuro. Necessario igitur tentationes utiles sunt hominibus. Hæc igitur non dico, quod deceat hominem in turpibus sponte laxari, ut fiat ei humilitatis occasio ipsarum, neque ut festinet intrare ad alias tentationes; sed quia decet eum, dum in bono laborat, omni tempore vigilare & cogitare, quoniam creatus est: ob hoc etiam est caducus. C Quilibet autem creatus eget virtute ac protectione divina; & omnis qui eget protectione alterius, naturalem infirmitatem ostendit. Omnis vero qui suam infirmitatem agnoscit, necessario eget humiliari ad impetrandum humilitatem suam, ab illo qui potens ei est subvenire: & si novisset a principio & vidisset infirmitatem suam, negligens non fuisset, nec obdormivisset, ut traderetur in manus tribulantium eum, & expergefacerent eum. Unde decet ambulantem in via Dei gratias agere sibi in omnibus supervenientibus, & culpare & conviciari animam suam & cognoscere, quod nequaquam permissus fuisset a procuratore, nisi per negligentiam vel elationem, ut expergefieret; nec timeat ex hoc, nec D recedat, nec ipsum excuset, ne duplicetur sibi malum, quia non est apud producentem justitiam Deum iniquitas: absit.

CAPUT XXIV.


De perfectionibus, virtutibus & officiis Monachorum.

Decet monachum esse in omnibus rebus suis formam humilitatis videntibus eum, ut ex multis virtutibus ejus fulgentibus, sicut radios perspicientes inimici veritatis, & invite confiteantur, quod sit Christianis spes certa salutis; & tamquam E ad refugium undique occurrant ad eum, & cornu Ecclesiæ exaltetur contra inimicos suos, & multi moveantur ad virtutis zelum, & recedant a sæculo, ipseque fiat venerabilis ex pulcritudine conversationis suæ. Conversatio etenim monastica, gloria est Ecclesiæ Jesu Christi. Decet utique pulcros habere gestus ex omni parte sui propter visionem visibilium, certissimam privationem rerum, omnimodum carnis contemtum, altum jejunium, constantium in quietudine temperantiam, sensuum visus custodiam, omnium conventionum in rebus hujus sæculi abstinentiam, brevitatem in verbis, in

[a] Luc. xviii. 3.

1. *Adversario suo judicanti*] Legendum puto, de adversario suo, ut habet sacer textus. Et mox, *judicantem*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



multa recordatione munditiam, cum discretione simplicitatem: scire quod hæc vita superflua sit & inanis, & quod prope est illa spiritualis & vera, non ligare se ipsum amicitiis & unioni hominum, alicujus habere locum habitationis, auxilium fugere hominis, & indesinenter permanere in orationibus, non habere ambitionem, nec gaudere antennis, non ligare se ipsum huic vitæ, tentationes viriliter sustinere, alleviari a mundanis affectibus & interrogatione rerum ipsarum, continue curare ac meditari in regione veritatis, habere vultum pallidum & rugosum, lacrymari die noctuque, & plus his omnibus custodire castitatem, esse mundum ab ingluvie ventris, & a parvis etiam & a magnis. Hæ sunt virtutes monachi sub compendio dictæ, quæ sibi testimonium perhibent de omnimoda mortificatione sua in mundo, & propinquare ejus ad Deum. Decet ergo nos de his semper curam gerere. Quod si quis dixerit, Quæ necessitas fuit exprimere singula & non dicere ea generaliter & universaliter? Dico, hoc necessario factum est, ut quomodo quæsierit unum ex præmissis in anima sua, ille qui studet pro vita sua, & invenerit quod egeat uno istorum, cognoscat exinde defectum suum in omni virtute; & erit sibi odor iste in parte recordationis. Cum autem acquisierit ista omnia in semet ipso, tunc reliquorum scientia quam non expressimus, largietur eidem; & erit hominibus materia glorificationis Dei, & exinde præparabit animæ suæ locum quietis, prius quam egrediatur de vita ista.

CAPUT XXV.

De privatione consolationis spiritualis. Non turbetur homo, sed legat in libris Patrum & sustineat patienter.

Quicumque convenit in unum cum mente sua, & ut converfetur in solitudine, conformet se ipsum operationi, & secundum ordinem solitudinis deducat residuum annorum suorum & dierum. Cum autem contigerit tibi fili, sicut moris est in ordine solitudinis, a divina gratia constituente ut interius a tenebris anima confundatur, & sicut solares radii velati super terram a caligine nubium, priveris modicum tempus consolatione spirituali, nec non & lumen gratiæ confundatur interius propter umbrantem vitiorum nubem, ac tibi modicum virtus lætifica subtrahatur & obumbret mentem inconsueta caligo; ne turberis in anima, nec ad ignorantiam manum extendas, sed sustine patienter, & lege in libris patrum, & infer tibi violentiam ad orandum, & præstolare auxilium, & veniet tibi te ignorante. Nam sicut revelatur facies terræ per radios solares, obscuritate aeris occupante; ita potens est oratio solvere & annihilare ab anima nebulas vitiorum, & irradiare mentem luce lætitiæ & consolationis, quod gignere consuevit in cogitationibus nostris; & maxime cum habuerit pabulum a pagina sacra, & vigilantia quæ mentem illuminat & illustrat. Continua enim lectio in scripturis sanctorum replet animam incomprehensibili admiratione ac lætificatione divina. Quod si quando homo venit ad lacrymas, tunc egredietur mens sua de carcere. Dico tibi rem, quam sicut minimam non contemnes, nec hæsites in ceteris verbis meis, quia veraces sunt qui mihi eadem tradiderunt. Si suspenderis te ipsum a palpebris, ne putes quando perveneris ad lacrymas, quod perveneris ad continentiam conversationis tuæ.

Huc usque mundo etenim servierunt occulta tua; id est, stas in habitatione mundanorum, & opus Dei per exteriorem hominem operaris. Nam interior adhuc infructuosus exsistit, pro eo quod ad lacrymas non pervenit fructus ejus. Cumque ad regionem ipsarum perveneris, tunc scito quod egressa est mens tua de carcere mundi hujus, & posuit pedem suum in itinere novi hominis, & cœpit [1] adorare aerem mirabilis atque novi; & tunc incipit effundere lacrymas, quia incipit dolor exitus pueri spiritualis. Nam gratia quæ communis est inter omnes, traducitur ad animam, ut pariat divinam formam secreto ad futuri sæculi claritatem; cumque tempus partus advenit, statim moveri mens incipit in quibusdam, quæ inde sunt sicut spiramen, quo attrahitur infans intra membra in quibus nutritur; & quoniam sustinet, quod consuetudini sibi non est, statim incipit movere corpus ad planctum mixtum dulcedine mellis; & quanto magis nutritur infans interius, tanto plus habet augmentum lacrymarum. Hic autem ordo lacrymarum, dixi quod non est ille qui [2] solitarius ex incitatione contingit; quia illa consolatio quæ de tempore fit ad tempus, ubique fit in solitudine commoranti cum Deo & cuilibet exsistenti in contemplatione mentis, quandoque in sermonibus scripturarum, aliquando in orationum occursu. Sed de ordine isto dico, qui adest indesinenter lacrymanti noctu dieque. Quicumque autem pro certo veritatem formarum istarum invenit, fiunt autem oculi ejus ad instar fontis aquarum, usque ad biennium vel ultra; postea vero ingreditur ad pacem cogitationum, & sic ingreditur ad illam quietem, de qua dicit beatus Paullus: *Sicut particulariter caput naturæ, a pacifica quoque quiete incipit mens contemplari mysteria; & tunc Spiritus sanctus incipit ei revelare cælestia, & Deus habitat in ipso & fructus Spiritus excitat in eo*: & ex hoc sentit alterationem, quæ in omni innovatione debet excipere naturam interiorem. Obscure quodammodo, & sicut in ænigmate scripsi hæc ad recordationem vestram & omnium secundum quod comprehendi potest a contemplatione scripturarum & veracibus orationibus, & nondum ab experientia; ut fiat mihi auxilium per orationes eorum qui exinde fuerint utilitatem adepti, quia non modicum laborem in his impendi. Audi etiam ibidem quod debeo tibi dicere, quod ab ore non didici fallace. Cum ingressus fueris ad regionem pacis cogitationum, tunc a te multitudo lacrymarum auferetur, & postea provenient lacrymæ in mensura convenienti. Hæc est pro certo veritas, sicut ab Ecclesia creditur generali.

CAPUT XXVI.

De tribus ordinibus, quibus homo proficit.

Tres sunt ordines, in quibus proficit homo: Novitiorum, medius, & perfectorum. Qui est ergo in primo ordine, quamquam intentio ejus ad bonum tendat, motus tamen suæ mentis iniquus est. Medius autem, medium quidem est inter passibilitatem & impassibilitatem, & cogitationes tam dextræ quam sinistræ æqualiter moventur in ipso, nec cessat omnino lumen in ipso producere tenebras, sicut jam dictum est. Si vero cessaverit modicum ab assidua lectione divinarum scripturarum, ac desiderio utendi imagine formarum veritatis, & a posse suo, quod ad exteriorem custodiam ex qua fit interior custodia & sufficiens operatio ad initia, detrahetur. Quod si nutrierit naturale suum in his quæ dixi, nec dimisit mihi inquisitionem & scrutationem & affectum eorum de longo, quamvis non

1. *Adorare*] An *odorare*?

2. *Solitarius*] Forte *solitariis*, vel *solitario*.



viderit ea; sed ea nutu lectionis divinarum scripturarum nutriat cogitationes suas, & contineat ne declinet ad sinistram, nec recipiat semen aliquod diabolicum sub specie veritatis, custodiat quoque animam suam cum desiderio in Deo, cum oratione laboriosa, & patientia: ipse præstabit ei petitionem suam, & aperiet ei ostium suum, & maxime pro utilitate ipsius. Secreta quoque humilibus revelantur. Si vero mortuus fuerit in hujusmodi specie, & numquam viderit terram illam de prope, puto quod hereditas ejus erit cum antiquis justis, qui ad perfectionem venire sperabant. Nec videtur juxta verbum Apostoli [a], quam in spe operati sunt omnibus diebus vitæ suæ, & dormierunt. Quod autem dicimus: Si non pervenerit homo ad terram promissionis, quæ est figura perfectionis, id est, comprehensio veritatis manifesta, juxta mensuram virtutis naturalis; numquid prohibetur propter hoc ab isto, ut in extremo cordis maneat ei omne propositum ad sinistram, & pro eo declinat quod non comprehendit omnem veritatem? numquid permanet in fortitudine primi ordinis, qui nec novit hæc, nec desiderat, vel convenit eum exaltari ad mediam viam? Dixi: Non enim vidit eam, nisi tamquam per speculum, sed speravit de longe, & propter hanc spem positus est cum patribus suis. Et non fuit dignus hac perfecta gratia factus. Sed quia semper alloquebatur eamdem, & eam reducebat ad mentem, & quia movebatur in desiderio ejus in quantum poterat dum vixisset; & cogitationes referebat: cor ejus repletum hac spe exit a mundo: nam omne quod habet humilitatem, decorum videtur, quia incorporeum mentis exercitium circa desiderium quod dirigitur ex consideratione divinarum scripturarum, animam interius coram malignis cogitationibus circumvallat, & conservat animum in recordatione futurorum bonorum, nec laxatur mens in negligentia sua ad commemorationem sæcularium rerum, quia ex his frigescunt calores motuum ejus, & ad concupiscentias cadit.

CAPUT XXVII.

De spe quæ fit per fidem præcordialem & dilectionem.

FIT spes in Deo per fidem præcordialem; & quæ bona est, discretione & scientia fit. Homo qui penitus non curat de rebus temporalibus, sed commendat se Deo die noctuque, nec est solicitus de re aliqua sæculari propter studium quod gerit circa virtutes, & omnem curam suam possidet in divinis, & propter hoc negligit parari sibi cibos & indumenta & præparationem loci habitationis & cetera cuncta: hic bene & magistraliter sperat in Deo, quod ipse debeat sibi necessaria præparare: & hæc est prudentissima spes & vera. Justum est etenim talem sperare in Deo, quoniam servus ejus exsistit, & studio se incumbit operi ejus, absque omni negligentia quæ ab aliqua caussa contingat. Nam huic dignum est a Deo fieri providentiam specialem, quia servat mandatum ejus qui dixit: [b] *Quærite primum regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis*. Cum autem sic disponimur, mundus tamquam servus nobis omnia præparabit, & tamquam dominis indubitanter obediet verbis nostris, & nostris voluntatibus non resistet. Ne igitur cesset de statu suo continuo coram Deo, non tradit se ipsum ad curandum de necessaria utilitate corporis, nec quoque de alio curat nisi tantum otiosus fieri, propter timorem Dei, ab hujusmodi solicitudine magna & parva: unde quæ spectant ad voluptatem, obtinebit. Verumtamen hæc omnia mirabiliter, neque curat de eis, neque laborat in ipsis. Homo quippe qui cor suum sepultum habet penitus in terris, & semper terram comedit cum serpente, & in nullo studet complacere Deo, sed in omnibus corporalibus distractus & dissolutus exsistit, & otiosus ab omni virtute propter assiduum colloquium & luxum elationis, & occasiones quasdam proponit: hic propter desidiam & otium excidit jam a bono; & contingit ut cum arctatur ab aliqua necessitate vel morte, seu tribulatur a fructificatione suarum iniquitatum, dicat: Sperabo in Deo, & ipse me sanet absque solicitudine, & auxilium mihi præstabit. Insipiens, usque modo non fuisti recordatus Dei, immo injuriatus es ei per vitia tuorum operum, per te blasphematur a gentibus nomen Domini sicut scriptum est; & nunc præsumis ore pleno dicere: in ipso sperabo, & ipse auxiliabitur mihi, & solicitus erit de me? Bene dictum est a Deo, confundendo tales, per Prophetam dicentem: [c] *Quotidie exquirunt me, & volunt addiscere vias meas. Et sicut aliqui facientes justitiam, & justificationes Dei sui non relinquentes, quærunt judicium & justitiam.* De talibus enim est insipiens, qui etiam mente sit proximus Deo. Sed cum a tribulationibus circumdatur, extollit manus confidenter ad Deum. Hic utique necesse habet multoties ut disciplinetur hinc inde, quia non habet opus dignum, ut confidat in Deo. Nam propter pravas cogitationes & negligentiam in his quæ conveniunt, disciplina fit dignus. Deus vero propter misericordiam suam sustinet eum, ne [1] decipiat. Talis ergo se ipsum si obliviscatur & ordinem conversationis suæ, ac dicat se confidere in Deo, disciplinabitur enim, quia opera fidei numquam habet. Non extendat in otio pedem suum; & dicat: Credo in Deum, quod dabit mihi necessaria, tamquam in Dei operibus conversanti, nec insipienter projiciat semet ipsum in puteum, in mente non habens Deum, & dicat: Sperabo in Domino nunc tandem per injuriam, & eruet me.

Noli errare o insipiens, quia labor & sudor qui pro Deo fiunt in agricultura sua, spem quæ in tempore geritur, antecedunt. Si credis in Deum, bene facis; sed fides eget operibus, & spes quæ de eo habetur, eget afflictionibus ad virtutes. Credo quod Deus provideat creaturis suis, & sit in omnibus potens. Sed fidem tuam sequatur conveniens operatio, & tunc exaudiet te. Noli tenere ventum in pugno tuo, sine operibus videlicet fidem tuam. Multoties quis ignorans ambulat per viam habentem malignam feram, vel homicidas, vel aliquid consimile: & hoc communis est providentia Dei, ut eruat de hujusmodi incursu, vel præpediat impetum itineris per aliquas caussas, quousque pertranseat fera maligna, vel occurrat ei aliquis, ut ab itinere vertat eumdem. Item serpens nequam aliquando invenitur jacens in via & latens; & Deus nolens hominem exponere cladi huic, facit serpentem subito sibilare & ab ipso loco recedere, vel serpere coram eo, ut ipse videns illum, caveat sibi, ut eruatur ab ipso quem nobis infestum fecit super, propter occulta peccata sua quæ solus ipse novit. Eruit autem ipsum propter misericordiam

a Heb. XI. 13. b Matth. VI. 33. c Isa. LVIII. 2.

1. *Decipiat*] Forte, *desipiat*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.

suam, & contingit cadere domum & labi funditus A a loco suo, & tamen quandoque pro sua mandat Deus misericordia Angelo, quod eam detineat, ne labatur, quousque surgant & inde recedant, vel per quasdam caussas educit eos, ut nullus inveniatur sub ea; statim autem pertimescentibus illis, saltem permittit eumdem: quod si contigerit aliquem occupari, conservari facit illæsum, quoniam vult ex hoc fieri manifestam magnitudinem suæ virtutis. Igitur & huiusmodi communis & generalis providentia Dei sunt. Justus vero inseparabiliter habet eam: ceterisque hominibus cum discretione mandavit Deus dispositioni, quæ spectant ad eos, & comparare scientiam providentiæ Dei. Sed justus hujusmodi scientia pro discretione suorum non eget, quia B jam acquisivit pro scientia fidem, per quam deponet omnem elationem extollentem se contra scientiam Dei, & de nullo supra dictorum timebit. Scriptum est enim, quod [a] *justus sicut leo confidit* in omnibus: præsumens fidem, non quasi tentando Deum, sed securius de ipso tamquam armatus quis, & indutus Spiritus sancti virtute. Et quanto magis habet assiduam cum Deo solitudinem, tanto plus & Deus dicit de ipso; [b] *Cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum: longitudine dierum replebo eum, & ostendam illi salutare meum*. Qui vero lassus est & piger, non potest habere hanc spem in opere suo; sed qui manet continue cum Deo in omnibus, & appropinquat ei C operum decore suorum, & affectum sui cordis ad ejus gratiam indesinenter extendit, sicut dixit beatus David: [c] *Defecerunt oculi mei, dum sperarem in Deo meo*.

CAPUT XXVIII.

De luctu & labore cum discretione.

CUm dilexerimus a mundo fugere & peregrini fieri a mundanis, nihil ita separat nos a mundo nec mortificat vitia nostra carnalia & vivificat spiritualia, sicut luctus & labor cum discretione præcordiali. Facies enim verecundi imitatur humilita- D tem dilecti. Nihil facit nos in sæculo conversari, & cum ebriis luxuriosis qui sunt in eo, & nihil sic nos separat a thesauris sapientiæ ac scientiæ Dei secretorum, sicut risus, hoc est, adinventio fornicationis. Et quoniam percepi philosophiam tuam amice, rogo te in caritate, ut caveas tibi ab amicorum incursu, ne verborum effrenatione frigefacias animam tuam a calore caritatis Christi, qui pro te fel gustavit in ligno crucis, & loco illius dulcis meditationis & securitatis ad Deum, replearis multorum phantasmatum obscuritate vigilante; te vero dormitante irrationabilibus somniis occupetur anima, quorum fœtorem sancti Angeli sustinere non possunt, & sic fias aliis ludibrium & stimulus tibi. E Compelle temet ipsum ut imiteris humilitatem Christi, ut ignis accendatur qui est in te inspiratus ab ipso, in quo eradicantur hujusmodi sæculi motus qui interficiunt hominem novum, & polluunt atria sancti & fortis Dei. Et ego infirmus dico secundum Paullum [d] quod *templum Dei sumus*. Mundemus ergo templum ejus, sicut ipse mundus est, ut habitare concupiscat in ipso. Sanctificemus illud, sicut & ipse sanctus est. Ornemus illud cunctis operibus bonis, & prætensi fumigemus illud thymiamate, in quo quiescit voluntas ejus, id est, præcordiali & munda oratione, quæ propter sæcularium commu-

nionem acquiri non potest. Sic utique obumbrabit animam nubes gloriæ Dei, & fulgebit splendor majestatis ejus in corde ipsius, & replebuntur gaudio & lætitia omnes habitatores tabernaculi Dei: effrontes vero & inverecundi deficient in flamma Spiritus sancti.

Impropera tibi, o frater, semper dicens: O anima misera, dissolutio tua a corpore appropinquat; quare delectaris in iis quæ debes hodie derelinquere, & a quorum aspectu abstraheris in æternum? Attende quæ sunt ante te, & cogita quæ operata es, qualia sunt, & cum quo conversata es omnibus diebus vitæ tuæ; seu quis laborem operationis tuæ recipit, & quem in pugna tua lætificasti, ut exeat in occursu tuo tempore exitus tui, & quem delectasti in occursu tuo, in partu ejus quiescas: cujus gratia laborando te afflixisti, ut pervenias ad eum cum gaudio, quam acquisisti mercedem solvere in occasu solis recessus tui. Tu sciscitare a temet ipsa, o anima, & videas, ad quam terram est projectio tua. Quod si pertransisti agrum fructificantem in amaritudine cultoris tui, clama & vocifera in gemitu & anxietate, quæ super sacrificia & holocausta placant Dominum Deum tuum. Producat dolorosas voces, quibus sancti Angeli delectantur. Unge genas tuas lacrymis, & super te Spiritus sanctus requiescat, & abluat te a sordibus malitiæ tuæ. Fac tibi propitium per lacrymas Deum, ut ad te veniat. Invita Mariam & Martham ut luctuosas voces te doceant, clama ad Dominum & dic:

CAPUT XXIX.

Oratio devota.

DOmine qui super Lazarum plorasti, & super eum lacrymas tuæ compassionis effudisti, suscipe lacrymas amaritudinis meæ, passionibus tuis passiones meas sana, vulneribus tuis medere vulneri meo, sanguine tuo sanguinem meum munda, & contempera corpori meo vivifici corporis tui odorem. Fel quo ab inimicis potatus es, dulcem reddat animam meam ab amaritudine, quam mihi inimicus adversarius propinavit. Corpus tuum quod in ligno crucis extensum est, extollat ad te mentem meam quæ a dæmonibus est inferius tracta. Caput tuum quod in crucis patibulo reclinasti, erigat caput meum ab inimicis colaphizatum. Crucifixæ clavis sanctissimæ manus tuæ sublevent me ad te de confusione perditionis, sicut os tuum sanctissimum repromisit [e]. Facies tua quæ alapas recepit & consputationes a maledictis, clarificet faciem meam iniquitatibus sordidatam. Anima tua quam tradidisti primitus exsistens in cruce, deducat me ad te in gloria tua. Non habeo cor dolens ad quærendum te, non habeo pœnitentiam neque compunctionem, quæ reducunt filios ad suam hereditatem. Non habeo Domine lacrymas deprecabiles: obtenebratus est in sæcularibus animus meus, nec potest ad te respicere in dolore, & aruit cor meum a multitudine tentationum, nec eo potest calefieri lacrymis tuæ dulcedinis. Sed o Jesu Christe, thesaure bonorum, tribue mihi pœnitentiam perfectam, cor dolens; ut ex eo properem anima ad quærendum te: nam sine omni bono alienabor. Da mihi ergo Jesu Christe gratiam tuam. Pater qui te produxit de sinu suo æternaliter sine tempore, innovet in me lumen imaginis tuæ. De-

a Prov. XXVIII. 1. *b* Psalm. XC. 15. 16. *c* Psalm. LXVIII. 4. *d* I. Cor. III. 16. II. Cor. VI. 16. *e* Joan. XII. 32.

reliqui te, non me derelinquas: exivi a te, exi ad quærendum me, & introduc me in pascua tua; connumera me ovibus electis ovilis tui, & constituas me cum eis in partes divitiarum secretorum tuorum, quorum est habitaculum cor mundatum, & in ipso videatur splendor revelationum tuarum, quæ sunt consolatio & refrigerium eorum qui laboraverunt pro te in tribulationibus & omnimodis afflictionibus; quibus digni constituamur gratia & pietate Salvatoris nostri tunc & in futuro sæculo. Amen.

CAPUT XXX.

Quod solicitudo impedit quietem.

Homo multæ solicitudinis mitis & quietus esse non potest. Quia necessario caussæ rerum in quibus studet, compellunt eum invitum & renitentem in ipsis morari, & disperdunt tranquillitatem & quietudinem. Decet ergo, in opposito vultus Dei statuere semet ipsum, & ad eum extendere visum suum, si mentem suam vult vere custodire, ac pravos motus qui in ipsa pullulant, emundare, nec non addiscere cum cogitationum tranquillitate ut discernat ingredientia & egredientia, quia multæ occupationes sunt in argumentum laxationis monachi contra operationem mandatorum Christi, & manifestatio suorum defectuum in divinis. Nisi sis sine solicitudine, lumen in anima tua non quæras, neque tranquillitatem aut quietudinem in laxatione sensuum, vel ubicumque manet occupatio rerum. Ne multiplices tibi occupationes, & non invenies in oratione tua concussiones. Nam sine assidua oratione appropinquare Deo non potes: post laborem vero orationis, si menti fuerit alia solicitudo illata, operabitur in ipsa dispersionem: lacrymæ ac percussio capitis in orationem, nec non voluntatem in terra cum fervore expergefaciunt calorem dulcedinis suæ intus in corde, & cum laudabili mentis excessu [1] transvolvat cor ad Deum & clamat: [a] *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Qui de hoc vino bibit, & postea privatus est eo; ipse solus novit quanta miseria occupatur, & quid est ablatum ab eo propter laxationem sui.

O quam malum hominibus est aspectus & locutio, illis omnibus qui conversantur veraciter in solitudine plus multo quam illis, qui sunt a solitudine colligati! Quia sicut vehemens glacies subito incidens summitatibus plantarum desiccat eas; ita colloquia hominum, quamvis omnino brevia sunt, & putentur ad bonum prolata, desiccant tamen flores virtutum, quæ de novo floruerunt ex temperantia solitudinis; quæ etiam circumdant cum simplicitate & temeritate plantam animæ, quæ plantata est secus decursus aquarum pœnitentiæ. Et sic vehemens gelu comprehendens novellas plantarum productiones, urit eas: ita & colloquium hominum radices virtutum, quæ incipiunt sicut pascua pullulare. Quod si eorum colloquium, qui ex parte quidem abstinentes sunt, ex parte vero aliquem defectum patiuntur, consuevit animæ jacturam inferre; quanto magis colloquium & aspectus laicorum & stultorum, ne dicam potius mundanorum? Nam sicut nobilis & venerabilis homo cum inebriatur, obliviscitur suæ voluntatis, & status ejus exhonoratur, & irridetur pretiositas ejus propter alienas cogitationes quæ supervenerunt eidem

A vini virtute: ita & castitas animæ turbatur ab aspectu & incauta locutione, & eradicatur ab ista omne sustentaculum laudabilis status sui. Si ergo colloquium & dilatio & dispersio supervenientes in solitudine commoranti, vel ipsorum propinquitates ad videndum & audiendum sufficiunt inferre menti turbationem & frigefactionem in divinis propter multa quæ fiunt ex visu & auditu, & in brevi hora hoc faciunt: quid dicemus de continuo eorum occursu & de multa hora & diuturna in eisdem? Furiositas ventris obnubilat mentem in cognitione Dei, quemadmodum & vapor qui ex humiditate terræ producitur, ascendens, aerem reddit obscurum. Superbia vero non considerat quod in
B tenebris ambulat, quia propter prædictam obtenebrationem nesciens intentionem sapientiæ, extollitur super omnia, cum sit infima omnium, & addiscere vias Dei non potest. Nam & Dominus voluntates suas occultat ab ea, quam in via humilium noluit ambulare.

CAPUT XXXI.

Quod non est major operatio monachorum vigiliis nocturnis cum discretione.


Noli putare o homo, quod inter omnes operationes monachorum sit alia quamlibet san-
C cta conversatio, major vigiliis nocturnis. In veritate, fratres, si non fiat religio, [2] satio, dispersio, & turbatio in carnalibus rebus in solicitudine temporalium: sed caverit sibi a mundo, & custodierit se ipsam vigiliis mens ejus, quasi cum alis in brevi tempore volat, & exaltatur in dilectionem Dei, & cito pervenit ad gloriam. Transit enim per levitatem suam & agilitatem ad scientiam quæ superat intellectum humanum. Monachum perseverantem in vigiliis cum mentis discretione, ne respicias illum sicut carne ferventem. Hoc utique Angelici ordinis opus est, non humanum. Impossibile est autem quod illos qui semper in hujusmodi continentia conversantur, dimittat Deus sine
D magnis bonis propter eorum jejunium & vigilantiam cordis. Sed propter solicitam conversationem cogitationum ipsorum in ipso, anima quæ in hujusmodi vigiliarum conversatione laborat & perseverat, quasi Cherubin oculos suos habebit, quibus semper intueatur & perspiciat contemplationem cælestem. Ego vero puto impossibile esse, ut ille qui cum scientia & disciplina præelegit sibi laborem istum magnum atque divinum, & arbitratus est ejus portare gravamen, & studiose laborat in hac gloriosa parte quam elegit, & in die sibi cavet a turbatione locutionum & solicitudine pugnarum, fiat nudus & fatuus admirabili fructificatione magnæ dilectionis, quæ colligi præstolatur ab ipso.
E Quicumque autem hoc negligat, præsumo dicere quod ignorat ad quid laborat & somno abstinet, & in laudum collatione multa, & fatigatione linguæ & erecta statione totus affligitur, non habens mentem suam in oratione & in cantu suo, sed quasi ductus est a consuetudine indiscrete. Et nisi sint hæc taliter ut prædixi, quomodo deficeret a merendo, ex continua seminatione sua in labore fructificationes maximas? Nam si vice solicitudinum excitet semet ipsum in lectione divinæ scripturæ quæ roborat mentem, cum orationis sit maxima fortitudo, & in vigiliis quibus conjungitur præstet auxilium, fiat ei lux mentis, & discretio in semitam rectam, & fertilis materia in contem-

a Psalm. XLI. 3.

1. *Transvolvat*] Forte *transvolat*.

2. *Satio*] Forte, *fit satio*. Et mox, *sed si caverit*.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.



platione orationis quæ ligat mentem a dispersione, ne in vanitatibus quatiatur; fiet quoque indeficiens sibi seminatrix divinæ recordationis in anima, & commemorationis viarum sanctorum vel sanctarum, qui Deo placuerunt, facietque mentem acquirere subtilitatem & sapientiam: invenerit utique operationum hujusmodi fructum maturum.

Quare ergo, homo, indiscrete te tuaque disponis, quia totam quidem noctem pervigilem erectus stando deducis, & affligis te ipsum orationibus laudibusque: onerosum vero non modicum tibi videtur per brevem in die curam te divinam gratiam promereri, ne quis forsitan pro te contristaretur? Ut quid te ipsum affligis, & de nocte quidem seminas, de die vero spargis laborem tuum, & videris infructuosus? Quare dispergis vigilantiam & studium & calorem quem fuisti adeptus; & perdis inaniter lucrum tuum ob turbabiles rerum cursus? Nam si nocturnæ meditationi concordem faceres operationem diurnam calore cordis, nec in medio doctrinam adhiberes; in brevi utique tempore amplexans [1] pectus Jesu. Sed ex hoc manifestum est, quoniam indiscrete conversaris, nec scis qualiter oporteat monachos vigilare. Tu enim putas, quod hæc omnia sunt ad hoc tantum statuta, ut labores, nec ob aliud quod oriatur ex eis. Illi vero qui promeruerunt a gratia, pro qua sæpe obstant athletæ somno, & naturæ violentiam inferunt tam per violentiam corporum quam cogitationum suarum; cui singulis noctibus preces offerunt, ille solus novit virtutem; quæ fit ex diurna custodia, & quale menti præstat auxilium in quietudine noctis, & qualem potestatem circa se contra cogitationes, & qualem munditiam, & qualem intelligentiam sine pugna & violentia sibi donat, & quod faciat ipsum intelligere cum libertate verborum nobilitatem.

Ego quoque dico, quod si corpus fessum fuerit propter infirmitatem suam, ut jejunare non possit, potest solis vigiliis mens acquirere statum animæ, & intellectum præstare cordi; virtutem spiritualem addiscat, dummodo non fiat sibi exterminatio a dilatatione divinarum caussarum. Unde rogo te, qui affectas adipisci mentem studiosam apud Deum & agnitionem novæ vitæ, toto tempore vitæ tuæ noli negligere conversationem vigiliarum, quia per ipsam aperiuntur oculi ad intuendum totam gloriam conversationis & virtutem viæ justitiæ. Quod si fiat tibi (quod absit) iterum laxationis cogitatio, & nidificaverit in te forsitan propter probationem protectoris tui, qui ex consuetudine te permittit in hujusmodi alterari, sive in calore seu etiam in frigefactione, vel ex aliqua caussa vel infirmitate corporis, ut non possis facere laborem multi cantus quem cantare consuevisti ac extensæ orationis ac multarum genuflexionum quas facere consuevisti: Rogo in caritate, si derelictus fueris in hujusmodi, nec possis eadem operari; saltem sedendo vigila, nec dormias in corde tuo, & omni ingenio educ noctem sedens, & bonos cogitans intellectus; & ne indures cor tuum & obtenebres illud in somno, quia veniet iterum tibi primus ille calor & lenitas & virtus, & exsultans gaudebis, & referes Deo gratias. Nam frigefactio & hujusmodi gravedo, ad examinationem & probationem hominis permittuntur; & si semet ipsum excitaverit cum fervore, ac excusserit eas a se ipso, instans aliquantulum importune; statim appropinquat gratia sicut erat, & accedit ad eum alia virtus continens omne bonum occultum in semet ipsa, & etiam spes protectionis; & homo admiratur obstupefaciens de prima gravedine ac de superveniente lenitate ac virtute: nec non etiam quod tam subito hujusmodi alterationem recepit; & ex tunc instruitur, quod si venerit sibi talis gravedo, cognoscat illam ex prima experientia. Nam si in primo tempore non certaverit, hanc scientiam non potest recipere nec habere.

Vides in quantum instruitur homo, quando compellit se ipsum aliquantulum & sustinet tempore pugnæ. Si virtus corporis infirmata est non ex pugna, sed ex infirmitate necessitatis; tunc etenim non est conveniens impugnare naturam. In reliquis vero bonum est, ut quis in omnibus quæ sibi prosunt, importune incitet semet ipsum. Continua enim quietudo conscientiæ, & moderata ciborum assumtio cum vigiliis, cito expergefaciunt mentem a stupefactione rerum; nisi forte fiat aliqua caussa, quæ quietudinem solvat: cogitationes autem quæ moventur in solitariis subito sine consensu, faciunt ambos oculos quasi lavacri fontem in lacrymarum effusione, atque sua multitudine genas lavant. Cum autem per abstinentiam domitum fuerit corpus tuum & per studiosam custodiam quietudinis, & percipis quod corpus tuum moveatur violenta passione fornicationis, & præstet naturalem motum, scias quod cogitationibus superbiæ es tentatus. Appone ergo, quære in cibo tuo & cohibeas ventrem tuum, & scrutare quid cogitasti, & adjice alterationem naturæ tuæ, & in naturalia opera tua; & forsitan Deus miserebitur tui, & emittet tibi lucem; ut adjicias humiliari, ne tua malitia augeatur. Ne cessemus ergo laborando & studendo, ut pœnitentiam videamus in nobis, & inveniamus humilitatem, & requiescant in Deo corda nostra: cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XXXII.

Quod homo debeat meditari prius & caussas compunctionis & futura gaudia.

Si singulariter manes in cella tua, meditare semper super psalmos & caussas compunctionis, & in memoria mortis & in spe futurorum, si nondum es veram contemplationem adeptus. Hæc etenim colligunt mentem, nec permittunt eam discurrere, donec veniat contemplatio vera: nam potentia spiritus fortior est vitiis. Meditare etiam in spe futurorum cum recordatione Dei, & considera diligenter intelligentiam prædictorum, & cave tibi a rebus extrinsecis quæ te movent ad concupiscentias, & a pravis quæ facis in cella tua caveas tibi sicut ab ipsis, & scrutare cogitationes tuas, & ora ut oculos in omni conversatione acquiras, & exinde incipit oriri gaudium; tunc etenim invenies tribulationes dulciores melle. Nemo potest vitia superare, nisi per sensibiles visibilesque virtutes. Dispersionem vero mentis nullus vincere potest, nisi in exercitatione scientiæ spiritualis. Mens nostra levis est: nisi ligetur alicui cogitationi, a dispersione non cessat; ac sine perfectione virtutum impossibile est hanc virtutem adipisci: nisi quis devicerit inimicos, non potest in pace morari. Et si pax non regnat, quomodo potest invenire quæ sunt contra pacem? vitia quoque diafragia virtutem animæ occultaverunt, & nisi prius diruantur per manifestas virtutes, non possunt interiora videri; quasi nec potest aliquis extra murum exsistens, cum iis qui intus sunt, conversari: nullus quoque videre potest solem

1. *Amplexans*] Forte, *amplexares*.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.

ſub nube, nec virtutes animæ, vitiorum adhuc turbatione manente. Ora Deum, ut tibi ſentire det affectum ſpiritus & deſiderium ejus. Cumque venerit tibi hæc ſenſualitas & deſiderium ſpiritus, tunc debes a mundo diſcedere, & mundus a te diſcedet: nam ſine iſtis, quietudinem, religionem & colloquium lectionis [1] ad hoc ſegregato nullus ſentire poteſt; & ſine his illa non quæras: ſi vero quæſieris, convertentur poſtmodum & corporalia fiunt: qui intelligit, intelligat. Placuit ſapienti Deo ut in ſudore heic comedatur panis; nec pro malitia hoc fecit, ſed ne fieret indigeſtioni nobis & moreremur: unaquæque virtus mater eſt ſecundæ. Si dimiſeris matrem quæ parit virtutes & abieris quærere filias, nec prius matrem ipſarum acquiras; ipſæ invenientur animæ ſicut viperæ, ſi a te non projicias illas.

CAPUT XXXIII.

Signa caritatis.

Caritas Dei naturaliter calida eſt, & quando cadit ſuper aliquem, moderare facit illam animam exceſſivam, quia caritatem in ſe capi percepit & morari. Juxta menſuram vero qualitatis ſupervenientis ſibi, Caritatis inconſueta videtur alteratio in eodem, & hæc ſunt ſenſibilia ſigna ejus. Fit facies hominis rubicunda, jocunda, corpus ejus calefit, recedunt ab eo timor & verecundia, & fit exceſſivus; & virtus quæ mentem colit, recedit ab ipſo, & fit quaſi demens, & terribilem mortem reputat gaudium. Nec cecidit contemplatio ejus a conſideratione cæleſtium, & abſens tamquam præſens alloquitur, non viſus ab aliquo. Scientia & viſio ejus naturalis pertranſeunt, nec percipit ſenſualiter motum qui eſt in rebus ſuis; & quaſi eſſet cum aliquo, exercetur. In hac paſſione inebriati ſunt Apoſtoli & martyres, & quidam eorum deſtruxerunt totum orbem, & laboraverunt, & ſuſtinuerunt opprobria, ſimiliter & martyres cum eiſdem & in deſertis erraverunt, & irregularitatibus compoſitis; & cum eſſent ſapientes, deputati ſunt dementes: ad hanc dementiam dignetur Deus nos pervenire. Amen.

Ante quam perveneris ad civitatem humilitatis, ſi videris te ipſum quod quieviſti ab infeſtatione vitiorum, ne credas tibimet. Inſidias quaſdam tibi ſtatuet inimicus, & exſpecta poſt quietem turbationem multam: poſtquam vero tranſieris hoſpitia virtutum, non [2] occurris quieti a fatigatione tua, ab adverſariis reſpirationi, donec poſſis ad humilitatis habitaculum pervenire.

CAPUT XXXIV.

De ſpontanea tribulatione pro proximo.

Religio mater eſt ſanctitatis, ex qua oritur prima perceptionis guſtatio ſecretorum Dei, quæ vocatur primus ordo cognitionis ſpiritus. Nemo decipiat te ipſum phantaſmate divinationis, quare videat anima. Anima enim infecta non aſcendit ad regnum mundum, nec conjungitur ſpiritibus ſanctorum. Clarifica decorem caſtitatis tuæ cum lacrymis & jejuniis & ſolitaria quietudine: tribulatio parva pro Deo facta melior eſt opere magno quod ſine tribulatione perficitur. Quia ſpontanea

A tribulatio probationem fidei & caritatis facit oriri: opus quietis ex ſaturitate conſcientiæ fit. Et ideo in tribulationibus probati ſunt ſancti pro caritate Chriſti, ſed non in refrigeriis; quoniam opus quod fit ſine labore, juſtitia eſt perſonarum ſæcularium quæ de exterioribus faciunt eleemoſynam, nec lucrantur in ſemet ipſis. Tu autem o paſſionis conator vel ſectator, ſtude in temet ipſo ut dignus fias guſtare gloriam ejus. [a] *Quod ſi compatimur, & glorificabimur*: id eſt, non glorificatur mens cum Jeſu, niſi patitur corpus cum Chriſto: ergo qui contemnit humanam gloriam, hic eſt ille qui fit dignus gloria Dei, & glorificabitur corpus ejus cum anima. Gloria enim corporis ſubjectio eſt caſtita-B tis cum Deo. Gloria vero mentis, contemplatio vera de Deo.

Abrenuntiatio vero duplex eſt in operibus & opprobriis; nam quomodo patitur corpus, & compatiatur cor. Si vero non noſti Deum, impoſſibile eſt in te moveri caritatem ejus, nec potes diligere Deum, niſi videas eum: viſio namque Dei fit ex ipſius ſcientia; non enim præcedit viſio ſcientiam.

De ipſo fac me Domine ſcire te, & diligere non in ſcientia diſperſionis mentis, quæ fit ab exercitatione; ſed fac me dignum illa ſcientia in qua mens te videns glorificat naturam ſuam, in contemplatione quæ ſurripit ſenſualitatem mundi a C mente: fac me attolli ab aſpectu voluntatis quæ phantaſmata gignit, & videre te in violentia vinculi, cujus in parte ſecunda crucifixionis mentis, quæ in libertate conſtituta ceſſat ab efficacia intellectuum per continuam contemplationem tuam quæ eſt ſupra naturam. Pone in me augmentum caritatis tuæ, ut poſt amorem tuum veniam a mundo iſto: exue conſiderationem humilitatis tuæ in qua converſatus es mundo in velamento quod induiſti de membris noſtris, ut in hac indeficienti ex inoblita recordatione aſſumam cum delectatione humilitatem naturæ meæ.

D CAPUT XXXV.

De duabus aſcenſionibus in crucem.

Duo ſunt modi aſcenſionis in crucem: unus eſt crucifixio corporis, & alius eſt aſcendere in contemplationem: & primus quidem fit à libertate tua, ſecundus vero ab effectu operum, cui non ſubjicitur mens, niſi corpus ſubjiciatur. Crucifixio corporis eſt regnum mentis; nec ſubjicitur mens Deo, niſi ſubjiciatur libertas arbitrii: tamen difficile eſt exhiberi quædam alia illi qui novitius eſt & ſtatu puer. Scriptum eſt utique: [b] *Væ civitati cujus rex puer* vel junior *eſt*. Quicumque ſubjecerit ſe pro Deo, prope eſt ut ſubjiciatur ſibi. Qui co-E gnoſcit ſe ipſum, ſcientia omnium datur ei: nam cognitio ſuimet, ſcientiæ omnium eſt plenitudo, & in ſubjectione animæ ſuæ cuncta ſibi ſubjiciuntur. Tempore quo humilitas in anima tua regnat, & in converſatione tua ſubjicitur anima tua, & cum ea cuncta ſubjicientur: quia gignitur in corde tuo pax a Deo. Cum tu extra eum fueris, non ſolum a vitiis, ſed ab accedentibus etiam perſequeris. Vere Domine niſi humiliati fuerimus, non ceſſas nos humiliare. Vera humilitas germen eſt ſcientiæ, & ſcientia vera genimen eſt tentationum.

a Rom. VIII. 17. b Eccle. X. 16.

1. *Ad hoc ſegregato*] Iſta in mendo cubare videntur.

2. *Occurris* [Forte [illegible]

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548

CAPUT XXXVI.

De continuo silentio & quietudine.

Continuum silentium & custodia quietudinis ex tribus his caussis fiunt: vel propter gloriam hominum, vel propter gloriam cæli virtutis, vel aliquem divinum occursum quem habet aliquis intra se, ad quem trahitur animus ejus. Quicumque non habet ex alterius neutra, necessario ægrotat. In primo virtus est, non utique manifestatio multarum ac diversarum actionum quæ corporaliter exercentur, sed sapientissimum cor in spe sua. Copulat enim ipsum divinis operibus intentio, & animus quidem multoties potest sine corporalibus actionibus exercere bonum. Corpus sine sapientia cordis quamvis operetur, non potest prodesse: verumtamen non sustinet homo Dei cum opportunitatem invenit bonam operandi, quia ostendit laborem bonum operationis suæ, caritatem quam habet ad Deum. Primus autem ordo semper prosperatur. Secundus vero ordo quandoque prosperatur, quandoque non. Non putes quod res ista parva sit, ut vitia carnis semper quiescant. Deo autem nostro sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT XXXVII.

De motu carnis.

Motus autem inferiorum membrorum corporis, qui fit absque acutioribus cogitationibus irrationabilibus delectationis quæ movetur cum immundis, & trahit animam ad miseriam sine sponte, indubitanter est a ventris repletione: quod si forte venter moderatus est in diæta, membra quantumcumque moveantur sua sponte, noveris quod in corde oritur vitium; & armaturam fortem & inexpugnabilem æstima esse, in hoc agone distare ab aspectibus mulierum; quoniam adversarius nequit operari in nobis id, quod natura nequit agere sua virtute: ne putes, quod natura tradat oblivioni quæ a Deo in ipsa naturaliter sunt inserta ad filiorum procreationem & examinationem illorum qui sunt in certamine. Sed distantia rerum concupiscentiam in membris mortificat, & oblivionem & perditionem operatur in ipsis. Aliæ sunt cogitationes rerum longe distantium, quæ simpliciter pertransierunt in animo, & parvum motum & modicum faciunt a se ipsis; & aliæ sunt cogitationes, quæ in aspectu materiæ submergunt animum sine oblivione, & ex propinquitate movent vitia & hominem nutriunt, sicut oleum accensionem lucernæ; vitiumque quod mortuum est & exstinctum accendunt, & turbant pelagus corporis per motus, in navicula mentis. Hic autem naturalis motus qui habitat in nobis, propter solam creationem absque appositione vel operatione extrinseca, turbare munditiæ arbitrii castitatem non potest. Deus enim non condidit naturæ potentiam ad superandum arbitrium bonum, quod est in aliquo erga ipsum; sed quando aliquis movetur vel ab ira vel a desiderio, non compellit eum natura vel virtus de terminis exire naturæ & extra fieri quæ debentur, sed appositio quam facimus super naturam per voluntatis actiones. Nam Deus omnia quæcumque fecit, bene fecit & mensurate; & quanto mensuram proportionis naturalium in nobis recte servamus, tanto naturalis motus compellere [1] nos possit ad declinandum a via Dei, sed tantummodo temperat.

His motibus movetur corpus; ut sciamus tan-

A tum, quod sit in nobis passio naturalis, non ad titillandum & infestandum quo caritas impediatur, aut ad obtenebrandum mentem a fervore, & a pace movendum ad viam. Si vero nos attracti fuerimus a sensualibus rebus per quas indignatio contra naturam consuevit impetum facere vel in esu vel in potu, vel in superabundantia quantitatis, seu in propinquitate mulierum, & accensio ipsarum aspectu aut collocutionibus quæ fiunt contra ipsas, ex quibus flamma concupiscentiæ accenditur, & exsultat in corpore, committamus & ferocitatem exinde mansionem naturalem vel propter complexionis abundantiam vel propter incurrentes rerum aspectus. Est aliquando ipsorum motus a permixtione B quæ propter opinionem nostram fit caste, & non est sicut ille: illas quidem pugnas libertatis vocemus, quæ sunt communis naturæ: pugna vero quæ fit [2] ex promissione, quæ fit ex caussa naturæ: opinionis, scimus quod in laboribus & cautione per multa tempora facti sumus, & opinamur aliquid fecisse, permittimur impugnari, ut discamus humilitatem. Reliquæ vero pugnæ quæ propter hanc caussam fiunt nobis ultra vires, a nostro [3] tempore fiunt, quam natura cum oppositione aliqua materialem per gastrimargiam recepit nec quiescit.

Deinde ordine suæ primæ plasmationis. Nam ille qui turbationes & recreationes deposuit, compellitur invitus peccatum diligere: sine his enim C recedere a blandimento sensualitatis nequimus. Qui quanto plus multiplicantur dolores, tanto magis hæc minuuntur. Quoniam turbationes & pericula voluntatem vitiorum occidunt: quies vero nutrit & auget eam. Igitur notum est manifeste, quoniam Deus & Angeli ejus in quiete; quod si in tribulationibus & angustiis perficiuntur mandara Dei, nos quia ipsa contemnimus, ipsum ideo qui mandavit machinamur contemnere propter vitia quæ a quiete nascuntur, & evacuamus virtutis caussam, videlicet tribulationem & angustiam. Nam in quantum mensura quietis in nobis inducitur, in tantum vitiis aptamus locum in nobis, quia in corpore angustiato cogitationes in vanitatibus agitari non pos- D sunt. Cum autem quis in gaudio tribulationes sustinet & labores, potest utique cogitationes refrenare potenter, quia ipsæ cogitationes in fatigationibus cessant. Quando vero recordatus fuerit homo propriorum peccatorum suorum, & cruciaverit se ipsum; tunc & Deus curam gerit, ut ipsum quiescere faciat; & gaudet Deus ex eo quod ipsemet sibi ipsi pœnam inflixit de prævaricatione viæ Dei; quod utique veræ pœnitentiæ signum exsistit: & quanto plus ipse pœnitentiam egerit animæ suæ, tanto magis ejus præmium multiplicatur a Deo. Omne autem gaudium quod a virtute non habet caussam, statim excitat motus concupiscentiarum inventori suo. Intellige quidem hæc de omni concupiscentia vitiosa. E Non enim hoc dicimus de concupiscentia naturali.

CAPUT XXXVIII.

Quod virtutes invicem sibi succedunt.

Virtutes invicem sibi succedunt; ne enim fiat via ipsarum onerosa gravisque & non ordine peragatur: & ex ea alleviatur, & ut facilia sint ea quæ sunt difficilia propter bonum, sicut & bona. Nemo enim potest acquirere inopiam virtute, nisi se ipsum inducat & præparet ad sustinendum tentationes, nisi qui credidit quod aliquid superans corporalem quietem pro tribulationibus ad excipiendas se præparavit: primo dilectio tribulatio-

1. *Nos possit*] Forte, *non potest*.
2. *Ex promissione, quæ fit*] Forte, *ex permissione fit*. Et paullo ante quoque legerit quis *permissione* pro *permixtione*.
3. *Tempore — quam*] An *tepore — quem*?

num movetur in ipso, deinde supervenit & cogitatio inops fieri de his quæ sunt mundi, & omnis qui appropinquat tribulationibus. Quicumque privaverit se rebus materialibus, nec privaverit se ipsum etiam efficacia sensuum, visus videlicet & auditus, tribulationem duplicem sibi mendicabit, & duplex miser fiet & tribulabitur: quin immo quæ utilitas privari materialibus rebus, & in ipsis delectari per sensus? Nam illud idem patitur ex passionibus quæ in eis sunt, quod actualiter prius patiebatur pro eo quod memoria consuetudinis earum non recedit ab animo suo. Si enim imagines ipsarum menti factæ dolorem ministrant homini sine rebus eisdem: quid habemus dicere de appropinquante essentia? Bonus est ergo excessus: etenim valde operatur, quum cogitationes viriliter mansuescit, & potentiam in exercitatione imponit, nec non patientiam magnam imponit homini in supervenientibus sibi necessariis tribulationibus, a quo requirere est consilium.

CAPUT XXXIX.

Ne homo consulat alienum.

NE quæras consilium ab aliquo qui non sit de conversatione tua, quamvis sit sapiens valde; & committe potius cogitationes tuas idiotæ in experientia rerum facto, quam eloquenti philosopho super scrutationem loquenti sine experientia rerum. Quid est igitur experientia rerum? Experientia est non quod aliquis ingrediatur & perspiciat, aliquarum rerum nondum assumens in ipsis earumdem agnitionem in se ipso; sed quod excipiat illarum experientia utilitatem & damnum ipsarum operabiliter per moram quam fecit in eisdem. Quemadmodum videtur multoties res damnum, & ejus habitus invenitur merces utilitate repleta: eodem quoque modo intellectu & in hujusmodi contrario videlicet videre, multoties res utilitatem habentes & habitus damno repletur. Unde plures homines ex rebus quæ videntur lucrabiles, inveniunt damnum, & nec ex ipsis testimonium scientiæ verum exsistit. Illo ergo consiliario utere, qui novit probare in patientia res discretionis: propter hoc autem non est quilibet fide dignus ad dandum consilium, nisi qui prius bene voluntatem propriam gubernaverit, & actores & detractores non pertimescet.

CAPUT XL.

Quod quanto magis homo vigiliis proficit, tanto majores tentationes habet.

QUando enim inveneris in via tua pacem inalterabilem, tum pertimesce, quia longe distat recto tramite qui laboriosis pedibus sanctorum calcatur. Nam quanto progrederis in via civitatis regis, & appropinquas civitati; hoc tibi sibi sit signum, fortitudo tentationum occurret tibi; & quanto proficis, tantum tentationes multiplicantur contra te: cum autem persenseris in anima tua alium gradum excelsum, in occulto recipe, & addita est gratia in statu in quo stabat. Nam secundum magnitudinem gratiæ tantum in tribulatione tentationum Deus adducit animam, non in sæculares tentationes quæ fiunt ad refrenandum malitiam; & res manifestas neque corporales turbationes intelligas eas esse, sed tentationes convenientes monachis in solitudine sua, quas postmo-

A dum distinguemus. Quod si anima infirmitatem habet, nec est sufficiens ad magnas tentationes, postulet non intrare in eas, & Deus exaudiet eam. Scito vere; quod in quantum insufficiens est ad magnas tentationes, in tantum est & ad magna charismata insufficiens; & quemadmodum magnarum tentationum incursus præpeditus in ipsa sit, & magna charismata præpediuntur in ea: quoniam non dat Deus magna charismata sine magnis tentationibus. Nam & tentationes secundum charismata dinumerata sunt a Deo juxta sapientiam ejus, quoniam hi qui ab eo creati sunt non comprehendunt. Igitur a difficilibus tribulationibus contingentibus tibi ex dispensatione divina, comprehendis quantam B consolationem recepit anima tua de magnitudine ejus. Nam secundum tristitiam, est consolatio.

Quid ergo prius est, tentatio & deinde charisma: an prius charisma, & sit deinde tentatio? *Responsio*. Non venit tentatio, nisi prius recipiat anima tua in occulto etiam magnitudinem super primam suam mensuram & spiritum gratiæ, quoniam recipiat prius & testatur ad ipsum tentatio Dei: similiter & tentationes Apostolorum. Non enim permissi sunt in tentationes intrare, quousque Paracletum receperunt. Nam qui communicabant bonis, convenit eos sustinere tentationes ipsorum; quia post bonum est & tribulatio ejus. Ita enim placuit sapienti Deo in omnibus facere; & in hoc C scit gratiam esse prius quam tentationem; verumtamen præcessit sensualitas tentationum sensualitatem gratiæ propter probationem libertatis. Numquid etenim provenit in aliquo gratia, prius quam gustet tentationem? præcedit etiam gratia mentem, in sensualitate vero retardat: unde decet nos habere in his tentationum temporibus quædam duo contraria invicem, & in nullo similia. Hæc autem sunt gaudium & timor. Gaudium quidem, quod in via sumus quam calcaverunt sancti; quin immo vivificator in ea inventus est ambulare: & hoc est manifestum ex agnitione tentationum. Timorem vero debemus habere, ne forte ex caussa superbiæ tentemur. In istis autem humiles instruun- D tur a gratia, ut hoc discernere possint, & scire quid sit tentatio, quæ fit ex fructu superbiæ: etiam quæ sit illa quæ fit ex alapis in illis qui verberantur ex caritate: discretæ sunt enim ab invicem tentationes quæ sunt a conamine & augmento conversationis in bono & tentationibus promissionis, quæ sunt melius ad castigationem vel gustationem propter superbiam cordis.

CAPUT XLI.

Quæ sunt tentationes quibus anima proficit.

E TEntationes quæ fiunt a virga spirituali ad profectum & augmentum animæ, in quibus exercitatur anima, & probatur atque mundatur, sunt istæ. Pigritia, gravitas corporis, laxatio membrorum, acedia, confusio mentis, dolores corporis, excisio spei ad horam, obtenebratio cogitationum, defectus humani auxilii ad horam, egestas corporalis usus, & his similia.

Ex his tentationibus acquirit homo animam solitariam & sui protectionem & humilitatem & cor contritum: & ex his probatur quis veniat ad desiderium creatoris. Hæc autem dispensator ordinat juxta possibilitatem & juxta necessitatem sapientium ea. His contemperantur consolatio, & adversitatis lux, & tenebræ, prœlia & adversiones: & breviter dicere, angustant hoc atque hoc, est signum

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.

profectus hominis per auxilium. Tentationes itaque quæ fiunt a promissione Dei contra imprudentes, & extollentes se in mentibus suis coram bonitate Dei in superbia sua: sunt istæ tentationes dæmonum manifestæ, quæ sunt supra potentiam animæ, defectus virtutum sapientiæ, quæ sunt in eis sensualitas acuta intentionis fornicandi, quæ permittitur contra eos ad humilitatem elationis eorum: indignari cito, velle statuere & contemnere, error mentis totalis, blasphemia contra nomen Dei, intentiones fatuæ plenæ risu, immo planctu; contemni ab omnibus, destructio honoris sui, fieri confusio & opprobrium in modis multis a dæmonibus occulto, manifesteque desiderium commisceri & conversari in mundo, loqui & nugari semper insipienter, adinvenire sibi renovationem, semper cum falsa prophetia promittere multa supra posse suum: hæc quidem sunt animæ. In corporalibus vero contingunt dolorosi eventus: permanentes semper perplexi, vixque solubiles occursus malorum, semper & impiorum hominum, incidere in manus hominum tribulantium in otio cordis semper sine caussa, & repentino timore parati multoties minas magnas ex lapidibus & altis locis & his similia quæ fiunt & corporis fractione. Ultimo egestas sapientiæ nostrum cor ex divina virtute & spe fidei suæ; & ut cito dicantur, quotquot impossibilia & supra vires sunt, inducuntur ei. Hæc autem quotquot superius notavimus & determinavimus, dæmonis sunt tentationum superbiæ: apparet autem principium in homine, quando quis incipit se habere sapientem in oculis suis, & sic transmutatur in omnibus malis, secundum mensuram susceptionis hujusmodi cogitationum superbiæ: a speciebus ergo cogitationum tuarum comprehende viam subtilitatis mentis tuæ. Quod si videris aliquas ex his tentationibus commixtas cum aliis tentationibus quæ superius ante dictæ sunt, scito quod in quantum habes ex istis, in tantum superbia tibi contingit vel incumbit.

CAPUT XLII.

Quod patientia hominis repellit adversitates.

MEns adversitates & tribulationes quæ non participat, patientiæ duplex habet tormentum. Patientia enim hominis repellit adversitates ejus. Pusillanimitas enim mater est cruciatus. Patientia vero mater est consolationis. Et virtus quædam quæ a latitudine cordis habet oriri; quam virtutem difficile est hominem invenire in tribulationibus suis absque divino charismate, quæ ex perseverantia orationis invenitur & lacrymarum effusione.

CAPUT XLIII.

De pusillanimitate.

QUando vult Deus peramplius tribulari, promittit etiam venire ad manus pusillanimitatis. Hæc autem parat in eo potentiam acediæ, in qua gustat suffocationem animæ, quæ est gustatio gehennæ, & ex hac superinducitur spiritus excessus ex quo nascuntur plurimæ tentationes, scilicet confusio, furor, blasphemia, fatua culpatio, perversæ cogitationes, & de terra in terram transmigratio, & his similia. Quod si dixeris quæ est caussa horum? dico tibi, quod negligentia tua, quia non curasti medicinam eorum: una est enim omnium eorum medicina, per quam quis invenit

A statim in anima consolationes: hæc est, humilitas cordis; & præter hanc destruere terminum istorum malorum nemo poterit, quin immo, invenit eum sub potentia contra eum. Ne indigneris contra me, quia dico tibi veritatem; non quæsisti eam ex tota anima tua umquam: idem scire si vis, fac te in regione sua, & videbis quomodo dabit malitiæ tuæ. Nam secundum mensuram humilitatis tuæ, datur tibi & patientia in adversitatibus tuis; & secundum patientiam tuam alleviatur gravitas tribulationis tuæ, & consolationem obtinebis. Secundum vero consolationem tuam magnificatur tua dilectio circa Deum, & secundum dilectionem tuam magnificatur gaudium in Spiritu sancto. Ab illis vero

B qui vere sint filii, Pater misericors quando placet ei effectum facere tentationum earum, non aufert ab actione tentationes ipsorum, sed patientiam præstat eis in ipsis, & omnia bona hæc & in patientia eorum recipit ad perfectionem animarum ipsarum. Dignos nos igitur faciat Christus in gratia sua sustinendi mala cum amore suo, & cum regeneratione cordis, Amen.

CAPUT XLIV.

De virtute corporali & virtute spirituali, quomodo purgant hominem.

C VIrtus corporalis in solitudine mundat corpus a sordibus quæ sunt in ipso; virtus vero mentis humiliat animam & purgat eam a grossis & perniciosis intellectibus, ut moveatur potius in contemplatione sua. Hæc autem contemplatio propinquare facit eam ad nuditatem mentis, quæ vocatur contemplatio immaterialis. Et hæc est spiritualis virtus; hoc enim extollit animam a terrenis, & appropinquare facit eam primæ contemplationi spiritus, & apud Deum constituit animum ad contemplationem gloriæ ineffabilis, quæ est motio intellectuum magnitudinis ipsius, & separat illum ab hoc sæculo & ejus sensualitate; & ex hoc, de spe nostra illa deposita certificamur, &

D ad certitudinem ejus ordinis pervenimus; & hæc perseverantia est certificatio, de qua dicit Apostolus: perseverantia est certificatio, in qua lætatur mens intelligibiliter, videlicet in spe promissa nobis. Quid autem sint hæc, & quomodo quodlibet istorum est, audi. Conversationem corporalem quæ secundum corpus est, vocat corporalia opera quæ fiunt ex emendatione carnis in actione virtutis per opera manifesta in semet ipsis in quibus purgantur ab immunditia carnis. Conversatio vero animi, est operatio cordis quæ fit incessanter in solitudine judicii, scilicet justitiæ & judiciorum ejus, oratio indeficiens cordis, consideratio dispensationis & curæ Dei in hoc mundo similiter facta

E spiritualiter & totaliter, nec non & cavere a vitiis collectis, ne occurrat quid ex eis in regione occulta & spirituali: hoc est opus cordis, quod vocat conversationem animi.

CAPUT XLV.

De contemplatione materialium.

IN opere conversationis quod vocatur actus animæ, humiliatur cor, & separatur a communione confusæ vitæ, quæ est contra creaturam. Ex his incipit aliquando moveri ad intelligendum & intuendum in contemplatione naturalium quæ creata sunt ad usum & augmentum corporis, & quomodo in ministratione eorum datur virtus qua-

tuor clementis, quæ ſunt in actione vel in corpore. A

CAPUT XLVI.

De converſatione ſpirituali.

Converſatio quoque ſpiritualis eſt actio ſine ſenſibus, & hæc eſt quam deſcripſerunt Patres; quam cum mentes ſanctorum ſuſcipiunt, ſubſtantialis aſpectus & pinguedo corporis tolluntur, ac deinde aſpectus fit intelligibilis. Aſpectum autem ſubſtantialem vocat orationem primæ naturæ, & ex hoc aſpectu ſubſtantiali dehinc facile tranſſcendit ad agnitionem ſolitariæ converſationis, quæ B eſt in expoſitione manifeſta miſericordiarum Domini. Hic eſt magnus ſtatus futurorum bonorum, qui datur in libertate in mortalium vita, in converſatione quæ eſt poſt reſurrectionem; qui non ceſſat in humana natura mirari Deum, nec conſiderat omnino quid de creaturis: nam ſi eſſet aliquid ſubſtantiale Deo, habuiſſet utique mens memoriam in illo. Quod ſi omnis pulcritudo illorum quæ fiet in reſurrectione futura, inferior eſt pulcritudine ejus; quomodo poteſt aliquis exire in aſpectu ſuo extra pulcritudinem Dei? Quid ergo mors contriſtat eum, vel gravitas carnis ſeu memoria conſanguineorum ejus, ſive neceſſitas naturæ ac diverſitas vel contrarietas ſeu exſultatio ignota, C ſeu naturæ imperfectio, aut circumdatio elementorum, vel cum aliquo locutio, ſeu acedia laborioſiſſima, ſeu ſolicitudo carnis? Sed hæc omnia quamvis in hoc mundo fiant, & in tempore illo quando ablatum fuerit velamen vitiorum ab oculis animi, & perſpexerint ad illam gloriam; ſtatim extollitur animus in obſtupefactione: & niſi [1] quem terminum Deus poſuit in hac vita ſuper hujuſmodi rebus, & quantum deceat in ipſis morari, per totam vitam hominis promiſſum eſſet, non haberet exire a contemplatione eorum: & quanto potius oſtendimus, ubi hæc omnia non ſunt. Virtus autem illa indefinita eſt, & eiſdem rebus ſubſtantialiter erimus intra imperiales aulas, ſi digni fue- D rimus pro converſatione noſtra. Quomodo poteſt ergo aliquis in tantum exire & elongari ab illa mirabili & divina contemplatione & in aliam rem incidere? Væ nobis, quia non cognoſcimus noſtra, neque ad quam converſationem vocati ſumus: ſed viam hujus infirmitatis, & ſtatum vitæ & tribulationes mundi & ipſum mundum & malitiam ejus, & quietes ejus reputamus aliquid.

Sed o Chriſte qui ſolus potens es, cujus ſuſceptio eſt apud te, & aſcenſiones in corde tuo diſpoſuit, tu Domine averte facies noſtras a mundanis in deſiderio tuo, donec videamus eum ſicut eſt, nec credamus malitiæ ſicut veritati, neque ſimus increduli veritati ſicut & umbræ. Innova in E animo ſolicitudines ante mortem, ut in hora exitus noſtri cognoſcamus, quomodo ſint ingreſſus noſtri & exitus in hoc mundo, quouſque perficiamus opus in quo vocati ſumus ſecundum voluntatem tuam in hac vita prius: poſtea ſuperabimus in animo repleto confidentia recipere magna ſecundum promiſſionem ſcripturarum, quæ præparavit caritas tua in ſecunda renovatione, quorum memoria conſervatur in fide ſecretorum.

CAPUT XLVII.

De munditia corporis & animæ.

Munditia corporis, eſt ſanctitas de pollutione carnis: munditia vero animæ, liberatio ab occultis paſſionibus quæ ſiſtunt in animo. Munditia quoque mentis eſt in revelatione ſecretorum: purgatur enim ex omnibus accidentibus ſenſuum in mundo pinguedinis eorum. Nam & infantes parvi, mundi ſunt corde & innocentes anima, & nemo vocat eos mundos mente. Munditia enim mentis, perfectio eſt in converſatione cæleſti, ſcilicet in contemplatione quæ ex ſenſu movetur in virtute ſpirituali ſuperborum [2] mundorum innumerabilium, quorum converſatio diviſa eſt ab invicem ſubtili & inviſibili myſterio ipſorum exſiſtentium in intentione divinarum & revelationum contrariarum ipſarum in omni hora. Ipſe autem Deus noſter nos faciat ſempe. videre eum in nuditate mentis, & poſtea immediate in Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum: cui ſit gloria, Amen.

CAPUT XLVIII.

De oſtio ſecretorum.

Fides eſt oſtium ſecretorum. Nam quemadmodum corporales oculi, ſubſtantialibus rebus; ſic eſt fides, oculis occultis & intelligibilibus theſaurus. Oculos duos habemus animæ, ſicut dicunt Patres, velut duos oculos corporis; nec eſt idem uſus aſpectus in utroque. In uno enim oculo intuemur occulta gloriæ Dei, quæ occulta in naturis: ſcilicet potentiam ejus, ſapientiam ipſius, & diſpenſationem ejuſdem coæternam circa nos, quæ comprehenditur ex magnitudine regiminis ejus apud nos: & in hoc oculo cæleſtes Ordines conſervos noſtros videmus: in oculo alio contemplamur gloriam naturæ ejus ſanctæ, hoc eſt, ipſius Dei beneplacitum quando fuerit Deo, inducere nos in ſecreta ſpiritualia, & mare fidei aperire in animo noſtro. Gratia poſt gratiam data eſt hominibus; pœnitentia ejus eſt regeneratio ſecunda ex Deo, & arra quam ex fide recepimus, per pœnitentiam recepimus donum ejus. Pœnitentia eſt porta miſericordiæ, quæ aperta eſt perſequentibus eam. Per hanc portam intramus ad divinam miſericordiam, & abſque introitu illo non invenimus miſericordiam; quia [a] *omnes peccaverunt* juxta divinam Scripturam, *juſtificati gratis per gratiam ejus*: & oritur in corde a fide & timore. Timor autem eſt baculus ſpiritualis, nos gubernans quouſque perveniamus ad paradiſum ſpiritualem bonorum; & cum ibi applicamus, dimittit nos ut revertamur. Paradiſus eſt caritas Dei, in qua eſt delectatio cunctarum beatitudinum, ubi beatus Paullus nutritus eſt cibo ſupra naturam: ex quo guſtavit in lignum vitæ, clamavit dicens: [b] *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparavit Deus diligentibus ſe.*

De hoc bono fuit prohibitus Adam, non conſilium diaboli. Lignum vitæ eſt caritas ex qua excidit Adam, & ulterius non occurrit ſibi gaudium, ſed in terra ſpinarum operatur & laborat. Qui de caritate Dei ſeparati ſunt, panem ſudoris comedunt in operibus ſuis, quamquam in rectitu-

a Rom. III. 23. 24. b I. Cor. II. 9.

1. *Quem -- poſuit*] Forte, *aliquem -- poſuerit*. 2. *Mundorum*] Edit. Pariſ. 1644. *mandatorum*. At Lugdun. 1677. ut in textu.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.



dine ambulent, quem protoplastus visus est comedere post occasum donec inveniamus caritatem. In terra spinarum est operatio nostra & inter spinas seminamus & metimus, quamvis semen nostrum fuit semen justitiæ, & in omni hora pungimur ab eis; & quantumcumque justificemur, in sudore vimus vultus nostri; & quando invenimus caritatem, pane cælesti vescimur & confortamur sine opere & labore. Cælestis [a] *panis est* Christus, *qui de cælo descendit & vitam tribuit mundo*. Hic est cibus Angelorum. Qui caritatem invenit, Christum manducat in unaquaque hora, & fit immortalis. Ait enim: [b] *Qui comederit panem quem ego dedero ei*, mortem non gustabit, vel *vivet in æternum*. Beatus autem qui comedit de pane caritatis, qui est Christus: Christum enim comedit qui est omnium Deus. Et testatur beatus Joannes dicens: [c] *Deus caritas est*. Igitur vitam ex Deo fructificat, qui in caritate vivit; & in hoc mundo exsistens illum aerem resurrectionis odoratur; ita isto namque delectantur justi in resurrectione. Caritas est regnum quod [1] permisit Deus figuratim vel figurative Apostolis comedere in regno suo. Quid enim comedetis & bibetis in mensa regni mei? Caritas enim sufficiens est nutrire hominem pro cibo & potu: hoc est vinum quod lætificat cor hominis. Beatus qui bibit ex vino isto: ex hoc biberunt impudici, & facti sunt pudici: & ebrii, & facti sunt jejuni, seu jejunatores: & peccatores, & obliti sunt vias offensionum: & divites, & affectarunt paupertatem; & pauperes, & ditati sunt spe; & fragiles, & facti sunt robusti; & idiotæ, & facti sunt sapientes. Sicut impossibile est transire magnum mare sine navi, sine vasculo; sic non potest aliquis sine timore transfretare ad caritatem. Mare fœtidum quod statutum est inter nos & caritatem, intelliges. Paradisum cum vasculo pœnitentiæ transfretare possumus, habentes pro remigatore timorem: quod si isti remigatores timoris non gubernant hanc navem pœnitentiæ cum qua transimus mare hujus mundi ad Deum, submergimur in fœtido mari. Pœnitentia est navis, timor vero gubernator ejus, caritas portus divinus: facit ergo timor nos sedere in navi pœnitentiæ, & transfretat nos mare mundi fœtidum, & ad portum divinum qui est caritas, perducit nos, ad quem respiciunt omnes qui laborant & tribulantur in pœnitentia. Cumque pervenimus ad caritatem, pervenimus ad Deum, & via nostra perficitur; & inde transimus insulam quæ est ultra mundum, ubi Pater, & Filius, & Spiritus sanctus facit nos dignos gloria sua caritateque per timorem: cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT XLIX.

De duplici scientia, scilicet naturali, & quæ est ex fide, & de mensura utriusque.

EST scientia præcedens credulitatem, & scientia quæ nascitur ex credulitate. Scientia quidem præcedit credulitatem in naturalibus; scientia vero quæ nascitur ex credulitate, est scientia spiritualis. Scientia naturalis est, quæ discernit bonum a malo, & vocatur discretio naturalis, in qua novimus bonum, & discernimus bonum a malo. Naturalis, absque documento hanc posuit Deus in naturali natura, & a documento additamentum suscepit & augmentum, nec est aliquis qui hanc non habeat. Hæc autem virtus naturalis, discretio est boni & mali quæ moventur incessanter in ipsa; & qui privati sunt ea, inferius naturali natura subsistunt; & qui habent eam in motu naturali, recte consistunt, nec habent aliquam confusionem in his quæ contulit Deus naturæ ad honorem naturalium suorum. Illos vero qui hanc agnitionem perdiderunt quæ discernit bonum a malo, & inter illos qui perdiderunt eam, [d] *assimilavit insipientibus jumentis non* habentibus rationem nec discretionem. In hac impossibile est invenire viam Dei & scientiæ naturalis; & hæc præcedit credulitatem. Hæc etiam ductrix est ad Deum, quia in eo cognoscimus bonum a malo. Hanc recipere credulitatem testatur utique virtus naturæ, quod deceat hominem credere illi qui perducit ad creatorem. Hæc omnia [2] & credere verbis mandatorum eorum & facere ea quæ ex credulitate nascuntur.

Naturalis vero scientia quæ est discretio boni & mali, quæ ex Deo est imposita naturæ, nec suggerit nobis quæ debeat credere Deo qui producit omnia. Et credulitas facit in nobis timorem; & timor compellit nos pœnitere ac operari; & Deus est dator spiritualis scientiæ hominum quæ est perceptio secretorum, quæ parit fidem veræ contemplationis. Diximus & non simpliciter, ex credulitate tantum nuda nascitur spiritualis scientia, sicut dixit sanctus Joannes Chrysostomus. Quod quando quis acquisierit voluntatem sequendi timorem Dei & secretam prudentiam, cito recipit revelationem secretorum, id est, spiritualem scientiam hominis. Timor autem Dei parit hanc spiritualem scientiam: quia in natura non est adjiciens, nasci non potest: sed accidentatur scientia hæc, dum fit operatio in timore Dei; & invenis, quia pœnitentia & scientia spiritualis hæc est. Hæc siquidem quam diximus, quod ejus arram recepimus in baptismate, pœnitentiam vero recepimus, donum ejus; & donum quoque quod diximus quando per pœnitentiam recepimus, est hæc scientia, spirituale donum scilicet, quod per efficaciam timoris Dei datur.


CAPUT L.

De scientia spirituali.

SPiritualis scientia est occultorum perceptio: & quando quis hujusmodi invisibilia, & valde superacuta adsumit, ex his spiritualis scientiæ nomen nascitur in ipsius perceptione, & credulitas alia quæ non est contraria primæ, sed certificans credulitatem illam quæ est, & vocavi eam credulitatem contemplationis: usque illuc est auditus, aspectus vero certior est auditu. Hæc ergo omnia ex illa scientia discernente bonum a malo quæ est in natura, nascuntur; & semen bonum virtutis est, quod jam dictum est. Quando vero hanc naturalem scientiam revelaverimus in voluntate nostra voluptuosa, ex omnibus his bonis [3] excedit: sequitur ergo hanc scientiam continua scientia, memoria mortis, indeficiens solicitudo quædam tormentum exsistens, usque ad exitum istum: post hanc tristitiam & mæstitiam, timor Dei; quæ est a natura tristitia pro prioribus peccatis, decens studium, etiam omnia communis vitæ & solitudo divinitatis ejus, petitio cum gemitu a Deo intrandi ad por-

a Joan. VI. 33. b Ibid. ℣. 52. c I. Joan. IV. 8. d Psalm. XLVIII. 13. 21.

1. *Permisit*] Legendum videtur *promisit*. 2. *Et cred.*] Forte, *est cred.* 3. *Excedit*] Al. *excedis*.



tam istam; quæ est omnis naturæ istius conceptus mundi, & multum pro virtute certamen.

Hæc omnia inveniuntur in scientia naturali: faciat ergo collationem de spiritualibus operibus suis & ista; & cum inventus fuerit in istis, in via naturali ambulet; & quando de his fuerit elatus, & ad caritatem pervenit extollens supra naturam, & recedit ab eo certamen & timor & labor & fatigatio quæ consistit in cunctis. Hæc sunt sequentia scientiam naturalem, & hæc eadem invenimus in nobis, quando revelamus eam voluntate nostra voluptuosa; & in his donis pertingimus ad caritatem quæ nos liberat ab omnibus his. Ex supra dictis ergo consolationem faciat quis, & perscrutetur semet ipsum in quibus ambulat, utrum in illis quæ sunt contra naturam. Ex modis perfecte prædictis, cito quis invenire potest regimen totius viæ suæ; & cum non fuerit inventus in his quæ secundum naturam dicta sunt a nobis quæ distinximus, nec est in his quæ sunt supra; manifestum est, quod in illis quæ contra naturam sunt, detectis.

CAPUT LI.

De tentationibus.

Non est enim tentatio bona quæ non fit a gratia divina incidente in corde, nec cogitatio mala propinqua est animæ, nisi ad tentationem & probationem. Homo qui pervenit ad agnitionem mensuræ infirmitatis, hic ad humilitatis perfectionem pervenit. Qui conducit charismata Dei ad hominem cordis & quod ad indeficientem negationem movetur, qui conducit tentationem ad animam, cogitatus est murmurationis qui movetur semper in corde: omnes infirmitates hominis sustinet Deus, hominem murmurantem non sustinet nisi corrigat: cum anima enim omni caret illuminatione scientiæ, in hujusmodi tentatione invenitur. Os vero semper laudans Deum, benedictionem accipit a Deo, & perseverans in actionibus gratiarum, in ipsum supervenit: gratiam præcurrit humilitas, & cogitationem præcedit operatio. Qui superbit, in blasphemia cadere permittitur, & qui de operatione virtutum extollitur, & qui Deum præ oculis non habet, contra Deum vel contra proximum semper pensat, in fornicationem permittitur cadere, & de sapientia [1] elevatur, tenebrosos ignorantiæ laqueos patietur. Qui ignorat omnem hominem memoria Dei, auxilium invenit ab omni homine in occulto vultu Dei. Qui se objicit pro injuria patienter, Deum inveniet auxiliatorem sibi. Qui pro malitia fratrem suum accusat, Deum inveniet accusatorem suum. Qui occulte proximum corrigit, malitiam ejus sentit. Qui vero in conventu accusat delicta, vulnera exacerbat. Qui occulte corrigit fratrem suum, affectum caritatis ostendit: amicus in occulto redarguens, sapiens medicus est. Signum compassionis est debiti indulgentia: & signum malæ operationis, culpanti contradicere. Qui ad sanitatem reprehendit, in caritate corrigit: qui autem quærit vindictam, in animo sine caritate. Deus in caritate corrigit non ulciscens, sed quærit ut sanetur imago ejus, & ad tempus non servat iram usque: hic modus caritatis ex rectitudine est, & maliciose ad communicationem non declinat. Justus sapiens similis est Deo: non corrigit ulciscens malitiam, sed ut correctus dirigatur, ut ceteri caveant. Correctio huic correctioni non est dissimilis. Qui vero in fortitudine suæ scientiæ admirans in contemplatione divinæ scientiæ, contemplatur magnitudinem carnis inquisitione, a virtute non derivat, & in corde suo elevatur. Qui dirigit mentem suam ad dignam Dei retributionem, ipse ad profundum humilitatis corpore & anima descendit in conversatione sua: cum vero scientiæ proximus totus elevatione elevatur, & quantumcumque elevatus fuerit, ascensio suæ scientiæ non perficitur, donec gloriæ sæculum per se quæratur. Quantum quis proficit apud Deum, tantum ejus vestigiis adhærebit; & in secundo sæculo faciem ostendet illi, non quod est: quia justi in sæculo etiam fidem Dei in ænigmate conspiciunt, in futuro vero manifestationem veritatis contemplantur.

Ignis in siccis lignis accensus difficilius extinguetur. Et calor Dei qui fit & incidit ad cor renuntians sæculo, ejus ignitio non extinguitur, & est acutior igne. Vel vinum membra subjectans omnibus, oblivionem inducit fortitudine sua; & cum memoria Dei usum tenet in mente, visibilium memoriam tollit a corde. Mens quæ invenit sapientiam spiritus, similis est illi qui naviculam paratam ad transfretandum invenit; & cum sedet in ea, transducit de mari mundi, & facit applicari insulam futuri sæculi: sic est sensus futuri sæculi in hoc mundo, sicut navicula parva in mari; & qui appropinquat illi, non ulterius laborat in fluctibus phantasiæ hujus mundi. Negotiator forte sua finita properat ire domum suam, & monachus residuo vitæ suæ futurum sæculum desiderat; quoniam redemit tempus suum, & arram recipit suam. Quamdiu est negotiatio in mari, timor possidet mentem suam, ne forte fluctus surgant in eum, & submergatur spes operationis suæ. Et monachus quamdiu est in mundo, timor detinet conversationem suam, ne forte insurgat in eum hiems, & amittat quod est operatus.

Negotiator autem & monachus inspicit horam mortis; nauta consideratione dirigit navem suam; & monachus orationem respicit, quia corrigit semet ipsum & dirigit viam suam ad qualemcumque portum tendit conversatio sua. Monachus in oratione quæ fit per horam, vidit insulam in qua alligabit naviculam suam, & inde transit ad aliam insulam. Hæc est via monachi transeuntis de scientia ad scientiam, & profectu scientiarum proficit, donec descendat de mari & ad sanctitatem veram perveniat via sua, in qua habitantes non amplius negotiantur, sed unusquisque in suis deliciis requiescit. Beatus homo cujus via non est confusa in hoc mundo magno, id est, in mari magno. Cum gaudio ad portum qui natat nudus, mergitur in mari, donec inveniat margaritam: & sapiens monachus nudus perambulat in hac vita, donec inveniat sibi monachorum margaritam Jesum Christum; & cum invenerit ipsum, non amplius possidet cum ipso aliquod antrum. Margarita in penetralibus custoditur: & voluptas monachi intus quietudine conservatur. In congregatione & multitudine virgo maculatur: & mens monachi multorum locutione violatur.

Avis ab omni loco currit ad nidum suum, ut pascat pullos suos; & monachus discretus accelerat ad habitaculum suum, ut in se ipso faciat fructum vitæ. Serpens cum tactum fuerit totum corpus ejus, custodit caput: & monachus ab omni malo fidem suam, quæ principium est vitæ suæ. Nubes operit solem: & multa verba operiunt animam incipientem illuminari in contemplatione orationis. Herodius secundum dicta sapientum tunc exsultat & lætatur, quando est in deserto: & anima nostra tunc gaudium accipit cæleste, cum elongaverit se ab

1. *Elevatur*] An *elevatus*?

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 548.

-nibus, & vadens habitat in regione quietis, & ex- A spectat tempus exitus sui. Dicitur de Syrene quod audiens vocem ipsius modulationis, proprii oblivi- scitur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur sic & res animæ, cum pervenerit in ipsam dulcedo cælestis præ modulatione suavitatis verborum Dei, quæ subintrant cum sensu intellectum; sic tota abiit post ipsam, ut obliviscatur ipsius vitæ temporalis, & destruat corpus delectationibus suis, & exaltatur ad Deum de vita sua. Arbor nisi projiciat folia priora, non producit recentes ramos: & monachus nisi prius projiciat a corde suo memoriam priorum, non producit recentes ramos & fructus in Christo Jesu. Ventrem impinguat fructus: & solicitudo Dei fructus animæ. Canis qui lingit ulce- B ra, prius sanguinem bibit, & nocumentum non sentit propter dulcedinem quæ fit ad horam: sic & monachus vanam gloriam bibens propriam vitam consumit, & non sentit nocumentum, propter dulcedinem quæ ad horam fit gloriæ sæcularis.

CAPUT LII.

De abstinentia spirituali.

DIxerunt Patres; in animam gulosam vitia revertuntur, quæ prius subjecta fuerant & expulsa. Nubes parva cooperit circulum solis, & sol cum nube fovet multum, & mæstitia modica coope- C rit animam: si tamen ejus gaudium exsistit magnum verbis mysteriorum divinæ scripturæ sine petitione & oratione & adjutorio Dei, nec appropies, sed dic: Domine, da mihi sensus virtutis, & quæ in ipsa est. Clavem intellectum verborum verorum quæ sunt in divinis scripturis orationem existima esse. Cum volueris appropinquare Deo corde tuo, prius in temporalibus ostende laborem tuum. Ex his enim principium conversionis est: multum enim appropinquat cor Deo, in subtractione necessitatis, in abstinentia unius specialis cibi, & sequitur operibus, & Dominus ex hoc facit fundamentum humilitatis. Existima otiositatem, principium obtenebrationis animæ. Sunt obtenebrationes autem super te- D nebrationes collocutionis sermonum sæcularium, primum occasio secundi & secundum primi. Et utiles sermones sine mensura probati obtenebrationem etiam faciunt: vilificatur enim anima multitudine collocutionum, quamvis præparatio ejus sit in timore Dei. Obtenebratio animæ ex inordinatione conversationis fit mensura, & tempus in conversatione illuminat mentem & confusionem expellit. Confusio mentis quæ est ab inordinatione, obtenebrationem facit in anima, & obtenebratio turbationem. Pax ex ordinatione fit, & lux ex pace nascitur in anima, [1] & ex luce & pace. Mundus aer in mentem secundum mensuram appropinquationis cordis ad sapientiam, sic suscipit gratiam a Deo. Discretio sapientiæ occupationum spiritus est extramundanarum; sicut sentis in anima tua, quia in sapien- E tia spiritus silentium tenet in anima. In sapientia autem mundi fons occupationis actus est: post inventionem autem primæ sapientiæ, impleveris humilitate multa & mansuetudine & pace regnante super omnes cogitationes tuas; & membra tua cessabunt & requiescent ex turbatione & inquietudine. Post inventionem autem sapientiæ secundæ, id est, mundanæ, possides superbiam in sensu tuo, & cogitationes immundas indicibiles & turbationem intellectus, dominationem & obdurationem sensuum & levationem. Non existimes hominem in oratione fiducialiter agere coram Deo, temporalibus obligatus.

Anima fraudulenta defraudatur sapientia: misericors autem sapientia & spiritu adjuvatur. Sicut oleum splendorem lampadis, sic eleemosyna nutrit animæ cognitionem. Clavis cordis divinorum donorum in caritate proximorum datur, & secundum mensuram solutionis cordis ex vinculis cordis aperitur coram ipso ostium cognitionis. Transitus animæ a mundo in mundum, susceptio intellectus est. Quam pulcra & laudabilis est dilectio proximi, si non solicitudo ejus extrahat nos a dilectione Dei. Quam speciosa est collocutio spiritualis fratrum nostrorum, si possumus custodire, cum dat, collocutionem Dei. Ergo bonum est nomen tacere: probet bonæ operationis sive boni operis & conversionis occasionem indeficienter ad Deum. Confusio enim secundi ex stabilitate primi. Non sufficit autem mens ad duas collocutiones: unum tantum habet collocutorem constitutum & timentem Deum, & semet ipsum custodientem; pauperem quidem exsistentem in tabernaculo suo, divitem vero in ministeriis Deo. Visio sæcularium confusionem facit animæ, rem mentitam propter opus Dei equidem. Spiritualium fratrum assidua locutio nocet, sæcularium autem & sola exterior visio operationem corporalem impedit. Qui vult ex parte mentis vindemiare gaudium, est in operatione absconditorum, & vices sine visione turbant requiem cordis: e converso, mortificatio super operatione sensuum non firmatur. Corporalis conversio evigilationem sensuum quærit: conversatio autem scientiæ evigilationem cordis. Sicut in natura melior est anima corpore, & sicut plasmatio prævenit animationem; sic & corporalia coram eo opus animæ. Magna est virtus, parva conversatio perseverans: petram duram volvit.

Quando incipit in te spiritualis homo surgere, mortificatio ex hominibus evigilet in te, & ferveat in gaudio anima tua supernæ similitudine creationis, & non pacificantur cogitationes pro delectatione cordis tui. Et quando incipit mundus surgere in te, occupatio mentis tuæ multiplicatur, & prudentia sæcularis & inordinata: sæculum autem voco vitia quæ pavit occupatio; & quando concepta fuerint & perfecta, perficiuntur peccata, & interficiunt hominem. Sic non fiunt vitia sine occupatione mentis, nec consummatio peccati sine multiloquio vitiorum. Cum remultiplicata fuerit patientia in animabus nostris, signum est, quod recepimus in occulto gratiam consolationis. Fortitudo patientiæ, fortior est passionum cadentium in corpore: vita in Deo directa sensuum: quando autem vixerit cor, cadunt sensus. Resurrectio sensuum est mortificatio cordis a Deo ex virtutibus: quando sine homine fiunt, non recipit conscientia rectitudinem. Virtus quæ per alios operatur, quæ scilicet valet mundare animam: ad mercedem enim opus æstimatur & perficit virtutem; utrumque & munditiam facit: propter hoc sapere primo, & secundum quæritur præter solicitudinem quæ in hoc relinquitur aliquid, manifestus animus a Deo; secundum autem & locum primi adimpletur sine operatione ejus. Requies & otiositas est perditio animæ, & magna quam dæmones possunt nocere. Corpus infirmum si supra virtutem suam operari cogis, obtenebrationem imponis animæ, & confusionem magis superinducis. Corpus vero forte si otiositati & requiei dederis, omnis malitia animæ habitabit in eo. Et qui bonum desiderat, sed tepide, & illud bonum a se ipso tollit. Cum anima inebriata fuerit in gaudio spei supernæ lætitiæ Dei, insensibile fit corpus ejus ad tribulationem, quamvis in-

1. *Et ex luce & pace*] Forte, *& ex luce pax*.

firmum fit. Sustinet enim duplex onus: scilicet infirmitatis & tribulationis. Et non intelligit, sed concupiscit in deliciis animæ.

Si custodieris linguam tuam, o frater, datur tibi gratia a Deo compunctionis cordis, ut in ipsam animam tuam intres, & in hoc in gaudium spiritus. Si lingua tua te vicerit, crede mihi in hoc quod dico tibi, numquam poteris exsilire a tenebris. Si non habes cor mundum, saltem habe cor purgatum, sicut beatus Hieronymus dixit. Cum volueris aliquem admonere ad bonum, prius da sibi quietem corporalem, & honora eum in sermone caritatis. Nil sic verecundari facit hominem & commutari a malitia sua ad meliora, sicut & corporalia bona & honor quem sibi videt exhiberi. Quantum agonem aggreditur quis pro Deo, tantum cordi ejus in oratione fiducialius operatur. Et quantum a multis occupatur, tantum fundatur adjutorio Dei. Ne tristeris, nec conturberis in calefactionibus corporis: mors enim accipiet eas a te perfecte. Ne timeas mortem, quia Deus te fecit super mortem.

CAPUT LIII.

De sobrietate & continentia.

HIC est ergo sobrius & Deo amabilis, non respicere oculis hinc inde, sed semper ante se otiosa verba loqui, sed tantum necessaria. Indumentis vilibus contectum esse ad necessitatem corporis, & sic cibis ad sustentationem corporis uti, ut non gastrimargiæ, & participare parum de omnibus, & non hæc reprobare & hæc eligere, nec impleat ex ipsis ventrem: major est enim omni virtute discretio, [1] vinum propter infirmitatem & debilitatem non sumere. Non præscindas verbum loquentis. Nec sicut indoctus respondeas, sed sicut prudens tacitus esto. Ubicumque inventus fueris, minorem te ipsum æstima & servum fratrum tuorum. Ne denudes aliquid tuorum coram aliquo membrorum tuorum, nec appropies corpori alicujus præter necessitatis caussam. Nec corpori tuo permittas aliquem appropinquare; nisi ut dixi, de caussa rationabili. Declina a fiducia mulierum sicut a morte: posce sobrium ordinem & sanctum, ne elongetur a te virtus quæ te custodit. In quocumque loco dormieris, si possibile est, nullus te videat. Spiritum coram aliquo non projicias: si evenerit tibi tussis sedenti ad mensam, verte faciem tuam retro, & tussi.

Cum sobrietate comede & bibe, sicut decet filios Dei. Ne extendas manum tuam ut accipias a conspectu ita coram aliquo, quid proximi tui inverecunde vel præsumtuose. Si autem sederit tecum extraneus, admone eum semel & bis ut comedat; & ordinate ponas te ad mensam, non turbulente; & ornate sedeas & honeste, non denudans quid membrorum tuorum. Cum oscitas, operi os tuum ne videaris; retines enim aspirationes transiens si potes. Si intraveris præceptoris tui cellam, aut amici aut discipuli, cave ne videas aliquid ibi. Si non vero fueris coactus, hoc non facias. Quia quis in his assiduus est, alienus est monastici habitus & Christi qui hunc donavit. Ne respicias loca, in quibus abscondita sunt vasa amici tui. Cum tranquillitate aperi ostium proximi tui, & claude similiter. Non subito ad aliquem introeas, sed pulsans ut externus, permissus ingredere. Ne sis velox in

A gressu tuo præter caussam necessariam te compellentem. Esto omnibus obediens in omni tempore præter avaros, & amatores: possessionem autem non sequeris, ut non fiat opus diabolicum. Mansuete cum omnibus tracta, & cum sobrietate, & honestate omnes aspice, & ne impleas oculos tuos aspectu alicujus rei ambulans in via, ne prævenias majorem te. Si autem tardaverit socius tuus parum dum progrederis, exspecta eum: qui enim hoc non facit, insipiens est. Quando loquitur socius obvianti, exspecta eum. Sanus dicat infirmanti, ante tempus faciamus necessitatem. Ne arguas aliquem in aliquo delicto: sed te ipsum in omnibus æstima culpabilem & delicti caussam. Omne opus vile cum
B omni humilitate facere non recuses.

Si coactus fueris ridere, non appareant dentes tui. Compulsus loqui cum muliere, averte faciem tuam a visione ejus, & sic cum ea loquere. A monialibus fuge, sicut ab igne & laqueo diaboli; fuge obviationem earum & collocutionem & visionem, ne colorent cor tuum sordibus vitiorum, quamvis sint sorores tuæ secundum carnem: sicut ab extraneis te custodi. A fiducia juvenum & allocutione fuge, sicut ab amicitia diaboli. Unum habe collocutorem & consortem timentem Deum, & semet ipsum custodientem: pauperem quidem exsistentem in tabernaculo suo, divitem vero in ministeriis Dei. Ab omnibus absconde mysteria tua, & tuas opera-
C tiones serva. Ne sedeas coram aliquo sine habitu tuo, præter necessitatem. Cum sobrietate ad necessaria tua egredere sicut verecundans custodiente te Angelo, & timorem Dei perfice. Melius est tibi comedere venenum mortiferum, quam cum muliere comedere, quamvis sit mater tua vel soror tua. Melius est habitare cum dracone quam dormire cum aliquo, & cooperiri cum eo, quamvis sit tibi frater secundum carnem. Si dixerit tibi, quis major te, tibi ambulanti in itinere: veni, psallamus: noli esse inobediens ei. Si autem non dixerit, lingua quidem tace, corde vero Deum glorifica. Non resistas alicui pro aliquo, nec certes, nec mentiaris, nec jures per nomen Dei. Despice te ipsum, &
D alios non despicias. Injuriam sustine, & alii injuriam non eroges. Melius est corporalia corrumpi cum corpore, quam damnificare quid animæ. In judicio cum aliquo non introeas, sed sustine condemnatus vel condemnabilis exsistens. Ne diligas animæ tuæ qnid sæculare, sed subditus esto ducibus & principibus, & a conjunctione ipsorum te ipsum abstine: ipsa namque illaqueatio est illaqueans negligentiores in perditionem. O gulose, qui propriam quæris curare gulam, melius est tibi mittere in ventrem tuum carbones ignis, quam frixaturas divitum & principum. Superfunde tibi semper omne oleum misericordiæ, & esto observans te ab omnibus. A multiloquio te ipsum custodi: illud enim extinguit
E in corde motiones intellectuales a Deo pullulantes. Fuge dominari cum prælatis Ecclesiæ, ac cum aliis, sicut a leone audaci. Et in plateis iracundorum aut compugnantium ne transeas, ut non impleatur cor tuum furore, & detur animæ tuæ erroris obscuritas. Ne habites cum superbo: ut enim sancti sancta operatio auferatur ab anima tua, & efficiatur habitaculum omnium vitiorum. Has depositiones si servaveris o homo & custodieris te ipsum in meditatione Dei in veritate, videbit anima tua in semet ipsa lumen, & in sæculum non tenebrescet: ipsi honor & gloria in sæcula. Amen.


1. *Vinum propter*] Forte, *vinum* NISI *propter*

INDEX CAPITUM

LIBRI DE CONTEMTU MUNDI,

S. ISAACI SYRI.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 548.



S. LEONIS
EPISCOPI SENONENSIS
EPISTOLA
AD CHILDEBERTUM FRANCORUM REGEM. *

DOmno inluſtri, & in Chriſto filio, Childeberto Regi, Leo Epiſcopus.

Litteras Celſitudinis veſtræ honore quo dignum eſt, me indico ſuſcepiſſe; ubi ſperare dignamini, ut ad ordinandum Mecledonenſem epiſcopum aut præſentia noſtra adeſſe debeat, aut conſenſus. Quam rem valde admiratos nos gloria veſtra cognoſcat, quod primum ſine juſſu glorioſiſſimi Domni principis noſtri, filii veſtri Theudoberti regis, cujus ſumus regni ordinatione ſubjecti, injungitis ut ea quæ ante acto tempore facta non ſunt, nunc præſentia noſtra aut conſenſu debeant inchoari. Præcipue numquam nec ſuſpicari, nec credere potuimus, quod hanc aut ordini noſtro, aut etiam temporibus veſtris velletis injuriam generari, ut diœceſim noſtram a Deo nobis commiſſam, & uſque nunc pontificali ordine Deo propitio cuſtoditam, tamquam negligentes ac deſides, ad alterius permittamus poteſtatem tranſire, aut ſolicitudinem inrationabilis deliberatione transferri. Unde ſalutantes digno ac debito in Deo caritatis affectu, rogamus ac conteſtamur, ne ullus pontificum contra ſtatuta patrum audeat facere, unde poſſit ſynodali examinatione convictus de inlicita præſumtione culpari. Illa tamen veſtris debent fieri, Deo inſpirante, temporibus, unde & pax inter ſacerdotes eſſe poſſit, & plebs non permittatur a paſtoris proprii cuſtodia per novam & inlicitam ordinationem divelli. Cuſtodite, quæſo, ſtatuta patrum, & canonum ſeveritate conſtricti, non patiamini ſicut ſcribitis ad petitionem ejus plebis ſuperſtite proprio ſacerdote alterum epiſcopum ordinari. Quia ſi hoc petunt, quod nefas eſt credi, deſertores potius judicandi ſunt quam fideles. Et non eorum preces facile audiri debent a principe, quorum petitionibus potius generentur ſcandala, quam pax Deo amata ſervetur. Quia ſicut beati ſunt pedes pacem portantes, ita væ his dictum eſt per quos venit ſcandalum. Qui ſi fortaſſe ob hoc alterum epiſcopum ſibi fieri rogant, quia nos interclusis itineribus ad eos nec viſitatorem mittere poſſumus nec venire; iſta culpa nos non reſpicit: quia ſi iter a veſtra parte, ſicut optime noſtis, interclusum tanto tempore non fuiſſet, quamvis ſenes aut infirmi, populum nobis eccleſiaſtica diſciplina commiſſum requirere potueramus, aut certe viſitatorem, ſicut canones ſtatuunt, deſtinare. Nam gloria veſtra optime debet & credere & ſcire, quia ſi contra ſtatuta canonum quicumque epiſcoporum ſine conſenſu noſtro Mecledone epiſcopum voluerit ordinare, uſque ad Papæ notitiam vel ſynodalem audientiam, tam hi qui ordinaverint, quam qui ordinatus fuerit, a noſtra erunt communione disjuncti.

Leo Chriſti ſervus ſubſcripſi.

* Ex Cointii Annalibus eccleſiaſticis Francorum, tom. I, pag. 604. nec non ex Appendice operum S. Gregorii Epiſcopi Turonenſis, edit. Ruinart. pag. 1328.

RUSTICI

S. R. E. DIACONI CARDINALIS

CONTRA ACEPHALOS

DISPUTATIO.

Recensita denuo ac multis in locis restituta.

RUSTICI

S.R.E. DIACONI CARDINALIS

CONTRA ACEPHALOS DISPUTATIO.

PRÆFATIO.

EGO quidem & peccata & necessitates & mensuram meam sciens, sæpe proposui taciturnitatem præhonorare dogmatissmo; maxime, quoniam numquam sic perturbata fuerunt quæ ad Christianos pertinent, sicut nostris temporibus: primum quidem, quoniam nullus studia priscorum æmulatur, sed effectus discutit; & semet ipsos, eorum qui pridem quieverunt in Domino, non filios confitentur, sed judices ordinant; addentes his, quantas nec est numerare calumnias. Et hoc apud Acephalos quidem, sicut dicit oportet, omnes; apud hos autem qui noviter exstiterunt, soli præcipue laici: quibus & hi qui dicuntur Episcopi atque Presbyteri & Diaconi, & reliquus clerus, & monachi, quidam errore, nonnulli avaritia, aliqui ambitione, magis autem cuncti, omni malo, Christianorum libertatem & fiduciam & sanum zelum usque adeo abjecerunt, ut quod ad ipsos attinet, nec spem correctionis ultra reliquerint. Cum his vero universa Christianorum virtus abscessit; dum quod commune ac Domini Christi est, nullus vere curat, nec verbo dignum reputat: [a] omnes autem iis quæ sua sunt, acrius quam vel aliquando studect; & omnem spem super illos constituunt, per quos hac large frui sperant. Quod vero hæc vera sint, res ipsæ testantur: omne siquidem vestigium virtutis abscessit; omne autem nequitiæ diluvium Romanam rempublicam mersit. Hæc igitur menti meæ proponens, abstinendum quidem ab hujusmodi abominationibus judicavi, solis vero vacandum fletibus; & incessanter, divinam sustinendam sententiam, in multos jam pridem, frequenter ac fortiter desuper fulminantem. Sed quid dicam, relinquendi mundum, licet voluntate omnino festinus, infirmissimus tamen virtute? solum mihi reliquum est de tuis orationibus sperare. Revertar ergo ad quod mihi propositum est. Hæc & his similia, me solicite cogitante; zelus quidem non quiescebat, ratio vero e contrario suggerebat: Quid coartaris o homo, & tantummodo autumas desperandum, inspiciens solum humanas impietates, & oblivifcens divinum nutum? Attende illum qui sæpe desperata iterum suscitat; qui mortua toties vivificavit ut Dominus: qui enim pro [b] *impiis mortuus est*, neque nunc habet universam despicere creaturam. Et mundus quidem prodit quod suum est, & quo vergit a proprio Factore declinans: misericors vero Dominus non despiciet propterea magis demonstrare quod suum est. Tu interim non occultes quod tibi commissum est [c] aut decem talenta, aut unam parvissimam particulam; ne ille postea veniens, propriæ pecuniæ requirat usuram. Deinde unde scis, quia neque multi, neque pauci, neque ullus, his quæ dicuntur assentiet, aut ad non cadendum aut ad remeandum ad fidem Domini Christi? Quando vero, & quod cunctorum deterius suspicamur, evenerit, nullum tu pertulisti dispendium: quin immo & tamquam cuncta compleveris, coronas excipies: integerrimus namque ac fortissimus, quin potius misericordissimus Judex, non a fine, sed a voluntate & intentione judicat caussas. Dum igitur undique tibi omnino tacendi excusatio sit occlusa, & ad non tacendum merces incaduca proponatur; si tacueris, temet ipsum prorsus pœnæ addices. Nec enim accusationes iniqua gerentium sunt verendæ; Domino infinitæ beatitudinis procuratrices ostensæ sunt: nec ea quæ a prohibentibus te, tibi inferuntur, exsilia sive custodiæ, variæque afflictiones & diversæ angustiæ: non enim gehennæ terrori sunt paria. Memento Christianum te esse, atque Diaconum: & hoc, summæ totius universitatis Ecclesiæ. Si importabile onus est ordinis, quare ullo modo aggressus es dignitatem? Semel Diaconus factus, ejus votis obligatus es Deo: alioqui debuisti refutare prius, & circa hujusmodi gradum cum adversario tenere pacem, perquirens [d] si tu cum decem millibus, viginti adversarii millia evincere potuisses. Hæc & his similia, prout possum, conscribere me compellunt. Tuæ de reliquo erit orationis, si bona fuerit dictio hominis, qui vix de rectitudine fidei sola præsumo; non malevolentia, absit, sed quod certo meæ infirmitatis conscius sim. Intentio igitur mihi est, ea quæ sæpius in collocutionibus, tam Constantinopoli quam Alexandriæ Ægypti, sive in Antinoo Thebaidis & in adjacentibus locis, seu lecta, sive etiam dicta, vel per me vel per alios defendentes, de fide definitionem sanctæ synodi Chalcedonensis collige-

[a] Philipp. II. 21. [b] Rom. V. 6. [c] Matth. xxv. 28. [d] Luc. xiv. 31.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

re: contraque adversariorum quæstiones quas similiter comperi, coaptare, ad consummationem dumtaxat & firmitatem vel ornatum sermonis adjicere quæ oportet. Ut vero quæstionum solutionumque sit distinctio, propria, per singula, prænotatur ad ea quæ sunt dicta, persona: his quidem quæ nostra sunt, ORTHODOXI; his autem quæ illorum, HÆRETICI, sicut se ipsæ res habent, & procedente demonstrabitur libro; servata dumtaxat & circa hoc illa consuetudine, quia non omnia quæ a talibus dicuntur, talia sunt. Etenim etiam ex his quæ communiter confitemur multoties inchoantes, ea quæ sua sunt tentant demonstrare. Ne vero iterum confundamus eadem distinctione sermones, sed ut continue percurrat legentium memoriam, duabus tantummodo personis oppositiones discretæ sunt.

Silentium loci & temporis commoditas, & commune constitutum, & ab aliis rebus feriæ nobiscum interim (quod Deo favente dixerim) concurrerunt simul: sicut igitur promisisti, quidquid vis, congrue de his quæ inter nos discrepant, interroga, custodita scilicet a nobis omni patientia & bona conscientia. Memor esto ad hæc; quoniam pariter convenit absque omni linguositate, & ipsas (prout possibile est) verbis proferre res: me dicente, quia unus & idem filius Dei, filius hominis, Dominus noster Jesus Christus, in duabus naturis agnoscitur: te vero, utcumque placuerit.

HÆRETICUS. Si duas naturas dicis esse Christum, & non unam compositam; Christum vero genuit beatissima Virgo: duas ergo naturas genuit. Vocabitur igitur, ab his quas genuit naturis, Dei genitrix, & hominis genitrix: circa impiissimum Nestorium, qui eo quod æquæ virtutis putaret, duo nomina uni; id est, Dei genitricem & hominis genitricem uni nomini; id est, Christi genitricem, non Dei genitricem vocare, Virginem magis prælegit: amplius & diviso nomine, Dei genitricem, & hominis genitricem Nestorius dixit. At vero sanctæ memoriæ Cyrillus, Dei genitricem solum. Dicentes igitur duas esse naturas Christi; competenter Nestoriani vocantur.

RUSTICUS. Consequenter vosmet ipsos per cuncta confunditis, nolentes Domini Christi naturas discernere: te enim magis necesse est, Dei genitricem & hominis genitricem dicere, ut interim de qualitate nihil loquar ego sermonum. Si enim Christus una & composita est natura, hæc vero natura ex Virgine nata est; & hæc ipsa, Deus & homo est: igitur Deum & hominem genuit Virgo; & Dei genitrix & hominis genitrix nominatur? Si igitur ob hoc Nestorianos vocatis nos; neque vos, hoc nomine carebitis: non enim credimus hanc (ut dicitis) compositam naturam; Deum solum, vel certe purum nominare vos: eos enim qui sic Deum dicunt Christum, ut non confiteantur & hominem; hunc ipsum vestræ non arbitramini fidei. Sed nec Dei naturam vos arbitror putare compositam.

HÆRET. Nos Dei genitricem dicimus solum; propter hoc enim maxime, Nestorio beatissimus Cyrillus instabat.

RUST. Quid igitur? ad auferendam hominis genitricis vocem, voce hac beatus Cyrillus usus ostenditur, an ad aliquid aliud? Dic igitur, ad

A unum demonstrandum filium Dominum Christum, unam personam, unam substantiam.

HÆRET. Ad unum demonstrandum Christum, Dominum, Filium, unam personam, unam subsistentiam, unam compositam naturam.

RUST. Igitur secundum te hæc natura Deus est solum; cujus caussa Dei genitrix tantummodo nominetur.

HÆRET. Non Deus tantum, sed Deus incarnatus.

RUST. Cur ergo & Mater, non a Deo & carne nomen accepit, quæ ista generavit?

HÆRET. Quia caussa carnis Deus est, qui dum vellet dispensare salutem nostram, sumsit ut voluit, per quod quæ volebat impleret. Ergo & nativitas, & alia miracula, & voces, & passio, & omnia, ut breviter dicamus, Deo Verbo sunt reputanda per carnem, qui propter ista est incarnatus.

B

RUST. Sic ergo Deo reputanda sunt, ut de humanitate & alia modis omnibus denegentur, an de homine quoque seu carne ista dicenda sunt?

HÆRET. Solius Dei cuncta sunt reputanda, non eo quod puro accesserint, sed ipsi incarnato.

RUST. Sed multi sanctorum Patrum, ea quæ humanitatis sunt sive carnis, non oportere ab ea separari confessi sunt, sicut & in synodicis epistolis beatissimus Cyrillus, & in paternis testimoniis sancta synodus Ephesina, ad confirmandam suam rectam fidem ipsis gestis inseruit, decernens ita quædam, quæ carnis sunt, propter unitionem Dei Verbi personæ deputanda, ut tamen ea carnis propria fateamur.

C

HÆRET. Da, si tamen potueris, testimonia consonantia his quæ ipse dixisti, salvis dumtaxat, dum tempus exegerit, his quæ pro nostro dogmate proferemus. Verumtamen prius, si potes, caussas assigna cur non Deo soli omnia per carnem dispensata deputentur, sicut supra ostendimus.

RUST. Quia nec verum est, nec decet; immo insuper nocet. Non est verum, quia nihil horum non incarnato Deo, neque secundum quod Deus est tantummodo accessisse, vel ipsi dicere præsumetis: non decet autem Deum tamquam carnem Patre minorem, neque mortalem, neque ante Mariam non fuisse, neque initium exsistentiæ ab ipsa sumsisse, neque per mortem duabus partitum partibus Deum; id est, cum corpore, quam anima separatim: Si enim cuncta quæ carnis sunt, illi incarnato collidimus, vel quæ adsunt, tamquam sint; vel quæ desunt, veluti non adsint; invenitur Deus Verbum, nec æqualis, nec consubstantialis, nec indifferens, nec coæternus Patri, nec immutabilis ante resurrectionem; sed ex substantia, & ex substantia Virginis, quæ altera est ab illa quæ Patris est. Invenietur vero & homo & caro prædicari, & per hæc quod caro sit incarnata, & inhumanatus sit homo. Si vero & ea quæ Verbi sunt, carnis esse alterne dicamus; concluditur quia homo quidem consubstantialis & æqualis est Deo & Patri; Deus autem, minor a Patre. Et ex his de cetero; quia Verbo melior caro, & minus est Verbum carni propriæ comparatum: nec non, quia Pater major est carne; Verbum, minus; Pater igitur multo major a Verbo est, magis vero & ipsi Angeli. Multa quoque similia valens dicere, tuo intellectui derelinquo, incongruitatis (quin potius impietatis) evidentissimæ infinitam multitudinem atque magnitudinem congregare.

D

E

HÆRET. Ergo nihil quod carnis est, Dei est; neque quod Dei est, carnis est! & ubi nobis abierunt quæ scripturæ divinæ sunt? ubi illa quæ san-

ctæ synodi Ephesinæ, magis vero Nicænæ? ubi omnia pariter celeberrimi Cyrilli conscripta?

RUSTICUS Recordare, o optime; quia non dixi, nihil omnino eorum quæ Verbi sunt, de carne dicere, nos debere; nec e converso; sed quia non debent omnia: noli ergo inferre calumnias: sed ad propositum revertamur. Si igitur ut ex his claret, quia inutilis & noxius est omnium nominum indiscretus hic modus; verumtamen & propriam paginam requirit. Si enim non solum credendo, sed etiam confitendo salvamur; sicut in corde, sive animo est fides nostra, non verbis, sed rebus & definitionibus insignita; sic etiam procedere debet a labiis: nam quod aliter geritur, fraus & simulatio; hæc vero inevitabiliter noxia. Si ergo modis omnibus sic Verbum sempiternum est sicut Pater, impassibilisque idem Dei Sermo, & invertibilis sicut Pater: non voce tantum, simile: sed eadem voce simul & re, ista dicantur. Invertibile enim dicitur, quod aliter se habere non potest. At vero de quo id impossibile; neque versus, neque passus est, neque cœpit: inevitabilis enim convictio; & mutari res mutabiles, & pati passibiles: similiter ergo quod quomodolibet patitur; secundum hoc, est passibile; & quod vertitur, vertibile; & quod moritur, mortale; & quod augetur, crescibile; & omnia hæc, nec impassibilitatem, nec immutabilitatem de cetero servant.

HÆRETICUS Potes mihi hæc ostendere ex sanctorum Patrum confessionibus, & maxime a sanctis synodis, id est, ea quæ in Nicæa, & quæ in Epheso convenerunt, & ab his quæ celeberrimus Cyrillus conscripsit?

RUST. Plane quidem horum sunt demonstrationes. Si vero & hoc vis, post pauca & istud fiet; interim, de prima quæstione adhuc dicenda sunt pauca. Si igitur Adam victus a diabolo, corruptionem nostro intulit generi, oportebat per hominem, rursus diabolum vinci; ut possemus nos incorruptibilitatis participatione frui. Sed hoc, sicut infirma & subjecta servituti atque corruptioni nostra natura, per semet ipsam non valebat explere, & a Domino hanc oportebat assumi; sic rursum sine nostra natura id fieri, nec decebat utique, nec voluit Deus. Non enim per violentiam proposuerat superare diabolum (alias, hoc egisset, modis omnibus purus) sed devicto homini voluit præstare victoriam: quod decibilius, quam per hanc pulcherrimam unitionem, evenire non poterat, si tamen in tanto mysterio illud impletum credimus, quod aut solum fieri poterat, aut pulcrius celebrari non poterat. Quod igitur sine Deo non posset impleri, hoc idem sine homine nec debuit exerceri; nec Deus voluit, qui non vult esse nisi quæ debent esse: & ideo quæ hujusmodi sunt omnia, Dei solius (tamquam non fuerit ipse etiam homo) dici non licet. Omnia igitur talia unius ejusdemque personæ, Dei & hominis confitenda sunt: aut ita Dei dicenda quædam talium, ut tamen non auferamus ea & de homine dici. Non igitur Nestorii blasphemiæ est, Christi genitricem dicere, eo quod idem sit Dei & hominis dicere genitricem: sed negare Theotocon, hæreticum est, cum & divinitus inspirata scriptura dicat, & hoc sæpius, [a] *mater Jesu*; &, [b] *ex qua genitus est Jesus qui dicitur Christus*. Insuper si quidem Deus est ille quem genuit, recte dicitur Theotocos; & quia Christus est qui natus est, recte dicitur Christotocos. Arbitror autem, quia quæcumque reddatur ratio nominis hujus, aut eadem erit, & illius, aut magis illius. Amplius, si Dei genitrix exsistens, Christi genitrix non est; Christus (quod absit) non erit Deus ratione conversa. Si enim qui Christotocon confitetur, & Theotocon abnegat, Christum non dicit Deum: qui Dei genitricem confitetur, & Christi genitricem refutat, similiter Deum denegat esse Christum. Insuper in tantum Christi genitricem confiteri bonum est; sed Dei genitricem negare, non pium: ut & ipse Nestorius Christi genitricem dicens, Dei vero genitricem negans; non propter id quod illud dixerat, damnaretur: sed quia illud addixerat. Insuper non omnia quæ ab hæreticis dicuntur, nequam sunt: quæ autem sint mala Nestorii, ex contradictionibus beati Cyrilli quæ habentur in epistolis ipsius ad illum (quas & sanctissimus Cælestinus Papa magnæ Romæ ut proprias suscepit) apparet.

HÆRET. Multa quidem habens quæ ad prædicta dicam, nolo prolongare sermonem; hoc enim forsan & inutilem & laboriosum sit: unum vero breviter exigo, canonicis testimoniis demonstrari mihi: utrum ea quæ Dei Verbi carni contigerunt (ut ais) oporteat de ipsius humanitate dici, sicut olim præveniens dixit.

RUST. Bene quæsisti: hoc enim & ordo exigit, & ideo mox dicetur ex epistola sanctissimi Cyrilli archiepiscopi Alexandriæ, ad sanctæ memoriæ Joannem archiepiscopum Antiochiæ magnæ, per quam universalis sanctarum Dei ecclesiarum facta est pax. *Confitemur igitur Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante sæcula quidem ex Patre, secundum deitatem; in ultimis vero diebus propter nostram salutem ex Maria virgine genitum secundum humanitatem; consubstantialem Patri eumdem secundum deitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem: duarum enim naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Circa hanc inconfusæ unitionis intelligentiam confitemur sanctam virginem, Dei genitricem; eo quod Deus Verbum incarnatus sit & inhumanatus, & ex ipsa conceptione sibimet ipsi illud templum elegerit ex ipsa susceptum. Evangelicas vero & Apostolicas de Domino voces, scimus deiloquos viros quasdam quidem* [1] *communificantes, quippe in una persona; quasdam vero, dividentes, quippe ut in duabus naturis: & quasdam quidem Deo decibiliter, secundum deitatem Christi; quasdam vero humiles, secundum humanitatem tradentes.* [2] *Has vestras adeuntes sanctas voces, sic quoque nosmet ipsos sapere invenitis* (unus enim Dominus [c], una fides, unum baptisma) *glorificavimus omnium Salvatorem Deum, invicem congaudentes, quoniam a Deo inspiratis scripturis, & traditioni sanctorum Patrum nostrorum convenientem habent fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos sunt ecclesiæ*. Hæc ipsa vero, & in epistola ejus ad Nestorium dicta sunt; de qua, quæ ad hoc idem pertineant, ad testimonium coaptabimus inferius, prædictis intellectibus apta exsistentia: nunc autem

a Joan. II. 1. xix. 25. Act. I. 14. *b* Matth. I. 16. *c* Ephes. iv. 5.

1. *Communificantes*] Gr. κοινοποιοῦντας, *communes facere*. Sic edit. Cyrilli, opp. tom. V. part. II. pag. 106. Male Bibl. PP. Parif. tom. IV. part. I. pag. 799. *communicantes*.

2. *Has vestras adeuntes* cet.] Planius ex Græcis: *Quum has ergo sacras vestras voces legissemus, & nos ipsos quoque ita sentire animadvertissemus . . . . glorificavimus*, cet.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

sermoni imponam finem. Quia igitur calumniamini nos, tamquam qui duas dicentes Domini nostri Jesu Christi naturas (& ex hoc necessarie Dei & hominis genitricem introducentes), hæreticum introduceremus dogma: demonstrare coactus sum, quia nec hoc quod secundum consequentiam introducitur, hæreticum sit; quod per divinam gratiam competenter effecimus.

HÆRETICUS. Quot igitur sunt unius Christi substantiæ?

RUSTICUS. Duæ.

HÆRET. Quare?

RUST. Quia duabus integris (id est, perfectis) naturis, consubstantialis est Christus.

HÆRET. Ergo & duo, seu certe, multi sunt Christi, aut multæ personæ; quia multis personis consubstantialis est Christus.

RUST. Sed ad consubstantialia semper vicissitudinem recipit, sive respondet, vel adæquatur naturarum numerus; sed non etiam similiter respondet numerus personarum: etenim Deus Pater, duabus personis consubstantialis est; non tamen duæ personæ sunt, Pater: similiter vero & Filius, nec non & sanctus Spiritus. Et unusquisque nostrum una persona est; verumtamen innumerabilibus personis consubstantialis est.

HÆRET. Sed neque quia duabus naturis consubstantialis est Christus; idcirco duæ naturæ sunt: non enim unumquodque tantum est circa numerum, quanta sunt consubstantialia ejus: alioqui demonstra aliquid tot habens naturas, quanta habent quæ illi sunt consubstantiva; quod quæritur.

RUST. Ego & tu vel quilibet homo, aut quicumque Angelus, & unius naturæ est, & uni naturæ consubstantialis, & unumquodque individuum animal similiter.

HÆRET. Sed tu, unum quidem multis naturis consubstantiale esse debes ostendere.

RUST. Si esset quæcumque res duabus perfectis naturis consubstantialis, aut pluribus exsistentiis; hoc, omni modo, suarum naturarum numero consubstantialia æquaret, quia una non est: multæ res multorum numerum æquant. Ex hoc clare monstratur, quoniam & Christus consubstantiales naturas suarum naturarum numero confesse adæquat: si vero unumquodque reliquorum unicuique naturæ consubstantiale est, & unumquodque unius naturæ est; minime mihi hoc reprobat hanc rationem: nihilominus enim unumquodque suæ naturæ numero vel potius quantitate æquat consubstantialia; non enim minus unum habet a consubstantialium quantitate naturali; & hoc non ideo quod nihil sit minus secundum quantitatem ab uno. Quia igitur his qui in duabus naturis sunt, consubstantialis est Christus; id est, tam Patris quam nobis: omne vero consubstantiale, consubstantialium naturalem coæquat quantitatem: Christus igitur consubstantialium naturalem coæquat quantitatem. Christo vero consubstantialium duæ naturæ sunt nihilominus; & Christi igitur duæ naturæ sunt nihilominus, sive substantiæ. Hoc vero est ex ipso substantiæ nomine comprobare: Christus enim consubstantialis dicitur tam Patri, quam etiam nobis; compersonalis vero nec illi, nec nobis. Sicut igitur si compersonalis esset tam Patri & sancto Spiritui, quam etiam nobis, non esset utique ejus persona, sed amplius: sic, quia & illis & nobis consubstantialis est; non una ejus est natura, sed duæ; seu potius personis, non naturis consubstantialis est Christus. Verumtamen & his non compersonalis, sed consubstantialis est confidenter. Quod vero est *consubstantialis*; nisi ejusdem naturæ per omnia? Igitur qui contendit, quia non naturis sed personis consubstantialia sunt, quæ diversarum sunt naturarum; is non mente, sed nudis verbis contendit. Igitur sic sermonem conteximus: si Christus duarum naturarum personis consubstantialis est; seu certe si Christus his personis quæ in duabus sunt naturis, consubstantialis est; omne vero consubstantiale in tot naturis est, in quantis est, quidquid ei consubstantiale est: Christus igitur in duabus naturis est; tot enim sunt ea quæ sunt illi consubstantialia.

HÆRET. Dispensative, & condescensorie propter pacem dictum est a sanctissimo & beatissimo patre nostro Cyrillo in epistola ad Joannem; *consubstantialis nobis secundum humanitatem*: alioquin si non hoc verum est, ostende alia ejus testimonia dicentis, quia simillimus nobis natura humanitatis est Christus.

RUST. Ergo dispensatio & hypocrisis nihil ab invicem differunt: & erit idem secundum idem, & bonum simul & malum.

HÆRET. Si vero distant hæc; ostende.

RUST. Si condescendens tantum exsultat; quid amplius poterit exsultare, qui nihil remittit & vincit? Lege, quæso, illius epistolæ ipsa primordia, & cessa resistere veritati; mox enim totam suspicionem tuam destruent. Condescensio enim non perfectam affert lætitiam, tamquam quæ non propter id quod principaliter quæritur proprie fiat, sed propter infirmorum fragilitatem.

HÆRET. Habemus epistolaria hypomnistica illius sanctissimi Patris, in quibus significat, quia condescensorie ad Orientales scripserit propter pacem.


RUST. Primum quidem multa dubitatio, utrum monstrentur ejus hæc esse: quod si & ejus sunt, unde manifestum quod talia loca non ficta sint; dum certe a principio ab Eutyche prolata, a multis (tamquam ficta) non sint accusata? Quod si etiam ficta non sunt; unde certum, quia non potius hoc quod a te profertur, dispensative & condescensorie dictum sit maxime, dum sciret ipse quoniam Dei Ecclesia familiaribus non intendit, neque hypomnisticis, neque iis quæ ad unum & domesticum fiunt, sed his quæ ad synodos aut a synodis dogmatice & publice & definitive de his quæ in quæstionem veniunt, conscribuntur. Hoc vero claret: quia istas epistolas (id est, suas & Orientalium, de pace) transmittens Romanæ Ecclesiæ sedi a sanctissimo Xysto confirmari fategit: eorum vero quæ a vobis dicuntur, nihil manifestavit primæ apostolicæ sedi.

HÆRET. Ergo Xystus confirmavit epistolas unitivas & earum fidem?

RUST. Non solum confirmavit eas scripto, & hoc cum multa lætitia, sed & insuper hoc addidit rescribens Cyrillo sanctæ memoriæ: *Quoniam numquam similia Nestorio sapuit, sed a principio fuerit orthodoxus Joannes sanctissimus frater noster; licet olim suam sententiam suspenderit, ut nobiscum Nestorium minime condemnasset*. Adjicit autem, dicens: *quia bene nos fecimus qui nihil contra eum definivimus immaturum; clarent enim nostrorum vindemiæ gaudiorum*: & plurima talia: si vero vis, & verba ipsa ponemus.

HÆRET. Oportet quidem & hoc fieri; verumtamen si habes demonstrationem, quia & in aliis sermonibus synodice ab eo dictum sit tale aliquid, demonstrato; alioqui manifestum est quoniam condescensorie dictum est, ut lucraretur Orientales.

RUST. Salvis mihi his quæ prædicta sunt, & hoc fiat ex synodo sanctorum Patrum qui in Ephesum convenerunt. Sancti Anastasii: *Non phantasia*



est salus nostra, nec solius corporis; sed totius hominis vere salus facta est: humanum igitur natura, id quod ex Maria, secundum divinas scripturas & verum erat illius Salvatoris. Ex eadem synodo testimonium sancti Theophili: *Non velut alicujus pretiosæ materiæ cælestis accipiens corpus, venit ad nos; sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit, ex luto plasmatum corrigens hominem, ipse ex virgine (novi decoris homo) procedens; modum quidem geniture permutans, per omnia vero ad nos (absque peccato) non diffugiendam similitudinem indicans*. Ex eadem synodo testimonium sancti Ambrosii: *Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quoniam regnum Dei (sicut scriptum est)* [a] non in persuasione humani verbi est, sed in ostensione virtutis: *servemus differentiam divinitatis & carnis: unus in utroque loquitur Dei filius, quia in eodem utraque natura est; idem loquitur, sed non uno semper loquitur modo. Intende in eo, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis passiones: quia sicut Deus docet divina, quia Verbum est; sicut homo vero docet humana, quia in mea substantia loquebatur*.

HÆRETICUS. Si non est una & eadem natura Deus & caro, secundum unitionem, erit una Christi natura Deus, altera vero homo tantummodo. Sed illa una natura secundum quam Deus est, non consubstantialis est nobis: Deus igitur non consubstantialis est nobis. Si igitur Christus quidem consubstantialis est nobis, Deus vero non consubstantialis est nobis; Christus ergo (quod absit) non est Deus.

RUSTICUS. In tali præcipitio sua fallacia hominem semper includit, ut propriis laqueis infigatur. Si enim humanitas Christi est secundum quam Christus homo est, hæc autem non consubstantialis est Patri: homo igitur non consubstantialis est Patri. Si igitur Christus consubstantialis est Patri, at vero homo non consubstantialis est Patri; Christus igitur non est homo. Amplius, si hic syllogismus est verax, similiter & nos concludemus de Deo: si enim Christi deitatis substantia (secundum quam utique Deus est) non consubstantialis est nobis, Deus igitur non consubstantialis est nobis: Si igitur Christus consubstantialis est nobis; Deus vero non consubstantialis: sequetur incongruum, quod superius dictum est: quo dicitur Christum non esse Deum. Igitur secundum vestra vaniloquia; aut erit nobis consubstantialis divinitatis Christi natura, aut Christus (quod absit) non erit Deus: aut rursus erit Christi humanitas consubstantialis: aut Christus (quod absit) non erit homo. Nihil est ergo tali modo conclusum.

HÆRET. Si duæ naturæ sunt Christi, erit unaquæque quod est, & aliud nihil: qua de re, humanitas erit humanitas solum, ac non etiam Deus. At vero Deus erit tantummodo Deus & non homo: purus igitur Deus, purus homo Christus.

RUST. Non est idem (o tu calumniose) solum hoc esse; & purum hoc esse. Anima enim tua, solummodo anima est, & aliud nihil; verumtamen incarnata est, & corpore nuda non est: & corpus tuum tantummodo corpus est; verumtamen & animatum. Si vero humanitas, non humanitas solum est, sed etiam divinitas; & divinitas non solum divinitas, sed etiam humanitas: divinitas igitur & humanitas inhumanata est, & divinitas & humanitas divinitatem & humanitatem sibimet adunavit: & humanitas igitur, secundum ea, inhumanata est, & Deo unita divinitas.

HÆRET. Si una natura Christi Deus est, altera vero, homo; una vero non est idem alteri: igitur neque Deus & homo, idem est: quomodo igitur secundum vos, unus est Christus.

RUST. Deprehensa est versutia tua: *Idem* namque aut personam significat aut naturam. Igitur eumdem quidem dicimus esse Deum & hominem Christum, non idem vero est natura: unus est igitur Christus, non unum; sicut simpliciter dicimus: unum vero persona, non simpliciter unum est: igitur unus quidem, non vero unum, aliud & aliud, non alius vero & alius: absit.

HÆRET. Quomodo fieri possit, ego nullo modo video: omne enim quod aliud est; & alter est.

RUST. Ego a te alius quidem sum; sed non aliud: unum est enim secundum quod tu homo es, & secundum quod ego sum homo: Anima vero mea, a corpore tuo alterum: & anima tua, a corpore meo; & mea anima in meo corpore, & tua in tuo alterum quiddam intelligitur, quomodolibet hæc ad invicem comparentur: *alius* enim personarum magis differentiæ convenit; aliud vero & aliud, naturarum: etenim si tua anima tuo corpori comparatur, non est alius homo, sed aliud.

HÆRET. Quin immo; & alius rectissime dicitur. Quis est enim apud Apostolum [b] *exterior homo qui corrumpitur, & interior qui renovatur?* Omne igitur aliud etiam alius est; & idemtidem omnis alius est aliud. Etenim ego ab Angelo alius sum, sed & aliud; & ille a me alter simul & aliud: & sic quisque inveniet, singula quæque dinumerans.

RUST. Utrum vera sint quæ dixisti; ex his quæ alterne se habent (si videtur) quæramus. Quoniam sic se habet hic unus ad unum, sicut hic alter ad hoc alterum, vel hoc aliud: & sic se habet hic unus ad hunc alium, sicut unum ad aliud. Si igitur unum, non semper idem est quod unus; & aliud non semper erit alius: & vicissim, non omnis unus & unum est; neque omne unum & unus est. Idem vero sequitur de eo quod est alius, & de eo quod est aliud. Discrevit vero hæc omnia Dominus in Evangelio, inquiens; [c] *Ego & Pater unum*: nusquam dicens, *unus sumus*; sed magis e diverso dixit, *sum*. Rursus ait: [d] *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum: alius est qui testificatur de me, & scio quod verum est testimonium quod testificatur de me*. Et quis esset iste, post addidit dicens; [e] *Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me*. Et de Spiritu sancto inquit: [f] *Si diligitis me, præcepta mea servate: & ego rogabo Patrem meum, & alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in sempiternum: illum Spiritum veritatis*. Non dixit, *aliud consolatorium Spiritum*; sed, *alium Paracletum*.

HÆRET. Hæc ad solum spectant, quia unum sunt Pater & Filius: & quia alius Pater, & alius Filius, non tamen quia non unus est, neque quia non aliud & aliud. Dum igitur quatuor proposita sint; duo tantummodo demonstrasti: id est; quia unum sunt Pater & Filius, & quia alius Pater a Filio, & Spiritus sanctus. Remansit igitur non probatum, quia non sit aliud Pater & aliud Filius; & quia non ipse sit Pater & Filius. Hæc igitur potius testimoniis te oportet ostendere; maxime quia unus dicitur Pater & Filius; unus enim Deus est.

RUST. Et si præmissa, quod quæris demonstraverunt; quia & quod unum est, aliud non est; & quia alius est, unus & idem non est: tamen &

a I. Cor. II. 4. b II. Cor. IV. 16. c Joan. X. 30. d Joan. V. 31. 32. e Ibid. ℣. 37. f Joan. XIV. 15-17.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

hoc demonstrabitur, quia ipse quidem Deus est Pater & Filius, & Spiritus sanctus; sed cum adjectione nominis Dei. Si vero auferatur a dicentibus nomen quod est Deus; non jam simpliciter dici potest ipse esse Pater & Filius & Spiritus sanctus. Inquit enim: [a] *Ego ex memet ipso non sum locutus; sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar*. Ecce, non ipse est Pater qui & Filius: si enim ipse esset, ex se loqueretur. Supra autem dixit: [b] *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui me misit*. Et rursus adhuc aliquanto superius: [c] *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: Pater meus est qui glorificat me, quem vos dicitis, quia* [1] *Deus vester est, & non cognovistis eum: ego vero scio eum; & si dixero quia nescio, ero similis vobis mendax; sed scio eum, & verbum ejus custodio*. Et adhuc dicentibus ei Pharisæis, non esse verum testimonium ejus, tamquam eo de semet ipso testificante, respondit dicens: [d] *Judicium meum justum est, quia solus non sum; sed ego & qui misit me Pater. In lege autem vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum sit. Ego sum qui testificor de memet ipso, & testificatur de me qui misit me Pater*. Ex iis igitur quæ dicta sunt, & illud quæsitum claret: id est, quia non aliud & non aliud Pater & Filius; vel si dicatur aliud & aliud, persona; duæ enim, non tamen aliud & aliud simpliciter & absolute. Si enim alius non unus & idem, sicut ostensum est, & aliud non unum & id ipsum, & e converso quod unum est, aliud non est: Quia igitur unum sunt Pater & Filius, aliud non sunt. Pater igitur & Filius & Spiritus sanctus, unum quidem sunt, quia una eorum natura est; unus autem non sunt, quia tres personæ sunt. Sed rursus clara voce testificans; dico simpliciter: unus & simpliciter unum: & simpliciter, non unus sed alius: & simpliciter, non unum, sed aliud nobis est sermo: nam cum complexione, & aliud persona dicitur, & non alius Deus Pater a Filio. Vides igitur dixisse nos, quia Dominus Christus qui alteram naturam (præter communem) sibi uniri dignatus est, unus est, quia una persona est; non unum vero, quia non una natura. Sic nos dicere ergo intellige, quotiescumque dixerimus, unus & unum, aliud & alius. Hoc ipsum vero, & cum lectionibus sanctorum Patrum synodus Ephesina in condemnationem Nestorii blasphemiarum, & suæ fidei probationem posuit atque firmavit. Quin immo per contraria quidem destruxit hæc, sua vero dogmata confirmavit, inter beati Gregorii Nazianzeni lectiones, dicens ita: *Aliud quidem & aliud, ex quibus Salvator; siquidem non idem invisibile visibili, & id quod intemporale illi quod sub temporale*; non vero alius & alius: absit; ambo enim hæc unum unitione, Deo quidem humanato, homine vero deitato, vel quomodo quis nominet: dico autem aliud & aliud, e converso quam in Trinitate se habet: Illic enim alius & alius, ut non confundamus subsistentias; non aliud vero & aliud. Unum enim tria & idem hac divinitate. Non solum vero iis nos abundare putetis, quibus vestras contradictiones evertere prævaleamus; sed audire potius, per quæ nostra firmare ipsa omnium firmissima veritas consuevit. Quorum diversa sunt, quæ illis cum multis aliis communiora esse solent, sicut ea quæ genera horum, & specialiora diversa sunt; sicut hæ quæ vocantur species horum, & substantiæ, & naturæ secundum numerum sunt diversæ. Sed simplicis rei & compositæ, sempiternæ & temporalis, vertibilis & non vertibilis, mutabilis & immutabilis, passibilis & impassibilis, diversa sunt genera & species; diversæ igitur, secundum numerum, & substantiæ vel naturæ.

HÆRETICUS. Hoc in Domino Christo non habet rationem, propter unitionem: sicut enim rationalis animæ & corporis diversa quidem sunt genera & species, unum vero animal homo, & ejus una substantia & natura: sic & in Domino Christo, genera quidem discrepant; naturæ vero minime.

RUSTICUS. Non est verum quod dixisti. Anima namque & corpus, non tam secundum genus; quam potius secundum speciem distant. Genus enim tam animæ quam corporis substantia susceptibilis contrariorum: etenim & anima susceptiva virtutis & vitij est, & corpus salutis atque languoris. Sed nec simpliciter specie differt corpus ab anima, una enim species humanitatis est; sed forsan iis quæ sunt media inter hæc. Hoc enim mortale; illud vero est immortale, & aliis talibus differentiis: quare verax est prædicta propositio.

HÆRET. Sed ecce, principio isto concesso, continuo descendentes usque ad fines Nestorii pervenitis. Nam quorum diversa sunt genera, & species, & substantiæ, ac naturæ; horum nec unum est individuum, nec subsistentia una, neque una persona; sed amplius. Si enim duo hæc quæ dicis, individua sunt sive substantiæ, vel essentiæ, sive subsistentiæ rationales; duæ omnimodo & personæ.

RUST. Non necessarie conclusisti: diversis enim exsistentibus mundi & generibus, & speciebus, & substantiis, & naturis, individuum non est diversum. Unus est namque individuus mundus, etsi sæcula diversa dicantur: sæcula enim ex temporibus fiunt, mundus vero substantiarum est. Nec vero illi sunt huic rationi contrarij, qui plures mundos suspicantur: nam vel si esset alius, similiter plures haberet in semet ipso naturas atque substantias; unusquisque vero eorum nihilominus unus esset. Sic igitur nos, si in aliquo alio præter quam in uno Christo subsistere alias duas individuas substantias diceremus; tunc duas pluresve personas modis omnibus, & inevitabiliter inferremus: si vero de uno ac solo id dicimus, sicut nullus recte credentium hanc omnium corporalium naturarum constitutionem duos vel plures mundos esse affirmavit; sic neque nos, duos aut plures Christos asserimus. Magis vero nec sic, sed longe melius: omnia namque illa non secundum subsistentiam sunt unita, sicut naturæ hujus Dominici Christi. Si vero non diversa sunt genera, neque species deitatis & humanitatis; ergo nec ex diversis naturis Christus, neque est ex duabus. Si vero est ex duabus; da igitur earum differentias substantivas: non enim vis, secundum individuum, ista distare. Insuper si re vera homo est, id est, animal rationale, terrenum, & nihil distat a Deo: igitur (quod est impiissimum) nec nos ab eo, aut certe ille nobis consubstantialis non est. Insuper si verum est, quoniam quorum diversa sunt genera, non eadem sunt & quæ sub generibus distinguuntur, similiterque & ea quæ iis subsunt, sive ad aliena invicem genera, sive ad ea quæ intra ea sunt comparata: quorum hoc quidem genus habet, illud vero non habet; multo magis diversa monstrantur. Si igitur deitas nec genus habet,

a Joan. XII. 49. *b* Joan. XI. 44. *c* Joan. VIII. 54. 55. *d* Ibid. ℣℣. 16-18.

1. *D. vester*] Sic ex textu & Vulg. emendavimus editt. lectionem, *D. noster*.



nec eam ſpeciem quæ ſupponitur generi ; habere A vero hæc , invenitur humanitas : multo magis in una natura coadunari non poſſe demonſtrantur . Superiora igitur ſine præjudicio poſita ſint, in quibus diverſa genera & ſpecies diximus, divinitatis & carnis.

HÆRETICUS. Unum ſummumque genus habet divinitas atque humanitas: ſubſtantia enim generaliſſimum genus eſt divinitatis & humanitatis, quæ eſt per ſemet ipſum ſubſiſtens.

RUSTICUS. Per ſe ſubſiſtens, cum de Deo dicitur, ſignificat, quod nullius alterius (ad id, ut ſit) indiget: cum vero de creaturis; nequaquam: a creatore enim eſſe ſumſerunt ; & [a] *in ipſo vivimus, & movemur, & ſumus.* Subſtantia vero (id eſt, B ὀυσία) cum de Deo dicitur; ab eo quod ſit ſemper, nominata eſt; (quippe ὀυσία eſt, quæ ſemper eſt) in creaturis vero, minime. Igitur, etſi unum nomen eſt ſubſtantiæ ; non tamen una res. Non eſt igitur commune genus ſubſtantia deitatis & carnis; ſed nomen commune tantummodo: hoc vero genus non eſt.

HÆRET. Sed & anima, idem genus non habens corpori, unam cum eo ſpeciem complet.

RUST. Magis unum ſummumque genus habent, utrumque enim ſubſtantia eſt, & nomine & definitione: quod in Chriſto de deitate & humanitate impoſſibile eſſe ſi adhuc dubitas, & inferius oſtendetur. Anima igitur rationalis, & corpus hominis, C identitatem naturæ circa unitionem ſuſcipiunt, eo quod & unum genus & eamdem ſpeciem teneant: ſunt vero etiam diverſæ naturæ, quia & ſub diverſa ſpecie ac definitione nonnumquam ponuntur. At vero deitas & humanitas Chriſti, ſub una ſpecie non ponuntur.

HÆRET. Non ſit ex incertis, ſecundum quod incerta ſunt, demonſtratio incertorum. Si igitur oſtendis, quia deitas & caro ſub una definitione non jacet; & quia in uno eodemque homine differt definitione & natura, & ſpecies corporis & animæ; tunc forſan ea quæ adjeciſti, ſequentur. His igitur inferiori loco ſervatis, veniamus ad alia, ut non ſermonum prolixitatem longius extendamus. D

RUST. Dominum Chriſtum conſubſtantialem tam Patri quam nobis, ſecundum unam & eamdem per unitionem ſubſtantiam, ſæpe profertis; nulla perdita neque confuſa: ſed ipſam ſicut dicitis unam ſubſtantiam, impoſſibile eſt non habere quædam, quæ in comparatione ad invicem, recte aliud & aliud nominentur: ut carnem, ut animam, ut Verbum: contingit enim multas differentias ſumere, quas ego tamquam notas tuo intellectui derelinquo. Aliud igitur & aliud, ſi ſubſtantia & ſubſtantia dicitur, recte alia & alia ſubſtantia prædicatur: ſi vero aliquid horum non eſt ſubſtantia, quomodo ſecundum hoc, quædam ſunt ei conſubſtantialia, cum non ſint ſecundum ſubſtantiam conſubſtantialia? Quomodo au- E tem vera divinitas, & perfecta & individua humanitas, ſubſtantia non erit? Si igitur alia & alia ſubſtantia deitatis & carnis, quomodo duas eas non patimini confiteri? ſi vero & duas has confitemini; cur a noſtra ſententia & communione deſciſcitis?

HÆRET. Sic & puri alicujus hominis poteris duas demonſtrare ſubſtantias, ut ex his convincaris tres inducere Chriſti ſubſtantias: homo etenim ſecundum ſubſtantiam, mentis conſubſtantialis eſt Angelis; ſecundum corpus vero pecudibus ſimul ac beſtiis. Et rurſus, ſecundum corpus quidem conſubſtantiales ſumus corporibus mortuorum; ſecundum animam vero, animabus ipſorum: ut non Angelorum tantummodo ponamus exemplum, de quibus & mihi incertam fateor eſſe quæſtionem.

RUST. Hoc totum falſum eſt: conſubſtantialitas enim pro parte, & non pro totietate ſubſtantiæ imperfecta eſt. A trecentis enim decem & octo ſanctis Patribus, propter hoc, Deo Patri conſubſtantialis dictus Filius, ut cognoſceremus quia nihil in eo deeſt paternæ ſubſtantiæ. Similiter vero ab his qui poſtea fuerunt, ſanctis Patribus, conſubſtantialis nobis eſt prædicatus, ut omnia noſtræ ſubſtantiæ illum habere credamus: Igitur hæretica fraude, conſubſtantialitatis nomine utitur, qui ex parte hoc ſuſcipit. Quidquid ergo verum ſit de Angelis, conſubſtantialis eis non eſt homo; ſimiliter vero nec beſtiis, neque pecoribus, neque cadaveribus, nec animabus. Amplius; nec ſimpliciter ſecundum quamcumque partem conſubſtantialis in rationalibus homo recte dicetur: nam licet una ſit materies ex qua corpus, ſed tamen forma corporis longe præſtantior. Unde nec partem parti, vel totietatem conſubſtantialem verum eſt eſſe; quaſi eo quod una materia ſit, nos conſubſtantiales dicamur ſerpentibus, & cimicibus, & pulicibus, muſcis, & omnibus ſimul quæ humani corporis evaporatione naſcuntur. Inſuper, ſi omne quod conſubſtantiale eſt homini ſecundum corpus, ei plane conſubſtantiale eſt; circa hoc ipſum, illis quibus ſecundum hoc conſubſtantialis eſt homo, erit & Chriſtus (quod abſit) omnibus prædictis conſubſtantialis ſecundum corpus; nobis enim, circa hanc partem conſubſtantialis eſt Chriſtus. Si vero aliquis tales deſpiciens blaſphemias, hæc ut vera concedat; illud tamen avelli non poteſt, quia hujuſmodi conſubſtantialitas neque integra eſt, neque perfecta: Non igitur duabus perfectis naturis conſubſtantialis eſt homo, ut Chriſtus. Amplius; ſi magis proprie a naſcendo eſt dicta natura: ut gignitur, magis quam ut corrumpitur, eſt natura: Homo vero integer naſcitur atque perfectus; corruptio autem ſeparat corpus & animam ab invicem, & duas ſeparatas res efficit, quarum neutrum perfecta natura eſt. Si enim perficit naturas corruptio; & contrarii, ſecundum ſe contrarius eſt effectus: igitur genitura naturas exterminat; quod eſt nimis incongruum. Et quidem humanitatis Chriſti natura, mortis tempore in duas eſt ſeparata, & in duo quædam facta eſt una natura; quorum tamen neutrum fuit perfecta natura. Iterum vero, reſurrectio ex duabus eſt, ſed non ſic habet perfectiſſimarum in eo unitio naturarum: ſine corruptione ſiquidem & ſine imminutione, unaquæque unitarum naturarum in ſpeciei perfectione ſubſiſtit. Inſuper, ſi hominis cujuſdam puri (ut ais) duæ poſſunt ſubſtantiæ demonſtrari; licet earum nulla, perfecta natura ſit: ne idcirco non duæ ſunt, quoniam non perfectæ; dum duæ perfectæ ſint Chriſti naturæ, quomodo non multo amplius duæ ſunt? Si igitur & illos qui duas naturas hominis dicunt, nihil ſubſequitur inconveniens duas igitur naturas confitentes JESU Domini Chriſti; quid indecens conſequetur? Qui autem tres dicit, imperfecte perfecta connumerat divinitati: ſuperflua vero erit omnium ſub uno Patrum vox dicentium conſubſtantialem nobis eſſe Chriſtum ſecundum humanitatem: ad interemtionem eorum qui dicunt inanimatum, vel ſine mente eſſe diſpenſationem. Si vero apud homines ſic dicuntur conſubſtantialia: nihil profuit Patres conſubſtantialem dixiſſe Filium Patri: poteſt enim quis impius ſuſpicari, quoniam quantum præſtat rationale inanimato, tantum Pater Filio comparatur.

[a] Act. xvii. 28.

Est vero (ut arbitror) multia milla insaniora his A dicere. Sed nunc interim ista sufficiant.

HÆRETICUS. Si una est substantia & res Christus: igitur unum quidem substantivum, una per unitionem substantia Christus est.

RUSTICUS. Res & personam significat, & naturam. Et una igitur res Christus, & duæ: & magis vero ipse quidem res una est, quippe ut una persona, in duabus vero naturis agnoscitur.

HÆRET. Quia interim non negasti unam rem esse Christum (quomodo enim non unum dicis Christum, qui rem unam Christum esse dicis?) res vero hæc est substantiva: una igitur (ut diximus) substantia Christus est, una igitur & natura: quid enim ad me, utrum etiam duæ res sint, an B minime? interim, quia una est, contradicere non potes.

RUST. Sed non modis omnibus sequitur unam rem & substantivam unam quoque esse substantiam: nam & [a] virga Aaron quæ attulit fructum, una quidem substantivaque res erat cum fructibus suis, non una vero substantia cum fructibus erat. Et [b] tabulas scriptas digito Dei unam rem dicimus, non unam quoque substantiam. Verum, nec illud incongrue arbitror responderi, quia Christus, nec substantiva nec insubstantiva, sed supersubstantiva res est, quippe duarum perfectissimarum substantiarum, vel naturarum. Etenim panis ille quem dominica oratione deposcimus, [c] *supersubstantialis* C dicitur. Et arbitror sic nos eum petere, ut Christum potius expetamus, [d] *donec* (sicut ait Apostolus) *formetur Christus in nobis*. Amplius vero; si milium piri ramos insertos habens, una arbor & una est res; sed quia habet & proprios ramos, nec una substantia neque una natura est. Sed ut milium, simul & pirum duæ; ut vero arbor una esse res dicitur: quid obest unitati personæ, si Christum duas res esse dicamus? Aut quid naturarum dualitati, si eum unam rem confiteamur existere? Insuper, etsi respondeamus substantivum quidem esse Christum, non ob hoc erit una substantia; unam siquidem personam dicimus substantivam: sicut si aliquis (verbi gratia) dicat hunc D mundum non esse insubstantivum: non tamen ex hoc ejus unam cogeretur affirmare substantiam. Si vero aliquis omnino insanus & contentiosissimus, dicat unam mundi esse substantiam: sequitur eum nec in quibuslibet rebus aliter ullatenus dicere, nisi quia una substantia sit. Si enim cunctæ quæ in orbe sunt diversitates, non faciunt sub numero esse substantias, unaquæque ad aliam comparata, una erit cum ea: una igitur substantia hominis & lapidis & elephanti atque formicæ, & cæli ac montis.

HÆRET. In hunc mundum talis non evenit unitio, quia nec unus est filius, unus Christus, unus Dominus. Et si unus simpliciter mundus, sed est millia millium reperire, qui vocentur filii & E personæ, & substantiæ: in Christo autem inconvulsibilis unitio facta est.

RUST. Nonne prædixi, quia exemplum non per omnia est inconveniens: alias non erit exemplum, si per omnia idem. Quia igitur dixisti substantivum quiddam esse Christum, ostendi quia & aliud aliquid dicitur quidem substantivum, non unius autem substantiæ, sed multarum est. Si vero ea quæ arte fiunt, dicere velim, multa millia talia invenire possibile est, ut navem, domum, ut lucernam ardentem, & his similia: universa enim talia, substantia quidem sunt, non unius vero substantiæ.

HÆRET. Numquam natura continet minus a persona: quippe consueta & amplius continere: dico autem nunc de naturis rationalium; & ideo duas naturas dicere abhorremus, metuentes ne consequenter dicamus duas quoque personas.

RUST. Insanissimus timor: nec enim sunt duæ rationales naturæ, quæ non millia contineant personarum; sed neque una, quæ non plures quam duas personas obtineat. Non erit ergo neque una Christi natura, ne sint ejus non duæ tantum, sed plures quoque personæ. Insuper autem nec ex duabus secundum nos naturis est Christus, ne sit aut pluribus personis seu filiis, aut Christus, aut Dominus. Si vero eos qui ex duabus naturis dicunt Christum, sive ex duabus (sicut vos) consequitur personis aut pluribus; non consequitur ex duobus Christis aut filiis, dicere; nec illos hæreticos qui duas etiam dicunt Christi personas, eadem consequentur incongrua: quare multo minus orthodoxos qui Dominum Christum in duabus naturis confitentur, sequetur duos dicere Dominos, aut Christos, aut filios. Insuper, si ob hoc duas naturas metuitis dicere, ne forte (secundum quod consuevit) in reliquis duas inducatis personas; dicitis enim, quia numquam minus sunt a duabus personis duæ naturæ: nec illud umquam confiteri debetis, quia Dominus Christus Deus perfectus & homo perfectus est: quia in reliquis rationalibus universis, perfecti Dei & perfecti hominis impossibile est unam solamque esse personam. Si vero de hoc opinatissimo miraculo, nobis (quippe Christianis exsistentibus) dubitare periculosum est; quoniam, quando voluit Deus perfectus, potuit cum perfecta humanitate ea esse persona, *quia non est ei impossibile omne verbum*, juxta Evangelium [e]: cur dubitamus, quia hæc ipsa persona in duabus perfectis naturis sit, non separanda, sed potius agnoscenda? Sicut igitur Deus perfectus & homo perfectus, inæstimabiliter una sola persona est, ne duæ perfectæ naturæ sunt mirabiliter unus filius. Et hæc (ut ita quis dicat) regula in reliquis quidem cunctis immobilis est; in solo vero Christo soluta est. Non igitur eo quod male utatur substantiarum dualitate Nestorius, idcirco tacendum est duas esse substantias; alioquin quoniam male utitur perfecto Deo & perfecto homine, orthodoxi non hoc debent dicere. Et ut simpliciter dicamus; si tacere debemus, vel omnino auferre omnia quæ ab hæreticis male usurpantur, nihil nobis est confitendum, & præ omnibus auferrentur Scripturæ.

HÆRET. Cogis me idem repetere: quando natura divina minus continuit a persona? aut quando substantia, minus a subsistentia? dicite.

RUST. Ad hoc quidem jam sufficienter respondimus: verumtamen & hoc competenter adjiciam, quia nec heic duæ naturæ solum continent Christi personam; licet in ipso solo secundum subsistentiam sint unitæ: etenim divina ejus natura pariter continet & Patrem & Spiritum sanctum; & humana ejus substantia reliquos homines. Sed quemadmodum in divina natura subsistens, ut & Pater & Spiritus sanctus, non tamen purus est Deus; & in nostra vero, sed non nudus est homo: sic in duabus subsistens, non est partitus, nec enim duas habet personas. Quæro vero a te, quomodo dixisti naturam: utrum ne universalem, an potius individuam?

HÆRET. Ego indifferenter accipio: quæ enim omnino differentia est, aut quid interest?

RUST. Multa etenim: si enim universalem, vel

a Num. XVII. 18. *b* Exod. XXXI. 18. *c* Matth. VI. 11. *d* Gal. IV. 19. *e* Luc. I. 37.

communem dicis, verum eſt; quia non minus continet a perſona, immo magis & amplius: ſi vero particularem vel individuam, ſicut meam tuamque, vel alterius individui, alii nulli comunem (non enim idem ſum ego, qui & tu) in Chriſto propterea exemplum non invenimus (ut dixi) quia ſolæ rationales naturæ ſunt, Deus & militiæ cæleſtes, & homo; numquam vero ex his duæ unitæ ad invicem ſunt naturæ, ut unam facerent ſolamque perſonam, ſicut in Domino Chriſto circa unitionem deitatis atque humanitatis. Hæc eſt enim inopinatiſſima proprietas illius unitionis, cujus exemplum non poteſt inveniri: numquam enim duæ rationales naturæ, in unam perſonam inſeparabiliter ſunt unitæ. Inſuper nec eſt Dei particularis natura (id B eſt, nullius alterius niſi unius ſoliuſque perſonæ) ſed una & ſola divinitas inexceſſibiliter, omnium trium natura eſt perſonarum: unum ſiquidem Deum veraciter confitemur.

HÆRETICUS. Si unus & individuus Chriſtus: omnis vero individui una ſpecies eſt; una vero ſpecies, una natura eſt: una igitur Chriſti natura eſt.

RUSTICUS. Sunt multa millia individuorum, quorum nec una ſpecies nec natura una, ſed multæ ſunt: ut civitates, ut domus, ut naves, ut chartæ, & earum quæ illic ſcriptæ ſunt litterarum.

HÆRET. Sed hæc ex arte ſunt, non a Deo neque a natura.

RUST. Interim ſi eſſet conſequens ex omni neceſſitate: ſi unum ſit individuum, unam quoque eſſe naturam, & in his omnibus una utique natura fieret. Si vero dicis, omne individuum quod a Deo fit, unam habet ſpeciem & unam naturam; nec hoc verum eſt: mundus enim a Deo factus eſt, & non habet unam naturam.

HÆRET. Sed adhuc volo circumſcribere adjectione ſermonem, ac dico: Omne individuum ſubſtantivum quod a Deo fit, & inſeparabile eſt, una eſt ſpecies & una natura.

RUST. Rurſus in admirabili non admirabile quæris, & in incomparabili comparationem, & exemplum in his quæ exemplum recipere nequeunt. Si vero id eſſe rationabilis hominis arbitraris; & ego D tibi multas affero hujuſmodi regulas, quas non poteris explicare in ſæcula ſæculorum. Dic enim, quando perfecta divinitas & perfecta humanitas una facta natura ſit, & non manſerint duæ, quando creator & creatura, una eſt per unitionem facta ſubſtantia? quando duæ perfectiſſimæ naturæ, alterum quiddam perfectum effecerint? & non utique perfectius ſimul & melius, quando una ſpecies duabus perfectis ſpeciebus inexceſſibiliter fuit conſubſtantialis.

HÆRET. Quoniam numquam tale aliquid factum ſit, confitemur & nos: ex tunc vero univerſa hæc inæſtimabilia & mira facta ſunt, ex quo una per unitionem facta perſona eſt: tu vero magnalia & E inæſtimabilia Dei accuſas ut incongrua. Si igitur ex his non factum putas unum filium, unum Chriſtum, unum Dominum; dic aperte. Si vero unam confiteris (ſecundum veritatem) perſonam: da, quæ unum neceſſario conſequuntur.

RUST. Da tu conſequentia perfectæ deitati, humanitatique perfectæ: da quod eſt proprium conſubſtantiali Deo, Patri: Sapientiæ & conſubſtantiali nobis carni animatæ anima rationali. Redde ſuis rebus proprium numerum: non auferas quantitatem, ſi ſubſtantiam perfectionem confiteri non ſimulas: ubi enim perfectio ſecundum ſubſtantiam, illic & ſubſtantiarum quantitas: ubi unitio inconfuſa, illic & numerus unitorum. Omnis vero ſubA ſtantia ſimul accipit & eſſe & una eſſe; & ſic una, ut uni collata duas impleat unitio adjecta, non numerus interemtus: alias tu mihi oſtende unitionem inconfuſam perfectarum rerum, quæ perimat earum numerum ſolum, & nullius ſecundum nullam partem perimat eſſe quod eſt, ut videaris aliquid non irrationabiliter dicere. His vero & illud adjiciam. Dixiſti, quia omne individuum a Deo factum, ſubſtantivum inſeparabile, una ſpecies eſt. Si igitur ſic facta eſt inhumanatio, ut alia quædam creata, habes quid dicere? Volo autem ut non dicas verba tantum, ſed ipſas res. Dic igitur vel unum ſubſtantiale individuum a Deo factum & inſeparabile, & unam ſpeciem, ut exinde invenias veritatem.

HÆRET. Omnia quidem talia eſſe conſpicimus: verumtamen dicam & unum ex his. Ecce unuſquiſque noſtrum, & individuum, & unum eſt aliquid, & ſubſtantivum & a Deo factus, & inſeparabilis; & tamen una ſpecies eſt, & una natura, & una ſubſtantia.

RUST. Omnia, ut conſuevisti, poſuiſti doloſe: Quia igitur exemplum manifeſtiora quæ dicta ſunt, fecit: dicemus & nos, quoniam non ſimiliter hæc ſumuntur in Domino Chriſto; tu vero ea de quibus diſquiritur, ut confeſſa ſumſiſti: non enim ſic individuus Chriſtus, ut reliqua, vel ut nos: noſtrum ſiquidem quiſque, individuam habet perſo- C nam, id eſt, alii nulli communem, & individuam ſubſtantiam ſuam: in Chriſto vero, perſona quidem individua (ipſius eſt enim ſolius:) natura vero, non eodem modo individua; communis enim cunctarum trium perſonarum; & niſi communem, non eſt poſſibile reperire. Rurſus unum non ſimpliciter dicitur de Chriſto, quia unum quid ſit; ſed cautius, quia unus, ſicut ſupra oſtenſum eſt. Similiter vero & de ſubſtantivo eſt demonſtratum, quia non ſolum quod in una ſubſtantia ſubſiſtit, ſubſtantivum eſt, ſed & in plures; & quod a Deo ſit, non cum faciente Deo unum dicitur, ſed factura, unum cum factore; ſicut cum corpore anima. Et indiviſum quidem confitemur Filium Dei, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ejus inſeparata perſona eſt: Naturæ vero ejus non inſeparatur una, ſed inſeparatæ, ut duæ unitæ ſunt. Igitur claret, quoniam non eadem facta ſunt in Domino Chriſto, quæ in aliis. Inſanum eſt igitur quod doloſe verboſatus es talia, dum magis dicere conveniret, quia in creaturis ſe ſic habet; in creatore vero creaturam ſuſcipiente, non ſic. Nec enim in quolibet alio factum eſt umquam, ut duæ perfectiſſimæ naturæ præexſiſterent a principio in aliis individuis ſuis, & poſtea ex his eſſet una perſona.

HÆRET. Quid enim (quæſo, dic mihi) nonne omnes doctores Eccleſiæ catholicæ exemplo hoc uſi ſunt, inquientes, ſicut unus eſt homo, anima & corpus, ſic unus eſt Chriſtus Deus perfectus & homo perfectus. Sic ergo & Chriſtus, & individuum, & unum, & ſubſtantivum, & reliqua ſicut dixi.

RUST. Et ſupra jam dixi: regula eſt univerſorum rationalium communiſſima, ut exempla a parte ſumantur, non vero a totietate. Uſi ſunt igitur Patres hoc exemplo, non ut ea quæ dixiſti, oſtenderent, quæ & olim falſa monſtravimus; ſed ut oſtenderent unum Filium, unum Chriſtum, unum Dominum, & ejus unam perſonam ſubſtantialem. Ut vero non putes hoc exemplum per omnia convenire, audi a nobis inrefutabiles rationes, quæ veſtrum mendacium evertunt. Si enim gentilium fabulas hactenus tenes, & putas, quia præexſtiterunt animæ rationales] corporibus ſuis; duæ mihi-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

hominus erunt perfectiffimæ fubftantiæ ac naturæ, Deus & mens. Infuper Dei Verbi & unitæ illi animæ, quæ fecundum te a principio præfubfiftent perfonæ. Ex duabus vero præexfiftentibus perfonis, unam perfonam impoffibile eft fieri. Dicit enim fanctus Cyrillus in Epiftola, quam & fedes Apoftolica & fancta Ephefina fynodus confirmavit, hæc: *Vel fi perfonarum unitionem diffament quidem: non enim dixit fcriptura, quia* Verbum, *hominis univerit fibimet ipfi perfonam; fed quia factum fit caro.* Ecce ufque adeo accufat dicentes in Chrifto unitionem perfonarum factam fuiffe, ut & contra illud id ponat quod legitur; quia [a] *Verbum caro factum eft.* Ad cauffam vero nihil differunt, qui dicunt præexfiftere unitionem hanc, qui affumtus eft, hominem, & qui afferunt præexfiftere mentem Chrifti: & ifti namque illas mentes proprias volunt habere perfonas: æquales etenim præexftitiffe, & fimiles eas & indifferentes per omnia naturaliter ac fubftantialiter afferunt, non tamen indiftinctas circa individuorum numerum. Nam fi hoc non eft quod dicunt: ergo una mens prius per omnia erat, & poftea meritis difcreta eft in diverfas. Sed quomodo una non unius effet meriti mens, omnimodo una & a fe ipfa non differens? At fi propter hoc tantummodo differre incipere illa mens potuit; quia non idem fit, & quæ illius difcretione fubfiftunt; ac per hoc, & mea mens tot individuis debet diftingui quot meritis. Sed abfit ab omni anima rationali hæc vefania, ut peccati numerus multiplicandarum cauffa blafphemetur animarum. Si igitur amplecteris talium dogmata; nec fic animæ corporifque exemplum per omnia convenire cognofce: non enim ex duabus perfectiffimis perfonis eft homo, neque ex præexfiftentibus perfectiffimis naturis, etfi (fecundum corpus) ex præexfiftentibus materia. Infuper ipfum corpus humanum non ad aliud aliquid factum eft, nifi ut hujus fit animæ (velut fi quis dicat) organum. Mens vero circa tales remotam fubfiftentiam habuit: non enim quæ in Chrifto unitio facta eft, a principio fuit. Nam fi a principio unaquæque mens (quod abfit) Chriftus erat, in nullo namque volunt difpares a principio factas, non enim propter corpus tantummodo Chriftus eft: alias non inhumanatio, fed incarnatio eft facta folummodo. Similiter fi una mens unita eft Verbo, non a Virgine inhumanatio: quia non ex tunc eft noftræ naturæ unita totietas, fed jam prius, illud quod eft, multo amplius fubfiftebat. Quin immo, quod magis proprie homo eft, id eft interior homo; & erit inhumanatio, ejus tantum qui foris, unitio. Sed non fic fapuerunt fancti Patres: perfectam fiquidem naturam noftram Verbo unitam; & non folum carnem a tempore conceptionis quæ in Virgine facta eft, confonantiffime docuerunt. Continet enim prædicta epiftola etiam hæc: *Diverfæ quidem quæ ad unitionem veram convenere naturæ; unus vero ex ambabus Chriftus & Filius, non tamquam naturarum diverfitate confumta propter unitionem: perficientibus autem potius nobis, unum Dominum & Chriftum & Filium deitate atque humanitate; per ineffabilem & inenarrabilem, ad unitionem concurfum.* Ecce differentes quidem naturas in Domino unitas effe dixit, & hoc ad faciendum Chriftum; ne putares quod alio tempore præter id quo facta eft conceptio corporis; & ne quis putet quia fola caro tunc unita eft Verbo, addidit quia divinitas & humanitas ad unitatem concurrerint.

HÆRETICUS. Nos prædictum dogma non colimus: hoc eft enim quod dicitur Origenis, de præexfiftentia: quod & fancti Patres noftri & archiepifcopi Alexandriæ, fub anathemate damnaverunt, maxime fanctus Theophilus, quem & fanctiffimus Cyrillus in omni orthodoxa confeffione fecutus eft. Superflue igitur ea quæ a nobis non coluntur dogmata, diffolvifti. Oportet autem (eo quod femel ita elegeris ut accufes noftrum dogma, & in contraria parte ftes) ad rem pertinentia loqui.


RUSTICUS. Quia inter vos, nonnullos habetis talia fentientes, & confequens eft veftro dogmati ut ifta dicatis, ficut poftea oftendetur; idcirco hæc dicere fum coactus: quoniam vero tu non vindicas talia, convertar ad reliqua. Quia igitur non præexfiftunt corporibus hominum, animæ ipforum, claret quia propter invicem creantur a Deo: anima quidem ficut ad gubernandum corpus fecundum naturam; corpus vero, ficut fine quo impoffibile eft tales illius operationes impleri. Ideo enim individua anima individuo utitur corpore, & non alia anima alterius corporis gubernatrix eft naturaliter, fed proprii unaquæque: ad hoc namque etiam fubfiftit. At vero Deus Verbum, non ad incarnandum & inhumanandum fubftitit, fed fempiternus eft: neque ergo humanitas, ad hoc ut ita uniretur, fubftitit, fed alteram habet fubfiftendi cauffam: nec humanitatem dico folummodo individuam quæ Verbo unita eft, fed communem. Vides igitur longe impar unitionis exemplum.

HÆRET. Etfi difcrepat Dei Verbi, & animæ exemplum (quia Deus non tantum præexftitit animæ, fed & infinite præexftitit homini, & quia ipfe, & totius naturæ & fuæ humanitatis creator eft) & nec folum movet propriam humanitatem, & univerfa quæ vult, & quemadmodum vult; non tamen humanitatis, a carne: ficut enim ad hoc facta eft humana caro, ut a rationali, id eft, humana anima, gubernata, utilis fit ad animæ operationes explendas quæ aliter impleri non queunt: fic Dei Verbi humanitas, ut dum moveretur ab eo, ejus operationes expleret. Similiter igitur per unitionem Verbi & ejus humanitatis, una natura eft.

RUST. Nullo modo hoc, fed magis e contrario verum eft. Si enim ex majore horum quæ dicta funt, diffimile atque inconveniens eft exemplum; ex minore vero, fimile atque non difcrepans: multo amplius Dei Verbi & humanitatis non eft una natura, quam fit. Igitur cum nequeat effe & non effe una folaque natura, reftat ut propter exempli fimilitudinem, fit utique bene una perfona: propter id vero quod longe amplius difcrepat, non una natura. Si igitur non facta eft una natura: conftat quia permanent duæ: non enim dicturus es e converfo, quod Dei ad humanitatem non una natura fit, humanitatis vero ad Deum una natura fit: non folum quia nihil differt circa rem, fed & quia continuo refpondebo: Ergo Verbi & humanitatis duæ naturæ funt, etfi humanitatis & Verbi non duæ, fed una; incongruum vero non a mea orietur propofitione, fed veftra.

HÆRET. Hoc nemo, ut arbitror, eorum qui habent animam, confiteri refutat; quia fi una natura eft carnis & Verbi, Verbi & carnis una natura eft, etfi duæ: Idem namque eft, quotieslibet quis convertat verbofitate fermones. Illud vero magis interrogo: fi tua ratio vera eft, cur non potius una natura & non una magis Chrifti perfona fit, quam una quidem perfona, non una vero natura? Quomodo aut Chriftus unus circa hominis fit exemplum, dum longe amplius difcrepet

a Joan. I. 14.



quam concordet? oportet enim multo magis unum non esse, quam esse unum Christum & Filium Dominum.

Rusticus. Siquidem principaliter secundum ipsum inhumanata esset divina natura, quæ sanctæ utique Trinitati communis est, omnium trium fuisset incarnatio personarum: quæ enim communis naturæ sunt, principaliter & secundum se, communia sunt sanctæ Trinitati. Quoniam vero non per se, sed per unam est incarnata personam; (Deus enim Verbum, Dei filius, incarnatus est solus, qui est illius naturæ una persona) idcirco unita ei caro rationalis absque ulla meditatione, una cum eo persona & unus est filius, & Christus unus & Dominus. Unam siquidem esse personam, & unum Filium; non totius Trinitatis est proprium, sed unius soliusque personæ. Incarnata vero dicitur Verbi natura per Verbum, & secundum quod Verbi est, non ipsum Verbum potius per naturam & secundum quod est ipsa natura; ne & incarnatio, & nativitas, & passio totius sit Trinitatis. Similitudo ergo prædicta ad unum pertinet Filium, unum Christum: distantia vero non ad plures Christos aut Filios, sed ad duas naturas. Ideo circumduxi totum, quia ad distantiam pertinent exemplorum carnis & animæ; non ad quod interrogatum est, cur in Christo non persona potius quam natura diversæ sint.

Hæreticus. Non mihi sufficit ad credendum, quia hæc exempli differentia sufficiat ad probandum, quod non una sed duæ naturæ sint Domini Christi. Si igitur habes alias, quæ sint dicas.

Rust. Multæ sunt aliæ: quarum prima; quia Verbum a consubstantialibus, non natura, neque substantia, sed sola persona discretus est: unusquisque autem nostrum, præter communem, habet & propriam substantiam individuam & naturam: idcirco enim & multi homines nominantur: rursus anima compatitur corpori; Deus autem Verbum, nequaquam: anima nullatenus foris a corpore suo habet operationis principium; Deus autem Verbum & in humanitate exsistens, in cælo & ubique consuetas operationes implevit, licet quasdam & inæstimabiles etiam per corpus. Quid enim differebat ad operationes ejus quæ sunt ab initio, utrum non haberet an haberet humanitatem; dum per humanitatem non plueret, non tonaret, non astra moveret? & (si licet simpliciter dicere) nihil amplius per eam sit operatus, nisi sola quæ noviter propter nostram fuit facta salvationem, pro qua & inhumanatus est. Harum, quasi parva sint hæc, & non illi quoque sociasse vel majora vel æqua, sic tibi minus videntur idonea.

Rust. Non ad hoc præfata posuimus, sed ad illud; quia alia est libertas deitatis, in carne & extra; & alia necessitas animæ, quæ obligata in corpore, secundum hoc habet eodem modo movendi simplicis corporis potestatem. Verum & hæc (donando) adjecta sint; cum naturæ ac personarum Trinitatis ratio peracta sufficiat.

Hæret. Una est Christi subsistentia; an non una, sed potius duæ?

Rust. Et hoc fraudulenter interrogas. Subsistentia enim, unum quidem nomen est; res vero diversas significat, ad quas responsio una non convenit. Interdum namque personam significat, nonnumquam vero substantiam. In sancta enim synodo Ephesina, utrumque monstratur. Sanctus enim Gregorius ille Nazianzenus, inter alia quæ in commentis synodicis continentur; ad testimonium

A quidem rectissimæ fidei, destructionem vero Nestorii dogmatum, & ista docere introducitur. *Aliud quidem & aliud ex quibus Salvator: non enim est idem invisibile visibili, & intemporale subtemporali. Non alius autem & alius, absit: utraque enim unum commixtione; Deo quidem inhumanato, homine vero deitato. Vel quomodolibet quis nominet; dic vero, aliud & aliud e converso quam in Trinitate se habet: illic enim alius & alius, ut non subsistentias confundamus, non aliud vero & aliud: unum enim tria & idem deitate.* Ecce manifestissime synodi universalis auctoritas, subsistentia pro personis in sancta Trinitate suscepit atque laudavit. Sanctus vero Cyrillus Alexan-
B driæ archiepiscopus, in tertia ad Nestorium epistola; unitionem quæ est secundum subsistentiam in Christo asserens factam; rursus eas quæ de ipso sunt voces non dividendas duabus subsistentiis, neque vero personis, præcepit; prius quidem dicens sic: *Eas vero quæ in Evangelio sunt Salvatoris nostri voces, nec duabus subsistentiis, neque vero personis partimur.* Postea vero: *Si quis personis duabus seu subsistentiis, vel eas quæ in Evangelicis, & quæ in Apostolicis sunt conscriptæ voces, impertit: vel eas quæ super Christo a Sanctis dicuntur, aut ab ipso de semet ipso.* Et reliqua. Superius vero: *Si quis super uno Christo dividit subsistentias post unitionem, sola conjungens eas conjunctio-*
C *ne quæ est secundum dignitatem, vel auctoritatem seu potentiam, & non magis conjungit illas secundum unitionem naturalem, anathema sit.* Dicens igitur abominabile esse dividere super uno Christo subsistentias, & hoc post unitionem; similiter vero accusans qui eas conjungunt secundum hoc vel illud, & non potius secundum istud; ostendit, quia oportet eas conjungere secundum hoc. Non ergo conjungendæ sunt in Christo subsistentiæ secundum solam dignitatem vel similia, sed potius conjungendæ sunt in Christo subsistentiæ secundum unitionem naturalem.

Hæret. Ego arbitror, quia magis ex duabus naturis simul & subsistentiis, tamquam ex duabus
D personis dixit in Domino Christo unitionem: non enim tam vicine hoc ipsius subsistentiæ nomen tam diversum assumsit, & maxime (inquiens) *post unitionem*: tamquam si ante unitionem, duas diceret naturas atque personas; post unitionem vero, unam.

Rust. Nullo modo verum est: prædemonstravimus enim, quia non ex duabus personis Dominum dicat. Si enim hoc dicere voluisset, sicut (dicens ex duabus naturis factum Dominum) non recusat confiteri quod Deus Verbum nostram naturam sibi univerit; sic non habuit recusare fateri, quod hominis personam sibimet ipsi univerit. Nunc vero hoc quidem approbat; illud vero accusat,
E dicens in epistola ad Nestorium secunda, sic: *Juvat vero nullo modo rectam fidei rationem si sic habeatur, vel certe si personarum unitionem diffament aliqui: non enim dixit Scriptura; quod Verbum hominis univerit sibimet ipsi personam, sed quod factus sit caro.* Ecce claret aut sicut ipsum ponit, aut sicut omnimodo consequens dicere unitionem personarum, & dicere, quia Verbum, hominis personam sibimet ipsi univerit, & hoc tamquam contrarium divinæ Scripturæ infamans e contrario posuit, quia factus est caro: hoc pæne clamans, quoniam qui in Christo unitionem personarum dicit, ejicit illud a sancta Scriptura dictum, quod [a] *Verbum caro factum est.* Paullo superius vero osten-

a Joan. I. 14.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 549.



dit, dicens: *Duarum enim naturarum unitio facta eſt; propter quod, unum Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur: clariſſime igitur ſubſiſtentiæ nomen nonnumquam perſonam, interdum vero naturam ſignificat: non enim, ſicut inquis, ſemper & perſonam ſignificat, & naturam.* Et rurſus ubi jubet non diſpertiri voces quæ de Chriſto dicuntur, duabus perſonis ſive ſubſiſtentiis; ſubſiſtentiæ nomine atque perſonæ ſimpliciter atque indifferenter eſt uſus, in tantum qui poſtea ipſe diviſit voces, ſuper duabus naturis, inquiens, *Evangelicas vero & Apoſtolicas de Domino voces, ſcimus, Deiloquos viros, quaſdam quidem communificantes ſicut ſuper una perſona; quaſdam vero dividentes, ſicut ſuper duabus naturis.* Et poſt aliqua: *Glorificavimus omnium Salvatorem Dominum, quoniam Scripturis divinitus inſpiratis & traditioni ſanctorum Patrum noſtrorum convenientem habent fidem, tam quæ apud nos, quam quæ apud vos ſunt Eccleſiæ: hæc vero continue per ordinem ſupra ſunt poſita.* Ecce, divinas Scripturas & Patres ſic prædicare confeſſus eſt, quoniam oportet diſtribui voces duabus naturis. Quia ergo non dicit ſibimet ipſi contraria, conſtat; quoniam naturis quidem diſtribuendæ ſunt voces, nequaquam vero perſonis, id eſt, ſubſiſtentiis. Commune igitur diverſarum id nomen eſt rerum, & interdum perſonam ſignificat, nonnumquam vero naturam. Unam igitur ſubſiſtentiam dicimus Domini Chriſti, ſubſiſtens eſt enim perſona ejus: non vero abominamur & duas dicere, quando & pro naturarum nomine, pie hoc quis aſſumere vult ſub omni cautela; ſubſiſtunt enim duæ naturæ.

Hæreticus. Sed ecce Chalcedonenſis ſynodus quam veneramini, unam ſubſiſtentiam dicit Domini Chriſti. At vero beatiſſimus Cyrillus ex duabus ſubſiſtentiis, unam dicit: & dicebas (quin potius demonſtrare voluiſti ſuperius) quod non dicat, ex duabus perſonis: ex duabus igitur naturis dicit Dominum Chriſtum. Quoniam vero & mox unam ejus ſubſiſtentiam dicit præfatus Pater, unam igitur naturam novit Domini Chriſti. Sicut enim non recuſas, duabus naturis dictum & ex duabus ſubſiſtentiis; ſic negare non poteris, quia in una natura dicat, quando in ſubſiſtentia unitionem prædicat factam: Non enim vel alterius Patris, vel in diverſis opuſculis ſub eo dicta proferimus nunc, ſed & ipſa Epiſtola, & non longe utrumque ab invicem ibidem quoque oſtenditur, & quando audimus eum dicentem, conveniſſe naturas ſecundum unitionem naturalem, & non perſonalem: quia non modo una perſona, ſed & una ex duabus natura.

Rusticus. Ea quidem quæ dicta ſunt, ad ſolutionem horum quæ ſunt dicta, ſufficiunt: ſicut enim oſtendimus in eadem ſynodo dictum, quia ſubſiſtentia interdum quidem perſonam, nonnumquam vero naturam ſignificat; ſic una eademque Epiſtola contigit uno nomine res dici diverſas: maxime, quia etſi in una Epiſtola, verumtamen in diverſis capitulis dictum eſt. Inſuper quia aliter & aliter ſubſiſtentiæ nomine uſus ſit, nec tu poteris denegare: ſi enim ſemel acquieſcis, quia non ex duabus perſonis dixerit, quando ex duabus ſubſiſtentiis dixit; dicis vero quia unam perſonam, & unam ſubſiſtentiam pro una natura factam per unitionem dixerit; conſtat quod aliter atque aliter hoc nomine uſus ſit: heic quidem ex illis dicens ſubſiſtentiis quæ non etiam perſonæ ſint, ſed naturæ tantummodo; illic vero illam ſubſiſtentiam quæ ſecundum te quoque per-

A ſona eſt. Quod igitur (me dicente) ut falſum reprehenderas hoc; & tu, etſi diverſo nomine, es confeſſus. Claret igitur, quia etſi vicine, aliter tamen & aliter uſus es nomine. Quia vero nec ſubſiſtentiam unam pro una natura dixerit, inferius oſtendemus.


Hæret. Sic non ſic intellexit; quia per unitionem, una natura facta ſit ex duabus: quare inquit (ſicut ſupra jam dixi) ſecundum unitionem naturalem?

Rust. Ad refellendum eos qui dicunt, quia noſtræ naturæ non ipſa divina Verbi natura unita ſit; ſed velut accidens aliquod Verbi tantummodo; ut dignitas, ut auctoritas, ut poteſtas. Præ- B termittens enim quoniam non conjungendæ ſint ſubſiſtentiæ, ſecundum dignitatem vel auctoritatem, vel poteſtatem; ſolum tunc intulit, *ſed ſecundum unitionem naturalem*, id eſt, ipſarum naturarum: tamquam ſi quis dicat; chorus Angelicus, id eſt, chorus Angelorum. Nec non & ob hoc, quia non perſona eſt unita perſonæ, ſed Deus Verbum noſtram naturam ſibimet ipſi unire dignatus eſt, non vero noſtram perſonam; ne non vera, neque in unam perſonam, neque in unum facta ponatur unitio. Ipſe vero ſanctiſſimus Cyrillus in expoſitione horum capitulorum prima; naturalem unitionem, ſemet ipſam dixiſſe ait, pro vera unitione; & teſtimonium profert Apoſtoli ad hujus rei compro- C bationem dicens: [a] *Et eratis natura filii iræ, ſicut & ceteri.* Et addit, *quia ſicut, ille* natura filios iræ, *pro eo ut diceret*, vere filios iræ, *dixit; ſic ego unitionem naturalem pro vera poſui.* Si ergo naturalem unitionem, tamquam in unam naturam colligentem ea quæ unita ſunt, in hoc loco accepimus; neceſſe eſt etiam illic iram quamdam ſubſiſtere ſecundum naturam, cujus (ſecundum naturam) malæ ſint proles, circa impiiſſimum Manichæum. Inſuper ſi hoc demonſtrare Cyrillus voluiſſet, quia una facta eſſet natura; conſequens erat ut in expoſitione hoc clarius diceret, & contra eos qui hoc accuſabant, adjiceret, dicens: *Verum eſt: hoc dixi, & bene dixi: una eſt enim per* D *unitionem facta natura.* Cur igitur naturalem unitionem, veræ unitionis nomine permutavit? Nemo enim ſemet ipſum exponens, & cupiens dilucidare quod dixerit, pro maxime proprio nomine, incertius nomen ponit. Veram namque unitionem & nos dicimus & vos; naturalem vero, vos tamquam pro vobis ſolummodo ſapitis. Si igitur quod dicitis, dicere voluiſſet; & multo facilius id ille dicere potuiſſet, & verbum proprium (ſimul & clarius) non mutaret.

Hæret. Infirmiores erant ad quos ſermo fiebat, id eſt, Orientales; & propterea ſermonem ſic coaptavit, in tantum, quia (etſi alio nomine) idem tamen induxit, tamquam ſi diceret: quia E qui dicit veram unitionem, naturalem dicit; & qui negat naturalem, refutat & veram. Ceſſit autem de ſermonis integritate, propter eos qui nondum poterant capere: ſi enim verax unitio, & non naturalis, hoc magis oſtende.

Rust. Non eſt opus exemplo, dum ipſa res nobis hoc quod quæritur ſolvat: quia enim vel aliam, vel aliter dicitis vos unitionem quam nos, vos ipſi fatemini: quia vero in unam perſonam, in unum Chriſtum, in unum Filium, unum Dominum, unam ſubſtantiam dicimus factam unitionem; hanc vero, veram eſſe quam credimus, manifeſtum eſt. Sanctus vero Cyrillus nomen veræ unitionis dicens & naturalis, permutans (ut di-

a Epheſ. II, 3.



citis) propter infirmos, nequaquam dispensative A in tantam impietatem caderet, ut ex Apostolico testimonio probare tentaret, quod ira secundum substantiam subsisteret; cujus filii essent ii qui nequaquam sunt: quod vestram propositionem sequi monstravimus. Si enim heic naturalis unitas ab eo dicta est in unam naturam; & illic *iræ filii* secundum naturam filii dicti essent iræ, & ejusdem cujus & ira, naturæ. Dicit enim prædictus Pater in expositione tertii capituli, sic: *Si vero dicamus naturalem unitionem, veram dicimus, dum consueta sit divinitus inspirata scriptura sic uti hoc sermone: scribit namque alicubi quibusdam sacratissimus Paulus*: Et eramus natura filii iræ [1] sicut & ceteri. *Et nequaquam quis dicat subsistere secundum natu-* B *ram iram divinam, ita ut etiam germina ejus intelligantur ii qui peccant; alioqui in omnibus utique modis erimus consentientes iis qui Manichæorum vesania languent; sed id quod dixi*, natura, *ostendit id quod est secundum veritatem*. Omnes igitur contra nos calumnias vestras, quin immo contra sanctum Cyrillum, hic sermo subvertit.

HÆRETICUS. Utrum communes duas naturas Christi dicitis esse, an ut individuas sicut individuas dicitis, omni necessitate consequitur, vos duas quoque subsistentias dicere? Omnis enim substantia & individua natura subsistentia est: si vero ut generales, sive universales, vel certe communes naturas dicitis, numquam pauciores personæ sunt ha- C rum. Erunt igitur & duæ personæ, seu amplius, Domini Christi.

RUSTICUS. Et heic ad interrogationem quidem non necessaria posita sunt; ad conclusionem vero æquivocatio posita, quæ jam sæpe est deprehensa. Duas enim Domini Christi naturas, dicentes; nec communes dicimus utrasque, neque individuas duas, sed divinam quidem communem, humanam vero individuam. Nec duas vero subsistentias dicimus absolute, Domini, sed unam subsistentiam dicimus, ut re vera unam subsistentem vere personam. Duas vero cum interpretatione dicere non abominamur, quoties pro natura ponitur is sermo.

HÆRET. Omnis natura individua, persona est: D si igitur humana Christi natura, individua est, erit igitur non insubsistens Verbum: duæ vero naturæ; duæ igitur personæ Christi.

RUST. Multæ individuæ sunt naturæ, quæ non sunt etiam personæ, sicut inanimatorum & irrationabilium. Nam & homo dum constet ex anima & corpore, non tamen ex duabus dicitur esse personis, quam confessum est, ex duabus individuis constare naturis. Si enim homo ex duabus personis est, erit Christus ex tribus, & Trinitas ex quinque personis: verumtamen & arbores, & surculos, & herbas, & lapides, & alia inanimata individuas quidem solemus vocare naturas, non vero & personas.

HÆRET. Multa quidem de hoc dicere est, etsi E non apte ad id quod propositum est. Ego vero cetera præteriens, propositionem definio sic: Omnis individua & rationalis natura, persona est: dum enim tres exsistant confessæ rationales naturæ (id est Dei, & militiarum cælestium, & hominis) in iis unaquæque individua natura persona est. Quia igitur vos, super Christo, duas dicitis rationales naturas, duas etiam personas inevitabiliter introfertis: superflue igitur Nestorii anathematizatis nomen, cujus dogma defenditis; aut (ut levius dicam) cujus error, vestrum dogma necessaria ratione comitatur.

RUST. Si rationalis apte dicitur Deus, interim non quæram: sed illud magis affirmo: quia, in Deo individua (dico vero singularis) id est, non communis, sed unius & solius personæ natura est: sola enim in Deo communis natura est trium personarum: illic vero nec sic definitur persona: non enim illic persona est individua natura, neque communis: sed individuum naturæ communis.

HÆRET. Ergo, ut dicis, magis duæ personæ sunt in Domino Christo: Unicuique siquidem (secundum vos) naturæ propria personæ ratio convenit: Deus enim Verbum individuum est divinæ naturæ, humanitas vero naturæ rationalis individua: hæc vero, duæ naturæ: duæ igitur & personæ. Nec enim potes dicere, quia non quæ æquivoce, sed quæ univoce dicuntur, connumerantur, qui communem Trinitatis naturam individuæ humanitati connumerans, etiam ob hoc duas naturas fateris.

RUST. Etsi in reliquis rationalibus creaturis, substantia individua, persona est, sed non in Domino Christo: non enim quia eum ex duabus perfectis naturis esse confitemini, ob hoc ex duabus (secundum vos) erit personis: alioquin jam non erit incongruum dicere, Verbum, hominis sibi unisse personam: quod in Ephesо exclusum est communi sententia. Quia vere id olim est demonstratum, addam etiam illud, quia communiter quidem nobis confessum est, quod diversæ quidem quæ ad unitatem veram concurrerunt, naturæ: non tamen etiam quia diversæ quæ ad unitatem veram convenere, personæ. Si enim vos quoque suscipitis sancti Cyrilli Epistolam cui synodus Ephesina subscripsit, hoc refutare nequaquam potestis.

HÆRET. Et ubi hoc aliquando sanctus vir ille conscripserit, umquam probare non poteris.

RUST. Ipsa illius sanctissimi verba satisfacient. Testimonium ex secunda Epistola ad Nestorium S. Cyrilli: *Carnem animatam anima rationali, uniens Verbum sibimet ipsi secundum subsistentiam; ineffabiliter atque inintelligibiliter factus est homo, & vocatus est filius hominis non secundum solam voluntatem vel benignitatem, sed neque velut in assumtione solius personæ: & quia diversæ quidem, quæ ad unitatem veram conductæ naturæ; unus vero ab ambabus Christus & filius, non tamquam naturarum differentia interemta propter unitionem perficientibusque potius vobis unum Dominum & Christum & Filium deitate & humanitate per ineffabilem unitionem & inenarrabilem concursum*. Igitur etsi super aliis natura rationalis individua persona est, in Christo vera hæc regula nullatenus vera est.

HÆRET. Irrationabile mihi nimis videtur esse quod dicitur, quia in omnibus quidem verum est; in Christo vero hæc regula nequaquam vera est. Si enim similiter nobis participatus est sanguine & carne, & per omnia nobis assimilatus est absque peccato; cur in eo solo non verum sit, quod in omnibus verum est?

RUST. Si quidem hoc solum inæstimabile atque insuetum esset in Christo, equidem neque tunc te diffidere hujusce miraculis oportere, convenerat. Si vero & multa (immo universa) in illo inæstimabilia, hoc magis esse irrationabile, vel tarde jam respice; quia cum tanta miranda atque inæstimabilia fide percipias, ad unum horum dubius es. Quis enim (dic mihi) præter hunc alius talis ut hic? Ideo iste non secundum consuetudinis legem factus est: quoniam nemo a semet ipso factus

1. *Sicut & cet.*] Sic paullo ante citatur hic locus, ut habet Vulg. Deest *sicut* in editis.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

est sicut iste, sed novo modo, nova unitione, nova & singulari atque irregulari; immo vero superirregulari lege factus est. Numquam siquidem, neque homo neque Angelus, neque quis ex superiorum rationalium Deus erat; nec erit, in unam, Deo illi qui consubstantialis est Patri, personam unitus, nullus ex alia natura; unus cum Verbo & Deo Christus est factus; neque quisquam, unus Dominus, nec unus unigenitus Dei, sicut in hoc credimus factum: duarum namque perfectissimarum rationalium naturarum, numquam secundum veritatem, facta est una persona, sicut in Domino Christo est factum. Amplius vero adhuc dicam; quia neque inter ipsas creaturarum substantias umquam tale aliquid factum est, ut unirentur in unitate personæ: Non igitur aliorum rationalium regulæ supponitur ipse Dominus; non enim ceterorum factus est lege. Sicut igitur Nestorii syllogismos, quin potius paralogismos, id est, falsas collectiones; ita & aliorum qui similiter consueta & inæstimabilia in non æstimabilibus, & mirabilibus, & mentem supereminentibus quærunt, abominamur: ex talibus enim non potest colligi, quod idem sit Deus perfectus & homo perfectus. Sic credentes omnia regenti & omnipotenti Deo; vobis quoque resistimus, qui dum vultis comparationibus & exemplis & legibus regulisque subjicere unitionem super cuncta fulgentem, jam non eam creditis singularem.

HÆRETICUS. Ego homo sum; rationabiliter persuaderi desidero, rationalem me creavit Deus.

RUSTICUS. Recole quæso, & participem te esse illius divini baptismatis; recole, de illo mysterio esse sermonem, cui numquam æquum quid vel simile contigit: quia hoc ipse in semet ipso universorum Dominus fecit; sicut per Prophetas ipse dixerat, inquiens: [a] *Faciam novum in femina quod omnes mirabimini*. Verum quia valde me cogis verbo inire, quæ superexsiliunt animam; prius a Deo veniam petens, ut possum, aggrediar disquirere imperscrutabilem rem. Dico autem, quoniam si fides accommodanda est exemplis, omnia quidem sine exceptione habet nostræ naturæ Christus, non omnia vero humanæ personæ: videmus enim unamquamque hujusmodi subsistentiarum, omne quod suum est esse, in semet ipsa habentem, præter ceteras alias sequestratam. Nec enim mea anima alterius corpus per semet ipsam vel prime gubernat, etiamsi secundum accidens, velut filios aut servos dicimur gubernare. At vero Deus illam humanam naturam numquam sua præsentia atque gubernatione depositam reliquit; tamquam si dicat aliquis effrenate libero arbitrio abuti, sed & ob hoc eam creavit, non ut suæ, sed ut ejus esset: & super semet ipso eam fundavit, tamquam super basim quamdam vel fundamentum (ut vera dicam) ut per eam, perficeret propositam suæ immensæ largitati pulcherrimam dispensationem. Igitur si omnis individua natura, persona est; sed illa omnis quæ non ad hoc creatur, ut alteri inseparabiliter unita permaneat. Nam & humanum corpus non est alterius personæ ab anima sua; alioquin, ut jam dixi, erit Christus ex tribus personis, & ex quinque Trinitas sancta.

HÆRET. Prius oportet me, ea quæ ante dixisti recipere: si tute ad reliqua pervenire contendis. Miror namque quomodo dicitis, quia inhumanatio Domini caret exemplo, dum multi Patrum, exemplorum comparationibus, hanc assimilent: nec non & ipsa sancta & universalis synodus Ephesina, in

A mysterii explanationem, hominis utatur exemplo; & hoc ex lectionibus antiquorum perdoceat: quia sicut ex anima & corpore, una est hominis natura; sic ex divinitate & humanitate, una est Christi Domini natura, sic aliquatenus inquiens: *Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus: Filii vero non duo, neque Dii; neque enim heic duo homines, etsi sic Paullus,* [b] *quod intus est hominis & quod foris est appellavit: & si oportet breviter dicere, aliud quidem & aliud, ea ex quibus Christus.* Si igitur hoc sanctissimi Patres rationalis animæ & humani corporis exemplum suscipiunt ad Domini inhumanationem, sic unitas dicentes in Christo naturas, sicut in unam naturam

B ram hominis, animam simul & corpus; quomodo, nos hoc super inhumanatione sapere prohiberis extra exemplum dicentes esse unitionem, cujus tanti ac tales Patres similitudinem proferunt?

RUST. Ergo in nullo dissonare dicitis eam quæ in Christo celebrata est unitionem, ab ea unitione quæ incessanter fit in universo mundo, ubicumque componitur homo.

HÆRET. Quomodo non differt, dum semel & & solum facta sit super divinitate atque carne?

RUST. Hoc non ipsius unitionis, sed eorum tantum quæ uniuntur, differentiam fecit. Si enim, sic verbi gratia dico, aut hominem & Angelum, aut Deum & virtutem forsan aliquam ex rationa-

C libus cælestium adunari contingeret; ab iis quæ unirentur unitione non distarent. Quare alterum est; differre ea ex quibus aliquid est; & alterum, ipse unitionis eorum modus.


HÆRET. Et aliquid distat unitio: effectus tamen, minime: in unam siquidem personam convenerunt.

RUST. Sed nos nunc ab unitione argumentamur ad effectum: & quoniam communiter Christi confitemur unam solamque personam; si una quoque natura sit, quærimus. Sed quia omnem comparationem aut exemplum, non per omnia simile nec per cuncta dissimile poni necesse est; cum multos modos circa hominis consideremus exemplum: Ex duabus enim naturis, non modo unus homo, una

D persona, una subsistentia; sed & una species, unum animal, & una substantia vel natura. Ex iis ipsis apparet quia a sanctis Patribus, non ut unius naturæ sive substantiæ significativum super Domino sumitur, quia hoc exemplum suscipiunt. Si vero non modo una persona, & una subsistentia, & unus idemque est, sed & una species, substantia, & natura, & simpliciter nullo modo unitorum salvus est numerus, jam non erit exemplum. Hoc autem nec verum, nec hac intentione dictum est a scriptore; sed ad demonstrandum tantummodo, quia sicut illic quæ unita sunt, unum eumdemque hominem perfecerunt, sic & heic unum Christum, unum Filium, unum Dominum, unam personam,

E & unam subsistentiam: quod est & ex ipsis considerare sermonibus. Non enim dictum est, *ex duabus quidem naturis, Deus & homo, quia & anima & corpus*: at vero naturæ jam non duæ, sed una per unitionem. Sed postquam dixit: *duæ naturæ, Deus & homo*: addidit; *Filii autem non duo*. Cur ergo pervertis ea quæ ob hoc clarescunt dicta, ut unus Filius monstretur, & non duo Dii; neque interiorem & exteriorem (velut alterum & alterum) duos quis Christos esse putaret: sed ut, vel si quid Christi interius & quiddam exterius juxta exemplum propositum, & sicut de homine inquit Apostolus, non tamen velut interiorem & exteriorem, duos Christos exsistere.

a Jer. XXXI. 22. *b* II. Cor. IV. 16.



HÆRETICUS. Ego alium ſuſpicor eorum quæ dicta ſunt, intellectum: quod enim dixit; *duæ naturæ, Deus & homo, quia & anima & corpus; Filii vero non duo, neque Dii, neque enim heic duo homines, etſi ſic Paullus; quod interius hominis & quod exterius appellavit*; tale eſt, ac ſi quis dicat, Non ſunt duo Chriſti, Deus homo, etſi ſic Apoſtolus interiorem & exteriorem velut duos homines nuncupavit, id eſt, animam & corpus. Igitur hominem quem Apoſtolus velut in duo partitus eſt, ſanctæ memoriæ Gregorius unum modum omnibus nominat, ne Chriſto eum conferens, duos videatur Chriſtos aſſerere. Quia igitur ſuper uno eodemque homine (circa Apoſtolum) licet dicere; *interior homo & exterior*: de Chriſto vero non licet dicere, *is qui intus eſt Chriſtus, & is qui foris eſt Chriſtus*, ſecundum Patres ſanctos qui in Epheſum convenerunt, ne duos faciamus Chriſtos: claret, quia in Chriſto major unitas quam quæ in homine facta ſit: multo amplius igitur per unitionem, una natura eſt Chriſti.

RUSTICUS. Planius audire deſidero, quæ a te dicta ſunt nuper: obſcuriſſima enim ſunt.

HÆRET. Breviter ſimul & plane eadem repetentur. Dixit alicubi Apoſtolus: [a] *Quia quanto is qui foris eſt noſter homo, corrumpitur; tanto is qui intus eſt, renovatur*: & tamquam de alio loqueretur, eum qui intus eſt & eum qui foris eſt, ſeparavit, ut veluti duo homines putarentur, alter interior, & alter exterior. Dicit ergo Gregorius; *ſic ex duabus naturis Chriſtus, ſicut ex corpore & anima homo*: non tamen licet vel ſic nos dicere de Chriſto ſicut de homine; quatenus ſicut ille qui intus eſt, & ille qui foris eſt homo, quodammodo duo ſunt homines, ſic duo ſint filii: non enim circa hoc exemplum ſumimus quaſi ut alter ſit interior Filius & alter exterior, ſed circa hoc tantum, quia ex ambabus unus eſt Filius. Quare ex parte, & non ex toto ſumſit exemplum. Inſuper non ſolummodo duo, ſed & tres veluti videtur Apoſtolus homines ſubſignare, dicens enim: *Interior noſter homo*, &, *exterior homo noſter*: in eo quod dicit, *noſter*, alium velut hominem monſtrat, cujus iſti ſint duo; alius enim ego, & alius ille qui meus eſt.

RUST. Falſiſſime atque verſutiſſime inquis: non enim vel Apoſtolus ſic incongrue ſcripſit, vel illa univerſalis ſynodus ita deſipuit, ut hanc ingruitatem velut ex perſona ſancti Gregorii exponeret ad demonſtrationem propriæ fidei: quoniam non hoc interior & exterior homo quod ſimpliciter homo, ſed quod non integer homo: non enim vel animus vel corpus integer homo. Omne ſiquidem quod negatur, adjecta negativa particula ponitur, ut puta: Anima rationalis, homo non eſt. Ponitur homo, & id non eſſe dicitur. Circumſcribit ergo Paullus hominis partem, dicens: *exterior homo*, id eſt, *non & interior*: ac per hoc non totus homo. Rurſus, *qui intus eſt homo*: igitur qui non etiam qui foris: ergo nec homo, ſed aliquid hominis, neque imperfectum. Quia vero ſic intellexerit Pater; non modo ex oppoſita e diverſo incongruitate, ſed & ex conſequentia rationum licet oſtendi; inquit enim: *Si quis duos filios introducit, unum quidem ex Deo Patre, ſecundum vero ex Maria, & non unum & eumdem, & adoptione decidat quæ promiſſa eſt recte credentibus: Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia & anima & corpus: Filii vero non duo, neque Dii: nec enim ii duo homines, etſi ſic Paullus, quod intus hominis & quod foris nominavit: &, ſi oportet breviter dicere, aliud quidem & aliud ea*


A *ex quibus Salvator. Siquidem non idem viſibile inviſibili, & intemporale ei quod ſub tempore: non alius vero & alius, abſit: ambo enim hæc, unum mixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deitato, vel qualitercumque quis nominet. Dico vero, aliud & aliud, e converſo quam ſuper Trinitate ſe habet: illic namque alius & alius uti ne ſubſiſtentias confundamus: non aliud & aliud: unum enim tria & idem deitate*. Primum quidem, non dixit; *ex duabus naturis Chriſtus*, ſed potius; *duæ naturæ, Deus & homo*, id eſt Chriſtus. Si enim de alio diceret, non adderet, *Filii vero non duo*. Nullus enim, Deus ſimul & homo unus filius, niſi Chriſtus. Nec vero dixit fuiſſe, ſed eſſe duas B naturas: quod enim mox adjectum eſt, non erat, ſed eſt: dixit enim, quia & anima & corpus, & addidit: *Filii vero non duo, neque Dii*; & non addidit, *ſunt*. Et ideo non ob hoc adjecit, & hoc ipſum eſt, quaſi ut non ſint duæ naturæ: nec enim hic ideo deeſt (quod abſit) eo quod tamquam ſint duo Filii; ſed proprietas locutionum eſt, hanc particulam orationis in audientis intellectu relinquere. Si igitur duæ naturæ ſunt, Deus & homo (id quod Salvator plane confeſſus eſt) quomodo tu per quaſdam diabolicas verſutias, ejus in contrarium verba pervertis? dic mihi.

HÆRET. Interim contra ea quæ dicta ſunt, per ordinem te oportet, ſi tamen omnino aliquid C habes, opponere; & tunc me interrogare, ſi ad hæc habeam rationes. Quid ergo apud eum vult ſignificare, *etſi ſic Paullus, quod intus hominis & quod foris appellavit*?

RUST. Patienter accipe; hoc enim & facturus ſum. Poſtquam igitur dixit, *duæ naturæ, Deus & homo, quia & anima & corpus: Filii vero non duo, nec Dii*, addidit, *nec enim heic duo homines*. Non igitur duo dicendi ſunt homines de uno & eodem; nocebit namque & hoc non mediocriter pietatis myſterio, ſi dicamus; quia Deus & duo homines, Chriſtus; ſeu quia Verbum non homo factus ſit, ſed homines facti ſunt: & eſt per hoc, decem millia concludere incongrua ſimul atque blaſphema. D Ante omnia quoniam tu duas naturas eſſe non dicens Domini Chriſti, duos homines dicis in eo, & negans duas Dei & hominis eſſe naturas: rurſus ſolumque hominem, auctoritate Apoſtoli, duos eſſe homines contendis aſſerere, & Apoſtolo contraria dixiſſe Gregorium. Dictum vero eſt quod prædiximus, ab Apoſtolo atque a Patribus: quoniam quædam quidem ſunt quæ de uno & ſolo dicuntur, & non etiam de duobus aut pluribus; quædam vero ſimiliter & de uno & non de ſolo: ut eſt, quando dicit Dominus de corpore ſuo, quod templum ſit, quando illud a Judæis quidem ſolvendum eſſe prædixit, a ſe autem reſuſcitandum: dicimur vero & nos, vel Filii vel ſancti Spiritus eſſe templum. E Vides igitur hoc idem, & de eodem & de non eiſdem, ſed de aliis & aliis dici? Si igitur aliud eſt de duobus loqui, vel pluribus; aliud vero de uno quidem; ſed tamen ſimiliter, & ſic tamquam de duobus: illic enim verborum ſimilitudo, non identitas rerum: Non enim ſine diſſimilitudine eſt ea, quæ de uno eſt, & illa quæ de pluribus ratio. Inquit ergo Gregorius: quia etſi communi & ſimili ſermone Apoſtolus uſus eſt ſuper uno homine quaſi ſuper duobus; non tamen duo ſunt homines, is qui intus eſt, & is qui foris. Sed & hoc ipſum non dubitate poſuit, ſed veluti ſermone ſuſpenſo: non enim dixit, quia modis omnibus hoc dicat Apoſtolus, ſed ait: *ſi ſic Apoſtolus, quod intus eſt hominis*

a II. Cor. IV. 16.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.



& quod foris est, appellavit. Intendendum vero & quod ait: *Appellavit*. Non enim dixit, *confirmavit*, neque, *definiit*, sed, *appellavit*. Appellatio vero similitudo sermonum est, non autem omnimodo necessarieque & inevitabiliter identitas rerum. Non igitur de duobus intellexit hominibus, etsi, ut de geminis, *appellavit*.

HÆRETICUS. Quid volumus sermone protendere? Non ait interim lectio quia in duabus naturis, sed ex duabus: addidit enim, *aliud quidem & aliud, ex quibus Salvator*.

RUSTICUS. Interim permitte, nos per ordinem, quod olim quærebatur, absolvere; & de hoc postea perquiremus. Prædictis igitur superaddit etiam hæc: *Et si oportet breviter dicere; aliud quidem & aliud, ea ex quibus Salvator: siquidem non idem id quod invisibile ei quod visibile, & id quod intemporale & quod subtemporale; non alius vero & alius, absit*. Et heic, quod dictum fuerat, repræsentat; quia ex duabus quidem substantiis, non ex duabus personis est Christus: *aliud* enim *& aliud* naturarum magis est proprium; *alius* vero *& alius*, personarum. Signandum vero, quia non dixit, ex alio & alio, Salvator: sed, *aliud & aliud, ea ex quibus Salvator*: ne quis vestrum suspicetur, quia ex duabus quidem, sed jam non duæ naturæ: dixit enim pluraliter, *ea ex quibus est Salvator*. Si igitur ex duabus naturis Salvator, sunt vero hæc ipsa ex quibus Salvator; sunt igitur duæ naturæ: non enim potest heic dici: alia quædam dixit ea ex quibus est, præter duas naturas. Non enim possibile est, ex aliis quibusdam dici Christum, nisi ex duabus naturis exsistentibus: exsistentibus vero dico, non, præexsistentibus unitioni; absit, sed nunc usque manentibus. Rursus igitur sermonem repetam. Lectio hæc, duas ex quibus est Salvator, hactenus vult esse clare naturas: quomodo igitur, tu (nisi satanæ versutiis) in contrarium vertere quæ bene sunt dicta, conaris? Non jam duas, inquis, esse naturas eas ex quibus Salvator, quas & duas naturas & aliud atque aliud Patres esse dixerunt. Sicut autem dixit heic, *aliud & aliud, ea ex quibus Salvator*, prout diceret, *ex quibus est Salvator*: sic & supra, *duæ naturæ, Deus & homo*: ac si diceret, *duæ sunt naturæ Deus & homo*. Intende vero & tenori lectionis hujus, quia per singula nomina similiter currit.

HÆRET. Quid ad me? dicantur ad hoc tamen solum duæ naturæ, ut ex ipsis sit; non tamen ad hoc, ut & in ipsis sit Christus, ne unus secetur in duos.

RUST. Quotiescumque sermones verteris, minime nos pigebit opponere tuis falsitatibus veritatem: turpe est enim re vera & indecens, contra afferentem perversa, nos pro veritate frigidiores inveniri. Audi igitur interim, & suadere adhuc amplius ex his quæ sequuntur ita: *Hæc enim ambo, unum commixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deitato, vel quomodolibet quis nominet*. Vide igitur lectionem, *ambo*, nominantem; quæ tu, duo quædam dici non voles. Quis usque adeo vecors sit, immo quis demens, quis impius & sine Deo, qui, *ambo*, esse non dicat, *duo* quædam? Simul quoque inspice, quia (sicut superius diximus) simpliciter *unum* naturæ sit potius proprium quam personæ; sicut *unus* personæ potius quam naturæ: verumtamen eo quod nonnumquam & præter acribiam dicantur talia, & alterne, salvo pio intellectu; sicut Apostolus sic de uno homine, tamquam si de duobus locutus est, *ille qui intus & qui foris*

A *homo*: sic iste de duabus naturis tamquam quasi de una, non ait unum esse Christum nec unam esse personam, sed simpliciter unum; dicit enim, *ambo hæc unum commixtione*. Non autem tibi blandiaris, quasi omnino de una natura se eloqui putaverit; alioqui & ego dicam, quia & heic non sine additamento legitur *unum*, sed dicitur *unum commixtione*, id est, unitione, non natura unum.

HÆRET. Non mihi plura jam dicas, ecce uno te superabo sermone: ubi mihi de cetero fugies? ubi poteris verti? Non solum enim unum quid dixit, utraque; sed & addit, *commixtione*: ubi commixtio: ibi omnimodo & una ex diversis natura: una igitur ex duabus, Domini Christi facta

B natura est.

RUST. Glorifico Deum, quia velut inventa occasione, omne venenum tuum promtissime vomuisti. Rogo vero & spero, qui quanto vulnus tuum manifestius factum est, tanto celerius curabitur. Non dixit enim Sanctorum doctrina, naturarum permixtionem, non dixit fermentationem, non dixit confusionem: hæc namque omnia non jam servant ea quæ unita sunt. Igitur si (quod absit) confusio facta est: non jam Deus est Christus. Sed ipse exposuit quid dixerit, *commixtione*, dum superaddit, *Deo quidem inhumanato, homine vero deitato*: non dixit, Deo quidem confuso, homine vero confermentato: est enim, est re vera quædam commixtio

C salvam custodiens differentiam commixtorum. Et hoc exposuit sufficienter olim S. Cyrillus in primo tomo contra Nestorii blasphemias, sic dicens: *Nomen quidem commixtionis posuerunt etiam sanctorum Patrum nonnulli. Quoniam vero revereri te dicis, ne forsitan quædam putetur refusio contigisse: quemadmodum in ordine eorum quæ invicem liquida commiscentur, liberem te ab hujusmodi pavoribus. Sapuerunt enim sic, numquam abusi sunt vero verbo ad summam factam unitionem eorum quæ ad alterutrum convenerunt significare studentes. Convenire autem dicimus secundum unitionem indiscissibilem, & impermutabiliter habentem propria carnis Deum Verbum: inveniemus vero & ipsam divine inspiratam*

D *scripturam, non valde hoc verbum discutientem, sed potius quasi abusive ponentem atque simpliciter. Scripsit igitur sacratissimus Paullus de aliquibus*,[a] Sed non profuit eis sermo auditus, non mixtis fide iis qui audierant. *Numquid ergo futuri erant circa æquum modum commixti ad alterutrum, sicut certe vinum aquæ, & refusionem quamdam subsistentiarum, quæ est in invicem, passuri ii de quibus erat sermo; an potius uniti circa animam, secundum illud quod in actibus sanctorum Apostolorum scriptum est;*[b] quoniam multitudinis eorum qui crediderant, erat cor unum & anima una? *Sed arbitror hoc verum magis esse quam illud. Esto igitur extra pavores super iis: cauta enim nimis est mens Sancto-*

E *rum*. Ecce, quod æque quæsitum est olim Nestorio, S. Cyrillus absolvit.

HÆRET. Ex synodicis ejus (si tamen re vera potes) aliquid tale demonstra: quæ enim in pugna, & contentione, & contradictione, non utique circa acribiam dicta sunt: multa enim puto in talibus, & magis dispensative dicta; ea vero quæ synodi universalis sunt, firmissima omnium sunt, maxime quia oportet primum communia contemplari, & tunc propria scripta. Habeo namque & ego non pauca ex talibus proferre scriptis.

RUST. Si ad satisfaciendum tibi non sufficit circa hæc hujus Patris auctoritas; me puta ista dixisse. Numquid Apostoli verba quibus hæc demon-

a Heb. IV, 2. *b* Act. IV, 32.

ſtrata ſunt, aut ſic ſanam expoſitionem poteris non probare? Verumtamen & in iis obediam tibi: ſpero enim in nomine Domini, quia ſi tibi per omnia quæ quæſieris ſatisfias, omni modo etiam corrigaris. Ex ſynodica & unitiva epiſtola ſanctæ memoriæ Cyrilli, ad ſanctæ recordationis Joannem archiepiſcopum Antiochiæ & ſynodum quæ ſub eo eſt. *Eos autem qui dicunt, quia confuſio aut fermentatio facta eſt Dei Verbi ad carnem, dignetur tua religioſitas condemnare: credibile namque eſt, quoſdam & hæc jactitare de me: tamquam ſi hoc, vel ſapuerim vel dixerim. Ego autem tantum alienus ſum a ſententia hujuſmodi, ut & inſanire putem eos qui quolibet modo illud ſuſpicati ſunt, quod momenti obumbratio circa illam divinam Verbi naturam contingere poſſit: manet etenim quod eſt ſemper, & mutatum non eſt; ſed non umquam mutabitur, aut etiam permutationis erit ſuſceptibile: impaſſibile vero ad hæc illud Dei Verbum confitemur univerſi.*

HÆRETICUS. Et nos non impiam mixtionem dicimus, quam heic doctor iſte accuſat, ſed piam, quam in verbis S. Gregorii, cum tota univerſali Epheſina ſynodo hic ipſe ſanctiſſimus Cyrillus accepit. Hæc vero pia mixtio, unam naturam Chriſti effecit.

RUSTICUS. Licet ſufficiant quæ dicta ſunt: tamen propter pertinaciam tuam, ut ſcias quia non talis eſt hujus lectionis intentio, cetera perſcrutemur, quæ ſic ſe habent: *Utraque enim unum commixtione, Deo quidem inhumanato, homine vero deitato, vel quolibet modo quis nominet. Dico autem, aliud & aliud e converſo quam in Trinitate ſe habet: nam illic quidem alius & alius, ut ſubſiſtentias non confundamus; non aliud vero & aliud, ſubſtantiam ne ſeparemus: unum namque hæc tria, & idem deitate*. Clare in talibus verbis omnem veram comminuit hæreſim, monſtrans quia aliud in Chriſto quidem convenit, in Trinitate vero tota jam minime, ſed potius alius & alius. Vides igitur, & duas naturas & aliud & aliud dici de uno eodem Domino Chriſto: alius vero & alius, ubi perſonæ ſunt tres: non quia Chriſtus quarta perſona ſit, dum certe ſine ipſo non jam tres, ſed duæ perſonæ ſint ſeu ſubſiſtentiæ: ſed quia ſicuti in commune ſanctæ Trinitatis differentia, & numerus ſubſiſtentiarum & non naturarum eſt: ſic in Chriſto qui coadimplet Trinitatem, naturarum, non perſonarum eſt tam differentia quam etiam numerus. Si enim heic e converſo quam in Trinitate: quid aliud ſignat iſtud, *e converſo*, niſi quia ſicut ibi non una perſona, ne ſubſtantias confundamus; ſic heic non una natura, ut non confundamus naturas? Ex judicio igitur ſanctæ & univerſalis ſynodi, confuſionem modis omnibus introducunt, qui unam dicunt naturam Domini Chriſti ex divinitate ac humanitate factam.

HÆRET. Duas naturas: &, *aliud & aliud ex quibus Salvator* dixit: non, in quibus Salvator: vos autem (ſicut ſynodus Chalcedonenſis) non ex duabus, ſed in duabus eſſe dicitis.

RUST. Non dixit, fuiſſe, ſed eſſe duas naturas: non ſolum propter illa quæ olim dicta ſunt, ſed & propter quod nunc dictum eſt: non enim dixit, ſic ſe habuiſſe in Chriſto, ſed quod ſic ſe uſque nunc habeat: Inquit enim, *& e converſo quam ſe in Trinitate habet*, id eſt uſque ad præſens: & nec dixit, *illic quidem, ſic ſe habuit e converſo: in Trinitate vero ſic ſe habet*; ſed communiter addit, *habet*, poſtquam dixerat, *e converſo*. Sicut igitur

A nunc uſque illic ſubſiſtentiarum diſcretio, ſic & heic naturarum. Eorum enim quæ fuerunt & non jam ſunt, ad ea quæ ſemper ſic ſunt, quomodo ſecundum aliud & aliud & alius & alius erit alter e converſo. Si vero & hoc tibi difficile eſt; ex ſuperioribus jam monſtratum eſt, quia *duæ naturæ Deus & homo*, ſic poſuit tamquam ſi diceret, *duæ naturæ ſunt, Deus & homo*.

HÆRET. Et uſque nunc duas naturas eſſe dicimus, ſed ad hoc ut ex eis ſit, non ad hoc ut in eis: hoc enim dicere eſt dividere in duo.

RUST. Dic igitur, quæ ſunt iſtæ duæ? Certe manifeſtum eſt, quia divinitas ejus & humanitas ejuſdem. Si ergo in deitate & humanitate, in duaB bus Chriſtus: nam ſi non igitur [1] naturis eſt Chriſtus hoc eſt, non eſt igitur ex duabus naturis (quod abſit) qui ex deitate & humanitate eſt; aut (quod abſit) ex altera deitate & humanitate præter duas naturas, aut non ex deitate atque humanitate.

HÆRET. Et unde mihi oſtendere potes, quia Chriſtus in divinitate atque humanitate ſit?

RUST. Interim, quia non tantum fuiſſe quondam ſolum, ſed nunc eſſe quoque naturas dixit, demonſtrat & illud, quia dicit, *ambo enim unum commixtione*. Idem vero eſt dicere, *hæc ambo*, & *hæc duo*. Sicut igitur quando dicit hoc unum, non fuiſſe ſolum, ſed etiam nunc eſſe intelligimus; ſic & C quando ambo hæc non fuiſſe ſolum, ſed etiam eſſe intelligimus: ſi enim jam, non hæc ambo, igitur, jam non hoc unum. Quare (quod abſit) non jam dicetur unus Chriſtus, nec una ejus (ſecundum te) eſſe perſona: nec non etiam ipſe articulus, *hæc*, pluraliter dictus, non naturam, ſed naturas eſſe ſignificat; ambo vero illa duo, unum eſſe, ſub uno vero omnia dicta ſunt, ſicut oſtendit dictorum lectio.

HÆRET. Non multa mihi; ſed illud (ut dixi) proba, quia in iis ſit Chriſtus.

RUST. Et hoc tibi ex ſynodicis ſimiliter lectionibus comprobabo.

HÆRET. Prius, quæ ſunt reſidua teſtimonii ſanD cti Gregorii, perquiramus, clare (ut arbitror) unam Domini Chriſti ſubſtantiam declarantia.

RUST. Servetur tibi abſque præjudicio & iſte ſermo: nunc vero interim (dum adhuc quæ dicta ſunt, memoriter retinemus) accipe ſynodicam lectionem, quia Chriſtus in divinitate atque humanitate ſit.

Teſtimonium ſynodicum Ambroſii ſanctiſſimi Mediolanenſis Epiſcopi.

Sileant igitur inanes de ſermonibus quæſtiones, quia [a] regnum Dei (*ſicut ſcriptum eſt*) non in perſuaſione humani verbi eſt, ſed in oſtenſione virtuE tis. *Servemus differentiam divinitatis & carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura eſt: &, ſi idem loquitur, non uno tamen ſemper loquitur modo. Intende in eo, nunc quidem gloriam Dei, nunc vero hominis paſſiones; quoniam ut Deus docet & divina quia Verbum eſt; ut vero homo loquitur humana, quia in mea ſubſtantia loquebatur.* Audiſti, *cuſtodiamus differentiam divinitatis & carnis. Unus in utroque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura eſt*. Intende (quæſo) in utroque eſſe eorum quæ dicta ſunt, Dominum Chriſtum, id eſt, deitate & humanitate; quorum & differentiam dixit oportere ſervari.

[a] I. Cor. II. 4.

1. *Naturis eſt*] An, ex naturis?

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

Et addit, *quia in eodem utraque natura est*. Quid igitur vult id quod ait, *quia*, nisi ac si dicat; propter hoc in iis est, quia in eo sunt hæc? Si enim [1] Christo duæ naturæ, & in duabus naturis est Christus. Propter hoc nec uno semper loquitur modo idem ipse, quia non una natura, sed aliquando quidem tamquam Deus est, aliquando vero ut homo, *quia in mea substantia loquebatur*, id est, [2] quivis, qui in mea erat substantia, loquebatur: ipsa vero temporis differentia, & Dei gloriam atque hominis passionum & naturarum distinctionem pariter repræsentat, dum dicit, *nunc quidem hoc, nunc vero illud*.

Hæreticus. Tu ista dicis: nam synodus non ait quod in utraque natura sit Christus, sed quod ipse quidem *in utroque loquitur*: in ipso autem utraque natura est: & non dixit, *duæ*; sed *utraque*: quod vero utrumque, non continuo, duo.

Rusticus. Quousque, o tu homo, Deo discredis, qui per sanctos locutus est Patres, & impudentiæ non parcens, desperationis cæcitate etiam communes conceptiones mentis evertis? Quis dixit, quis audivit umquam hominum, utrumque non esse duas? Convinco vero te a tua ipsius conscientia. Dic igitur anathema ei qui non credit, quod Christus in utraque natura & in Christo utraque natura est, ut credamus tibi vel hoc, quia ex bona conscientia loqueris. Quid est ergo, quod occasiones & varietates verborum quæris? Dic anathema; & tunc (tamquam nescientem) te rationabiliter suadebimus. Quia vero dixisti, quia in utroque loquitur, & quia in mea substantia loquebatur; non dixit, quia in hoc sive in illo sit, sed quia in utroque loquitur, *unus qui in utroque est loquitur*: sic hoc positum est in tantum, ut sequatur Filius Dei. Reddito vero verborum ordine, facilis est intellectus, tamquam si diceret, *qui in utraque natura est Dei Filius*, & addidit, *loquitur*. Verumtamen idem rursus designat illud incongruum quod tua verba consequitur: si enim non est in utroque, loquitur igitur ubi non est. Quin etiam si non est ille in utraque natura, est vero in eo utraque natura; non est ille Deus filius in iis quæ sunt in eo. Et de nonnullis quidem talis ratio verax est: ego enim sum in hoc mundo & in hoc loco, sed non etiam vel mundus vel locus in me: de iis autem quæ ad substantiam pertinent, necessarie conversio fit. Etenim, si Filius in divina substantia, & in Filio ergo divina substantia: & si humanitatis natura in ipso est, & ille in ipsa natura est: & si duæ sunt in ipso naturæ, & ille in duabus naturis est.


Hæret. Ego timeo idem velut in confessionem fidei dicere, quod quilibet dicere possit dividens atque sejungens: divisio enim in duo, vel in tria, aut certe plura ultra fieri dicitur; & ideo non dico, *in duabus*.

Rust. Similitudo sermonum idem non facit in rebus exsistere; alioqui tali modo, & illum qui dicit, quia in eodem utraque natura est, possibile est sustinere calumniam: e contrario enim quæ confunduntur, in unum aliquid confunduntur. Hoc vero est & sermonum summa diversitas, seu magis adversitas, dicere quia unus & idem in duabus naturis est, & dicere quia in duabus aut in duobus quibusdam dividitur: qui enim dividitur vel partitur, sive separatur, non est unus in illis in quibus separatur: non enim potest unus esse, & divisus esse; sed postquam fuerat aliquando unus, jam nunc non est unus, postquam separatus est: Hoc ergo significat impia divisio vel separatio. At vero unum eumdemque in aliquibus esse, hoc magis cautius & tenacius inseparabiliter unum esse, est: qui enim in duabus est, & idem ipse permanet, ille non solum partiri non potest, sed & sufficiens est ut in se ipso unita custodiat in quibus secundum subsistentiam, id est, substantive est, id est, ea quibus absque ulla medietate participat. Quare multo amplius & cautius non unum dicimus Filium: quippe scientes eum in duabus naturis exsistere, fortiter atque incommutabiliter eum novimus unum, non vinciendum, ut ita dixerim, dualitate naturarum in quibus est, ut partiatur in duo, sed & prævalentem, in sua ipsius indirumpibili unitione, illas ipsas in quibus est, servare naturas.

Hæret. Argumentatio, mihi, & ingenii subtilitas, ut ita dixerim, videntur hæc verba. Ego autem ad illam sanctissimam sanctorum Patrum convertar auctoritatem: ex te vero (secundum tuas promissiones) exigam, ut quæ reliqua sunt lectionis sancti Gregorii, tandem aliquando jam recenseam, quæ ita se habent: *Si quis dicit, tamquam in Propheta secundum gratiam* [3] *inoperatum, & non secundum substantiam conjunctum & complasmatum Verbum; sit vacuus melioris operationis, magis vero plenus adversæ. Si quis non adorat hunc Crucifixum, anathema sit & deputetur cum deicidis. Si quis ex operibus perfectum factum, aut post baptisma vel resurrectionem ex mortuis, assimilatione dignum factum dicit, sicuti Gentiles subinscriptos inducunt; anathema sit: quod enim cœpit, aut proficit, aut perficitur, non Deus; vel si propter incrementum catamodice ita dicitur*. Ecce indubitanter anathematizati sunt qui dicunt non secundum substantiam conjunctum Deum carni, & non complasmatum. Si igitur, secundum substantiam in Christo unitio facta est, constat quia unam substantiam fecit: non enim dixit testimonium secundum substantias conjunctum, sed secundum substantiam: Substantia vero utique una est, & non duæ substantiæ, ut dicitis vos. Memini vero & illud, quia ubi naturalis unitio dicebatur; dixisti, quia interim non dixit unitionem secundum naturam, sed naturalem. Ecce igitur heic non substantialem, sed secundum substantiam specialiter conjunctionem dixit, id est, unitionem: addidit vero, & complasmari Deum carni, & Judæos non homicidas, sed deicidas esse.

Rust. Non dicit nunc qualiter ad invicem duæ naturæ convenerint; sed quomodo una & sola divina natura humanitati convenerit, sed non e converso etiam. Si vero improbabile id suspicaris, hujus particulæ principium intendamus; dicit enim: *Si quis tamquam in Propheta dicit, secundum gratiam operatum*. Vides igitur propositionis principium, quomodo Deus carni copulatus sit, non quomodo deitas & humanitas sine unitate, id est, ab una unitionis (ut ita dixerim) parte. Perimit igitur ne dicatur simpliciter, secundum gratiam Deum conjunctum, & secundum illam gratiæ mensuram circa quam in Prophetis est operatus; probat vero secundum substantiam conjunctum: & neque unitum dixit, sed conjunctum; conjunctio vero eorum est quæ non immediabiliter sunt unita. Quid vero sit quod dicere volo, nitar clarius dicere: non Deus Verbum, divinam naturam; sed divina natura per Dei Verbi personam, unita dicitur carni: Si enim tota Trinitas incarnari voluisset, tunc forsan juste ipsa per semet ipsam fuerat incarnata natura: omnia enim quæ illi naturæ se-

1. *Christo*] Forte, *in Christo*. 2. *Quivis*] Forte, *inquit*. 3. *Inoperatum*] Mox infra, *operatum*.



cundum se & propter semet ipsam adsunt, communia Trinitatis, & non propria unius soliusque personæ sunt. Inhumanatio autem non Trinitatis communis, sed propria est solius subsistentiæ Verbi: incarnatus est igitur & Deus Verbum, & natura ejus: sed ille quidem per semet ipsum, & secundum quod est ipse; illa vero non ita, sed per personam. Igitur Deus Verbum, secundum semet ipsum quidem unitus est carni; una enim persona & una subsistentia est facta cum carne: secundum naturam vero conjunctus est potius quam unitus; duæ enim mansere naturæ: & per comparationem, Verbum potius unitum carni est, quam natura ejus; & ob hoc istud potius quam illud, unitio est. Illud igitur magis conjunctio est, licet sit & unitio; hoc vero magis unitio est quam conjunctio: nam quæcumque omnino conjunctio nominatur, illic pæne semper servatur & numerus conjunctorum, seu etiam quantitas.

HÆRETICUS. Mihi multa incongruitate plenus videtur hic sermo: nec enim differt dicere, quomodo ad invicem duæ naturæ convenerint, & quomodo divinitas humanitati conjuncta sit. Nam si una est, a semet ipsa minime differt: sic igitur Verbum carni copulatum est, sicut caro Verbo. Deinde quæ rursus differentia Verbi ejusque naturæ, ut ipse quidem per semet ipsum dicatur unitus; illa vero unita non per semet ipsam, sed potius fuisse conjuncta?

RUSTICUS. Intentius te audire quæso quam prius: subtilior enim sermo est, quam qui possit aliter comprehendi. Inhabitare etenim Deus dicitur a nobis in carne, indivise atque incessanter; non autem caro inhabitare Deum: & templum Dei dicitur caro, sed nequaquam templum carnis Deus: & hujusmodi unitionem Deus fecit, & non caro; caro autem passa est, & minime fecit. Passio autem non solum corporalium & contristantium, malorumque dicitur; sed & spiritualium, & suavium, & bonorum; ita ut & ipsa beatitudo, creaturarum passio nominetur. Et una quidem eademque unitio est, sed non una definitio sive ratio unitionis. Si igitur oportet præsentare per imaginem, differentiam deitatis unitæ carni, carnisque, deitati; dicimus ita. Contingit, unius ejusdemque viæ contrarias esse rationes: eadem namque est ascensus atque descensus; ab hoc quidem principio, ad illud ascensus; ad hoc vero ab illo, descensus; subjectum vero, idem: locus namque itineris idem est, etsi multoties & millies id quilibet pertranseat. Sic igitur (ut verbi gratia & manifestandi caussa dicamus) differt a deitate ad humanitatem, non ipsa unitio, sed ratio unitionis ad eum quæ est e diverso: licet heic & illud discrepet, quia duarum naturarum unitionem non ambæ fecere naturæ, sed sola divinitas. Quid enim & cooperari ad unitionem valuit natura nostra quæ in Christo est, quæ sumsit ab ipsa unitione principium? Forsitan vero & propter hoc, non secundum substantias, sed secundum substantiam duæ sunt conjunctæ substantiæ, quia non duarum, sed unius tantum, miraculum ipsa unitio fuit. Non enim sicut in Prophetis vel aliquibus aliis, divina gratia manum porrigente, nobis tamen studentibus & quodammodo cooperantibus unimur Deo; tali modo illic, sed longe ineffabiliterque diverso.

HÆRET. Rursum compellor ambigens objicere, quæ sit differentia vel quod medium Verbi, & naturæ sive substantiæ ejus; ut ipse quidem per semet ipsum carni uniatur; natura vero ejus non per semet ipsam, sed secundum personam.

RUST. Quam vos dicitis caussam, ut non inhumanaretur Pater & Spiritus sanctus, dum una Dei Verbi natura incarnaretur, quæ natura communis est Trinitati: hanc nos dicimus caussam, ut Deus Verbum inhumanaretur per semet ipsum; natura vero ejus, secundum personam. Immo vero id quod nos dicimus, multo videtur facilius esse, quam quod dicitis vos. Si enim sic unita est humanitas atque divinitas ut una fieret natura, & omnino inhumanatus non est Pater nec Spiritus sanctus, qui ejusdem naturæ sunt & non alterius; quomodo impossibile sit sic inhumanatum fuisse Verbum ut non per semet ipsum inhumanaretur ejus natura?


HÆRET. Sed omnia quidem quæ habet persona, habet immediabiliter & natura; non autem quæ sunt naturæ, necesse est ut sint etiam personæ.

RUST. Sermo quidem iste, & ante demonstrationem incongruentissimus videtur universis; verumtamen, propter insensatos, ex necessitate respondeo. Quasi (ut inquis) nulla differentia est, nec aliquod medium personæ Verbi & naturæ ipsius: hoc quod nihil est, nil prohibet e converso dicere: Igitur nulla differentia neque aliquod medium est a Verbi natura ad ejus personam. Quoniam vero indifferenter secundum eamdem naturam se habent, non solum Pater sed & sanctus Spiritus; inhumanato Verbo ejusque natura, inhumanati sunt igitur (secundum te) & Pater & Spiritus sanctus. Necesse est igitur circa vestras blasphemias, ut & genita & passa sit tota sancta Trinitas. Insuper autem & caro (secundum te) trium erit personarum propter Trinitatem, aut Trinitas, una persona propter carnem, aut carnem necesse est naturam quidem habere, personam vero non habere. Non igitur ex duabus naturis (secundum te) unus Christus, unus Filius, unus Dominus: hæc enim unius & solius apud vos compositæ personæ significativa sunt: sed solum, sicut dicitis, una est facta natura: omnis igitur ex vestra argumentatione necessitas est, aut unum esse Christum, unum Filium, unum Dominum, & non unam ejus naturam ex duabus; aut esse unam naturam, & non esse unum Christum, unum Filium, unum Dominum. Quid igitur vestrum crimen aliis attribuitis; tamquam duas dicentes naturas, negant unum Dominum, unum Christum, unum Filium: quod nobis incessanter confitentibus, & verbis & rebus; vos soli incessanter negatis, unam dicentes naturam? Signandum vero & hoc, quia qui prius differentiam Verbi & ejus naturæ esse negaveras, nunc dixisti, omnia quæ habet persona, habet immediabiliter & natura; non autem quæ sunt naturæ, necesse est ut sint etiam personæ.

HÆRET. Confiteor esse aliquid differens: sed hoc prohibet quidem quædam naturæ etiam personarum esse communia; non tamen ea quæ personæ sunt, prohibet esse etiam naturæ. Et ideo persona incarnata, facta est una natura: facta vero una natura, non est Trinitas incarnata. Ea enim quæ personæ sunt, mox sunt etiam naturæ; ea vero quæ sunt naturæ, non continuo etiam personarum.

RUST. Si igitur ea quæ personæ sunt (ut inquis) continuo etiam naturæ sunt; quoniam duæ personæ, id est, Patris & Spiritus sancti, aliæ sunt præter humanitatem Filii; altera igitur & natura secundum te, Patris & Spiritus, præter humanitatis naturam quæ est in Christo. Natura igitur Patris & natura carnis duæ sunt. Quia igitur una & sola & simplex natura est Patris & Spiritus sancti; ipsa

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 549.



vero & Filii, secundum quod Deus est: Filii igitur naturæ sunt duæ.

Hæreticus. Sed in solo Filio, cum humanitate una est facta; in reliquis vero personis altera, & altera, duæque naturæ sunt.

Rusticus. Ergo circa quiddam quidem suum facta est una; secundum aliquid vero, minime: Hoc vero aliquid, si quidem Filii personæ idem est, manifeste nobiscum non jam unam naturam, sed unum filium factum fuisse, & unam ejus confiteris personam. Si vero non est idem personæ, non erit simplex secundum te, sed composita erit divina substantia: cujus aliquid quidem factum est, una natura cum carne; aliquid vero minime, una cum carne natura. Igitur deitatem & humanitatem ad invicem discernere non sustinens, ipsam simplicem deitatem, & hoc secundum semet ipsum discernes. Quia vero impium sit, omnia Dei Filii divinæ ipsius impartiri naturæ; si dubitas, ostendetur: Nec enim carnis ejus passiones, divinæ Filii naturæ dicere licet, nec ea quæ Verbi sive reliquarum sicut arbitror subsistentiarum sunt propria. Caussa vero hæc est; quia ea quæ personas exprimunt, ab invicem distantia sunt; simplex vero, secundum quod simplex est, nihil differens habet. Pater enim genuit quidem, sed non etiam genitus est; Filius vero genitus est, sed minime genuit; Spiritus autem sanctus procedit, & non e diverso. At vero divina, id est, sanctæ Trinitatis natura, quæ tribus subsistentiis est communis, nec genuit, nec genita est, nec procedit: nam si unum horum, ergo & reliqua; id est, si genuit, & genita igitur est, & processit. Et sic quoque impium est, omnia Dei Filii, divinæ ejus impertiri naturæ. Nam cum sit proprium filii Dei, nec gignere, neque procedere; hæc jam non referuntur ad ejus naturam qui gignit atque procedit. Quin potius, si quid hoc est Patri gignere, quod non gigni neque procedere, & Filio hoc * *Deerat versus in exemplari.*

Hæret. Si non genuit divina natura; quomodo in Nicæa sanctissimi Patres, Filium ex Patris substantia genitum dicunt, inquientes; genitum ex Patre unigenitum, id est, ex substantia Patris?

Rust. Non habet symbolum ista: unde nec in Constantinopoli sancti illi Patres cl. hoc dixerunt. Verumtamen vel si det aliquis hoc ita positum: dictum est id pro eo quod est, genitum ex Patre unigenitum, ejusdem substantiæ exsistentem cujus & Pater, non tamquam genitus sit ab ipsa substantia: non enim substantiæ, sed subsistentiæ Patris, est Filius, Deus Verbum: non enim Pater Verbi, communis trium subsistentiarum natura; sed sola subsistentia Patris.

Hæret. Ergo secundum te, corrupit quod verum est, sancta & magna & universalis synodus quæ in Epheso facta est: posuit enim symbolum, dicens ad locum sic: *Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum ex Patre unigenitum, id est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine;* & reliqua.

Rust. Non oportet quando de Patribus sermo est, sic audacter fieri verba: alioquin & ego forte dixissem, ergo corrupit sancta & universalis Constantinopolitana synodus (secundum te) symbolum Patrum. Sed oportet nos, sanctis Patribus parcentes, hanc partem derelinquere, & illud solum dicere, quia etsi verbis distat expositio, non tamen & sensibus. Igitur quando dicimus genitum ex substantia Patris; sic intelligitur, (sicut superius diximus) quia ejusdem substantiæ est; aut ita distinguendum, ex substantia Patris, Deum ex Deo eum esse, & lumen ex lumine. Et illud vero dico,

A quia in una eademque synodo Ephesina, ubi Charisius propriam fidem confessus est, quæ etiam placuit synodo illi, non sic posuit hunc symboli locum, sed magis sic: *Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum ex Deo,* &c. Arbitror vero hanc esse dissonantiæ caussam, eo quod a multis memoriter teneretur, & (dum quidam, nonnulla oblivisccerentur) sermonem commutarent pro altero alterum.

Hæret. Firmius aliquid super hoc audire velim; hæc namque dubia sunt.

Rust. Sufficit tibi ad meæ expositionis adstructionem, tuæ ratiocinationis sensum, magis autem suspicionem, sive dementiam subrui: si enim cuncta
B quæ uniuscujusque personæ sunt (& maxime filii) oportet nos communi Trinitatis deputare substantiæ; ergo & passio Filii, divinæ naturæ passio erit. Si vero dixeris, quia sola illa quæ divinitatis sunt; ergo jam non unum est, sicut una persona Dei & hominis. Si enim & dum cuncta personæ Dei Verbi deputentur (ut jactitas) divinæ naturæ, ipsa divina natura non fit una persona cum Verbo; quomodo humanitas ejusdem Verbi (cujus propria non deputantur divinæ naturæ) una cum ipsa sit natura? Quod si & hoc concedamus, quia omnia quæ personæ sunt, deputari oportet communi personarum substantiæ, non eo quod primæ & secundum se substantiæ illius ista sint: alioquin secundum se,
C & genuit, & minime genuit, & genita est, & non est genita, & procedit, & non procedit, & inhumanata est, & minime inhumanata. Pater enim genuit, & genitus non est; Filius autem genitus est, & minime genuit; Spiritus autem sanctus nihil horum, sed procedit tantum, & non e converso. Nulla enim ratio est, cur (si ea quæ adsunt cuique personæ, ac sunt etiam naturæ earum) non etiam desunt ipsi naturæ, quæ desunt cuique personæ! Ac per hoc veræ dicentur affirmationes atque negationes circa idem, de una eadem simplicique substantia; quod est nimis incongruum: ita ut magis demonstretur ex istis quia ea quidem quæ uniuscujusque personæ sunt propria, ipsius secun-
D dum se ipsum, & per semet ipsum sunt: quia nec sunt opposita, dum de eodem dicuntur; ea vero quæ de natura communi, non ita. Quia igitur & inhumanatio proprietas est personæ (dico autem, Filii:) non igitur ipsa per semet ipsam, & prime natura inhumanata est: & stant nobis quæ superius dictæ sunt demonstrationes universæ. Dico vero & illud, quia quando dixero, *Deus*, simpliciter, universam Trinitatem dico: quando autem Deus adiectum habuerit, *Pater*, non jam Trinitatem, sed unam personam. Sic igitur cum dico, *substantia*, significo, id quod commune est Trinitatis: quando autem cum adjectione, *substantia Patris*, solam substantiæ illius personam.

E Hæret. Quid vero, quia sancta synodus inquit, complasmari Deum carni, & quia Deicidæ sunt Judæi, tamquam non homine occiso, sed Deo? Quomodo Deus complasmatus esse & occidi dicitur, nisi quia una natura est? si enim duæ essent naturæ cum salvus esset numerus, & differentiæ & proprietates salvæ omnimodo essent. Iis autem permanentibus, dicere oportebat quia occisus esset homo, & non coexstinctus Deus; & quia plasmatus est Deus, sed plasmavit & suscitavit templum, id est, hominem.

Rust. Magis non advertis quæ dicta sunt: id enim quod dicimus cum semper aut duo, aut amplius numero significat. Si igitur Deus complasmatus est carni, duo igitur quædam sunt, Deus atque humanitas. Testis autem mihi ad hoc, est sanctis-

simus Cyrillus in secunda quidem ad Nestorium Epistola, inquiens ita: *Christum unum, & Dominum confitebimur: non tamquam hominem coadorantes Verbo, ut non incisionis phantasia subintroducatur propter hoc quod dicitur* cum, *sed sicut unum, & eumdem adorantes: quoniam non alienum est a Verbo corpus ejus, cum quo & ipsi considet Patri.* In tertia vero: *Si quis audet dicere illum assumtum hominem coadorari oportere Deo Verbo, & conglorificari, & coappellari Deum tamquam alterum cum altero (hoc enim quod est, cum, semper quoties adjicitur, id ipsum intelligere compellit) & non potius una adoratione honorat Emmanuelem, & unam ei glorificationem deputat secundum quod factus est caro Verbum; anathema sit.*

Hæreticus. Compellor hæc ipsa clamare: quomodo Deus complasmatus est? quomodo occisus? quo autem modo non contraria sibimet ipsi dicit sanctæ memoriæ Cyrillus, qui id quod est, cum ex sua persona ferventer abjurat, & hoc idem cum rursus synodice approbat? Hæc sunt quæ me præ omnibus movent, vehementerque perturbant.

Rusticus. Arbitror quod pariter fateamur, quod filius Dei Deus Verbum, & consubstantialis exsistens & indifferens secundum naturam, a proprio Patre; idemtidem est impassibilis sicut ille, non tamen ob hoc omnino ab eo aliena sunt quæ ejus acciderunt propriæ carni: dico autem circa unitionem. Quia igitur plasmata quidem est caro, non deitas Verbi sempiterna persistens; erat vero inseparabiliter carni unitum Dei Verbum, ea quæ propria carnis sunt, propria faciens: dispensative complasmari dicitur carne ut propriæ carnis impassibiliter significans plasmationem. Sicut enim genita ex Virgine sacrosancta, ejus carne, ipse dicitur genitus, qui omnibus (ad id ut sint) præstat genesim; sic plasmata ejus carne, ipse dicitur complasmatus: ut in eo quidem quod est, consolvetur ratio naturarum; in eo vero quod est plasmatus (quod dum proprium sit, primo loco, humanitatis, dicitur tamen etiam de Deo Verbo) unitionis omnino inseparabilis unitas custodiatur. Si igitur solam nobis unitionem voluisset ostendere, inculpabiliter utique diceret, *plasmatus est unigenitus secundum carnem* sive *carne*: id est, secundum nostram naturam. Si vero solam differentiam, immaculate dixisset, quia [a] *Sapientia ædificavit sibi domum*: id est, Verbum carnem: nunc autem bene & breviter utrumque ostendens, non principaliter & absque omni medio plasmari, sed complasmari decibiliter introduxit.

Hæret. Ecce de hoc quidem quid diceres, nescio quomodo: quid autem de Deicidis dicturus es, id est, Judæis?

Rust. Item tibi denuo dicam: si enim semel Deus ea quæ carnis sunt, in semet ipsum propter nostram salutem refert: non inconsequenter, sicut complasmari dicitur carni ipse qui propriam carnem plasmavit ut Deus; sic illi qui ejus occiderunt carnem, non consequenter, arbitror, Deicidæ vocantur: non quia purum & sine carne occiderint Deum, sed quia ille homo quem occiderunt, Deus est: non enim purus erat homo, sed perfectus tam in deitate quam etiam in humanitate idem ipse. Si vero hoc tibi probabile non est; suscipe vel aliam expositionem. Crimen apud istum judicem non a pœna sustinentis deputatur, sed ab intentione facientis. Quia igitur Deus quidem impassibilis est per naturam: quod vero attinet ad Judæos dicentes;

A [b] *Iste est heres, interficiamus eum, & nos habebimus hereditatem*; circa Evangelium sic voluerant perimere Filium Dei, ut nec resurgeret ulterius, neque vero esset omnino divinitas ejus, licet nullus eum potuisset exstinguere. Ii vero qui hoc ipsum quod est impossibile, intentione tamen propria ut facerent instituerunt; juste utique Deicidæ vocantur, non a fine eventus: quomodo enim hoc fieri possit, dum quod studetur sit impossibile? sed ab ipso impetus sive instantiæ crimine. Forsan vero nec illud est incongruum dicere; quia sibimet ipsi occidit Deum, qui nec reputat esse illum vel qui vitam propriam sic disponit tamquam non sit Deus: nullam namque de bonitate ejus in vita fu-

B tura fructificat utilitatem; quippe tamquam si (quod ad illum attinet) non sit: circa id quod dictum est; [c] *Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus:* sic enim dixit Apostolus Dei illis qui post baptisma judaizaverint sicut prius, quia non simpliciter, sed [d] *sibimet ipsis rursus crucifigunt Filium Dei.* Nec non autem hoc quoque dicimus, quia Sabellius, & Samosatæus Paullus, perimunt (id est, abjurant) sanctæ Trinitatis subsistentias; & Arius consubstantialitatem; & Nestorius unitionem; & vos differentiam; ne forte tali aliquo modo & hoc dicatur, non quia interemerunt vel occiderunt, sed quia refutaverunt Deum.

Hæret. Si hoc ita intelligitur; cur contra Ne-

C storium hæc lectio assumta est, dum certe quæ a te ante modicum dicta sunt, Nestorius non refutet?


Rust. Jam quidem supra dixi in principio vicini sermonis, ea quæ ille omnino non recipit; id, quia per unitionem dicantur de Deo Verbo quæ carnis sunt; secundum vero ea quæ inferius dicta sunt, videtur quodammodo non inutilis esse ad eversionem Nestorii dogmatum sermo. Maledictionem namque ostendit eorum qui non credunt quod adorandus sit qui crucifixus est; non enim purus est homo, sed Deus simul & homo: nec vero coadorans ut alter alteri, sed sicut unus; quia ut unus est adorandus est. Forsan autem & sicut qui Deum passibilem dicunt, Deopassiani vocantur

D (non quod passa sit impassibilis substantia divinitatis; sed propter illorum qui sic æstimant, blasphemiam) ne sic Apollinaristæ Deicidæ nominentur, qui ipsum Deum in carne conversum & ita mortuum arbitrantur. Et si hoc ita se habet quod dictum est, tale est: Si quis non adorat eum qui crucifixus est, anathema sit, & scribatur cum illis blasphemis qui dicunt quod occisus sit Deus in sua natura. Signandum vero & illud, quia ubi dixit, *conjungi & complasmari*, non ait neque Deum neque Verbum, neque Christum, neque Dominum: arbitror autem ob hoc, ut daret legenti intellectum, quia secundum personam plasmatus est tamquam unus; secundum naturam vero complasmatus est tamquam

E habens alteram naturam cum qua complasmatus est.

Hæret. Ego ab ista frequentatione sermonis ad alterum deductus intellectum, sic intelligo complasmari; quia id quod non est prius, nisi secundum materiam plasmari dicitur, sicut Adam ex luto plasmatus est: quod autem jam prius est & perfecte est, quando non quidem fit, sed unitur, complasmari dicitur: sicut in domo, quæ olim prius sunt, & quæ ad ipsam horam fiunt: vel sicut in codice, cum sumuntur quaterniones qui ante fuerant consuti, si quis dicat consui: salva tamen pura dogmatis ratione quæ non solet esse per universa conveniens, sicut & olim constitit inter nos.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 549.



a Prov. ix. 1. b Matth. xxi. 38. Marc. xii. 7. Luc. xx. 14. c P[illegible] xiii. 1. [illegible] Heb. vi. 6.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR 549.

RUSTICUS. Mihi prodeſt & iſtud : ut enim id quod eſt, cum illic non unum aliquod, ſed plura; ita & heic.

HÆRETICUS. Unde conſtat quod hæc ita ſe habeant? potes ne mihi hæc in ipſis ſatisfacere verbis, an unde mihi iſta depromes?

RUST. Licet oportuerit ut ea quæ dicta ſunt, omnino ſatisfecerint tibi; tamen vel illa intende, quæ in finem prædictis adjecta ſunt. Dicit enim : *Quod enim cœpit, aut proficit aut perficitur, non eſt Deus; vel ſi propter crementum quod paullatim fit, ita dicatur*. Quid ergo? dic mihi: nonne manifeſta eſt differentia naturarum? Quod enim cœpit, & profecit & ad perfectionem pervenit, caro eſt: quod vero ſemper eſt, & ſecundum naturam & B ſubſtantiam perfectiſſimum, Deus eſt. Quia igitur, væſanientes ut Arius, dicunt de Domino crucifixo, quia deitas ejus non ſecundum naturam & ſubſtantiam perfectiſſima eſt, ſed per donum vel mercedem honorem percepit a Patre: quippe quæ vertibilis ſit atque mutabilis; contra objecit ſanctiſſimus Gregorius, *ſi quis ex operibus perfectum*. Ad hæc vero, Paulli Samoſatæi ſodales dicebant; quia poſt nativitatem ex Virgine, nec non & poſt baptiſma, & ultra poſt reſurrectionem a mortuis, profecit ad adoptionem : ii quidem fractam & mutabilem deitatem filii ſuſpicantes; illi vero hominem purum honorificatum a Deo, & deificatum propter operum meritum (ut ob hoc C etiam Deus vocetur) non ut qui ante Mariam fuerit & inhumanatus ſit. Hos duos Gregorius ſub uno contrivit, adjiciens hæc: *Quod enim cœpit, aut proficit, aut perficitur, non eſt Deus; vel ſi propter crementum quod paullatim fit, ita dicatur* : Id eſt, quod principium habet quando eſt, & quod non a natura eſt, ſed propter opera fit perfectum, illud non eſt integerrime Deus; vel ſi ſub uno momento id accipiat mox ut creatur ab opifice Deo, vel ſi paullatim proficiat ſicut aliqui hominum.

HÆRET. Ergo, ſicut dicis, non contra Neſtorium dicta ſunt hæc, ſed contra Apollinarium, & Arium, & Paullum Samoſatæum. D

RUST. Sed quia Neſtorii dogma ad dogma Paulli habet quamdam cognationem; propterea eadem contra utroſque conveniunt. Jacet enim in ſynodico codice inter alias Neſtorii blaſphemias, & hæc lectio: *Sed ſicut dicebamus Deum omnium creatorem, & Deum Moyſen*; *inquit enim*, [a] Deum te poſui Pharaonis: *& Iſrael filium Dei*, [b] Filius enim, *inquit*, primogenitus meus Iſrael: *& ſicut dicebamus Chriſtum Saul*, [c] Non enim mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt: *& Cyrum identidem*, [d] Hæc dicit (*inquit*) Dominus Chriſto meo Cyro: *& Babylonium ſanctum*, [1] Ego [e] *enim inquit*, præcipiam eis, ſanctificati ſunt & adducam eos: *ſed communio quidem nominum ſimilis, dignitas vero non eadem*. Ecce palam hic impius, ſicut Moyſen Deum, ſicut Iſrael filium, ſicut Saul & Cyrum Chriſtum, & Babylonium ſanctum; ſic & ipſum Dominum dicit non ſecundum naturam Deum, ſed vocabulo ſolo: non ſecundum ſubſtantiam, ſanctum & unigenitum, ſed ſicut Babylonios & Iſrael: differentiam vero ejus ab aliis non vult eſſe ſecundum ſubſtantiam, ſed circa dignitatem, ut neſciens natura Deum.

HÆRET. Si non eſt una facta natura, quomodo tamquam non ſit differentia, Deus complaſmari A dicitur? ſi vero, ut dicis, eo quod Dei dicantur ea quæ circa carnem contigerunt, ſecundum veritatem dicuntur hæc, an mendaciter?

RUST. Quia quidem ſalva ſit differentia naturarum, olim audivimus, ſanctæ memoriæ Cyrillo ad Neſtorium dicente: *Quoniam diverſæ quidem quæ ad veram adunationem convenere naturæ, unus vero ex ambabus Chriſtus & Filius, non tamquam naturarum differentia interemta propter unitionem; quin immo perficientibus nobis unum Dominum & Chriſtum, & Filium, deitate & humanitate*. Ecce aperte, uſque adeo non peremta eſt differentia naturarum propter unitionem, ut nec dicat ipſe ſingulariter, *quin immo perficiente nobis unum Chriſtum deitate & humanitate*, ſed pluraliter dicat, *perficientibus*. Si igitur deitatis & humanitatis differentia minime ſervaretur aut numerus, non oportebat dicere, perficientibus hæc & illa: hæc autem quorum differentia ſalva eſt, non ſunt abſque unitione. Quando igitur ad differentiam horum aſpicimus, neque ea quæ divinitatis ſunt propria, carni tunc dabimus; neque enim conſempiternam illam dicimus Deo, nec deſcendiſſe de cælo: nec e diverſo, ea quæ carnis ſunt propria, ad Deum referimus. Quando vero ad horum reſpicimus unitionem, Filium hominis dicimus deſcendiſſe de cælo, & ſempiternum & unigenitum Deum [f] in terra viſum, & cum hominibus converſatum ſecundum ſcripturas. [g] *Et nemo aſcendit in cælum niſi Filius hominis, qui de cælo deſcendit*. Deus enim Verbum qui deſcendit de cælo, filius hominis eſt propter unitionem ad id quod noſtrum eſt. Alioqui quomodo dicitur & eſt unus Filius, niſi ſic? Rurſus qui aſcendit a terra in cælum, & locum mutavit ſecundum corpus dumtaxat; unigenitus Patris eſt ipſe Sermo qui incarnatus eſt ſempiternus: non enim purus homo eſt qui aſſumtus eſt. Igitur nec differentiam perimit, unitio; nec unitionem differentia diſſipat. Si igitur Deus ſecundum ſuam plaſmatus fuiſſet ſubſtantiam; non utique poterat complaſmari cum carne, ſed plaſmari tantummodo. Quoniam vero non propter ſempiternam naturam ſuam, ſed propter unitionem de Deo id dicitur: & hoc vere dicimus; vera namque unitio eſt.

HÆRET. Non hoc ſignificat, ſed quia complaſmatus eſt, ſicut anima corpori; ut nulla differentia linqueretur, quæ numerum diviſionemve dualitatis efficeret.

RUST. Licet prædixerim, quia non ſimpliciter de Deo fuerit ſermo, ſed indeterminate ex ſuperioribus enim de crucifixo dixit; & adjecit inferius, *complaſmari*: ne autem diceres; quid, & cui complaſmatum eſt? ego adjeci hoc nomen; quia, Verbum carni. Si vero (ſecundum te) in unam naturam divinitas humanitaſque plaſmata eſt; non igitur bene dixit, *complaſmari*: id enim quod eſt E *cum*, aut duas ſignificat plaſmationes, aut duo quæ complaſmata ſunt.


HÆRET. Sed ego tibi denuo dicam; ergo id ipſum ſuſcipiens: dico autem *cum*, & id ipſum rurſus accuſans, Cyrillus eſt ſibimet ipſi contrarius.

RUST. Non eſt ille magiſter ſibimet ipſi contrarius: ſed id quod eſt *cum*, & id quod eſt *ſimul*, quando de naturis tantummodo dicitur, differentiam duarum pie ſignificat naturarum: & propter id ipſum, quando id, ut de perſonis vel ſubſiſtentiis in Chriſto dicitur, impium eſt: mox enim duas ſignificat perſonas, & Filios, & Dominos, & Chriſtos,

a Exod. VII. 1. *b* Exod. IV. 22. *c* I. Reg. XXIV. 7. *d* Iſa. XLV. 1. *e* Iſa. XIII. 3. *f* Baruch III. 38. *g* Joan. III. 13.

1. *Ego* cet.] Vulg. *Ego mandavi ſanctificatis meis, & vocavi fortes meos*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.



Quia vero sic prohibuerit dici id quod est *cum*, A manifeste in superioribus demonstratum est. Quia vero iterum dicit, quod Verbum cum carne assideat Patri, audi in secunda ad Nestorium Epistola ejusdem Cyrilli sanctissimi, in qua sub uno & hoc dicit & illud: *Si Christum unum & Dominum confitebimur, non tamquam coadorantes hominem Verbo (ut non inscisionis phantasia subintroducatur ob id quod dicitur cum) sed ut unum & eumdem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus ejus, cum quo & ipsi considet Patri, non tamquam duobus rursus considentibus Filiis, sed ut uno circa unitionem cum propria carne*. Ecce, & de corpore dicens, inquit, *cum quo considet Patri*. Intende id quod est, *cum quo:* & rursus, *cum propria carne*. Id vero B quod prius dixit, *cum*, & id quod posterius, *& con, & co*, idem est. Sed quotiescumque quidem (ut dixi) sermo fit de naturis, dicitur cum humanitate divinitas & e converso: Quando vero de filio; non licet dicere, *coadoratur Filio Dei filius hominis*; non enim coadorantur in sancta Trinitate, nisi personæ tantummodo: divinitas vero, sicut miracula est operata per carnem, sic adoratur per carnem; & adoramus omnes crucem, & per ipsam, illum cujus est crux: non tamen crucem coadorare dicimur Christo, nec per hoc una est crucis & Christi natura. Similiter adorare altare, coadorare altari, Trinitatem non dicimur; sed potius per altare. Nec tamen rursus, sicut Patrem C per filium, ita Verbum per carnem: non enim duæ personæ sunt Christi: cum carne vero, id est, per carnem (sicut dictum est) cum qua considet Patri, & coadoratur.

HÆRETICUS. Quia adoratur quidem unus Christus, & considet Patri cum propria carne, dixit sanctissimus Cyrillus; sed unde constat? quia in Græco, σὺν & μετὰ; idem sit quod dicimus, *cum*, vel *con*.

RUSTICUS. Quia & ipsum σὺν, id est, *cum*, Cyrillus sanctissimus approbaverit, & aliunde manifestum est: id est quia non tantum in universali synodo, sed & extra ubique contra diversos Epistola sanctissimi Athanasii ad Epictetum per omnia approbatur, in qua jacent inter alia, & hæc: *Dixit*, D [a] Dorsum meum dedi ad verbera, & faciem meam non averti a confusione sputorum: *quæ enim pertulit id quod humanum est Verbi, hæc ipsum Verbum illud quod erat cum eo, in semet ipsum referebat, ut nos Verbi deitate participare possimus*. Ecce audisti, quia ei quod humanitatis sunt passiones, in semet ipsum referebat: ubi autem coadesse & referre; illic irrecusabiliter quantitas secundum naturam.

HÆRET. Et ubi hanc Papæ Athanasii Epistolam sanctissimus Cyrillus probavit?

RUST. Non solum testimonia ex ea posuit in synodo, sed & in Epistola ad sanctum Joannem, in qua dicit & hæc: *Quia vero sanctorum Patrum* E *scita ubique sequimur; maxime vero, beati & omni laude digni Patris nostri Athanasii; circa quodlibet illud omnino evagari vitantes, ab ipsis credat quidem sanctitas tua, dubitet autem nullus aliorum.* Et rursus: *Quia vero didicimus quod & Epistolam ad beatum Epictetum, omni laude digni Patris nostri Athanasii, orthodoxe habentem corrumpentes quidam ediderunt, ita ut ex hoc plurimi nocerentur; ob hoc, utile aliquid & necessarium fratribus excogitantes, ex antiquis exemplaribus quæ apud nos sunt & absque errore se habent, direximus exemplaria tuæ sanctitati; & nos igitur hujus editionis exemplaria habentes, ex ipsis tibi proposuimus*. Intende igitur, quia orthodoxe habentem dixit Epistolam ad Epictetum, & quia fratribus utile ac necessarium quid excogitans, ejus direxit exemplar, laudans ejus scriptorem ut dignum est.

HÆRET. Et si non est divinitatis & humanitatis una facta natura; quomodo potuit fieri una persona; dum certe, quoties ex duabus naturis una persona subsistit, fiat pariter & una natura?

RUST. Nimis insensatorum & insipientium est, de omnipotente interrogare quomodo potuit! Ad quod sufficit responderi quomodo voluit; quia impossibile est Deo non adesse quod vult.

HÆRET. Et unde certum est quod Deus voluerit cum carne unam se esse personam; & una fieri natura noluerit; dum certe dicat Apostolus: [b] *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* Insuper consequens est unam fieri naturam, quotiescumque fit una persona. Nec non, & si ad Dei omnipotentiam respiciamus, potuit Deus volens una cum carne fieri natura; & quoniam Dei omnipotentis miraculo facta est una persona, cur non & alio miraculo etiam una est facta natura? Aut cur non eodem utrumque miraculo; immo vero idem? An facile est Deo illud facere, quod impossibile rationibus videtur humanis, id est, unam ex divinitate atque humanitate personam; & difficile est Deo, id quod est humanis quoque rationibus consequens, ut una illius natura sit cujus una persona est?

RUST. Magna est Dei clementia, qui ut non erraremus, non solum inhumanari dignatus est, sed & caussam principalem suæ nobis inhumanationis ostendere: unde superius demonstratum est, quia omnia nostra suscepit excepto peccato. Assumsit igitur cum substantia nostræ naturæ perfectæ, etiam quantitatem; pro qua eum *unum hominem* vocat Apostolus [c], & hoc sæpe. Hæc igitur perfectæ nostræ naturæ integra unitas, integræ divinitatis unitati concurrens; dualitatem naturarum rationabiliter coadimplet. Insuper non otiose facit magnalia Deus, tamquam propter hoc solum ut ipsa faciat; sed accommode ad nostram salutem, suam pensans intentionem: nec enim vel stuporis caussa, vel vanæ gloriæ, sed nostra utilitas ejus benignitatis intentio est. Itaque oportebat eum, nostræ naturæ sicut alia omnia (absque peccato) sic quantitatem quoque seu potius unitatem suscipere, sicut superius demonstravimus. Nam si non est, quæ assumta est, una natura; ergo nec una est, & per hoc nihil. Si vero una est; sicut impium est dicere quod desit ei aliquid nostræ substantiæ, sic etiam quantitatis: habet igitur & hanc proprietatem quantitas illa ut concurrens divinæ substantiæ quantitati, dualitate perficiat. Insuper ad miraculum quoque valde superior invenitur nostra confessio: semel enim dignatus Dei Sermo, una esse cum carne persona; de reliquo, non mirabiliter (quia & consuete, ut vis) diceretur una factus fuisse natura: nihil autem mirabilius, & mentem excedens amplius atque divinius est, quam quod inconsuetum atque incomparabile. Quid vero amplius tale est, quam unam personam subsistere, cujus non esset una natura? Claret igitur, quia & rationis, & miraculi, & caussæ comparatione; superiores invenimur a vobis.

HÆRET. Si possibile est, quantitatem (absque nominibus earum rerum quarum quantitas est) in dicta proferre: ut puta si unusquisque hominum qui unus homo nominatur, utrum ergo hunc & ablato nomine quod est homo, licet nobis unum

a Isa. L. 6. b Rom. XI. 34. c I. Cor. XV. 21. I. Tim. II. 5.

dicere? Si enim hoc & super sancta Trinitate recte dicimus; erit duo quædam; Pater & Spiritus sanctus; duæ namque personæ sunt: erit vero & Filius, duo quædam; duæ namque secundum vos, naturæ sunt: Pater igitur, & Filius, & sanctus Spiritus, quatuor quædam sunt. Sic enim tu quoque nobis paullo ante objecisti; quia divinæ naturæ unitas cum unitate humanæ naturæ, naturarum dualitatem explet. Et nos igitur secundum vestram concludimus rationem, quia duo & duo, quatuor sunt: quare, pro Trinitate, quaternitatem colitis: non igitur estis orthodoxi. Nec vero affirmare valebitis quod sine rerum nomine non proferatur numeri eorum nomen, quia unum Trinitatis confitentes esse Christum, & unum ex tribus non potestis abnuere. Si vero interrogemini, ex quibus tribus unum; non invenietis unum nomen commune, quod de tribus pluraliter prædicare possitis: nec enim ex tribus Patribus, nec ex tribus Filiis nec ex tribus Spiritibus sanctisve paracletis.

Rusticus. Consueta fraude, ambigua nomina posuisti; ac pro rebus, nudum locutus es numerum. Sed ubi dicis; Pater & Spiritus sanctus, duo quædam sunt: dic, quæ duo: & nobis tacentibus, tu te ipsum convinces. Sic rursus quando dices de Filio, duo quædam; determina quæ illa sint; & de falsitate tuæ compunctionis, tu ipse temet ipsum (me tacente) convinces. Duo enim quæ a te dicta sunt prius, pro duabus posuisti personis; duo vero sequentia, pro naturis: Trinitas autem personarum, non naturarum Trinitas est. Et rursus, dualitas, non personarum, sed naturarum dicitur circa Dominum Jesum Christum. Si igitur duas personas dicentes, Patrem & Spiritum sanctum, similiter duas naturas diceremus (quod est blasphemum) Filii esse personas: aut e converso, duas dicentes Filii esse naturas; duas (quod absit) similiter diceremus naturas Patris & Spiritus sancti; tunc calumniis vestris occasionem (non absque verisimilitudine) dederimus; ut duæ naturæ, & rursus aliæ duæ vel duæ personæ, & aliæ duæ, in qua Trinitatem pariter computarentur. Nunc autem sicut duæ & una persona pariter computatæ, tres faciunt: sic unam sanctæ Trinitatis naturam communem, & aliam unam solius Filii (id est assumti) duas esse necesse est, & unam esse non posse. Licet igitur & duas credamus in Filio esse naturas, non tamen confessionem nostram quaternio sequitur: absque rebus enim subsistentibus solam non colimus quantitatem, etiam si proferre liceat solam. Insuper si nos dicentes esse duas naturas, ob hoc ipsum quaternitatem pro Trinitate consequitur colere; & vos consequenter ex quaternitate colere Trinitatem; quia ex duabus naturis dicitis Christum.

Hæreticus. Sed nos, non ex tribus personis, sed tres personas esse dicimus Trinitatem; dicimus vero & trium personarum & in tribus personis esse unitatem.

Rust. Sed cur non unus Christus duæ naturæ credantur, si tres personæ (secundum veritatem) unus sunt Deus, sicut & ipse Dominus in Evangelio inquit; [a] *Ego & pater unum sumus; Unum*, dixit, &, *sumus*: ut, *unum*, naturæ deputetur: *sumus* vero personis. Si enim simplicem naturam non dividit Trinitas personarum; quomodo personam (quæ ut fatemini, minime simplex est, sed composita) discrepat naturarum dualitas? Insuper, duo & tria, & quatuor quædam; non unoquoque

A apud semet ipsum subsistente, sed collecta & comparata seu collata (ut ita dixerim) vel potius, pariter considerata dicuntur: Non connumeratur vero in Trinitate, natura personis; alioqui & ante incarnationem (quod absit) quaternitas fuit: tres namque personæ sunt, & una natura; & numerus in quatuor minime proficit.

Hæret. Sed ibi, ob hoc quia non est extrinsecus unitas & extrinsecus Trinitas: sed Trinitas unitatis, & unitas Trinitatis.

Rust. Si ob hoc solum non connumeratur divina natura tribus personis, quia Trinitas unitatis est, & unitas Trinitatis; omnimodo ergo altera unitas est præter unitatem communem, [1] connu-

B merabitur Trinitati: Caro vero unius trium (id est Domini Christi) non totius est Trinitatis: non enim tota Trinitas incarnata est, secundum te: igitur quaternio erit, Trinitas atque caro. Igitur aut ostende non esse unitatem nostram naturam, (id est, carnem non esse unam) aut recipe, quia non ob hoc minime connumeretur personis natura divina, quia unitas Trinitatis est & Trinitas unitatis: & reliquum tibi est, ut nobiscum dicas, quod non connumeretur natura personis.

Hæret. Et cur minime connumeratur natura personis? dic igitur caussam?

Rust. Mihi nulla necessitas imminet ostendere cur personis non connumeretur, ex quo perfectam

C meam demonstravi victoriam, quia hoc verum sit quod probavi: si autem vis nobiscum caussam perquirere, sine præjudicio inquiretur. Arbitror autem quod ea quæ omnino sub una definitione non continentur, neque connumerentur: ut puta, si quis dicat: ego & tu unum sumus; eo quod homo sim & ego, & tu: & sumus homines duo, & ad Angelos unum sumus; eo quod rationales simus & nos. Et rursus duæ naturæ sumus propter differentiam; & iterum hoc idem sumus cælo: creatura enim & illud est: & aliud præter illud, propter differentiam substantivam. Arbitror igitur quod ea quæ connumerantur; & unam quamdam communem definitionem habere oporteat, & aliam quæ

D non communis, sed cujusque sit propria: sic igitur & Domini Christi duæ naturæ, commune habent quod naturæ sunt: proprium vero quod hæc quidem divinitas est, illa vero humanitas.

Hæret. Si est definitio ejus; non est incomprehensibilis deitas. Et illud vero me movet, quomodo unam habeat definitionem communis trium personarum divina substantia, ac individua unius ac solius personæ natura, vel certe, carnis Christi substantia: hæc enim videntur esse impossibilia.

Rust. Non superflue (ut apparet) caussam quærere olim refutabamus, quæ sic in longa atque difficilia verba nos abstrahit. Quare non me ulterius tale aliquid oportet adjicere, ut non superflue ad

E multiloquium pertrahamur.

Hæret. Patienter (quæso) & absque præjudicio: satis fieri enim mihi super iis volo; forsitan enim modis omnibus satisfactionem commoditas consequetur.

Rust. Quod mihi videtur, forsan vero non irrationabiliter, dicam; salvis tamen absque præjudicio iis quæ jam dixi: nec enim tale aliquid adjecissem, nisi hac conditione proposita. Definitur ergo divinitas, non secundum quod divinitas est, sed secundum quod natura est. Quid est quod volo dicere? Non quo divinitas, sed quo natura. Aliud

a Joan. X. 30.

1. *Connumerabitur*] Præmittenda videtur conjunctio, ET *connum.* vel delendum verbum substantivum præcedens.

eſt per ſe quærere, quid ſit deitas; & aliud, quomodo ſe habeat ad tres perſonas ipſa divinitas. Ut exempli gratia, dico, aliud eſt quærere quid ſit homo, aliud quomodo: id eſt, utrum æqualiter univerſi participemur communi ſubſtantia, an minime: & rurſus ſecundum proportionem; utrum ſic nos communi humanitate, ut Pater & Filius & ſanctus Spiritus una deitate atque communi. Quod igitur tunc quærimus, de proportione eſt; una vero duarum naturarum definitio, ſecundum quod naturæ ſunt: quia id quod æque ac ſimiliter & completive (ad id ut ſit quidque) participatur a perſonis; ſubſtantia eſt: quæ vero hoc ipſo participant; perſonæ ſunt quæ ab invicem proprietatibus differunt. Subſtantia vero communis ipſius divinitatis, quam in Verbo individuo contemplamur, natura eſt; ſimiliter etiam carnis natura individua non eſt, licet in individuo eam contemplemur. Natura enim numquam eſt individua; non enim definitio individua eſt, circa quam dicimus animal rationale, quod tactui ſubjacet. Apud Medicos autem dicuntur homines, natura differre pro temperamento; ut (verbi gratia) calidior & frigidior: nos autem non ſic dicimus naturam; quare, ſecundum hoc, nihil diſtat communis definitio duarum naturarum Domini Chriſti. Ergo quia utraque ſimiliter natura dicitur; & rurſus utraque non eadem, ſed differt uniuſcujuſque definitio: duæ igitur ſunt naturæ Domini Chriſti, & harum nulla connumeratur Trinitati, ut quaternionem (quod abſit) efficiat.

HÆRETICUS. Ego arbitror quoniam natura illa quæ communis dicitur, vel certe ſpecies humanitatis, nihil eſt niſi nomen tantummodo: eſſe vero uniuſcujuſque noſtrum, in individuis ſubſiſtentiis eſt: illud vero in ſolis rationibus & intellectibus & ſubtiliſſimis ſpeculationibus, ſeu magis mentis phantaſiis eſt; ceterum, re ipſa non ſubſiſtit: in Deo autem, oportet omnia & prime ſubſiſtere; id eſt, & naturam & perſonas: quare neque ſecundum communem definitionem ſunt duæ naturæ.

RUSTICUS. Mihi contra hoc nullus eſt ſermo; ſufficit enim mihi, quia ſubſtantia humanitatis aſſumtæ ſubſiſtentiarum Trinitatis minime connumeratur ad hoc, ut quaternitas efficiatur ex eis. Cur autem; neſcio cauſſam & confiteor me ignorare.

HÆRET. Sed cur connumeratur caro, Trinitatis naturæ; ut duæ (ſicut inquis) efficiantur; quæ non connumeratur Trinitatis perſonis? Ergo nec huic connumeratur: & non jam duæ ſunt naturæ Chriſti, ſed una.

RUST. Puto quod neque eſſe velis carnem: neceſſe eſt enim, aut unam hanc eſſe, aut nec unam; dum vero nec una ſit, nihil eſſe; dum vero nihil ſit, neque eſſe: ut enim minime tribus perſonis connumeretur, repercutimur eo, ne quaternitas fiat. Rurſus: ut nec naturæ uni Trinitatis congeminetur, perfecta carnis videtur eſſe negatio: ſi enim una eſt, alteri uni connumeratur. Verum illud affirmo, quia heic neceſſe eſt a me exigi cauſſam: etenim & omnes ſancti Patres, & vos ipſi naturæ divinitatis connumeratis carnem: ex duabus enim naturis dicitis Chriſtum. Quod ſi divinitati non connumeratur humanitas: non ſolum in eis eſſe, ſed & ex ipſis eſſe, dicere non debemus. Non igitur ex duabus eſt. Sed & Ambroſius, male (ſecundum vos) inquit: *Unus in utroque loquitur Dei filius, quia in eo utraque natura eſt:* & Gregorius dicens: *Duæ naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus:* & Cyrillus dicens: *Duarum enim naturarum unitio facta eſt: & quia diverſa quidem quæ ad unitionem veram convenere naturæ; unus vero ex am-* A *bus Chriſtus & filius, non tamquam naturarum differentia interemta propter unitionem, ſed potius efficientibus nobis.* Et hæc univerſalis ſynodus Epheſina firmavit: & Cæleſtinus ac Xyſtus Papæ Romani approbaverunt: ſimiliter vero & quaſdam voces eorum quæ de Domino dicta ſunt; & communificari tamquam ſuper una perſona, & dividi tamquam ſuper duabus naturis.

HÆRET. Novimus hoc: connumerantur naturæ ut ex ipſis ſit; non ad hoc, ut in ipſis: nam & quæ dicuntur æquivocata; eo quod ſolo nomine ac non etiam definitione participent; connumerantur ad invicem; ut canis pictus, & verus: nemo enim unum dicet hunc atque illum, ſed omnimodis duo.

B RUST. Gloria Domino Chriſto, quia confeſſus es interim, quod quolibet modo verumtamen connumerentur naturæ; unde erat ſermo: hoc autem conceſſo; non jam neceſſe eſt demonſtrationes repetere ceterorum. Jam enim ſimul oſtenſum eſt, quia duarum eſt unitio naturarum, & quia diverſæ naturæ, & quia non ſit interemta differentia naturarum, & quia effecerunt, & unus in utraque (quoniam in eodem, utraque natura eſt) & quia duæ naturæ, Deus & homo. Sed & illud neceſſarie dico: quia ſi humana natura divinæ non connumeratur, non eſt ex duabus naturis una per unitionem facta natura Domini Chriſti; ſed ipſa una ſempiterne exſiſtens, ipſa ſola nunc uſque ita eſt ſicut C erat. Si vero compoſitio aut explicatio, vel concurſus factus eſt, ex æquo illius naturæ quæ ex compoſitione (ut dicis) facta eſt, completiva humanitas eſt: quare ex æquo ſicut divina quantitatis eſt particeps. Si igitur una eſt divina natura; una eſt etiam carnis: ſi vero media hæc, media etiam illa: & ſi nulla iſta, nulla eſt illa. Quare, & quod ex nullo (ſecundum vos) factum eſt, aliquid eſſe non poteſt.

HÆRET. Habes unde oſtendere, quod non ſolum Trinitatis natura communis, a natura carnis quæ Verbo unita eſt, differat; ſed & ipſum Verbum, ad ſervi formam, habeat aliquam diſtinctionem; an non?

D RUST. Et hoc oſtendetur procedente ſermone; quoniam noſtra quidem natura quæ Deo Verbo unita eſt, nec altera perſona, nec alterius eſt perſonæ: verumtamen altera præter Verbum, eſt caro; altera vero natura, non altera perſona. In Chriſto enim, non ſolum de communi ad reliquas de divinitate perſonas, & propria ejus carne, alterum & alterum communiter dicitur a Patribus; ſed & proprie de Deo Verbo & aſſumta carne, quod alterum ſit atque alterum. Intende (quæſo) ſubtiliter veritatem; ne te viæ ad vitam ducentis anguſtia, difficultatis labore perterreat: non enim diximus quod aliud ea, & alia carnis perſona ſit; ambo enim hæc, unius & ſolius perſonæ ſunt: ſed E quia & præter Deum Verbum (qui una perſona eſt illarum ineffabilium perſonarum) altera eſt humana natura; ita ut Deus Verbum, perfecta quidem ex ſempiterno perſona ſit; caro vero, licet perfecta natura, perſona vero nequaquam. Rurſus dico: non alteram perſonam dixi, & iterum alteram perſonam; ſed alteram ſubſtantiam & naturam. Alterum namque definitur evidenter Dei Verbum, & alterum, ejus humanitas: non alter & rurſus alter; ſed ille quidem, a carne alter; illud vero, alterum & non alterum. Oſtendimus enim & ex lectione ſynodica Gregorium dicentem; *duæ naturæ Deus & homo, quia & anima & corpus.* Vides igitur quod de hac ipſa loquatur Domini Chriſti perſona: cum enim dixiſſet, *duæ naturæ Deus & homo*; adjecit, *quia anima & corpus*: hæc vero

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.



unius personæ sunt. Et rursus; *Filii vero non duo.* Vides quod non de tota Trinitate, sed de Verbo solo dixerit, *Deus*. Et iterum post modicum; *aliud & aliud ex quibus Salvator*. Intendis quod de solo dixerit Salvatore? Et rursus; *ambo enim unum:* & de uno; *Deo quidem inhumanato*: non autem tota Trinitas inhumanata est. Deinde adjecit & hæc: *dico autem aliud & aliud, e converso quam in Trinitate se habet: nam illic quidem alius & alius, ut non subsistentias confundamus; non aliud vero & aliud*. Vides, quod non de tota Trinitate sit sermo communis, sed proprius de Filio solo? Nam de Trinitate quidem dicens: *illic quidem alius & alius*, dixit: de Filio vero solo; *aliud & aliud, e converso quam in Trinitate se habet*, inquit. Alterum igitur, Deus Verbum, præter propriam carnem. Proponatur vero prædictum testimonium; & quæ dicta sunt, manifesta erunt.

HÆRETICUS. Si & non connumeratur natura personis, sed tamen purus numerus puro numero connumeratur; quare duo & duæ, quatuor sunt? nam quomodo aliter, unus Trinitatis dicitur Christus, non simplex nec absque carne exsistens, sed in unam personam compositus; dum certe duas simplices & absque carne, & incompositæ sunt?

RUSTICUS. Numeri nomen absque rerum nomine tum profertur, quando rei quidem similitudo communis adjacet numero alicui: sicut unicuique trium esse personam; etsi non eamdem personam: quomodo enim pium sit, non distinguere in Trinitate subsistentias? Sed hoc diximus; quia sicut Pater, persona est: sic & Filius, & sanctus Spiritus: heic enim tres personæ, tres quædam res sunt. Ergo quando dicimus: *hæ tres*: si interrogaret aliquis, *quæ?* possumus respondere; *personæ*: quando autem dicimus: *ii tres*: interrogati: *qui tres?* ambigimus respondere: *personæ*; propter indecentem sermonum compositionem: ne videamur dicere: *Ii personæ*: vel, *ii tres personæ*. Quia igitur res quidem adjacent, nomen vero tale quod iis tribus commune sit, interim positum non est: hos quidem tres dicere licet: & si interrogati, *qui tres?* dicere continuo apte non invenimus. Quando vero simpliciter dicentes prius: *hæ tres*: interrogamur, *quæ tres?* adjiciamus mox apte: *personæ*. At in illo vestro quaternione, nulla res communis & æque coaptabilis quaternario numero invenitur: & non solum in verbis, sed etiam in rebus impossibile sequitur: quare nec numerum esse possibile est, eo quod res nulla subjaceat communis. Quod & illud ostendit, quia personæ apud Latinos: *hæ personæ* dicuntur: & non *hæc personæ*: id est, per hoc quod apud Grammaticos femininum genus vocatur, non per illud quod neutrum. Paracletus vero similiter masculine dicitur, & Latine & Græce. Sed de Filio quidem, & de sancto Spiritu invenimus dici, ita ut possimus, *duo*, dicere: & interrogati, quos duos dicamus? respondere; *Paracletos*. De Patre vero id nondum dicere audeo, eo quod hic sermo nec scriptus sit, nec ab ulla quatuor synodorum nominatim dicatur quod & Pater, Paracletus nominetur. Si vero id concedatur: interrogati *qui tres?* respondere utique poterimus: quia *tres Paracleti*, sicut tres personæ & tres substantiæ.

HÆRET. Si propter consolationem, Paracletus dictus est: & Pater paracletus est; consolatur etenim animas justorum, & mitigat dolores, sicut scriptum est: [a] *Memor fui Dei, & consolatus sum*, sed & ipsum quod Dominus inquit: [b] *Et ego rogabo patrem meum, & alium paracletum dabit vobis, spiritum veritatis*: ostendit non duo tantum, sed tres esse paracletos: alius enim, non duorum, sed trium dicitur: alter vero, duorum: quare in Trinitate & tres paracleti dicuntur.

RUST. Hæc acribia sermonum apud divinas scripturas minime observatur, neque a sanctis Patribus, eo quod nec digna sit, quia hominum sunt adinventiones: nam & in synodo jacere ostendi, *aliud & aliud ex quibus Salvator*: de duobus ergo dicens: *aliud*, dixit, *& aliud*. Nec non & testimonium sacræ memoriæ Athanasii, quod illic approbatum est, ita dixit: *Aut quomodo Christiani volunt nominari, qui dicunt in hominem sanctum (quasi in unum Prophetarum) venisse Verbum; & non ipsum hominem factum, accipientem ex Maria corpus; sed alterum Dei Verbum ante Mariam & ante sæcula filium exsistentem patris: aut quomodo Christiani esse possunt, qui dicunt alium esse filium, & alium Dei Verbum?* Ecce indiscrete superius quidem posuit, increpans eos qui *alterum* dicunt: inferius vero eos qui *alium & alium*. Maxime vero Gregorii testimonium, crebro hunc sermonem repetit dicens: *non alius vero & alius: absit: ambo enim unum commixtione*. Ecce: &, *ambo*, dixit: id est, non tria: ne forte suspicareris, quia veluti de tribus loqueretur: de Deo, de anima, de corpore; maxime, eo quod subsequatur: *e converso quam se in Trinitate habet: illic enim alius & aliud, ut non subsistentias confundamus: non aliud vero & aliud*, &c. En, & de Trinitate, *alius*, inquit, & de Christo, *non alius & alius*; & non ait, *non alter & alter*: dum certe Felicis sanctæ memoriæ jaceat lectio dicens ita; *& non homo a Deo assumtus, ut alter sit præter illum; non enim hominem suscepit Dei Filius, ut alter sit præter illum*. Ecce, indiscrete positum in sancta & universali synodo Ephesina ostensum est, *aliud* & *alterum*: vel potius *alius atque alter*.

HÆRET. Ecce interim tu quoque confessus es: quia si tres demonstraverimus esse Trinitatis naturas, clare, hos qui duas in Christo naturas dicunt, consequatur ut naturarum quaternitatem inducant: si igitur demonstraverimus tres in sancta Trinitate naturas (quoniam omnimodo, Patris & sancti Spiritus, duæ naturæ sunt) connumeratis per adjectionem duabus (sicut vos creditis) naturis Filii circa irrecusabilem numeri computum, quaternitatis cultura consequi vestram confessionem demonstravimus.

RUST. Nec hoc necesse est, (quod interim sine præjudicio dictum sit) nisi forte si tres naturæ sint Trinitatis, ut non sit una communis. Nam si est una quidem communis, tres vero propriæ; æquivoce jam natura nominatur: altera namque intelligitur illa quæ singillatim idem est unicuique personæ, & altera quæ nullius est singillatim, sed communis est tribus: illa namque una in tribus: hæ vero tres in una speculabuntur. Si igitur duas dicentes Christi esse naturas, communem Trinitatis connumeramus nostræ, id est, ei quæ in Christo est humanæ substantiæ; nullo modo introducimus quaternionem: non enim tres illi coacervantes, quatuor facimus: sed unam & solam uni & soli conjungentes, tantummodo duas facimus. Insuper etiam si sic: Sit propria Verbo natura ut eidem personæ idem sit, quam coadunantes humanæ duas esse dicamus; non tamen consequetur quaternitas: quia aliter dicetur natura, quæ etiam persona sit (quoniam & per omnia, cum ea est idem) & aliter caro quæ natura solummodo est,

[a] Psalm. LXXVI. 4. [b] Joan. XIV. 16. 17.

& non perſona pariter atque natura hæc eadem. Sed nec adjiciemus (ſi ita ſit) naturam quæ etiam perſona eſt, naturæ [1] quæ non etiam perſona eſt: nec ob hoc dicimus duas, ſed coaptabimus unam quidem naturam quæ etiam perſona eſt, alteram vero quæ non etiam perſona eſt, ſed natura tantummodo: id eſt divinam [2] condicimus naturam, quæ ipſa eſt & perſona: humanam vero naturam quæ ſolum natura eſt, & non etiam perſona: & ſic dualitatem efficimus naturarum.

HÆRETICUS. Ergo ut dicis multo magis quatuor (ſecundum te) erunt Trinitatis, immo potius (ut dicitis) quaternitatis naturæ, ſi ejus quod ſunt naturæ: quatuor enim dixiſti: multo magis efficit differentiam naturarum; non ſolum enim quia altera & altera Verbi & hominis eſt natura, ſed etiam naturæ altera definitio: neque idem ſecundum ſpeciem: veluti quis dicat; aut genus unum erit quid unum. Quare multo magis diſtat ad efficiendum quartum, id quod modis omnibus differt: ſi tamen (ſecundum vos) differentiam etiam ſecundum numerum quantitas ſequitur. Quanto igitur amplius naturæ differunt, tanto magis efficiunt numerum: & tanto evidentius quaternio inducitur. Omnis igitur neceſſitas eſt: aut humanitatis naturam dualitatem minime facere, cum copulatur Dei Verbi naturæ: aut quaternionem perficere, connumeratam Trinitatis naturis.

RUSTICUS. Sed illud intende, quia quantælibet ſint naturæ, Trinitas manet: a perſonis enim tribus, & non a naturis nominatur.

HÆRET. Nec a naturis ſolum, nec a perſonis ſolum: ſed magis a numero ſic vocata eſt.

RUST. Sed numerus nihil eſt, cui res nulla ſubjacet.

HÆRET. Sed ſubjacet etiam res: naturæ enim quatuor ſunt: & a numero naturarum vocari debet veſtra quaternitas. Quamquam & ſi res communis, quatuor naturis nulla ſubjacet: ipſum nomen mihi naturæ ſufficiet: nam connumerantur æquivoca; licet aliud ſit æquivoca aut unius nominis, connumerari: aliud ipſas res; ut canis marinus atque terrenus: non ut duo canes, ſed ut duo connumerantur æquivoca.

RUST. Concedentes dicimus omnia. Sit ergo (ut tu dicis) & a naturarum & a perſonarum pariter numero Trinitas ſic vocanda. Sicut igitur Trinitas minime dicitur, niſi tres perſonæ eædemque naturæ ſubſiſtant: ita non dicitur quaternio umquam, niſi quatuor exſtiterint non tantum naturæ, ſed etiam perſonæ. Nos vero: etſi quatuor (ut dicis) naturas: non quatuor tamen perſonas, ſed tres aſſerimus ſolum. Non igitur quaternitatis culturam inducimus.

HÆRET. Magis vero & vobis ipſis adverſantes Trinitatem quaternitatemque pariter colitis. Trinitatem quidem perſonarum, quaternitatem vero naturarum. Sicut enim ſi ſolæ tres perſonæ eſſent, ut ſolæ tres naturæ, nihilominus Trinitas eſſet: & ſi quatuor aut perſonæ aut naturæ; quaternitas: ſic, etſi Trinitas quidem perſonarum, naturarum vero quaternitas: Trinitas ſimul eſt atque quaternitas.

RUST. Sed nos, etſi confiteamur (quod baſit) tres ex ſempiterno eſſe naturas, non tamen ſecundum quod naturæ ſunt, ſed ſecundum quod perſonæ, adoramus & colimus.

HÆRET. Si tres naturæ ſunt Trinitatis, & al-

A tera carnis: quatuor fiunt; quod ſi & non colas quaternitatem, ſit tamen ſecundum tuam confeſſionem quaternitas, prodeſſe tibi nihil poterit. Immo: & quod vis elige: aut quaternitas eſt: & male facis, in divinis rebus non colere atque adorare quod & eſt & eſſe confiteris: aut non eſt: & impie agis, confitens & aſſerens eſſe quod non eſt. Deinde ſi duas naturas ſic eſſe aſſeris, ut qui communem Trinitatis connumeras propriæ carnis, aut ut hanc illi; igitur dualitatem coles.

RUST. Quoniam id quidem quod aſſumtum eſt, proprium per diſpenſationem factum ſit aſſumentis, manifeſtum eſt: non tamen commune trium. Quod etſi quartum ſit aliquid; neque tamen con-

B ſempiternum, nec abſque initio, nec increatum, neque per ſe, & ex ſua ſubſtantia eſt: ſed per unitionem eſt id quod eſſe glorificatur: illa vero tria, & coæterna, & conſubſtantialia, & abſque inchoatione, increata ſunt ob hoc, etiamſi ad exſiſtendum quartum quis, aliquid eſſe id quod humanum eſt, dicat: non tamen quartum ſimiliter erit neque ad adorandum, neque ad colendum, neque ad glorificandum. Aliud eſt enim, quod tamquam alterum quiddam (quippe quod creata eſt) his quæ increata ſunt, ſecundum quantitatem facit additamentum, eo quod non hoc idem, ſed alterum quiddam ſit: & aliud, tamquam conſubſtantiale & conſempiternum coadorari quid illud &

C glorificari, & pariter coli. Inſuper nec adoratio & cultura, veluti ſub numero offertur: nec enim tres culturæ aut tres adorationes ſunt Trinitatis: quare neque quatuor, neque duæ: vel ſi (ut dixi) unius aut etiam trium, proprium ſit aliquid alterum. Nec enim tabernaculum in eremo, nec arca, nec templum, nec altaria, Deo (ab antiquis) coadorabantur & concolebantur; & neque una eſt Dei & horum facta natura. Nec adjecit numerum adorabili & colendæ Trinitati, eo quod Trinitas quidem coadoretur, hæ vero creaturæ non coadorentur Trinitati, ſed per eas Trinitas adoretur. Quid enim? dic mihi: nonne ſcriptum eſt: [a] *Et adorate ſcabellum pedum ejus?* Hoc vero eſt terra: ado-

D ratur enim corpus quod de terra eſt: non ut per ſemet ipſum aut propter ſemet ipſum adoretur ut Deus: ſed ut per corpus & per carnem ſive humanitatem, Deus, Verbo qui inhumanatus eſt, coadoretur. Certe enim & per fimbriam veſtimentorum operatus eſt in illa quæ ſanguine fluebat: & nullus tamen dicit, unam naturam eſſe veſtimentorum & Verbi: & actu ſalvavit multos: & vocem mittens a proprio ore, quatriduanum ſuſcitavit Lazarum. Per quod igitur operatur, dum per hoc & in ipſo adoratur & colitur, complacet colentibus ſe. Nec non & clavos quibus confixus eſt, & lignum venerabilis crucis, omnis per totum mundum Eccleſia abſque ulla contradictione

E adorat: & non ſolum quæ duæ naturæ ſunt Deus & crux: ſed & illud ſanctum ferrum (præter illud venerabile lignum) alia eſt natura, & altera rurſus ipſa Domini caro. Et, ſi (ut dicis) tres naturæ ſunt Trinitatis, hæ vero proprium numerum habent, & omnia hæc adoramus univerſi: & nullus umquam Chriſtianorum dixit quia quaternionem colimus aut quinionem vel ſenionem: quæ enim ſegregantur & propria Deo fiunt, per quæ & colitur & adoratur; illa jam velut organa & coadjuvantia infirmitatem noſtram, ſunt ad propinquan-

[a] Pſalm. XCVIII. 5.

1. *Quæ* NON *etiam perſona eſt*] Negationem adjecimus, quæ deeſt in editis: quam quidem additionem contextus requirit.

2. *Condicimus*] Edit. Pariſ. *condimus*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.



dum Deo: & ad id ut sint quidem, quantitatis non amittunt proprietatem; ad colendum vero & adorandum & venerandum, non jam connumerantur quæ creata sunt creatori: alterum namque est, per hoc coli illud: & alterum secundum naturam & sempiterne & maxime proprie colendum aliquid illud esse.

HÆRETICUS. Ergo ne, non modis omnibus quidquid confitendum est, illud & adorandum, vel colendum sive venerandum in sancta Trinitate?

RUSTICUS. Dixi jam, quoniam non per omnia & modis omnibus similiter. Verum & illud adjiciam, quia nec dualitatem naturarum in Trinitate confitemur aut colimus: una enim carnis natura, non totius est Trinitatis, sed unius personæ Dei Verbi. In Trinitate vero illa connumerantur, quæ vel similiter vel æqualiter, trium sunt personarum. Quod si nos dualitatem, & vos ergo compositam colitis Trinitatem; aut compositam simul ac simplicem: nam simplices dicitis, Patris & Spiritus sancti naturas sive personas: Christi vero compositam. Amplius; unus Deus in Trinitate & unus colitur Christus. Tres personæ unus Deus est: duæ naturæ, unius Christi sunt: quatuor autem naturæ, dum nec Deus sint nec Christus, unde poterunt coli dum vel in tribus vel in duabus nil nisi aut unum aut unus colatur? Ut autem non sermones amplius prolongentur; demonstramus unam solam & non tres sanctæ Trinitatis esse naturas, sed tres tantum personas sive subsistentias. Si enim & tres naturæ, & una; idem vero est natura atque persona: & una erit (quod absit) Trinitatis persona! Si vero natura quidem & una, & tres; persona vero non una, sed tantummodo tres; nec secundum naturam sive substantiam, nec secundum personam sive subsistentiam unus erit Deus. Secundum quid ergo, Trinitas unus est Deus?

HÆRET. Nos, sic tres substantias & naturas dicimus Trinitatis, ut tamen earum consubstantialitas salva sit: & una igitur & tres substantiæ atque naturæ sunt, & unus Deus non secundum tres, sed secundum unam substantiam & naturam glorificatur.

RUST. Ergo (secundum te) & unus Deus & tres Dei. Si enim propter substantiam naturamque unam unus est: propter tres substantias sive naturas, tres (secundum te) dii sunt. Sed & multo amplius tres erunt quam unus Deus, & proprie quidem (quod absit) tres erunt dii; improprie autem Trinitas unus Deus, circa errorem paganorum: unum enim Deum esse, ob hoc scripserunt cuncti Patres atque Doctores, quia una est ejus ac sola substantia sive natura. Si igitur una quidem Trinitatis substantia est, & natura tantum; tres autem non tantum personæ sed & naturæ atque substantiæ: multo magis, tribus exsistentibus universis, & nullo indiviso tres erunt & dii.

HÆRET. In tantum tres naturæ sunt Trinitatis, ut ostendamus quod unaquæque persona propriam habeat ex sempiterno naturam, quæ alteri minime sit communis: hoc vero manifeste probabitur, si id vel de una ex eis persona fuerit demonstratum. Si enim tres, æquales & per omnia similes sunt; quidquid habet una persona, habebit & altera. Si igitur ostenderimus unumquemlibet ex eis habere sic propriam naturam, ut alteri nulli communis sit; pariter estis etiam de reliquis absque ulla contradictione convicti. Esse vero propriam Dei Verbi naturam Patres affirmant, dicentes: *Confitemur unam naturam Dei Verbi incarnatam*. Si igitur hanc unam illam communem magis esse credamus; incarnata ista (quæ totius Trinitatis, communis est) necessarie inducetur Trinitas incarnata: quia vero id impium est (quippe sanctis scripturis & Patrum doctrinæ contrarium) manifestum est, quia una natura quæ inhumanata est, solius est filii. Prædictum vero sermonem Patrum, nec vos poteritis abnuere. Flavianus enim qui quondam fuit Constantinopolitanus Episcopus, & quem [1] suscipitis, ita scripsit in illo libello propriæ fidei quem imperatori Theodosio destinavit, qui & in Chalcedonensi synodo susceptus est.

RUST. Nequaquam necesse est, ut ii qui confitentur unam naturam Dei Verbi incarnatam (si hoc de communi sanctæ Trinitatis natura dicatur) inhumanationem sanctæ Trinitatis inducant: maxime quando per explanationem sermonis, signantissimum Dei Verbi nomen adjiciunt. Sicut enim quando dicunt Patres Deum Verbum incarnatum & inhumanatum; etsi commune nomen Dei [2] tribus personis indifferenter prædicatur, non tamen ob hoc eos consequitur quod incarnata sit Trinitas: licet Pater & Filius, & Spiritus sanctus unus sit Deus: & ob hoc, qui incarnatus est, dicatur & Deus, & unus Deus, & solus Deus, & Deus Verbum. Sicut igitur Deum esse vel unum Deum esse licet uniuscujusque personæ commune sit: non tamen quando Deum confitemur incarnatum, seu virginem Deipartricem, consequitur nos (quod absit) inhumanatam dicere Trinitatem, sed unam ex illis personis: id est, ex illa Trinitate quæ Deus est. Sic quando unam naturam Dei Verbi dicimus incarnatam; non nos consequitur, ipsam cum propria natura incarnatam dicere Trinitatem; sed magis unam illarum personarum quæ in illa natura sunt confitendæ. Et sicut ne videamur (dum Deum dicimus incarnatum) Trinitatem dicere incarnatam, non pro qualibet cautela tres dicimus Deos: sic neque ob hoc ne forte videamur unam naturam Dei Verbi incarnatam dicentes, Trinitatem dicere incarnatam, non dicimus pro quacumque cautela tres in Trinitate esse naturas. Si enim Deus dicitur incarnatus, & rursus minime incarnatus: quando hoc quidem de Filio dicitur, illud vero de Patre & Spiritu sancto; & non in duos Deos, unus Deus vel separatur vel dividitur sive discernitur: quid consequetur incongruum, si de eodem Deo (id est, de una eademque natura) dicamus, quia & incarnata est in Filio, & non est incarnata in Patre & Spiritu sancto? Nam vos quoque, in eo quod dicitis quamlibet naturam sive substantiam esse communem; non poteritis hanc consequentiam refutare: illam namque substantiam, nec incarnatam denegare in Filio poteritis, nec affirmare quod in Patre & Spiritu sancto inhumanata sit. Erit igitur, una eadem simplexque natura, & incarnata, ut Filii: & non incarnata, ut Patris & Spiritus sancti. Quare non necesse est, ob hoc propriam Filii esse naturam, quia una Dei Verbi natura dicitur incarnata: quippe cui, etsi esset aliqua non communis, hoc idem tamen de illa natura communi rectissime diceretur. Non igitur ob hoc demonstratum est, propriam esse solius Filii naturam; nec igitur cujuslibet & alterius ex Trinitate personæ. Insuper, vos potius quaternitatem inducere demonstramus, qui eam quæ dicitur Ephesina secunda synodus, non potestis abnuere, quia Dioscorum condemnare non vultis.

1. *Suscipitis*] An *suspicitis?*
2. *Tribus pers.*] DE *tribus pers.* legendum videtur. Mox, *eos* DICERE aut DIXISSE *conseq.* forte rescribendum.

Ille enim cum tota illa nefaria synodo, approbavit Eutychis hæretici vocem illic inter monumenta deponentis: *quia confiteor duas naturas fuisse ante unitionem, post unitionem vero unam naturam confiteor*. Si igitur ante inhumanationem duæ naturæ fuerunt; id est, una Patris, altera Spiritus sancti (nec enim poterunt aliter trium tres esse naturæ) duæ vero tunc & Christi naturæ ante unitionem; quatuor igitur naturas circa vestras rationes, etsi non esse nunc usque, tamen ante unitionem fuisse inducitis; & ex quaternitate præexsistente, sanctam Trinitatem postea factam inducitis. Insuper has præexsistentes (ut dicis) unitioni naturas; siquidem permanere nunc usque dicitis; quaternitatem (sicut inquitis nobis) vos magis veraciter impie colitis: quia quod consequitur ex his quæ dicuntur a vobis, vos ipsi non poteritis abnuere. Si vero non sunt usque hactenus duæ determinatæ, aliquando vestra quaternitas esse desierit: & nos quidem demonstravimus, quia neque tres naturæ sint Trinitatis; neque (si essent) nos quaternitatis credulitas sequeretur. Vos vero qui hoc tamquam consequens ponitis, vincemini ex vestra væsania: quæ si vobis displicet, ante omnia ergo anathematizate Dioscorum.

Hæreticus. Nos interim non de caussis singularum colloquimur personarum, sed de fide universaliter disceptamus. Hoc vero negotium illi servabimus tempori, quando de Diodoro, & Theodoro, & Iba, & Theodoreto disputabimus; caussas personarum, quæstioni de fide miscentes. Igitur, etsi tres dicimus (pro personarum distinctione) naturas in sacrosancta Trinitate; unam tamen communem substantiam confitemur, secundum quam consubstantialem dicimus Trinitatem; & nec audire quaternitatem contenti sumus.

Rusticus. Sed ista communis substantia indiscrete, etiam natura Patribus appellantur: quæ solis tribus personis communis est; & alia illic præter hanc non est tamquam propria unicuique personæ. Vel si creaturarum naturis comparata tantummodo, hæc ipsa propria dicitur uniuscujusque personæ; ut quando dicimus, sicut & sancti Patres, quia Deus Verbum filius Dei, non impropriam pertulit naturam. Insuper; si idem est natura atque [1] subsistentia, quatuor naturas & substantias introfertis. Si vero alterum, ut re & nomine apparet; quanto differt, tanto magis connumerata numero personarum, redundat in quatuor; nisi forte nostris rationibus te dedas, quia tum posset esse quaternitas, si hæc carnis natura non tantum substantia, sed esset quoque persona. Nunc autem quæ mentis inspectione diversa est, eo quod non sit etiam persona, non connumeratur Trinitati illi quam similis determinat ratio; quia illic personæ tres sunt, hæc vero non persona est, sed natura tantummodo sive substantia.

Hæret. Sed hæc natura Trinitatis, in tribus illis naturis est: & idcirco, etiamsi altera est præter illas, per singulas tamen omnibus illis connumerari non potest; quia in illis exsistens, & in semet ipsa ea habens, nihil est præter illas: Trinitas namque unitas; & unitas, Trinitas.

Rust. Quomodo ergo ante unitionem, duas dicitis Filii Dei naturas, si propriæ illi coannumeratur ista communis? Quam enim omnino Dominus habuit alteram naturam ante inhumanationem, nisi eam quæ ante sæcula est, essentiam suam?

Hæret. De divinitate Christi & carne, hoc

A dicimus: dico autem duas ante unitionem, non tamquam communem hominum naturam conjungans Deo: nam si hoc esset, quomodo non etiam nunc duæ fuissent, dum certe nihilominus hominum quisque homo sit solum: excepto illo tantummodo qui inhumanatus est, nec quasi prius una fuerit caro & postea unita sit Verbo: hæc enim qui dicit, hæreticus est. Sed quia intellectu præcognoscentes duas naturas, deinde admoventes unitionem; unam continuo effici dicimus: ergo id quod dicimus ante unitionem vel post unitionem, non distinctionem temporis, sed speculationis significat ordinem, eo quod pariter horum nequeamus deprehendere intellectum, sed præspeculemur compositioni simplicia.

B Est namque impossibile, ut alter rerum naturæ sit ordo, & alter speculationis quæ est circa intellectum: sicut in oratione, cum litteræ natura priores sint, multo tamen sunt adinventæ posterius.

Rust. Speculatio hæc secundum quam dicis duas naturas intelligi; si quidem nunc usque verax est, ut exsistentibus rebus incumbens; sunt igitur duæ naturæ veraciter, quas veraci intellectu conspicimus: si autem semper falsa, nec ante unitionem duas naturas confiteri debetis. Si vero ante unitionem quidem quondam vera, nunc autem de cetero falsa; erat igitur Domini caro (quod absit) ante unitionem: quæ si animata anima rationali fuisse credatur, præexstitit igitur secundum vos prius pu-

C rus homo, & post hæc unitus est Verbo. Ex duabus ergo personis, & ex duobus Christis, ex duobus filiis, ex duobus Dominis, unum Christum blasphematis exsistere. Hæc vero modis omnibus abdicanda sunt: ex præexsistentibus enim per se se personis unione secundum subsistentiam fieri nequit. Si vero & post inhumanationem aliquando duæ naturæ subsliterunt; quam ergo aliam dicitis unitionem, qua facta jam duæ non sint? Sed & omnia quæ dicitis contra nos qui nunc usque duas dicimus esse naturas, convertite contra vosmet ipsos usque tunc enim easdem naturas dicitis exstitisse, quas nos in perpetuum dicimus permanere.

Hæret. Autumo quod quidam nostrorum me-

D lius dicant: quoniam non individua illa humanitas Christi unitioni præexstitit, sed communis humana natura ex qua illa est caro.

Rust. Sed ad alia inconsequentia vos ducit hic sermo. Nec enim vel post unitionem, communis nostra natura unum quid per unitionem facta cum Deo est, sed illa individua quæ assumta est: non enim Patres hoc de illa, sed de hac dicunt: nec possibile est, communem naturam efficere [2] numquam personam per semet ipsam. Insuper nec in semet ipsa illa subsistit, sed intellectu rationalium tantummodo, qui fit ex individuis ejus a quo & esse accipit: sicut & ea quæ omnium genera vel species esse dicuntur apud sæculi sapientes: si enim

E & esset anima, & tamen non esset rationalis, non erat communis creaturarum natura, sive quod dicitur genus atque species. Nihilominus autem qui dicit ante unitionem quidem duas, post unitionem vero jam minime, sed potius unam indifferenter omnino ex ipsis rebus quæ duæ fuerunt; unum quiddam perfici vult; alioquin id quod dicitur jam minime non habet locum. Nunc autem communem naturam cunctis hominibus, non dicitis unam factam cum Verbi natura: ne forte omnes homines in communi natura videantur iidem Christo esse, aut sit (quod absit) tota Trinitas incarnata. Sed unum quid individuum, id est, una & sola caro,

1. *Subsistentia*] Sic edit. Lugdunensis. At Parisiensis, *substantia*.

2. *Numquam*] Forte, *umquam*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

& una & sola anima, in unam personam Deo Verbo unita est, & in unam solamque subsistentiam.

HÆRETICUS. Sed prius intelligendæ sunt duæ naturæ, & post hæc, continuo, unitio amovenda est; & ideo non dicendum est Christum in duabus, sed ex duabus esse naturis.

RUSTICUS. Ergo (secundum te) unitio unitarum naturarum duarum peremtio est.

HÆRET. Non naturarum, sed dualitatis peremtio est unitio; ita ut duæ jam non sint duæ, sed unum quiddam secundum unitionem.

RUST. Si (ut inquis) dualitas interemta est, erat ergo ante interemtionem, & ante unitionem: super quod si easdem complexiones de dualitate quam de ipsis duabus naturis voluero facere, supra dicta denuo consequentur incongrua: nihil namque interimitur, nisi quod prius fuit. Quare si interemta est, erat ergo dualitas, & omnia illa quæ præximus incongrua, ad medium veniunt.

HÆRET. Ante dualitati præclusit unitio, ut nec posset esse hæc ipsa: & de hoc dico, interemit, potestate, non actu; nondum enim erat perfecte dualitas.

RUST. Ergo non exsistentem, sed adhuc futuram peremit. Dic igitur quid cujusque naturæ imperfectum fecerit ut minime dualitas esset. Ego enim nec [1] immunitionem divinæ naturæ vos suspicor dicere, & humanæ inæstimabilem ineffabilemque profectum: quo ergo modo est imminuta dualitas, dum sit additum rei? quomodo substantiarum quantitas est præclusa, dum nullus substantiarum defectus evenerit? Si vero & (ut ais) connumerantur æquivoca, quomodo duæ Filii potestate naturæ, duabus actu Patris videlicet ac Spiritus sancti connumeratæ, quatuor non erunt? Si vero numquam non duæ naturæ fuerunt, divinitas & humanitas Christi; quomodo ex duabus naturis dicitur, qui ex istis esse confessione depromitur?

HÆRET. Quid enim (dic mihi) nonne omnia duarum perfectarum personarum Dominus habet? Sicut ergo præclusit unitio ne esset dualitas personarum, sic etiam substantiarum.

RUST. Sed nostra natura in Christo, non etiam persona est: non enim in semet ipsa & secundum se ipsam segregatim habet esse suum, sed in Verbo subsistit: & ideo, nec ex duabus personis sicut ex duabus naturis dicitur, quia Verbum hominis personam sibimet ipsi univerit: quia vero humanam naturam sibimet ipsi univerit, & qui in Ephesо & reliqui sancti Patres docent, & de his omnibus superius sufficienter ostendimus.

HÆRET. Non negamus duas esse naturas, sed nec unam propter unitionem: hoc enim circa naturam est; illud vero secundum unitionem. Quare duæ sunt circa speculationem, non secundum rem.

RUST. Si verax est speculatio hæc, duæ naturæ sunt & circa ipsam rem: si vero dicis non esse veram, ecce negasti duas esse naturas.

HÆRET. Quid igitur est quod distat inter impia ferentes & pia, circa id quod duæ naturæ dicuntur? Nam si (puta, ille quilibet homo purus, & Deus pater) duæ naturæ sunt; quid differt seu sic, sive sic duas naturas dicere, dum sicut de puro dicimus Deo & de homine nudo, sic vos de Christo loquamini, quia duas naturas dicitis?

RUST. Multa sunt quæ in primis quidem communiter videmur confiteri cum impiis; adjectione vero, determinata jam fiunt: & per se quidem vel si suspecta sunt, nondum tamen & impia, nec e contra rursus, quæ accusari ex toto non queant. Dicit ergo Apollinarius, unum Christum, unum filium, unam ejus personam & subsistentiam: dicit & Nestorius duas naturas. Et hi quidem sermones, nondum quales ipsi sint produnt; in additamento autem sermonum, cognoscimus qui sint. Nam Apollinarius quidem unum dicit, quasi & convertibilis deitate sit, & imperfectus humanitate: Nestorius vero duas male quidem conjungens: secundum æquivocationem namque, secundum auctoritatem, secundum appositionem, secundum habitum: male vero etiam dividens separansque naturas in duas subsistentias & personas, & filios & Dominos. Ergo, quando dicimus duas naturas, si nihil præcedit neque subsequitur quod unitionem significare sufficiat, habebit occasionem vestra suspicio: si vero hoc, & ante quam dicamus duas naturas, & postea dicimus quia una est duarum naturarum persona, una subsistentia inseparabiliter, indivise, inconvertibiliter; quid ultra remanet quod suspectum sit calumniari volentibus?

HÆRET. Hoc reprehendo, quia non post duas unitiones, sed post unitionem, duas dicitis naturas; cum deberetis prius quidem confiteri duas naturas, postea vero unitionem, & unam naturam de reliquo. Hoc significat, ex duabus quidem, quia post hæc unitio; in duabus autem, quia duæ post unitionem.

RUST. Si & duæ naturæ confitendæ sunt, & unitio amovenda; non video quare non ex duabus & in duabus, recte dicamus: si enim te id quod est delectat usque adeo, dicere non unum Christum in duabus naturis, sed in duabus naturis unum Christum, ut non prius nominantes Christum: post hæc, eum duabus naturis (ut dicitis) partiatis. Sed prius dicentes, duas naturas, tunc unum Christum nominetis. Et illud vero similiter observate, ut non dicatis unum Christum ex duabus naturis, sed potius dicatis ex duabus naturis unum Christum. Sed numquam Christi Ecclesia intendit vaniloquiis talibus: etenim dum præexstiterit ex infinito divinitas filii, tamen nonnumquam post carnem nominatur: usque adeo veritas verborum ordine nullum præjudicium patitur, & maxime heic ubi simul duæ naturæ, simul unitio. In sancta enim synodo Ephesi inter alia testimonia (magis vero ante alia) jacet sancti Petri, quod ita se habet: *Unde & Evangelista veraciter dicit:* [a] Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: *tunc utique, ex quo Angelus Virginem salutavit, dicens:* [b] Ave, gratia plena, Dominus tecum. *Ecce; ex quo salutatio Angeli, & nunc est unitio celebrata.* Quia vero nonnumquam prænominatur caro, & postea deitas; ostendit exinde sanctissimi Gregorii lectio, dicens ita: *Ne decipiant homines, nec ipsi decipiantur, hominem Dominicum, sine mente credentes, magis autem Dominum nostrum & Deum: nec enim separamus hominem a divinitate.* Ecce aperte ponitur in principio verbi prius quidem nominans hominem, & postea Dominum & Deum; & rursus hominem & divinitatem. Et post pauca iterum habet: *Passibilem carne, impassibilem deitate: circumscriptum corpore, incircumscriptum spiritu: eumdem terrenum & cælestem, visibilem & intellectualem, capitalem & incapitalem, ut toto homine eodemque Deo totus homo reformetur, qui ceciderat sub peccato.* Ecce, quoties ordine permutato, prius eum passibilem, deinde impassibilem nominavit: post hæc circumscriptum & tunc incircumscriptum: & post plura ta-

a Joan. I. 14. *b* Luc. I. 28.

1. *Immunitionem*] Rescribendum, *imminutionem*, ex contextu.

lia adjecit: ut, *toto homine eodem & Deo*. Synodus autem Chalcedonensis, postquam dixerat, *in duabus naturis*: adjecit, dicens: *Indivise, inseparabiliter, inconvertibiliter agnoscendum*. Et non ait, agnoscendos, ut duos: sed unum, agnoscendum. Et rursus: *Sicut Dominus noster Jesus Christus nos docuit, & Patrum nobis tradidit symbolum*. Si vero (ut dicis) una est facta natura; ergo non ex duabus sed ex tribus naturis dicere debebatis: quippe qui etiam talem unitionem Verbi ad humanitatem dicitis, qualem caro habet ad animam. Quid enim vestra concessione vicinius anima habet ad carnem; quam hæc, ad deitatem; ut sit Dominus, ex duabus & non tribus?

HÆRETICUS. Simpliciter nobis respondete. Duas naturas ad hoc dicitis substitisse, ut efficerent unum Christum; ad hoc unum Christum, ut duæ naturæ subsisterent? Sed duæ naturæ, & in aliis pridem subsistentiis substiterunt? si igitur non ad hoc ut ipsæ subsisterent, sed ut Christus esset, duæ naturæ fuerunt; non jam degunt duæ naturæ, sed illud tantum propter quod & substiterunt & unitæ sunt duæ naturæ, sed unus. Igitur non duæ naturæ Christus confitendus.

RUSTICUS. Mira dementia, ob hoc non subsistere arbitrari naturas, eo quod idcirco substiterint ut in Christum concurrerent; dum nihil plus sit necesse subsistere, quam ea quæ ob hoc substiterunt ut Christus exstaret; & illud potius sit fatendum, quod unita subsistant, quæ ut unirentur exstiterant. Quin potius divinitas, nec ut uniretur, substitit (ex sempiterno est enim) sed humanitas illa quæ simul mox unita est, ut cœpit exsistere: ergo (secundum te) Christi humanitas jam non est humanitas; quæ, ut uniretur, substitit. Quare manifestum est, duas naturas unitas subsistere. Quis igitur nisi captus mente jam dicat, quia, quæ propter quiddam substiterunt, aut ipsa jam non sunt, aut non tot; sed illud solum propter quod substiterunt, dum nihil utrorumque peremisset unitio, licet unum immense exaltaverit; & hoc, dum perfectissimum sit utrumque secundum propriæ naturæ rationem? Hoc vero simile est, ac si aliquis dicat: quia ob hoc hæ litteræ factæ sunt, ut esset hic sermo; quare non sunt jam hæ litteræ, sed solus hic sermo? At vero; hoc quid erit insanius?

HÆRET. Quidquid aliud dicere velis (ut ad propositum revertamur) quaternionem nos inducere, quaternitatem colere minime possumus.

RUST. Immo vero; quia fuisse quaternitatem inducitis ex rationibus vestris, inevitabiliter docui: & oportebat quidem, inordinate tibi super hoc jactanti sermones non dare responsum. Sed ne his qui ita ut tu, væsaniunt, dicere placeat; non nobis est ad omnia satisfactum: & illud adjiciam; quia tres dicitis sanctæ Trinitatis esse naturas. Si nihil omnino distant; unde illas tres esse cognoscitis, qui divinitatis & humanitatis tantum distantes duas esse abnuitis? Nos enim tres esse subsistentias ob hoc confitemur, quod non in eo quod quid est secundum naturam, sed in eo quod qualiter sit unumquodque, proprietatibus distinguatur. Nam Pater quidem genuit, & genitus non est; & ex aliquo alio non est, sicut ex eo sunt alii: Filius vero genitus est, & nihil consempiternum genuit: & Spiritus sanctus a Patre procedit, & nihil consempiternum procedit vel genitum est ab eo. * Qui-

A dam vero antiquorum, & hoc proprietatibus adjecerunt; quia sicut Spiritus cum Patre, Filium sempiterne non genuit; sic nec procedit Spiritus a Filio sicut a Patre. Ego vero; quia Spiritus quidem Filium non genuerit sempiterne, confiteor; (nec enim duos dicimus Patres) utrum vero a Filio, eodem modo quo a Patre procedat, nondum perfecte habeo satisfactum. Quoniam vero, ad id quod nunc quæritur nihil attinet; signandum quidem est, sed transeundum.

HÆRET. Et ego nunc interim, de his ipsis loqui non arbitror utile: ad tuam vero contra nos objectionem, tibi breviter respondebo; immo vero temet ipsum tibimet ipsi faciam respondere. Qui-
B bus distare dicitis ut tres sint credanturque personæ: his ea differre dicimus, ut tres sint credanturque naturæ.

RUST. Sed multo magis differunt Christi naturæ, quas duas esse non vultis: quam tres personæ, quas vultis etiam tres esse naturas.

HÆRET. Cur ergo non sunt & quatuor personæ, tamquam duæ omnino personæ sunt filii?

RUST. Quia humanitas Domini Christi non est persona; licet differat ratione: sed quod attinet ad Deum Verbum, sola natura est; non enim (veluti quis dicat) sua ipsius, sed Dei Verbi est illa caro, ut sæpius dixi.

HÆRET. Quid igitur a persona minus habet hu-
C manitas? animæ aliquid rationalis, an carnis, an quantitatis?

RUST. Hæc non vestra contra nos, sed aliorum contra nos simul & vos quæstio est. Non est igitur nobis necessitatem hanc subruere loquentibus contra vos; maxime quia superius est ostensum, quod Deus Verbum non personam nostram sibi unierit, sed naturam. Verumtamen in sermone quem de definitionibus contra vos simul Nestorianosque conscripsi, demonstratum est, quod natura quidem, communem (sicut dici solet) speciem repræsentet; persona vero, sit concursus eorum quæ describunt subsistentiam rationalem. Individuam vero subsistentiam esse circa proportionem, velut fundamentum
D in quo incumbunt quæ circa sunt, reliqua (sicut ipsum nomen ostendit) & tamquam maxime propriam caussam, in qua universa quæ accidentia nominatur; ut color, ut mores, ut habitus & dispositiones, & quæ iis sunt similia, & proprietates confluunt ipsæ: interemto enim primo subjecto eorum quæ circa sunt individuorum, nihil ultra esse possibile est: a maxima vero caussa ut sit unumquodque, id vero est in quo incumbit ipsa totietas, nominatur: id est, ab illo subjecto quod tamquam fundamentum est iis quæ circa sunt, tota consistentia, subsistentia nominatur. Sed quia secundum redditam rationem, solent & irrationabilium subsistentiæ nominari; quin etiam insensibilium &
E inanimatorum; hæc vero universa, personæ proprie non ab omnibus dicuntur: ideo adjeci, hanc subsistentiam esse rationalem. Quoniam vero aliqui rursus volunt, & species & genera substantialium quæ dicuntur, subsistentias appellare; ideo adjectum est, hanc subsistentiam rationalem & individuam esse.

HÆRET. Et quid pertinet hoc ad propositum quæstionem? quæsivi enim, cur perfectus homo personam habeat non perfectam; & hoc audire omnino desidero.

* Simpliciter dicendum est, eodem modo procedere a Patre & Filio, cum sint uterque unum simplicissimum principium Spiritus sancti: ad utrumque dici potest Spiritum sanctum non eodem modo procedere a Patre & Filio, quia hoc quod est spirare Spiritum sanctum, Pater non ab alio habet; Filius autem habet a Patre: Unde dicitur Spiritus sanctus procedere a Patre per Filium. Vide sanctum Thomam de potentia q. 10. art. 4. ad 2. & 1. q. 36. art. 3.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

RUSTICUS. Hoc enim & dictum est; sed quia minime advertisti, audi cur humanitas Domini perfecta quidem natura sit, non vero per semet ipsam habens quoque personam; & cur non duæ Christi personæ, sed una solaque sit: caussa enim (sicut & tu in sermonis initio, licet ad aliud quid intendens, dixisti) Verbum Deus est, carnis assumtæ; in quo quasi in fundamento illa assumta natura quæ est servi forma, incumbit: ad hoc assumta, ut Filius Dei qui sempiternus est Deus, pro nostra salute homo in diebus ultimis fieret. Nec enim homo de virgine originem habere potuisset, nisi nos per eum Deus ineffabiliter secundum subsistentiam sibi unitam redimere complaceret: unitum vero, ex quo ejus quodlibet subsistere inchoavit in unam personam unamque subsistentiam, sicut sæpius diximus. Igitur, etsi in imaginatione mentis sive speculatione tenuissima, intellecta humanitas Domini Christi, videtur & substantia esse & persona; (nec enim habet aliquid minus, præter alias subsistentias rationales & individuas) sed tamen intellecta per semet ipsam, hoc esse videtur, sed non jam sicut unita Sermoni: igitur non veritas rei, sed mentis, hoc cogit putari defectus, quasi oblivio unitionis exsistens. Quando vero id quod humanum est, non quasi in semet ipso manens, sed per unitionem proprium factum, subsistentiæ Dei Verbi recommemorata mens fuerit; non potest id pro persona suscipere: quoniam neque proprie subsistentia nominatur, cujus altera circa intellectum res subsistendi caussa (id est, Verbum) est quid sempiternum. Nam si homo subsistentia esset; non oportebat ut eum solus Deus Verbum in semet ipso susciperet, & quod nostrum est (ut ita dixerim) in semet ipso fundaret; sed potius ut aut præexsistens homo proprium faceret Deum Verbum, & stabiliret atque fundaret sibimet ipsi quod Dei; aut magis ut præexsistens uterque ad invicem conveniret, & unus Christus, unus Filius, unus Dominus, unaque persona & subsistentia, & præexsistente apud se puro unoquoque, non fieret. Nunc autem e diverso factum est: non ergo habet personam quod nostrum est.

HÆRETICUS. Ergo si hæc unita non essent; omnimodo duæ possent esse personæ: quia & Deus Verbum nihil minus habet a persona, (sicut enim Deus Pater, ita & Deus Verbum una persona est) & rursus nihil habet minus a tota persona, homo perfectus ex consubstantiali nobis carne, & rationali (secundum nos) anima constans, horumque unitione subsistens.

RUST. Etsi omnis homo individuus persona est, non tamen hæc caussa est, ut persona sit itidem, quæ est ut homo sit. Sed ut sit quidem homo, hæc caussa est, quod sit animal rationale de terra: ut autem sit persona; hæc caussa est, eo quod sit subsistentia rationalis individua. Sed (ut diximus) illa humanitas, non in semet ipsa in Verbo habet subsistentiæ rem: nec enim propter hoc ut sua ipsius separatim esset, sicut nos; sed ut Verbo uniretur, & ejus esset proprium indumentum & inæstimabile (ut ita quis inquiat) instrumentum, & ut Deus esset homo; creata est nostræ caussa salutis: illa igitur caussa magis in subjecto est, quam subjectum. Sicut igitur (verbi gratia) in homine puro subsistendi carnem, caussa est anima immortalis; qua sejuncta, caro in sua non manet essentia, sed ad non esse properat incessanter: quippe quod omnino exterminari, quolibet corrumpatur modo, necesse est. Et rursus nunc animæ hominum defunctorum, absque corpore sunt; sicut ait Dominus Sadducæis: quia [a] *Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, non est Deus mortuorum, sed viventium: Omnes enim vivunt illi*: & non ait, *Deus animæ illius, & illius*: sed, *Deus illius*. Et non dixit; *non est Deus animarum mortuarum*, sed *viventium*: Deum esse simpliciter dixit, & perfecto exsistente Abraham, & Isaac, & Jacob. Et adjecit: [b] *Omnes enim vivunt ei*: & non dixit: *omnium enim animæ vivunt ei*.

HÆRET. Hoc inquit; non quod anima perfecta persona sit, quasi per hoc unum, integer Abraham sit, & Isaac, & Jacob: sed quoniam [c] *Deus vocat ea quæ non sunt, tamquam quæ sunt*: sicut scriptum est.

RUST. Non intercipias importune sermonem: ubi enim fit de resurrectione memoria; illic necessarie immortalitatem repræsentat animarum: non ut eorum quæ non sunt, & a Deo vocantur tamquam sint, eo quod ea quæ nondum sunt, Deus futura esse prænoscat; sed ut eorum quæ sunt: nullus enim sapientum dicere audebit, quia commoriantur corporibus animæ, ut ob hoc nec Abraham sit, nec reliqui, nisi in præscientia Dei. Quod ergo dicere volui: sicut extra corpus, etsi non est animal perfectum secundum naturam, tamen rationalis animæ persona perfecta est; & rursus, postquam corpus resurrectione receperit, nihilominus perfecta hominis est persona: sic quodammodo in Christo, ante inhumanationem quidem perfecta erat Dei Verbi persona, & post hoc perfecta Christi persona est, & una persona Deus simul & homo; & caussa ut sit illa humanitas, est Deus Verbum; & hæc, comparatione Verbi, non est ut subjectum, sed ut accidens. Sicut enim instrumentum per quod nostram salutem fieri oporteret, & sicut superincumbens ei, quod utitur illo ut diximus. Sicut igitur quando circa Apostolum dicimus: [d] *Caput mulieris vir, & caput viri Christus, & caput Christi Deus*: & neque virum duo capita habere dicimus: neque duo aut tria capita mulierem; id est, virum & Christum, aut virum & Christum & Deum, quia vir ad mulierem quidem comparatus caput est; ad Christum vero jam non caput, sed aliquid aliud: & rursus Christus ad virum quidem comparatus caput est: ad Deum vero, nequaquam (nec enim Verbum, caput est Patris, neque natura quæ ex nobis est) sic quodammodo (prout est possibile, similitudinibus incomparabilia explanare) humanitatis subjectum iis comparatum quæ sibi omnino specialiter accidunt, proportionem subsistentiæ ostendit: Deo autem Verbo collatum; sicut aliquid eorum quæ insunt subsistentiæ, non secundum personalem subsistentiam reperitur. Et sicut ibi dum vir caput sit mulieris, & Christus viri sit caput; tamen in ordinis consequentia, solum ejus caput est vir, dum certe per excellentiam gloriæ Christus solus (quippe ut Deus) circa id quod proprie summum est, ita & heic esse apparet circa ea quæ acciderunt naturæ nostræ, & humanitas illa subsistentia esse videtur: secundum vero summam subsistentiæ proprietatem, solum Verbum (a quo de reliquo una & sola subsistentia, vere totus est Christus) seu certe, ea quæ in Christo sunt, nominatur. Si quis tamen hæc legit: memor sit, nos proportionem proportioni (prout est possibile) comparare: non multis personis, unam Christi solamque personam: alioquin cur & tanta sunt dicta?

HÆRET. In veritate; quia, in incomparabilibus, vel modicam similitudinem adhiberi difficile est.

a Matth. XXII. 32. b Luc. XX. 38. c Rom. IV. 17. d I. Cor. XI. 3.

Rusticus. Sed & quod majus est, dico: illic A enim forsan dicat (ut arbitror) aliquis impudentia fretus: duo vel tria esse capita mulieris (& forsan non impie, licet inconvenienter) heic vero duas personas impossibile est inveniri: nam si illic ad unum & idem, aut ad aliud & aliud re comparata, duo capita esse putentur (unumquodque enim, uniuscujusque caput est) heic similiter erit: nec enim sic accidentia circa carnem carni, sicut Verbo comparantur; sed carni quidem absque mediatione, Deo vero non ita: non enim quasi non incarnato. Mulieris autem caput, & absque mediatione Deus est: [a] *Ecclesiæ* enim *caput Christus*. Figuraliter autem Ecclesia sponsa est; & figuraliter, caput mulieris vir. Et ut simpliciter dicamus B ac breviter, quia & ego confiteor, quod exemplum non omnino sit aptum; sed assumsi hoc, non ut demonstrationis, sed ut explanationis gratia: si quis vero aptiorem similitudinem repererit; dicat, me facile complacente & voluntarie ac libenter. Ne forte autem sit hoc quoque præstantius dicere: quia sicut universus orbis (dico vero orbem terræ) licet plerumque, etiam solus tamen totus dicitur mundus: & rursus, cum toto cælo & omnibus elementis, unus & solus dicitur mundus; sic dicatur & de illa solaque persona. Si vero ob hoc aliquas duas Christi subsistentias dicere creditis (dico autem, non ut naturas, sed ut personas) quia in subtilibus speculationibus & puris intellectibus per se- C met ipsam contemplata humanitas Christi, videtur eis, quia potest & ut persona & ut subsistentia cogitari ad accidentia sua: quomodo vos ipsi negatis, duas Domini Christi esse naturas; qui non in subtilibus intellectibus vel imaginationibus mentis intelligi solum, sed & in ipsa re subsistere humanam in Christo naturam negare minime quitis; quam, non solum illa quæ nostra est, sed & illa quæ vestra synodus Ephesina per sanctorum Patrum lectiones testatur: & præcipue beatissimi Cyrilli Alexandriæ præsulis epistolæ prædicant? Non enim quod nos dicimus de persona; hoc vos poteritis re objicere de natura, cujus definitio longe abest a definitione personæ. Sunt enim Christi naturæ (ut su- D perius dictum est) & divinitas sanctæ Trinitatis communis, & humanitas communis omnibus nobis in individuo contemplata: persona vero atque subsistentia Domini Christi, quæ horum unitione celebrata est. In iis vero substantiis, totum dicimus esse unum solumque filium Dei Dominum nostrum Christum, quem in duabus confitemur esse naturis. Est autem non minus manifeste ex synodicis sanctorum Patrum doctrinis colligere, quia non sunt tres naturæ sanctæ Trinitatis, sed una solaque. Si enim tres essent sanctæ Trinitatis naturæ; esset omnimodo (ut tu quoque dixisti) & filii una & individua divina natura. Hæc vero idem foret per omnia, & non discerneretur ullo modo a Dei Ver- E bi sempiterna persona: nihil enim plus vel minus, aut quolibet modo alterum, aut aliter ullatenus contineret. Quare, quidquid de Filio, id est, de Deo Verbo (hoc est autem dicere de persona ipsius Christi) seu tamquam ante inhumanationem, sive post hæc recte dicimus, & de natura ejus orthodoxe dicerentur: & quidquid de persona Filii dicere devitandum est, de ejus Filii natura a Patribus dici vereatur. Sicut igitur nullus Patrum dixit alicubi, aliquando in propria passum Filium non esse persona: sic nullus eorum dicere sustineret, in propria Filium passum non esse natura. Nunc autem e contrario fit: prædicant enim Filium Dei in propria quidem passum esse persona; negant vero iidem sancti Patres, in propria eum pertulisse natura. Ex iis igitur necessarie sequitur; & personæ Filii, ejusdem, non eamdem esse naturam, demonstratum est: quia si esset sic propria solius Filii Dei natura, ut non esset ei hæc ipsa communis cum Patre & Spiritu sancto; consequens esset ex necessitate, naturam ejus idem esse personæ ipsius: quod quia minime sequitur, constat quia non est natura solius Filii propria, tamquam quæ non sit & Patri communis & Spiritui sancto: non igitur tres naturæ sunt Trinitatis.

Hæreticus. Et unde mihi demonstrationes adhibebis, quia Filius Dei Deus Verbum, in propria quidem persona passus est, vel quodcumque suscepit eorum quæ carni contigerunt; in propria vero natura non pertulit?


Rust. Patienter ausculta, & continuo ostendetur: solummodo sermoni dem finem. Hæc igitur demonstratio, non ob hoc solum veritatis proficit dogmati, quia unam & solam sanctæ Trinitatis naturam commendat; sed & per semet ipsam caussa victoriæ est, dum concludit, quia non debet Christi una credi natura, sicut inferius declarabitur. Nunc autem testimonia ex synodico sanctorum Patrum codice proferantur, atque directa nostræ collocutionis recognoscatur intentio.

Lectio ex Epistola sanctæ memoriæ Cyrilli ad Nestorium, quam & Ephesina sancta & universalis synodus omnium Episcoporum interlocutionibus roboravit.

Hæc nos sequi oportet & verba & dogmata, intelligentes quid hoc quod est incarnari, & hoc quod est inhumanari, significet id quod ex Deo est, Verbum? Non enim dicimus quod Verbi natura transformata, facta sit caro: sed nec quia in totum versa sit hominem qui est ex anima & corpore: sed illud potius, quia carnem animatam anima rationali uniens Verbum sibimet ipsi secundum subsistentiam, ineffabiliter atque inexplicabiliter factus sit homo, & vocatus sit filius hominis, non secundum solam voluntatem vel benevolentiam, sed nec ut sola assumtione personæ. Et quia diversæ quidem ad unitionem veram conductæ naturæ, unus vero ex ambabus Christus & Filius (non quasi naturarum differentia interemta propter unitionem: quin potius perficientibus nobis unum Dominum & Christum, & Filium divinitate atque humanitate, per ineffabilem & inenarrabilem ad unitionem concursum) sic dicitur dum certe ante sæcula habeat subsistentiam, & ex Patre sit natus, nasci secundum carnem ex muliere, non tamquam propria ejus natura in sancta virgine principium sortitus sit exsistendi: nec vero quasi indiguerit necessarie propter se ipsum nativitate secunda post illam quæ est ex Patre. Est enim vanum simul & imperitum, ut dicatur is qui ante omne sæculum subsistat & consempiternus est Patri, indigere, ad id ut sit, secundo principium. Quoniam vero propter nos & propter nostram salutem, uniens sibimet ipsi secundum subsistentiam quod humanum est, processit ex muliere: ob hoc ipsum dicitur genitus esse carnaliter: non enim prius ex sancta virgine natus est homo communis, & jam post hæc Verbum descendit in eo: sed ex ipsa vulva unitus carnalem dicitur sustinere genituram, ut suæ carnis suificans genesim. Sic eum dicimus & pati, & resurgere: non tamquam Deus Verbum in propria natura sustu-

[a] Ephes. V. 23.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.



lerit vel clavorum transfixiones vel alia vulnera : impossibile est enim, quod divinum est, quia & incorporeum. Quia vero id quod ejus proprium factum est corpus pertulit, hæc rursus passus dicitur ipse pro nobis : erat enim impassibilis in corpore patiente. Circa æquum vero modum, & in Moyse intelligimus : immortalis enim secundum naturam, & incorruptibilis, & vita & vivificans Dei Verbum. Quia vero proprium rursus ejus corpus, gratia Dei (sicut dixit Paullus) pro omnibus gustavit mortem, dicitur ipse mortem pati pro nobis, non veniens in mortis experimentum, quod attinet ad ejus naturam (dementia est enim hoc dicere aut sapere) sed quia (ut dixi nuper) caro ejus gustavit mortem ; sic & resuscitata carne, rursus ejus resurrectio dicitur, non tamquam qui in ullam corruptionem (quod absit) inciderit. Et post pauca: *Hoc asserit ubique integerrimæ fidei sermo : sic invenimus sanctos Patres sapuisse ; sic præsumserunt Deipartricem sanctam virginem dicere: non quia Verbi natura sive divinitas ejus, principium subsistendi sortita sit ex sancta virgine, sed tamquam genito ex ea sancto corpore animato rationaliter, cui & secundum subsistentiam Sermo unitus gigni dicitur secundum carnem.*

HÆRETICUS. Si super tanta quæ ante dixisti, insuper testimonia profers vestro dogmati profutura ; & nos parati sumus glorioforum testimonia magistrorum jam pridem excreta diffundere ; quippe qui debemus ipsa potius sequi, quam proprias conclusiones intendere.

RUSTICUS. Nos interim in præsenti nondum protulimus ullum testimonium ex codicibus aliis ; per quod in duabus naturis esse Christus evidentissime demonstratur, sed ex synodicis solis, quæ refutare non potes ; ad demonstrandum tantummodo unam solàmque esse naturam sive substantiam sanctæ Trinitatis : quæ, etsi propria Filii Dei a Patribus dicitur (non ad exclusionem Patris & Spiritus sancti, sed omnium quæ creaturæ sunt atque facturæ) nihilominus vero, & illius substantiæ hominis quam creavit simul ac sumsit. Et ad ostendendum, quia propria illa natura non dicitur Verbum & temporaliter genitum, neque passum, neque sustulisse aut plagas, aut fixuras clavorum, aut alia vulnera ; neque mortuum esse (quod attinet ad ejus naturam) nec resurrexisse ; verumtamen Verbum ex ipsa vulva unitum, genituram carnalem dicitur sustulisse, ut propriæ carnis genituram suificans : similiter & reliqua quæ humana sunt ; quoniam quod ejus proprium factum est corpus, ista sustinuit. Rursus ipse dicitur pati pro nobis : erat namque impassibilis in corpore patiente. Igitur nunc interim ex universalibus & communiter confessis synodicis inchoantes ; quæ a te objecta sunt solvimus, & quæ oportebat, firmavimus ; alia vero minime attigimus : interim ne illa quæ ad aliud opus pertinent, commiscentes operemur confusionem ; verumtamen & illarum lectionum discussio potest ad alteram collocutionem sine præjudicio reservari.

HÆRET. Velim & illud ediscere, quomodo putes hanc demonstrationem, eis qui ea quæ vestra sunt sapiunt, præstare victoriam : eo quod probet, quoniam non debeat una per unitionem credi natura Domini Christi ? hoc enim te esse dicturum promisisti superius.

RUST. Bene ad memoriam revocasti : dicam & hoc. Si una, per unitionem natura Domini facta est, quidquid dicitur de Verbo, de filio, de Christo ; & de ista natura dicetur : & rursus quidquid de illa natura (ut dicitis) dicetur ; utique & de iis nominibus prædicabitur ; & hoc non circa alium modum. Sicut igitur abominabile est dicere, quia Deus Verbum in natura propria passus est, sic (si forte præsumitis) fugite dicere, quia passus est in se ipso vel persona sua, vel subsistentia. Aut sicut dicis, *non in experimentum veniens matris, quod attinet ad ejus naturam* : hoc transferte dicentes : *quod pertinet ad suam personam & ad se ipsum Filium, mortuus non est.* Quoniam vero ex iis dicere adjacet, quoniam Verbi natura substantiaque pertulit : sic a vobis dicatur, non passam subsistentiam Verbi, neque personam, neque ipsum Filium, neque hunc unigenitum, neque eumdem Dominum, vel ipsum Christum : sed eos qui hæc dicunt, duos filios introducere non potestis abnegare, qui novit, quia talia dicens Nestorius, tamquam duorum prædicator accusatus est filiorum : inquit enim (propter quod & damnatus est) ita : *Ego hunc bimestrem, & trimestrem non dico Deum.* Et rursus : *Non oportet lactis nutrimentum de Deo.* Et in epistola sua ad sanctissimum Cyrillum, dixit ; sanctam virginem partricem Christi, non Dei : *Manifestum vero est, quia David filius, non erat Deus Verbum.* Et rursus quidem : *Corpus, divinitatis filii templum, & templum secundum summam quamdam & divinam conjunctionem unitum, ita ut & propriificaret ea quæ hujus erant divina natura, bonum est confiteri & evangelicis traditionibus dignum.* Et rursus in iis quæ mox sequuntur, idem Nestorius negat id quod confessus est heic ; adjecit enim continue & hæc : *Propriificationis autem nomini deputare & carnis proprietates, (generationem dico, & mortificationem) aut errantis (frater) circa paganos vel gentiles, est mentis : aut per ea quæ sunt væsani Apollinarii & Arii vel aliarum hæresum ægrotantis ; quin immo & aliquid gravius, & ab illis : necesse est enim propriificationis nomine tractos, & lactis nutrimenti participem per propriificationem facere Deum Verbum, & augmenti quod paullatim evenit consortem, & in passionis tempore facti terroris & indigum Angelici adjumenti.*

HÆRET. Et quid præcipue culpatis in iis, vos qui naturarum proprietates ipsamque dualitatem nunc usque adseritis salvas ? si enim secundum veritatem dicta sunt hæc, nec trimestris dicendus est Deus, nec lacte nutritus, nec recenti tempore natus ex virgine, nec ipsius filius & David, neque passus, neque mortificatus carne, nec crevisse paullatim, nec alias in semet ipsum carnis excepisse proprietates per propriificationem dispensativam.

RUST. Dico quid reprehendimus, non nos primi, sed cum Patribus sanctis. Prius quidem tamquam per transitum dico, pessime dixit : quia ea quæ sunt templi, divinitatis natura propriificat : non enim Trinitatis natura, sed una persona illius naturæ exsistens, propria facit ea quæ sunt carnis. Secundo vero, quia quoquo modo significans, quia Deus Verbum suificat propria carnis ; & dum hoc explanare debuerit, hoc ipsum magis in iis quæ dixit postea, denegavit. Si enim (ut inquit) Deus suificat ea quæ carnis sunt, per propriificationem dispensativam ; oportet magis, propriificationis nomini deputare & carnis proprietates : generationem dico, & passionem, & mortificationem & alia. Ille vero, hoc jam minime approbat, sed & (sibimet ipsi contrarius) ut hæreticum & gentile, & ut aliquid adhuc deterius, id accusat. Cur namque omnino, qui inhumanatus est Deus, ea quæ proprii templi sunt, propria sibi fecit, si non habent etiam dici de eo, ad admirationem caritatis ejus circa nos ? quid enim majus est, fieri illa Verbi

propria; an dici? Naturarum vero proprietates salvas esse fatentes, nos similiter dualitatem illarum nihilominus affirmamus: quia sicut earum discretio est salva, sic & unitio. Unde quæ non sunt secundum naturam propria Verbi, ejus sunt circa unitionem, etiamsi hoc multoties millies recusaverit impius. Proprietates enim salvæ sunt quidem, in unam vero personam subsistentiamque concurrunt. Idcirco non tantum ut impium Nestorium, sed & ut sibimet ipsi contrarium, in synodo Valerianus incusat dicens: *Omnibus conspicua est contrarietas reverendi Nestorii: non solum fidei sanctorum Patrum qui in Nicæa convenerunt, & epistolæ Deo amicissimi & sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dissentiens, sed neque sibi conveniens*. Similiter vero ad eumdem Nestorium scripsit Cælestinus sanctissimus Papa, dicens: *Legimus ergo epistolarum tenorem, & eos libros quos illustri viro filio meo Antiocho reddente, suscepimus: in iis quidem nobis vestigatus, deprehensus & tentus, quodam multiloquio labebaris, dum vera involvis obscuris (rursus utraque confundens) vel confiteris negata vel niteris negare confessa*.

HÆRETICUS. Quæ dixisti de propriificatione & unitione, vere orthodoxa sunt, & Nestorii verbositatibus ex adverso & quasi e regione contrariæ: in reliquis autem, puto quod illi eadem protuleris quem magnopere accusasti.

RUSTICUS. Absit, o calumniari edocte! incumbentes enim rationi prædictæ, adhuc quæ vestra sunt amplius subruemus, & nostram rectam fidem probando monstrabimus. Si enim qui dicit non ipsum Deum Verbum qui consubstantialis est Patri, qui unigenitus, quique iis quæ per eum facta sunt non potest comparari (genitum secundum carnem, inhumanatum ex virgine) non lacte nutritum, non crevisse, non factum esse bimestrem atque trimestrem, non passum, non mortuum, non resurrexisse: Si ergo (inquam) qui hæc dicit, duos filios producit & Christos: igitur qui dicit, eumdem Dominum non habere secundum deitatem principium ex virgine, neque lactatum secundum suam naturam, neque crevisse, neque factum fuisse bimestrem atque trimestrem, neque passum, neque mortuum, neque resurrexisse, nec cetera, adjiciens utique secundum propriam naturam, duas naturas modis omnibus introducit. Sicut igitur juste abominamur ea quæ superius diximus, sic ea quæ nunc sunt dicta competenter amplectimur; quia sicut illa subruunt Patrum termini, sic ista recipiunt: unde judicio vestro damnamini. In eo enim quod abominamini, ac persecutioni subjicitis eos qui dicunt vel qui putantur dicere: quia alter est Deus Verbum, & alter homo assumtus ab eo, qui ex virgine natus est, qui est plasmatus in virgine, qui est unus ex nobis, qui in summam & ineffabilem quamdam conjunctionem Deo Verbo unitus est ex ipso conceptu: in eo ergo quod contra eos qui talia dicunt, omnino ferventer insurgitis, & quasi latrantes illos indesinenter anathematizatis: ita ut si quis favere talibus volens fuerit visus, nulla pœna apud vos putetur indignus, tamquam parvum dicens hominem Christum, aut quasi duos filios inducens: Vos tamen ipsi & communicantes vobis, alteram dicentes humanam Christi naturam & alteram ejusdem divinam, & hoc audientes a Patribus esse confessum quos sequi prætenditis; tamen duas naturas Domini Christi post unitionem abominamini confiteri. Videmini ergo mihi, quia in die judicii damnabimini ex ipsius Nestorii condemnatione. Nam si omnino juste odistis Nestorium vos, tamquam qui per talia verba duos introduxerit filios; quare vos de naturis hæc ipsa dicentes, duas naturas non fatemini vos prædicare? Et certe vos non hæc solum dicitis de naturis: sed & pluraliter eas sæpius nominatis, vel etiam pares confitemini eos qui eas ita nominaverunt: quod Nestorius, de Christi vel filii vel Domini nomine fecisse non scribitur. Quomodo igitur vos qui hæc dicitis de naturis, ita cæcamini, ut ea quæ confitemini non dicatis? Quomodo vero & Nestorio maledicitis, tamquam qui duos Christos induxerit, eo quod talia de Deo Verbo & homine prædicaverit? Et ut compendiose dicamus: hoc argumentum contra vos insuperabile invenitur, quamcumque hujus partem voluerimus inspicere. A nobis igitur Nestorius juste damnatur: at vero a vobis injuste, cum quo damnata est vestra sententia. Quare & nos quando Nestorium damnamus, contra vos promulgamus anathema: & vos ipsi quoties illum damnatis, recurrit in vos: & quando id jaculamini contra nos, ut contra Nestorianos (quippe calumniantes, & omnino odientes) & quando a nobis contra vestros hæresiarchas (dico vero Apollinarium, Eutychen, & Dioscorum) talis procedit calculus, e contra vos eidem sententiæ irrecusabiliter crebreque succumbitis.

HÆRET. Ego illi synodo communicare non possum quæ dicit quod præter Trinitatem sit inhumanatio Domini. Dicitur enim in ea quæ vocatur definitio, de symbolo CL. Patrum: de Patre enim & Filio & Spiritu sancto, quæ perfecta sunt docet, & Domini inhumanationem fideliter accipientibus repræsentat. Utique enim qui de filio quæ perfecta sunt docet, de inhumanatione ejus, non extra & præter Trinitatem tamquam de quarto aliquo, sed illic repræsentat: ii vero, postquam dixerunt de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, tunc alterum quemdam Dominum ejusque inhumanationem subintroduxerunt.

RUST. Olim demonstratum est quia non est quartum quomodolibet introducere extra, & extra de sanctæ Trinitatis consubstantialitate facere, ac de Verbi Dei inhumanatione sermonem: sed ita omnino ea quæ probata sunt, minime advertisti. Dixit enim synodus Ephesina: *Quia e converso se habet in Salvatore quam in Trinitate: illic enim alter & alter, ut non subsistentias confundamus; non vero aliud & aliud: absit: unum enim, tria, & idem in divinitate: in Domino vero aliud & aliud quibus Christus: siquidem hoc illi non idem est*. Multum ergo ad veritatem cæcamini, nec illa vultis accipere, quæ manifestius Ephesina quam Chalcedonensis synodus approbavit. Aliud est enim de Trinitatis communi substantia, & aliud de propriis unius loqui personæ, & hoc de servi quæ illic inconsubstantialis est, forma.

HÆRET. Quis habet accipere synodum, quæ Leonis approbat tomum, dicentem de Verbo & carne super alia, & hæc? *Unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis*. Quid ergo? dic mihi, non injuriatus est Deus carne? non, Verbum per carnem miracula operatum? Quid autem vult separatio ista, ut dicat hoc quidem illud, hoc vero illud?

RUST. Deus quidem Verbum, quia injuriatus sit carne, minime denegamus: sed non succumbit injuriis: id est, injuriarum passionumque non inferior, sed potior fuit: caro ejus non injuriata est solum, sed & succubuit contumeliis, & passa est:

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

nam sicut exsistens natura passibilis, & mortua est, & ei dominata est mors quæ servit Deo. * At vero Deus Verbum inhumanatus pati quidem propter unitionem dicitur, propriificans ea quæ sunt passibilis naturæ, per suificationem dispensativam; (ut & antea jam dixi) non autem passus est sicut caro. Nam si impassibilis, simpliciter passus est, superflue est impassibilis: ad quid enim aliud impassibilitas proficit, nisi, ut id quod est impassibile, minime patiatur? Si igitur in Deo nihil superfluum, neque inutile, sed perfecta & decora sunt universa & apta: claret utique, quia & impassibilitas ejus non est inutilis: non igitur passus est.

HÆRETICUS. Sed misericordia pertulit, qui propria natura non est passus: quare, circa hoc, & injuriis succubuit secundum quod passus est: quomodo igitur dicitis cum Leone: quia *hoc quidem coruscat miraculis, illud vero succumbit injuriis*.

RUSTICUS. Et sanctissimus Leo, de propria ipsius Dei Verbi natura, inquit, quia *coruscat miraculis*: de carne vero, quod reliquum est: & tu nunc confessus es, quia Deus Verbum propria natura non pertulit; cur igitur eadem confiteris pariter, & accusas? Non enim dixit: *Iste quidem coruscat miraculis, ille vero succumbit injuriis*; ut suspicionem daret, quasi de duabus personis loqueretur: sed hoc quidem tamquam de duabus naturis: aliud enim & aliud ea ex quibus Salvator; siquidem non est idem, intemporale, ei quod sub tempore est.

HÆRET. Non solum de propria Dei Verbi natura, sed & de ipso Verbo ait (& hoc frequenter) quia non fuerit passus: verumtamen & dicere quia Verbi natura non passa est, hoc idem est dicere, quod Verbum minime passum sit: nihilo namque impassibilior est, ut ita dixerim, Verbi natura ab eo cujus natura est. Eadem igitur natura, impassibilis manens, nostri miseratione passa est.

RUST. In Dei bonitate contrarium nihil est: quare, [1] miserationis impassibilitatem ejus non solvit. Si vero Deus Verbum sempiterne impassibilis, & numquam perpessus, nuper propter misericordiam, qualiter vos dicitis, pertulit; majus & infinite majus damnificatus est, quam lucratus. Lucratus enim est nos, creaturam suam, & propriæ amisit impassibilitatem substantiæ? Vos igitur valde erratis, sic aliquid laudantes in Deo, ut rursus aliquid blasphematis. Non indiget Deus laude vestra, ut subdole ejus misericordiam exalteris ad impassibilitatis ejus præjudicium: nos competenter superexaltamus misericordiam ejus, salva inconvertibilitate ejus. Eos enim qui dicunt vertibilem aut mutabilem Filium Dei: anathematizat catholica & apostolica Ecclesia, sicut synodus Nicæna definivit. Quin immo non inconvertibilitatis solum, sed & potentiæ ejus, quod absit, additio est, si aliter creaturam suam salvare non potuit, nisi suam proprietatem creator amitteret: aut consilii vituperatio: si potuit quidem & hoc non amittere & illud salvare; sed, dum posset quod est melius, elegit quod deterius erat. Sic ergo illa quæ nobis prosunt, laudemus in Deo, ut ea quæ digna sunt, non feremur: hoc vero ex Manichæorum cognatione descendit ad vos: ipsorum namque est, passibilem cogitare Deum, & omnem bonam naturam, esse solius boni Dei: & quia [2] præcedens Deus futurum ut periclitaretur proprium regnum, si princeps tenebrarum prior injiceret ei prœlium, propter hoc misit de substantia sua, commiscendo cum illa substantia nequam, ut regnum proprium præmuniret: & ex bonarum malarumque potestatum mixtione, mundum factum esse blasphemant. Sic & vos dicitis, quod non aliter nos salvaverit Deus, nisi pro nobis ipse passibilis factus.

HÆRET. Memini te dixisse, quod illa humanitas Deo comparata, sit magis ut accidens quam subjecta substantia: Quomodo igitur jam duæ sint Christi substantiæ dum quando accidens, additamentum non fiat substantiæ, sed quantitatis?

RUST. Hoc non de substantia, sed de subsistentia dixi. Ad divinam vero substantiam sive naturam, caro collata nihilominus substantia & natura est. Demonstratum est enim, quia & Patres qui dicunt, *duæ naturæ, Deus & homo*: & utramque naturam & ambas non dicerent hæc, nisi eas ad invicem compararent. Et vos ipsi vero, idem facitis ex duabus substantiis & naturis: & insuper ex duabus quoque subsistentiis Christum esse dicentes. Quod autem culpare Leonem sanctissimum voluisti, dicentem: *hoc quidem illud, illud vero aliud*: suscipe de Ephesina synodo lectionem quam superaddiderunt jam, postquam venerunt vicarii sanctissimi Cælestini Papæ Romani: ex iis demonstrantes quomodo debeat CCCXVIII. sanctorum Patrum symbolum declarari ex testimonio sanctæ memoriæ Attici. *Et hæc omnia suscipit, non natura deitatis, sed assumtione carnis: illa quidem, in propriæ impassibilitatis inviolabilitatibus permanens: illa vero, omnia patiens sustinensque*. Ecce: *illa quidem* de divina natura loquens ait: *illa vero* de corpore inquit assumto, quo pertulit Filius Dei: sicut & idem Dominus inquit: [a] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere*. Et rursus: [b] *Spiritus quidem promtus, caro autem infirma*.

HÆRET. Quid ad illud dicere poteris, quia major unitio Dei ad humanitatem facta est, quam fit carnis ad animam in homine quocumque communi? Per mortem siquidem anima separatur a corpore: Deus vero ab anima illa & illo incontaminato corpore inseparabilis est in perpetuum: si igitur ex minore unitione una natura fit, multo amplius ex majore: una vero hominis est natura; multo amplius igitur divinitatis & humanitatis una natura est.

RUST. Ante demonstrationem habes obstupescere? admirando enim ego tecum confiteor, quia & major unitio est in Domino Christo, & quæ multo majus effecit; & unam tamen naturam minime fecit: tanto enim unitio deitatis & humanitatis quæ in Domino Christo facta est, & ipse effectus unitionis, illam quæ fit in homine superexcellit; quanto longius a se distantia univit: multum namque, & quantum dici non potest, superat, ut deitatis & humanitatis vel solum una possit esse persona; quam, ut ex anima & carne non solum una persona sit, sed & fiat una quoque natura. Deus

a Matth. X. 28. *b* Matth. XXVI. 41.

1. *Miserationis*] Leg. forte, *miseratio*.

2. *Præcedens*] An *prævidens*?

* Verbum in Christo patiebatur, non simpliciter sed suificans & propriificans, quæ erant humanitatis: Scholastici Theologi appellant communicationem idiomatum. *D. Thom. 3. part. q. 2. art. 6. in corp. art.*

enim infinite, & quantum dici non poteſt, ſuperat creaturam: & tantum quod diſtat, vicit unitio ineffabilis in unam perſonam dicens, tam longe naturæ terminis ſeu rationibus ſeparatæ. Anima vero, parvum quid carnem excellit; conſerva enim ſunt utraque & creaturæ, & ex nihilo factæ a creatore. Si vero Dei virtus infinita non eſſet, minime tanta ex nihilo conſtare feciſſet: ab eo enim quod nullatenus eſt, diſtant omnia infinite. Si igitur Dei quidem virtus infinita eſt, noſtræ autem ſubſtantiæ finita: magna illa & ſupereffulgens unitio eſt, quæ valuit inter illa tantum diſcrepantia, unam perſonam facere. Sicut enim ſuperexcellit virtus ejus qui montem ſuſpendit ad cælum, & illi conjungit, ſi poſſit vel contingat id fieri, ultra illius qui glebam monti conjungit: ſic unitio quæ in Chriſto eſt facta, eam quæ per ſingula in communibus hominibus fit. Verumtamen & illud inquio: quia non neceſſe eſt, a majore unitione majus aliquid effici; alioquin quanto amplius aliqua uniuntur, tanto potentiore vi uniuntur: ſed ea quæ confunduntur, ultra ea quæ minime confunduntur, amplius uniuntur: ut humentia. Rurſus anima quia minime confunditur corpori, non tamen major eſt eorum quæ confunduntur unitio, unitione rationalium animarum ad propria corpora: hanc enim ſolus facit Deus: illæ vero ſubjacent etiam nobis. Super hæc vero indefinite aſſumta eſt major: Reſponſio vero ſufficiet: etſi definite dicatur, veluti ſi quis dicat [1] inopinabilior: mirabilius eſt enim ſic fieri unam perſonam & unam naturam, quam illo modo unam perſonam unamque naturam.

HÆRETICUS. Dic mihi breviter: in Chriſto humana natura, ſecundum ſubſtantiam filius Dei eſt, an non? & Deus Verbum ſecundum naturam, Filius Dei genitricis, an non? Si quidem ſecundum naturam, claret quia ambo una natura eſt: ſi vero non ſecundum naturam: igitur & ſolute per gratiam, & duo filii erunt: dum Deus Verbum quidem ſecundum naturam Filius Patris ſit; & ſecundum gratiam, matris: homo vero ſecundum naturam quidem, matris; at vero per gratiam, Patris: & ſicut neque hic illius, ita neque iſte illius.

RUSTICUS. Si duo ſola eſſent quæ proponeres; nec ſic quidem tibi ſimpliciter quod proſecutus es dederam: verumtamen hoc dico, quia ſecundum perſonam & ſubſiſtentiam Filius Dei, Deus Verbum, Dei genitricis eſt filius: & ſimiliter (quin immo quod dicere idem eſt) quia ſervi forma ſecundum ſubſiſtentiam & non ſecundum ſubſtantiam & naturam Filius Dei eſt. Et ſicut, ſi eſſet (ut ante dixiſti) una natura, ſic nunc una ſubſiſtentia, & unus ac ſolus eſt filius.

HÆRET. Quoniam longus ſermo nobis non ſolum laborem & defectum, ſed & faſtidium injecit; quod intellectus valde confundit: ſi videtur, reliquam collocutionem in alium diem (ſi Deo dictum placuerit) reſervemus. Verumtamen & hæc in noſtris mentibus revolvamus: multa namque apud ſemet ipſum ſilentium tenentis diſcuſſio, & memoriam, & intellectum, & doctrinam, profectumque præſtabit.

RUST. Ne quæſo protrahas tempus convertendi ad Deum: incertus eſt enim finis humanus; & præcipue diebus noſtris, quando implacabilis ubique bacchatur interitus, & ignis gehennæ intranſmeabilis eſt. Ne amicitias hominum verearis, ut non inimicitias incurras cæleſtium poteſtatum: ne affinium multitudinem; ut annumereris omnibus a ſæculo ſanctis. Ne hanc veſtem, ut induas Chriſtum: ne hos temporalium flores, ut fulgeas ſicut ſol in regno Dei: non hujus mundi divitias, ut vitam hereditate capias infinitam in perpetuo & inenarrabili gaudio: non ſæculi fruitiones, & erit tua eſca Spiritus ſancti manna: non tranſitorias dignitates, ut poſſis regnare cum Chriſto. Efficere excelſiorum particeps intellectum elevans. Suſpende te ipſum a ſæcularibus curis: & tunc comprehendes talium vilitatem. Guſta de dulcedine Dei, & ſenſum capies amaritudinis mundi. Appropria, & vide ſpiritale lumen: & erueris a carnalis confuſionis tenebris. Exſuſcita temet ipſum, & exſili ad altiorum munditiam: & diſcernes abominationes mundanæ ſordidinis. Rumpe ſatanicæ captivitatis vincula, ne perdas acquiſitam baptiſmate libertatem. Fuge participationem contaminatiſſimi dæmonis, ut in temet ipſum renoves adoptionem Dei. Repugna diabolo cupienti te perdere, & acquieſce Deo volenti ſalvare. Cogita dilectionem Dei; cogita fruitionem regni cælorum; cogita futuri judicii nimis terribilem diem; cogita illud ipſius Domini Chriſti judicium quod a recto non poteſt detorqueri; cogita inſuſtentabilia gehennæ tormenta; cogita indormitabiles vermes; cogita intranſmeabilem & infinitam flammam. Cogita illic inutilem pœnitentiam, infructuoſa lamenta, ſurdos ululatus, improficuas pluvias lacrymarum: dum potes irrecuſabiliter, impigre converte te ad veritatem. Non erit tibi nec heic excuſatio, nec ſatisfactio apud Deum, ſi perſiſtis in malis: maxime dum cuncta ſoluta ſint quæ a vobis objecta ſunt. Licet ſufficeret tibi unica auctoritas ſynodi univerſalis, quæ numero ſuperat univerſas, quæ toties cunctarum Eccleſiarum conſona ſententia confirmata eſt, tam per encyclicas epiſtolas regnante Leone, quam per libellos ſacerdotum forſan duorum millium & quingentorum, imperante Juſtino poſt ſchiſma Petri Alexandrini & Acacii Conſtantinopolitani. Non te perturbet ea quæ nuper exorta eſt perturbatio univerſalis Eccleſiæ, ſed potius confirmet ad fidem: ſi enim recta fides noſtra non eſſet: iis temporibus proficere potius quam perturbari potuerat. Lege ſcripturas divinas: & invenies, præſens tempus incredulitatis eſſe atque diſceſſionis a fide: unde magis ad converſionem correctionemque feſtinare debes; ut & a præſentibus & futuris malis erui dignus effectus, infinitis Dei bonis fruaris in regno cælorum. Quod nos impetrare contingat gratia & largitione Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.

HÆRET. Si, quæ dixi, ſubtilius velis inſpicere, profecto reperies, quia ego non ſecundum quod unam perſonam & ſubſiſtentiam dicitis, duos vos introducere filios monſtravi; ſed ſecundum quod duas dicitis Chriſti (poſt unitionem quoque) naturas: ac per hoc niſi meas enodaveris quæſtiones, quantumlibet unum filium prædices, duos tamen inducis.

RUST. Si pater cujuſcumque, carnalis; & Epiſcopus ſit ejus & doctor: non ſolum ſecundum carnem ſed etiam ſecundum ſpiritum, pater eſt ejus: & licet, circa aliud & aliud, aliter atque aliter pater ſit; non tamen duorum circa unum pater eſſe dicitur filiorum. Nam vos ipſi; licet unam

1. *Si quis dicat . . . inopinabilior*] Heic deeſſe videntur nonnulla.

SAECUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 549.

per unitionem dicatis, deitatis carnisque naturam; A non circa idem vel eumdem, Patrem ejus dicitis convenire: ut natura sit filius Dei circa quam naturaliter est filius hominis; nec enim simplicem jam nunc Christi integri naturam, sicut ante incarnationem (nisi forte secundum solam deitatem) dicere poteritis, quam dicitis ex duabus inconfusis exsistere. Aut ergo tua objectio communiter erit nobis vobisque contraria: & non potest vobis adversum nos adferre victoriam, quæ nec contra illos se expedit, qui duos filios introducunt: aut si illos una nobiscum superare desideras, idem responde illis, quod audis a nobis. Vincere igitur: ut dupliciter vincas, & eam quæ in te, & illam quæ in illis est, falsitatem. Alioquin si consequitur nos inducere duos filios; & vos consequetur, ex duobus filiis introducere unum: impossibile vero est, ex duobus filiis fieri unum.

HÆRETICUS. Apertius cupio audire quæ dicis.

RUSTICUS. Responde si potes: secundum quid, sit Filius Dei Deus Verbum, secundum simplicem deitatis substantiam, quæ infinite incarnationi præexstitit: an (sicut dicitis) secundum compositam deitatis humanitatisque naturam?

HÆRET. Secundum simplicem divinitatis substantiam.

RUST. Homo autem, vel humanitas, sive caro: secundum simplicem deitatis naturam, an (sicut dicis) secundum compositam, filius est ejusdem?

HÆRET. Non secundum simplicem, sed secundum compositam.

RUST. Quomodo ergo (circa vestra deliramenta) duo filii non sunt, Deus & homo: si Deus quidem filius Dei non secundum compositam, sed secundum simplicem: homo vero, filius Dei est, B non secundum simplicem, sed secundum compositam naturam? Ecce tuis captus es nodis.

HÆRET. Sed una eademque est simplex atque composita.

RUST. Sed etsi sic esset, rursus inerat differentia, quia non se simpliciter habet simplex atque composita: nec simpliciter idem est, quod ex una perfecta, ei quod ex duabus est atque perfecta.

FINIS EJUS EXEMPLARIS QUOD AD NOS PERVENIT.

J U N I L I I

EPISCOPI AFRICANI

DE PARTIBUS DIVINÆ LEGIS

LIBRI II.

Recensiti denuo & nonnullis in locis restituti.

Sæcul. VI
circa
Ann. Chr.
550.



JUNILII
EPISCOPI AFRICANI
DE PARTIBUS DIVINÆ LEGIS
LIBRI II.

Sancto ac beatissimo Episcopo Primasio, Junilius, S. Scis ipſe venerabilis Pater Primaſi, quia vitæ meæ & propoſiti conſcius, ſicut divinæ Legis me ſtudium habere non denego, ita doctorem dicere non præſumo; illud propheticum metuens: [a] *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras juſtitias meas, & adſumis teſtamentum meum per os tuum?* Sed dum te inter alios reverendiſſimos Coepiſcopos tuos uſque ad Conſtantinopolim peregrinæ provinciæ coegiſſet utilitas, ex civitatis affectu in notitiam colloquiumque pervenimus. Tu autem more illo tuo nihil ante quæſiſti, quam ſi quis eſſet inter Græcos, qui divinorum librorum ſtudio intelligentiaque flagraret. Ad hæc ego reſpondi, vidiſſe me quemdam Paullum nomine, Perſam genere, qui in Syrorum ſchola in Niſibi urbe eſt edoctus, ubi divina Lex per magiſtros publicos, ſicut apud nos in mundanis ſtudiis Grammatica & Rhetorica, ordine ac regulariter traditur. Tunc diu quæſitus, ſi quid ex ejus dictis haberem, dixi quod legiſſem Regulas quaſdam quibus ille diſcipulorum animos, divinarum Scripturarum ſuperficie inſtructos, prius quam expoſitionis profunda patefaceret, ſolebat imbuere: ut ipſarum interim cauſſarum quæ in divina Lege verſantur, intentionem ordinemque cognoſcerent: ne ſparſim & turbulente, ſed regulariter ſingula diſcerent. Hæc tu, Pater, neſcio qua ratione omnibus Chri- A ſtianis erudiri volentibus, neceſſaria judicaſti, excuſantemque me diu uſque ad defenſionis impudentiam, compuliſti: unde in duos breviſſimos Libellos regularia hæc inſtituta collegi, addens ipſius dictionis (quantum potui) utilem formam; ut velut Diſcipulis interrogantibus & Magiſtro reſpondente, breviter ſingula & perlucide dicerentur. Et ne aliqua confuſio per antiquariorum (ut adſolet) negligentiam proveniret, Magiſtro, M. Græcam litteram; Diſcipulis vero D. præpoſui, ut ex peregrinis characteribus, & B quibus Latina ſcriptura non utitur, error omnis penitus auferatur. Sunt alia illius viri præclara monimenta: Nam & beati Paulli ad Romanos epiſtolam audivi ſubtilius (ut arbitror) exponentem: quam ego ex ejus ore, ne memoria laberetur, excepi; ſed curarum negotiorumque ſpinæ, ne quid agro dominico fructificemus, impediunt. Sufficit hæc una temeritas, quod divino gazophylacio ex paupertate confeſſa, duo hæc audeo minuta jactare. Sunt qui talentis onerent, unde egentibus prorogetur: qui virtutum gemmas, aurum vitæ, argentum ſcientiæ, C divinis poſſint offerre ſacrariis. Mihi nihil amplius duobus ſuppetit his Minutis [b], & ipſis ab alio commodatis. Verum enimvero multum mihi de evangelico Examinatore polliceor: quia licet alii ex pretioſiſſimis pretioſa, ex plurimis valent plura largiri; ego tamen quia totum dedi, plus obtuli. Vale.

DE PARTIBUS DIVINÆ LEGIS
LIBER I.

CAPUT I.

D. In quot primas partes, Legis divinæ ſcientia dividitur? M. In duas: quarum una ad ipſam ſuperficiem dictionis proprie pertinet; alia in rebus eſt, quas ipſa Scriptura nos edocet.

CAPUT II.

Quæ pertinent ad ſuperficiem Scripturarum.

D. Ad ipſam ſuperficiem dictionis proprie pertinentia quot ſunt? M. Quinque. D. Quæ? M. Species dictionis, auctoritas, conſcriptor, modus, ordo. D. Species dictionis quot ſunt? M. Quatuor. Nam aut hiſtorica eſt, aut prophetica, aut D proverbialis, aut ſimpliciter docens.

CAPUT III.

De Hiſtoria.

D. Hiſtoria quid eſt? M. Præteritarum rerum præſentiumve narratio. D. In quibus libris divina continetur hiſtoria? M. In ſeptemdecim. Gen. I. Exod. I. Levit. I. Num. I. Deuter. I. Jeſu Nave I. Judicum I. Ruth I. Regum ſecundum nos, 4. ſecundum Hebræos, 2. Evangeliorum, 4. ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Joannem: Actuum Apoſtolorum I.

a Pſalm. XLIX. 16. b Luc. XXI, 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.

D. Nulli alii libri ad divinam Historiam pertinent? M. Adjungunt plures: Paralipomenon II. Job I. Esdræ II. Judith I. Hester I. Macab. II. D. [1] Quare hi libri non inter Canonicas Scripturas currunt? M. Quoniam apud Hebræos quoque super hac differentia recipiebantur, sicut Hieronymus ceterique testantur. D. Nullæ in his Libris alia species invenitur? M. Incedunt ceteræ; sed non principaliter: quia etsi personæ a quibus dictæ sunt primum, secundum ceteras species sunt locutæ; tamen ab eo qui librum scripsit, ut historia sunt relata. Sicut benedictiones Jacob patriarchæ; ab ipso quidem ut Propheta dictæ sunt: sed Moyses qui refert, ordine narrat historico. Et cum ipse Moyses dicit: [a] *In principio factum cælum & terram*; prophetico quidem dicit spiritu, sed specie narrat historica. Similiter & proverbialiter nonnumquam sonat historia, ut est: [b] *Ambulantia ambulaverunt ligna, ungere super se regem*. Aliquando simpliciter docet, id est: [c] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*. Omnia tamen, ut dixi, specie contexuntur historica. D. Quid historia speciebus ceteris præstat? M. Quod ipsi ceteræ subjacent: ipsa, nulli. D. Quid illi commune cum ceteris? M. Habet commune cum simplici doctrina, quod utraque superficie planæ videntur, cum sint intellectu plerumque difficiles: nam aliæ contra.

CAPUT IV.

De Prophetia.

D. Quid est Prophetia? M. Rerum latentium, præteritarum, aut præsentium, aut futurarum, ex divina inspiratione manifestatio. D. Da in præteritis prophetiam. M. [d] *Verbo Domini cæli firmati sunt*. Et: [e] *Quoniam ipse dixit, & facta sunt*. Et: [f] *In principio fecit Deus cælum & terram*. D. Da in præsentibus. M. Cognitionem futuri facti Giezi, Propheta in præsenti vidit [g]: & Ananiæ ac Sapphiræ, Petrus Apostolus [h]. D. Da in futuris. M. [i] *Ecce virgo accipiet in utero* &c. Quare in definitione positum est, *latentium*? M. Quia si quis jam cognita dicat, licet & futura sint; tamen Propheta non est: sicut nos, cum Resurrectionem prædicamus, Prophetæ non sumus. Si vero cujuscumque temporis latentia manifestat, tunc Propheta est, sicut jam ostendimus. D. Proba hoc. M. Apostoli testimonio, in epistola ad Corinthios, qui ait: [k] *Si convenerit universa Ecclesia in unum, & linguis loquantur omnes; intrent autem idiotæ; nonne dicent, quia insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem infidelis aut idiota, convincitur ab omnibus, interrogatur ab omnibus, occulta etiam cordis ejus manifesta erunt: & tunc cadens in faciem, adorabit Deum, annuntians quod manifeste Deus in vobis est*. Ecce Apostolus, prophetiæ vim in occultorum manifestatione signavit. Sed & sequentia in eadem Epistola & ceteris, multa sunt talia. D. Quare addidimus: *Ex divina inspiratione?* M. Quia illi qui aut dæmonum instinctu, aut aliis modis latentia dicunt; licet Prophetæ dici possunt; tamen inter divinarum Scripturarum non numerantur auctores. D. In quibus Libris prophetia suscipitur? M. In septemdecim. Psalmorum 150. lib. I. Osee lib. I. Esaiæ lib. I. Joel lib. I. Amos lib. I. Abdiæ lib. I. Jonæ lib. I. Michææ lib. I. Naum lib. I. Sophoniæ lib. I. Habacuc lib. I. Jeremiæ lib. I. Ezechiel lib. I. Daniel lib. I. Aggæi lib. I. Zachariæ lib. I. Malachiæ lib. I. Ceterum [2] de Joannis Apocalypsi apud Orientales admodum dubitatur. D. Nulla in his libris alia species invenitur? M. Accedunt cetera; sed non principaliter, nisi ad probationem prophetiæ: sicut in Esaia [l], Achaz & Ezechiæ regum velut quædam refertur historia; sed prophetiæ intentio est, non gesta contexere, sed prædictorum exitum comprobare. Jeremias cum dicit: [m] *Terra, terra, audi verbum Domini*. Terram, proverbialiter, habitantes in ea homines nuncupat. Et cum Esaias dicit: [n] *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus: sed solve omnem nodum iniquitatis*, &c. velut simpliciter docet, sed ut prophetico spiritu jussus hæc prædicat. D. Quid Prophetiæ commune cum ceteris? M. Habet commune cum Proverbiis quod utraque, superficie difficilia sunt: sed pleraque intellectu non ardua.

CAPUT V.

De Proverbiis.

D. Quæ est proverbialis species? M. Quædam figurata locutio, aliud sonans, aliud sentiens, & in præsenti commonens tempore. D. In quibus hæc Libris accipitur? M. In duobus: Salomonis Proverbiorum lib. I. & Jesu filii Sirach lib. I.

D. Nullus alius liber huic speciei subditur? M. Adjungunt quidam, librum qui vocatur Sapientiæ, & Cantica Canticorum. D. Accidunt ne his libris aliæ species? M. Sola simplex doctrina accidit, sed non principaliter, nisi ad explanationem vel commendationem Proverbiorum: ut, [o] *Initium sapientiæ timor Domini*.

D. Quid Proverbiis commune cum ceteris? M. Habet cum prophetia commune, quod superficie difficilis videtur; cum, intellectu plerumque non sit. D. Quid habet proverbialis species proprium? M. Quod ei neque historia, neque prophetia miscentur; & sola est quæ ita intelligitur, ut quodammodo verborum superficies auferatur. D. Quare in hoc tantum licitum nobis est, non textum Scripturæ ipsius considerare, sed sensum; cum in ceteris tribus ita allegorias mysticas admittamus, ut narrationis fidem præsentare necesse sit? M. Quia si voluerimus proverbialem speciem ubique allegoriam sic recipere, ut narrationis veritas infirmetur; locum damus inimicis, prout voluerint, divinos Libros interpretandi. D. Quot modis in divina Lege allegoria cognoscitur? M. Quatuor: aut secundum translationem vel metaphoram, ut est: [p] *Iratus est Dominus, & descendit*: & similia quæ ad insinuandas caussas ex humanis moribus transferuntur ad Deum. Aut secundum imaginationem vel hypotyposin, ut est in Evangelio: [q] *Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho*: & rursus [r] parabola vineæ atque agricolarum. Ordo enim eorum quæ gerebantur a Christo, velut imagine personæ & negotii alterius refertur impletus. Aut se-

a Gen. I. 1. *b* Jud. IX. 8. *c* Deut. VI. 4. *d* Psalm. XXXII. 6. *e* Psalm. CXLVIII. 5. *f* Gen. I. 1. *g* IV. Reg. V. 26. *h* Act. V. 3. *i* Isa. VII. 14. *k* I. Cor. XIV. 23-25. *l* Isa. VII. XXXVI. XXXVII. *m* Jer. XXII. 29. *n* Isa. LVIII. 6. *o* Prov. I. 7. IX. 10. *p* Exod. IV. 14. *q* Luc. X. 30. *r* Matth. XX. XXI.

1. *Quare*, cet.] Caute lege: nam perperam quosdam libros a canone sanctarum scripturarum evellit, BRASICHELL. *Indic. libror. expurg.* tom. I. pag. 57.

2. *De Joannis Apocal. — dubitatur*] Citra omne jam dubium liber Apocalypsis & canonicus & propheticus est. ID. ibid.

cundum comparationem vel similitudinem, sicut di- A cit: [a] *Simile est regnum cælorum grano sinapis*, &c. Non enim narratio sicut in superiore exemplo contexitur, sed caussarum solummodo comparantur effectus. Aut secundum proverbialem modum, ut est: [b] *Bibe aquam de tuis vasis, & de cisterna tua, & de tuis puteis*; cum velit Scriptura innuere, carnalem concupiscentiam intra licentiam conjugii refrenandam.

CAPUT VI.

De simplici doctrina.

D. Quæ est simplex doctrina? M. Qua, de fide B aut de moribus in præsenti tempore simpliciter docemur.

D. Quare hoc nomen accepit? M. Quia omnis quidem Scriptura aliquid docet, sed sub aliis speciebus quas supra diximus; sub quibus aliud etiam agitur. Hæc autem neque historiam texit, neque prophetiam, neque proverbialiter loquitur; sed tantummodo simpliciter docet. D. Qui libri ad simplicem doctrinam pertinent? M. Canonici sexdecim; id est, Eccles. lib. I. Et epist. Paulli Apostoli ad Rom. I. ad Corinth. II. ad Gal. I. ad Ephes. I. ad Philip. I. ad Coloss. I. ad Thessal. II. ad Timoth. II. ad Titum I. ad Philem. I. ad Heb. I. Beati Petri ad Gentes, I. & beati Joannis prima. D. Nulli alii Libri ad sim- C plicem doctrinam pertinent? M. Adjungunt quamplurimi quinque alias quæ Apostolorum Canonicæ nuncupantur: id est, Jacobi I. Petri secundam, Judæ unam, Joannis duas. D. Nulla in his Libris alia species invenitur? M. Accedunt ceteræ, sed non principaliter; nisi ad probationem doctrinæ. Nam cum dicit Apostolus: [c] *Et dum venissem Troadem, in Evangelio Christi ostium mihi apertum est.* Et ubi Petro dicitur in faciem restitisse; velut historiam videtur texere. Rursus cum dicit: [d] *Ecce mysterium vobis dico; Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*; prophetæ opus aggreditur. Cum ait: [e] *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri*; proverbialibus utitur ver- D bis: omnia tamen ad doctrinæ probationem, ut diximus, inferuntur. D. Quid commune cum ceteris speciebus simplex doctrina habet? M. Habet cum historia commune, quod utraque, superficie faciles videntur; cum sint, inspectione aut intellectu plerumque difficiles.

CAPUT VII.

De auctoritate Scripturarum.

D. Quomodo divinorum Librorum consideratur auctoritas? M. Quia [1] quidam perfectæ auctoritatis sunt, quidam mediæ, quidam nullius. E D. Qui sunt perfectæ auctoritatis? M. Quos Canonicos in singulis speciebus absolute enumeravimus. D. Qui mediæ? M. Quos adjungi a pluribus diximus. Qui nullius auctoritatis sunt? M. Reliqui omnes. D. In omnibus speciebus hæ differentiæ inveniuntur? M. In historia & simplici doctrina: omnes namque in prophetia mediæ auctoritatis libri, non præter Apocalypsin reperiuntur: neque in proverbiali specie omnino cessata.

CAPUT VIII.

De scriptoribus divinorum Librorum.

D. Scriptores divinorum Librorum qua ratione cognoscimus? M. Tribus modis. Aut ex titulis & prooemiis, ut Propheticos Libros, & Apostolorum epistolas: Aut ex titulis tantum; ut Evangelistas: Aut ex traditione veterum, ut Moyses creditur scripsisse quinque primos libros historiæ; cum non dicat hoc titulus, nec ipse referat, *Dixit Dominus ad me*: sed quasi de alio, *Dixit Dominus ad Moysen*. Similiter & Jesu Nave liber; ab eo quo nuncupatur, traditur scriptus. Et primum librum Regum, Samuel scripsisse perhibetur. Sciendum præterea quod quorumdam Librorum penitus ignorantur auctores; ut est Judicum, & Ruth, & Regum III. & ultimus, & cetera similia: Quod ideo credendum est divinitus dispensatum, ut alii quoque divini Libri non auctorum merito, sed sancti Spiritus gratia tantum culmen auctoritatis obtinuisse noscantur.

CAPUT IX.

De modis Scripturarum.

D. Modi divinæ Scripturæ quot? M. Duo: Nam aut metris Hebraicis in sua lingua conscribuntur, aut oratione simplici. D. Quæ sunt metris conscripta? M. Ut Psalmi, & Job historia, & Ecclesiastes, & in Prophetis quædam. D. Quæ simplici oratione conscripta sunt? M. Reliqua omnia. D. Quare apud nos iisdem metris conscripta non sunt? M. Quia nulla dictio metrum in alia lingua conservat, si vim verborum ordinemque non mutet.

CAPUT X.

De ordine Scripturarum.

D. Quis est ordo divinorum voluminum? M. Quia quædam Veteris testamenti; quædam, Novi. D. Quæ ad Novum testamentum pertinent? M. Evangelia (ut supra dictum est) quatuor, Apostolicæ Epistolæ, & Actus. D. Quæ ad Vetus testamentum pertinent? M. Reliqua omnia. D. Quæ testamenti Veteris Novique sunt propria? M. Veteris intentio est, Novum figuris denuntiationibusque monstrare: Novi autem; ad æternæ beatitudinis gloriam humanas mentes accendere.

CAPUT XI.

De his quæ Scriptura sacra nos edocet.

D. Quoniam satis dictum est de his quæ ad ipsam Scripturæ superficiem proprie pertinent, nunc requiro quæ sunt quæ ipsa Scriptura nos docet: M. Tria quædam: nam aut de Deo loquitur, aut de præsenti sæculo aut de futuro.

a Luc. XIII, 19. b Prov. V. 15. c II. Cor. II. 12. d I. Cor. XV. 51. e Tit. I. 12.

1. *Quidam perf. auctor.*] Quinam libri in Scripturæ Canonem admittendi essent, nondum erat tam explicite quam nunc ab Ecclesia constitutum.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.

CAPUT XII.

Quot ſignificationibus Scriptura de Deo loquitur.

D. QUot ſignificationibus ſcriptura de Deo loquitur? M. Quatuor. Aut enim eſſentiam ejus ſignificat, quam Latine & ſubſtantiam nuncupamus, ut eſt: [a] *Ego ſum qui ſum*. Aut perſonas, vel ſecundum Græcos, ſubſiſtentias, ut eſt: [b] *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*. Aut operationem, ut ſcriptum eſt: [c] *Secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans eum a mortuis, & ſedere faciens ad dexteram ſuam*. Aut collationem ejus ad creaturas, ut eſt: [d] *Regi autem ſæculorum* [1] *incorrupto, inviſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum*.

CAPUT XIII.

De ſignificationibus divinæ eſſentiæ.

D. QUot modis divina ſignificatur eſſentia? M. Duobus; principaliter & conſequenter. D. Principaliter quibus verbis? M. Octo. Dicitur enim, aut Deus, aut Dominus, aut ſimul, Dominus Deus; aut Adonai, aut Sabaoth, aut Heli, aut Heloi; aut, *Eſt*. D. Nihil aliud quam Deum hæc verba ſignificant? M. Duo tantum nonnumquam & de aliis abuſive dicuntur; Deus & Dominus teſte Paullo: [e] *Quoniam dii multi & domini multi*. Et: [f] *Dii eſtis & filii Excelſi omnes*. Reliqua vero ſex, numquam niſi de Deo dicuntur. D. Quid de Deo hæc verba ſignificant? M. Non quid eſt, ſed quia eſt: quid enim ſit Deus, comprehendi non poteſt. D. Quibus modis Deus conſequenter ſignificatur? M. Cum perſonas, aut operationem, aut collationem ejus ad creaturas Scriptura exponit. Nam & cum nominat Patrem; licet primus auditus generantem ſignificet, conſequenter tamen intelligimus Deum: ſimiliter & quando nominat Filium vel Spiritum ſanctum. Et cum dicit, *omnipotens*: licet operationem ejus primus ſermo denuntiet; conſequenter tamen intelligimus Deum. Et cum dicit inviſibilem; licet eum qui videri a mortalibus nequeat, principaliter ſonet; & ex collatione noſtra, id quod non ſumus, ei qui nos fecit, adſignet; conſequenter tamen intelligimus Deum.

CAPUT XIV.

De ſignificationibus Trinitatis.

D. QUot modis Perſonas ſive [2] ſubſtantias divinitatis Scriptura ſignificat? M. Similiter duobus: Principaliter & conſequenter. Principaliter, ut cum dicitur, Pater, Filius, Spiritus ſanctus. Conſequenter; per ea quibus ſignificatur eſſentia, aut operatio, aut ad creaturas collatio. Nam & cum dico, *Deus*; quod ad eſſentiam: & cum dico *omnipotens*, quod ad operationem pertinet, dico. Et cum dico, *immutabilis*, quod ex collatione ad creaturas dicitur: licet aliud primus auditus ſentiat; tamen Patrem & Filium & Spiritum ſanctum vel ſimul, vel ſingulos, conſequenter Deum intelligo.

CAPUT XV.

Quot modis Pater ſignificatur.

D. QUot modis Pater ſignificatur? M. Patris nomine unam perſonam intelligis, ſed non uno modo; ad Filium enim proprie dicitur, ad creaturam communiter: ibi naturæ veritate, heic gratiæ bonitate. D. Hoc uno modo Pater ſignificatur? M. Principaliter hoc. Nam conſequenter & ex his quæ eſſentiam deitatis, aut operationem, aut collationem ad creaturas quolibet modo ſignificant. Inſuper & ex Filij vocabulo conſequenter intelligitur Pater; & ſancti Spiritus nomine, ipſe ſcilicet Pater cujus eſt Spiritus, ſubintelligitur. D. In ipſa Trinitate, nulli alii perſonæ vocabulum Patris adſcribitur? M. Legitur de Filio dictum, [g] *Pater futuri ſæculi*; ſed hoc ſecundum carnem dictum eſt, & non proprie & ſignificative: ut oſtenderetur ipſe cauſſa & genitor beatitudinis noſtræ; in quo per carnis reſurrectionem, humana natura futuram vitam & ſperare incipit & ſumere.

CAPUT XVI.

Quot modis Filius ſignificetur.

D. QUot modis loquitur Scriptura de Filio? M. Quinque. Nam velut ſola nonnumquam deitas ejus ſignificatur, & conſequenter intelligitur carnis aſſumtio; ut eſt: [h] *Unigenitus filius qui eſt in ſinu Patris*. Nonnumquam vero ſolus homo ab eo ſuſceptus; & deitas conſequenter; ut eſt: [i] *Noviſſime loquutus eſt nobis in filio*. Nonnumquam ſimul utrumque; ut eſt: [k] *Hoc ſentite in vobis quod & in Chriſto Jeſu; qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemet ipſum exinanivit formam ſervi accipiens*. Nonnumquam & ad corpus videntur dicta, quæ ad deitatem ſunt principaliter referenda, ut eſt: [l] *Filius hominis* [3] *quidem in cælo*. Rurſus divinitati nonnumquam videntur adſcripta quæ ſpecialiter referuntur ad carnem, ut eſt: [m] *Si enim cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. D. Quare his quinque modis loquitur Scriptura de Filio? M. Diſtincte quidem ideo ſecundum naturas loquitur, ut inconfuſas eorum proprietates oſtendat: Communiter, ideo ut afferat unitatem. Alternat vero humana divinis & divina humanis, ut utrumque unius Perſonæ indiviſumque monſtretur. D. Quot modis ſolet Filii ſignificari Perſona? M. Duobus: & ipſe principaliter quidem ſignificatur, cum Chriſtus dicitur abſolute. Nam cum alii Chriſti vocantur, alterius quidem dicuntur, ut eſt, [n] *Chriſtus Domini*, aut [o] *Chriſtus meus*. Solus autem Deus naturaliter Dei filius Chriſtus abſolute dicitur; unde & hoc ſolius ejus eſſe proprium declaratur. Conſequenter vero intelligitur Perſona Filii: & ex illis tribus quibus & Pater, & ex ipſo Patris vocabulo, & ex Spiritu ſancto; quia & Spiritus dicitur Patris & Filii.

a Exod. III. 14. *b* Matth. XXVIII. 19. *c* Epheſ. I. 19. 20. *d* I. Tim. I. 17. *e* 1. Cor. VIII. 5. *f* Iſa. IX. 6. *g* Pſalm LXXXI. 6. *h* Joan. I. 18. *i* Heb. I. 1. 2. *k* Philipp. II. 5-7. *l* Joan. III. 13. *m* I. Cor. II. 8. *n* 1. Reg. XXIV. 7. 11. *o* Pſalm. CIV. 15.

1. *Incorrupto*] Juxta Gr. ἀφθάρτῳ. Alii tamen codices & Patres nonnulli legunt ἀθανάτῳ, *immortali*, ut habet Vulg.

2. *Subſtantias*] Lego *ſubſiſtentias*.

3. *Quidem*] Leg. forte, *qui eſt*.

CAPUT XVII.

Quot modis significatur Persona Spiritus sancti.

D. Quot modis significatur Persona Spiritus sancti? M. Principaliter, uno; ut legitur: [a] *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et iterum: [b] *Templum enim estis Spiritus sancti*. Consequenter vero & gratia quam ipse largitur; quæ ipsa similiter sanctus Spiritus dicitur, ut est: [c] *Spiritus sanctus superveniet in te*. Et: [d] *Accipite Spiritum sanctum*. Similiter & ex his quibus divina significatur essentia, vel operatio, vel ad creaturas collatio; sicut & de Filio diximus: sed & Patris Filiique Persona Spiritum sanctum significat consequenter; quia quidquid horum dicamus, etiam Personam sancti Spiritus aut cooperatricem aut consubstantialem intelligimus consequenter.

CAPUT XVIII.

Quid habent commune vel proprium, Personæ Trinitatis.

D. Quid habent proprium Personæ singulæ Trinitatis? Quod Pater numquam dicitur Filius, nec conjunctis sermonibus, Spiritus sanctus; licet divise & Spiritus dici possit & sanctus. Nec Filius Pater proprie dici potest, aut conjunctive Spiritus sanctus. Nec rursus sancto Spiritui, Patris aut Filii nomen adscribitur. D. Quæ sunt his Personis communia? M. Omnia quæ ad significationem aut essentiæ, aut operationis, aut ad creaturas collationis pertinere noscuntur: Unde & constat Trinitatem unius esse substantiæ. D. Patris & Filii & Spiritus sancti vocabulis, quid in his Personis significatur? M. Tantum, quod sunt. Nam quid sunt (ut supra de Deo diximus) sermo non potest explicare.

CAPUT XIX.

Per quot species, divinitatis operatio designetur.

D. Per quot species, divinitatis efficientia sive operatio designatur, quam Græci ἐνεργείαν nuncupant? M. Quatuor: aut creatione, aut providentia circa creaturas, aut futurorum circa eas præparatione, aut præparatorum exitu vel eventu. D. Da ad operationem pertinentia. M. Ut cum dicitur Bonus; ex eo maxime quod quæ non erant, esse fecit ac facit: & Sapiens, eo quod tam mirabiliter cuncta cernimus ab eo ordinata: & Fortis, eo quod potuit, quæ tam bene & sapienter voluit, adimplere. D. In Deo; hæc, essentia sunt an voluntates? M. Deus simplex est; nec est in eo aliud essentia quam voluntas: Unde & omnia nomina operationis ejus, licet inter se definitionibus differant; apud ipsum tamen nulla differentia vel diversitas invenitur. Itaque & essentia vel natura facit, quia ei nihil accidens est; & tamen etiam voluntate, quia nihil necessitate efficit, aut coactus. A Non enim, sicut ignis naturali necessitate urit, aut apes naturali necessitate fabricant ceras, vel telas araneæ; ita etiam Deus operatur: sed Deus ideo natura vel essentia facere dicitur, ne voluntas in eo quasi aliud aliquid demonstretur: Et ideo voluntate, quia nihil operari compellitur; sed essentialiter vult, & voluntate subsistit. D. Da specialiter ad creationem pertinentia. M. Ut cum dicitur Factor, Artifex, Creator, & similia: quamvis dicatur & facere, pro disponere, ut est: [e] *Fecit salutem in medio terræ*: sed tunc secundum speciem providentiæ dicitur. D. Da quæ ad providentiam specialiter pertinent. M. Ut cum dicitur Adjutor, Præscius, Omnipotens, & similia. D. Da ad præpara- B tionem pertinentia futurorum. M. Ut cum dicitur Via, & Spes, Refugium, & similia. D. Da ad eventum præparatorum pertinentia. M. Ut cum dicitur Exsultatio, Gaudium, & cetera similia. Omnia autem ad operationem pertinentia, [1] non in omnibus tantum; sed etiam in verbis, vel revelationibus similibus cognoscuntur. D. His tantum modis divina operatio declaratur? M. Est alius figuratus modus, cum ex humanis operatio divina significatur. D. Quot modis fit? M. Duobus. Cum aut quæ ad animum nostrum pertinent, figuraliter dicuntur in Deo; ut est, furor & ira & pœnitentia: aut ea quæ ad corpus tractantur; id est, pedes, manus, digiti. Aliquando enim & humanæ opera- C tiones transferuntur ad Deum; ut cum dicitur: [f] *Apprehende arma & scutum*. Omnia tamen hæc prædictis quatuor speciebus operationis, pro sententiarum qualitate jungenda sunt.

CAPUT XX.

Quibus modis, ex collatione ad creaturas Deus significatur.

D. Quot modis ex collatione ad creaturas Deus significatur? M. Duobus: Affirmatione & negatione. Confessione quidem, cum ea dicuntur de Deo, quæ juxta eumdem modum nulli D creaturæ conveniunt; ut est, Simplex, & Vetustus dierum, Ante omnia, & Spiritus; id est, incircumscriptus, & Primus Novissimus, & similia. Hæc enim omnia ideo de Deo dicuntur, quia nulli creaturæ (ejus collatione) conveniunt. Per negationem autem collatio fit, cum, præpositione privativa, ea in Deo negantur quæ in creatura sunt: ut est, Ingenitus, Incorporeus, Increatus, Incorruptibilis, Immortalis, Impassibilis; & similia. D. Quid ergo? hæc verba numquam de creatura dicuntur? M. Dicuntur quidem, sed non secundum eamdem rationem. Nam cum homo dicitur simplex; non quia compositus non est, (solius enim Dei est, esse essentiam simplicem) sed simplex homo dici- E tur, quia non habet doli duplicitatem. Sic & cum dicitur aliquid invisibile; non quia a nullo, in quantum est, videri non potest (hoc enim solius Dei est) sed quia aliquos latet. Similiter & cetera dicuntur. D. Quæ sunt collativa, quæ de Deo sic dicuntur ut de creatura dici non possint? M. Quæ in eo summa sunt & singularia; ut Ingenitus, Sempiternus, Sine initio, & similia.

a Matth. xxviii. 19. *b* 1. Cor. vi. 19. *c* Luc. I. 35. *d* Joan. xx. 22. *e* Psalm. lxxiii. 12. *f* Psalm. xxxiv. 2.

1. *Non in omnibus tantum*] Addendum videtur *rebus*, ex contextu.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 550.

JUNILII DE PARTIBUS DIVINÆ LEGIS, LIBER II.

CAPUT I.

Quid de præſenti ſæculo Scriptura ſignificet.

D. QUoniam ſatis dictum quot modis de Deo Scriptura loquatur; nunc requiro, quæ de præſenti ſæculo loquens, Scriptura ſignificat. M. Quædam quinque. Aut generationem ejus, id eſt, creationem, aut gubernationem, aut accidentia naturis, aut evenientia voluntatibus, aut ſubſequentia voluntatis eventus.

CAPUT II.

Quot modos & differentias in operatione creaturarum Scriptura poſuerit.

D. QUot modis generationem ſæculi Scriptura ſignificavit? M. Tribus. Aut enim ſola Dei voluntate factum aliquid ſcribitur; ut eſt: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram.* Aut voluntate ſimul & voce; ſive præceptiva, ut eſt: [b] *Fiat lux*; &: [c] *Fiat firmamentum*; ſive deliberativa, ut eſt: [d] *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Aut voluntate, voce ac definitione; ut eſt: [e] *Creſcite & multiplicamini & replete terram.* Et iterum: [f] *Germinet terra herbam pabuli ferentem ſemen ſecundum genus ſuum, & lignum fructiferum faciens fructum, cujus ſemen ſit in eo ad ſimilitudinem ejus in terra:* & cetera quæ poſt ſeptimum diem, uſque in finem ſæculi per partes operatur: ex illa enim definitione proveniunt. D. Eſt in his tribus aliqua differentia? M. Eſt: quia ea quæ ſola voluntate vel etiam voce ſunt facta, noviter facta ſunt: quæ vero definitione, illis jam ſimilia quæ facta noviter diximus. Et rurſus, illa quidem in ſex primis diebus; hæc vero, donec ſæculum ſtabit. D. Da ordinem per ſex dies factarum rerum. M. In ipſo quidem principio conditionis facta ſunt, cælum, terra, Angeli, aer & aqua. D. Comproba Angelos, & aquas, & aerem factum. M. Facta quidem ex his Scripturæ locis oſtenditur; ut eſt: [g] *Qui facit Angelos ſuos ſpiritus.* Et: [h] *Laudate eum omnes Angeli ejus.* Et: [i] *Aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini: quoniam ipſe dixit, & facta ſunt.* Et aer in Scripturis cæli nomine oſtenditur, ut eſt: [k] *Volucres cæli*; cum certum ſit aves in aere volare. Cælum autem oſtendimus factum. Quod vero præceſſerint iſta ceteras creaturas; in Angelis, Scriptura demonſtrat, dum in laudibus & benedictionibus, creaturis ceteris præponuntur: & ratio id poſtulat; oportuit enim ut terrenas cæleſtis creatura præcederet. De aquis vero ipſa Scriptura dicit, quod [l] *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* D. Sequere ordinem generationis. M. In principio, die prima, lux facta eſt: ſecunda vero die, firmamentum: tertia, mare

A & terræ naſcentia: quarta, luminaria cæli: quinta, natantia & volatilia: ſexta, reliqua animalia & homo. D. Quæ eſt in ipſarum creaturarum operatione, diſtinctio? M. Quod quædam ex nihilo facta ſunt, ut cælum, terra, & cetera quæ uſque ad completum diem primum diximus facta: quædam vero ex jam factis primo die. D. Da horum probationes. M. Quia quoties Scriptura ex aliquo factas res cupit oſtendere: aut palam ſignificat, ut eſt: [m] *Producat terra*; &: [n] *Producant aquæ*, & ſimilia: Aut certe ex ſubtili ſignificatione verborum; ut cum dicit: [o] *Fiat firmamentum*, utique ſignificat fuiſſe aliquid fluidum ac liquidum, id eſt, aquas: quæ ut ſolidatæ oſtenderentur, firmamentum

B vocatum eſt, quod fiebat. Et rurſus luminaria derivativa appellavit, quæ quarto die facta ſunt: ut ex lumine, primo die operato, facta monſtraret. In his autem quæ primo die facta ſunt; neque aperte neque ſubtili verbo factum aliquid declaratur ex altero. D. Nihil ergo poſt primum diem oſtenditur, ex non exſiſtentibus factum? M. Sola hominis anima: in quo & hoc ad oſtendendum, quia cum alia aut ex nihilo, aut ex jam factis facta ſint, ſolus homo ex utroque componitur. D. Quas alias differentias creaturis adſcribimus? M. Quod ea quæ primis ſex diebus facta ſunt, non naturaliter, neque ex ſimilitudine provenerunt: reliqua vero quæ fiunt naturaliter, ex

C divina definitione naſcuntur, exceptis ſcilicet miraculis. D. Da tertiam differentiam. M. Quod creaturarum aliquæ, id eſt, rationales [1] propter ſe ipſas, factæ ſunt, ut Angeli & homines. Reliquæ vero non propter ſe, ſed propter prædictos Angelos aut homines factæ noſcuntur. Homo vero principaliter ſecundum animam, propter ſe [2] intelligendus eſt factus. Nam ſecundum corpus conſequenter. D. Quid autem? præter homines & Angelos, aliæ creaturæ ſe ipſis invicem non egebant? M. Egebant quidem, non ad utilitatem tamen, ſed ad ornatum: utiles enim ſunt, non ſibi, ſed Angelis vel hominibus pro quibus etiam factæ noſcuntur. Ornatum vero etiam invicem præſtant: quippe & cælum inornatum ſine

D cæleſtibus luminaribus fuit; & luminaria ipſa, ne ſuperflua facta eſſent, videntium oculis indigebant: & mare inornatum, donec aut locum ſuum reciperet, aut animalibus impleretur: & terra incompoſita, præter habitantium vel naſcentium uſum: & irrationabilia animalia, ſine hominis regimine inepta: & herbæ, abſente animalium uſu, ſuperfluæ. Ita omnia egent invicem, vel his quæ per dies ſex facta ſunt, vel his quæ quotidie fiunt. Sed ut jam diximus, aliud eſſe incompoſitum, aliud utile incompoſitum, aliquid per ſe utile alteri, declaratur. D. In ornamento ipſo aliqua eſt differentia? M. Eſt. Nam aliqua in ſex diebus ornata ſunt: ut cælum, luminaribus; & terra, herbis; & piſcibus, mare. Quædam donec mundus vivit, ornantur; ut mare

a Gen I. 1. *b* Ibid. ℣. 3. *c* Ibid. ℣. 6. *d* Ibid. ℣. 26. *e* Ibid. ℣. 28. *f* Ibid. ℣. 11. *g* Pſalm. CIII. 4. *h* Pſalm. CXLVIII. 2. *i* Ibid. ℣℣. 4. 5. *k* Pſalm. VII. 9. *l* Gen. I. 2. *m* Ibid. ℣. 11. *n* Ibid. ℣. 20. *o* Ibid. ℣. 6.

1 *Propter ſe ipſas factæ ſunt*] Id eſt, non propter alias creaturas: alioquin enim non propter ſe, ſed propter Deum creatos eſſe conſtat homines & Angelos.

2. *Intelligendus*] Malim *intelligibilis*.

navigiis; & terra ædificiis & ceteris quæ humano construuntur ingenio; & homo ipse, scientia. Quædam vero decorem suum in futuro recipient; ut corpus incorruptionem, & mortalia immortalitatem; & cæleste regnum, habitationem Sanctorum.

Notandum autem in ornamentis, quod eorum quæ vel ingenio vel artibus fiunt, in hominibus caussa est; reliquorum vero in Deo. D. Da quartam differentiam. M. Quod quædam simul & velut subito creata emerserunt: ut ea quæ primis diebus diximus facta; id est, herbas, luminaria, natantia & volatilia, nec non terrena animalia & quadrupedia. Quædam vero non simul, sed velut cum quadam mora, ut mare, terra, homo: & ipse enim paullatim factus scribitur, sicut & cetera. D. Da quintam creaturarum differentiam. M. Quod quædam earum ratione ceteris præsunt, ut rationalia: quædam vero usui habentur, ut cælestia luminaria: quædam, naturæ necessitate obsequuntur; ut aves & quadrupedes, & similia. D. Da sextam differentiam. M. Quod ea quæ ceteris præsunt, id est, rationalia, voluntate ac ratione moventur: quæ vero usu ac necessitate obsequuntur, natura moventur. D. Ea quæ ex aliquo facta sunt, quot materias habuerunt? M. Sex: terram, aquas, aerem, ignem, lumen, costam. D. Da in singulis origines suas. M. Ex terra, virentia, plantaria & animalia: ex aquis; firmamentum, mare, natantia ac volatilia: simul autem ex terra, aquis, igne & aere; omnia quæ per successiones renovantur: ex lumine, luminaria: ex costa, Eva. D. Ignis quomodo probatur factus, aut unde, vel quando? M. Factum quidem & ex generali Scriptura possumus adprobare, cum dicitur de Deo: [a] *Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt*: quia utique etiam ignis in eis est: Ex speciali professione: [b] *Laudate Dominum de terra, dracones, abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum*; de quibus ante dixerat: [c] *Quoniam ipse dixit, & facta sunt*. Et rursus: [d] *Benedicite omnia opera Domini Domino*; & subjunxit: [e] *Benedicite ignis & æstus Domino*. Utrum vero ex nihilo, sicut & alia, factus sit; an ex aliquo, dubitatur. Plures enim volunt cælestium luminarium esse particulam; quippe enim nunc frequenter videmus homines certo modo ignem ex solis radiis mutuari: Quod si ita est; primo die factus est. Sed sapientius hoc Scriptura lumen, quam ignem vocavit; ut ex meliore usu nomen acciperet. D. Da septimam creaturarum differentiam. M. Quod omnia quæ ex aliquo facta sunt, vel ex quibus aliqua facta sunt, corporea sunt: Incorporea autem neque ipsa ex aliquo, neque ex ipsis facta sunt aliqua. Hæc vero incorporea accipienda sunt, non sicut Deus incorporeus dicitur: ejus enim comparatione nihil incorporeum est; sicut nec immortale, nec invisibile. Alius enim modus est quo hæc verba soli divinitati conveniunt; alius quo de creaturis loquitur, sicut animabus vel Angelis. D. Quomodo sex diebus Deus dicitur operatus esse, & septimo die requievisse; si nec faciens aliquid laborat, ut necessaria ei requies credatur nec aliquando cessat, Domino in Evangelio dicente: [f] *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*? M. Septimo die requievisse dicitur Deus, non a creando: quippe cum quotidie ex ejus dispensatione ac providentia omnis creatura renovetur aut constet: sed hoc significatum est, quod post illos sex dies, nullam mundo incognitam substantialem speciem aut naturam, novam inexpertamque creavit. D. Quomodo Deus mundum fecerit, possumus quærere? M. Hoc temerarie magis, quam caute requiritur. Nullius enim divinæ creaturæ modum, homini licet agnoscere: nam si sciret quis, quomodo ex nihilo aliqua facta sunt; Creatori utique scientia ac potentia par esset.

CAPUT III.

De his quæ ad gubernationem mundi pertinent.

D. Quoniam de creatione mundi tractatum est competenter, restat ut quæramus; gubernatio ejus quot modis significatur? M. Duobus: Aut enim generalis est, aut specialis. D. Quæ est generalis? M. Per quam ea quæ facta sunt, secundum modum quo facta sunt permanent; quod significatur, cum dictum est: [g] *Vidit Deus quia bonum*; &: [h] *quia bona valde, & benedixit ea*. Quod & beatus David ostendit dicens: [i] *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt. Statuit ea in æternum & in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit*. D. Quæ est gubernatio specialis? M. Per quam singula, & maxime rationabilia gubernantur a Deo, sicut [k] præceptum in paradiso, de Ligno. Sicut enim omnes creaturas divina continet virtus, ut maneant; ita etiam rationales diversis occasionibus erudit, ut proficiant.

CAPUT IV.

Quot modis fiat generalis gubernatio.

D. Generalis gubernatio in quot species dividitur? M. In duas: Aut enim successione constat, aut statu. Successione; ut homines vel jumenta ceteraque quæ morte vel corruptione pereuntia, renascentium similitudine renovantur. Statu autem; ut ea quæ his passionibus non subjacentia, mundanis motibus obsequuntur; ut cælum, sol, & stellæ & cetera. D. Quæ in eis alia differentia est? M. Quod ea quæ renovatione solvuntur, indigent etiam quibusdam remediis, alimentis & pluviis; nonnumquam & ministeriis Angelorum, ceterisque similibus. Ea vero quæ non per successionem subsistunt; sine aliqua tali [1] mediatione divinitus gubernantur. Utrum vero & in ipsis per Angelorum ministerium aliquid agatur, secreta & difficilis quæstio est.

CAPUT V.

Quibus modis fiat gubernatio specialis.

D. Specialis gubernatio quot modis fit? M. Tribus: Aut enim a Deo fit, pro Angelis & hominibus: aut ab Angelis propter se ipsos & homines: aut ab hominibus, propter se. D. A Deo pro Angelis & hominibus quomodo fit? M. Per legislationem.

a Psalm. CXLV. 6. b Psalm. CXLVIII. 7. 8. c Ibid. ✝. 5. d Dan. III. 57. e Ibid. ✝. 66. f Gen. V, 17.
g Gen. I. 4. 10. 12. 18. 21. 25. h Ibid. ✝. 31. i Psalm. CXLVIII. 5. 6. k Gen. II. 9.

1. *Mediatione*] Ita rescripsimus pro *meditatione* editt.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.

CAPUT VI.

De legislatione, & differentiis ejus.

D. LEgislatio in quot partes dividitur? M. In duas: in naturalem discretionem, & in legem extrinsecus positam. D. Proba naturalem discretionem, legem dici. M. Dicit Apostolus: [a] *Quia gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt; hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:* secundum hanc & Cain reus erat fratris sui occisi. D. Extrinsecus constituta lex, in quot partes dividitur? M. In duas: in opera, id est, actuum retributionem; & verba.

CAPUT VII.

De lege per opera.

D. IN opere per quot modos? M. Per quatuor: Aut per generalem præsentem retributionem; ut est fructuum rerumque proventus: Aut per specialem præsentem retributionem; ut est, Abraham in peregrinatione ditatus, vel Noe salvatus in diluvio: Aut per generalem visibilem pœnam; ut est, fames generalis seu siccitas: Aut per specialem; ut Cain vel Saul pœna. Hæc enim omnia, ad modum legis, Angelos atque homines erudiunt; quippe & Angelos, diaboli ruina perterruit atque firmavit: licet credendum sit alio modo Angelos, alio homines erudiri. D. Quæ est totius legislationis intentio, & in quo consistit? M. In discretione boni ac mali: quæ vel in doctrina, id est, fide; vel in actibus agnoscuntur.

D. Quare pœnas & retributiones præsentes diximus? M. Quia ipsa sunt quæ ad vicem legis erudiunt. Nam futura & æterna nec patientibus nec videntibus proderunt, ubi jam pœnitentiæ non erit tempus. D. Hæc gubernatio, per quos ministros in Scripturis legitur facta? M. Nonnumquam Deus per se ipsum; ut Adæ præcepit ne tangeret lignum: nonnumquam per Angelos, testante Apostolo: [b] *Quia si per Angelos locutus sermo, factus est firmus:* Et rursum [c] primogenita Ægypti, Angeli manu dicuntur exstincta. Aut per homines, sicut per Prophetas. Aut per bestias, sicut [d] per serpentes in eremo; atque similia. Et per hæc enim, velut quamdam substantialem ac materialem legem, a malis prohibent propter quæ ingeruntur; & ad bona propter quorum retributionem oratur, impellunt.

CAPUT VIII.

De lege per verba.

D. LEx in verbis constituta, in quot partes dividitur? M. In duas. Aut enim immutabile aliquid præcipitur, aut temporale. D. Quot sunt immutabilium genera? M. Duo: dilectio Dei, & dilectio proximi. D. Temporalia præcepta in quot partes dividuntur? M. In duas. Aut enim diu servata sunt, ut Circuncisio; aut parvo tempore, ut Mannæ perceptio. D. Quæ alia est legum differentia? M. Quæ aut aliquid præcipiunt; ut: [e] *Honora patrem tuum:* Aut aliquid vetant; ut: [f] *Non occides, Non mœchaberis.*

A D. Da tertiam differentiam. M. Quod alia sunt per se utilia; alia propter illa, necessaria. D. Quæ sunt per se utilia? M. Dei proximique dilectio. D. Quæ sunt propter alia necessaria? M. Ut: *Non occides;* homicidio enim, dilectio fratris expellitur: & observatio sabbati; in ejus enim observatione, commemoratio est quietis Dei ab operatione creaturarum: in qua celebritate, Dei ut conditoris dilectio significabatur. D. Da quartam differentiam. M. Quod quædam præcepta velut corporalia erant; ut de animalibus mundis & immundis, ac lepra, & similibus. Quædam spiritalia; ut: [g] *Ne oderis fratrem tuum in corde tuo.* D. Da quintam differentiam. M. Quod quædam sunt veteris Testamenti specialiter præcepta; ut de Jubileo: Quædam specialiter, B Novi; ut: [h] *Sic orabitis: Pater noster qui es in cælis:* Quædam utriusque communia; ut: [i] *Diliges Dominum Deum tuum.* D. Da sextam differentiam. M. Quod aliqua præcepta, sicut sonant, intelliguntur; ut est: [k] *Non mœchaberis:* Aliqua autem sonant, sicut res est; [l] *Cum feceris eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextera tua.*

D. Da septimam differentiam. M. Quod aliquorum transgressio præceptorum, pœna punitur; ut est: [m] *Oculum pro oculo, dentem pro dente:* Aliquorum pœna non habetur; ut, [n] Panem sacerdotalem comedi ab eo qui sacerdos non erat: Aliorum vero etiam laudabilis transgressio est; ut est: [o] *Si* C *reddidi retribuentibus mihi mala.* Lex enim tunc jubebat, [1] malis mala restitui. Invenitur ergo contemtus legis esse laudabilis. D. Da octavam differentiam. M. Quod aliqua præcepta ad fidem pertinent; aliqua ad mores: quorum subdivisio admodum prolixa cognoscitur.

CAPUT IX.

De Angelica gubernatione.

D. ANgelorum propter se ipsos & homines gubernatio, quomodo fit? M. Palam quidem in Scriptura non legitur: tamen cum in ea di- D cantur esse Angelorum gradus & ordines, atque discursus propter humanam vitam, ut pro Tobia & Daniele & aliis; sine dubio significantur quod injuncta sibi in mundo negotia gubernant: quibus, & sibi consulunt dum obediunt Creatori; & hominibus, dum eorum dispensationi prospiciunt.

CAPUT X.

De humana gubernatione per homines.

D. HOminum propter se ipsos gubernatio, quot modis fit? M. Tribus. Aut enim pro republica, quis hominum satagit; ut rex: Aut pro E domo; ut paterfamilias: Aut pro se ipso; ut quilibet monachus vel egenus. D. Nullis aliis creaturis convenit gubernatio? M. Omnibus quidem convenit; cunctis enim secundum suam naturam, velut prudentiam quamdam Creator inclusit, sicut legitur: [p] *Volui colligere filios tuos, sicut gallina pullos suos;* & similia. Sed neque intentio Scripturæ est de irrationabilibus subtiliter edocere; neque in ea proficientium est desiderium, in his quærendis tempus adterere.

a Rom. II. 14. *b* Heb. II. 2. *c* Exod. XII. 29. *d* Num. XXI. 6. *e* Exod. XX. 12. *f* Ibid. ℣℣. 13. 14. *g* Levit. XIX. 17. *h* Matth. VI. 9. *i* Matth. XXII. 37. Marc. XII. 30. Luc. X. 27. *k* Exod. XX. 14. *l* Matth. VI. 3. *m* Levit. XXIV. 20. *n* 1. Reg. XXI. 6. Matth. XII. 4. *o* Psalm. VII. 5. *p* Matth. XXIII. 37.

1. *Malis mala restitui*] Caute ista lege: nam lex non jubebat, privatim mala malis restitui; sed juridice auctoritate publica: nec hujus transgressio bona. BRASICHELL, *Indic. libror. expurgand.* tom. I. pag. 57.

A

CAPUT XI.

De accidentibus naturæ.

D. QUoniam de gubernatione mundi satis dictum est; quæ sunt naturis accidentia? M. Divinæ quidem Naturæ nihil accidit: cum enim sit incomprehensibilis, & semper eodem modo se habens; non recipit accidentium diversitatem. D. Quæ certe accidunt creaturis? M. Stare; ut terræ, secundum Scripturam: Moveri; ut cælo, & igni, & aquis ceterisque enascentibus. Deinde tempus, locus, numerus. Omnia enim & aliquando cœperunt, & alicubi sunt, & unum vel plura. B Item accidunt, generari, corrumpi, sanitas, ægritudo, forma, positio, artium disciplinarumque capacitas. Item crescere, nutriri, sentire, vivere, mori, inter se differre, & esse contraria. Insuper ordo, consequutio, cohærentia, hisque similia atque contraria; nec tamen singulis, universa.

CAPUT XII.

De accidentibus voluntatis.

D. QUoniam satis dictum est de accidentibus naturarum; dicendum nunc de accidentibus voluntatis. Quid est voluntas? M. Vis C animi inviolata sive spontanea, secundum quam diversæ atque contrariæ cogitationes efficiuntur, & opera. Naturalis est in nobis boni malique communis discretio; spontaneus autem motus in his quæ jam discreta & sequenda sunt. Ipsum lex quidem erudit; gratia autem præparat, adjuvat, corroborat, coronat.

CAPUT XIII.

De consequentibus eventum voluntatis.

D. QUæ sunt consequentia voluntatis eventus? M. Quatuor. Quædam enim in hac vita, D aut bona bonis, & mala malis eveniunt; ut [a] Abrahæ prosperitas, & [b] Cain pœna. Aut contra; bona malis, & mala bonis ut [c] dives qui in Evangelio usque ad mortem felix describitur; e contra Lazarus ulceribus atque egestate torquetur. Aut certe neque his, neque illis utralibet retributio; ut [d] pro Joseph vendito, nulla ultio fratribus irrogatur. Nec [e] socer Moysi pro regendo populo consilium dans, licet laudetur; a Deo aliqua mercede donatur. D. Quas hujus diversitatis dicimus caussas? M. Aliquibus heic congrua rependuntur, ne mundus non putetur providentia divina regi, sed casibus; simul ut & bonos bonorum copia consoletur, & malos similium pœna deterreat. At E vero malis felicitas permittitur, ut boni probentur & discant ea contemnere quæ vident indignis secum esse communia: bonis autem æque accidunt mala. Aut utrique generi nulla heic compensationis imago conceditur; ut alibi, & judicium & plenam pro actibus retributionem, certissime possimus cognoscere. D. Da quartum modum. M. Cum ii neque mali aliquid per se, neque boni gesserunt; bona participant aut mala, ut infantes: aut forsitan neutra, ut sunt abortivi; de quorum & statu, & merito, caussa subtilis dubiusque tractatus est.

CAPUT XIV.

De his quæ ad futurum sæculum pertinent.

D. QUoniam omnes regularum partes de præsenti sæculo complevimus; quæ ad futurum credimus pertinere? M. Quatuor quidem. Aut enim acceptatio est sive vocatio, aut figura, aut prædictio, aut effectus vel exitus prædictorum.


CAPUT XV.

De acceptationibus.

D. QUam vocamus acceptationem sive vocationem? M. Eam scilicet, qua Deus quosdam homines vel populos, specialis gratiæ beneficio sibi conciliare dignatur, plusque circa eos quam circa ceteros homines, divinæ indulgentiæ & quasi familiares favores ostendit. D. Quot sunt acceptationes? M. Decem. D. Da ordinem acceptationum. M. Prima est beati Abrahæ; secunda, Isaac; tertia, Jacob & ex eo natorum duodecim patriarcharum; quarta, Tribus Juda; quinta totius populi in Ægypto; sexta, sancti David; septima, domus ipsius David, & per ipsam totius Tribus Juda: octava, reditus populi ex captivitate; nona, Domini nostri Jesu Christi secundum carnem; quam sibi uniens Dei filius ex genere David, & per eum ex Abraham atque ex Adam, omnium nostrum saluti remissionique prospexit: decima, omnium gentium per dispensationem incarnationis ipsius Dei & Salvatoris nostri. D. Quid ergo? Justi & Deo placentes ante Abraham homines non fuerunt? M. Fuerunt quidem: Quippe cum *filii Dei* appellati sint [f] qui ex Seth fuerant progenerati; & Enoch translatus sit; Noe pereuntis Mundi renovator effectus; & Melchisedech, summi sacerdotis exemplum. Sed in istis non divina acceptatio, id est, specialis illa familiaritas & favor ostenditur; sed ipsorum justitia declaratur. Ad Abraham vero Dei frequens allocutio & quasi convictus, ac per singula dispensatio, probationis promissa præmia, in posteros recordatio; vim miram divinæ acceptationis ostendunt. Similiter & circa ceteros supra dictos, peculiaris quidam divinitatis favor, & quasi per singulos vitæ actus palam dispensata gubernatio; præcipuum gratiæ declarat auxilium. D. Quare hæc ad futurum sæculum dicimus pertinere, cum in presenti gesta sint? M. Quia unaquæque res, ex effectu perspicitur; & eadem est facti caussa, atque facientis intentio. D. Proba harum acceptationum caussas ad futura respicere. M. Gentium fides pro spe vitæ æternæ, religionem sequitur Christianam. Nam Christus ipse Dominus toto doctrinæ suæ remedio actuumque miraculis, nec non resurrectione atque ascensione, futuram vitam docuit, promisit, adprobavit, indulsit. Jam ceteras acceptationes, quis pro Domino, Sacramentisque ignorat effectas? Ipse, Abraham, Isaac, Jacob, promittitur salutem gentibus collaturus. Propter eum Abrahæ semen a ceteris gentibus segregatur: & propter ipsum, Judæ Tribus & benedictione præcellit & in captivitatem ultima ducitur, & prima salvatur; quia ex ipsa Dominus carnem sumsisse dignatus est, adeo ut ex illa Judæi fuerint nuncupati. Ipse, David domuique ejus ac Tribui repromittitur, in perpetuum de ejus semine regnaturus. Igitur si fides gentium, pro vita futura; Christi incarnatio pro

a Gen. XIII. 6. b Gen. IV. 11. c Luc. XVI. 19. d. Gen. L. 18. e Exod. XVIII. 17. f Gen. VI. 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.



fide gentium fuit facta: omnes acceptationum series ad futurum sæculum pertinere ex ipsa intentione colligitur. Hæc autem omnia, etiam novi ac veteris Testamenti testimoniis facile comprobantur, cum ubique dispersa sint.

CAPUT XVI.

De typis.

D. Quid est typus? M. Quam nos figuram dicimus, sive formam; sicut dicit Apostolus: [a] *Omnia enim in figura contingebant illis.* Et iterum: [b] *Adam qui est forma futuri.* Nec enim abs re est, unum aliquid multis significari vocabulis. D. Quid est ergo typus, sive figura? M. Præsentium, aut præteritarum, aut futurarum rerum ignotarum; per opera (secundum id quod opera sunt) manifestatio. D. Da præteritorum typos. M. Ut est Catechumenorum humilitas: typum enim gerunt Adæ paradiso exclusi; & ex conscientia delictorum, divinum metuentis aspectum: propter quod, & per publicum capitibus tectis incedunt. D. Da in præsentibus. M. Ut Aaron vestis, qua duodecim Tribuum nomina lapidibus insita gestabat; ostendens, se quodammodo pro omni populo supplicare. D. Da de futuris. M. In his nulla est difficultas: tamen ex superfluo; ut [c] in duobus filiis Isaac, duo Testamenta monstrata sunt. D. Quoniam & de prophetica similem pæne definitionem diximus, quid interest? M. Quod in prophetia, verbis (secundum hoc quod verba sunt) futura significantur: typis autem res declarantur. Ex rebus possunt tamen hæc duo, & ita definitione misceri; ut dicamus quia prophetia est typus in verbis, secundum id quod verba sunt; & contra, typus prophetia est de rebus, in quantum res esse noscuntur.

CAPUT XVII.

De differentiis typorum.

D. Quot sunt typorum vel figurarum modi? M. Principaliter quatuor. Aut enim grata gratis significantur, aut mæsta mæstis; aut grata mæstis, aut gratis mæsta. D. Da exempla per singulos modos. M. Grata quidem gratis significantur: ut Domini secundum carnem resurrectio & in cælis habitatio, formæ nostræ resurrectionis, & futuræ justis in cælo habitationis indicium, sicut dicit Apostolus: [d] *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Mæsta vero mæstis præfigurantur: ut diaboli angelorumque ejus dejectio, & futuræ pœnæ repromissio; figura est eorum qui pro similitudine operum pœnis similibus detrudentur: sicut & beatus Petrus eadem forma ad deterrendos utitur peccatores, dicens de Deo: [e] *Quia & Angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis tradidit eos.* Tertius modus est, cum mæstis grata significantur, ut Adæ transgressio, typus fuit justitiæ Salvatoris nostri, sicut beatus Apostolus docet: [f] *Quia sicut per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi; sic etiam per obedientiam unius hominis, justi constituentur multi. Regnavit enim mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt, in similitudinem transgressionis Adæ, qui est forma futuri*; id est, typus. In Græco enim, *typus*, specialiter legitur. Secundi ergo Adam, id est, Christi, Gratia, forma vel typus fuit transgressionis Adæ per contrarium; scilicet figurata. Quartus modus est, cum gratis mæsta figurantur; ut baptisma: etenim figura est mortis Domini nostri Jesu Christi, sicut dicit Apostolus: [g] *Quotquot enim baptizati estis, in morte Jesu Christi baptizati estis.* Quid enim aut baptismate gratius, ubi a peccato purgamur, & quo filii Dei efficimur; aut morte mæstius, ad quam ipse quoque qui eam fuerat sponte sumturus, tamen mæstus accessit? D. Quæ alia typis accidunt? M. Temporum differentia. Nam quædam ante Legem sunt; ut [h] Abel a fratre occisus Christi passionem præfigurabat: & [i] Noe area, Ecclesiam; & cetera similia. Quædam vero sub Lege; ut ipsius Moysi mors, & Jesu gloria. Quædam sub Gratia; ut baptizatorum indumenta, & sacerdotum vestes, & dominici corporis participatio, & singula alia: quæ omnia typis monstrare, non ad regularum doctrinam, sed ad expositionem textus pertinet. D. Qua ratione figuras sive typos, ad futurum sæculum dicimus pertinere? M. Quia veteris Testamenti figuræ ad Novum, intentione respiciunt: Novum autem futuræ vitæ beatitudinem repromittit; & sic omnia ad futuri sæculi spem ex ipsa intentione currunt.

CAPUT XVIII.

De prædictionibus.

D. Quoniam typorum regulam diximus; de prædictione videamus. Quid est prædictio? M. Futurarum, & incertarum rerum, verbis (in quantum verba sunt) manifestatio. D. Quæ accidunt prædictionibus? M. Principaliter tria: Quod quædam ante Legem fuerunt, quædam sub Lege, quædam sub Gratia.

CAPUT XIX.

De prædictionibus ante Legem, quot modis factæ sunt?

D. Ante Legem prædictiones quot modis factæ sunt? M. Quinque. Aut de generalitate communiter; ut est: [k] *Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Et rursus: [l] *Maledicta terra in operibus tuis.* Hoc enim, per unum, omni humano generi prædictum esse cognoscitur. Aut ex parte vel medio; ut est: [m] *Multiplicabo dolores tuos.* Et: [n] *Conversio tua ad virum tuum, & ipse tibi dominabitur.* Hoc enim non omni humano generi, sed omnibus tantum feminis dictum est. Aut singulariter; ut est: [o] *Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Eva, quia ipsa est mater omnium viventium.* Aut pro initio veteris Testamenti; ut est: [p] *Maledictus Chanaan, servus erit fratribus suis.* Aut pro novo Testamento principaliter: Nam cum dicit; [q] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram:* [r] *Venite, descendamus, confundamus linguas eorum:* pluralis numerus, Trinitatis judicium est, qui novo Testamento apertius prædicatur. Et cum dicitur: [s] *Sanguis fratris tui clamat ad me de terra*; passio Domini nostri Jesu Christi prædicitur, Apostolo teste [t] in Epistola ad Hebræos: Quia

a 1. Cor. x. 11. *b* Rom. v. 14. *c* Gal. iv. 14. *d* Coloss. iii. 3. *e* 1. Pet. ii. 4. *f* Rom. v. 19. 14. *g* Rom. vi. 3. *h* Gen. iv. 8. *i* Gen. vii. 7. *k* Matth. xix. 5. *l* Gen. iii. 17. *m* Ibid. ℣. 16. *n* Ibid. *o* Ibid. ℣. 20. *p* Gen. ix. 25. *q* Gen. i. 26. *r* Gen. xi. 7. *s* Gen. iv. 10. *t* Heb. xii. 24.

conſperſio ſanguinis Chriſti plus potuit ad Dominum clamare pro nobis, quam Abel ſanguis clamaverat contra fratrem.

CAPUT XX.

Quot modis ſub Lege prædictiones factæ ſunt.

D. SUB Lege, prædictiones quot modis factæ ſunt? M. Duobus. Aut pro his rebus quæ ſub Lege factæ ſunt, aut pro his quæ ſub Gratia.

CAPUT XXI.

Pro rebus ſub Lege factis, quot ſunt prædictiones.

D. PRO rebus quæ ſub Lege factæ ſunt, quot prædictionum ſpecies invenimus? M. Fere viginti duas. Aut enim augmentum populi prædicitur, ut eſt ad Abraham: [a] *Et eris in gentem grandem & multam.* Aut hereditatis promiſſio, ut eſt; [b] *Semini tuo dabo terram hanc.* Aut ſegregatio indignorum, ut eſt; [c] *Ejice ancillam hanc & filium ejus: non enim heres erit filius ancillæ cum filio liberæ.* Aut vindicta in adverſarios populi, & merces in amicos, ut eſt; [d] *Benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te.* Aut liberatio populi ab inimicis, ut eſt; [e] *Peregrinum erit ſemen tuum in terra non ſua, & exient inde cum C præparatione magna,* & cetera. Aut aliquorum generationes & nomina; ut Iſaac & Samſon. Aut ſublimitas poſterorum, ut; [f] *Reges ex te exient.* Aut motus exitus, ut eſt; [g] *Tu autem ibis ad patres tuos cum pace, nutritus in ſenectute bona.* Aut differentia populorum, ut eſt; [h] *Populus populum præcedet, & major ſerviet minori.* Aut abundantia eſt, ut eſt; [i] *Dabit tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ plenitudinem frumenti & vini.* Aut divinum auxilium, ut eſt; [k] *Ecce ego tecum ſum cuſtodiens in omni via.* Aut ſacerdotii vel doctrinæ electio, ut eſt; [l] *Dividam eos in Jacob, & diſpergam eos in Iſrael.* Aut fortitudo & hereditatis immutabilitas, ut eſt; [m] *Catulus D leonis Juda, ex radice [1] filii mei aſcendiſti, recumbens dormiſti ſicut leo, & ſicut catulus leonis; quis excitavit eum?* Aut propoſitum vitæ, ut; [n] *Zabulon peregrinus inhabitavit, & ipſe portus navium, & ſciens requiem, quia bona eſt,* & cetera. Aut tranſgreſſio, ut dicit; [o] *Scio enim quia in fine tranſitus mei iniquitatem agetis, & declinabitis a via quam mandavi vobis.* Aut ſupplicium, ut eſt: [p] *Quia occurrent vobis mala in fine dierum.* Aut generalis expulſio, ut dicitur: [q] *Quia ipſi æmulati ſunt me in diis, & exacerbaverunt me in idolis ſuis: & ego æmulabor eos in non gentem, in gentem inſipientem tradam eos.* Aut virtutis effectum atque mercedem, ut eſt; [r] *Quis habitabit in tabernaculo E tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam:* & cetera. Aut ſpecies pœnæ; ut eſt: [ſ] *Venit Gad ad David & adnuntiavit ei dicens, Elige tibi fieri*

A *aut tribus annis famem ſuper terram, aut tres menſes fugere a facie inimicorum tuorum perſequentium te, aut tribus diebus fieri mortalitatem in terra tua.* Aut ſigna, ut eſt; [t] *Et hoc tibi ſignum, quia unxit te Deus regem ſuper hereditatem ſuam;* & reliqua. Aut electio Prophetiæ, ut eſt: [u] *Et tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis.* D. Da prædictiones de Gentibus pro populo. M. Ut eſt: [x] *Manus ejus ſuper omnes, & manus omnium ſuper eum:* Et, [y] *Surgite & exite ex loco hoc, quia conteret Dominus civitatem.* Viſiones quoque Nabuchodonoſor, & Pharaonis, aliorumque regum vel gentium per Prophetas dictæ, generales quidem cauſſas referunt; ad populum tamen ſpectat intentio, pro cujus ul-B tione ſingula provenerunt.



CAPUT XXII.

De prædictionibus ſub Lege in Chriſto.

D. QUot ſunt modi prædictionum in Chriſto? M. Fere viginti ſex. Aut de mirabilibus ejus conceptu & nomine, ut eſt: [z] *Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium; & vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Aut de loco nativitatis, ut eſt: [a] *Et tu Bethlehem civitas Juda, nullo modo minor es in civitatibus Judæ: ex te enim prodiet dux qui reget populum meum Iſrael.* Aut pro his C quæ in rudimentis geſſit; ut eſt: [b] *Prius quam ſciat Puer cognoſcere malum, & eligere bonum.* Aut de juſtitia ejus atque judicio; ut eſt: [c] *Dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem; propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Aut de divinitate ejus; ut eſt: [d] *Generationem ejus quis enarrabit?* Aut de viſitatione adſumtionis humanæ; ut eſt: [e] *Quid eſt homo, quod memor es ejus; aut filius hominis, quia viſitaſti eum?* Aut pro unitate deitatis & carnis; ut eſt: [f] *Puer natus eſt nobis:* & poſtmodum addidit; *Deus fortis.* Aut de potentia ejus & regno; ut eſt: [g] *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus.* Aut de inimicorum confractione; ut D eſt: [h] *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Aut de ejus doctrina; ut eſt: [i] *Speciosus forma præ filiis hominum.* Aut de ejus doctrinæ utilitate; ut eſt: [k] *Propter veritatem, & manſuetudinem & juſtitiam.* Aut pro miraculis; ut eſt: [l] *Et deducet te mirabiliter dextera tua.* Aut de glorificatione quam juſte a fidelibus ſuſcepit; ut eſt: [m] *Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.* Aut de probatione prædicationis; ut eſt: [n] *Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum!* Aut de ſacerdotio; ut eſt: [o] *Tu es ſacerdos in æternum.* Aut de judicio ejus atque juſtitia; ut eſt: [p] *In ſplendoribus ſanctorum:* Et rurſus: [q] *Judicabit, implebit ruinas, confringet capita in terra E multorum.* Aut de laboribus vitæ ejus; ut eſt: [r] *De torrente in via bibet.* Aut placidum circa Patrem incarnationis myſterium Scriptura ſignificat; ut eſt: [ſ] *Ecce puer meus dilectus mihi, in quo complacuit anima mea.* Aut [2] ſancti Spiritus infuſionem, quam

a Gen. XII. 2. b Ibid. ℣. 7. c Gal. IV. 30. d Gen. XII. 3. e Gen. XV. 3. f Gen. XVII. 6. g Gen. XV. 15. h Gen. XXV. 23. i Gen. XXVII. 28. k Gen. XXVIII. 15. l Gen. XLIX. 7. m Ibid. ℣. 9. n Ibid. ℣. 13. o Deut. XXXI. 29. p Ibid. q Deut. XXXII. 21. r Pſal. XIV. 1. 2. ſ II. Reg. XXIV. 12-13. t 1. Reg. X. 1. u Luc. I. 76. x Gen. XVI. 12. y Gen. XIX. 14. z Iſa. VII. 14. a Mich. V. 2. b Iſa. VII. 16. c Pſalm. XLIV. 8. d Iſa. LIII. 8. e Pſalm. VIII. 5. f Iſa. IX. 6. g Pſalm. II. 6. h Pſalm. VIII. 8. i Pſalm. XLIV. 3. k Ibid. ℣. 5. l Ibid. m Ibid. ℣. 18. n Pſalm. VIII. 2. o Pſalm. CIX. 3. p Ibid. ℣. 4. q Ibid. ℣. 6. r Ibid. ℣. 9. ſ Matth. I. 18.

1. *Filii mei*] Vulg. *fili mi*. Et mox, *habitabit* pro *inhabitavit*.

2. *Sancti Spiritus* cet.] Caute lege: nam haud iſta cum placitis Theologiæ conſonant quæ docent Chriſtum nec ſuam incarnationem, nec gratiam aut gloriam animæ meruiſſe, ſed gloriam dumtaxat ſui corporis, & nominis ſui exaltationem. *S. Thom. 3. part. q. 19. art.* 3. BRASICHELL. *Indic. libror. expurgand.* tom. I. pag. 57.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.

utique homo ab eo susceptus meruit sive in principio ipsius incarnationis, sive in incremento, sive in baptismate, sive in miraculis, sive in doctrina, sive in resurrectione; ut est: [a] *Ponam Spiritum meum super eum*; &: [b] *Spiritus Domini super me, propterea unxit me*, & reliqua. Aut diligentiam circa discipulos; ut est: [c] *Non dicet, neque clamabit, neque audiet quis in plateis vocem ejus*. Aut sessionem ejus super jumentum; ut est: [d] *Ne timeas filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ*. Aut passiones vel sepulturam caussasque eorum; ut dicitur: [e] *Vidimus, & non habebat speciem neque decorem, sed species inhonorabilis, inferior omnibus hominibus:* Et rursus: *Homo in plagis, & sciens ferre* [1] *humilitatem, quia adversa facies ejus & dehonestata est, & ad nihilum reputatus: ipse peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & nos putavimus eum esse in dolore & in plaga & in ærumna. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra*. Aut divisionem vestimentorum ejus; ut: [f] *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Aut resurrectionem Domini; ut: [g] *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Aut vocationem Filii secundum adsumtam humilitatem; ut est: [h] *De Ægypto vocavi Filium meum*. Aut divinitatis ejus generationem ante principium; ut est: [i] *Ex utero ante luciferum genui te*. Aut secundum ejus adventum: [k] *Ecce super nubes cæli sicut Filius hominis*. D. Omnes hæ prædictiones de solo Salvatore [2] non intelliguntur? M. Duobus modis hæc solemus accipere. Quædam enim ita in ipsius personam prædicta sunt, ut aliis convenire non possint; sicut legitur: [l] *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux ex femore ejus, donec veniat cui reposita sunt*. Quædam vero sub alterius personæ occasione dicuntur; ad Christum tamen intellectu respiciunt: [m] *In te, & semine tuo benedicentur omnes gentes*.

CAPUT XXIII.

De prædictionibus ad vocationem gentium pertinentibus sub Lege.

D. Quoniam prædictiones de Christo dictas in veteri Lege probavimus: da eas quæ de gentium vocatione sunt positæ. M. De vocatione gentium prædictiones fere decem & septem modis positas accipimus. Aliquando enim acceptionem earum significant, cum dicitur: [n] *Ego æmulabo eos in non gentem, in gentem insipientem irritabo eos*. Aliquando infirmitates, peccatorum expulsionem, meliorumque doctrinam; cum dicitur: [o] *Pronuntiare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum*. Aliquando gratiam quam E acceperant, sive adoptionis, sive miraculorum; cum dicitur: [p] *Filiæ regum in honore tuo: adstitit regina a dextris tuis*. Aliquando etiam admonitionem; ut illud quod sequitur: [q] *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, oblivisce populum tuum*. Aliquando glorificationem quam Christo debemus; cum dicitur: [r] *Quia ipse est Dominus Deus tuus, adorabis eum*. Aliquando beatitudinem & virtutem quam meretur fidelis; cum dicitur: [f] *Adducentur regi virgines post eam*. Aliquando lætitiam in qua sunt, profectum suum videntes; cum dicitur: [t] *Adducentur cum gaudio & exsultatione*. Aliquando sacerdotium & ecclesiasticam consuetudinem; cum dicitur: [u] *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*. Aliquando Ecclesiæ spiritualem ædificationem; cum dicitur: [x] *Ex gradibus eburneis, ex quibus te delectaverunt*. Aliquando ecclesiasticam auctoritatem; cum dicitur: [y] *Pones eos principes super omnem terram*. Aliquando plenitudinem credentium; cum dicitur: [z] *Replebitur gloria ejus* B *omnis terra, fiat, fiat*. Aliquando tolerantium sive tentationes sive persecutiones; cum dicitur: [a] *Donec educat in victoria judicium, & in nomine ejus gentes sperabunt*. Aliquando inimicorum destructionem; cum dicitur: [b] *Et inimici ejus terram lingent*. Aliquando pacem qua gaudet post persecutiones Ecclesia; cum dicitur: [c] *Orietur in diebus ejus justitia & plenitudo pacis*, [3] *donec confirmetur luna*. Aliquando hæreticorum errores, & Heliæ præsentiam; cum dicitur: [d] *Ecce transmitto vobis Heliam Thesbiten, & revocabit corda patrum in filios*. Aliquando fidelium spem, & secundum Salvatoris adventum; cum dicitur: [e] *Et ipse erit exspectatio gentium*. Aliquando baptismum Joan- C nis; cum dicitur: [f] *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam*.

CAPUT XXIV.

De speciebus prædictionum, quæ in Gratia factæ sunt.

D. Quoniam species prædictionum quæ in Lege sunt, diximus; da eas quæ in Gratia leguntur emissæ. M. Prædictionum quæ in Gratia factæ sunt, species viginti tres inveniuntur. Aut enim generatio & vita Joannis Baptistæ prædicitur ad patrem ejus Zachariam: ut est [g] omnis locutio D illa per Angelum, & prophetia ipsius Zachariæ. Aut Salvatoris conceptus nativitasque mirabilis; ut est [h] prædictio quam ad sanctam Mariam Angelus dixit. Aut [i] Magorum revelatio, aut Judæorum incredulitas atque conversio; sicut dicitur: [k] *Ecce iste positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & signum contradictionis*. Aut præmium regni cælestis, sicut est: [l] *Pœnitentiam agite; adpropinquavit*, & reliqua. Aut gentium vocatio, sicut dicitur: [m] *Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob in regno cælorum*. Aut Hebræorum exclusio; ut est, quod sequitur: [n] *Filii autem regni hujus excludentur in tenebras exteriores*. Aut salvatio per Apostolorum prædicationem; ut cum dicitur: [o] *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*. Aut miraculorum claritas; ut dicitur: [p] *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & majora horum faciet*. Aut tentatio persecutioque justorum; ut dicitur: [q] *Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt*, &c. Aut

a Isa. XLII. 1. *b* Luc. IV. 18. *c* Matth. XII. 19. *d* Zach. IX. 9. *e* Isa. LIII. 2-5. *f* Psalm. XXI. 19. *g* Psalm. XV. 10. *h* Osee XI. 1. *i* Psalm. CIX. 3. *k* Dan. VII. 13. *l* Gen. XLIX. 10. *m* Gen. XXII. 18. *n* Deut. XXXII. 21. *o* Isa. LXI. 1. *p* Psalm. XLIV. 10. *q* Ibid. ℣. 11. *r* Ibid. ℣. 12. *f* Ibid. ℣. 15. *t* Ibid. ℣. 16. *u* Ibid. ℣. 17. *x* Ibid. ℣. 9. *y* Ibid. ℣. 17. *z* Psalm. LXXI. 19. *a* Isa. XLII. 4. *b* Psalm. LXXI. 9. *c* Ibid. ℣. 7. *d* Malach. IV. 5. 6. *e* Gen. XLIX. 10. *f* Malach. III. 1. *g* Luc. I. 13-17. 68-79. *h* Ibid. ℣℣. 28-37. *i* Matth. II. 1-12. *k* Luc. II. 34. *l* Matth. III. 2. *m* Matth. VIII. 11. *n* Ibid. ℣. 12. *o* Matth. IV. 19. *p* Joan. XIV. 12. *q* Matth. X. 17.

1. *Humilitatem*] LXX. μαλακίαν. Vulg. *infirmitatem*.
2. *Non intell.*] Forte leg. NUM *intell.*
3. *Donec confirmetur luna*] Hebr. ad litteram, *donec luna desit*. LXX. ἕως οὗ ἀνταναιρεθῇ ἡ σελήνη. Vulg. *donec auferatur luna*.

patientia fidelium inter adversa, ut cum dicitur A de Ecclesia; [a] *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam*. Et rursus: [b] *Regnum cælorum vim patitur, & violenti diripiunt illud*. Aut contemplatio regni cælestis & secundi adventus, qua & in hac vita Sanctorum animæ perfruuntur; ut est: [c] *Veniet enim filius hominis in gloria Patris sui cum Angelis suis; & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Dico autem vobis, quia sunt aliqui de heic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno suo*. Aut retributio bonorum seu malorum, ut cum dicitur: [d] *Et ibunt isti in pœnam æternam, justi vero in vitam æternam*. Aut Spiritus sancti præsentia Apostolis data; ut est: [e] *Ego rogabo Patrem meum*, B *& alterum Paracletum mittet vobis: ut maneat vobiscum in æternum Spiritum veritatis*. Aut ecclesiastica prænuntiatur auctoritas, sicut dicitur: [f] *Et dabo tibi claves regni cælorum: & quodcumque ligaveris in terra, erit ligatum & in cælo*. Aut mors, passio ac resurrectio Salvatoris, sicut dicitur: [g] *Ex illo cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum in Hierosolymam ire, & multa sustinere a presbyteris & principibus sacerdotum, & mori, & tertia die resurgere*. Aut generalis resurrectio, ut cum dicit Apostolus: [h] *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*. Aut simul, Christi & nostra resurrectio, sicut dicitur: [i] *Cum ego exaltatus fuero a terra, omnes* C *traham ad me*. Aut Judæ proditio, sicut dicit Christus: [k] *Nonne ego vos legi duodecim, & unus ex vobis diabolus est?* Aut modus tentationis & mortis aliquorum discipulorum, sicut Petro Dominus & negationem futuram prædixit & speciem passionis, dicens: [l] *Ante quam gallus cantet, ter me negabis*; &: [m] *Cum senex fueris, extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo tu non vis*. Aut præsentia detentorum Christi, cum dicit: [n] *Surgite eamus, ecce adpropinquavit qui me tradet*. Aut dispersio Apostolorum; sicut: [o] *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis*. Aut [p] pulli asinæ repertio, quem Dominus in Evangelio prædixit a discipulis adducendum. Aut Antichristi D præsentia, cum dicitur: [q] *Nemo vos seducat ullo modo: quia nisi venerit discessio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui contradicit*, &c. Aut Heliæ præsentia, cum dicitur; [r] *Helias veniet primum*. Aut conscientiæ electorum; ut de Paullo: [s] *Vas electionis mihi est iste*. Aut aliqui non immutandi, sed gustaturi mortem prædicuntur, sicut Apostolus: [t] *Ecce mysterium dico vobis; omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*. Aut futura pestis, sicut Agabi prophetia [u]. Aut hæresum contrarietas, sicut dicitur: [x] *Istud autem agnosce, quia in ultimis diebus exsurgent tempora maligna*. Et rursus: [y] *Quando sanæ doctrinæ non adquiescent, sed secun-* E *dum sua desideria quærent sibi doctores*. Aut baptismatis gratia; ut est: [z] *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne*. Aut consumtio Hierusalem ac templi Judaici; sicut est: [a] *Orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato*, &; [b] *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. Aut Evangelii prædicatio, sicut dicitur: [c] *Et prædicabitur Evangelium* A *regni in omni orbe terrarum, in testimonium omnium gentium; & sic erit finis*. Aut mala finis ipsius una cum ipso fine, ut cum dicitur: [d] *Statim post tribulationem dierum illorum sol obcæcabitur*. D. Quomodo has prædictiones, ad futurum sæculum dicimus pertinere? M. Sicut [1] de acceptationibus diximus: quia ea quæ prædicta sunt ante Legem, intentio eorum fuit ad tempora Legis, aut Gratiæ: rursus quæ in Lege prædicta sunt, Gratiam figurabant; & quæ in Gratia, caussam & præmium regni cælestis habuerunt. Ita colligitur prædictionum omnis intentio, ad futuri sæculi bona respicere.

CAPUT XXV.

De effectibus prædictionum.

D. Quoniam tres jam partes ostendimus eorum quæ ad futurum sæculum diximus pertinere; hoc est acceptationes & figuras & prædictiones: nunc quarta pars restat, ut de effectionibus differamus. Quid sunt igitur effectus? M. Effectus sunt earum rerum quas acceptationum prospiciebat intentio, aut typorum similitudo figurabat, aut dictionum scientia præloquebatur. D. Quot sunt effectuum tempora? M. Tria. Aut enim Legis tempore effecta sunt quæ prædicebantur, aut nunc sub Gratia fiunt, aut sæculorum futurorum tempore complenda sunt.

CAPUT XXVI.

Quæ caussa fuerit præsentis sæculi faciendi.

D. Si omnia quæ in præsenti sæculo gesta sunt, ad futurum respiciebant; quid opus erat, ut a Deo præsens sæculum fieret? M. Quia decuit, ut rationales creaturæ prius discerent, ut excitarentur in dubiis, ac tunc æternis postea fruerentur; & merito data viderentur probatis; & gratiora fierent reminiscentibus transacta certamina; & plus glorificarent donatorem qui pios in hoc sæculo juvat: & ut vincerent, & victoribus æterna præmia concederet.

CAPUT XXVII.

De doctrina rationalium in hoc sæculo.

D. Quot modis in hoc sæculo, rationalium doctrina peragitur? M. Duobus. Aut intelligentia rerum factarum, sicut dicit Apostolus: [e] *Quia invisibilia ejus a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*. Necesse est enim ut qui mundum atque omnia in eo posita considerat, modis ordinibusque distincta; intelligat esse Deum, qui hæc & fecerit & gubernet. Aut ex divinis Scripturis, quæ (ut diximus) in quatuor species dividuntur; historicam, propheticam, proverbialem, & simpliciter docentem.

CAPUT XXVIII.

Quæ servanda sint in Scripturarum intelligentia.

D. Quæ sunt, quæ in intellectu divinarum Scripturarum custodire debemus? M. Ut ea quæ dicuntur, dicenti conveniant; ut a caussis pro quibus sunt dicta, non discrepent; ut concordent temporibus, locis, ordini, intentioni. D. Quam

a Matth. xvi. 18. b Matth. xi. 12. c Matth. xvi. 27. 28. d Matth. xxv. 46. e Joan. xiv. 16. 17.
f Matth. xvi. 19. g Luc. ix. 22. h 1. Cor. xv. 22. i Joan. xii. 32. k Joan. vi. 71. l Matth. xxvi. 34.
m Joan. xxi. 18. n Matth. xxvi. 46. o Ibid. ℣. 31. p Matth. xxi. 2. 3. q II. Thess. II. 3.
r Matth. xvii. 11. s Act. ix. 15. t 1. Cor. xv. 51. u Act. xi. 28. x II. Tim. III. 1. y Ibid. IV. 3.
z Matth. iii. 11. a Matth. xxiv. 20. b Matth. xxiii. 38. c Matth. xxiv. 14. d Ibid. ℣. 29. e Rom. 1. 20.

1. *De acceptationibus diximus*] Ita rescripsimus ex superiori cap. xv. & cap. seq. xxv. hujus libri. Editi, *de acceptionibus dicimus*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 550.

dicimus divinæ doctrinæ intentionem? M. Ipse Dominus dixit: [a] *Ut diligamus Dominum ex toto corde & ex tota anima, & proximos tamquam nos ipsos*. Doctrinæ autem corruptio est & contrarium; Deum non amare vel proximum. D. Quæ hujus contrarietatis est caussa? M. Caussa malorum in ipsis est qui mali sunt; quia dum libero arbitrio atque bene concesso, inordinate utuntur rationales creaturæ; & malitiæ & pœnæ caussa sibimet exsistunt.

C A P U T XXIX.

Unde libri religionis catholicæ afferuntur.

D. Unde probamus libros religionis nostræ, divina esse inspiratione conscriptos? M. Ex multis; quorum primum est, ipsius Scripturæ veritas; deinde ordo rerum, consonantia præceptorum, modus locutionis sine ambitu, puritasque verborum. Additur conscribentium & prædicantium qualitas: quod divina, homines; excelsa, viles; infacundi, subtilia, non nisi divino repleti Spiritu tradidissent. Tum prædicationis virtus, quam dum prædicaretur (licet a paucis despectis) obtinuit; Accedunt his, rectificatio contrariorum, ut Sibyllarum vel Philosophorum; expulsio adversariorum, utilitas consequentium, exitus eorum quæ per acceptationes & figuras & prædictiones quæ prædicta sunt, ad postremum miracula jugiter facta, donec Scriptura ipsa susciperetur a gentibus. De qua hoc nunc ad proximum miraculum sufficit, quod ab omnibus suscepta cognoscitur.

C A P U T XXX.

Ubi sit Fides religioni necessaria.

D. Si divinæ Scripturæ probationibus sufficiunt, quid necessaria est religioni Fides? M. Fides nostra super ratione quidem est; non tamen temerarie & irrationabiliter adsumitur: ea enim quæ ratio edocet, fides intelligit; & ubi ratio defecerit, fides præcurrit. Non enim utcumque audita credimus, sed ea quæ ratio non improbat. Verum quod consequi ad plenum non potest, fideli prudentia confitemur.

a Deut. VI. 5.

INDEX CAPITUM

LIBRORUM II.

DE PARTIBUS DIVINÆ LEGIS

JUNILII

EPISCOPI AFRICANI.

LIB. I.


LIB. II.

ARATORIS

SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIÆ SUBDIACONI

HISTORIÆ APOSTOLICÆ

LIBRI DUO.



ACCESSERUNT

Epiſtolæ tres : VIGILIO Romano Pontifici , FLORIANO Abbati & PARTHENIO Magiſtro Officiorum atque Patricio inſcriptæ .

Omnia nunc denuo recenſita & reſtituta.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHRI. 551.



ARATORIS
HISTORIÆ APOSTOLICÆ
LIBER I.

UT sceleris Judæa sui polluta cruore,
Ausa nefas, complevit opus; rerumque creator
Hoc quod ab humanis sumsit sine crimine membris,
Humana pro stirpe dedit, dignatus ut ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cæli;
Solvit ab æterna damnatas nocte tenebras,
Ad manes ingressa dies: fugitiva relinquunt
Astra polum; comitata Deum: cruce territa Christi,
Vult pariter natura pati; mortisque potestas
Se vincente perit, quæ pondere mersa triumphi
Plus rapiens nil juris habet; divinaque virtus
Rursus membra ligans, animata cadavera movit. B
Ad vitam monumenta patent, cineresque piorum
Natalem post busta novant: lux tertia surgit,
Majestas cum carne redit, speciemque coruscam
Umbrarum de sede refert: ut ab exsule limo
Interclusa diu patriæ repetatur origo,
Omnipotens parat ipse vias, & corpora secum
Post tumulos regnare jubet, moriente veneni
Semine, florigero sua germina reddidit horto.

I.

Jamque quater denis Dominus manifesta diebus
Contulerat per signa fidem, cernentibus illis,
Usque ad extremum diffuso in limite mundum,
Quos testes jubet esse suos: miracula rerum C
Non poterant celare Deum: documenta resurgens
Quæ sic certa daret, quam mandere? corpora vitam
Hinc humana probant: cælum petiturus, olivæ
Progreditur lustrare nemus, quia germine sacro
Luminis & pacis locus est: vult inde reverti,
Unde creaturam signata fronte micantem
Divinus commendat odor, cum desuper unctos
Abluit interius Christi de nomine chrisma.
Tollitur astrigerum rediturus victor in axem,
Et secum quod sumsit habet: nova pompa triumphi,
Arva Deus petit, homo sidera. Quis datur illi
Ætherea de parte fragor, quantumque resultant
Cælestes in laude chori, cum rector Olympi D
Evehit excelsis, quidquid suscepit ab imis?
Ingrediensque polum carnis comitante tropæo,
A Exuvias atri raptas de fauce profundi,
Lucis in arce locat, terrenosque erigit artus,
Quas pietate capit; propter quem venerat, ivit.
Discipulos stupor altus agit, quibus ore corusco
Perspicui dixere viri: quæ cognita nobis
Et miranda sonant, nunc jam speculemur ovantes,
Imperiique modum per subdita jura probemus.
Virgine matre satus, calcata morte resurgens,
Cæli sceptra petens, his nuntiat acta ministris:
Ne cessent elementa suo servire Tonanti:
Stella omnes prægressa Magos, venientis honori
Militat; obsequio nubes famulatur euntis.
Angelicis igitur postquam est affatibus usa,
Liquit oliviferi veneranda cacumina montis,
Ad messem prælecta manus; qui calle citato
Mœnia nota petunt, quo per sua sabbata mille
Passibus ire licet, qua tunc statione sedebat
Porta Maria, Dei genitrix intacta creantis,
A nato formata suo: mala criminis Evæ
Virgo secunda fugat: nulla est injuria sexus,
Restituit quod prima tulit: non voce querelas
Excitat, aut gemitus mærentia corda fatigat
Antiqua pro lege dolor: scelera ipsa, nefasque
Hac potius mercede placent, mundoque redemto
Sors melior de clade venit: persona ruinam,
Non natura dedit: tunc femina feta periclum,
Non timuit paritura Deum, mortalia gignens,
Et divina ferens; per quam mediator in orbem
Prodiit, & veram portavit ad æthera carnem.
Primus apostolico parva de puppe vocatus
Agmine Petrus erat, quo piscatore solebat
Squamea turba capi: subito de litore visus
Dum trahit, ipse trahi meruit: piscatio Christi
Discipulum dignata rapit, qui retia laxet
Humanum captura genus: quæ gesserat hamum
Ad clavem translata manus, quique æquoris imi
Ardebat madidas ad litora vertere prædas,
Et spoliis implere ratem melioribus undis,
Nunc alia de parte levat: nec deserit artem
Per latices sua lucra sequens, cui tradidit Agnus
Quas passus salvavit oves, totumque per orbem
Hoc auget pastore gregem: quo munere summus
Surgit, & insinuans divina negotia, coram
Sic venerandus ait: Nostis quia proditor amens
Mercedem sceleris solvit sibi: tædia noxæ

Vers. 1. *Sceleris*] Hanc vocem mendæ convincunt vetustissimæ ac fidelissimæ membranæ Colonienses: in quibus loco *sceleris*, mirabilis vox est *pareti*. Quam ego quidem non capio. Vulgaris scriptura nihil ad sensum egregium & acumine aliquo munitum, ut solent fere fieri exordia. Sane *Salvatoris* aut ejus generis vox requiritur. Mihi quam in scripto reperi, non est animus nunc excutere, præsertim litteris longius abeuntibus. παρίδρα sane minime sufficit: & forte aliqua vulgaris macula subest. BARTHIUS *Advers.* lib. XIII. cap. XX. pag. 747.

V. 4. *Dignatus*] Τὸ *dignatus* aliam vocem requirit, ut non indignetur ipsa. Forte legendum:

—— —— —— dignatus ut ima
Tangeret inferni, non linquens ardua cæli,
SOLVERE *ab æterna* DAMNATOS *morte:* TENEBRIS
Ad manes ingressa dies.

Concinnior sane lectio, & sequentium consideratio hanc flagitare videtur. Intercisa vero phrasis est, *Ad manes ingressa dies* — ubi ὁ *est* subauditur. ID. ibid. — Ἀτίχω.

V. 14. *Lux tertia surgit*] Subaudi:

—— —— UBI *lux tertia surgit,*
Majestas cum carne redit. — ID. ibid. — Non placet.


V. 20. *Semine, flor.*] Genuina lectio est in quatuor libris, *Spermate*: manifesto more talium, primum eruditionem in Græco vocabulo, deinde collusionem litterarum in *spermate & germine* captavit. ID. ibid.

V. 26. *Mandere*] Nova editio Pisaurensis ann. 1766. tom. VI. pag. 136. pessime *mandans*.

V. 58. *A nato formata suo*] Hæc est lectio Bibl. PP. E Paris. tom. VIII. pag. 682. Neque aliter editio Pisaur. At Lugd. PP. Bibl. tom. X. pag. 126. *A natoque ornata suo*. Conjiciebat Barthius *Adversar.* lib. X. cap. V. p. 466. *A natoque oriunda suo*. Sed quum lectionem quam sequimur, in quatuor codicibus mss. postea reperisset, suam conjecturam abjecit.

V. 66. *Non timuit*] Sic edit. Pisaur. Sed Lugd. *Nunc tumuit*. Paris. vero *Nunc timuit*, errore typograph.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 551.



Horruit ipse suæ, stringens in gutture vocem A
Exemplo cessante ream, qui parte necari
Promeruit, qua culpa fuit, crimenque retractans
Judicio tali permisit membra furori,
Aeris ut medio communi poneret hosti
Debita pœna locum: cælo terræque perosus
Inter utrumque perit: nullis condenda sepulcris
Viscera rupta cadunt, tenuesque elapsus in auras
Fugit ab orbe cinis: non hæc vacat ultio Judæ:
Quæ suprema negat, vindictaque mercis iniquæ
Sic placitura venit: nam cum modo rura parasset
Funeris ex pretio, cum nomine sanguinis emtus
Cæspes, in externas componens busta favillas
De tumulis fecundet humum: caret impius agri
Fertilitate sui, solusque excluditur arvis. B
Quæ monumenta ferunt, cujus tuba sæva cruentum
Est exorsa nefas; qui signifer oscula figens
Pacis ab indicio bellum lupus intulit Agno.
Nunc opus est votis, quod verba prophetica clamant
Quem liceat supplere vices. Tunc summa precantes
Constituere duos, Joseph cognomine Justum,
Matthiamque, Dei parvum quod nomen, ut ajunt,
Hebræo sermone sonat, humilemque vocando
Comprobat. O quantum distant humana supernis
Judiciis! parvi merito transscenditur ille, C
Laude hominum qui justus erat. Duodena refulgent
Signa chori, terrisque jubar jaculatur Olympi.
Hæc quoque lux operis quid præferat, edere pergam.
Quattuor est laterum discretis partibus orbis,
Trina fides vocat hunc, quo nomine fonte lavatur.
Quattuor ergo simul repetentes ter, computat omnem
Quam duodenarius circumtulit ordo figuram:
Discipulisque piis quibus hoc baptisma jubetur,
Mystica caussa dedit numerum remeare priorem.

II. D

Spiritus ætherea descendens sanctus ab aula
Irradiat fulgore locum, quo stemma beatum
Ecclesiæ nascentis erat; quibus igne magistro
Imbuit ora calor, dictisque fluentibus exit
Linguarum populosa seges: non littera gessit
Officium, non ingenii stillavit ab aure
Vena, nec egregias signavit cera loquelas.
Sola fuit doctrina fides, opulentaque verbi
Materies, cæleste datum, nova vocis origo
Quæ numerosa venit, totoque ex orbe disertis
Sufficit una loqui. Dudum vetus æquoris arca
Cum superasset aquas, turrim voluere maligni
In cælum proferre suam, quibus impia corda E
Sermonum secuere modos, sociisque superbis
Affectus cum voce perit: confusio linguæ
Consimili tunc gente fuit: nunc pluribus una est;
Ecclesiæ quoniam venientis imagine gaudet,
Concordes habitura sonos, & pace modestis
Fit fecunda redux, humilisque recolligit ordo.
Quod tumidi sparsere viri, res maxima cogit
Non reticere diu. Quid sit quod spiritus almus
His datur in flamma; Jordanis ab amne columba?
Quod nunc rite canam; promissaque debita solvam,
Si sua dona ferat. Duo sunt hæc signa figuræ:
Ut sit simplicitas, quam congrua diligit ales:
Quæ ne tarda gerat sine dogmatis igne tepores,
Sit pariter succensa fides: ibi destinat undis
Unanimes: heic ore jubet flagrare docentes.
Mentibus instet amor, sermonibus æstuet ardor.
Hos etiam musto typica ratione moveri
Error verus ait, quos ebria fonte recenti
Complevit doctrina poli: nova vasa liquorem
Suscepere novum, nec corrumpuntur acerbo,
Quo veteres maduere lacus: de vite bibentes,
Quæ Christo cultore dedit convivia turbis.
Unde rubent, quas vertit aquas, tenuemque saporem
Legis in Ecclesiæ fecit fervescere libris.
Tertia sidereis inclaruit hora loquelis:
Hunc numerum Deus unus habet, substantia simplex
Personis distincta tribus, quam plurima nobis
Instrumenta patent, simul hæc & tempora monstrant.
Primus at ille Petrus, cui servit in æquore gressus,
Retia jam cupiens hominum vibrare saluti,
Ut piscator ovans levet has de fonte catervas,
Rettulit æthereos populo mirante triumphos.
Venit ad occiduas carnaliter editus oras
Humana sub lege Deus, qui temporis expers
Principium de matre tulit: nec vile putavit
Majestate potens, terreni sumere formam
Corporis: atque opifex hominum pars esse, suoque
Nos pretio revocare sibi, post dona salutis,
Postque tot erectos pulsis languoribus ægros.
Cum defleta etiam perfunctaque corpora luci
Redderet, & superas iterum concederet auras:
Se quoque permittens fusus genitricis ab alvo
Carnis jura pati. Vitam ne perderet orbis,
Maluit ipse mori; sed quod de virgine feta
Nascitur, illud obit: ligno suspenditur insons,
Et ligni vacuatur onus: sic vulnus iniqui
Fit medicina Dei: pavidis resplenduit umbris,
Pallida regna petens, propria quem luce coruscum
Non potuit fuscare chaos: fugere dolores:
Infernus tunc esse timet; nullumque coercens
In se pœna redit: nova tortor ad otia languet:
Tartara mæsta gemunt, quia vincula cuncta quiescunt.
Mors ibi quid faceret, quo vitæ portitor ibat?
Hunc Deus omnipotens cui numquam terminus instat,
Post sacra busta levat: radiantem in corpore Jesum
Vidimus, & propriis reducem conspeximus astris.
Sed fugite o miseri funesta piacula gentis,
Cui, veniente Deo veteres avertere noxas,
Addita sacrilegæ creverunt vulnera culpæ.
Cur natos Judæa tuos per vota cruoris
Parricida trahis? quid Christi sanguine fuso,
Hos tecum damnata premis? necdumque creatos
Festinas proferre reos? homicidaque lingua
Naturæ percussit iter; cui serior ortus,
Quam facinus, discrimen alit, scelerumque propago

V. 109. *Parvi merito*] Edit. Pisaur. *parvo merito*. Al. ut in textu.

V. 118. *Remeare*] Sic editt. Paris. & Pisaur. Sed Lugd. *recreare*: male.

V. 120. *Quo stemma*] Nimirum, *quo* loco — *erat*. Non bene Pisaur. *quod stemma*.

V. 134. *Consimili*] Una Lugd. *In simili*.

V. 149. *Error verus*] Ita Paris. & Pisaur. At Lugd. *Error priscus*.

V. 160. *Cui servit*] Lugd. *quod figit*. Reliquæ, ut in textu.

De natale perit, quæ saucia voce parentum A
In lucem punita venit: si solvere cura est
Fecundi crementa mali, felicibus undis
Exstinctum reparare genus, spes una remitti
Debita supplicii, post crimina velle renasci,
Multiplicat jam pastor oves: tria millia vulgi
Non minus illa dies in flumine diluit Agni.
Hic primum post jussa Dei baptismatis usus
Exoritur, data jura probans: nam trina potestas
Colligit hanc prolem, numerum partita per æquum.
Perfectum est quod mille sonat: sic denique sæclis
Ponimus ætates, cum tempora dicimus orbis.
Res perfecta semel ter jungitur, & facit agmen
Mystica vis numeri: gregis est pia forma novelli. B
Funditur interea per cunctos gratia sensus,
Divitiasque metit locuples in amore voluntas.
Utque pii coeant in fœdera pignore certo,
Res laxant, & corda ligant: sine limite census
Affectu conforte, licet nova jura, beatis
Munifica fluxere manu: quibus ubere læto
Divisæ geminantur opes, & crescit in omnes
Quod faciunt commune sibi, totumque capessunt
Qui proprium nil esse volunt. Quo fonte cucurrit
Hæc probitas, quæve illa fuit bonitatis origo,
Hinc canere incipiam. Sacris bis spiritus almus
Discipulis concessus erat; nam spirat in illos
A Christo surgente semel: post missus ab astris,
Nescia verba viris facundus detulit ignis. C
Ne quid inexpertum studio meditemur inani,
Spiritus alme veni: sine te non disceris umquam:
Munera da linguæ, qui das in munere linguas.
Hæc iterata, reor, confirmant præmia justos,
Ut duo jussa colant, tabulis conscripta duabus:
Dilige mente Deum ferventi plenus amore.
Rursus ait: carus quoque sit tibi proximus, ut tu.
Hoc pactum jus omne tenet, quod spiritus almus
Bis veniens per corda creat: semel hunc dedit auctor
In terris, ut ametur homo; post misit ab astris,
Ut flagrent humana Deum: dilectio prima est,
Quæ Dominum vehementer amat: cui deinde secunda D
Quæ sociat mortale genus: tamen incipit ante,
Posterior numero, sequitur comitata secundam
Quæ prior est. Sic forma docet: Nisi diligis, inquit,
Cernere quem potis es fratrem; quem cernere non est,
Nescis amare Deum: concordia nexa calescat.
Ergo pari voto Dominumque in pectora condat
Fratris amor: geminæ tibi sit substantia caussæ.

III.

Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ
Membrorum cum strage dedit, languore coævo E
Octo lustra gerens; ad quem comitante Joanne,
Respice, Petrus ait: votum spes lusit avarum;
Cumque negat, meliora parat, quam sæpe gravatos
Desperata juvant; & semine nata sinistro
Prosperitas, celans mæstis confinia læta
Principiis, ad vota venit: gaudebis egenus
Plus vacua meruisse manu, qui munera poscens
Et datur ipse tibi: Nulla heic mihi vena metalli,
Respondit, quæ fundat opes: ego ditior ægro
Pauper ero; progressus abi. De voce jubentis
Exsiliit medicina potens, atque hospite gressu
Convixere pedes: cunabula longa relinquens
Calcavit veteranus humum, plantisque novellis
Materies se prisca movet, cui præpete cursu
Protulit incessus, quidquid non edidit ortus.
Stat facti manifesta fides, sed & altera nobis
Res aperit quod caussa gerit. Gens nomen ab illo
Israel dicta tenet, qui bella reliquerat æger
Conatus certare Deo: tulit ipse figuram
Corporis ante gravem, quam post in vulnere mentis
Israel claudus habet: qui per sua crimina labens
Corde magis, quam carne fluit; spatiisque sub ipsis
Quadraginta annos Ægypti fine remotus
Claudicat, Ægyptum cupiens, atque idola quærens.
Ponitur ad portam Speciosam debilis: ultra
Non valet ire miser, nec limina tangere portæ.
Culpa negavit iter. Qui sunt qui pectore claudum
Israel ferre solent, portæque adjungere certant,
Quæ speciosa suo prodit de nomine Jesum?
Isaias, Daniel, similes quique ore prophetæ,
Obscuris manifesta canunt miracula Christi:
At portæ qui nomen habet, sic admonet ipse:
Porta ego sum vobis: qui per me intrare recusat,
Fur erit ille nocens: possunt portare prophetæ
Ad portam, cernenda magis quam visa loquentes:
In templum non ferre queunt: hæc janua Petro
Credita, qui Christum confessus, cognita monstrat,
Non ventura sonat. Vetus o sine fine jacebis,
Ni Petrum jam claude roges, qui noxia pellens
Auri vitat onus, rerum cui censuit auctor
Nec peram gestare sibi: pete dona salutis;
Non fragiles secteris opes quas spernere debet
Cum Domino qui dives erit. Post limina templi
Porticus hunc Salomonis habet, qui jure vocatur
Pacificus regnante fide. Quis semper in orbe
Pacificus, nisi Christus erit? hic protegit omnem
Qui Petro ductore placet, quo præsule surgit.

IV.

Agmine jam niveo per millia quinque virorum
Ecclesiæ crescebat apex: arcere laborat.
Hunc Judæa colit, cujus de munere fluxit
Quod virtus operata dedit; sed linquere Christum
Petri nescit amor: Non hunc reticebimus, inquit,
Quo remeat præstante salus; qui jure creantis
Infectum supplevit opus, solidumque decorem
Pars reparat quam jussa novant. Hic membra redemtor
Saucia restituit, qui mortua surgere fecit.
Fert animus patrare nefas, sanctisque verendis
Sacrilegas inferre neces. O semper iniqui!
Dona vident, & bella movent, sed cœpta relinquunt,
Ne violent quos turba fovet, quibus indice claudo

V. 199. *Fec. crementa m.*] Barthius *Adverf.* lib. IV. cap. xxiv. pag. 205. *Crementum* est incrementum. Glossa: Crementa, αὐξήσεις. Sic infra lib. II. ℣. 842.
Mensura crementa sua. ——
Juvencus item lib. II.
—— *justi mox ut crementa vigoris*
Sumserit.
V. 222. *Nam spirat*] Una Lugd. *spiratus.*
V. 226. *Non disceris*] Ita Pisaur. Al. *diceris*

V. 243. *Tibi*] Sic Pisaur. Al. *sibi.*
V. 251. *Gaudebis* --- *Et datur ipse tibi*] Ita Paris. & Pisaur. At Lugd. *gaudebat*: & mox: *Est datus ipse sibi.*
V. 271. *Limina*] Pisaur. *lumina*: minus recte.
V. 272. *Qui sunt*] Una Lugd. *nam sunt.*
V. 277. *At portæ*] Sic optime Pisaur. Al. *Et portæ.*
V. 300. *Hic* --- *qui*] Ita Paris. Sed Lugd. *hic*, & ℣. seq. iterum *hic*. Pisaur. vero, *hinc* — *qui*.

Testis erat meriti, cumque hoc sua corda levabant. A
Nam non parva dedit populo miracula gressus,
Quem rudis atque senex nullis jam legibus ævi
Vernula sumsit humi, cum quo stupet ipsa moveri
Quæ jacuit natura diu, firmataque nuper
Incessu properata novo vestigia signat,
Quæ fuerant aliena sibi: tamen improba proles
Sævit adhuc, farique vetat, quod gaudia clamant.
Quid toties Judæa cadis? surrectio Christi
Ut furto celetur emis? sed inania demens
A somno documenta petis, livore caduco.
Quæ sentis virtute geri, vis fraude negari.
Infernum Dominus cum destructurus adiret, B
Detulit inde suam spoliato funere carnem.
Victor ab arce crucis radiantia signa ministrat:
Sol ruit in tenebras; tu pectore nigra rebellas.
Arva tremunt concussa locis; tu fixior hæres.
Saxa crepant; tu dura manes. Jam scissio veli,
Quæ latuere diu, nudavit mystica templi:
Lux tua nos adiit; tecum nox sola remansit:
Mors sine fine premit, cui numquam vita resurgit.
Planta vetus sociare novis, & condere libris,
Ne pereas viduata cibis, sine munere quorum
Arida ficus eris, nullo quia tempore fructum
Ad Christi vis ferre manum, neque cernere quantum C
Floruit insertus faciens oleaster olivas,
Plenaque per gentes de spinis pullulat uva.
Imminet exhaustis radicibus ira securis,
Ut succisa ruas, ni jam translata virescas.
Postquam mira salus in corpore nata vetusto
Discipulis audita liquet, gentisque superbæ
Cognovere minas, celebrant his vocibus hymnum:
Tu qui cuncta Deus propriis animata figuris,
Artifici sermone facis, quique edita cernens
Ante vides, rerumque creas per nomina formas:
Cum fierent, vox semen erat, nec distulit ortus
Imperium natura sequens: mox spiritus oris
Æthera curvavit, sola nexuit, æquora fudit,
Materiamque operis sola est largita voluntas. D
Ne deforme jugum similis portaret imago,
Tegmine servili latuit regnator Olympi,
Ut sua gentiles implerent cœpta furores.
Quis dolus Herodis cum tristia bella moveret
Infantum mandata neci, quos ubere raptos
Vulnera suscipiunt, parvis errantia membris
Vix habitura locum, sævoque jubente tyranno?
Nasci pœna fuit, cujus tulit impetus ævum,
Quem nescivit agi, qui perdidit. O nova mortis
Conditio, solo vitam pro fine subire;
Et cum prima dies atque ultima sit simul una,
Posse magis quam scire mori! Quis lumine sicco,
Aut gemitu cessante queat memorare, Pilati,
Quod deflent elementa, nefas? quo judice Christus E
Subdere pro mundi voluit sua membra periclis,
Ut carnale malum caro solveret, & ferus hostis
Cujus ab ingenio fluxerunt tela veneni,
Perderet antiqui lacrymosa piacula belli,
Materia superante pari: ne criminis ultra
Per sobolem prodiret onus, damnatio justi
Libertas est facta reis. Da semina verbi
Per tua dona coli, signisque novalibus usa
Colligat ista manus te fructificante maniplos,
De quibus ipse tui componas horrea cæli,
Triticeamque fidem lolio pereunte corones.
Qua sancti fulsere pedes, concurrere visa est
Pondere terra gravi: moxque almus Spiritus illis
Splenduit, & signis facundia crevit obortis.
Auditæ valuere preces, humana propago:
Materies terrena sumus, limumque parentem
Nomine prodit homo: vis flexit, & impulit arva
Vocis apostolicæ, quæ de tellure creatos
Fecit habere fidem: sed quod magis exsilit unus
Concutiturque locus, cecinit scriptura decoros
Pacem ferre pedes. Horum sub gressibus ergo
Læta movetur humus, quibus est sermone magistri
Pax commissa pii, quæ deportata per illos
Exiit in cunctas veloci munere terras.
Ecce tot egregiis unum cor esse catervis
Incipit, atque animam populus nanciscitur unam.
Quis dubitare queat mysteria dogmatis, unum
Personas tres esse Deum? cum millia vulgi
Conveniant sub mente pari, numerique frequentis
Sint animi velut unus homo: quæ turba perennem
Portatura crucem, Dominumque secuta fidelem
Sprevit agros, habitura polos: hæc nempe facultas
Fortior est, de parte magis conquirere totum,
Atque caducorum pensare manentia caussis,
Et quæstum per damna sequi: non prodige rerum
Venditor ista facis, sed qui tua jura tenere
Ambitiose cupis, parvoque in tempore linquis
Quod semper vis esse tuum: sic spargere rura,
Nolle carere fuit. Quid enim substantia prodest,
Quæ servata perit? quam sideris arce locatam,
Commodius qui cedit habet. Pete creditor inde
Usuræ majoris opem, gazasque reconde
Quæ nequeant adversa pati: non deterit ullus
Perpetuas ibi casus opes: sine fine tenebis
Quæ Dominum debere facis. Nunc aspice partes
Lector docte pias, & tecum mente sagaci
Volve quid esse putes, rutili quod pompa metalli
Ponitur ante pedes, non sacris tradita dextris:
Destitui debere probant, quod tangere vitant:
Calcandumque docent, quod subdunt gressibus aurum,
De quo terrenæ veniunt ad pectora curæ.
Consimili jactatur humo: quo sistat avare
Mens tua disce loco, quod tu custodis anhelus,
Quod statione premis, quod cernere sæpius ardes,
Cujus in amplexus per somnia cuncta recurris.
Horrescunt tractare pii, nec tunc quoque gestant,
Cum bona facta parat: quantum speculantur in illo
Stare nefas, & dona gerens contemnitur aurum.

V.

Occidit infelix Ananias vulnere culpæ,
Fur census sub fraude sui: cadit impia conjunx
Supplicio percussa pari; quia crimine ab uno
Fit commune nefas, quoties scelus ante peractum
Consensus facit esse suum: nam mentis avaræ
Vindex illa fuit sententia: denique quando
Auri cessat amor qui pectora semper adurit,
Quo capitur mortale genus, quo pullulat omne
De radice malum, cujus violentior ardet
Ambitio crescente modo, stimulantque rapinis
Addita lucra famem: sed quod mutata voluntas

V. 312. *Tamen impr.*] Sequimur Pisaur. Al. *tam impr.* repugnante metro.
V. 321. *Pectore*] Pisaur. *pectora*: non bene.
V. 348. *Quis dol.*] Male Pisaur. *Qui dol.*
V. 406. *Tradita dextr.*] Sic Paris. & Pisaur. editt. At Lugd. *debita dextr.*
V. 415. *Parat*] Id est, aurum. Lugd. *parant*. Al. ut in textu.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 551.

Falſi crimen habet: cumque eſt jam cautio voti, A
Stare decet, nec velle prius violare ſequenti:
Jus proprium retinere magis, quam demere, fas eſt.
Omnibus exemplum ſanxit vindicta duorum,
Ne quis dona vocet, quæ ſponſio debita poſcit.
Reſpice vera fides, ac dogmate clara beati
Verba require Petri. Quiſnam te fallere ſuaſit,
Concluſitque probans? homines haud talia fando
Deludis, mentite Deo. Quæ damnat iniquos,
Ædificat doctrina pios: quod Spiritus almus
Sit Deus, ex multis plena eſt inſtructio libris.
Et tamen hinc capit arma fides; quo tendimus ultra?
Quis dubitet quod Petrus ait? qui jure venitis B
Ad latices, hoc ſtate loco: ſatis hoſtibus obſtat
Eccleſiæ quod forma ſonat: diviſor amare
Judicium de fine time: qui criminis auctor
Errorisque tui eſt, fuſa ruit Arrius alvo:
Infelix, plus mente cadens, letumque peremtus
Cum Juda commune tulit: qui gutture pendens
Viſceribus vacuatus obit; nec pœna ſequeſtrat,
Quos par culpa ligat: qui majeſtatis honori
Vulnus ab ore parant, hic prodidit, ille diremit,
Sacrilega de voce rei. Deus arbiter orbis
Perſonis tribus eſt, in quo ſimul una poteſtas:
Abſtulit hic ſpecies operum bonitate creatas:
Qui fabricatoris non inſpexere decorem,
Errantesque putant qui fecerit omnia, factum. C
Fama ciet populos ad myſtica ſigna ſalutis
E cunctis properare locis, & peſtibus ægros
In lectis deferre ſuis, quos urbis in illa
Parte locant, qua ſacra tenet veſtigia Petrus.
O mihi ſi curſus facundior ora moveret,
Centenosque daret vox ferrea, lingua diſerta
Hac in laude ſonos; quantum ſpecioſior eſſet
Ambitus colloquii, variis aperire figuris
Singula, nec modicis includere grandia verbis:
Quæ fuerit rerum facies, cum tempore parvo
Morborum cecidere greges, & fluxit ad omnes
Improviſa ſalus, quam corpore fuſa ſereno
Luminis umbra creat, dubiaque a morte remoti
Erexere caput: ſed non deprendere viſu D
Auctorem potuere boni, quibus ardua virtus
Occultat quam præſtat opem, reſque ante paratur
Quam ſpes ulla foret; furtivaque præmia vitæ
Dat medicina latens, & anheli corporis æſtus
Ignaro languente rapit, quam neſcit adeſſe
Qui veniſſe probat, creſcitque potentia facti
Agnitione carens; cujus ſplendoris imago
Omnia pervolitans, tactumque nocentia mundans
Stat donis fugitiva oculis: & munere plenos
Linquit ubique toros, hoſteſque a ſenſibus atros
Projicit, ac nebulis larvalibus exuit artus.
Incitus, & curas hominum de calle frequentans
Excute Petre gradus: tecum medicina ſalutis
Ambulat, adde viam: ſpes eſt ad gaudia velox, E
In pedibus non eſſe moram: tua ſemita vita eſt.
Si properas, jam nemo jacet: tu motibus umbræ
Corpora cuncta levas, atque hac ſimul inſcia voti
Sumit turba jacens: quod cum rogat, accipit unus.
Omnibus ergo ſalus uno poſcente venibat.
Quærite quos agitat tanti reverentia facti,
Quid typicum res iſta ferat, libriſque volutis
Noſcite quod ſoli celſa eſt hæc gloria Petro.
Quæve ſub hac ſpecie lateant documenta, videte,
Quæ tentabo loquens; & ſi datur iſta facultas,
Aridus ut magnas impellat rivulos undas.
Rurſus ab antiquis veniunt miracula cauſſis:
Firmior in cunctis capitur ſubſtantia rerum
Corpore ſenſa ſuo, ſequitur quæ a corpore certo
Funditur, & ſolidam non terminat umbra figuram;
Sed tamen ipſa ſibi præcedere corpora ſignat.
Eccleſiam terris colimus, quam prodere nullum
Æthéream dubitaſſe licet: ſed verior illa eſt
Quæ ſuper aſtra manens, cæleſtis & alta vocatur.
Hæc in tranſcurſu dubii quæ cernitur orbis,
Ad vitæ datur eſſe viam, ſpatioque ſub iſto
Deſtinat æternæ quos colligit, atque probatis
Hinc iter eſt excelſa ſequi: regit agmen utrumque
Petrus, & hinc ductis ſorti dat ſidera turmis,
Ut patuit per verba Dei: Quod ſolveris, inquit,
Quodque ligas terris, ſic vinctum ſive ſolutum
Æthere perdurat. Culta hæc quam cernimur arvis
Ergo figura foret: firma eſt quam nubila geſtant.
Petrus utramque regens, ibi corpus, & heic parat umbram.
Et quos heic vitiis noxiſque reſolverit ægros,
Innocui ducantur ei quæ permanet aſtris,
Suſceptura pias hac emundante catervas.
Interea templi zelo mordente priores
Eccleſiam creviſſe dolent; animæque colonos
Ne ſpargant, quod corde metant, in ſede relegant
Carceris, ut deſint naſcenti ſarcula meſſi.
Angelus adveniens tenebroſa volumina noctis
Reppulit, & ſubito micuerunt antra ſereno,
Erumpenſque dies alieno tempore ſanctos
Ad templum facit ire viros; ſed cardine fixo
Irrita ſignato cuſtodia permanet antro,
Stanſque ſuis foribus vallante crepidine carcer
Clauſus apoſtolicis veſtigia pandit aperta
Greſſibus, & vigiles illudit janua fallax.
O numquam neglecta fides, cui ſubjacet illud
Quod natura negat, propriis quam legibus uti
Non finit omnipotens, quoties jubet ipſe viciſſim
Poſſe, quod inſolitum fieri mirata perurget!
Si quis adhuc fragili meditatur pectore Thomam,
Hinc documenta petat, quia tunc penetrata recepit
Janua clauſa Deum. Mirum eſt ſi corpore portam
Sic adeat quem virgo parit, quem viſcera matris
Integra concipiunt? humanam quæ, rogo, carnem
Sumere cauſſa fuit, niſi ſuſcitet? inde reverſus
Exhibuit pro teſte latus, noſtrique favillas
Corporis exemplo proprii docet eſſe novandas
Vulneribus ſua membra probans. Modo, Didyme, diſcis
Quam fuerit dubitaſſe nefas; an fecerit auctor
Quod vobis licuiſſe vides, ſi volvere ſenſu
Cura ſubit quod Chriſtus ait, non indiga vocis
Eſt ſpecies, cur has ſancti liquere tenebras?
Dixit, opima parans, hos luminis eſſe miniſtros,
Et candelabri poſitas velut arce lucernas
In tota fulgere domo: nox nulla retentat,
Quos lumen lux ipſa vocat, qui dona ferentem
Et teſtem meruere Deum, qua lege cavernis
Occuluerit locus ille ſuis, tot in ordine ſoles.
De quibus, ut tenebras pulſis erroribus orbis
Vinceret, æternam meruit cognoſcere lucem.

V. 433. *Dogmate*] Ita Pariſ. Al. *dogmata*.
V. 449. *Diremit*] Piſaur. *peremit*: minus recte. Al. ut in textu: melius, ut videtur.
V. 480. *Curas hom.*] Sic Lugd. Al. *curis hom.*
V. 485. *Atque hac*] Ita Pariſ & Lugd. id eſt, *hac umbra*. Piſaur. *atque hæc*, ad *corpora* reſpiciens.

V. 490. *Celſa eſt*] Una Lugd. *conceſſa*. Al. ut in textu. Et ỳ. ſeq. eadem Lugd. *latitant*.
V. 513. *Ducantur*] Sic Pariſ. & Piſaur. At Lugd. *ducuntur*.
V. 541. *Vides*] Lugd. *vivens*.
V. 546. *Nox*] Lugd. *vox*. Et mox ỳ. 553. *ſecure* pro *ſtantes*. Al. ut in textu.

VI.

Jura miniſterii, ſacris altaribus apti,
In ſeptem ſtatuere viros, quos undique lectos
Levitas vocitare placet. Quam ſplendida cœpit
Eccleſiæ fulgere manus, quæ pocula vitæ
Miſceat & latices cum ſanguine porrigat Agni!
Huic numero delatus honor: ſublimia ſecum
Sacramenta gerit, per quæ nunc longius ire
Non patitur menſura viæ, ne plura loquutus,
Inveniar dixiſſe minus. Sit cura miniſtris
Officium librare ſuum, quo laudis amictu
Hunc deceat lucere chorum, quem myſticus ordo
Conſecrat in numero, cui dant cæleſtia formam.
Promiſſum ſervabo modum. Venerabilis orbi B
Cœtus ait: Verbi potius nos convenit omnes,
Quam menſæ captare cibos. O gloria dives
Oris apoſtolici, numquam permittere plebem
Virtutum ſentire famem! diſperſa talenti
Creſcere ſumma ſolet, commiſſa pecunia linguæ
Diſplicuit, cum ſola fuit: locus indicat iſte,
Quod meliora rudi populo ſint fercula mentis,
Quam fuſæ per membra dapes, lauteque peritum
Nutriat ingenium verbi pinguedo ſuperni.
Nam quid corporeæ proſunt alimenta ſaginæ,
Eſuriente anima? cujus jejunia paſci
Semper ab ore decet, menſam ut tendamus ad illam
Uberibus verbis, ad quam conviva recumbit, C
Qui veſtis candore nitet: ne fulcra beata
Deferat abſtractus, quiſquis deformis, ad illam
Eloquio ſordente venit: ferat eſca ſalutem
Progrediens de pane poli: gula pectoris ipſum
Ambiat, atque animi pleno guſtare palato
Interior feſtinet homo: ne vilior eſſet,
Cauſſa relicta tamen, claris tractanda miniſtris
Creditur, & numerum tenuit pretioſa ſupernum.

VII.

Emicat hinc Stephanus primus qui in agone coronam,
Nominis hujus habet, de quo prænuntia palmæ,
Vox cecinit quod cauſſa dedit. Sere prœlia martyr, D
Felices habitura neces: ubi gloria pœna,
Et cadere eſt ortus, jugulíſque patentibus ævum
Naſcitur, æternæ complectens munera vitæ.
Vitæ principium fuit en fine fine beatæ,
Sic meruiſſe mori: lapides Judæa rebellis
In Stephanum lymphata rapis, quæ crimine duro
Saxea ſemper eris: hunc denique Chriſtus adoptat,
Ad quem miles ovans, per vulnera ſacra vocatus,
Sanguine fecit iter; cupienſque in præmia vitæ
Hac properare via, nivei metitus honorem
Callis, ad excelſi pergit faſtigia regis,
Et pet tot lapides petræ conjungitur uni.
Quis furor iſte novus, nulli feritate ſecundus,
Parcere nolle pio? vibrantibus acta lacertis E
Saxa jacis: parat ille preces, nec reſpicit unde
Grando nefanda cadat, qui tempore mortis, amice
Pro populo peccante rogat: licet omnia tecum
Tela feras, ſiliceſque graves, & pondera libres,
Quem perimis, victurus erit: qui ſine colono
Seminat exemplum, quo ſurgat vinea Chriſti,
Et calicem Domini convivia feſta coronent.
Lumina cordis habens, cælos conſpexit apertos:
Ne lateat quod Chriſtus agat, pro martyre ſurgit,
Quem tunc ſtare videt: confeſſio noſtra ſedentem
A Cum ſoleat celebrare magis: caro juncta Tonanti
In Stephano favet ipſa ſibi: dux præſcius armat,
Quos ad dona vocat: ne quis heic dimicet anceps,
Corpus in arce Dei patuit: pro munere teſtis
Ad Sauli poſuere pedes velamina ſævi.
Infernum quod Hebræus ait, jam conſtat utriſque
Hinc meritum ſentire ſuum; cum ſidera martyr,
Carnifices inferna petunt: ſors prima revelat,
Exemplumque creat, quod talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit; ſic occidentibus ut mox
Tartara ſuccedant, morientibus aſtra pateſcant.

VIII.

Sæpe ſibi ſocium Petrus facit eſſe Joannem,
Eccleſiæ quia virgo placet: quo denique juncto
Samariæ vicina petens, baptiſmatis undis
Ablutas ſignavit oves, quibus affuit almus
Spiritus, & varias fecit procedere linguas.
Fonte quidem lotus, ſed non in pectore mundus,
Heic fuerat Simon ille magus, quem prodidit orbi
Pœna ſequens neſciſſe fidem: contractibus auri
Munera vult æquare Dei, nummiſque referre
Quod pretio mercator emat; quem talia Petrus
Attentare videns: Quiſnam te perdite, dixit,
(Movit ad iſta furor) Domini quod gratia donat,
Ut venale putes? ſenſu hoc, non ſumitur auro.
Nec licet ut cælum corrupta pecunia quærat,
Quam terræ ſcrutator amat: tibi nulla profecto
Hac ſupereſt in ſorte quies, nec ad iſta venire
Tu pollute potes dolis, qui cordis amari
Felle tumens, aliena petis: namque atria mentis
Spiritus illa ſubit, quæ ſimplicitate niteſcunt.
Hac de voce ſacræ lux eſt manifeſta figuræ.
Eccleſiæ ſpeciem præſtabat machina quondam
Temporibus conſtructa Noe, quæ ſola recepit
Omne genus, clauſiſque ferens baptiſmatis inſtar,
Cum vaga letales pateretur turba procellas,
Ad vitam convertit aquas: ſimul ipſa columbam
Diluit, & corvum; ſed non concordia mentis
Fecit utroſque pares: hunc guttura plena rapinæ
Subduxere viæ, cupienſque in funere paſci,
Nil potuit vitale ſequi: redit ales amica
Frugibus, & nullis ſuccumbit naufraga lymphis,
Nutrici de morte timens; ſtudioque laboris
Dat documenta pii, quanto teneatur amore
Plus operi devota fides: roſtrique modeſti
Pignus oliva fuit: dilectio ſemper in ore
Fructum pacis habet: volitant in fluctibus ambo,
Ex uno ſanctoque ſinu ſervantis in alvo
Purgati vallante freto: tamen exſulat unus,
Et reditu ceſſante perit: non ergo ſaluti
Sufficit unda lavans, ni ſit ſine felle columba,
Qui generatur aquis. Simon hic baptiſmatis undam
Contigerat: ſed corvus erat, ſua lucra requirens,
Quæ numquam meruere Deum, qui limine templi
Vendentes arcere ſolet. Meliora ſequamur:
Petrus ad iſta vocat, qui filius eſſe columbæ
Dicitur ore Dei; meritoque hac matre creatus,
Eccleſiæ ſublimat opus: de munere prolis
Nomen habet genitrix, quod Spiritus eligit almus,
Alitis innocuæ dignatus imagine cerni.
Angelus alloquitur plenum virtute Philippum
Auſtralem celerare viam, qua ſpado jugatis
Æthiopum pergebat equis, qui fidus in aula
Reginæ ſervabat opes: volat axe citato
Gaudia fixa petens, curruque merebitur ipſo

V. 557. *Huic num.*] Ita Lugd. Al. *Hoc num.*
V. 577. *Uberibus verbis*] Hic & tres ſequentes verſus, omiſſi ſunt in edit. Piſaurenſi ob repetitas voces *ad illam* ℣. 576. & 579.
V. 587. *Nominis*] Sic Pariſ. & Piſaur. At Lugd. *Hæres*: quo auctore, latet.
V. 595. *Adoptat*] Una Piſaur. *adaptat*.
V. 597. *Præm. vitæ*] Sola Lugd. *præm. victor*.
V. 640. *Dolis*] Lugd. *donis*. Al. ut in textu.
V. 665. *Deum*] Piſaur. *Dei*: non bene.



Errorum jactare rotas. O quanta bonorum A
Semina percipies, qui tam pretiosa lavacri
Sumere dona venis, sterilique in corpore condis:
Quod fructu meliore metas, impone Philippum,
Lampadis os quod Hebræus ait, qui mentis honorem
Nomine teste probat: juvat hunc audire magistrum,
Discipuli quia jure docet: dabit ipse, prophetæ
De quo verba sonent, cum qui omnia fecerit olim,
Qua fuerat nunc parte satus: si credulus audis
Et tibi nascetur, tuque inde renasceris illi.
Conspectis properanter aquis ardescere cœpit
Eunuchi fecunda fides, qui gurgite mersus,
Deposuit serpentis onus, plaustroque cucurrit
Eliæ meditatus iter. Non parva figuræ
Caussa sub obscuræ regionis imagine lucet.
Comprobat heptaticus, tædarum fœdere Mosen
Æthiopam sociasse sibi; quem dogmata produnt,
Postea cum Domino vicinius ore loquutum.
Quid mirum, si legis amor tunc crescere cœpit,
Ecclesiæ cum juncta fuit? Quod sponsa perennis
Hac veniat de gente magis, nec Cantica celant
Quæ fuscam pulcramque vocant: hæc pergit ab austro
Æthiopum qui torret humum, Salomonis in ore
Pacificum laudare suum, quo nomine dudum
Signatum est quod Christus habet: jam debita mundo
Custodem præmittit opum, quo pignore gazas
Incipiat proferre suas: thesaurus in illa
Quis potior quam fontis honor? quod ditius aurum,
Quam locuples sub corde fides? quam denique recte
Prævius huic spado est, quo procedente libido
Pellitur, & capiant cælestia regna pudici?

IX.

Saulus acerba fremens, committere bella Damasci
Judaica feritate parat: sed amabitur Agnus,
Quo properat sævire lupus: fors læta ruinæ
In qua culpa cadit; didicitque e corpore lapso,
In mentis jam stare gradu: cum lumina claudit,
Pectora tunc aperit, cælique agnoscitur auctor
Discedente die, quantum meruere tenebræ:
Post oculos majora videt: mirabile sæclis
Exemplum dedit alma fides. Anania furorem
Excutit. O nova palma! lupum domat ille rapacem,
Hebræus quem dixit ovem: clamabitur orbi
Hoc præcone Deus, legisque exutus ab umbra
Sub qua cæcus erat, terras lucebit in omnes
Perpetuo de sole calens. Ne desine Saule
Hunc celebrare diem: multorum lumine plena
Nox datur ista tibi, tuque heic tua nubila portas,
Ut mundi purgare queas. Nunc plena figuris
Interius documenta sequar, tectumque latebris
Aggrediar proferre jubar, quod tempora Saulus
In tenebris triduana gerit: facit esse fidelem
Exempli mensura virum, tandemque coactum
Pœna magistra docet, Dominum ne respuat ultra:
Post triduum superasse chaos, cum cœperit ipse
Sic visus reparare suos, quod ab orbibus atris
Et squamæ cecidere graves: natura quod anguis
Ferre solet, ratione viget. Judæa venenum
Semper ab ore vomit, crudelior aspide surda
Perfidiæ coluber, synagogæ sibilat antro.
Discipulis Salvator ait, Calcabitis angues,
Purior obsequiis ut sit cælestibus actus.
Vipereum jacit ante nefas, & prœlia doctor
Mox meliora gerit; qui cum superasset iniquos,
Insidias meruit clausis evadere portis.
Sporta solens texi juncis palmisque vicissim
Tegmina dat Saulo, retinens in honore figuram
Ecclesiæ: nam juncus aquis, & palma coronæ
Semper inest: juvat Ecclesiam baptismatis unda,
Martyriique cruor: dudum vescente caterva
Nutrici sub dente cibi, distendere septem
Sportarum cepere sinus: tot in orbe profecto
Ecclesias scriptura canit quod Spiritus illic
Sic operator adest, & signat nomina virtus,
B Cum tamen Ecclesiam celebremus in omnibus unam.
Protegit ergo virum species, cui militat ipse
Vas in vase manens; atque hac duce tutus ab hoste
Egreditur, cunctis dolor cui vincit in armis.
Pervigil excubiis commissi Petrus ovilis,
Postquam cuncta videns lustravit in ordine sanctos,
Per Lyddæ tulit arva gradus, ubi mœnibus adstans
Respicit Æneam defunctis vivere membris,
Atque anima nodis laxata mole salutis
Non moriente mori: Surgens paralatyce, dixit,
Vectorem compone tuum, nec reddere tardes
Officium portare diu: quo munere vocis
Stringitur in solidum, qui fluxerat antea nervis. C
Tunc iterum formatus homo, longique cadaver
Temporis, exstinctos ad vitam surrigit artus,
Seque levans vacui linquit monumenta cubilis,
Quod misero pars mortis erat: plebs cuncta per illam
Cœpit stare viam, multisque supervenit ampla
Unius languore salus, tactoque liquore
Expulit inclusi sua mox contagia morbi,
Fonte lavans animas alieno robore firmas.
Eloquar heic sacræ quæ sint arcana figuræ,
Si mihi corda movet, cujus vox corpora reddit.
Octo quod annorum languoris proditur ætas,
Jure per hoc tempus membris defecit ademtis,
D Antiqua sub lege jacens; jugulantia quippe
Vulnera semper habent, quorum fit saucius infans
Octavo veniente die: sanavit ab illa
Parte gravem, lacerumque diu discrimine carnis
In liquidis solidavit aquis: octavus ut ægrum
Solveret a plagis exstincti corporis annus;
Quo numero veniente die, solemne resurgens
Jam Christus sacravit opus: stat temporis usus,
Sed voto meliore redux: hinc vulnera serpunt,
Hinc ablata ruunt, ubi subdit regula pœnis.
Hic purgat medicina vadis, spatioque priore
Dudum laxa neci stringuntur membra saluti.
Signatis etiam numero paralyticus annis
Ille jacebat iners, cui proxima mota Siloa
Heu nullas præstabat aquas. Piscina ligata
E Porticibus, Judæa fuit: namque atria quinque
Ad sua claustra tenet, per quinque volumina Mosi
Legis adepta modum, cujus circumdata gyro
Debilis æternum vidit sine munere Jesum,
In libris ægrota suis: hinc eripit unum,
Cui veniens peccata tulit: quam rite figuram
Mundus ubique gerit; quem postquam sabbata solvens
Impulit ad fontem, superavit gratia legem.

V. 681. *Lampadis os*] Sic Lugd. Al. *Cur oris*.
V. 684. *Verba sonent, cum qui*] Ita Lugd. Al. *verba sonant, cum quo*: minus recte, ut videtur
V. 692. *Heptaticus*] Sic Paris. Mendose *opraticus* Pisaur. *Omnipotens* Lugd. Et V. seq. horum trium editionum prima, *Æthiopam* habet; secunda *Æthiopem*: tertia *Æthiopum*: male omnino.

V. 709. *Amabitur*] Ita omnes editi. An *armabitur*?
V. 728. *Virum*] Sic Paris. & Pisaur. At Lugd. *sui*.
V. 753. *Dolor*] Una Lugd. *ductor*.
V. 756. *Lyddæ*] Ita rescripsimus ex textu Act. IX. 32. ubi Λύδδαν legimus. Neque aliter Vulg. Omnes tamen editi *Lydiæ*, repugnante quoque metro.

Petrus ad Ecclesiam revocat documenta magistri, A
Cujus in orbe manu paralyticus exsilit unus,
Et gradiente fide sua vincula projicit orbis.
Te quoque laude potens, cælestibus inclyta signis,
Carminibus Joppe canimus, qua sede Tabitha
Mansuras fundebat opes, & semper egenis
Munere mater erat; quæ vitæ tempore clauso
Ponitur in medio, lacrymis plus lota feretro,
Post funus victura suum: fiducia Petrum
Evocat: ille gerens divini pignus amoris,
Ut numquam pietate vacet, quod vota requirunt,
Præstaturus adest: lugentia tecta petenti
Stant inopes viduique greges, & brachia monstrant
Exuviis onerata suis, quas Dorcadis ipsis
Texuerant dederantque manus. O qualia fervens
Implorat fomenta dolor! non murmure tristi
Affectum pietatis agunt, nec ab ore frequentant
Instrumenta precum: quidquid benefacta merentur,
Officiis voluere loqui, vocisque repulsam
Elegere suæ, lateant ne vulnera cordis,
Quæ lacrymis fecere viam: facunda gementi
Materia est, dixisse nihil, nimiumque sonora
Caussa petit, quod lingua tacet, nec cessat ab aure
Clamosa pulsante fide, qua Petrus aditur
Qui mentes audire solet. Jubet ocyus omnes
Ire foras, flexoque genu fit pronior auris. C
Tunc magis alta petens, oratio fusa Tonanti
Mox super astra volat, propriis quia clavibus intrat.
Dic ubi sunt mundana tuæ sapientia leges,
Qua virtute negas in se corrupta reverti,
Quæ vitam de morte vides? Ut munera Petrus
Sensit adesse Dei, quibus est reddenda saluti
Quæ defleta jacet, fatur conversus ad illam:
Surge Tabitha: vocata redit, lucique reducta
Se stupuit superesse sibi; quam protinus ipse
Prendit, & erectam turbis gaudentibus offert.
Illa manus meruit Petri contingere dextram,
Pauperibus quæ larga fuit, qua vita revertens
Cetera membra levat corpusque itura per omne. D
Hanc subiit quæ caussa fuit, si jure movemur,
Instaurata dies, animæ patet apta figuris,
Quam nimis antiqui depresserat umbra pericli.
Ad vocem conversa Petri, caput ante gravatum
Legis in obscuræ gremio, velut altera surgens
Ecclesia præsente levat, tenebrasque repellit
Lux operum comitata fidem, quæ legis ab ore
Non fuerat promissa salus, quia fonte renatis
Gratia perpetuæ cœpit dare munera vitæ.

X.

Cæsarea venerandus erat Cornelius urbe,
Gentili de stirpe satus, quem dedita caussis
Vita piis sacravit aquis, cœpitque gerendo E
Credere, qui gessit quidquid baptismate lotis
Consuevit præstare fides. Nam missus ab astris
Angelus hunc audiens: Summi in conspectibus, inquit,
Stant Domini, quas spargis opes, quæ verba precaris.
Præmia ne desint virtutibus, accipe certam
Huc Petro veniente viam. Sic voce coruscans
Nuntius, æternis fixit mundana lavacris.
Nona fuit tunc hora; magis qua rectius hora
Prodiret jam trina fides; quod tertia simplex
Hoc iterum ter trina docet, sacramque figuram
Singula ter faciunt, & ter triplicata fatentur.
Hæc est nona potens, oculos quæ reddidit orbi
Post tenebras remeante die, cum protulit ortum
De radiis lux nata crucis, cunctosque replevit
Hoc sine fine jubar: nam mundum constat onustum
Gentibus esse locum, quibus in baptismate lotis
Plena repurgato fulserunt lumina mundo.
Hanc solet ille sequi denarius, omnia donans,
Quem præcepta decem servantibus arbiter offert.
Nec finit ut tardos præcedant ære priores
Temporis hujus opem, quam sacri fontis adivit
B Prævius. O utinam nostræ petat actio vitæ,
Mortalisque sibi studium proponat origo,
Et credentis amor rerum speculetur honorem,
Et ferat exemplum meritis, qui præbuit undis!
Jamque capax fidei Cornelius, indice voto
Ad Petrum tres ire jubet: confessio trina
Sic veniet generantis aquæ, numerumque per ipsum
Europæ atque Asiæ Lybiæque tenebitur orbis.
Ardua progreditur cœnacula Petrus adire,
Jam medio torrente die: locus instruit altus
Despiciensque solum, Petrum cælestia semper,
Non terrena sequi: sextæ quoque circulus horæ
Detegit ætatem, qua Christus venit in orbem
Largiri salvantis opem, numerusque dierum
Prætulit exemplum, quo condidit antea mundum;
Quem vetat hac tandem veniens ætate redemtor
Peccati ditione premi: sic denique sexta
Fertur & illa geri, fessus de calle magister,
Cum putei super ora sedens, per vasa puellæ
Pocula quærit aquæ, requiem facturus ubique
Ecclesiæ de fonte suæ: qua Petrus in hora
Esurit, ille sitit: pius ad sua dona magister
Addere semper amans, cui nominis auxit honorem,
Dat pariter nutrire fidem. Lætabitur orbis
Hac saturante fame, quæ munere pinguior omni
Deliciosa fluit, nullumque relinquit inanem,
Perpetuas latura dapes. Qui solvere nosti,
Excute Petre meæ retinacula tarda loquelæ,
Deque tuis epulis exhaustæ porrige linguæ.
Claviger æthereus cælum conspexit apertum,
Usus honore suo: demittitur inde figura
Vasis: ut in terris sit visio, corpore Petri
Omnia posse capi, qui quidquid sumit edendum,
Ecclesiæ facit esse cibum: præfertur imago
Quattuor ordinibus se submittentibus una,
(Forma est Ecclesiæ, quæ quattuor eminet orbis
Partibus, & laxat totidem præconibus ora.)
Omne genus retinens volucrum, pecudumque ferarum,
Reptiliumque simul: mortalibus ista cohærent
Ex meritis vitiisque suis: patet ergo quod auctor
Jussit in Ecclesiæ transfundi viscera gentes,
Macta & manduca dum præcipit; abstrahe quod sunt,
Et tibi fac similes: qui vertitur, alter habetur.
Denique Saulus obit, quia Paullus vivere cœpit.
Absit, Petrus ait, quanta est reverentia Sancto
Legis! & esuriens oblatas respuit escas.
Ter sonuit Domini vox, quæ dictata saluti est.
Hoc genitor, natusque simul, sanctusque peregit

V. 837. *Hanc sub.*] Una Lugd. *Hinc sub.*
V. 855. *Mundana*] Sic Pisaur. quæ lectio magis placet, quam Paris. *mundata* & Lugd. *mandata*; quippe quæ Cornelium ritu gentilem mox baptismo tingendum respicere videatur.

V. 862. *Nata*] Ita Paris. & Pisaur. sed Lugd. *orta*: incommode quum ṽ. antecedente exstet vox *ortum*.
V. 872. *Et cred.*] Lugd. una, *Ut cred.*
V. 885. *Hac tandem*] Sic recte Lugd. Al. *hac eadem*: repugnante metro.

Spiritus: huic fidei pugnax cadit Arrius, unum A
Personas tres esse negans: Sabellius unum,
Sed Patrem confessus ait, qui deinde vicissim
Filius, & sanctus dicatur Spiritus idem,
Sed totum sit ipse Pater: quodque ordine trino
Continet unus apex, hic dividit, ille relinquit.
Victus uterque jacet: nam jussio trina monentis
Personis numerum, virtutibus indicat unum.
Quo vocat imperio gentes, hoc credere fas est,
Si volumus complere fidem. Facis omnia Christe:
Sanguine munda tuo, lateris qui fluxit ab ictu
Discretæ conjunctus aquæ: maculosus oberrat
Anguis, & exstinctum lymphis gemit esse venenum.

Comperit accitus quæ sit sua visio Petrus B
De merito qui nomen habet: nam Petrus Hebræo
Agnoscens sermone sonat: pro munere Christus
Sic vocitare dedit, quo cognoscente patescit.
Descendit visurus eos, quos miserat illuc
Qui laticum quæsitor erat: descendere Petrus
Dicitur ad plebem veniens gentemque novellam,
Quæ necdum cognorat aquam. Pars mersa profecto est
Sacro fonte carens, cujus via ducit euntes
Ad patriæ melioris opem: qua pergere cessans
Non intrat quo vita vocat. Comitantibus iisdem
Cornelii properat, cælestia regna daturus,
Sanctificare domum, genibus quem poplite flexo
Non finit advolvi: gratis dare munera suetus, C
Arcet honoris opus: caput hinc novus erigit orbis.
Qui percussus eras antiqui dente parentis,
Natalemque tibi fons reddidit, edite rursus
Ne preme colla tuis, alienis libera culpis.

Ut primum fari sublimia dogmata Petrus
Cœpit, & æterni mysteria pandere Christi,
Magnanimi stupuere viri, vocemque sequentes
Invenere viam. Quid non credentibus offert
Indubitata fides, cui numquam munera tardant?
Nec faciunt divina moram: mox Spiritus almus
Indulgens varias opulento munere linguas,
Complevit sine more domum: baptisma frequentat
Petrus, ut ablutos flammis purgaret in undis.
Exemplo caret iste locus, quo Spiritus almus D
Prævenit, quas sanxit aquas; qui talia semper
Addere dona solet, solisque ex fonte renatis
Imposita properare manu: gerit ista vicissim
Ne quisquam putet esse suum, meritisque venire;
Quod variat, qui sponte parat: nam Spiritus almus
Nescia mensuræ fert præmia, plusque ministrans
Quam sperantis erat, præcedit gratia votum.

XI.

Pervenit hinc abiens sublimem Petrus in urbem
Quæ retinet vexilla crucis. Plebs cuncta requirit,
Gentibus unde salus, aperit quibus omnia doctor;
Subjungensque monet, numquam fas esse negari
Quæ veniunt bonitate Dei: sententia voce
Digna, pii monstrare palam custodis amorem, E
Ut velit ad cunctos cælestia regna patere,
Qui tenet has sine fine fores. Quid turba querelis
Gaudia nostra teris? non sunt nova munera Petro
Tot vicibus signata prius, cum nominis almi
Huic Christus dat laude frui; quem jura locavit
Ecclesiæ portare suæ, cum littore naves
Prospiciens adstare duas, præcepta ministrans
In Petri vult puppe vehi. Synagoga profecto
Sicca remansit humi, postquam doctrina magistri
Ecclesiæ dedit alta sequi: stat perfida terris,
Jam pelago currente fide: sua quippe figura
Hæsit utrique rati. Joseph Judæa vocabat
Hunc natum, cui Petrus ait: Tu Christe probaris
Filius esse Dei. Pars hæc defigitur arvis,
Quæ cecidit terrena sequens: processit in altum
Quæ crevit divina loquens, cum pisce sine ullo
In tenebris captura fuit, jam tempore lucis.
Lux quia Christus adest, spoliat vada salsa draconis,
Ut cunctos ad littus agant sacra retia pisces,
Et de cærulei rapiantur fauce profundi.
Nam mare mundus erat, cujus de gurgite Petrus
Humida lina trahens, verbo piscante carinas
Complevit majore sinu; quia turba duobus
E populis ventura foret, gentesque levavit.
Tunc famulante salo, plenaque in puppe fatetur
Ecclesiam, cujus placida statione recondit,
Quod Domini sermone capit; qui dixerat ante
Esse alias quas quærat oves: has nempe parabat,
Quas nunc rite vocat, per quas clementia Petri
Congregat æthereis humana peculia septis.
Non deerit sua fama locis: Petrus omnia prendens,
Bethsaida satus urbe fuit, quæ nomine Hebræo
Venatorum est dicta domus: quia verus ab illa
Ecclesiæ venator adest; qui cuncta peragrans
Cinxit, & ad fidei collegit retia gentes.

XII.

Clauditur obscuro, sed non sine lumine, Petrus
Carcere, nec possunt tenebræ caligine furva
Ecclesiæ celare diem. Commune per omnes
Supplicium timor ille facit: custodia Petri
Publica pœna fuit: proprium sed pastor ovile
Servato custode regit, quem ditat honore
Ter Dominum confessus amor. De nomine petræ
Nomen Petrus habens, æterna vocabula portat,
Fundamenta gerens numquam passura ruinam.
Exspectate tuis, cunctoque in tempore carus
Et nobis jam Petre veni, simul omnibus exi,
Quos stimulat nunc cura prior. Jam nocte profunda
Angelus astra ferens, ergastula candidus intrat,
Se comitante die: cæli veniente ministro,
Carceris umbra fugit, pulsæ periere tenebræ:
Lucifero radiante novo color exsulat ater,
Et mutata vident nocturna crepuscula solem.
Custodum vallante manu inter vincula Petro
Corpore somnus erat: sed cum vigilaret in illo
Quæ nescit dormire fides (hoc Cantica clamant,
Dormio corde vigil) læti documenta figuræ
Discite, qui liquido meruistis fonte renasci:
Et quæ forma manet sacrato in corpore Petri,
Cernite corde pio: docet hanc virtutis apertæ
Angelus ipse viam: tangens latus impulit, in qua
Ecclesiæ stat parte caput, qua nuntius ortum
Noverat, inde levat. Lateri subnexuit arcæ
Ostia sancta Noe: clausis animalibus hinc est
Diluvio vastante salus: producitur Eva
Dormitante viro, lateris generata propago,
Nomen habens vitæ: si numquam culpa fuisset,
Sic mansura magis. Christus post mysticus Adam
Dignatus dare membra cruci, atque in carne peremta


V. 918. *Huic fidei*] Ita Lugd. quam quidem lectionem sensus & metrum requirunt: adeoque respuenda lectio Paris. *huic fides*, & Pisaur. *huic fidens*.

V. 929. *Oberrat — gemit*] Sic Paris. & Pisaur. At Lugd. *oberret — gemat*.

V. 951. *Sequentes*] Ita Paris. & Lugd. Sed Pisaur. *loquentes*: quod non placet. Nam mox de linguarum dono mentio.

V. 990. *Pisces*] Sic recte Paris. & Pisaur. Unde vero hauserit Lugd. vocem *fontis* pro *pisces*, me omnino fugit.

V. 1002. *Fama*] Una Pisaur. *forma*. Mox Lugd. *prendens*, & ψ. seq. *satus*: quas quidem lectiones prætulimus iis, quas proferunt Paris. & Pisaur. *prudens* & *procul*.



Morte premi, qua vita redit; nova dona liquoris A
Per lateris sacravit iter. Nunc Angelus illa
Petrum parte vocat, mens credat ut omnis in ipso
Ecclesiæ constare decus, teneatque superno
Assertore fidem; quo calceamenta monente
Hi meruere pedes, tetigit quos dextra magistri,
Quæ totum mundavit aquis. Gradientibus illis
Conclusæ cessere fores. Putat omnia somno
Ludificante geri, cui præmia vera paravit
Majestas ignara doli. Jam ferrea claustris
Porta patet, rigidi laxant sua vincula postes.
Gentibus abscindens duræ feritatis acumen,
Aspera cuncta domat, ne janua fixa vetaret
Orbis iter, quo cursus erit. Dic gloria rerum, B
Ferrea quid mirum si cedunt ostia Petro,
Quem Deus æthereæ custodem deputat aulæ;
Ecclesiæque suæ faciens retinere cacumen
Infernum superare jubet? Mox liber ab hoste
Divinum celebravit opus, quem prima puella
A tenebris remeare probat. Quia gratia Christi
Rem dedit esse parem, visus adit ipse resurgens
Femineos; loquitur redeuntis gloria carnis,
Ad sexum quem mater habet: patet hinc quoque vatem
Ecclesiam sensisse suum, quæ gaudia portet
In cunctum diffusa gregem. Quis talia fando
Explicet, aut verbis attollat pondera rerum?
Maximus ille pavor gelidos qui strinxerat artus,
Lætitiæ mensura fuit: manet omne per ævum
Pignoris hujus apex, & sideris obtinet instar,
Corpore quod Petrus sacravit, & Angelus ore.
His solidata fides, his est tibi Roma catenis
Perpetuata salus: harum circumdata nexu,
Libera semper eris. Quid enim non vincula præstent,
Quæ tetigit qui cuncta potest absolvere? cujus
Hæc invicta manu, vel relligiosa triumpho
Mœnia, non ullo penitus quatientur ab hoste.
Claudit iter bellis, qui portam pandit in astris.

V. 1044. *Monente*] Ita Parif. & Pisaur. recte: *quo scilicet monente* Angelo. Male Lugd. *movente*.
V. 1062. *Vatem suum* — Una Pisaur. *partem* — *suam*. Al. ut in textu.
V. 1067. *Manet*] Sic recte Parif. & Lugd. Non bene *manat* Pisaur.

LIBER II.

XIII.

Spiritus accensam verbo radiante lucernam
Sub modio lucere vetans: Secernite Saulum, C
Dixit in oris opus; quem mox sacravit euntem
Imposita Petrus ille manu, cui sermo Magistri
Omnia posse dedit. Cyprum, Salaminaque linquens,
Pergit adire Paphum, quæ fertur amoribus olim
Dedita, sacrilegæ mansisse libidinis antrum,
Aligerosque vagos studio coluisse procaci.
Hinc operum procedit apex, quia gratia major
Ad delicta venit: culpas hinc posse remitti,
Exemplum jam Paullus erat. Quam splendida laudum
Materia est adjecta viro! primordia casta
In luxus regione ferit; fructusque pudicos
Multiplicat lascivus ager, cui nescia post hæc D
Difficilisque foret, cum sic videatur honestas
De turpi cœpisse loco, pars ne qua vacaret
A meritis jejuna: tamen molitur iniquus
Eloquio certare magus; (contraria semper
Virtuti fecere viam) jaculata retorquens
Ecclesiæ bellator ait: Fallacia monstrat,
Quo pereas genitore satus: confinia mortis
In tenebris patiere tuis, neque cernere solem
Tempus ad usque datur, rerumque attendere formas,
Artificem quibus esse negas. Tunc nubila vultum
Cæruleis fixere notis, & pectoris atri
Venit in ora color: quærit jam calle negato,
Quo duce tutus eat, cujus pede gressibus instet, E
Quis tribuat miseratus opem, vacuasque per auras
Erroris palpavit iter. Proconsule Paullus
Mox didicit lucere fidem, cui caussa videndi
Nox aliena fuit. Non sunt nova, Paulle, salutis
Obsequia, & tenebris lucem bene surgere nosti.
Omnia secretam referant documenta figuram,
Si libeat vigili pulsare latentia sensu.
Jure docens Paullus, miracula condere cœpit,
Ex oculis jubar unde sui micat altius oris,
Amisso crescente die: sic nuper iniquum
Subdere dignus erat, tenebrisque fatentibus hostem
Vincère, qui cæcus meruit sine fine videre.
Antiochi dictam de nomine visitat urbem
Paullus, & exemplo properat dare verba catervis
Quas synagoga tenet, dextraque silentia mandans:
Nostis, ait, patribus tellus Ægyptia nostris
Qua posuit feritate jugum, crudelibus arvis
Quos rapuit per signa Deus, quibus omnia cedens
Mutavit natura vices, cum virga fugavit
Terga maris fluctusque suis stetit exsul ab oris,
Pulvereo de calle placens, pontique facultas
Obsequio est subjecta pedum, redeunte profundo
Naufragium factura reis: quæ vertere jussa
Per varios sua jura modos, his stravit arenas,
His cumulavit aquas, justis via, fontibus unda.
Cum percussa silex venis spumavit apertis,
Æquoreos enixa lacus, de vertice sicco
Flumineum largita vadum, non pristina morem
Gessit origo suum, veterem nec præbuit usum,
Dona novella gerens: quam lex æterna coegit,
Non innata sequi, disiunctaque semina monstrant
Posse dari de rore dapes, de caute liquores.
Nam ne pauca piis fluerent miracula caussis,
Saxa vomunt latices, & inundant nubila panes,
Aeriusque liquor solidis induruit escis.
Quæque diu vacuas renuerunt agmina fauces,
Frugiferis saturantur aquis, nimbique coloni
Dant epulas, pluviamque vorant, & manditur imber.
Sic invicta manus, sic gratia plena creantis
Scit querulos nutrire greges, & ponere sacros
In patria meliore choros, ut ventris amœni
Fructus ad æternæ florescat semina vitæ.
Davidica nam stirpe satus genitrice Maria
Christus adest, quem tota canunt oracula vatum
Venturum sub carne Deum, se seque creantem
Virgineos intrare sinus. Evolvite quidquid
Sabbata vestra tegunt, typicæ documenta figuræ:
Perspicitis fulgere sacris præsepibus Agni.
Cujus ab igne senes hauserunt dicta Prophetæ:
Et dedit ante loqui, quod cœpit postea nasci.
Clamavit virtute potens Baptista Joannes:
Non ego sum: post me veniet, cui tangere non sum

Vers. 10. *Hinc poss.*] Sic recte Pisaur. Al. *huic poss.*

Calceamenta pedum dignus, neque solvere summam, A
Quæ ligat excelsas humilis corrigia plantas.
Quam bene vox Paulli cecinit præcepta lavacri,
Permiscens antiqua novis! nec Epistola cessat
Hæc iterare docens: patres baptismate nostri
In rubro fulsere freto, sub nomine Mosis
Per legem, cum petra simul sequeretur euntes.
Nam petra Christus erat. Quid adhuc gens surda requiris?
In libris sonat ecce tuis: ne credere tardes.
Consule signa maris, quæ mystica dona susurrant
Temporibus ventura crucis, cum sanguine Jesus
Tinxit aquas; laterisque uno de vulnere fluxit,
Quod vitæ tria dona daret: rubor æquoris ille B
Caussa futura fuit: sic conditor abluit omnes,
Sic emit: hic pretii color est in gurgite ponti,
Apparentque sacro miracula debita ligno.
Sæpius obscuris radios infundere fervens
Mentibus, hæc rursus memoravit in ordine Paullus.
Postquam signa Dei carnis vestitus amictu
Christus ubique dedit, faciens manifesta quod orbi
Venerit ipse salus, stimulis agitata furoris,
Impia turba fremens, petit hunc ab jure Pilati
Suspendi, figique cruci terrena propago;
Vota quod optanti non possint omnia ferre
Sponte salutiferi cesserunt munera Christi, C
Qui libertatis pretium tibi venit ab astris,
Perdita restituens, tumulisque jacentia tollens.
Respice, quam proprio maneas obnoxia regi.
Ne pereas, vult ipse mori. Post tristia fata,
Quin etiam custode dato, signare sepulcrum
Ad geminum voluere nefas, Dominoque paratam
Surgendi damnare viam. Proh cæca voluntas,
Quæ putat æternum mortali lege teneri,
Et non posse sibi post funera reddere membra,
Qui toties aliena levat! Meministis ab ore
Davidicæ resonare lyræ: Corrupta vetabis
Sanctum nosse tuum. Poterat ne in pulvere leti
Ferre moras, qui vita manet? quem suscitat auctor, D
Nil patiens de morte Deus? Mors denique victa est,
Vincendi transgressa modum, quæ judice tacto,
Linquere jussa reos, spoliis vacuata vetustis,
Per sua bella cadit; veniensque absolvere vinctos,
Non retinendus erat. Sors ultima cœpit averni
Jam vita præsente mori, quæque omnia subdens
Ante fuit, tunc ipsa perit, triduoque peracto
Lucis iter quod fecit adit, quo tota resurgit
In Domino natura suo. De lege videtis
Laxari non posse necis. Hunc quærite cujus
Sanguine mundati, regno sociamur herili,
In cujus jam parte sumus, sub pignore carnis
Quam voluit portare Deus. Tunc dogmata quosdam E
Ecclesiæ dant ista viros. Vetuere loquelas
Ulterius proferre pias. O semper inanis,
O sterilis Judæa tibi, quæ semina vitas,
Ne fructus afferre queas! quibus ore magistro
Paullus ait: Vos ista quidem vos nosse deceret;
Ast aliis hoc lumen erit; nam scripta fatentur:
Lumen in extremis posuit te gentibus esse.
Gentiles stupuere globi, fontemque sequuti
Sumere promissæ cupiunt novitatis honorem,
Et lympha genitrice sati meruere renasci.
Compellor ratione loci pro munere tanto
Historiæ pulsare fidem, quæ prodidit olim
Cum populos gentesque duas in ventre Rebecca
Ferret, & angustis includeret agmina muris,
Consuleretque rogans oranti corde Tonantem,
Responsum meruisse Dei: Prior, inquit, in istis
Inferior breviorque manet, majorque minori
Serviet, & juvenis palmæ potietur honore.
Quidquid in hoc utero fecunda puerpera gessit,
Ecclesiæ conceptus habet, formamque sequentum
Gentilis concursus agit, qui crescit in alvo
In qua victor erit: quod jam meminisse necesse est,
Et studiis celebrare bonis: famulemur ut illi,
Cujus ab affectu nos contigit ante vocari,
Quam nasci; qui dona prius, quam tempora præstat.

XIV.

Jamque Lycaonios incedens passibus agros,
Lystram Paullus adit: fuit hac tunc claudus in urbe
Supplicio comitante satus: vestigia ferre
Nescius ex utero, membris pars cœperat ægri
Se nascente mori. Comperto dogmate Paulli,
Quo monitore piæ tendunt ad sidera mentes,
Mox voluit divina sequi. Bene claude jacebas,
Has primum graditure vias; petis æthera mente,
Cum necdum movearis humo, pedibusque negatis
Longius ire vales. Paullus speculatus in imo
Pectore quid caperet, claudique fidelis amorem
In verbo jam stare Dei, sic clarius infit:
Surge citus, rectusque tuis imponere plantis.
Exsequitur præcepta salus: & calle novello
Progreditur persona vetus, motuque frequenti
Pulsat ubique solum, perque omnia currere tentans,
Sæpe timet quod nescit iter, modo gressibus ortus
Annoso languore senex. Quod ut agmina cernunt,
Exclamant, divumque vocant, ac serta ministrant,
Ut mactanda feri procedat victima tauri.
Paullus ad hæc tunicam rumpit festinus, aperta
Sic prohibens ratione viros: Sollemnia nobis
Cur precor ista datis, fragili quos corpore constat
Terrena sub lege premi? Fuit impius olim
Relligionis honor, cum numina fusa metallis
Artifices timuere sui, cum templa dicarent
Abscissis de rupe diis: tunc forte libebat
Innocuos mactare greges, fibrasque tepentes
Consulere, & vocem pecudis morientis in extis
Quærere: nunc libeat vanis cessantibus aris
Æterno parere Deo, qui semina vitæ
Præbuit, & variis proventibus arva locavit:
Cujus ab imperio plenis consurgit aristis
De grano moriente seges, palmesque recisus
Vulnere conceptas fecundius educat uvas:
Quo moderante polum succedunt solibus imbres,
Tempora temporibus: quæ cum fugitiva recurrunt
Post sua terga, vagi constantia permanet anni.
Discite jam verum sacra de Virgine natum
In terris celebrare Deum: nec vota feratis

V. 80. *Summam*] Ita Pisaur. Al. *summa*.
V. 95. *Sacro*] Sic Paris. & Pisaur. At Lugd. *vado*.
V. 108. *Fata*] Omnes editi, *facta*.
V. 127. *Necis*] Ita Paris. Al. [illegible].
V. 134. *Magistro*] Una Lugd. *magistri*.
V. 141. *Compellor*] Sic Lugd. Al. *Convenior*.
V. 166. *Caperet*] Una Lugd. *cuperet*.
V. 172. *Ortus Annoso lang.*] Pisaur. *ortus Annosos languore senex*. Nullo sensu.
V. 182. *Libebat*] Paris. & Pisaur. [illegible]: quod minus placet. Lectionem prætulimus [illegible] quæ item mox habet [illegible] v. 185. ubi al. [illegible].

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 551.

Lanigero damnosa gregi, quos liberat Agnus A
Unicus, ablutum qui sanguine comparat orbem.
His dictis instructa fides: sed corporis usus
In geminum processit opus, duplicemque figuram.
Personat una salus, toto quod in æquore mundi
Ecclesiæ duo sunt populi, per verba duorum,
Cui plenas captura duas facit esse carinas.
Namque hæc humano generi collata vicissim
Claudorum docuere pedes, quibus adstat imago
Singula quæque gerens, populo communis utrique.
Quem Petrus antiquis tribuit consurgere plantis,
Ad portam vicinus erat: gens venit ab illo
Circumcisa loco, Psalmi, Lex, atque Prophetæ
Qui Christi cecinere diem: quem Paullus ab arvis, B
Erigit, ad Templi numquam consederat ædes,
Longinqua tellure jacens; quia gentibus orsus
Cœpit ab ore pio solidæ vestigia mentis
In turbas proferre rudes, populoque mederi
Quem latuit vox prisca Dei. Sic claudus uterque
Cum properat, genus omne levat, gentisque salutem
Personæ signavit iter, quæ gloria rerum
Contulit, ut Petro Paullum gerat ordo secundum,
Qui fundamentis manet architectus in illis.
Ut tamen auctoris memoremus ad omnia laudes,
Hi duo sunt cæci, properantibus undique turbis
Qui Domino dixere simul: Fili optime David, C
Da tenebras exire graves, da cernere lucem
Quam nescimus adhuc: subitum tunc illa medelæ
Semper amica manus jubar intulit, atque reliquit
Nox oculos, exsulque dies illuminat orbes,
Expavitque redux inopina crepuscula visus.
Hos populos liquet esse duos, quos noxia venæ
Cæcavit natura suæ: clementia Jesu,
Cum celebravit iter, cum tempora carnis habere
Se voluit, de luce novat, purgatque figuram
Quam delicta dabant: moxque integra fulsit imago
Quæ meruit servire Deum. Pars juncta cerebro
Maxima sunt oculi: creat hos in munere Christus,
Qui caput & splendor rerum est. Pars omnibus ima
Sunt in fine pedes: hos sanat in aggere cura D
Vocis apostolicæ. Quomodo speciosa vocantur,
Quæ pacem cunctis portant vestigia terris!
Exortum est lumen tenebris per dona Magistri:
Hi statuunt gressus, quibus est sors tradita verbi;
Ut vigeat medicina sequens bonitate prioris,
Paullatimque salus in totum transeat orbem.

XV.

Jam rabidas hominum Paullus superaverat iras
Velificante fide: subitas vomuere procellas
Judaica de nube doli: Non primitus ulli
Posse lavacra dari, quam circumcisio carnis
Accedat de lege Dei. Gens dura quid ultra
Ad lapides ferrumque vocas? hoc umbra figuræ, E
Non species mansura fuit: simulata relinque,
Quæ jam certa vides: Christi processit ab ore
Vita manens, omnesqne jubet de fonte renasci
Qui veniunt: cur membra secent, partemque resolvant,
Cum totum salvare queant? Ne quære vetusto
More premi novitatis opem, deflexaque retro
Lumina constitui, postquam via rectior omnes
Dirigit, & cæsis illustrat sentibus orbem.
Lite sub ambigua Paullus loca tendit ad urbis
Cui radiant monumenta crucis, sanctosque revisit
Juris apostolici proceres, quibus omnia præsens
Quæ sunt gesta refert. Petrus, cui maxima cura est,
Commissos augere greges, ad pascua cunctos
Se duce læta vocans, has explicat orbe loquelas.
Cernitis æternum sæculis memorata vetustis,
Quæ populo docili cecinerunt ore Prophetæ,
In nobis complesse Deum: qui maluit emtor
Omnibus esse salus, nullum discernere passus
In pretio quo vita redit: mihi jussit apertam
Gentibus hanc monstrare viam. Quid vota morari
Tardarique juvat? quidve hæc ænigmata prodest
Misceri cum luce nova? quos gratia purgat,
Ut veniant lex nulla vetat: cælestis amoris
Materia est festina fides: hanc Christus adoptat,
Hanc facit esse suam, qua quisque merebitur uti.
Circumcisus adest, & jure renascitur undis.
Pastorem statuere sequi. Placet ergo ministris
Ire simul, scriptisque piis absolvere gentes,
Hoc illis non stare jugum: tamen esse cavendum
Ne simulacra colant, quorum libamina semper
Exsecranda forent: ne suffocata cruore
Quæ maculantur edant: ne sævior hoste libido
Hos impura premat, quos lux baptismate mundat.
Clarius ut liqueant hujus documenta figuræ,
Et progressa prius cur jam discedat imago,
Principium meminisse juvat. Deus inquit Abraham:
Ut testamentum tibi nunc sobolique perenne
Constituas in carne meum, præputia ferro
Circumcide libens, & fœdera necte superna.
Secretam scrutemur opem: videamus in isto
Vulnere pacta Dei, quæ testamenta recondit
Præscius, ut terris consortia jungat Olympi;
Quæ didicit jurare puer, qui primus ad undam
Repperit Ecclesiæ currentem fonte Rebeccam.
Corporis ille locus quo circumciditur Abram,
Luxuriam lascivus habet, vitiisque minister
Naturæ sub lege jacet: pater ipse futurus
Seminis, unde salus ad vitam pullulat orbis,
Evacuat quod culpa gravat: truncata libido
Virgineum promittit opus: hæc namque propago
Divinum concepit iter. Hinc sacra Maria est
Ad partum generata novum, quæ conjugis expers
Mater inest, natusque Dei de Virginis alvo
Emicat, atque hominem mediator in omnia complet,
Hinc terrena levans, illinc cælestia præstans.
Præterit ergo vetus Christo nascente figura:
Hæc facies jus omne novat, cultroque fugato,
Spiritus ardescens cor circumcidit in undis:
Qui sanantur aquis, ne figant vulnera membris.
Nescius interea curis laxare quietem,
Paullus in orbe docet, verbique ligonibus omnes
Excolit, & fidei cogit flavescere messem,
Errorum fugiente gelu; quem Spiritus almus
Hæc Asiæ proferre vetat: nec Mysia quivit
Dives agris hujus tunc semina ferre salutis,
Fecundo jejuna solo. Vir quippe Macedo
In somnis hæc visus ait: Miserere, precamur,
Illyricos dignate sinus. O gratia quantum
Improvisa parat! Subito inflammantur amore
Qui positum jam tempus habent, si nocte fugata
Doctiloquus convertit iter, fructuque loquelæ
Vescitur esuriens Macedonia, perque soporis
Dona salutiferam meruit comprendere linguam.
Quæstio crebra sonat, quia plenus munere largo
Prædicat omnipotens, Non veni perdere mundum,
Sed salvare magis: faciat quæ caussa negari
Hæc aliis, aliisque dari; cum prodiga Jesu
In commune venit pietas succumbere cunctis?

V. 228. *Cum cel.*] Lugd. *Tunc*: male.
V. 236. *Cunctis*] Sic Lugd. Al. *sanctis*: minus bene.
V. 266. *Quid vota*] Sic optime Parif. & Pisaur. Pessime vero Lugd. *quod vita*.

Suppetit affatim exemplorum copia, nosque A
Lectio multiplicem docet hac in parte figuram,
De qua pauca canam, Luca narrante relatum:
E populo quidam Christo comes ire rogabat,
Quem secum prodire vetat, qui deinde tacentem
Sponte vocat. Novit mundans interna Magister,
Quæ verbum jam corda ferant, quos obstruat intus
Error iniquus adhuc; ut tunc doctrina ministret
Officium, cum tuta venit; Ne sancta, quod inquit,
Incipiant violare canes, cœnoque gravati
In margaritas vertant contagia porci.
  Altera res etiam superest in carmine dura.
Sed quibus ex veteri patuerunt omnia fonte,
Ore datas tenui facile est advertere guttas.
Exodus ille liber memorat velamina sacri B
Pontificis, qua nempe queat splendescere veste,
Officiique habitum nitido componere cultu,
Qui segmentatus mediis altaribus adstat.
Quas inter species parili numerantur amictu
In femore exuviæ, quibus indumenta pudoris
Progrediens ad templa locet, studeatque sacerdos
Renibus obstrictis mysteria castus adire.
Quod statuit lex prisca magis, devinctaque jussit
Tunc hæc membra tegi, quæ possidet atra libido,
Cum properat libare Deo, laxata relinquens
Conjugio, post sacra tamen, ne parcior usus
Ad sobolis non staret opus, sterilique marito
Connubii frigeret amor, cum certa propago
Hoc solemne gerens, nullos admitteret umquam C
Externa de stirpe viros, ubi nomine prisco
Ex adytis perdurat honor prolesque per ævum
Sanctificanda redit, vicibus supplenda creandi.
  Ecclesiæ nunc alma fides sine fine pudicos
Pontifices jubet esse suos, & quærit in omni
Cauta tribu quos rite probet: nec sanguinis iste,
Sed meriti successus erit: tamen illa figura
Qua sine nulla vetus subsistit littera demum,
Hoc melius novitate manet, variatque recurrens
Alterna ratione vices, ne forte sacerdos
Tunc generare velit, cum necdum mente capaces
Cernit adesse greges, cumque instat nobilis ardor
Discendique fames, ut apertius ora resolvat,
Ne quisquam jejunus eat: nam semine verbi D
Prolem posse dari, Paullus quoque sæpius inquit:
Filioli dicendo mei. Juvat ergo parumper
Eloquium genitale premi, studiumque docentem
Dispensare suum, laxans pro tempore vires
Ingenii, strictasque ferens, ne fusa profani
Conculcata terant, mundatis sancta reservans.
Fas vetat inde queri: culpis hoc imputat Adæ
Venæ pœna suæ. Quid enim rea fauce parentum
Progenies sibi jure petat, sator ille benignus
Ni donare velit, quidquid temerarius error
Corrupto natale tulit? via sola salutis,
Affectus parcentis erit: miseratio semper
Conditione caret: præstans indebita Christus
His pius accelerat, justusque his munera tardat. E
  In Macedum terris cum mœnia nova Philippi
Doctoris celebraret iter bacchata puella,
Sub stimulo Pythonis ait: Paullum esse ministrum
Æterni scitote Dei. Professio vera
Mendaci de teste sonat, vocemque fidelem
Perfidus auctor habet: sed non defertur honori,
Quod cogit formido loqui, nec mente cohæret,
Nudus amore timor. Paullus miseratus ab atro
Dæmone corda premi, nolensque licere profano
Divinas aperire vias: Fuge, dixit, & ista
Ulterius tentare cave. Nil jussa moratus
Hostis abest, vacuamque domum possessor iniquus
Deserit, ac profugo mulier sanata periclo
Conticuit de laude viri, quæ cœpta peregit:
Plusque tacens hoc esse docet. De munere vulgi
Hæc quæstum faciebat heris, quos turbidus implet
Quo caret ille furor; populique procacis in aure
Seditione fremunt, Romanis obvia sacris
Sacra dari, ritusque novos exire per orbem,
Et veteres cecidisse deos. Tunc agmina raptim
Fustibus innumeris eliso corpore Paulli
Conveniunt ubi carcer erat, quem sedibus imis
Includunt, comitante Sila vestigia, quorum
Ligno mersa cavo vinclis tenuere beatis.
  O felix de clade locus, cui clara refulgent
Lumina pro tenebris, in quo dedit esse perennem
Nox antiqua diem, niveam translatus in aulam
Ecclesiæ, cunctisque ferens modo dona salutis!
Quam bene carcer erat, tota concurritur urbe,
Qui primus nova tecta petat, quive oscula figat
Postibus, & tacta sacretur parte cylindri.
Jam nocturna quies per corpora serpere fessa
Cœperat: exsiluit tellus minitata ruinam
Visceribus concussa suis; & claustra relaxans
Mota vagatur humus, servitque canentibus hymnum
Tempestas famulata soli. Proh quanta patescis
A nullo superanda fides! veniente periclo
Pœna fugit, geminoque metu discrimina crescunt,
Ut perdant tormenta locum. Tremefactus ab alto
Excutiens sua membra loco, cum libera custos
Cerneret antra, necis gladiique mucrone retecto,
In jugulum vult ferre manum: sed non licet illi
Paullo teste mori, cujus solamine vitam
Repperit, atque suo meruit de carcere solvi.
Descendensque domum, sacris fomenta ministrat
Vulneribus, liquidamque parat sibi redditus undam,
Cælestem nacturus aquam: nam corda saluti
Figere Paullus amans, cunctos simul amne fluenti
Diluit: ætherei patuit cui luminis ante
Gratia, non perimi, crevit post vita renasci.
  Blandiloquis olim capta est sermonibus Eva
Deceptura virum: nunc improbus ora puellæ
Qui tunc dæmon agit, repetens ad crimina sexum,
De quo prædo fuit, multis ventura canendo
Peccati conceptor erat: sed Apostolus Adam
Jam melior, cæleste levans in imagine signum,
Qui fuerat terrenus homo, nec certa recepit.
Nam fallit quod ab hoste venit, metuamus ut omnes
Hoc audire nefas, nec corrumpamur amari
Melle doli, si vera canat qui falsa ministrat.

XVII.

  Ingeniis claras & linguis Paullus Athenas
Ingreditur, tumidamque feris conflictibus urbem
Eloquio torrente premit; quem turba profari
Doctisonis mirata modis: Quibus, inquit, ab oris
Verborum venit iste sator? Plebs nescia Paullum
Semina ferre vocat, fruiturque errore magistro
Vera loquens: namque hic facundus in orbe viator
Ambulat atque colit; cujus labor omnibus instat,
Ut crescat divinus ager, purgataque fructum
Mens humana ferat; lolii ne sordeat herbis,
Quam segetes portare decet. Manus æmula cogit

V. 349. *Libare*] Mendose *liberare* Lugd.
V. 361. *Demum*] Pisaur. *donum*.
V. 381. *His mun.*] Ita recte Lugd. Al. male, *hic mun.*
V. 382. *Nova*] Pisaur. *nona* & V. 393. *adest*. Utrobique mendose.
V. 391. *Divinas*] Improvide Lugd. *Divitias*.
V. 397. *Quos turb.*] Sic recte Lugd. Al. perperam, *quo turb.* Male item Pisaur. V. seq. *Quo caret* ILLE.
V. 414. *Minitata*] Male Pisaur. *imitata*.
V. 421. *Loco*] Lugd. pessime *toto*.
V. 429. *Figere*] Rursus male Pisaur. *fingere*.
V. 435. *Canendo*] Non bene *canenda* Pisaur. Neque melius Lugd. mox ♥. 437. *levans* pro *levans*.



Ad proceres hunc ire simul, quibus edidit adstans: A
Cecropidæ, quos fama canit sermone diserto
Gymnasiis vernare suis, ubi præsidet altus
Sacrilegæ novitatis amor, vos cernimus aram
Ignoto posuisse Deo, qui condidit astra,
Qui pelagus terrasque dedit, quem vita parentem,
Ut moveamur, habet; cujus spiramus ab igne,
Cujus imago sumus, de quo cecinere Poetæ,
Hinc hominum constare genus; quem prædico, cuncta
Sanxit ab ore suo; cur hæc divina vocatis,
Quæ facitis, vacuoque metu cæleste putatis
Auxilium, quód gignit humus? natura metalli
Visceribus latet ima soli, quibus eruta sumit
Ingenii fabricantis opem, seu numina templis B
Hinc veniant, seu vasa focis: sibi caussa timoris
Ars, operata deos: Dominum super omnia fusum
Claudere nemo potest, parvisque arctare figuris.
Quod capitur, minus est spatio capientis: in auro
Materia est: opifex rerum non sustinet usum,
Quem simulant, quos ipse creat. Quam dura luetis
Crimina, quam stultam se se sapientia vestra
Judicii est sensura die, cum corpora Christus
Surgere cuncta jubet, tormentaque fine carebunt,
Utque reos cruciet, servat quos devorat ignis!
Sic caro juncta Deo carnales expiat actus,
Et commissa sibi coram hæc examinat ultor,
Quam voluit moriente pati, quam funeris expers
Vivificare volens, post tartara reddidit astris. C
Hæc multos ad dona vocant: Dionysius ipse
Primus in arce loci nova præmia jungit honori,
Complexusque fidem, sic incipit esse sophista.
O lupe Paulle rapax, (dedit hoc benedictio Jacob
Nomen habere tibi) quid jam remanebit in orbe
Quod non ore trahas, postquam sollertia Graia
Cessit, & invictas in dogmate vincis Athenas?
Cur Epicuræus, vel Stoicus impia soli
Bella cient? referare opus est, quo nomine multi
Sectarum coiere greges: vitam ambo beatam
Elegere sequi, quam corpore diligit alter,
Hic animi virtute colit: dat & actio Paulli
Ad vitam præcepta piam: sic themate juncto
Hi magis alternis solverunt vocibus ora. D
Corporis atque animæ commissus partibus exstat
Plenus homo; sed nunc studiis diversa sequentes
Ambo volunt quod neuter habet. Vas lumine plenum
Subdit utrumque Deo: Video clamans caro menti
Quam sit iniqua meæ. Rursusque salubriter infit:
Non propria de parte geri, quod gratia donat.
Hoc celebremus iter: vita est: quia Christus, & ipse
Se vocat esse viam: per se gradiamur, ut ad se,
Sanctaque ne pedibus possit cessare lucerna,
Præco datus fidei vestigia suggerit orbi.

XVIII.

Attica discedens jam liquerat agmina Paullus, E
Eloquiis superata piis, bimarisque Corinthi
Mœnia juncta petens, populosam repperit urbem;
Quæ licet alterni contingeret æquoris undas,
Perpetuas sitiebat aquas. Ibi Ponticus ille
Aquila tunc præceptor erat, vir plurima laudis
Instrumenta gerens, cujus se Paullus amico
Contulit hospitio, sociam dignatus adire
Artis amore domum: nam scenæ factor uterque
Pollebant operis studiis, & dogmate legis.
Christus ait: Nunc Paulle doce: non obviat ullus,
Me comitante tibi: quæ sit mihi mœnibus istis
Turba, vides: insiste loquens: ego pectora firmo.
Ista monent, nullos umquam de munere tardo
Posse queri, gratis quod dat clementia Christi.
Tecta sub ambiguo lateat ne forte figura,
Qua dabitur ratione canam. De nomine sæpe
Argumenta trahi, documentaque maxima gigni,
Scripturæ cecinere piæ. Juvat altius ergo
Quærere, quei Paullo carus conjungitur hospes,
Factus in arte comes: sub cujus imagine caussæ
Sic vocitatus erat, qualive decorus honore est,
Hac quoque parte placens. Aquilæ natura fidelis
Sponte gerit quod forma tenet: nam debilis ævo
Et declinatis senior jam visibus ales,
Flammivomo sub sole jacet, pennasque gravatas
Ejus in igne fovet, nocturnaque lumina pandit.
Atque oculos radiis ardentibus ingerit ægros,
Ad veterem reditura diem: sic dona caloris
Languida sumit avis, cujus de fomite vires
Accipit, & prisci reparat dispendia sæcli:
Cui ne sola forent quæ fervidus incutit æstus,
Per laticum purganda vadum, ter mergitur undis,
Et senium deponit aquis, juvenemque decoris
Effigiem de fonte levat. Quis apertior actus
Relligionis erit? Cum veri lumine solis
Tangimur, antiqui contagia solvimus ævi:
Accedente fide, lympha mox matre renati
Conspicimur novitate rudes: infantia rursus
Fit recidiva seni: gemino manantibus ortu
Hic melior natalis adest. Bene conscius hujus
Altis exempli, quem Spiritus egit opimam
In cithara versare manum: Renovaberis, inquit,
More aquilæ. Qua lege datur sentire probatis
Laude placere typi, quod firmant cantica justi.
Nec vacat ars Paulli socio celebrata sub ipso
Secreti virtute boni: tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere textis.
Longius hæc abiens peregrinus ubique viator
Erigit, atque hiemes solesque his pellibus arcet.
Nos quoque per culpam prima de sede repulsi,
Exsilio mundi jacimur; via reddita tandem,
Qua patriæ repetamus iter. Munimina nobis
In castris sunt Paulle tuis: ne criminis imbres
Tempestas mundana ferat, scelerumque vapores
Ignitus tentator agat: sub tegmine tali
Tuta salus, nullum discriminis excipit ictum,
Nec prostrata feri succumbit viribus hostis.
Mystica signa duces præmittunt laudibus artis:
Pisces Petrus agens, homines capit; æquoris hospes
In sacris persistit aquis: habitacula Paullus
Dum terrena levat, docet ut cælestia condat:
Factaque sæpe manu, nunc construit atria verbo.

XIX.

Ulteriora sequens lustratis finibus arva,
Conveniens Ephesum Paullus docet, atque ibi quosdam
Prospiciens adstare viros, An Spiritus almus
Venerit his, quæsitor ait? qui fonte Joannis
Se dudum maduisse ferunt: nam nominis hujus

V. 466. *Opem*] Una Lugd. *opus*. Al. ut in textu.

V. 487. *In dogmate*] Sic Paris. & Pisaur. At Lugd. *doctrina*.

V. 493. *Ad vitam præcepta piam*] Hæc est lectio Paris. & Pisaur. Aliter Lugd. *Ad vitæ præcepta viam*: quæ statim ỽ. seq. recte habet *Hi magis*: ubi al. *Hic magis*.

V. 513. *Scenæ factor*] Ita omnes editi. Sed legendum videtur *scenofactor* ex textu Act. XVIII. 3. ubi σκηνοποιοί· quam quidem vocem expressit Vulg. *scenofactoriæ artis*.

V. 529. *Decl. senior*] Barthius *Advers.* lib. XXXIII. cap. III. pag. 1509. ex pervetustis membranis Carthusiensium prope Argentinam rescribit *decl.* SENIO. Et paullo post ỽ. 536. pro *incutit* legit INCUIT. Optime sane *incuit* ab *incoquo*. Nam *incutit* haud cohæret vocibus *fervidus æstus*.

V. 539. *Apertior*] Minus recte Pisaur. *apertius*.

Expertes huc usque trahi: quos flumine sacro A
Abluit, & sanctus mox Spiritus ora replevit,
Verborumque dedit solitis virtutibus imbrem.
Sæpius arma movent ista de parte profani,
Et bellare parant: quibus, ut contraria possim
Fundere tela loquens, tu nunc mihi largius ora
Spiritus alme riga, sint ut tibi dogmata digna,
Quæ dederis: tu vocis iter, tu semita linguæ,
Tu dictare veni, qui per tua munera semper,
Quæ reddamus agis, donique resuscipis usum.
Nomine venturi præcursor in orbe Joannes
Exhibuit baptisma suum, Dominoque paravit
Ipse viam, memorans cunctis baptisma futurum
Post aliud, quod jure datur, quod trina potestas
Illustrare solet; sed quod magis eligit hujus B
Tangere Christus aquas, formam facit omnibus ad se
Currere fonte pio; sacram ne deserat undam
Ulterius mortale genus, quam corpore mundo
Et Dominus dignatus erat, cum diluit amnem
Per famulum mergente Deo. Jam flumine tacto
Discipulis hoc cessit opus, quos dogmata plures
Baptizasse canunt: servi cessare lavacrum,
Fas fuerat veniente Deo; prænuntius ex quo
Dixerat ista prius, quo fecit tempore Jesus
Jam plenum baptisma geri, velut ante Joannes
Cum solitum propriumque daret: quæ regula Paullum
Compulit, ut Christi deberent fonte renasci:
Quem non venturum, sed jam venisse Joannes C
Insinuans digito cælestem prodidit Agnum,
Hunc peccata canens a cuncto tollere mundo.
Quid geminum baptisma cupis simulare profane?
Dissona non iterant: repetitio rem tenet ipsam,
Non aliam; bisque illa foret, quæ primitus esse
Cœpit, & ipsa redit: nam cum discordet origo
Principii, finisque sequens, & singula dici,
Et patet esse semel, nulloque errore gravantur,
Quæ collata simul possunt divisa probari.
Cum tamen hæretica nigredine plenus averni
Polluitur quicumque locis, si lumen habere
Ecclesiæ vult forte piæ, non cogit ad undam
Nostra fides hunc ire iterum, quia nomine trino D
Dogmata prava trahunt: nec qui, sed quid dare possint,
Explorare solet, positæ quem vera fateri
Instituere manus, solusque repellitur error
In diversa trahens, quod Spiritus efficit unum.
Hos etiam bis sex memorat scriptura fuisse,
O sacer, o felix numeri modus, agmine fuso
Cum meruere cibi damnorum semine nasci,
Juris apostolici lata est tot gloria vasis.
Jam sermone potens Ephesi converterat urbem
Paullus, & æthereis fulgebat gloria signis:
Cumque per innumeros nutarent saucia morbos
Corpora, nec miseros operata refecerit ægros
Artificum medicina manu, velamina sacra E
Absentes petiere sibi, quibus affluit ardens,
Ut caderet vapor ille, fides, finemque calori
Altera flamma daret: semicinctia denique Paulli
Atque ablata palam sudaria, fusa per artus
Languorum pressere focos, membrisque repostæ
Ad nihilum fluxere lues: vigor omnia curans
Tactus erat, nullæque domus a munere cessant
Quod medica de veste ferunt: virtute sub ipsa
Spirituum quoque turba minax velut irrita fumi
Pars per inane fugit, ne fabrica pulcra creantis,
Quæ plasmata solo cælestis imaginis instar
Traxit, & auctoris speciem sub pignore gestat,
Hospite sit polluta suo, templumque decoris
Inficiat prædonis odor: quo tempore septem
Judæa de stirpe viri nova prœlia tentant,
Sic prius affati: Quem Paullus nomine Jesum
Prædicat, hunc tibimet pariter proponimus & nos;
Pervasum dimitte locum. Vox reddita contra:
Christus qui sit, ait, qui Paullus, sentio: nam vos
Ignotos vitare licet. Cognosce furorem
Gens inimica tuum: dæmon regnare fatetur,
Quem venisse negas, atque hoc convinceris ipso
Quo stimulante ruis, cui non datur ore placere:
Quod terrore movet: contraria dicere voto
Caussa Dei prohibet, quam lex comitatur amoris.
Hæc est vera fides. Quæ tunc spectacula plebi
Quamve triumphalem Domino vincente coronam
Contigit inde geri? rabido cum murmure frendens
Dæmonis ira suis bene noxia rumpit amictus,
Dissecat & facies: fugiuntque pericula victi,
Nudaque præcipiti convertunt terga pavore.
Quid Judæa ferox jam non de clade timebis?
Quæ socio sic hoste peris, cui criminis auctor
Punitorque idem est, ne sit te judice pulsus,
Qua simul est peccante reus. Mox fama per urbem
Spargit ubique volans, & dæmonis edere vocem,
Quod Virtus est summa Dei: concurrere gaudent
Et latices intrare pios, maculasque vetustas
Fonte lavare novo, sanctisque nitescere lymphis;
E quibus una datur simul insons omnibus ætas.
Ast alii magicis ponunt incendia libris,
Ut mereantur aquas, & vitent ignibus ignes.
Ardua flamma nimis, cujus super aera fulgor
Evolat, & cælum tales petiere favillæ.
Quinquaginta etiam pretium posuere libellis
Millia nummorum, quoniam meruere nocentes
Sic abolere nefas. Hujus hæc caussa figuræ est.
Lege sacer numerus delicta resolvit, ut olim
Diluit in toto David sua crimina psalmo,
Contractusque fugat: nam quinquagesimus annus,
Cum Jubilæus adest, proprii distractio ruris
Antiquo donatur hero: servire coactis
Libertas amissa redit: mala debita laxat
Creditor, & lumen patriæ vetus aspicit exsul.
Quinquaginta etiam cubitis distenditur arca,
Quæ depressa vadis, atque æquore tuta salutem
Sub numero pietatis agit, servataque crescit
Per spatii parcentis opem: quia Christus ubique
Condidit Ecclesiam venia fabricante capacem,
Quæ sic cœpta fretis, latissima funditur arvis.
Infelix Ephesi Demetrius ante locabat
Sacrilegis delubra locis argentea, suetus
Solvere vota suæ pretio majore Dianæ,
Cedere cuncta videns prisci monumenta furoris
Ingemit, & varias his vocibus excitat iras:
Non pudet o socii nostram cecidisse Dianam,
Quam mundi suspexit honor? mortalibus ultra
Quæ speranda salus, si non per sæcula possunt

V. 578. *Tu nunc*] Male Pisaur. *tu tunc*.
V. 598. *Cum solitum*] Sic utraque editio Paris. & Pisaur. At Lugd. *Insolitum*.
V. 604. *Iterant*] Una Lugd. *interat*: male omnino, ut videtur.
V. 611. *Locis*] Rursus una Lugd. *lacu*.
V. 612. *Forte*] Pisaur. *ferre*: male.
V. 621. *Lata*] Una Pisaur. *læta*.
V. 630. *Ablata*] Sola Lugd. *allata*. Utra verior lectio? Malim equidem quam retinuimus in textu.
V. 638. *Sub pignore*] Ita Pisaur. Sed Lugd. *pro pignore*. Improvide omissa in Paris. præpositio sive *pro* sive *sub*.
V. 639. *Hosp. sit poll.*] Lugd. *Hosp. sic poll.*
V. 655. *D. ira suis*] Pisaur. mendose *suos*.
V. 661. *Qua sim.*] Sic Paris. & Lugd. Sed magis placet Pisaur. *Quo sim.*
V. 681. *Quinquaginta*] Sic optime Paris. & Pisaur. Vide Gen. vi. 15. Pessime Lugd. *Quadraginta*.
V. 687. *Ante locabat*] Ita Paris. & Pisaur. At Lugd. *arte locata*. Legendum forte *arte locabat*. Mox ℣. 690 eadem Lugd. *credere* pro *cedere*; male. Neque altera lectio ibidem admittenda ℣. 692. *nostrum* — *Dianam*.

Fine carere dii? quæ nunc ſimulacra facellis, A
Quæ poterunt dare tura focis? quos advena Paullus
Territat:& quidquid gerimus pro nomine Divum,
Muta metalla vocat, quorum diſcedit ab orbe
Relligio, pulſique fugam petiere Penates.
Hei mihi, jam video ſubitis lapſura ruinis
Condita fana diu, templi quoque nobilis ædem
In cineres ſtragemque dari. Quam prendimus arcem,
Quamve tenemus opem?quibus interclufa facultas
Eſt operum, crimenque foret feciſſe Dianam?
Pergite: tempus adeſt: labor ultimus omnia fecum,
Si deſperat, habet: ſola eſt via vincere victis:
Formidare nihil: reſtat fors certa triumphi
Pro ſuperis moviſſe manus: inſurgite telis, B
Et quam vota deam celebrant, hanc arma repoſcant.
His dictis plebs mota fremit,magnamque Dianam
Communi clamore vocant, ac præpete curſu
Itur in obſcenum cum ſeditione theatrum:
Non alio decuit meritum cauſſaſque Dianæ,
Quam fœdo tractare foro. Capit area turpis
Concilii deformis opus: tamen impetus amens
Fluxit, ut in vacuas oculis qui labitur auras,
Nullaque diſperſus retinet veſtigia fumus.
O miſeranda manus, cui tu prodeſſe laboras,
Perpetuam cur eſſe putas? te teſte facellis
Eruitur fugitiva fuis. Quo jure paveſcis,
Qua pereunte doles? cæloque adjungere tentas, C
Quam terris remanere negas? Nunc ordo figuræ
Explorandus erit, latebriſque videndus apertis.
Dicitur e folo Demetrius atria demens
Argento poſuiſſe deæ; cum plura capaci
Protulerit natura ſinu, quibus iſta metallis
Fingeret, ut fuſis animentur vultibus æra,
Ingeniique manus promittunt vivere cautes.
Quod ſi ſanctiloquos volvamus ab ordine libros,
Inveniemus iter, puris quia ſenſibus aurum
Comparat, argentum nitidis ſcriptura loquelis.
Nam pſalmus licet iſta canat,tamen inclyte Moſes
Altius hæc memoras, populo cum talia dictas:
Aurum atque argentum templorum ferte decori,
Quod jacet interius menti: non dura metalli
Materies ſub corde latet; ſed apertius illud D
Exagitat, quod Chriſtus amat: mens obtulit aurum,
Cui fuerit pretioſa fides; pariterque miniſtrat
Argentum, cui voce fonant bona tympana cordis;
Ut Dominum duo juncta colant,de pectore ſenſus,
De fermone fonus: ſic aurum dogmata legis
Argentumque petunt hoc ad pia templa parari.
Nos quia templa ſumus, ſi crimina cuncta recedent,
Plurima verba monent, quæ Apoſtolus ipſe revelat:
Corde ſalus credentis erit, confeſſio voce.
Sacrilego res una fuit. Demetrius ædes
Condidit argento, cujus facundia movit E
Hos animos, ut norma probet ſine judice ſenſu
Numina vana coli, nec de virtute venire
Pectoris iſtud opus, cui pars hæc ſola dicatur,
Qui rationis inops nudam ferit ore loquelam.

XX.

Tu quoque ſigna ferens, titulos in carmine noſtro
Troja repone tuos, & laudibus adde triumphos;
Qui magis ex vero fulgent tibi clarius actu,
Quam quos pompoſo reboant tua bella cothurno.
Lingua colona Dei cum femina feta ſaluti
Spargeret, in ſeram produxit tempora noctem,
Plus animis factura diem: micuere coruſcæ
Lampades, ut verbi lucerent igne fidelis.
Solus ab excubiis vivacibus Eutychus exſul,
Merſa ſopore gravi commiſit membra feneſtræ.
O male parta quies, o ſemper debita ſomno
Pectora, nuda bono! quantis patet ille ruinis,
Quem nox ſola tenet, numquamque reſuſcitat ægrum
Ad meliora caput! neſcit vigilare periclo,
Qui patitur dormire Deo. Quid inane feneſtræ
Quæris adulte chaos?quidve hac in parte quieſcis,
Qua ruiturus eris? Res eſt inimica ſaluti
Pendula celſa ſequi, furtivaque ſomnia prono
Carpere velle toro: poteras meliore cubili
In verbo recubare Dei, Paulloque monente,
Ejus velle aditum, cui lumine pervia recto
Janua nomen ineſt, per quam de fonte lavatæ
Ad vitam gradiuntur oves. Hanc quærite cuncti,
Si rabidas fauces cura eſt morſuſque cruentos
Evitare lupi, cujus lacerabitur ore
A paſtore fugax, qui ſparſos vocibus agnos
Evocat, atque gregem propria de morte redemtum
Non finit inſidiis, & amari vulnere dentis
Rurſus ab hoſte capi. Mæſto ſonuere tumultu
Atria: concurrit gemitu miſerata frequenti
Turba videre locum, qui funere triſtis acerbo
Lætitiam facturus erat: cui Paullus adhærens
Pectore,Vivit, ait: quam vocem vita ſequuta eſt,
Morſque repulſa fugit. Quantum tua Chriſte poteſtas
In famulis operata facit! tu redditus aſtris,
Æqualiſque Patri de majeſtate perenni,
Jura ſuperna regis: ſed quod caro corpore matris
Virginis orta tibi, regnum ſpoliaviſt averni,
Vivaque de proprio revocaſti membra ſepulcro:
Teque probans noluiſſe mori, qua parte reſurgis,
Et qua natus eras, jam ferrea vincula ſolvis.
Lux aliis alterna redit te auctore, ſimulque
Exemplo donata tuo, qui ſubdita dudum
Cogis, & electis ſuccumbere tartara ſervis.
Interea felix ſurgit de morte cadaver,
Et meliore via tria per cœnacula ſoſpes
Ducitur ad Paullum; cujus conſpectibus inſons
Cœpit adeſſe puer, vitæ jam dignus honore,
Cum leti convertit iter: quæ gloria facti
Inſtruit ad veterem cauſſas aperire figuram.
Fulta tribus cameris Noe deſcribitur arca,
Eccleſiæ documenta gerens: ſtetit ordine primo
Pars hominum, pecudeſque gradum tenuere ſecundum;
Tertia fors addicta feris: quæ cuncta per undas
Arca quadrata tulit, velut in baptiſmate lotis
Omnibus eſt nunc una ſalus: ſed moribus unus
Non valet eſſe locus: nam nidos fertur in illa

V. 697. *Pro nomine Divum*] Una Lugd. *Divæ*: quam lectionem rejicit vox *quorum* ℣. ſeq. Malim tamen legere *pro* NUMINE.

V. 714. *Turpis*] Sic recte Pariſ. & Piſaur. Male *turbis* Lugd. Male item ibid. ℣. 717. *funus* pro *fumus*.

V. 728. *Ingeniique*] Lugd. *Ingeniiſque*: quod non placet.

V. 743. *Si cr.*] Piſaur. *ſic cr.* Non bene.

V. 789. *Orta*] Hanc lectionem ſic reſtituimus ex contextu: nimirum ex ℣. ſuperiore 788. ubi CARO *corpore matris Virginis* ORTA tibi. Editi mendoſe: ſcilicet Pariſ. & Piſaur. *ora*: Lugd. *ordo*.

V. 791. *Probans*] Ita reſcripſimus cum Lugd. Al. *probas*.

V. 792. *Et qua*] Ita Lugd. Sed Pariſ. & Piſaur. *Ex qua*. Utra melior?

V. 805. *Addicta*] Una Lugd. *addita*: male, repugnante metro.

V. 806. *In baptiſmate lotis*] Ita Lugd. At Pariſ. *in baptiſmata fontis*, Piſaur. *in baptiſmate fontis*.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 551.

Ædificaſſe Noe: quem Juſtum dicit Hebræus, A
Et requiem quod Chriſtus ineſt, qui dividit æquus
Præmia certa ſuis: quiſquis virtutis amator
Jungitur alta petens, Noe ſtat proximus: infra
Ingenio breviore minor: ſors debita ſævis
Tartareum tenet ima ſinum. Sic Eutychus ergo
Prima parte cadens, inferni perditus oris
Hæſit; & humana vacuus ratione, ferarum
Cœpit habere locum: cui poſtquam pectore Paullus
Incubuit, verbumque ſuum ſapientia fudit,
Ore levans animam carnali lege peremtam,
Ad Dominum de morte redit; quod Epiſtola clamat:
Qui dormis, jam ſurge citus; rurſuſque perurget: B
Teque vigil de morte leva. Super ardua trina
Promeruit jam ſtare puer; quia dogmate trino
Comperit, æternæ quæ ſit ſubſtantia vitæ.
Jamque peragratis Paullus ſtationibus orbis,
Ad Solymam venturus erat, quo Spiritus illum
Pergere ſæpe monet. Cupiens in littore noto
Perpetuum memorare vale; ſimul undique ſacros
Evocat, has reddens caro de pectore voces:
O dilecta manus quæ Chriſti militat armis;
O ſummo plebs nata Deo, meminiſtis amoris
Et ſtudii documenta mei: gentilia promtus
Agmina Judaicoſque tuli ſine fine furores,
Ut vitæ præcepta darem, nullumque lateret C
In populo narrata fides: a ſanguine veſtro
Mundus ſemper ero, nec debitor oris avari
Clauſa talenta luam, ſterilemque in ſemine verbi
Jejunus culpabit ager: vos convenit inde
Uſuram præſtare piam, cum venerit auctor
Qui meriti diſcuſſor erit, ſervoſque repoſcet
Menſuræ crementa ſuæ: mihi germina ferre,
Senſibus ardor erat, quæ paſſim credita ſulcis
Sparſimus: at fructus tenues mala terra dolebit.
Vado videre crucis venerandam gentibus urbem,
Quo me juſſa vocant: varii luctamen agonis
Heic dabitur certare mihi: nam cuncta ſubibit
Qui curſum complere volet: mitiſſima ſors eſt
Pœnarum, quas vota gerunt, regnique facultas, D
Perpetuo pro rege pati. Servate miniſtri
Eccleſiam, Chriſti pretium, quam ſanguine nobis
Fecit in orbe ſuo: famuli retinere laborent,
Quod Dominus de morte dedit. Non cernitis ultra
Jam faciem vultuſque meos: vigilantius oro,
Commiſſos luſtrare greges, quia dente rapaci
Conveniunt ad ovile lupi: cuſtodia peccat,
Cum ſpoliis ſi raptor eat: paſtoris inertis
Fraude perit, quod prædo capit: ſed & acrior hoſtis
Intus erit, graviuſque malum diſcordia portat,
Quæ vulnus ſub pace creat: ne cedite duris:
Virtuti damnoſa quies, nullumque coronat E
In ſtadio ſecurus honor: ſua gloria forti
Cauſſa laboris erit; raruſque ad præmia miles,
Cui pax ſola fuit: victoria ſemen ab hoſte
Accipit: hinc oritur. Dominus plantaria veſtra
Fecundare valet, qui per ſua dona venire
Ad ſua dona facit; quodque adjuvat, ipſe miniſtrat.
Non ego divitias luxu fallente ſuperbas
Alterna mercede tuli, nec munera ſumſi,
Vos potius quam veſtra petens: me ſcitis ut iſtæ
Cum ſociis pavere manus: aſſueſcite gazas
In lucis proferre vias, operumque locare
Theſauros in ſede poli: nil proderit aurum
Defoſſis quæſiſſe locis, ſi claudat avarus
Quod celabat humus: quod non in paupere ſurgit,
In tellure jacet, cæcoque revolvitur antro,
Obſcura peccante manu. Laxate ſupernis
Corda precor monitis, neque reſpuat ullus egeno
Tecta parare gregi, quo ſuſcipit hoſpite Chriſtum.
Sic poſtquam fatus, dedit oſcula: tum ſimul orans
Flexit in arva genu; ſtrictique doloribus omnes
Ad lacrymas fluxere pias, longeque per undas
Obtutu comitante ſequi meruere carinam:
Dumque per oppoſitas extendunt lumina nubes,
Additur in pelagus oculis via, raptaque flabris
Puppis adhuc nota eſt, & mulcet imagine mentes,
Affectuque animi creſcit menſura videndi.
Sed quod ait, Tribus hæc annis præcepta ſalutis
Nocte dieque dedi: patet hac ratione figura.
Qui canit Eccleſiæ tria dogmata, ſæpius edit
Hiſtoricum, morale ſonans, typicumque volumen.
Sic etenim ternas capiunt ſex vaſa metretas,
Quæ veteri de lege, novo rubuere liquore.
Forma ſacrificii perfecti priſca caniſtro
Tres panes offerre jubet; quibus additur illud
Diſcipulis quod Chriſtus ait, jam nocte roganti
Tres panes debere dari. Nox iſte profecto eſt
Mundus, ut heic ſi quis deſideret eſcas,
Exhibeas quæſite dapes, doceaſque volentem,
Quod Pater & Natus, quod ſanctus Spiritus, unus
Sit Deus, & numerum triplicet ſubſtantia ſimplex.
Nec ſemel hoc pia juſſa canunt: Angariat, inquit,
Te quicumque petens, ut pergas prævius unum,
Cetera vade ſimul duo millia: nonne videntur
Hæc mandata loqui? Si quis te conſulit errans
Ignaruſque viæ, quid ſit Deus, edere malis:
Prode Patrem, ſubjunge libens quod Filius, & quod
Spiritus eſt almus; & hi numero tres, & tamen unus.
Hinc Judæa vacans, ſterilis quæ dicitur arbor,
Exſpectata tribus fructum non attulit annis:
Quod triplici ſpernens tractare volumina ſenſu,
In fidei numeris neſcit dare munera Chriſto.

XXI.

Nobile jam templum Salomonis Paullus adire
Cœperat, & veteris ſolemnia reddere legis.
Corripit hunc Judæa manus, rabidoque tumultu
Conclamat necis eſſe reum: ſed in arma tribunus
Evolat, & vinctum geminis jubet eſſe catenis:
Quæ tamen adſtrictis incumbunt dura lacertis,
Non animum tormenta ligant, quod Epiſtola Paulli
Lumine plena canit: Vinciri poſſe miniſtros,
Vinciri non poſſe fidem, verbumque teneri

V. 823. *Dogmate*] Lugd. *dogmata:* mendoſe.
V. 833. *Tuli*] Perperam *tulit* Pariſ. & Lugd.
V. 841. *Mihi germina ferre, Senſibus ardor erat*] Sic Pariſ. & Piſaur. quam ſane lectionem probam eſſe ſuadet qui mox ſequitur ℣. 843. *at fructus tenues mala terra dolebit.* Alteram itaque rejecimus lectionem Lugd. *Mihi ſemina ferre Senſimus: ardor ineſt.*
V. 849. *Servate miniſtri Eccleſiam, Chriſti pretium*] Sic optime Pariſ. cui accedit Piſaur. ubi tamen mendoſe, *ſervare*. Vulg. *Act.* xx, 28. *Attendite vobis — regere Eccleſiam Dei quam acquiſivit ſanguine ſuo.* Peſſime igitur Lugd. *ſervate magiſtri Eccleſiam, Chriſtus pretium.* Ubi & ℣. 852. *Quæ Dom.* pro *Quod Dom.* ut habent al.
V. 859. *Vulnus*] Mendoſe Lugd. *vultus*. Al. ut in textu.
V. 898. *Quæſite*] Male Piſaur. *quæſiſſe*.
V. 907. *Spiritus eſt alm.*] Lugd. incurioſe omittit verbum ſubſtantivum *eſt*.
V. 910. *Quod tripl.*] Ita Pariſ. & Piſaur. *quod* pro *quia*. Lugd. *Quæ*.
V. 914. *Rabidoque*] Magis placet hæc lectio Lugd. quam al. *rapidoque*. Sic utique paucis interjectis ℣. 956. *Perſonat in Paulli rabidum diſcrimina vulgus.*

Suppliciis non eſſe datum: gradibuſque ſub ipſis A
Conſtitit, Hebræo plebi ſermone loquutus:

XXII.

O fratres, patreſque viri, me noſtis in oras
Has veniſſe rudem: doctrinæ deditus omni
Legis amore fui: vobis modo teſtibus utor,
Quorum ſcripta ferens, ardebam cæde Damaſci
Chriſticolas punire greges, & finibus orbis
Hanc prohibere fidem: ſed non mortalia poſſunt
Auctori certare Deo. Deſcendit ab aſtris
Lux, oculos clauſura meos, & ab igne coruſco
Aucta dies latuit, caliganteſque tenebræ
Orbibus incumbunt, quarum mihi tempore crevit
Adveniens cum nocte jubar: diſcernere cauſſas B
Eventus poſt facta ſolet: bene vidimus umbras,
Uſuri jam ſole novo: ſed & auribus hæſit
Clamor ab ore Dei, repetito nomine Saule.
Me Chriſtus terrore quatit, ne ſignifer ultra
Auderem bellare ſibi: quo jure negabo,
Quo feriente cado, cujus de munere pronus
Attollor meliore via, perque ardua ſurgo,
Sublimiſque ſequor felicis dona ruinæ?
Jam ſatis o cives crudelia movimus arma.
Nil dubium, pars illa docet, quæ teſte beata
Fungitur hoſte ſuo: quid adhuc libet eſſe nocentes?
De tenebris lucete meis, cui fontis ab undis
Eſt viſum largita fides, & mortis imago
Vivere cœpit aquis. Heu numquam ſaxea tellus C
Seminibus fecunda ſuis, vacuique labores
Qui ſterilem patiuntur humum! Poſt denique Jeſus
Hæc mihi viſus ait: Procul hac, procul urbe relicta,
Pergere Saule para: non eſt tibi credula noſtri
Nominis: ad gentes potius cane verba ſalutis.
Protinus hanc vocem querulæ rapuere phalanges:
Projiciunt veſtes, ac pulvere longius acto
Ventoſa levitate fremunt, varioque fragore
Perſonat in Paulli rabidum diſcrimina vulgus.
O Judæa nocens, auctorem perdere vitæ
Cum cuperes, ſic dicta dabas: fuit optio linqui
Quem velles clamoſa tibi; ſed ab ore cruento
Triſte petis maleſuada nefas, & gaudia paſchæ D
Ejecto latrone colis, geminaſque furorem,
Sæva pio, placata reo: certamine cuncto
Te ſpolias, vacuamque locas: cum durior ipſis
In Stephanum tormenta jacis, deponis amictum;
Et nunc veſte cares, primi quia pœna parentis
Eſt cognata tibi, veteriſque in corpore portas
Tranſgreſſoris onus, contraria fontis honori,
Ne renoveris aquis. Adam ſub criminis ortu
Cognovit quod nudus erat, documentaque noxæ
Hinc miſero patuere ſuæ: te mortis origo
Crebra ſubit, cui plena malis interſerit ira
Bis habitum, quem culpa creat. Jam bella tribunus
Vocibus his ardere videns, fera vincula Paullo
Addidit, & caſtris torquendum miſit iniquis. E
Nota querela locis ut ſit ſuperanda canemus.
Paullus geſta loquens, ſocios ibi lumina dudum
Conſpexiſſe ſuos, vocem tamen auribus illam
Non habuiſſe refert: at tunc quo tempore cæcus
Decidit, & vocem comites audiſſe leguntur,
Sic variat narrantis opus: ſed utrumque neceſſe eſt
Concinat haud dubium: nam tunc audiſſe feruntur,
Accepiſſe ſonum; nunc non audiſſe profecto.
Hæc rationis erit ſimplex via: jure negatur
Vox quomodo confuſa, loqui; neque creditur illud
A ſermone dari quod non in pectore condit
Accipiens: dubia tantum ſtimulatus ab aure,
Ambiguuſque fragor ſolas diverberat auras.
Sic audiſſe ſimul, ſic non audiſſe leguntur:
Altera pars ſonitus; certa eſt pars altera vocis.
Et fert atque refert geminam res una figuram.

XXIII.

Agmina ſupplicii ferventia corpore Paulli,
Pœnarumque graves evolvere verſibus iras
Cauſſa monet, ſed lingua pavet: fugiamus ab iſta
Parte: dolor, veritique nefas tam triſte, premamus
Eloquium, ne forte legens ſua fletibus ora
Compleat, & largis humeſcat pagina guttis.
Nec tamen hæc poterant animos ſatiare cruentos.
Ardet amor ſcelerum, cupiuntque in ſanguine Paulli
Sacrilegas verſare manus, quæ dura malorum
Vota quaterdeni veſanæ ſtirpis alumni
Impoſuere ſibi, non ullum ſumere potum
Primitus atque cibum, quam facta cæde daretur
Hinc magis eſſe dapes. O pallida cordis imago!
Pocula ſunt Judæa tibi meliora cruoris,
Quam laticis, nullaſque volens contingere menſas
Eſuris ad facinus, ſaturamque cadavere juſti
Quæris habere famem? non hæc jejunia Moſes
Condidit exemplo, tot conſummata diebus,
Ut memoras: quot tela novas, tot & inſpicis annis
Secretas patuiſſe vias, ubi divite nimbo
Fluxerunt de rore cibi, rupeſque viciſſim
Arida fudit aquas: in quo meruere parentes
Divina bonitate frui, doniſque ſupernis
Enutrire animas: numero crudelis ab ipſo
Tu ſævire venis, pollutaque fœdera jungis
Agminis, ut plures faciat mors una nocentes.
Comperit hæc Lyſias Paulli vulgante propinquo,
Quove parent adverſa loco. Monet ocyus ergo
Clam ſua juſſa tegi, noctiſque in tempore cautus
Obſcurum prævenit opus, lectiſque maniplis
Imperat, ut tuto Paullum comitentur honore.

XXIV.

Gloria de meritis a te delator honeſte
Non aliena foret; quodque eſt ad præmia rarum
Proditione places, nec te conſtantia lædit
Quam ſceleri ſervare times: in crimine virtus
Crimen erit; cumque ad facinus ſocientur iniqui,
Eſt ibi culpa, fides; quam tunc in laudibus ornat
Verus honor, cum cauſſa pia eſt. Stipantibus armis
Cæſaream mox Paullus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta ſuo: qui præſidis aure potitus,
Irrita verba dedit; contra ſic denique Paullus:
Optime Præſes, ait, dudum te novimus omnes

V. 942. *Movimus*] Male Lugd. *novimus*.

V. 960. *Petis*] Sic recte Lugd. cohæret namque ℣. ſeq. *colis* & *geminas*. Al. *petes*: non bene.

V. 962. *Placata*] Recte Piſaur. ut ſervetur antitheſis. Al. male *plagata*.

V. 977. *Illam*] Ita Pariſ. & Piſaur. At Lugd. *ullam*.

V. 993. *Fugiamus* —— *veritique*] Sic ex contextu omnino recte, ut videtur, Pariſ. & Piſaur. At Lugd. inepte: *Fungamur* —— *vetatque*.

V. 1002. *Primitus atque* —— *daretur*] Sic iterum bene Pariſ. & Piſaur. Sed Lugd. *Nullum velle cibum* —— *ſalubres*.

V. 1008. *Tot*] Una Lugd. *tota*.

V. 1009. *Novas*] Potior videtur hæc lectio Piſaur. quam *noves* Pariſ. & *moves* Lugd.

V. 1025. *Quam* —— *ſervare*] Proba lectio Pariſ. & Piſaur. neque admittenda altera Lugd. *Qua* —— *ſervire*.

V. 1027. *Culpa*] Recte Pariſ. & Lugd. Male prorſus Piſaur. *cauſſa*.

V. 1030. *Aure*] Sic Pariſ. & Piſaur. At Lugd. *ore*: & mox ℣. 1032. male, *dudum novimus*, omiſſo pronomine *te*.

Justitiæ documenta sequi, comitemque modestam A
Consiliis hanc esse tuis: quæ gratia suadet
Fidere, nec dubium tali sub judice fari.
Non legis templique pium violavimus usum,
Nec sermone vago populares movimus auras.
Urbibus ex Asiæ venientes solvere dona
Cœpimus, ad purum semper spectantia votum.
Quis rogo liber erit, si res facit ista nocentem?
Eloquor haud metuens: neque enim discrimina novit
Formidare fides. Audent quam dicere sectam,
Luminis esse viam, nec discordare novellis
Jura vetusta patrum, fas est modo credere cunctos
Corpora de tumulis jam posse resurgere, postquam B
Detulit inde suum, qui condidit omnia, Christus.
Obstupuit Felix amisso nomine, vincla
Quem faciunt aliena reum, quorum obice Paullus
Stringitur; & Festi servatur præsidis anno.
Linquimus heic nimium, ne gaudia nostra morentur.

XXV. XXVI.

Ad Latium jam Paulle veni: certamina crebro
Quæ fuerint agitata foro, quantique legantur
Judaici fluxisse doli. Nam talia Paullus:
Cæsaris ad solium vos provoco; Cæsaris, inquit,
Appello Romanus opem; cui Festus: Abibis,
Ut cupis, Augusti citius visure tribunal. C
Non stimulante metu, fugiens discrimina Paullus,
Judicii vitavit onus; mens anxia semper
Pro vita meliore mori: sed muneris auctor
Præconi testique suo jam dixerat olim,
Quod Romam venturus erat: clementia Jesu
Omnibus in terris fidei sitientibus haustum,
Pocula dat de vase suo, cunctosque rigari
Multifluo sermone jubet: meruitque vetustas
Nominis occidui de lumine crescere verbi.

XXVII.

Solverat Eoo classem de littore vector,
Austri nactus opem, cujus spiramine læta
Crebrescente via, velique patentibus alis, D
Æquora findebat puppis: sed mite quid umquam
Ventorum tenuere doli? Mox fratribus Euri
Rupta quies pelagi, tumidisque incanduit undis
Cærulei pax ficta maris: furit undique pontus,
Attollensque suas irato gurgite moles,
Denegat abreptæ vestigia certa carinæ.
Quæ suspensa polis, dejectaque jungitur arvis
Terrarum cælique sequax: caret artis amicæ
Præsidiis manus apta rati; gelidoque pavore
Deponunt animos, nigroque sub aere cæci
Naufragium jam jamque vident, clausoque profundo
Mortis imago patet. Vastas percurrere Syrtes
Historica ratione vocor, lacerosque rudentes E
Et clavi fragmenta sequi: sed non ego linguam
Tam fragilem committo vadis, rapidasque procellas
Aufugiam tentare diu, ne forte canenti
Obruat exiguam violentior unda loquelam:
Tangere pauca libet: tutas conabor arenas.
Prævia fluctivagæ latuerunt sidera puppi,
Nec solis radiis sub nubibus emicat axis.
Cumque dies multos jam rite peregerit orbis,
In pelago nox una fuit: quo tempore nullis
Indulsere cibis. Quanta est heu pœna timoris,
Supplicium nescire famis! dat semina caussis
Res mala sæpe bonis: tam clari nautica pubes,
Militiæque cohors hominis temsisset honorem,
Prosperiore freto: cujus custodia tandem
Solvitur, & sævo venerantur ab æquore vecti,
Quem portum sensere suum: gerit illa ruina
Ne lateat quod Paullus erat, sanctusque patescat
Assertore mari, raptisque elementa laborant
Luminibus monstrare virum, mediisque tenebris
Apparet radiata fides: fit laurea justis
Ex pretio quod terror agit, mansuraque virtus
Crescit in adversis, quod testibus ipsa periclis
Ad meritum discrimen habet. Stans denique Paullus
Conclamata piis animat sic pectora verbis:
O utinam nostris voluisset fida juventus
Consiliis parere prius, nec littora Cretæ
Liquerit, insani rabiem passura profundi:
Non pelagi cælique minas, non triste tulisset
Jacturæ populantis onus, nec turbine tanto
Desperata salus gemeret confinia mortis.
Quæ tamen humanum transscendunt gaudia votum,
Hæc facile est præstare Deo, cui muneris usus
Hic potior, quam nemo putat: nam missus ab astris
Angelus hoc placido veniens denuntiat ore:
Quam turba vehit ista, ratis tibi rector Olympi
Contulit, ut nullis figatur naufraga saxis.
Credite vera forent, nec spe frustrabor inani,
Qui merui promissa Dei; concessaque nobis
Insula portus erit, cujus statione licebit
Arrepta tellure frui, navisque solutæ
Prospectare gravem nullo discrimine casum.
His dictis, ruit ira maris, sublataque dudum
Lux revocata micat, velamine noctis aperto
Pandere visa solum, quod præbuit hospita nautis
Sicanio lateri tenuis vicina Melite.
Ante tamen rabidos quam vincant æquoris æstus,
Solvite, proclamat Paullus, jejunia fessi,
Et quarto decimo, sicut nos vescimur, inquit,
Jam panem gustate die: memoranda figuræ
Sacramenta pie valeant, qua lege probemus
Tempore quo primi fulserunt lumina mensis,
Hoc numero currente die, de carnibus agni E

V. 1037. *Auras*] Sequimur Paris. & Pisaur. rejecta Lugd. lectione *aures*.

V. 1049. *Servatur*] Una Lugd. *servator*: male. Male iterum v. seq. *Liquimus* pro *Linquimus*.

V. 1066. *Vector*] Mendose Lugd. *victor*: & paullo post ỷ. 1069. *mitte* pro *mite*.

V. 1070. *Fratribus*] Sic omnes editi. Cave ne rescribas *flatibus*: sacer enim textus *Act.* XXVII. 12. 14. varios ventos recenset, Africum, Corum, Euroaquilonem: quos ideo *Euri fratres* appellat Arator.

V. 1075. *Polis*] Mendose Pisaur. *dolis*.

V. 1077. *Pavore*] Hanc Paris. & Pisaur. lectionem retinemus. Lugd. *stupore*.

V. 1086. *Libet*] Sic Lugd. Al. *refert*: cui lectioni obstat metrum: nam *refert* impersonale, spondæus. Virgilius Georg. lib. II. v. 104.

—— *Neque enim numero comprendere refert.*

Ibid. lib. III. ỷ. 548.

—— *Nec jam mutari pabula refert.*

Ausonius *Epist.* XX. v. 8.

Quid refert? Cornix non ideo ante cycnum.

V. 1091. *Indulsere*] Lugd. *Indulgere*. Al. ut in textu.


V. 1107. *Nec —— Liquerit*] Lugd. *ne —— Linqueret*. Pisaur. *nec —— Linquens*. Paris. *nec —— Liqueris*, typothetæ sane mendo. Hinc proinde rescribimus, *nec —— Liquerit*.

V. 1118. *Forent*] Ita Paris. & Pisaur. Nam *fient*. Lugd. metro repugnat. In ỷ. seq. lego *merui* pro *meruit*, quod habent omnes editi.

V. 1126. *Tenuis*] Magis placet hæc lectio Pisaur, quam altera Paris. & Lugd. *remis*.

V. 1130. *Die*] Sic recte Lugd. male vero *Dei* Paris. & Pisaur. Scilicet *quarto decimo —— die*.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
551.



Turba jubetur ali; quarum munimine tacto A
Libera Niliacas meruit vitare tenebras.
Hinc spatio simili Paullus de gurgite mundi
Quos auferre cupit, secum convivere suadet,
Et sacrum libare cibum, vestigia Moysi
Observata legens: quorum speculantibus actum
Hæc duo sunt diversa locis, sed proxima caussis,
Et repetita salus uno de fonte levatur.
Agnus Christus inest, panis quoque Christus habetur
De cælo, quod & ipse docet: qui corpore Jesum
Sumserit, hoste caret: nec jam sua jura Pharao,
Ægyptusque tenet: mox omnia dæmonis arma
His merguntur aquis, quibus ille renascitur infans
Qui captivus erat: falsæ quoque fluctus abyssi B
Linquitur, & tetri superantur stagna draconis;
Ereptoque gregi largitur pascua Christus
Nominibus propriis, pastor jam verus edenti.
Hinc etiam Ecclesiæ gerit aurea luna figuram,
Quæ quarto decimo de primæ lampadis ortu
Conspicitur jam plena die: quia corpore Jesu
Crevit in orbe suo lucem factura perennem.

XXVIII.

Pelleret ut Paullus crescentia frigora membris,
Contulerat sarmenta focis: cui vipera fixit,
Dæmonis arma ferens, surgentibus obvia flammis,
Antiqua feritate manum, gelidique veneni C
Vulnus in igne dedit. Quid adhuc male noxia serpens
A Domino revocare cupis, veteresque rapinas
In legis novitate paras? quid mortis amatrix,
Cujus es ipsa parens, instauras bella redemtis?
Prædo venis, sed præda jaces, letumque ministrans
Arboris alternis consumeris improba ramis,
Postque crucem Christi mors est tibi portio ligni.
Haud procul hinc aberant agrestia corda gerentes
Barbarica de gente sati, qui murmure diro
Insonuere simul: Satis est ex crimine fusi
Sanguinis iste reus, nullis jam tutus in oris, D
Cui pelagus tellusque furunt. Mortalia tractant,
Et divina probant: digito nam bestia pendens
Excutitur projecta rogis, bene reddita flammæ
Quam dedit ipsa prius, quæ culpæ protulit ignem,
Unde gehenna calet: glacies tepefacta veneni
Solvitur in cineres, gelidæque superbia pestis
Ex ardore perit: focus hic rabidique vapores
Non solitas vires capiunt, atque arida secum
Nutrimenta ferunt. Sed tu modo decoquis anguem,
Usa tuo fervore fides: tibi subditur hostis
Frigidus, inque vicem faciens incendia flagrat.
Vipereo fumante gelu, veniente tumore E
Labi posse ferunt. Quantum per inania currit
Mens ignara boni! jam tunc de corpore Paulli
Virus abest, oculis cum squameus exiit horror
Quem serpens antiqua dabat: purgatus in amne
Æthereo, Christique cruci sua membra relegans,
Nescit ab angue mori: vorat hoc quoque flamma venenum
Quæ sacris vim sumit aquis, quibus ustus anhelat,
Qui dolet ad patriam veteres remeare colonos.
Incolumem sic stare diu mirata juventus,
Hunc ait esse deum. Tandem rudis incola disce,
Qua regnet virtute polis, qui talia confert,
Ut famulos hoc posse putes. Nunc caussa figuræ
Plenius in clari cernenda est munere facti.
Anguis origo necis (nam mors hinc edita nomen
De morsu peccantis habet) contraria justis
Vult retinere manum, quomodo manus apta ministrans
Jure vocatur opus. Talem qui senserit hostem,
Impiger excutiat, Dominique vaporibus urat.
Paullus ut admoti cognovit furta pericli
Serpere velle sibi, cælestia tela capessens
Pressit in igne dolos: cujus de fomite crescens
Est accensa fides, & sensibus additus ardor:
Hincque calor populis processit ab ubere fontis.
Mensibus hibernis tribus in regione Melitæ
Multiplicem dat Paullus opem, Publique parentem
Finitima de clade levat: quo munere viso
Undique præcipites subitam rapuere salutem.
Pullulat interea nitidi coma frondea veris,
Quo juvenescit humus, senio fugiente pruinæ:
Suscipiensque ratem velis credentibus auster,
Præbuit aligeras placidis in fluctibus undas.
Hunc spirare decet, quem personat ore Propheta,
Qui speciem fidei torrentem cantat in austro.
Sic quoque prostratis ad gaudia nostra procellis
Plurima quæque legens distinctis oppida vicis,
Venit ad excelsæ sublimia culmina Romæ.
Altius ordo petit duo lumina dicere mundi
Devenisse simul, tantisque e partibus unum
Delegisse locum, per quem sua sidera jungant,
Omnia qui fidei virtutibus arva serenant.
Quæ licet innumeris tendatur caussa figuris,
Pauca referre volens, iisdem præstantibus edam.
Petrus in Ecclesiæ sacrato corpore princeps,
Hæc turrita caput mundi circumtulit oris:
Conveniunt meliora sibi, speculentur ut omnes
Terrarum dominæ fundata cacumina sedis.
Gentibus electus Paullus sine fine magister,
Æquius huic præsens oris diffundit habenas,
Quæ gentes prælata monet; quæque intonat istic,
Urbis cogit honor, subjectus ut audiat orbis:
Dignaque materies, Petri Paullique coronæ,
Cæsareas superare minas, & in arce tyranni
Pandere jura poli, summumque in agone tribunal
Vincere, ne titulos parvus contingeret hostis.
Ægyptus mundi formam gerit, inde vocari
Quæ meruit: ducibus plebs est commissa duobus,
In quibus officium fraternus nexuit ortus.
Idola tot Romæ mundo collecta subacto
Quæ fuerant, tenebris obnoxia corda premebant:
Liber & hic populus, quem vinxerat ante Pharao
Exuit Ægypti totidem ductoribus umbras;
Perque lavacra Dei, quæ tunc maris egit imago,

V. 1134. *Munimine*] Hæc est lectio Pisaur. Al. *munimina*.
V. 1138. *Moysi*] Una Lugd. *more*.
V. 1156. *Sarmenta*] Pessime Lugd. *Sacramenta*.
V. 1170. *Furunt*] Sic Lugd. Sed Pisaur. *fremunt*. Paris. *ferunt*, mendose plane.
V. 1174. *Calet*] Una Pisaur. *feri*, vocem *veneni* respiciens. Sed tunc versus sic erat distinguendus:
Unde gehenna: feri glacies tepefacta veneni.
V. 1182. *Currit*] Lugd. *fertur*. Al. ut in textu.
V. 1184. *Exiit*] Lugd. *excidit*.
V. 1188. *Quæ sacr.*] Una Pisaur. *Quam sacr.* minus recte.
V. 1192. *Qua regnet virtute polis*] Sic Paris. Pessime Lugd. *Qua regitis virtute polos*. Nec bene Pisaur. *Qua regnet virtute: colis*.
V. 1199. *Urat*] Male Pisaur. *oret*.
V. 1205. *Melitæ*] Paris. & Pisaur. improvide *Miletum*.
V. 1211. *Credentibus*] Una Lugd. *cedentibus*, forte typothetæ oscitantia.
V. 1221. *Omnia qui*] Lugd. mendose, *Omnia quæ*.
V. 1229. *Huic præsens*] Ita Paris. & Pisaur. Male Lugd. *his præses*: quæ & ℣. seq. habet *quodque* pro *quæque*.
V. 1239. *Idola*] Contemta Græca littera quæ mediam syllabam producit, dactylo usurpat Prudentius, quem deinceps ad unum omnes secuti sunt Christiani Poetæ.
V. 1240. *Corda*] Male Lugd. *nostra*.
V. 1242. *Ductoribus*] Ita Paris. & Pisaur. At Lugd. *doctoribus*.
V. 1243. *Maris* [Una Pisaur. *magis*: inepte.

Vitæ nactus iter, cæleſtem repperit eſcam. A
His etiam germanus amor, quibus amplius auctor
Quam natura dedit, geminos quos edidit aſtris
Non eadem, tamen una dies, annique voluto
Tempore ſacravit repetitam paſſio lucem,
Et tenet æternam ſocialis gloria palmam.

V. 1245. *Auctor*] Sic Piſaur. Sed Pariſ. *actor*. Lugd. *actus*. Utraque minus bene.

V. 1247. *Non eadem*, cet.] Sentire videtur Arator non eodem tempore Petrum & Paullum martyrio occubuiſſe, ſed alterum evoluto anno a nece alterius; quæ quoque fuit opinio Prudentii & ſancti Auguſtini: at antiquiores & frequentiores Patres, & omnes ferme recentiores, & ipſa Romana Eccleſia in Romano martyrologio uno eodemque die ejuſdem anni nempe XXIX. Junii victores fuiſſe per ſanguinem affirmant. Sanctus Gelaſius I. in Romano concilio ſeptuaginta Epiſcoporum in decreto de libris Apocryphis hæc ait: *Qui Paullus non diverſo, ſicut hæretici garriunt, ſed uno tempore, uno eodemque die glorioſa morte cum Petro in Urbe Roma ſub Cæſare Nerone agonizans, coronatus eſt*. Conſule poſt alios tomum I. Annal. Eccleſiaſt. anno Domini LXIX. BRASICHELL. *Ind. lib. expurg.* tom. I. p. 229.

A R A T O R I S
SUBDIACONI
EPISTOLÆ III.

EPISTOLA I.

Domino ſancto beatiſſimo, atque apoſtolico in toto orbe, primo omnium ſacerdotum,

PAPÆ VIGILIO

ARATOR Subdiaconus ſalutem.

Mœnibus undiſonis bellorum incendia cernens,
Pars ego tunc populi tela paventis eram.
Publica libertas, Vigili ſanctiſſime Papa,
Advenis incluſo ſolvere vincla gregi.
De gladiis rapiuntur oves paſtore miniſtro,
Inque humeris ferimur, te revocante, piis.
Corporeum ſatis eſt ſic evaſiſſe periclum:
At mihi plus animæ naſcitur inde ſalus.
Eccleſiam ſubeo, dimiſſa naufragus aula,
Perfida mundani deſero vela freti.
Transferor ad niveas Petri ſine turbine caulas,
Et fruor optati jam ſtatione ſoli.
Littoris ille ſinus ad carbaſa noſtra paravit,
Fluctibus in mediis cui via ſicca fuit.
Eſſe reus potero, grates ſi reddere ceſſem: C
Unius officio diſplicuere novem.
Senſibus ardor ineſt, horum celebrare labores, B
Quorum voce fides obtinet orbis iter.
Verſibus ergo canam, quos Lucas rettulit, Actus.
Hiſtoriamque ſequens, carmina vera loquar.
Alternis reſerabo modis, quod littera pandit,
Et res ſi qua mihi myſtica corde datur.
Metrica vis ſacris non eſt incognita libris:
Pſalterium lyrici compoſuere pedes.
Hexametris conſtare modis in origine linguæ,
Cantica, Jeremiam, Job quoque dicta ferunt
Hoc tibi magne Pater cum defero munus amoris,
Reſpice quod meritis debita ſolvo tuis.
Te duce tiro legor, te dogmata diſco magiſtro:
Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

EPISTOLA II.

Domino venerabili ſancto, & in Chriſti gratia ſpiritualiter erudito

FLORIANO ABBATI.

ARATOR Subdiaconus ſalutem.

Qui meriti florem maturis ſenſibus ortum
Nominis ore tui jam Floriane tenes:
Nam primævus adhuc ſenibus documenta dediſti,
E quibus in cælum vita pararet iter.
Ad carmen concurre meum; pedibuſque labanti
Porrige de placido ſæpe favore manum.
Jejuno ſermone quidem, ſed pinguia geſta
Scripſimus, ac pelagi pondere gutta fluit.
Inter grandiloquos per mille volumina libros
Maxima cum teneas, & breviora lege:
Naturæque modo, quam rerum condidit auctor,
Concurrant ſtudiis celſa vel ima tuis.
Quæ genuit tigres, quæ nutrit terra leones,
Formicis, apibus, præbuit ipſa ſinum. D
Et ſi reſpicias, diſpenſet ut omnia rector,
Ingenium mites, vim meruere truces.
Ipſaque continuum virtus infracta laborem
Deſerit, & varias quærit habere vices.
Loricam ſolitus membris imponere miles,
Gymnaſii gaudet nudus adire locum.
Et qui ferratas acies atque agmina vincunt,
Imbelles feriunt per ſua tela feras.
Ergo gradum retinens & priſca volumina linquens,
Cede dies operi, quod pia cauſſa juvat.

V. 2. *Nominis ore tui*] Multis millibus melior membranæ ætate vix jam legendæ lectio: *Nominis* ORBE: hoc eſt *ambitu* & complexu. Nihil verius. —— BARTHIUS *Adverſar.* lib. XIII. cap. XX. pag. 746.


V. 4. *Par. iter*] Aliæ membranæ, *par. itum*. Quam ſcripturam legitimam arbitramur. — ID. ibid.

V. 11. *Nat. --- quam rerum cond. auctor*] Mss. quatuor habent --- *variam quam condidit auctor*. Aptiſſime ad ſententiam. Conſpice ſequentia. — ID. ibid. — Nihil equidem mutarim: proba namque vulgatorum lectio, *rerum --- auctor*. Sic ſupra lib. I. *Hiſt. Apoſt.* ℣. 2. *rerumque creator*.

V. 12. *Celſa vel ima*] *Vel* hujus & melioris ævi ſcriptoribus *&* ſignificat: quod advertendum, ne in contrariam ab eorum ſenſu ſententiam quis abeat. Notkerus in Hymno Stephani:

Primus ex ſeptem niveis columnis
A Petro electus Stephanus beato
Voce VEL *ſignis medicans miſellis*
Claret in orbe.

Gallus confeſſor in Sermone Latino, eleganti, divino, quem maximi Herois unicum habemus: *Quum autem expenſæ quas de Ægypto ſecum tulerant, Hebræis defeciſſent, dedit ei Deus panem* VEL *carnes de cælo*, cet. —— BARTH. l. c. lib. XIII. cap. XVIII. p. 742.



[1] EPISTOLA III.

Domino inlustri, magnificentissimo atque præcelso
PARTHENIO Magistro Officiorum atque Patricio
Arator Subdiaconus salutem.

Si tibi magne, velim fasces memorare parentum, A
Vix daret in tergo pagina lecta modum.
A proavis atavisque potens tu stemmata vincis
Moribus, & meritis cedit origo tuis,
Optime Partheni, positum cui nomen ab ævo,
Laus magis est animi, qua verecunde places.
Nuntia venturum signavit lingua pudorem,
Utque decus gemmis quod vocitaris adest.
Cingula plura geris, sed quæ tu grandia reddis;
Nam tibi quisque datur, mox sibi crescit honor.
Quis bona tanta canat? breviter loquor: omnia tecum,
Quæ faciunt magnos singula, solus habes. B
Tu facunde sonas Rhodani Rhenique catervis:
Regia dulcisonum te probat aula virum.
Te multis opulenta quidem Germania doctum
Suspicit, & patrio gaudet amore tibi.
Gloria de tanto cui maxima fulget alumno;
Qualem Romuleo dat toga densa foro.
Vidi ego te, vidi juvenem sermone diserto,
Hesperios proceres æquiparare senes,
Quo directus eras Legati munere functus,
Ut libertatis posceres actor opem.
Mulsisti Geticas verbis felicibus aures,
Juveruntque tuum publica vota solum.
Nil auditor ovans potuit rex ille negare,
Cujus in arbitrio tunc ea caussa fuit. C
Hæc ubi fama volans celeri dispergere cursu
Cœpit, & adsidua sustulit aure caput,
Exiit in populo solidæ pinguedo loquelæ,
Stipabatque tuos anxia turba gradus.
Ut quotiens motis aperires flumina labris,
Curreret æstivam ceu policura sitim.
Has ego divitias avidus contingere linguæ,
Qua velut unda Tagi tu pretiose fluis.
His quoniam laribus tenebamus in urbe Ravennæ,
Hospes hians aderam nocte dieque tibi.
Quos mihi tu libros, quæ nomina docte sonabas?
Quanta simul repetens codicis instar eras?
Cæsaris historias ibi primum te duce legi, D
Quas ut ephemeridas condidit ipse sibi.
Cantabas placido dulcique lepore poetas,
In quibus ars fallax, pompa superba fuit.
Sed tamen ad visos remeabas, optime, vates,
Quorum metra fides ad sua jura trahit.
Qualis in Hyblæis Ambrosius eminet hymnis,
Quos posito cunis significastis apes.
Qualis in hæc eadem decentius arte manavit,
Arvernisque canis * * niana celes.
Cura mihi dudum fuerat puerilibus annis
Versibus adsiduum concelebrare melos.
Scribere quas etiam simulavit fabula partes,
Et per inane fretum sub levitate rapi.
Quæ cum nostra tibi fragilis cecinisset arundo,
Et mihi, care, tuus sæpe faveret amor.
O utinam malles, dixisti, rectius hujus
Ad Domini laudes flectere vocis iter!
Ut quia nomen habes quo te vocitamus, Arator,
Non abstrusa tibi sit, sed aperta seges.
Constitui, fateor, si quando forte mererer,
Ingenii fructus ad meliora sequi.
Quo te cumque loci contingeret esse virorum,
Maxime transmitti quod modularer opus.
Jam stimulat promissa dies, ut debita tandem
Contractusque meos solvere, docte, velim.
Sume quod ex nitido libavimus æquore carmen,
Et licet exiguas suscipe gratus aquas.
Oceanus rerum spatio manet altus in illo,
De quo vix laticem traximus ore brevem.
Namque ego Romanæ caulis permixtus amœnis.
Ecclesiæ tonso vertice factus ovis,
Pascua læta videns, & aprica volumina Christi,
Quærebam gustu tangere cuncta meo.
Et nunc Daviticis adsuetus floribus odas
Mandere, nunc Genesin mens cupiebat edax.
Cumque simul violas & lilia carpere mallem,
Quæ vetus atque novus congeminavit odor.
Incidit ille mihi, quem regula nominat Actus,
Messis Apostolicæ plenus in orbe liber.
In quo nos Dominus Petro piscante levavit
De gremio salsi, cæruleique maris.
Ostensaque dedit cælestis imagine navem,
Gentibus assumtis ex saturitate famem.
Hujus ab Historia produxi carmina tiro,
Pastorique meo sedulus ora dedi,
Largius auxilio qui fert nova verba canenti,
De quo nemo potest hoc sine digna loqui.
Quæ patri egregio patuerunt tradita Papæ,
Scriniaque Ecclesiæ condita rite gerunt.
Eia age susceptos celebret conlatio libros:
Mercedis pretium caussa superna dabit.
Sunt quia Pontifices in religione magistri,
Gallia quos multos dat studiosa bonos.
Est ubi Firminus venerabilis ille sacerdos,
Pascere qui populum dogmatis ore potest.
Hujus ad Italiæ tendit laudatio fines,
Atque ultra patriam gloria nomen habet.
Ne dubita quin grata forent documenta probatis,
Sedis Apostolicæ quæ placuere viro.
Nec te nempe putes cariturum munere famæ,
Hæc prælata operi scripta quod edis ibi.
Ibimus ambo simul, quo pagina venerit ista;
Partheniumque decus semper in ore feret.

V. 5. *Positum cui nomen ab ævo*] Suspicabar legendum *ab auro*: sed alterum verius, scilicet scriptum fuisse, *positum cui nomen ab æquo*. Æquum enim virgineos mores verecundo nomine censeri. Barth. *Adversar.* pag. 1350.

V. 8. *Utque decus* GEMMIS, *quod vocitaris adest*] Nihil facilius quam refingere, *Utque decus gemines, quod vocitaris, ades*. Nomen moribus exprimendum præsaga tibi lingua imposuit: tu, quod vocaris, es; ut gemines decus. *Ades* pro *es* non est barbarum: exemplis apud Lucretium, Catullum, Propertium obviis. Id. ibid.

V. 15. *Te* MULTIS *opulenta*] Nihili illud *multis opulenta*. Scribe *Te titulis opulenta*. Facili lapsu scriptoris ab abbreviatione. Id. ibid.

V. 82. *Ex saturitate*] Forte, *exsaturare*.

1. Hanc Aratoris epistolam primus edidit Sirmondus, eamque Notis in Ennodium subjecit. De auctore autem plura V. C. ad ejusdem Ennodii epist. I. lib. IX.



AGNELLI
EPISCOPI RAVENNATIS
AD ARMENIUM EPISTOLA, DE RATIONE FIDEI.

FRater Martinus exegit litteras ad tuam caritatem mittendas, adserens, solicitudinem tuam quærere solatium defensionis catholicæ Fidei, quam quidam varia assertione conturbavit. Sed ipsa conturbatio cum collata fuerit, omnis fæculentia projicitur; & hoc quod liquatum fuerit, custoditur. Ante omnia itaque [a] *credere oportet Deum, quia est*: secundo quid sit Deus. Quare hoc? quia [b] *dixit insipiens in corde suo: Non est Deus*. Ergo qui insipiens non est, hoc non dicit, sed dicit: *Credo in Deum*. Si dixerit tibi quicumque, Quid est Deus quem credis? respondendum est: Hic est Deus qui clamat in Deuteronomio: [c] *Videte, videte quia ego sum* [1] *Deus, & non est alius præter me*. Item cum Moses interrogaret quem illum diceret, respondit: [d] *Ego sum qui sum; & dices eis ad quos te mitto: Qui est, misit me*: id est immutabilis, & semper idem: non heri Deus tantum, hodie vero Deus & Pater; sed semper fuit Deus & Pater, & semper fuit cujus esset Pater. Si enim accessisset ei ut esset Pater, vim passus esset, ut inciperet esse quod non erat. At est blasphemum ita sentire.

Sed dicit aliquis: Non est vim passus, sed sua voluntate genuit Filium; quia si noluisset, non eum genuisset. Ad hæc exigendum est ut dicat: Quando voluit generare Filium, habuerit ne virtutem generandi, & sapientiam hoc ipsum volendi? Si dixerit, Non habebat, confutas blasphemum: Si dixerit, Habebat, obtines victoriam: [e] *Filius* enim, ut dicit Apostolus, *Dei Patris virtus est & sapientia*. Nam qui dicit, virtutem non habuit, blasphemat: qui dicit, sapientiam non habuit, blasphemat. Hoc quare? quia in capite libri sui Arrius dicit: Fuit Deus, quando Pater non fuit: ut videatur introducere minorem Filium ad honorem Patris. Blasphemat igitur Patrem multis modis: primo jam, quia non potest stare ut dicatur, *Qui est, misit me*: quia jam non potest dici, *Qui est*, qui heri alius fuit, & hodie alius est: Ergo si non est alius hodie, cras non alius, & semper immutabilis perseverat. Semper ergo fuit Pater, semper fuit cujus esset Pater. Deinde, etiamsi hoc ipsum illi consentiat, quia voluntate genuit: cogere illum potest catholicus, aut ut dicat, ante quam vellet generare Filium, noluit; & ideo non genuit: aut voluit, & non potuit. Si noluit, [2] bonum est quod noluit. Si autem voluit, & blasphemum est ut dicatur, *Fuit Deus quando bonum voluit & non potuit*: est blasphemum, ut dicatur aliquando voluisse & non potuisse Deum.

Hoc loco superatus Arrius, adhuc tenet catholicum: Vere genuit, aut putative? Respondet catholicus: Vere genuit. Hæreticus ad hæc: Si vere genuit, ante quam generaret, non fuit iste quem genuit. Ad A hæc respondendum est: multa esse in fragilitate humana, quæ sic oriantur ex ipsa fragilitate, ut simul incipiant genitor & genitus. Nam vox hominis sermonem parit, & non est sermo nisi vocis filius. Modo quia sermo vocis est filius, ex eo minor dicendus est sermo, quia vocis est filius? Hoc penitus dici non potest: Quare? Quia ex quo vox, ex eo & sermo. Adde in ipso sermone efficaciam, & complesti tertiam personam, quæ penitus individua perseverat. Vox ergo egressa, sermonem [3] promit, & sermo egressus, efficaciam gignit. Ut puta, jussum est per vocem, Ille fiat consul, vel certe denudetur, vel certe interficiatur, vel certe de periculo liberetur. Ecce vox peperit verbum, verbum autem non peperit efficaciam: sed ex ipsa voce & verbo virtus egressa, alterum fecit consulem, alterum interfecit. Et ideo ex Patre, Filius; ex Patre & Filio procedit Spiritus sanctus. Nec, ut quidam dicunt, duos habet Deus Filios, Christum & Spiritum sanctum: sed habet Filium invisibilem, sicut ipse invisibilis est; qui ut esset visibilis, corpus nostræ fragilitatis adsumsit: non ut invisibilis esse cessaret, sed ut in ipso Christo, invisibilis incredulis permaneret. Nam cum dicit: [f] *Beati oculi qui vident quæ videtis*: ergo beati erant Judæi omnes, & hi qui eum crucifixerunt, de quibus per David dicit: [g] *Ipsi vero consideraverunt & conspexerunt me*. C Vides ergo quia invisibilis perseverat, & mente cernitur pura & credula. Ergo si invisibilis Pater, invisibilis Filius, invisibilis Spiritus sanctus.

Et ut ad hoc revocem unde factum est, ut hoc de fragili homine doceamus: Tria hæc invisibilia & indivisa, & in unum conglobata & virtutis efficacia redundantia, id est, vocem genitricem verbi: ex verbo vero simul cum voce procedentem efficaciam quæ faciat alterum consulem fieri, alterum trucidari: dic mihi, Arriane, ista tria unum sunt, an non? Si unum non sunt, divide vocem a verbo, & efficaciam a voce & verbo. Quod si hoc in fragili homine [4] ita unum sunt tria, vox, & verbum, & efficacia; ut tres quidem personæ sint, D sed una subsistendi potentia: in homine fragilissimo, ut diximus, si hæc sit tanta potentia; quanto magis in omnipotentia Dei ita est, ut sit Pater omnipotens genitor Filii, & ex Patre & Filio procedens virtus, qui est Spiritus sanctus? Forte homo fragilis hoc habere potest, Deus omnipotens hoc habere non potest?

Huc usque ratio operata sit; nunc auctoritas operetur. Apostolus Paullus duas formas æquales in Patre & Filio posuit, ut æqualitatem exprimeret. Dicit enim sic de Filio: [h] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semet*

a Heb. XI. 6. *b* Psalm. XIII. 1. *c* Deut. XXXII. 39. *d* Exod. III. 14. *e* I. Cor. I. 24. *f* Luc. X. 23. *g* Psalm. XXI. 18. *h* Philipp. II. 6. 7.

1. *Deus*] Vulg. *Deus solus*.
2. *Bonum est*] Forte melius, *blasphemum est*: quam restitutionem insinuat sequens alterum membrum, *& blasph.*
3. *Promit*] Forte *parit*, ut paullo ante.
4. *Ita unum sunt tria*] Alias sic legitur in codice Trevirensi: *Ita unum sunt tria, ut vere tria sunt vere unum; vere enim tria, vox, verbum & efficacia: tres ergo Personæ, sed una subsistendi potentia.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 552.



ipsum exinanivit formam servi suscipiens. Vides formam & æqualitatem apostolica auctoritate declaratam? Sed occurrit Arrianus & dicit: Velis nolis, negare non poteris hoc quod dicit ipse Dominus: [a] *Pater major me est*. Ad hæc respondendum hoc quod dixit Apostolus: *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi suscipiens*. In hac utique forma servili, minor; salva illa forma, in qua *non rapinam arbitratus est se æqualem Deo*. Ac per hoc sic fiet, ut & tecum minorem dicam factum in assumtione hominis Deum; & tu mecum non neges, salva illa forma, in qua æqualis Deo Patri cessare non potuit.

Restat ut hoc quæratur ab hæretico, cum formam servi suscepisset Filius, & venisset in mundum, si deseruit Patrem. Ad hoc respondendum est: Si verbum quod exierit de ore meo & introierit in aurem tuam, & per aurem tuam in corde tuo cœperit manere; dic mihi, numquid quia in tuo pectore manet, jam in meo pectore non est? Si ergo [1] inter sensus per meum os egressus, in tuam mentem ingressus, meam non deserit animam; quanto magis ex Patre Deo egressus Sermo, Patris pectus deserere non potuit; nam ipse Filius dicit: [b] *Ego ex corde Patris prodii*: Et Pater dicit: [c] *Eructavit cor meum verbum bonum*. Item objiciunt aliunde: Alibi ivit, id est, de A cælo ad terram vere venit: quomodo potuit fieri, ut de sinu Patris non recederet? Ad hoc dicitur: Considera [d] quatuor flumina de uno sinu paradisi egredi. Fons ergo, Pater, est quatuor fluminum: & cum circumeant omnem terram, tamen de sinu Patris sui, id est, fontis illius qui est in paradiso, non recedunt. Aut si potes, divide inter fontem & fluvium. Quod si hoc facere non potes; cessa dividere Filium a Patre, quomodo quod non potes de aquæ elemento ulla prorsus facere ratione. Item de passibilitate aget tecum hæreticus; Utrum Deus ibi fuit, quando passus est Dominus. Si dixeris, simul passus est Deus indivisus; Patri-passionem incurris. Si negas simul ibi B fuisse divinitatem; hæresim facis. Cum ergo non negas ibi in cruce fuisse [e] *Deum* simul *in Christo mundum conciliantem*; compelleris [2] docere, utrum simul crucifixus sit Deus. Ad hæc adferes ipsum priorem verbera suscepisse, sed impassibilem permansisse. Nam splendor solis in arbore manens, eo tempore quo arbor inciditur, priorem securis ictum accipit: sed impassibilis permanens, integer perseverat; arbor vero inciditur. Si ergo creatura luminis hanc obtinet virtutem, ut cum sit in ligno verberata simul cum ligno, lignum passioni derelinquat; ipsa vero evadat injuriam: quanto magis ipse creator omnipotens, vera lux, impassibilis perseverabit in Christo?

a Joan. XIV. 28. *b* Eccli. XXIV. 25. *c* Psalm. XLIV. 2. *d* Gen. II. 10. *e* II. Cor. V. 19.

1. *Inter sensus*] Ex antecedentibus & consequentibus forte legendum: *Si ergo* INTERIM SERMO *per meum os egressus*, cet.

2. *Docere, utrum simul*] Alias, *dicere quod simul*.

LIBERATI

ARCHIDIACONI ECCLESIÆ CARTHAGINIENSIS

BREVIARIUM


CAUSSÆ NESTORIANORUM

ET

EUTYCHIANORUM.



Ex editione JOANNIS GARNERII presbyteri e Societate Jesu.



ACCESSIT,

Præter variantes lectiones ex Tellieriano codice ms. optimæ notæ desumtas,

DISSERTATIO

Ejusdem cl. editoris, ad LIBERATUM, de quinta Synodo, & quæ eam præcesserunt.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



PRÆFATIO
AD
LIBERATI DIACONI
BREVIARIUM.

I. LIBERATUS ecclesiæ Carthaginiensis Diaconus, unus de Africanis trium capitulorum defensoribus, libellum scripsit de Hæresi Nestoriana & Eutychiana; quo docet, quibus parentibus utraque nata sit, quosque habuerit postmodum, ad quintam usque synodum, sive propagatores, sive præcipuos defensores.

II. Quo fine scripserit, aperte sub finem prodit. Postquam enim opere toto Nestorianorum Eutychianorumque pugnas, artesque pugnandi longo usu eruditas exposuit, tandemque Justiniani imperatoris & Theodoræ uxoris occultas machinationes explicuit; versuta quadam calliditate conatus est lectoris incauti animum in hanc opinionem sensim sine sensu adducere, qua V. synodum non legitimum putet ecclesiæ judicium, sed politicam episcoporum imperatori adulantium coitionem.

III. Ut erat propensior erga Nestorium, aut certe erga Theodoretum Nestorii amicum; ita minus æquo fuit animo adversus Cyrillum Theodosiumque imperatorem. Quæ caussa impulit hominem affectui indulgentem, ut Cyrillum invidentiæ, Theodosium perversi regiminis reum faceret, quasi uterque tumultuum, vel, ut ipse loquitur, scandalorum occasio fuerit, aut etiam auctor.

IV. Non tradit explicatissimam temporum rationem: nam res ipsas episcoporumque successionem narrasse contentus, epochas annorum quibus singula contigerunt, non semper curiose notat. Verum si cum suis aliis duobus Afris conjungatur, Facundo Hermianensi qui libros duodecim de caussa trium capitulorum, & Victore Tunonensi qui Chronicum scripsit; rerum ad V. synodum pertinentium historia certior habebitur, quam ex Theophane vel Nicephoro sive Constantinopolitano, sive Callisto. Illi enim res quarum pars magna erant, scriptis mandarunt: isti longe remotas; siquidem Theophanes tribus, Nicephorus octo ferme sæculis distabat.

V. Libello nomen BREVIARIUM fecit; partim quia ex breviatis prolixioribus monimentis confectum est; partim quod viginti quatuor capitibus, iisque non admodum prolixis, complectitur historiam centum & viginti quinque annorum: tot enim intercesserunt inter ordinationem Nestorii a qua sumit exordium, & quintam synodum ad quam videtur hærere; siquidem Nestorii ordinatio contigit ann. 428. die decima Aprilis; synodus ann. 553. die quarta Maii inchoata fertur.

VI. Unde acceperit, quæ Breviario tradit, partim ipsemet aperit (cap. I.), partim non obscuris indiciis deprehenditur: *Ex ecclesiastica*, inquit, *historia nuper de Græco in Latinum translata, & ex gestis synodalibus vel sanctorum patrum epistolis, hoc Breviarium collegi, nectens temporum curriculo illa quæ in Græco Alexandriæ scripto accepi, vel gravissimorum hominum didici narratione fideli.* De singulis quos memorat, fontibus, aliisque pluribus mox dicemus.

VII. Jam vero quantum ex *Breviculo historiæ Eutychianistarum* profecerit, oculi ipsi legentium renuntiant: verba enim ipsa sæpe usurpat, continentemque orationem. Sed cum Breviculus non ultra damnationem Acacii pertineat, res consequentium annorum, partim ex Joanne rhetore aliisque accepit, partim ipse vidit, aut æqualium relatione didicit, sive cum Romæ versatus est, sive cum in Oriente: quare nullius auctoris nomen posterioribus quinque capitibus præposuimus.


VIII. Verum Breviculus ipse quem diximus, complectitur historiam L. fere annorum, quo temporis spatio gesta sunt plura; quæ cum auctor usurpare oculis non potuerit, aliunde profecto sumsit, nempe ex archivis ecclesiæ Romanæ, in quibus & gesta synodorum, & relationes apocrisiariorum, & litteræ quas pontifices sive acceperint, sive dederint, & alia id genus plurima asservabantur.

IX. Scio sæcula duo, quintum sextumque, feracissima fuisse scriptorum, qui res eadem quas Liberatus, memoriæ mandarint; nec abnuo, scriptores ejusmodi a Liberato potuisse aut legi, si græce satis nosset, aut alio interprete consuli: quod admodum probabile, vix tamen affirmem consultos. Historiam confecerunt præter nominatissimos tres, Theodoretum, Sozomenum & Socratem, Priscus Panites sub Theodosio juniore, Joannes Ægeates sub Zenone, & Candidus Isaurus sub Zenone, Eustathius Syrus sub Anastasio, Theodorus lector sub Justino seniore, Joannes rhetor, Basilius Cilix, & Zacharius rhetor sub Justiniano, aliique quorum meminerunt Evagrius, Theophanes & Nicephorus, priorum defloratores.

X. Accusat Liberatum Baronius, quod imprudentius aliquando crediderit historicis Nestorio faventibus, atque adeo minus æquis erga catholicos. Inquirunt quidam, curiosius forte quam utilius, qui fuerint ejusmodi historici, nec inquirendos putant extra recensitos octo: de quibus enim aliis suspicari liceret? Nihil proclivius quam de Zacharia rhetore opinari, propterea quod ab Evagrio dicitur affectu impulsus ad scribendum, cum alia plura, tum istud maxime, ad Calchedonense concilium ipsum etiam Nestorium evocatum esse. Conjici quoque posset, Zachariam istum non differre a Nestoriano historico, de quo mentio fit in Chronico Alexandrino. Verum Zachariam Eutychianistarum partes secutum demonstrat Evagrius *lib.* III. *cap.* VII. simulque ostendit affectionem qua impulsus historiam conscripsit, non spectasse ad Nestorium, sed ad Eutychen; dictumque ab ipso Nestorium vocatum ad concilium, utique ut reum de quo judicaretur, non ut episcopum qui considerer.

XI. Quod autem affertur de Nestoriano hæretico, levis est admodum, immo vana, nisi fallor, conjectura: nam laudatur historicus iste in Chronico Alexandrino, utique conscripto a catholicis, velut sapientissimus. Quare hunc ipsum esse reor;

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.



qui Nestorius Phlagoneos a Liberato dicitur, quique in concilio Calchedonensi Dioscorum damnavit, & Proterium reversus cum tribus aliis catholicis episcopis ordinavit. Opinionem hanc suadent tempus, nomen & viri fides: nam chronographus iste de quo sermo est, ad Leonem Juniorem perduxit historiam, id est ad ann. 474. qui vigesimus tertius a concilio Calchedonensi; quo usque potuit facile vitam ducere, qui, etiam quinquagenarius, concilio interfuisset ann. 451. deinde affine nomen, & chronographo & episcopo, non levem conjecturam affert, præsertim cum meminerim, me uspiam inter concilii patres legere Nestorianum Phlagoneos. Quid quod uterque catholicus fuit? Adde quod sit admodum credibile, a viro qui magna pars fuisset rerum ad ecclesiam Alexandrinam spectantium, earumdem historiam fuisse litteris traditam; denique cum a nemine chronographi Nestoriani mentio fiat præter quam ab Alexandrinis; non alienum a vero videri debet credere, hunc ipsum in Ægypto scripsisse.

XII. Videtur libellus iste scriptus post annum 564. primum enim in capite XXII. mentio fit mortis obitæ a Vigilio papa, qui Syracusis obiit anno 555. ineunte. Deinde peregrinatio de qua sermo est capite I. non alia certe fuit, quam qua diaconus episcopo suo Reparato in Euchaydam ejecto comitatus est. Est autem ejectus Reparatus anno 553. ibidemque defunctus anno 563. initio. Congruit temporis ista ratio cum aliis adjunctis: nam tradit Liberatus, se scribere cum Apollinarius Alexandrinam regeret ecclesiam, cumque Primosus trium capitulorum damnator qui Reparato in sedem Carthaginiensem successit, diem extremum obiisset: Apollinarius autem Alexandrinam ecclesiam regebat adhuc anno 564. siquidem ordinatus fertur anno 551. & a Nicephoro Constantinopolitano sedem tenuisse dicitur annos XVII. Primosus vero interiit circiter anno 562. quo tempore Theodosius Alexandrinus adhuc vivebat, ut qui vivere desiit anno I. Justini Junioris, qui Christi 566.

XIII. Sunt qui Breviarium hujusmodi maximi faciant, sunt qui minoris: illi brevitatem libri laudant & argumenti amplitudinem, quæ duæ illecebræ animorum ad legendum: isti minorem, quam par esset, in pervidendis tantæ utriusque caussæ instrumentis, & nimiam in fide hominibus non sincerissimis danda facilitatem caussantur; immo & nimium accusant suarum partium studium: fuit enim schismate implicatus propter tria capitula obstinatius defensa.

XIV. Quamvis dictionis humilitas pæne incredibilis, inæqualitasque ob insertas auctorum sententias non latinissime e græco redditas, fastidiosum lectorem deterrere queat; non debet tamen historiæ studiosum: compensatur enim id, quidquid est vitii, varietate rerum quæ vix uspiam aut omnino aut ita conglobatæ reperiantur; nam monimenta unde plurima desumsit, magnam partem perierunt.

XV. Prodiit nuper cum innumeris mendis, quibus nunc caret ope manu scriptorum codicum trium optimæ notæ, Tellierani, Bellovacensis & Nostri. Juverunt non mediocriter vulgatæ editiones, saltem ad conjecturis dandum pondus; atque etiam ipsi auctores græci, quorum opera in compendium contracta sunt. Veterum editionum menda ex textu maluimus expungere omnino, quam, ut fit, retinere magno legentium sive damno, sive fastidio: visum est tamen, quod emendatum est, alio cha-

A ractere scribere, ut dignosci facilius queat, & si lubet cum vulgatis libris conferri.

XVI. Adjecta sunt scholia, quæ operi responderent, hoc est brevissima, quibusque fuit admodum opus, ut vel lux afferatur textui, si quando brevitate obscurior factus sit; vel corrigatur auctoris sententia, cum a melioribus viciniorisque ævi scriptoribus discrepat.

XVII. Id operæ vero quod contuli, videri potest continuatio quædam historiæ Nestorianæ, quam posteriori parti operum M. Mercatoris præposui; immo & appendix vitæ Theodoreti quæ propediem edetur in lucem: utramque enim ut accurarem, animum ad Liberatum curiosius examinandum appli-

B cui, cum pluribus de caussis, tum maxime vel ista una, quod ab hoc auctore abductus aliquando in errorem, alios monendos putavi, ne forte propter anticipatam de ipso opinionem, majoremque merito credulitatem, aut periclitentur, aut etiam fallantur.

XVIII. Quod dixi porro, §. IV. suppleri debere, quæ Liberato desunt, ex aliis auctoribus, præsertim Facundo Hermianensi & Victore Tunonensi; intelligi oportet de rebus quæ gestæ sunt sexto sæculo, & quibus interfuerunt: de reliquis enim adeundi meliores fontes, ut acta conciliorum, litteræ pontificum, imperatorum divales, quibus nota temporum inscripta est: adeundi quoque proba-

C tissimi scriptores, qui seriem episcoporum majoris cujusque ecclesiæ texuerunt, habentque rebus affixos curiosius temporis characteres.

XIX. Cave autem, hos inter scriptores, quando agitur de exacta chronographia, ne recenseas Theophanem & Nicephorum Constantinopolitanum: nam laterculos ille quidem temporum, iste Patriarcharum quinque catalogum confecit; sed uterque ita, ut quamvis Theophanes probabilis sit historicus, neuter tamen laudabilis chronographus exsistat. Lectos igitur oportet oculis non eruditissimis a nupero quodam Dissertatore, qui præstantissimæ chronographiæ nomine commendat.


XX. Id vero ne videar de Nicephoro & Theo-

D phane calumniose dicere, demonstranda sunt duo clarissimis exemplis. Primum, quantum aberret a vero Nicephorus in describendis annis, quibus sedit quisque episcoporum quorum catalogum fecit, & eorum maxime quorum mentio est apud Liberatum. Alterum, quanta sit hac in parte Theophanem inter & Nicephorum societas erroris.

XXI. Nicephorus igitur, cum texit catalogum Romanorum Pontificum, inter Anastasii obitum & obitum Cælestini annos ponit 48. tribuit enim Innocentio I. qui Anastasio successit, annos quindecim, octo Zosimo, Bonifacio quatuor, Cælestino unum & viginti: atqui indubitatis argumentis constat, non interfluxisse plures triginta: siquidem obiit

E Anastasius ann. 402. die 27. Aprilis, Cælestinus ann. 432. die 6. Aprilis: abundat igitur Nicephori computus annis 18. Deinde si Zosimo tribuantur anni octo quos tribuit Nicephorus, Zosimum necesse est sedem apostolicam tenuisse ad annum usque 425. nam in ea sedere cœpit ann. 417. post obitum Innocentii I. Id autem quam procul sit a vero, nemo nescit; quandoquidem ann. 425. sedere jam tum cœperat post Bonifacium Zosimi successorem Cælestinus, ut conficitur ex epistola 262. Augustini aliisque certis monimentis. Postea si Cælestinus sederit unum & viginti annos, quod tradit Nicephorus, cum sedere cœperit ann. 423. die 3. Novembris, eum oportet ad annum usque 444. sedem tenuisse: at S. Leo jam inde ab anno 440. pontifi-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



tatum gerere incepit, nec Cæleſtino tamen ἀμέσως ſucceſſit, ſed Sixto qui Cæleſtinum excepit.

Eſt & aliud evidens Nicephori peccatum in Romanorum Pontificum catalogo: Joannes Mercurius apoſtolicam ſedem aſcendit ann. 532. menſe Januario, Pelagius I. ann. 555. aut quemadmodum aliis videtur 556. quare inter utriuſque ingreſſum lapſi ſunt anni 23. aut 24. Nicephori tamen in catalogo ex editione Contii ponuntur anni tantum 11. ſiquidem tribuuntur anni tres Joanni, unus Agapeto, Silverio duo, Vigilio quinque, quo enormius nihil dici poteſt: hoc enim pacto tota quintæ ſynodi hiſtoria, qua parte Vigilium reſpicit, labefieret. At ſi conſulimus eumdem catalogum in editione regia, jam non deficiet ſumma annis 13. ſed abundabit tribus aut quatuor: Silverio enim, quod plane ſtupendum eſt, tribuuntur anni 18. ſicque Silverius ab anno 536. quo ſucceſſit Agapeto, perveniſſet ad annum uſque 554. id eſt, ultra quintæ ſynodi tempora, quo quid incredibilius? Quod ſi dicatur, quod re vera debet, geminum vitium irrepſiſſe in græcum textum, tributos eſſe annos Silverio qui Vigilio debent, ſcribendumque Σιλβέριος ἔτος ἕν, non ἔτη ἑ.; omnia quidem utcumque congruent. At quis fidem habeat libris, quos emendare prius oporteat, quam utiliter laudare? Prætermitto alia longe plura ejuſdem catalogi flagitia.

XXII. Neque vero accuratior eſt in præſulibus Hieroſolymitanis, quam in Romanis. Unicum exemplum produco, ſed efficaciſſimum, quo in trium epiſcoporum, Joannis, Praylii, Juvenalis, annis computandis graviſſime quartum peccatur. Conſtat certa ratione temporum inter Joannis ordinationem & Juvenalis obitum, fluxiſſe annos 71. ſiquidem Cyrillus deceſſit Joanni ann. 386. Juvenalis Anaſtaſio ann. 457. Nicephorus fluxiſſe tradit 74. Hoc primum peccatum. Joanni tribuit annos omnino 15. cum triginta ſederit; defunctus enim eſt anno 417. ut ex Auguſtini Zoſimique litteris apertum eſt, & Cyrillo ſucceſſit, cujus mortem contigiſſe anno 8. Theodoſii M. id eſt ann. 386. tradit Hieronymus cap. XIX. de Scriptoribus eccleſiaſticis: iſtud ſecundum. Tertium longe mirabilius, ſi non abſurdius, tribuit Praylio qui Joanni ſucceſſit, annos 20. quo pacto ſediſſe dici debet ad annum uſque 436. aut 437. Quid autem pugnantius cum hiſtoria? Nam Juvenalis qui Praylium excepit, interfuit Epheſinæ ſynodo ann. 431. accepit a SS. Cæleſtino & Cyrillo litteras ann. 430. regebat eccleſiam Hieroſolymitanam, quo anno defunctum Theodotum tradit Theodoretus, id eſt, ann. 427. immo, ut mox oſtendetur, epiſcopatum gerere cœpit anno 424. atque ita Praylius vix annos octo eccleſiam Hieroſolymitanam rexit. Quartum par prioribus. Tribuit Nicephorus Juvenali annos 38. qua ratione deberet dici fato functus ann. 462. ſiquidem ſedere cœpit ann. 424. atqui defunctus eſt ann. 457. ſiquidem annus octavus Anaſtaſii qui Juvenali ſucceſſit, coincidit cum nono Leonis I. imperatoris, atque adeo cum anno Chriſti 465. ut manifeſte colligitur ex Cyrillo monacho in vita ſancti Quiriaci.

XXIII. De Alexandrinis, quid dicam? ea comminiſcitur, quæ nemo mediocriter peritus hiſtoriæ eccleſiaſticæ patienter legat. Indubitatis rationibus conſtat, ſucceſſiſſe S. Cyrillo defuncto Dioſcorum ann. 444. Zoilo depoſito Apollinarem ann. 551. Interfluxerunt igitur anni ferme 107. inter ordinationem Dioſcori & ordinationem Apollinaris; ponit autem Nicephorus octoginta tantum: deficiunt igitur 27. anni; neque medeatur defectui tanto, qui addiderit annos 17. quos alii tribuunt Timotheo Aſterio, cujuſque ſedes nullum habuit a Nicephoro aſſignatum annorum numerum: deerunt enim adhuc anni ferme decem. Deinde Dioſcoro Nicephorus tribuit annos quinque tantum, cum tamen ordinatus ſit initio Februarii ann. 444. depoſitus autem Calchedone ann. 451. die 13. Octobris; atque ita ſederit annos ferme octo. Tribuit Timotheo Salophaciolo ſive Albo annos dumtaxat quindecim: Liberatus ejuſdem ferme cum Timotheo ætatis, defunctum tradit pontificatus ann. 23. Tribuit Gaiano annum unum: Liberatus tres & centum dies, vel ut alia lectio fert, dies ſexaginta tres. Tribuit Theodoſio annos duos: Liberatus annum unum & menſes quatuor. Quid reliqua incurioſe ſcripta curioſius proſequar? tranſeo ad Antiochenos.

XXIV. Certum eſt, auctore Theodoreto lib. V. hiſtoriæ ſub finem, Theodotum Antiochenum obiiſſe ann. 427. Certum pariter ex Evagrio Euphraſium ruina urbis obrutum interiiſſe ann. 526. die 29. Maii, quæ erat feria ſexta. Fluxerunt igitur inter utriuſque obitum anni omnino 99. Nicephorus numerat 106. cum menſibus 7. hoc primum flagitium; iſtud alterum. Conſtat, ut dictum eſt, auctoritate Theodoreti indubitata hac in parte, Theodotum deceſſiſſe Joanni ann. 427. conſtat pariter ex actis concilii tum Epheſini latrocinalis, tum Calchedonenſis œcumenici depoſitum fuiſſe Domnum ann. 449. menſe Auguſto: fluxerunt igitur ab ingreſſu Joannis qui Theodoto ſucceſſit, ad ingreſſum Maximi qui ſuffectus Domno, anni 22. Numerat Nicephorus 26. nam Joanni tribuit annos 18. Domno 8. ea ratione, quod flagitium prioribus enormius, dicendus eſſet Joannes ſedem Antiochenam tenuiſſe ad uſque annum 445. Domnus ad annum 453. quo nihil adverſantius vero: nam Maximus Domno ſuffectus interfuit Calchedonenſi concilio anno 451. ut ex actis conſtat. Domnus Epheſi depoſitus eſt in latrocinali ſynodo ann. 449. menſe Auguſto, quod geſta docent.

Domnus enim Antiochenæ eccleſiæ præerat ann. 444. quo anno Cyrillus obiit, ut ex fragmentis a Mario Mercatore excerptis apertum eſt.

Quin etiam a Cyrillo accepit litteras de cauſſa Athanaſii Perrhenorum epiſcopi, accepit & a Theodoreto, de Cæleſtiaco nobili Afro ann. 442. Quid quod Theodoretus, quo nemo Joannis annos pro amicitia ſingulari & familiari uſu novit certius, ipſum tredecim annos tantum ſediſſe demonſtrat in epiſtola ad Dioſcorum Cyrilli ſucceſſorem?

XXV. Sed mirum quantum in ſuorum etiam deceſſorum computandis annis deceptus eſt. Conſtat ex actis concilii Epheſini, depoſitum fuiſſe Neſtorium ann. 431. menſe Junio: conſtat pariter ex litteris Vigilii papæ & confeſſione Eutychii defunctum fuiſſe Mennam ann. 552. indubitatum ergo eſt inter Neſtorii depoſitionem & obitum Mennæ effluxiſſe annos 121. numerat tamen Nicephorus dumtaxat 110. atque ita peccat annorum undecim defectu: deinde Proclum ſediſſe ſcribit annos 12. & tres menſes; certum eſt nihilominus ſediſſe annos 13. menſes ſex: nam ordinatus eſt ea ipſa die, qua Maximianus e vivis exceſſit feria V. majoris hebdomadæ, pridie Idus Aprilis, qui character anni 434. Tranſivit & ipſe ad ſuperos die 24. Octobris ann. 447. ſedit igitur annos tredecim & menſes ſex.


Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.

XXVI. Ex his autem, quæ de Nicephoro, nisi fallor, evidenter demonstrata sunt, facile cuique licet conjicere, quid de Theophane sentiam, eadem nimirum, quæ Nicephorus, peccante.

XXVII. Nam ut a Romanis præsulibus dicere incipiam, Zosimo tribuit annos octo, Bonifacio quatuor, Cælestino decem, Sixto octo, qua ratione oporteret Sixtum decessisse ann. 447. Cælestinum ann. 433. Bonifacium ann. 449. Zosimum ann. 425. Siquidem Zosimus Innocentio successit ann. 417. quo nihil a vero alienius; siquidem Leo Sixti successor sedere cœpit ann. 440. certe scripsit episcopis per Campaniam ann. 443. Sixtus scripsit Joanni Antiocheno & Cyrillo ann. 433. Cælestinus ante Nestorii ordinationem quæ contigit ann. 428. non parvo tempore sedem apostolicam tenuit. Bonifacius ad episcopos Galliarum, de Maximo Valentino dedit litteras Monaxio & Plinta Coss. id est, an. 419.

XXVIII. De præsulibus Hierosolymitanis eumdem errat errorem cum Nicephoro: nam Joanni assignat annos 16. Praylio 20. Juvenali 38. qui tres enormissimi ἀνηχρονισμοί. Eumdem pariter errat de Antiochenis præsulibus, atque etiam de Alexandrinis, immo & de Constantinopolitanis, ut videatur Nicephori catalogus ex laterculis Theophanis exscriptus.

XXIX. Cum autem de Theophane res ita se habeat, liquido patet, quam prudenter dictus sit ab erudito interprete Goarto *historicus probabilior, quam tolerabilior chronographus*: nihil enim chronologicis ipsius laterculis, aut incuriosius, aut corruptius.





L I B E R A T I
B R E V I A R I U M.

C A P U T I.

P R O Œ M I U M.

PEregrinationis necessitatibus defatigatus, & aliquatenus feriatus animo a curis temporalibus, duarum hæreseon, hoc est, Nestorianorum & Eutychianorum, ex ecclesiastica historia nuper de Græco in Latinum translata, & ex gestis synodalibus, vel sanctorum Patrum epistolis, hoc Breviarium collegi, [1] nectens temporum *curriculo*, illa quæ in Græco Alexandriæ scripto accepi, vel gravissimorum hominum didici narratione fideli. Quod faciens pro mea eruditione & responsione contra falsiloquos utrarumque partium sectatores, qui consueto studio aliter loquuntur de suis auctoribus quam veritas habet, libenter offero catholicis fratribus, ignorantibus acta ipsarum hæresum, & legere volentibus.

PEREGRINATIONIS, cet.] Qua nempe Reparato Carthaginiensi episcopo cujus erat diaconus, fidum se comitem vel in exsilio, ita dedit, ut non nisi post episcopi mortem ab Euchayda recesserit.

DEFATIGATUS, cet.] Videri potest mendosa lectio: quomodo enim cohærent voces istæ duæ, *defatigatus* & *feriatus*? quid si legeretur *defunctus*? quamquam retineri potest vetus lectio; sed ita ut defatigatus positus sit pro recreato a lassitudine, insolenti quidem significatione, sed quæ Afro condonetur.

DE GRÆCO IN LATINUM TRANSLATA, cet.] Ab Epiphanio scholastico, Cassiodoro impellente, qui ex Socratis, Sozomeni & Theodoreti historiis, Tripartitam, quam dicunt, historiam conflavit.

GRÆCO ALEXANDRIÆ SCRIPTO, cet.] Divinare non licet, quodnam illud fuerit, sin minus vera sint, quæ in præfatione de Nestorio Phlagoneos episcopo conjecimus.

PRO MEA ERUDITIONE ET RESPONSIONE, cet] Id est, ad me erudiendum, & ut quærentibus facile responderem.

C A P U T II.

DE PAULLO SAMOSATENO, & quod auctor sit Nestorianæ hæresis.

Ex Epitome chronicorum Lucentii, & Lib. VII. *historiæ Socratis.*

IGitur Nestoriani dogmatis auctor, ut multi volunt, Paullus agnoscitur Samosatenus episcopus, qui secutus doctrinam antiquorum hæreticorum, Dominum nostrum Jesum Christum purum hominem asseruit natum, & passum: de sancta vero & summe beata Trinitate, ut Græci tradunt, Sabellii sententiam secutus est. Et propterea dicunt Nicænum statuisse concilium Paullianos omnino baptizandos, ponentes differentiam inter Paulli Nestoriique doctrinam, eo quod Nestorius [a] *confitens* exsistentiam divinitatis filii Dei, Christum purum hominem [b] *credidit* conceptum atque formatum, & postea in Deum provectum, hoc est, hominem deificatum, & non Verbum carnem factum, & habitasse in nobis, quod prædicat Evangelium *, & catholica confitetur Ecclesia.

A Propterea in epitoma chronicorum Lucentius [2] hoc ponit & dicit: *Felice & Tauro consulibus Nestorius Constantinopolitanus episcopus novum ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum hominem tantum, non etiam Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito dicit.*

Socrates vero in libro ecclesiasticæ historiæ (VII. cap. XXXII.) dirimit Nestorium a Paullo, eorumque differentiam sic ponit: *Apparet*, inquit, *Nestorium ignorasse lectiones antiquorum. Quapropter, ut dixi, in Sermone solo moratus est. Et* [3] *non solum Sermonem examini dedit, sed etiam omnino Deum esse qui natus est, denegavit. Nos autem fatemur, quoniam qui de sancta virgine Maria* [4] *na-* B *tus est, & crucifixus est, Dominus est gloriæ, sicut dicit Apostolus:* ** Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. *Porro Nestorius dicit*: Noli gloriari Judæe; non crucifixisti Deum: *tamquam ipse Dominus gloriæ idem non sit Deus. Nam quia purum hominem non dicit Christum, sicut Photinus & Paullus Samosatenus, etiam homiliæ quas fecit, ostendunt. Nusquam enim Dei Verbi* [5] *subsistentiam perimit, sed ubique eum subsistere confitetur,* [6] *& habere subsistentiam, & non sicut Photinus & Paullus Samosatenus* [7] *ejus subsistentiam perimentes.*

Hæc Socrates de Paullo & Nestorio: cujus testimonio utens, sequar, quid alia respondeat lectio: *Ignarus Nestorius expositionum sanctorum patrum præ-* C *dicantium, Dei filium unitione naturæ suæ in personam suscepisse hominem, quam non habet cum patre communem. Propter individuam & inseparabilem patris & filii naturam, beatam Mariam noluit dicere Dei genitricem, ne patri quoque nativitatem applicaret: ignorans demens, quoniam pater & filius natura unum sunt, discreti personis: quoniam qui genuit, non est genitus, neque qui genitus est, generavit.* Hoc ignorantes Nestoriani, quasi nodosam & indissolubilem nobis hactenus proponunt quæstionem, impudenter objicientes, patrem cum filio natum, si beatam Mariam Θεοτόκον confiteamur. Verum his ita se de Nestorio habentibus, cœptum opus percurramus.

D

UT MULTI VOLUNT.] Infamem hanc originem objecerunt plures Nestorio: & primi quidem omnium laici duo, Eusebius qui postea Dorilæi episcopus fuit, & Marius Mercator; deinde Cælestinus papa in epistola ad Nestorium; promiscue tandem alii, quos tamen inter ne recenseas Cyrillum Alexandrinum: nusquam enim natales hæresis Nestorianæ altius, quam a Photino, Diodoro Tarsensi & Theodoro Mopsuesteno repetiit.

ANTIQUORUM HÆRETICORUM.] Ebionem Paulli magistrum memorat Mercator *in refutatione Anathematismorum Nestorii*, Artemonem Theodoretus, *lib.* II. *hæret. Fab. cap.* VIII. & Prædestinati auctor *hær.* XLIV.

SABELLII SENTENTIAM SECUTUS.] Longe aliter & melius Mercator in dissertatione ad XII. anathematismum Nestorii.

PAULLIANOS.] Auctor Prædestinati loc. cit. *Omnibus notum est, nos hæreticos venientes non rebaptizare, sed manum reconciliationis accedere, & ita divino populo tradere so...n-*


* Joan. I. 14.

** I. Cor. II. 8.

1. Ms. *Nectens temporum illa.*
2. Ms. *Hoc penitus dicit.*
3. Ms. *Non solum eum Sermonem.* — Sic & edit. Labb.
4. Ms. *Natus est, Dominus.*
5. Ms. *Substantiam perimit.*
6. Ms. *Et habere substantiam.*
7. Ms. *Ejus substantiam perimentes.*

a *Confitens*] Al. *confundens*.

b *Credidit*] Al. *tradidit*.



dos . De Paullianis autem sancta synodus Nicæna hoc constituit , ut prorsus baptizentur , & ita demum catholico populo socientur . Unde ego credo regulam eos baptismatis integram non tenere , & ideo hoc decretum a Christi pontificibus constitutum .

POSTEA IN DEUM PROVECTUM.] Reclamat ipse Nestorius apud Mercatorem . Vide dissertationem primam ad II. partem operum M. Mercatoris , ubi popularis opinio clarissimis testimoniis convulsa est .

HOMINEM DEIFICATUM] Reclamat ipse rursum Nestorius epistola I. ad Cælestinum , in qua adversarios suos arguit , quod *deificationis* voce usi essent .

LUCENTIUS .] Utique retinenda lectio , nequidquam reclamante eruditissimo conciliorum collectore [a] Labbeo ; ostendit enim continuatorem Prosperi ; si tamen Prosperi : non quod Aquitanus melius hac in parte sentiat ; nam deceptus & ipse est a Cassiano Leporianam hæresim pro Nestoriana obtendente . Vide Mercatorem epist. mox cit. & differt. I. mox pariter citata .

APPARET .] Locus hic vel mutilus est in editione Græca , etiam postrema Valesii , vel suppositus in Tripartita , usque ad hæc verba , *ejus subsistentiam perimentes .*

HOMILIÆ QUAS FECIT .] Cum antea latuissent , editæ nunc primum sunt in II. parte operum M. Mercatoris , & inter eas hæc ipsa cujus meminit Socrates .

ALIA RESPONDEAT LECTIO .] Cujus illa tandem ? hæc tota certe παρενθετικὴ admodum implicata est . Vix non adducor ut credam, fuisse annotatoris alicujus qui Liberato imposuerit .

CAPUT III.

DE APOLLINARIO, & quod auctor sit *Eutychianæ* hæresis .

Ex Theodoreto lib. V. historiæ ecclesiasticæ cap. III.

POst damnationem Paulli Samosateni , una temporis generatione transacta , Apollinaris Laodicenus episcopus de incarnatione Domini Arianorum blasphemiam secutus , afferens contraria Paullo , carnem & omnipotens Dei Verbum unius esse prædicavit substantiæ , contentiosissime asseverans , Verbum carnem factum , vel aliquid Verbi in carnem fuisse conversum atque mutatum , non autem carnem de Maria Virgine sumtam atque susceptam. Ut * absque peccato , consubstantialis nobis & per omnia similis agnoscatur Christus , sicut ait apostolus .

[1] Theodoritus episcopus in ecclesiastica historia [b] Apollinarem & ejus hæresim sic notat : *Apollinaris ,* inquit , [2] *Laodicenus episcopus , dum pietatis indueret vultum , & apostolica se fingeret dogmata conservare , post paullulum manifestus hostis apparuit. De divina namque natura adulterinis rationibus utebatur , gradus quosdam dignitatum generans , & sacramentum dispensationis imperfectum explanare præsumens , animamque rationalem qua corpus resurgit , privatam salute confirmans .*

Si enim animam non assumsit , secundum illius rationem , Deus Verbum , neque medicinam animæ tribuit , neque honorem dedit ; sed corpus quidem terrenum ab invisibilibus virtutibus adoratur , anima vero secundum divinam imaginem facta , in inferiore permansit , contumeliis induta peccati . Qui etiam plurima super hæc vesanus asseruit . Aliquando enim pariter confitebatur & ipse , ex sancta Virgine assumtam carnem : aliquando vero , eam cum Deo Verbo cælitus descendisse : aliquando , eum ipsum carnem factum , & sumsisse nihil ex nobis : aliasque plurimas & inanes fabulas [3] *sacris opinionibus copulabat , quas in præsenti dicere superfluum judicavi .*

Talia quidem ille dicens , non solum suos peste complevit , sed etiam quosdam nostrorum fecit hujusmodi [4] *lepræ participes .*

Post paucum vero tempus , dum suum viderent opprobrium & ecclesiæ claritatem , pæne cuncti reversi sunt . Non tamen priorem deposuere languorem , sed magis plurimos constantium latenter sauciaverunt .

Ex hac ergo radice in ecclesiis germinavit una carnis deitatisque natura , & ut divinitati Unigeniti passio copuletur , & alia quæcumque populis & sacerdotibus certamina genuerunt .

Et post pauca. *Verum Apollinaris præsulatu nudatus , novitatem doctrinæ suæ aperta impudentia* [5] *in ecclesia prædicabat , ducem semet ipsum ostendens hæreseos .*

Quapropter apparet ex omnibus superius dictis atque prolatis , a Paullo Nestorianos fuisse propagatos , & ab Apollinari unius naturæ prædicatores, ut sunt Acephali & Eutychiani .

Cujus dictis & epistolis respondebat eo tempore [6] *Diodorus* Tarsensis episcopus , deinde Gregorius Nazianzenus , Basilius & Theodorus Mopsuestenus , probabiliter ostendentes ex divinis testimoniis duarum proprietates naturarum in una Christi persona, sicut ipsa probant eorum volumina.

[c] *Sequitur* jam nunc , utrarumque hæresum auctoritatibus demonstratis , earum acta [d] *narrare* , sicut præfatio pollicetur.

DE APOLLINARIO .] Vide sis quæ de ipso , ipsiusque hæresi scripta sunt in differt. I. ad II. partem operum Mercatoris : valent enim ad popularia quædam præjudicia revincenda, ipsumque Liberatum corrigendum .

UNA TEMPORIS GENERATIONE .] Generationem posuit pro sæculo. Nam Paullus damnatus est anno 270. Apollinaris docere cœpit circa annum 360.

CARNEM ET OMNIPOTENS DEI VERBUM .] Reclamant Apollinaris & Theodoretus. Iste partim in historia ecclesiastica verbis mox a Liberato afferendis , partim in dial. IV. adversus Apollinarem , qui suppositus est Athanasio . Ille in confessione fidei : *Anathema sit , qui non dicit carnem ex Maria ; & qui dicit , eam carnem esse naturæ non creatæ ,* & ὁμοούσιον Deo .

GRADUS QUOSDAM DIGNITATUM .] Vide Epiphanium & dialog. cit. Theodoreti de episcopo, presbytero & diacono , quibus tres personas divinas hæretici illi conferebant .

NAZIANZENUS .] Miror , cur non sit additus aliis Nyssenus : neque enim Nazianzenus expressius umquam adversus Apollinarem disputavit, quam Nyssenus .

AUCTORITATIBUS .] Positum pro originibus , vel auctoribus , non insolente post Tertullianum apud Afros locutione .

* Heb. IV. 15.

1. Ms. *Theodoritus in eccl.*
2. Ms. *Laodicenus , dum .*
3. Ms. *Sacris promissionibus .*
4. Ms. *Lepræ participari .*
5. Ms. *Ecclesia prædicabat .*
6. Ms. *Diodorus Tarseorum .* — Al. male *Dioscorus .*

a *Labbeo*] Tom. VI. Conc. pag. 421. edit. I. Ven - Labb.
b *Eccl. hist.*] Lib. V. cap. III.
c *Sequitur*] Al. *Sequimur* : forte rectius.
d *Narrare*] Al. *narrarem* . Certa emendatio.

CAPUT IV.

DE NESTORII ORDINATIONE & ejus hæresi.

Ex Socrate & actis concilii Ephesini.

POst Apollinaris damnationem & depositionem, aliquantis temporibus evolutis, mortuo Sisinnio qui post obitum beati Attici Constantinopolitanæ ecclesiæ præsulatum susceperat, visum est Imperatoribus, nullum ordinare de Constantinopolitana ecclesia pontificem, sed ab Antiochia Syriæ unde prius illa ecclesia Joannem susceperat, aliquem advenam accersire, & episcopum facere.

Et sicut Socrates in ecclesiastica narrat historia: (lib. VII. cap. XXIX.) *Erat quidam presbyter Antiochiæ nomine Nestorius, genere Germanicienfis, boni eloquii, quem quasi utilem ad docendum Constantinopolim principes evocaverunt. Et transactis tribus mensibus, ab Antiochia venit Nestorius, qui castitate inter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autem moribus institutus fuerit, sapientes a prima ejus homilia* cognoverunt. *Erat cum eo & Anastasius presbyter pariter destinatus, quem nimis honorabat, & consiliarium habebat in caussis suis.*

Ordinato ergo Nestorio die primo mensis Aprilis, consulatu Felicis & Tauri, Anastasius coram ecclesia docens: *Dei*, inquit, *genitricem Mariam nullus dicere præsumat: quoniam Maria homo fuit, & Deum ab homine generari nimis est impossibile.* Quod cum pariter audissent plurimi clericorum & laicorum multum conturbati sunt. Didicerant enim antiquitus, Deum confiteri Christum, & nullatenus per dispensationem hominem a Deo separatum credebant.

Tumultu ergo facto in ecclesia, Nestorius volens firmare Anastasii sermonem, eo quod eum honoraret, tamquam blasphemum noluit arguere, sed frequenter hoc coram ecclesia docebat, & agitabat hanc quæstionem cum contentionibus, abnegans Dei genitricis confessionem. Unde divisio nata est in ecclesia, & concussionem magnam orbi terrarum tepidissimi tractatus Nestorii concitaverunt. Sed eo non emendante, Constantinopolitana ecclesia erat in scandalo, & velut in nocturna lite repleta omni confusione; sociorum & hostium nulla erat agnitio, diversis nunc his, nunc aliis consentientibus, & verba propria mutantibus: quoniam Nestorius in ea erat opinione, quod omnino purum hominem diceret Christum, introducens in ecclesiam Paulli [a] *Samosateni* & Photini doctrinam.

Quod audiens Cyrillus Alexandrinus episcopus, cui tunc dabatur primatus de talibus agendi, venerunt ad eum aliqui de [1] populo Constantinopolitano non communicantes Nestorio, & suggesserunt ei quæ Constantinopoli acta fuerant. Direxit ergo Nestorio epistolam Cyrillus, cujus est principium [b]: *Venerabiles filii ac fide digni*, &c. persuadens ei, ut si in plebe lapsus fuerat sermo, in tractatibus corrigeretur, ut Dei puerperam diceret sanctam Virginem, id est Θεοτόκον, ut totius orbis offensio conquiesceret. Jam enim quaterniones expositionum ejus per Antiochum quemdam illustrem papa Cælestinus acceperat, dogmaque ipsius Nestorii manu

A ejus subscriptum & ab eo directum legerat atque tractaverat, totusque Oriens ex ejus scriptis jam cognitum habebat.

Sed Nestorio emendare nolente, rursus quoque [3] Cyrillus secundam ad eum direxit epistolam, cujus est principium: [c] *Obloquuntur de me quidam apud tuam fraternitatem:* &c. qua ei Incarnationis Christi plenam reddit rationem, rogans eum, ut cum *illo eadem* sentiret, ut ecclesiarum pax perstaret incolumis, & sacerdotibus indiscissa concordia permaneret.

Ad hæc autem Nestorius contrariam scribens Cyrillo epistolam, cujus principium est: [d] *Injurias quidem quæ contra nos sunt, mirandarum tuarum lit-*
B *terarum*, &c. Verumtamen beatam Mariam Θεοτόκον noluit dicere, nec suum emendavit sermonem.

Joannes quoque Antiochenus direxit Nestorio epistolam, cujus est principium: [e] *Meam intentionem circa tuam reverentiam*, &c. per quam eum hortatus est, ne se repelleret bonum sibi futurum consilium, dum eum dicere piget, beatam virginem Dei genitricem, quod sancti patres docuerunt & scripserunt. In qua epistola meminit Theodori Mopsuesteni, ostendens ei retractationis exemplum, quomodo ille dum tractat, tumultu facto, surgens fortissimus vir, sine confusione suam sententiam retractavit, & quæ [2] parum prodesse ignorantibus vi-
C debantur, velociter ad utilitatem correxit ecclesiæ.

Sed hanc Nestorius contemnens, civitati suæ odibilis factus est. Cyrillus vero per Possidonium diaconum suum retulit de eo papæ Cælestino, & quid Constantinopoli ageretur, ei per epistolam suam allegavit.

[3] Idem Cyrillus tertiam Nestorio synodicam direxit epistolam, in qua & duodecim capitula contra ejus dogma dictavit & inseruit. Et est principium: [f] *Dicente Domino*, * Qui amat patrem suum aut matrem suam plus quam me, non est me dignus.

Cujus exemplar epistolæ perveniens ad Joannem Antiochenum, offensus est in ipsis Cyrilli capitulis: putavit enim eum, dum immoderate occurreret Ne-
D storio, in sectam Apollinaris incidisse.

Mandavit ergo Andreæ & Theodorito episcopis concilii sui, ut scripto responderent contra ipsa duodecim capitula, tamquam Apollinaris dogma instaurantia.

Cognoscens itaque Nestorius, quod Cyrillus non pateretur ecclesiam sic esse in perturbationibus, & populos in scandalo, subripuit pio principi Theodosio, ut Sacram ad eum dirigeret, & a sua eum persecutione compesceret. Et scripsit quidem ad eum Sacram Imperator, arguens eum tamquam inquietum & scandala sectantem, qui sine consortio sacerdotum ageret atque scriberet.

POST APOLLINARIS DAMNATIONEM ET DEPOSITIONEM.]
E Damnatus legitur in concilio Alexandrino sub Athanasio, in Romano sub Damaso, in Constantinopolitano anno 381. at depositum solus Theodoretus, quod sciam, dixit.

ALIQUANTIS TEMPORIBUS EVOLUTIS.] A morte Apollinaris, quæ contigit anno 373. ad ordinationem Sisinnii, quæ incidit in diem dominicum, qui ultimus Februarii anni 426. intercesserunt anni 53.

VISUM EST IMPERATORIBUS.] Propter discordiam divisi in partes cleri, aliis Proclo, aliis Philippo Sidensi pertinaciter studentibus. Vide historiam Nestorii præpositam posteriori parti operum M. Mercatoris.

* Matth. X. 37.

1. Ms. *Populo Constantinopolitanorum*.
2. Ms. *Parum ignorantibus videbantur*.
3. Ms. *Cui identidem Cyrillus*.

a *Samosateni*] Sic Labbeus.
b *Venerab.*] Cyrilli epist. II. tom. V. part. II. pag. 19.
c *Obloq.*] Cyrill. epist. IV. ibid. pag. 22.
d *Injur.*] Epist. V. ibid. pag. 25.
e *Meam intent.*] Exstat tom. III. Conc. pag. 937. edit. I. Ven-Labb.
f *Dicente D.*] Ibid. pag. 61.

DIE PRIMO.] Atqui in Socrate ponitur decimus. Vide dissertationem II. in posteriorem partem operum M. Mercatoris, & nuperi cujusdam dissertatoris inconstantiam mirare, qui cum *in historia sua Pelagiana* levi de caussa Liberatum secutus esset, in dissertatione de V. synodo, ad Socratem redit, ductu melioris judicii.

JAM ENIM PER ANTIOCHUM.] Reclamat certa rerum historia. Vide præfationem ad II. partem operum M. Mercatoris.

JOANNES QUOQUE ANTIOCHENUS.] Vel per anticipationem hæc dicta sunt, & admodum quidem importune; vel in historiam peccatur. Nam Joannes Nestorio, ut ex ipsa epistola constat, scripsit dumtaxat post acceptas a S Cælestino litteras, atque adeo pluribus post mensibus, quam Cyrillus Possidonium diaconum Romam mitteret: Cælestinus enim per Possidonium, & Cyrillo responsum, & Joanni litteras dedit.

CAPUT V.

DE SYNODO EPHESINA PRIMA, & Nestorii damnatione.

Ex actis concilii Ephesini, & Epistola Ibæ.

ET post hæc scripsit aliam Sacram ad universos episcopos, ut Ephesum convenirent, & conferrent de libris Nestorii & Cyrilli judicium.

Scripsit Imperator Sacram & beato Augustino [a] *Hipponiregiensi* episcopo per Ebagnium magistrianum, ut ipse concilio præstaret sui præsentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem magnam, audivit a Capreolo ipsius urbis antistite, beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum, acceptisque ab eo ad imperatorem [1] litteris loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim unde venerat, rediit.

Porro Capreolus archiepiscopus, propter impetus Vandalorum Africanas regiones obsidentium, universale non valens congregare concilium, [b] *Bessulam* diaconum suum misit Ephesum ad concilium legatum.

Cælestinus vero papa Romanus scripsit Nestorio increpationis epistolam, cum exhortatione & vituperatione, quia errare non debuerit, [2] ad cujus ordinationem gavisus est. Et est ejus principium: [c] *Aliquantis diebus vitæ nostræ*, &c. tribuens ei decem dierum spatium, hoc est, a prima die acceptionis [3] ipsius epistolæ, usque in ultimam diem: ut si minime Nestorius emendaret expositiones suas, & revocaret ad ecclesiam, qui propter Christum * qui est caput ejus, ab eo fuerant expulsi, cognosceret se ab ejus collegio & omnium sanctorum episcoporum consortio esse separatum.

Insinuans ei dedisse vicem suam in concilio Cyrillo per epistolam suam, cujus principium est: [d] *Tristitiæ nostræ sanctitatis vestræ litteræ*, &c. qua Cyrillum admonuit, ut si per illos decem dies doctrinam suam minime Nestorius emendaret, disponeret eum a communi corpore removendum, & providendum illi ecclesiæ.

[4] Eadem de re pariter scripsit Joanni Antiocheno, Rufo Thessalonicensi, Juvenali Hierosolymitano & Flaviano Philippensi, archiepiscopis. Scripsit & ad clerum Constantinopolitanum, admonens eos, contra doctrinam Nestorii fortiter stare, ejusque persecutiones patienter ferre, quæ fructus afferrent coronarum: scientes ab eo excommunicatos vel dejectos in apostolicæ sedis permanere communione.

Continuo autem post paschalem festivitatem Nestorius cum maxima multitudine venit Ephesum, & invenit plurimos episcopos collectos. Porro Cyrillus Alexandrinus modicum retardatus, circa Pentecosten occurrit, & Juvenalis Hierosolymorum.

Sed Joanne Antiocheno remorante, quæstionem movebant præsentes episcopi de beata Maria Dei genitrice.

Cyrillus autem deflorationes quasdam librorum Nestorii faciebat, eum perturbare volens: erat enim, ut dicitur, ejus inimicus.

Et cum plurimi Deum confiterentur Jesum Christum: *Ego*, inquit Nestorius, *qui fuit duorum vel trium mensium, numquam confiteor Deum: qua gratia ter mundus sum a sanguine vestro, & amodo* [5] *ad vos non venio*.

Et his dictis, cum reliquis congregabatur episcopis qui ejus sententiam sequebantur. *Præsentes* ergo episcopi in duos ordines sunt divisi.

Porro Cyrillus cum suis habens vices sedis apostolicæ, concilio evocato ducentorum episcoporum, Nestorium vocaverunt. At ille venire noluit, differens [6] usque in præsentiam Joannis Antiocheni. Scripserat enim ipse Joannes de itinere Cyrillo, positus in sexta mansione, festinationem suam & itineris labores, animalium ruinas & episcoporum qui [7] secum erant, necessitates insinuans.

Qui vero circa Cyrillum erant episcopi, homilias Nestorii quas de hac quæstione protulerat, sæpius relegentes, prius quam Orientis concilium & aliquarum provinciarum episcopi ipsi concilio conjuncti, ad synodum occurrerent, judicantes Nestorium, tamquam blasphemantem Dei filium, damnaverunt.

Hoc facto circa Nestorium, Joannes & episcopi qui cum eo erant, alterum concilium apud se facientes, damnaverunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesiorum episcopum.

POST HÆC SCRIPSIT ALIAM SACRAM.] Immo vel simul, vel ante, 1. *part. C. Eph. cap.* XXXII. fit enim in ipsa mentio istius. *Tua pietas operam dabit, ut sacrosancto proximo paschate elapso, ad ipsum sacræ pentecostes diem, ad Ephesiorum Asiæ civitatem accurrat, nonnullosque quos nimirum idoneos judicabit, sanctissimos provinciæ suæ episcopos simul eosdem secum adducat.* Et postea: *De hac autem sanctissima synodo nostra serenitas ad omnes omnino Deo dilectos episcopos metropolitanos litteras scripsit.*

LITTERIS AD IMPERATOREM.] Tres Capreoli litteræ memorantur: unæ ad Theodosium imperatorem, quarum nihil editum est præter fragmentum apud Ferrandum *in epistola ad Pelagium & Anatolium*: alteræ ad synodum Ephesinam, quæ habentur *in actis Act.* 1. tertiæ ad Vitalem & Constantium adversus Nestorium, quas integras edidit P. Sirmondus, cum antea mutilæ haberentur. Hunc Liberati locum non meminerat, opinor, nuperus quidam historiæ Pelagianæ scriptor, cum diceret, Theodosium in Sacra per Joannem S. L. comitem ad patres Ephesinos missa, nomen Augustini inscripsisse, quod necdum rescivisset de obitu Augustini, atque adeo adesse crederet. Verum qui non sunt peregrini in historia ecclesiastica, facti istius caussam norunt. Hæc enim ipsa est, cur Cælestini summi pontificis, Rufique Thessalonicensis, & aliorum in eadem Sacra fiat mentio, cum absentia tamen ipsorum

* Ephes. V. 23.

1. Ms. *Litteris sequentibus*.
2. Ms. *Ab ejus ordinatione*.
3. Ms. *Ipsius epistolæ suæ, usque*.
4. Ms. *Eadem de eo*.
5. Ms. *Ad vos non veniam*.
6. Ms. *Usque in præsentia Joannis*.
7. Ms. *Secum fuerant*.

a *Hippon.*] Al. *Hipponensi*.
b *Bessulam*] Sic nominatur in fine subscriptionum concilii Ephes. tom. III. Conc. pag. 1226.
c *Aliq.*] Exstat tom. III. Conc. p. 993.
d *Trist.*] Ibid. pag. 895.

nota foret, nec non in urbe regia de adventu legatorum nuntius auditus esset.

UNIVERSALE.] Totius diœcesis Africanæ. Vide differt. *de synodis* in caussa Pelagiana ad I. partem operum Mercatoris.

CÆLESTINUS VERO PAPA.] Perturbatus ordo temporum. Scripsit enim Nestorio Cælestinus tribus integris mensibus ante Sacram qua indicebatur synodus; siquidem litteræ summi pontificis datæ leguntur die 11. Augusti, Sacra die 19. Novembris.

VICEM SUAM IN CONCILIO.] Si Ephesinum intelligitur, manifestus est error: neque enim Cælestinus de concilio Ephesino audire quidquam potuerat, cum hasce litteras daret; dedit enim III. Idus Augusti, cum indictio tamen concilii facta legatur XIII. Kal. Decembris consequentis. Loquitur ergo Liberatus de Romano illo concilio, in quo scripsit pontifex tum Nestorio, tum Cyrillo, aliisque episcopis litteras, quarum Liberatus meminit. Quare dedisse vices in concilio id ipsum est, quod in concilio Romano scripsisse litteras, quibus mandaret pontifex vices suas obeundas, non in concilio Ephesino quod nondum indictum erat; sed in exsequenda jussione pontificis de Nestorio deponendo, sin minus pareret, & alio in ejus locum sufficiendo.

MAXIMA MULTITUDINE.] Atqui adduxit e sua diœcesi decem episcopos tantum, & e palatio comites duos. Episcoporum nomina subscribuntur relationi Nestorii ad imperatorem. Comites fuerunt Candidianus Comes Dom. qui venit ut cognitor; & Irenæus cui erat cum Nestorio amicitiæ necessitudo. Vide Sacram Theodosii ad synodum.

DEFLORATIONES QUASDAM.] Editæ sunt in altera parte operum M. Mercatoris pag. 103. cum antea ignotæ omnino essent.

ERAT ENIM EJUS INIMICUS.] Nil mirum, Ibæ defensorem eadem quæ Ibas de Cyrillo, scripsisse, cum ex ejus epistola sumserit quæ scribit. Mirum vero, Isidorum Pelusiotam, virum sanctum quem Cyrillus colebat ut parentem, vulganti famæ id ipsum credidisse, ut Cyrillo scriberet: *Ut neque ego condemner, neque ipse a Deo condemneris, requiesce a contentione, nec ultionem propriarum injuriarum quæ tibi a mortalibus hominibus debetur, exigas a vivente ecclesia, & æternam ei discordiam sub prætextu pietatis ædifices*. FAC. lib. II. cap. 1.

DUCENTORUM EPISCOPORUM.] Melior auctor M. Mercator, qui præsens numerare potuit, tradidit convenisse catholicos 274. *in præfat. ad symbolum Theodori*.

EPISCOPI QUI CUM EO ERANT.] Triginta tres, ut constat ex sequenti capite, quos inter ipse Theodoretus fuit; non censetur tamen a Liberato, a quo nimirum metropolitæ soli septem cum Joanne nominantur.

APUD SE.] In ipso hospitio, cum nondum excussus esset viæ pulvis, & vix dum Joannes curru exscendisset, ut habet relatio Patrum ad imperatorem. II. *part. Conc. Ephes.*

Quam multa porro peccet Liberatus in hac concilii Ephesini historia, ostensum est in differt. II. ad posteriorem partem operum M. Mercatoris, ubi ad examen vocata sunt quæ tradiderunt hactenus Ephesinæ historiæ scriptores. Cum autem inquisivi in chronographiam Theophanis, Cerameum appellavi fallente memoria. Cerameus enim longe diversus est.

CAPUT VI.

DE DISCORDIA CYRILLI ALEXANDRINI, & Joannis Antiocheni.

Ex actis concilii Ephesini, Socrate & Epistola Ibæ.

POst biduum vero venit Joannes Antiochenus; & [1] cognoscens ita acta quæ supra diximus, & post hæc quæ gesta fuerant in damnatione Nestorii, & illa duodecim capitula Cyrilli in ipso concilio suscepta & confirmata, indignabatur valde contra Cyrillum tamquam seditionis auctorem, quod ferventissime Nestorii fecisset damnationem. Qui autem cum Joanne convenerant episcopi, id A est, Alexander Apameæ, Joannes Damasci, [2] *Dexianus* Seleuciæ, Alexander Hierapoleos, Himerius Nicomediæ, Helladius Tarsi, Maximus Anazarbi, & ceteri numero 34. qui tunc cum eo Ephesi occurrerant, querebantur de Cyrillo, dicentes: *Secundum jussionem principum, cur non sunt exspectati aliarum provinciarum episcopi, ut quomodo judicavit de libris Nestorii, & de Cyrilli dictis concilium judicaret?*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

Congregatis ergo illis Ephesi, Joannes contra Cyrillum & Memnonem [3] ita invectus est: *Optabamus quidem secundum regulas sanctorum patrum, & secundum litteras piissimorum & christianorum imperatorum nostrorum, cum pace fieri synodum.* B *Quoniam autem audacia & seditione & hæretico sensu utentes, soli consedistis, nobis propinquantibus, secundum litteras piissimorum imperatorum nostrorum, & omni turba sanctam synodum implestis, ut ne requirerentur capitula quæ conveniunt Apollinaris & Arii & Eunomii perfidiæ & impietati, neque exspectastis præsentiam sanctorum episcoporum, qui undique a piissimis imperatoribus convocati sunt, cum magnificentissimus comes Candidianus in scriptis & sine scriptis præcepisset vobis, nil tale præsumere, sed exspectare commune omnium sanctorum episcoporum concilium: ideo scitote, quod depositi estis & alieni ab episcopatu, tu Cyrille Alexandrine episcope, & tu Memnon* C *hujus civitatis, & omni ecclesiastico ministerio alieni, utpote universæ seditionis & iniquitatis auctores; qui, ut regulæ patrum & imperiales sanctiones* conculcarentur, *caussam dedistis. Ceteri autem omnes qui consensistis seditiosis, agentes contra leges & adversus sanctiones imperiales, excommunicati estis, donec agnoscentes proprium delictum, pœnitentiam agatis, & fidem sanctorum patrum qui in Nicæa congregati sunt, suscipiatis, nihil aliud novum introducentes, & anathematizetis hæretica capitula, quæ a Cyrillo* [4] *Alexandrino episcopo exposita sunt contra Evangelicam & Apostolicam doctrinam, & sequamini litteras piissimorum & christianissimorum imperatorum nostrorum, quæ jubent* D *quæri, & subtiliter de fide cum pace examinationem fieri.*

Hanc interlocutionem suam [5] Joannes & qui cum eo erant, adversus Cyrillum & Memnonem Ephesi publice proponentes, utrorumque damnationem litteris suis imperatori insinuaverunt, quarum est principium: *Pietas vestra præfulgens ad beneficium orbis terrarum*, &c.

Post hæc advenerunt ab Hesperia ad concilium legati papæ Cælestini, Arcadius & Projectus episcopi, & Philippus ecclesiæ Romanæ presbyter.

Quibus residentibus, Cyrillus & Memnon obtulerunt libellos in concilio, contestationem deponentes adversus Joannem Antiochenum & qui cum eo E erant, episcopos, ut evocarentur, & redderent caussas depositionis suæ. Vocati ergo a concilio per Danielem Coloniæ secundæ Cappadociæ, & Commodum Tripolis Lydiæ, & Timotheum [a] *Termæ Hellesponti*, episcopos, una cum Musonio notario, cum anagnostico, per interannuntiantem diaconum, tale acceperunt responsum: *Neque vos mittatis ad nos, neque nos ad vos, quoniam de vobis responsum principis exspectamus.*

Igitur Cyrillus cum Memnone, volentes se ul-

1. M. *Cognoscens ista.*
2. Ms. *Asianus.* — Male. Vid. Collect. ex Irenæo capp. 7. 13. 17.
3. M. *Ita actus est: Orabamus quidem.*
4. Ms. *Alexandrino exposita sunt.*
5. Ms. *Joannes & qui cum eo, adversus.*

a *Termæ Hellesp.*] Al. *Hellesponti*. Synodi Ephesinæ decretis subscripsit *Timotheus episcopus Termessi & Eudociad.*

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554



cisci, Joannem damnaverunt & omnes qui cum eo convenerant, & multa mala pari fastu utrique Ephesi pertulerunt.

Porro imperator [1] per Joannem comitem *S. L.* Sacram scripsit omni concilio, & ad locum, dicens: *Nestorii, Cyrilli & Memnonis, damnationem suscipimus: alia vero, quæ apud vos gesta sunt, reprehendimus, christianam fidem rectitudinemque custodientes, quam ex patribus progenitoribusque suscepimus.*

Sed euntibus de concilio [2] septem & septem episcopis, satisfecere imperatori, quia magnum & universale concilium omnia regulariter agens, damnavit Nestorium. His agnitis jussit eos imperator ecclesiam ingredi, & pro Nestorio alium ordinare episcopum.

Et post hæc jussit omnes episcopos abire unumquemque in propriam regionem. Et ita Joannes cum suis Antiochiam profectus est, ubi colligens plurimos episcopos, damnavit iterum Cyrillum, cum jam esset Alexandriæ.

Et sicut Socrates dicit [a], cognoscens Nestorius per contentionem ad quamdam perniciem pervenisse partes, Dei genitricem Mariam vocabat, dicens: [3] *Dicatur etiam Dei genitrix, & ea quæ* fecerunt tristia, *conquiescant*. Sed nullus eum ex pœnitentia talia dicentem suscepit. Quapropter hactenus damnatus, & in exsilium Oasin missus est.

Post damnationem autem ejus dura Constantinopoli turba contra ecclesiam mota est, divisusque est populus propter tepidum ejus, sicut dictum est, tractatum; clerici vero communi decreto eum anathematizaverunt.

Post biduum vero.] Immo post quintam a depositione Nestorii diem, ut tradit *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Socrates, qui res suis oculis subjectas scriptis mandavit.

Capitula suscepta et confirmata.] Atqui lecta quidem est tertia Cyrilli epistola ad Nestorium cum suis capitulis; at nullum fuit de ipsa Patrum judicium, sed de secunda sola, quemadmodum constat, tum ex actis concilii, tum ex Calchedonensi & V. synodo: neque mirum, sola enim secunda habuit responsionem Nestorii, cum qua posset conferri, ut Cyrillianæ ὀρθοδοξία Nestorianæ ἑτεροδοξία ostenderetur.

Publice proponentes.] Repugnant acta Ephesina publicationem differentia in id temporis, quo catholici orientales schismaticos anathemate perculerunt: tunc enim primum facta publicatio est, ut orientales se ab absentis quorum nulla esset auctoritas, damnatos ostenderent.

Vocati a concilio per Danielem.] Fuit ista citatio tertia. Nam prima functi sunt Archelaus Myndi, Paullus Lampæ, & Petrus Parembolarum. Secunda Timotheus Termesi, Eustathius Docimi, & Eudoxius Chomatis, episcopi. *Conc. Ephes. act.* IV.

Volentes se ulcisci.] Hæc decent trium capitulorum defensorem Ibæ exscriptorem.

Jussit eos imperator ecclesiam ingredi.] Aut mutila est oratio, deestque vox, qua catholicæ partis episcopi discernantur ab orientalibus: vel contra veritatem historiæ dicuntur omnes episcopi de quibus sermo erat, ingressi Constantinopolim ad ordinandum episcopum: soli enim qui catholicæ partis, ingressi sunt, ut constat ex ipsis schismaticorum ad suos litteris.

Caput VII.

De ordinatione Maximiani Constantinopolitani episcopi.

Ex actis concilii Ephesini, & Socrate.

His ita provenientibus, de electione episcopi rursus [4] quæstio exorta est. Multi enim Philippum quærebant presbyterum, qui a beato Joanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripserat volumina contra imperatorem Julianum apostatam. Alii vero Proclum presbyterum quærebant, quem ad Cyzicum Sisinnius episcopum ordinaverat; qui prius quam Cyzicum proficisceretur, præcedentes cives ejusdem civitatis Dalmatium monachum sibimet ordinaverunt episcopum, quoniam Attico præcessori Sisinnii soli hoc præstitum videbatur. Sed proceribus palatii, ut fieret, displicuit, quod quidem postea factum est. Manebat enim Proclus non habens ecclesiam propriam, qui tamen [5] in doctrina ecclesiastica Constantinopoli valde florebat.

Cumque quatuor transissent menses post Nestorii damnationem, Maximianus ordinatur episcopus, vita quidem monachus, ordine vero presbyter, [6] constans quidem in fide vera, idiota autem sermone, & sub quiete vivere potius eligebat.

Quoniam Attico præcessori.] Quod Attico detulerant Cyziceni, tamquam discordiæ inter ipsos natæ arbitro sponte electo, id Sisinnius Attici successor vendicare sibi tentabat jure sedis: quare restiterunt Cyziceni tunc temporis, & quidem jure; cesserunt tamen post concilium Calchedonense, vincente principum, suæ novæ Romæ faventium, potentia.

Maximianus ordinatur episcopus.] Die 25. Octobris, qui dominicus hoc anno 431. fiebat autem dominicis diebus ordinatio in ecclesia occidentali, ut colligitur ex canone XLIX. Codicis ecclesiæ Africanæ; sed in orientali mos iste non ita religiose servabatur: nam Chrysostomus legitur ordinatus die 27. Januarii anno 398. quo littera Dominicalis C. atque adeo vigesima septima dies Januarii incidebat in feriam quartam: eadem feria quarta ordinatus Nestorius anno 428. littera Dominicale exsistente A G.

Caput VIII.

De pace Cyrilli & Joannis.

Ex tertia parte concilii Ephesini, Ibæ Epistola.

Post paullulum vero videns imperator Cyrilli & Joannis permansisse discordiam, intolerabilem judicabat eorum dissensionem. Et vocans tunc ad se Maximianum episcopum, & alios plurimos Constantinopoli repertos episcopos, quomodo tolleretur ecclesiarum dissensio, cogitabat. At illi dixerunt, quia non aliter hoc fieri posset, nisi prius iretur & præferretur unius fidei vinculum, & Joannes Antiochenus episcopus anathematizaret Nestorium, & improbata dogmata ejus.

Et gaviso valde super hoc imperatore, missus est hoc ipsum agere Aristolaus tribunus, Sacram

1. Ms. Per *Joannem sacram*.
2. Ms. *Septem & septem episcopi*.
3. Ms. *Dicatur etiam Christi genitrix, & ea quæ fecerant tristitiam*.
4. Ms. *Quæstio orta est*.
5. Ms. *Doctrina ecclesiarum*.
6. Ms. *Constans quidem in fide, idiota autem*.

a *Socr. dicit*] Hist. eccl. lib. VII. cap. XXXIV.

principis deferens Joanni & Cyrillo, in qua comminatus est utrisque Nicomediam exsilium, nisi pacem haberent ad invicem.

. Scripserunt autem & episcopi e Constantinopoli Cyrillo, quia amicitiarum modum & pacem ecclesiarum sanctarum non aliter fieri conveniret, nisi omnia quæ ab eo in caussa scripta sunt, epistolis & tomis & libris, evacuarentur. Cyrillo vero hoc facere importabile visum est.

Verum Joannes Antiochenus imperatori mandadavit: *Propter illa ipsius capitula fidem meam Cyrillo dirigam, quam si suscipiens subscripserit, communicabo ei: alioqui pacificus cum eo esse non potero.*

Et congregans iterum Joannes apud Antiochiam concilium, dictavit fidem ita se habentem: *Confitemur Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationali & corpore: ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem, in fine vero dierum eumdem, propter nos & propter nostram salutem, de Maria Virgine secundum humanitatem: & consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta est, propter quod unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur.*

Secundum hunc [1] *inconfusæ unitionis intellectum, confitemur sanctam Virginem Dei genitricem. Propter quod Deus Verbum incarnatum est homo factus, & ex ipsa conceptione univit sibi templum quod ex ipsa suscepit. Evangelicas vero atque apostolicas de Domino voces scimus Deiloquos viros, quasdam quidem conjungentes, tamquam in una persona; quasdam dividentes, tamquam in duabus naturis; & diviniores quidem atque altiores secundum divinitatem Christi, humiliores autem secundum humanitatem ejus tradentes.*

In isto ergo modo hanc fidei regulam interponens [2] Joannes epistolæ suæ, cujus est principium: *Dudum per sanctionem piissimorum principum*, &c. quam tradidit Paullo episcopo Emeseno, & direxit Alexandriam Cyrillo.

In quam urbem veniens Paullus, & gratissime a Cyrillo susceptus est, & sine difficultate vel contentione, ut a multis putabatur, [3] memoratam fidem orientalium suscepit episcoporum. Tunc Paullus dominico die fecit sermonem in populo, præsente Cyrillo, & exposuit capitulum de evangelio Joannis: * VERBUM CARO FACTUM EST, ET HABITAVIT IN NOBIS. *Conspice*, inquit, *Joannem duas naturas prædicantem, & unum filium: aliud enim habitaculum, & aliud, qui habitat, Deus. Intendite eis quæ dicta sunt, rogo. Non dixit, alter & alter, tamquam in duabus personis, aut in duobus Christis, aut in duobus filiis: sed aliud & aliud, ut in duabus naturis. Quando ergo dixit*, Et habitavit in nobis, *& prædicavit duas naturas, tunc addidit*, Et vidimus gloriam ejus, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia & veritate.

Et in sequentibus fidem quam Cyrillo portaverat, disserebat, aperte prædicans duas in Domino Christo naturas, in una persona.

Et clamante populo, *Bene venisti orthodoxe*; mox Cyrillus similia tractavit, & inter cetera ait: [4] *Quid de his clarius dici potest? qua indi-*

A *gent hac explanatione? apte nos docuit, quia aliud quidem est, qui inhabitat; & aliud, qui inhabitatur: & aliud natura humana, aliud divina.* Et concludens sermonem ad confirmationem eorum quæ a Paullo dicta sunt: *Conspice*, inquit, *Joannem duas naturas prædicantem, & unum Christum: duas naturas unigeniti, & unam personam. Et quando dixit*: Et habitavit in nobis, *& prædicavit duas naturas, tunc addidit hoc*: Et vidimus gloriam ejus, gloriam tamquam unigeniti a patre, plenum gratia & veritate. Hæc Cyrillus, Paullo præsente, tractavit, & Alexandrinam docuit ecclesiam, ita de Christo credere, sicut Paullo dudum tractante didicerat.

B Post hæc Cyrillus fidem epistolæ quam a Paullo suscepit, epistolæ suæ interponens, cujus principium est: *Lætentur cæli & exsultet terra*, &c. satisfaciens aliquorum rumoribus qui de illo habiti sunt, quoniam non assereret, de cælo corpus Christum sumsisse, neque fermentationem aut commixtionem senserit naturarum ejus, & scripsit & subscripsit præfatam fidem, & Orientalibus direxit episcopis.

Ascendens ergo Antiochiam Paullus obtulit Joanni archiepiscopo & omni concilio ejus, epistolam Cyrilli. Qui, ut cognoverunt, eum suscepisse fidem a se directam, & in ejus subscripsisse confirmationem, pacem cum eo & ejus fecerunt concilio, damnantes Nestorium, & suscipientes Maxi-

C mianum qui pro illo factus fuerat episcopus: dubitantibus adhuc ex eis aliquibus [a] *episcopis* Cyrillo communicare: putantibus eum errasse, & postea veritatem agnovisse, [5] & culpantibus Joannem, cur ab eo non expetierit capitulorum ejus damnationem.

Ex altera autem parte quidam de palatio, per Eulogium presbyterum & apocrisiarium Alexandrinæ ecclesiæ, culpaverunt Cyrillum, cur susceperit ab Orientalibus episcopis duarum confessionem naturarum, quod Nestorius dixit & docuit.

Sed & Valeriano Iconii, & Acacio Melitenensi episcopis, hoc ipsum de Cyrillo videbatur.

D POST PAULLULUM VERO.] Elapsis mensibus fere sex: ostendimus enim in præfatione ad alteram partem operum M. Mercatoris, imperatoris mandatum quod caret diei nota in libris editis, datum esse Constantinopoli initio Aprilis.

ET VOCANS TUNC AD SE MAXIMIANUM.] De tota hac episcoporum in palatio consultatione diximus abunde in dissertatione II. ad eamdem partem operum M. Mercatoris.

NISI PRIUS IRETUR.] Obscuræ voces, nisi forte significent, mittendum aliquem ab imperatore, qui ad utrumque diffidentem episcopum, vel perferret unius fidei vinculum, vel præciperet nomine imperatoris, fieri unius fidei vinculum, communi consensu utriusque episcopi.

SCRIPSERUNT VERO E CONSTANTINOPOLI.] Reclamat Cyrillus in litteris ad Acacium Melitenum; id enim tradit scriptum ab Acacio Berϕæ, ubi habebatur concilium Orientalium. Vide dissertationem mox citatam.

E VERUM JOANNES ANTIOCHENUS.] Observandum studiose fragmentum epistolæ utique longe prolixioris a Joanne ad imperatorem scriptæ, qua Cyrilli capitula arguebantur hæresis: hujus meminit Theodoretus in epistola II. ad Himerium Nicomediensem apud M. Mercatorem.

CONFITEMUR.] Hujusce confessionis, quam vel ipsi catholici suspectam habuerunt, Nestorianam certe Theodoretus asseruit, accuratam discussionem reperies in dissert. II. mox citata.

SINE DIFFICULTATE ET CONTENTIONE.] Repugnat hac in parte veritati: nam ex quo Emesenus accessit Alexandriam, quatuor menses & amplius positi sunt in tractan-

* Joan. I. 14.

1. Ms. *Inconfusæ unionis*.
2. Ms. *Joannes epistolæ, cujus*.
3. Ms. *Inviolatam fidem*.
4. Ms. *Quid horum clarius*.
5. Ms. *Et culpantes Joannem*.

a *Episcopis*] Deest in antea editis.

do pacis negotio, artes omnes adhibente Emeseno quibus Cyrillum ad pœnitentiam traxisse videretur: neque ad hanc rationem declinandam, comminiscendus est, quod nonnullis visum, geminus Emeseni Alexandriam adventus, quasi propter impedita negotia, opus habuerit Antiochiam semel redire, & inde confessionem fidei emendatam referre: qui enim ita senserunt, præ incogitantia vocis cujusdam ambiguæ in litteris Joannis ad Cyrillum, decepti sunt. Nam cum concordiam cum pace jam revertisse, Joannes dixerit, interpretati sunt isti de Emeseno de quo sermo factus fuerat, cum pace revertente. *Apol.* III. *pro Jans. Iprensi.*

DOMINICO DIE.] Omnia perturbate & obscure. Unius tantum homiliæ a Paullo habitæ meminit, bis tamen ille in ecclesia Alexandrina, præsidente Cyrillo, dixit ad populum, semel die 29. mensis Chœac, ut loquuntur Ægyptii, iterum die 6. mensis Tobi. In priore oratione non explicuit dictum Joannis, *Verbum caro factum est*, in quo exponendo magnam alterius partem posuit. Quæ Paullum dixisse refert, quæ Cyrillum excepisse, pertinent ad secundam: unde emendes editiones vulgatas conciliorum, in quibus secundæ subjunguntur, quæ Cyrillus subjecit primæ: utraque porro concio habita est die dominica: nam annus 432. litteram dominicalem habuit C B annus autem consequens 433. litteram A. quare illo anno vigesima quinta dies Decembris, quæ 29. mensis Chœac, dominica fuit, atque ita anno isto prima.

DUBITANTIBUS ADHUC EX HIS.] Hæc spectant ad Theodoretum, ut ex Cyrilli epistola ad Acacium Melitenum ostendimus, in secunda parte operum M. Mercatoris.

DUARUM CONFESSIONEM NATURARUM.] Eo usque invaluerat opinio, seu potius error popularis, annitentibus Nestorianæ factionis hominibus; ut qui duas naturas fateretur, Nestorianus, qui unam, Cyrillianus haberetur: id aperte docet Cyrillus ipse in commonitorio ad Eulogium, de quo postea, & Facundus lib. I.

CAPUT IX.

DE CYRILLI EPISTOLIS pro Orientalibus scriptis.

Ex eadem III. parte concilii Ephesini.

SCripsit ergo eis Cyrillus, in defensionem Orientalium episcoporum, & pro duabus unius Christi naturis. Et superfluum non esse reor, interponere aliqua huic operi ex ipsis epistolis, ad confusionem Alexandrinorum Phantasiastarum vel Corrupticolarum, gloriantium de Cyrillo, tamquam de patre atque auctore suo.

Commonet ergo Eulogium presbyterum suum Cyrillus, & dicit [a]: *Reprehendunt quidam expositionem quam fecerunt Orientales, & dicunt*: Cur duas naturas nominantibus eis passus est audire, aut etiam laudavit Alexandrinus episcopus? *alii vero dicunt idem dixisse Nestorium, dicunt & illum sic sapere,* [1] *surrepentes nescientibus subtilitatem.*

Oportet enim culpantibus nos illa docere, quia non omnia quæ dicunt hæretici, fugere aut refutare decet. Multa enim confitentur, sicut & nos confitemur. Velut Arriani, quando dicunt patrem, [2] *qui creator omnium & Dominus, numquid propter hoc fugere consequens est hujusmodi confessiones? sic in Nestorio,* [3] *licet duas naturas asserat, significans diversitatem carnis & Verbi (altera enim Verbi natura, altera carnis est) sed tamen nequaquam unitatem confitetur nobiscum: nos autem unientes hæc, unum Christum, unum filium, eumdem unum Deum confitemur.*

Et iterum: *Nestorius itaque in suis expositionibus* A *simulat se dicere*, unus filius, unus Dominus, *sed refert filiationem ad solum Dei Verbum. Cum autem venerit ad dispensationem, rursum alium Dominum qui ex muliere est, seorsum hominem dicit, copulatum dignitatis æquo honore, quia habet copulationem ad Christum. Quomodo non apertum est, duos eum dicere Christos, si Christus ad Christum habet conjunctionem, alter ad alterum?*

Qui vero ex Oriente sunt, [4] *nihil tale dicunt: voces autem dividunt solum: dividunt autem secundum hunc modum, ut alias quidem* [5] Deo decibiles *esse dicant, alias autem humanas, alias autem communes factas, tamquam habentes simul,* [6] *& quod Christo Deo decibile est, & quod humanum; veB rumtamen* [7] *dictas ab uno eodemque Christo. Et non sicut Nestorius alias quidem Deo Verbo seorsum tribuit, alias autem ei qui ex muliere est, tamquam alteri filio.*

Item Acacio Melitenensi episcopo scribens inter alia sic dicit [b]: *Nestorius enim Christum seorsum nominari dicit Dei Verbum, habere autem conjunctionem ad Christum continuam: putas ergo, non duos Christos apertissime dicit? Orientales vero Christum unum, & Filium, & Deum, & Dominum confitentur se adorare, eumdem ex patre secundum divinitatem, & eumdem ex sancta Virgine secundum humanitatem: duarum namque naturarum unitionem factam dicunt; tamen unum Christum, unum filium,* C *unum Dominum confitentur aperte factum.*

Et in sequentibus concordans aliquatenus tomo papæ Leonis Cyrillus, sic dicit; *Sunt aliquæ vocum maxime Deo decibiles, aliquæ vero sic rursus hominem condecentes: aliæ autem quemdam ordinem obtinent, ostendentes filium Deum exsistentem & hominem simul.*


Et ibidem: *Quando enim Philippo dicit* *: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, non credis quia ego in patre, & pater in me est? qui videt me, videt & patrem. *Et*, ** Ego & pater unum sumus: *Deo decentissimam affirmamus vocem. Quando vero Judaicum increpat populum, illud dicens* ***: Si filii Abrahæ essetis, opeD ra utique Abrahæ faceretis; nunc autem quæritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum: hoc Abraham non fecit: *homini decenter hæc dicta dicimus.* Hujus epistolæ sequentia duarum naturarum probabilem continent expositionem: cujus tamen pro hujus operis compendio, omnia ponere intermisimus necessaria documenta.

Valeriano autem Iconii ita rescripsit [c]: *Universi Orientales episcopi simul cum domino meo religiosissimo Antiochenorum episcopo Joanne, per scriptam manifestamque conditionem clarum constituere universis, quoniam pollutas quidem Nestorii novitates condemnant, anathematizantque nobiscum, & nullatenus eas umquam sermone dignantur, sed evangelica* E *& apostolica sequuntur dogmata, & patrum confessionem nullo modo contristant: confessi sunt enim & ipsi nobiscum, quia Dei genitrix sit sancta Virgo; & non addiderunt, quia Christi genitrix sit, sicut inquiunt, qui Nestorii infelices & respuendas opinatiunculas curant: sed inquiunt palam, unum esse Christum, & filium, & Deum ex Deo, ex patre ante omne sæculum ineffabiliter genitum Dei Verbum, in*

* Joan. XIV, 9. ** Joan. X, 30. *** Joan. VIII, 39. 40.

1. Ms. *Surripientes nescientibus.*
2. Ms. *Quia creator est.*
3. Ms. *Licet duas naturas significans.*
4. Ms. *Nihil tale didicerunt.*
5. Ms. *Deo dicibiles.*
6. Ms. *Et quod Deo decibile est.*
7. Ms. *Dictas ab uno eodemque. Et*

a *Et dicit*] Conc. Ephes. part. III. cap. XXXVII. GARN.
b *Nestorius*] Ibid. cap. XXXIV. GARN.
c *Universi*] Ibid. cap. XLI. GARN.



ultimis vero temporibus hunc ipsum etiam ex muliere secundum carnem ; ita ut idem ipse sit simul Deus & homo, perfectus in deitate, & perfectus in humanitate idem ipse, & unam esse personam, nullo modo dividentes in duos filios, aut Christos, aut Dominos,

Si ergo quidam mentientes dicunt, alia quædam præter hæc sapere illos, non eis credatur ; sed sicut impostores & fallaces, secundum patrem suum diabolum, projiciantur, ut non perturbent eos qui recte ambulare desiderant.

Si vero & epistolas sibimet componentes quidam circumferunt, velut ex persona clarorum virorum, minime oportet præsumere de his. Qui enim semel scripto confessi sunt fidem, quomodo poterant alteram scribere, velut ex pœnitentia revocati, ut recte sapere non velint ? alloquere fraternitatem quæ apud te est : te qui nobiscum sunt, in Domino salutant.

Ex hac conclusione epistolæ suæ, in qua dicit Cyrillus : *si vero epistolas sibimet componentes quidam circumferunt*, &c. probat Hypatius Ephesinorum episcopus in collatione quam contra Acephalos suscepit, jussione Justiniani principis, medio Strategio comite sacrarum largitionum, in palatii loco qui dicitur Hepraconchos, Cyrillum epistolæ heic fecisse mentionem scriptæ ad Marim Persam, quam neque Cyrillus condemnandam judicavit, neque Nestorianam esse, in ipsa sua notavit epistola.

Et hæc sunt, quæ Cyrillus scripsit in defensionem Orientalium episcoporum, pro duabus unius Christi naturis ; quam quicumque tunc minime receperunt, hos esse puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput, neque quem sequantur, ostendunt.

Tunc & Evoptius Ptolemaidis Pentapolees regionis episcopus, accipiens exemplar litterarum Theodoriti, qui scripserat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, ut responderet ad ea, & sua capitula exponeret.

Quod gratissime suscipiens Cyrillus, [1] fecit interpretationem capitulorum suorum duodecim, addens [a] expositiones, qua videretur plenam pro eis reddere rationem.

Itaque Cyrillo suscipiente & defendente fidem Orientalium episcoporum, & sua capitula exponente, pax & unitas ecclesiis reddita est. In qua pace gaudente ecclesia, inimicus pacis, æmulus unitatis, non quievit adversus eam movere vasa sua, & superseminare zizania.

De Cyrilli epistolis.] Totum hoc caput, quo non erat admodum opus saltem tam prolixo, tamque exquisitis Cyrilli testimoniis referto, consulto posuit trium capitulorum defensor, ut vel ipso Cyrillo teste concluderet, primo, dogma de duabus naturis esse catholicum : deinde, Cyrillum retractasse sententiam suam de una Verbi post unitionem natura incarnata : denique puros criminis esse Theodorum & Theodoretum, atque etiam Ibam ; quandoquidem, ut ipsi quidem videbatur, neque Theodoretus & Ibas fuerant invecti in Cyrillum, nisi cum pristinum errorem sequeretur ; neque Theodorus aliud quidquam docuerit adversus Apollinaristas, quam duas Christi naturas.

Alexandrinorum Phantasiastarum et Corrupticolarum.] Illi a Gaiano, isti a Theodosio originem Alexandriæ duxerunt circiter ann. 537. Phantasiastæ iidem, qui & Aphtartodocetæ, & Schematici, fuerunt. Nam cum incorruptibile corpus Christi facerent, illud specie dumtaxat tenus & apparentia simile nostro, dissimile re ipsa afferebant : de ipsis vide Anastasium Sinaitam in ὁδηγῷ, & Photium *Cod.* CLXII. Utraque factio suum mentiebatur parentem Cyrillum, eadem fraude, qua etiam Eutyches, & reliqui unius naturæ defensores.

Unitatem confitentur nobiscum.] Eam nempe quæ καθ' ὑπόστασιν, cujus confessionem ostendimus *Dissert.* I. *in* II. *partem oper. M. Merc.* fuisse unicam hac in quæstione indubitatam fidei regulam : quidquid enim aliud præterea dixisses, detorqueri poterat a pervicacibus in sensum heterodoxum.

Nestorius itaque in suis expositionibus.] Verba Nestorii quæ refert, desumta sunt ex sermone II. quem consule in II. parte operum M. Mercatoris. Hæc eadem verba Cyrillus refert in epistola ad Acacium Melitenum.

Si ergo quidam mentientes.] Theodoretum tacito nomine arguit ; eamdem enim esse jactavit Orientalium ac Nestorii fidem. Atque ita Cyrillum, cum Orientalibus consensit, in Nestorii partes concessisse. Vide epistolam Cyrilli ad Acacium Melitenum, & epistolam Theodoreti ad Andream monachum Constantinopolitanum, in qua sunt hæc verba. *Ecce enim, qui Salvatoris Christi naturas impia ratiocinatione confuderant, & unam naturam ausi fuerant prædicare, ac deitati passiones adjungere : propterea etiam sanctissimo & venerando summi Dei pontifici Nestorio insultarant, velut quodam chamo & freno, secundum prophetam, maxillis omnino confractis, & a pravis ad recta perductis, veritatem iterum addidicerunt, utentes ejus assertione, qui pro veritate bella sustinuit. Pro una namque natura duas impræsentiarum confitentur, anathematizantes eos, qui permixtionem aut confusionem prædicant, & deitatem Christi impassibilem venerantur, & carnis esse edisserunt passiones, & evangelicas dividunt voces, & deitati quidem sublimes & Deo dignas adscribunt, humiles autem assignant humanitati : talia namque nunc ab Ægypto scripta delata sunt.*

Si vero et Epistolas.] Intelligit Cyrillus litteras suppositas, tum Joanni Antiocheno, tum Philippo Romanæ ecclesiæ presbytero, tum etiam sibi, quasi pristinam sententiam revocasset.

Probat Hypatius.] Deceptus est procul dubio Hypatius ; neque enim loqui potnit Cyrillus de epistola Ibæ ad Marim, sed de aliqua alia, quam diceretur scripsisse, prius quam re ipsa scripsisset ad Valerianum ; atqui ad Valerianum scripsit anno 433. quo tempore Ibas, neque clarus vir erat, sed obscurus quidam presbyter ; neque re ipsa ad Marim scripserat ; siquidem in epistola ad ipsum meminit turbarum, quæ occasione Diodori motæ sunt post annum 435. quo anno Theodosius imperator sanctionem edidit de comburendis Nestorii libris ; tunc enim primum de Diodoro magna contentio orta est, substitutis pro Nestorianis, a factione ipsius libris. Verum hac de re in differt.

In collatione.] Habita est Constantinopoli ann. 533. Justiniani imperatoris mandato, in Triclinio palatii Heptaconcho, contendentibus Hypatio Ephesiorum episcopo cum quatuor aliis catholicis, & Sergio Cyri episcopo cum Severianis aliis quinque, Strategio magistro officiorum cognitore : acta reperiuntur tomo IV. collectionis postremæ conciliorum generalium.

Auctores Acephalorum.] Id prætermittendum non est sine observatione : nam facit Theodoretum ducem factionis alicujus hominum, qui dicti sunt Acephali, propterea quod, cum defensionem Cyrilli pro Orientalibus non reciperent, neque Cyrillum habebant caput, neque Joannem Antiochenum, qui duo tamen erant contendentium partium principes : tunc porro primum auditum est fortasse Acephalorum nomen, quod cum quibusdam duarum naturarum defensoribus adhæsisset, transiit ad Monophysitas postea, & ipsis inustum est. Observa in chronico Arabico Eutychii, Acephalos vocari Jacobitas, orthodoxos Melchitas.

Tunc Evoptius Ptolemaidis.] Peccat duorum saltem annorum parachronismo : nam ante concilium Ephesinum Theodoreto Cyrillus respondit, ut demonstratum est a nobis II. *parte operum M. Mercatoris lib.* II.

C A P U T X.

DE NESTORIANORUM SCANDALO & monachis Armeniæ.

Ex epistolis S. Cyrilli & actis IV. *&* V. *synodi.*

Nestorii namque sectatores videntes, libros illius blasphemos non posse proferri in publicum, eo quod, synodo Ephesina anathematizante, [2] fuerunt condemnati & imperiali lege prohibitum fuerat, ne quis eos legere auderet aut defendere ; tunc cœperunt Diodori Tarsensis, & Theodori Mopsuestenæ civitatis episcopi, & aliorum episcoporum,

1. Ms. *Fecit expositionem.*

a *Expositiones, qua*] Leg. aut *expositionem*, aut *quibus*

2. Ms. *Fuerant condemnati.*

qui contra Eunomium & Apollinarem unius naturæ assertores, libros composuerant, duas in Christo ostendentes naturas in una persona, (quod Nestorius sic non dixerat) circumferre volumina, & simplicissimos quosque decipere cupientes, ajebant non sapuisse nova Nestorium; sed antiquorum patrum prosecutum fuisse doctrinam: & in eo tantum studii gesserunt, ut ipsa eorum volumina malitiose in Syrorum linguam, & Armeniorum, atque Persarum transferrent.

Sed hæc ubi agnoverunt Acacius Melitenensis & Rabula Edessæ civitatis episcopus, de quo Ibas successor ejus in epistola sua dicit: *Hunc præsumsit, qui omnia præsumit, aperte in ecclesia sua anathematizare;* (scilicet de Theodoro Mopsuesteno superius loquens) scripserunt Armeniæ episcopis, ne Theodori Mopsuesteni libros susciperent, tamquam hæretici & auctoris dogmatis Nestoriani, insimulantibus episcopis Ciliciæ Rabulam & Acacium, quod hoc non ex caritate, sed ex æmulatione atque contentione fecissent.

Congregati sunt ergo in unum venerabiles Armeniæ episcopi, & miserunt duos presbyteros Leontium & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum episcopum, secundum morem, cum libellis suis, & uno volumine Theodori Mopsuesteni; scire volentes, utrum doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacii vera esse probaretur.

Itaque Proclus accipiens Armeniæ episcoporum libellos, & illud Theodori volumen, diligentius utraque examinans, tomum Armeniis scripsit & destinavit, in quo posuit, ad interimendas Nestorianorum versutias, qui duas in Christo inducunt personas, *unum de Trinitate incarnatum:* quem & direxit Joanni Antiocheno per Theodorum diaconum suum, continentem subter capitula ab hæreticis prolata; expetens ab eo, pro communi fide servanda, ut cum suo concilio eum susciperet & subscriberet.

Joannes autem, & qui cum eo erant, congregati episcopi, legentes tomum, & ejus laudantes compositionem, subscripserunt in eo, & Proclo transmiserunt.

Hunc & Calchedonensis synodus per relationem suam, quam Marciano imperatori direxit, ad probandum, non tantum gestis synodalibus, verum etiam epistolis, fidem constare, inter sanctorum Patrum epistolas suscepit & confirmavit.

Scripsit autem idem Proclus epistolam ipsi Joanni, cui & tomum suum direxerat, in qua dicit: [a] *Dicentes autem iterum passibilem Deum, id est, Christum, confitemur eum non esse passum eo quod est, sed eo quod factum est, id est, propria carne; & ita prædicantes nullo modo fallemur: quoniam quidem & unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, & divinitatem passibilem minime blasphemamus.*

Sed Basilius quidam diaconus sumens tomum Procli quem Armeniis scripserat, Alexandriam venit, & Armeniorum libellos suis libellis annectens, obtulit Cyrillo ejusdem urbis antistiti.

[1] Quibus, ut ferunt rumores, permotus Cyrillus, quatuor libros scripsit, tres adversus Diodorum & Theodorum, quasi Nestoriani dogmatis auctores, & alium de Incarnatione librum: in quibus continentur antiquorum patrum [b] incorrupta testimonia, id est, Felicis papæ Romani, [c] Dionysii Corinthiorum episcopi, & Gregorii mirabilis, θαυματουργῦ cognominati. Et licet in eis libris Theodori dicta laudentur contra Arrianos edita, ipsum tamen magistrum Nestorii fuisse contendunt.

[2] Contra quos catholicæ veritatis defensores sic Acephalis responderunt: *illos libros non esse Cyrilli, quoniam testimoniis quæ contra mortuos posuisse in eis dicitur, contra viventem Nestorium non est usus, neque in synodo, neque in aliquibus epistolis:* unde dicunt, *illos nec dictasse Cyrillum, nec edidisse libros.*

Itaque Basilius diaconus Constantinopolim veniens libellos composuit, & archiepiscopo Proclo porrexit, associans cuncta quæ antehac Cyrillo archiepiscopo obtulerat. Proclus vero jam destinaverat tomum suum Armeniis, in quo tomo nullam facit de Theodoro reprehensionis mentionem.

Quod cognoscens Basilius, [3] scripsit libellum, in quo docuit libros Theodori vitandos, sicut Arrii & Eunomii blasphemias: quod quidem prudentibus inconvenienter eum scripsisse apparet, quoniam Arrius & Eunomius unam in Christo degenerem patris substantiam prædicaverunt. Theodorus autem, ut ipsi accusant, duas e contrario docuit in Christo naturas.

Post hæc autem, occasione accepta, surrexerunt quidam monachi ab Armenia Apollinaris sectatores, duo vel tres (sicut refert Joannes Antiochenus in epistola sua) portantes excerpta capitula, ut dicebant, de libris Theodori Mopsuesteni, vel aliorum sanctorum patrum, qui in illo tempore, sicut diximus, contra Apollinarem scripserant: & intrantes regiam civitatem, & multorum sordidantes auditum, calliditate sua omnia perturbabant. Deinde circumeuntes totius Orientis civitates & universa monasteria, damnanda esse cum auctoribus clamabant, accusantes ea Nestoriano sensu fuisse conscripta. *Quia si Nestorius juste damnatus est, damnentur & ista* dicebant, *cum suis auctoribus*. Et hæc agebant, firmare volentes ea quæ Apollinari sunt, qui per unam naturam Christum nobis consubstantialem non exposuit. Qui quorumdam utentes patrocinio, terrebant minis clericos, populos & monachos, qui vitam sectabantur quietam.

Tunc Joannes Antiochenus, synodo congregata, tres pro Theodoro Mopsuesteno dictavit epistolas, & unam quidem direxit Theodosio imperatori;

1. Ms. *Quibus rumoribus, ut ferunt, permotus.*
2. Ms. *Contra quos catholicæ fidei defensores.*
3. Ms. *Scripsit libellum, & in suo opere docuit.*

a *Dicentes* cet.] Facund. lib. I. cap. 1. ex quo emendatus locus, Garn.

b *Incorrupta*] Ex veteri codice Corbejensi *corrupta* legendum esse contendit Coutantius *Epist. Rom. Pontiff.* pag. 296. ubi hujusmodi Liberati locum illustrat. Garnerius infra in notis dubitat, an Felicis papæ epistola in Ephesino concilio & a Cyrillo Alexandrino laudata, pro indubitata sit habenda. Qua de re idem Coutantius l. c. §. VIII.

c *Dionysii Corinthiorum episcopi*]. Anteriores edit. præ se ferebant *Dionysii Areopagitæ Corinthiorum episcopi*. Warthonus ad Usserii dissertationem *de Areopagita* pag. 285. monebat expungendum heic vocabulum *Areopagitæ*: quod & præstitit Garnerius, ut liquet ex ejus notis. At Lequienus *Dissert.* II. *Damasc.* §. XII. pag. XXXVIII. observat hunc locum haud sanasse Garnerium, demta voce *Areopagitæ*; ac si Dionysius Corinthiorum episcopus qui secundo sæculo floruit, laudatus potius a Cyrillo credi possit. Constat enim, inquit, Liberatum heic paucis narrare, quid in collatione Constantinopolitana gestum sit cum Severianis: ex cujus proinde actis *Areopagitæ* nuncupationem retinendam docemur. Subdit porro V. C. parum referre, Liberatum memoriæ lapsu *Corinthiorum episcopum* pro *Atheniensium* posuisse. Hinc auctoris textum sic forsan restitui posse censet: *In quibus continentur antiquorum Patrum incorrupta (leg. corrupta) testimonia, id est, Felicis papæ Romani, Julii ad Dionysium Corinthii episcopum, Dionysii Areopagitæ & Gregorii mirabilis* cet. Dionysium etenim illum ad quem Julii papæ data epistola ferebatur, *Corinthii episcopum* appellat Leontius act. VIII. De Sect. *ὡς ἀπὸ τῦ μακαρίυ Ιυλίυ ἐν τῇ πρὸς Διονύσιον τὸν Κορίνθιον ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ.*

aliam autem Cyrillo Alexandrino, & tertiam Proclo Constantinopolitano episcopo, laudans in eis Theodorum, & ejus exponens sapientiam.

Ad hæc autem imperator dirigens Sacram Joanni, derogatores illos Theodori contra salutem propriam venire judicavit.

Cyrillus autem rescripto suo Theodorum præferens, tale de accusatoribus ejus tulit judicium, quod dogmate veritati contrario tenerentur, interponens de symbolo in concilio sibi oblato *ob* [a] *Tesseracædecatitas* a Charisio presbytero.

Nihilominus & Proclus per Maximum diaconum suum ipsi Joanni rescribens, cujus essent illa capitula quæ Theodori dicebantur, quæsivit. Qui pro ejus excusatione ignorare se dixit. Verumtamen duas memorati Joannis epistolas, id est, primam & tertiam, laudes Theodori Mopsuesteni continentes, Calchedonensis synodus [b] per relationem suam Marciano imperatori directam, cum tomo Procli quem ad Armenios direxit, & aliis sanctorum patrum epistolis, suscepit & confirmavit.

His ergo sopitis atque transactis, mortuo Cyrillo trigesimo & secundo episcopatus sui anno, ordinatus est episcopus Alexandriæ Dioscorus, qui fuit quidem archidiaconus ejusdem Cyrilli, qui neque uxorem, neque filios habuit: quem narrat opinio, civium suorum majorem habuisse dilectionem: siquidem opprimens Cyrilli heredes, & per calumnias multas ab eis auferens pecunias, [1] dedit eas sine fenore artopolis & cauponibus civitatis, ut mundissimum panem & pretiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent.

Joanne autem archiepiscopo defuncto, Antiochenæ ecclesiæ Domnus ordinatur archiepiscopus. Sed & Proclo defuncto, ecclesiæ Constantinopolitanæ Flavianus sortitus est sedem.

Ipso vero tempore Ibam Edessenum episcopum quidam presbyteri & diaconi suis libellis, quasi Nestorianum, accusaverunt Domno archiepiscopo, eo quod alloquens clerum dixisset: *Non invideo Christo, quia Deus factus est; quoniam si volo, & ego fio:* qui cum ascendissent Antiochiam, eos Ibas excommunicavit; sed superveniente festivitate quadragesimæ Ascensionis, jussi sunt a Domno excommunicatione absolvi, sub ea conditione, ut Antiochia non exirent, alioquin a suo deponerentur ordine.

Sed quidam eorum archiepiscopi Domni præcepta contemnentes, profecti ad comitatum, sacros apices meruerunt ad Photium, Eustathium & Uranium episcopos, ut in Beryto audirentur: fuerunt autem cum iis Eulogius diaconus Constantinopolitanus, & Damascius vir spectabilis, tribunus & notarius: quod cum agnitum fuisset, illos clericos Constantinopolim perrexisse, damnati sunt a Domno & ejus concilio.

Et post hæc Ibas Beryto ad audientiam occurrit: cui cum accusatores, sicut gesta demonstrant, nihil probare potuissent, supervenit relatio & postulatio clericorum Edessenorum flagitantium pro ecclesia episcopi sui præsentiam, in qua sibi arrogaverunt omnes pœnas horribilis gehennæ, si meminissent, tale aliquid dictum in illo tractatu, de quo Ibas accusabatur; & judicibus non manifestassent. Quamobrem fecerant judices accusatores ipsos cum suo episcopo in secretario communicare, simulque pacificos dimiserunt.

CAPUT DECIMUM.] Tres in partes tribuitur: agitur enim de caussa Diodori & Theodori, de obitu trium patriarcharum, & de Ibæ Edesseni judicio: prima pars atque etiam postrema longe melius tractatur a Facundo. Observa primo, id totum quod hoc capite narratur de Diodori & Theodori libris, contigisse eo temporis intervallo, quod est inter sanctionem imperatoris de comburendis Nestorii libris, & obitum Joannis Antiocheni; illa anno 435. data est XIV. Kalendas Martias indictione III. iste anno 441. accidit: deinde implicatam admodum esse hujuscemodi historiam ob perturbatum temporis ordinem, quem oportet restitui ex Cyrilli, Joannis, & Procli epistolis mutuis. Denique Baronium monere lectorem, ut ne permittat sibi fraudem fieri a Liberato referente ea, quæ a Nestoriano aliquo accepisset: de qua monitione postea.

IMPERIALI LEGE.] Sancita est Theodosio XV. & qui renuntiatus fuerit coss. III. Non. Augusti, id est anno 435. habetur in collectione postrema CC. GG. III. parte conc. Ephesini; & in codice Theodosiano de hæreticis leg. *66*.

TUNC CŒPERUNT DIODORI.] Non minima est suspicio, Theodoreti vel opera vel consilio saltem, id totum negotium peractum esse: suspicionis caussas in dissertatione de fide Theodoreti proferimus: hæc una in præsenti sufficiat, quod Cyrillus ad Acacium Melitenum & Valerianum Iconiensem scribit, Theodoretum, cum improbaret pacem inter ecclesias initam, jactasse, fidem Orientalium camdem esse cum fide Nestorii, & utramque non differre a fide patrum.

ET ALIORUM EPISCOPORUM.] Athanasii, Gregorii utriusque, Basilii, Amphilochii & Theophili, ut colligitur tum ex Cyrilli epistola II. ad Acacium Melitenum, tum ex synodica Joannis ad Cyrillum, & Cyrilli ad Joannem responsione, III. *parte conc. Ephesini*.

IPSA EORUM VOLUMINA.] Quemadmodum in Syram linguam Ibas, hæc quæ dicuntur, volumina transtulit; ita Eulalius Theodoreti amicus in Armenam, & Maris in Persicam convertit, (*Proclus in epist. ad Joan. Antioch. & in V. synodo collat. 6.*) Certe etiamnum apud Syros opera Diodori & Theodori habentur, ut discimus ex catalogo librorum Syra lingua scriptorum, quem Hebediesu contexuit sub Julio III. edidit in lucem Romæ Abrahamus Echellensis ann. 1653.

ACACIUS ET RABULAS.] Quis quamtusve exstiterit Acacius ille Melitenensis, constat ex actis concilii Ephesini; de Rabula Theodorus lector in collectaneis mirum quiddam narrat: *Rabulas*, inquit, *Edessenus episcopus cæcus erat, Andreas vero Samosatenus accusavit eum, quasi contra duodecim capita Theodoreti scripsisset*. Hæc explicantur in nostris ad Theodoretum dissertationibus: continent vero, si modo, ut par est, legantur, plura ad historiam conducentia, quæ Valesium, diligentem ceteroquin Theodoreti editorem fugerunt.

IN EPISTOLA SUA.] Inserta est actis, tum concilii Calchedonensis *actione* X. tum V. synodi *coll.* VI. Habetur etiam apud Facundum *lib.* VI. *cap.* III. ubique sine prooemio, ubique diversæ versionis.

EPISCOPI CILICIÆ.] Theodoreti amicis, & Theodori ante octo annos fato functi discipulis: ad hos est octogesima quarta Theodoreti epistola.

EX ÆMULATIONE.] Rabulam Ibæ, Acacium Theodoreto, tum fidei communi caussa, tum privatis rationibus adversatos fuisse, constat ex temporis historia; nam & Edessena Ecclesia scissa erat in partes Rabulæ & Ibæ; & Theodoretus Calchedone mirum quantum invectus fuerat in Acacium, cum ille schismaticæ synodi, iste catholicæ legatione fungeretur.

CONGREGATI SUNT ERGO IN UNUM VENERABILES ARMENIÆ EPISCOPI.] Concilium quoddam nobile Baronius opinatur in Armenia coactum fuisse, in quo *stabilita fide catholica, & cognitis Theodori Mopsuesteni scriptis,* [illegible] *impiis a tramite orthodoxæ fidei abhorrentibus, ne* [illegible] *damnasse viderentur, sed universa ecclesia Orientalis,* [illegible] *peragendum legationem ex synodo direxerunt ad Proclum Constantinopolitanum episcopum*, cet. Verum non video, quomodo ista conveniant cum verbis Liberati, *miserunt* [illegible] *presbyteros Leontium & Aberium ad Proclum Constantinopolitanum episcopum, secundum morem,* [illegible] *suis,* [illegible] *uno volumine Theodori Mopsuesteni,* [illegible] *doctrina Theodori, an Rabulæ & Acacii, vera esset* [illegible]. Si enim damnassent Armeni Theodorum, [illegible] gentem caussæ cognitionem, cur inquirebant, utra fides præstaret, Theodori an Acacii? Si vellent ab Orientali

1. Ms. *Dedit eas artopolis*.

a *Tesser.*] Labbeus tom. VI. Concil. pag. 433. hunc locum ante Garnerium emendavit ex actis ad Charisii relationem pertinentibus *adversus Quartodecimanos*, κατὰ τῶν τεσσαρεσκαιδεκατιτῶν, exstantibus sub initium Act. VI. concilii Ephes. Vid. tom. III. Concil. pag. 1201. d.

b *Per relationem*] Extat hæc relatio post Act. XVI. concilii Chalced. tom. IV. Concil. pag. 1757.

eccleſia univerſa ſuam ſententiam approbari, cur neque ad Antiochenum, neque ad Alexandrinum, alioſque autocephalos primates legationem direxerunt?

SECUNDUM MOREM.] Quem? an mittendi duos presbyteros & non unum cum diacono? an referendi ad Conſtantinopolitanum epiſcopum de geſtis in concilio quoad definit onem fidei? an interrogandi maximæ ſedis antiſtitem de fide? nam in more fuit cum ab inferiore ſynodo ad antiſtitem diœceſis referretur, presbyteros duos legare; fuit & referre ad eumdem antiſtitem de rebus majoris momenti; atque etiam in Orientali eccleſia nullam in ſynodis provinciarum definitionem in cauſſa fidei ſancire, ſed conſulere totius diœceſis antiſtitem: cenſebatur enim iſta cauſſa eſſe una de majoribus, quæ proinde ad majorem pertinent.

VOLUMINE THEODORI.] Volumine non continebatur opus ullum integrum, ſed excerpta tantum aliqua, ut conſtat tum ex iis quæ ſequuntur, *continentem ſubter capitula ab hæreticis prolata*; tum ex refutatione facta a Cyrillo, cujus fragmenta ſunt in V. ſynodo.

TOMUM ARMENIIS SCRIPSIT.] In editionibus vulgatis miſſus legitur conſulatu piiſſimorum imperatorum Theodoſii XV. & Valentiniani IV. Hæc temporis nota merito ſuſpecta videri poteſt, non tantum quia epiſcoporum epiſtolis, præterquam ſummorum pontificum, apponi vix ſolet tempus; ſed longe etiam magis, quod inter ſanctionem imperatoris datam menſe Auguſto anni 435. & miſſionem tomi a Proclo ad Armenos ea contigerunt, quæ comprehendi vix ac ne vix quidem poſſint interjecto temporis ſpatio, etiamſi tomus miſſus dicatur ſub finem Decembris: nam primo, poſt ſanctionem exſecutioni mandatam, libroſque Neſtorii manibus omnium ereptos, excerpta ſunt ex libris Diodori, Theodori & aliorum, quæ Neſtorianorum jacturam ſparſa vulgariter ſarcirent. Deinde ea in linguam Armenam, Syram & Perſicam verſa. Poſtea cum Acacius & Rabulas miſſa noviſſent ad Armenos, eos admonuerunt de cavendo errore magnis ſe nominibus tegente: tum Cilices epiſcopi Acacium idcirco & Rabulam calumniantur apud Armenos. Tandem Armeni convocantur per Tractoriam a primate in concilium, tempore legitimo conveniunt, & inde ad Proclum mittunt presbyteros duos cum libellis & volumine Theodori. Denique & libellos & volumen Proclus examinat diligentius, ſcribit tomum, quo fere nihil eſt ſuper ea re elaboratius. Propter hæc & alia plura poſſet quiſpiam opinari, vel expungendam omnino temporis notam velut ſuppoſitam, vel ita corrigendam, *data poſt conſulatum piiſſimorum*, cet. Neque enim inauditum eſt conſignari acta poſt conſulatum nobiliſſimorum conſulum, præſertim ſi imperatores fuerint: ſic enim inſcribuntur acta Epheſina, *poſt conſulatum dominorum noſtrorum ſemper auguſtorum Flavii quidem Theodoſii* XIII. *Valentiniani vero* III. quamvis Baſſi & Antiochi ordinario magiſtratu nomina ubique cognita forent, ut conſtat ex epiſtolis Cæleſtini papæ, pluribuſque codicis Theodoſiani legibus.

UNUM DE TRINITATE INCARNATUM.] Si verbis iſtis non alluditur ad futilem quamdam veterum ſubtilitatem, qua negabant, poſſe dici unum de Trinitate, nec numerali iſti adjectivæ voci, *unus*, ullam poſſe ſubſtantivam conjungi, ſine periculo fidei: ſic enim ariolabantur; ſi dicitur unus de Trinitate, & ſubjungitur Deus, tritheiſmus inducitur; ſi pater, multi patres; ſi filius, plures filii, cet. quoniam *unus* eſt principium numeri, nec dici umquam unus Deus poteſt, niſi cum pergendo, licet porro dicere ſecundus Deus, cet. ſi inquam verbis iſtis non alluditur ad id quod modo diximus, procul dubio mendum eſt, poſitumque *incarnatum* pro paſſo aut crucifixo; neque enim Neſtorius ipſe negavit umquam, Verbum, aut eſſe unam de tribus perſonis divinis, aut eſſe incarnatum; neque vero fuit umquam agitata quæſtio, an una de tribus perſonis ſit incarnata; ſed an unus de Trinitate ſit paſſus ac crucifixus, ut colligitur ex ſequentibus Liberati de Proclo verbis.

PER THEODORUM DIACONUM.] Atque etiam per Maximum pariter diaconum, ut intelligitur ex epiſtolis mutuis Procli & Joannis.

COMPOSITIONEM.] Verba ſynodicæ. *Faciebat autem nobis affectationem non pulcritudo compoſitionis ſola, neque argumentorum multitudo contra utrimque partem adverſantium pertractata, quantum ipſa ſacrorum dogmatum cautela ſimul & pietas.*

NON TANTUM GESTIS, SED ETIAM EPISTOLIS FIDEM CONSTARE.] Id eſt, non ipſis tantum canonibus qui geſtis inſerti ſint, ſed epiſtolis quoque e ſynodo datis a majorum ſedium præſulibus fidem conſtare. Suum porro tomum Proclus ad Armenos e ſua ſynodo direxit. Id vero ſatagebant probare, ut ſuam epiſtolæ Leonis ad Flavianum vim decretoriam aſſererent, exemplo epiſtolæ Procli, in quo fortaſſe plus æquo novæ Romæ antiſtiti favebant, quaſi pari cum veteris Romæ pontifice definiendi auctoritate polleret.

NON ESSE PASSUM EO QUOD EST.] Obſerva ingenium hominis tria capitula defendentis: obſervat enim ipſe verba, quæ pro Theodoro & Theodoreto faciant: dictum adveterat a Proclo, antea quidem, unum de Trinitate incarnatum eſſe, nunc vero paſſum non eſſe Chriſtum eo quod eſt, ſed eo quod factum eſt.

SED BASILIUS DIACONUS.] Quis ille & cujus eccleſiæ fuerit, difficile eſt ſcitu: quid in animo habuerit, & quod tumultuoſorum monachorum prodromus exſtiterit conſtat ex ſequentibus; tentavit ſcilicet efficere, ut Theodorus nominatim damnaretur, perinde ac Arrius & Eunomius, non quod eaſdem evomuiſſet blaſphemias, quod perperam intellexit Liberatus, ſed quod pares in diſpari argumento. Indignabatur ſcilicet iſte diaconus tacito nomine auctoris excerpta fuiſſe damnata a Proclo, cum tamen Arrius & Eunomius nominatim ab ipſo appellati eſſent.

UT FERUNT RUMORES.] Conſentit gentili ſuo Facundo *lib.* III. *cap.* III. alibique paſſim, eos ipſos libros abnuenti, vel dubitanti a Cyrillo eſſe ſcriptos: quamquam tota illa, ſive Aſianorum, ſive Afrorum abnuentium gens non tantæ eſt auctoritatis, ut concilio generali, ipſique etiam Cyrillo opus agnoſcenti, fidem detrahat. Intererat hominum tria capita defendentium removere a ſe invidiam defenſi Theodori, quem Cyrillus damnaſſet.

CYRILLUS QUATUOR LIBROS SCRIPSIT.] Ex iſtis quatuor libris, tres qui adverſus Diodorum & Theodorum, maximam partem perierunt: quartus de Incarnatione habetur tom. IV. operum Cyrilli part. I. editionis G. L. conſcriptus eſt dialogi in modum, & ea quidem eruditione, ut vix ullum aliud Cyrilli opus ea de re præſtantius, aut etiam par, exſiſtat.

IN QUIBUS CONTINENTUR.] In libro de Incarnatione nulla ullius patris teſtimonia adducuntur: an in aliis adducta ſint aliqua, certo ſcire nemo poteſt, cum ipſorum nihil, præter fragmenta, ad nos pervenerit: mirum tamen a collatoribus Conſtantinopolitanis rejectos fuiſſe tres priores libros, quia in ipſis laudabantur patres, quos aliis in operibus adverſus Neſtorium, ipſoque in concilio Epheſino, Cyrillus non laudaſſet: nam de tribus qui citantur, unus fuit Felix, cujus teſtimonium allatum eſt in actione prima concilii Epheſini; deinde in libro I. *de Recta fide ad Reginas*, qui Cyrillo tribuitur communiter, adhibetur teſtimonium Antiochi, Chryſoſtomi, Vitalii, Ammonis & Severiani, de quibus nulla mentio in concilio Epheſino: denique aliqua occurrere potuit cauſſa, cur Dionyſius & Thaumaturgus advocarentur, utputa ſi a defenſoribus Diodori & Theodori laudati fuerint: laudatos enim patrum plures eſſe, conſtat ex Liberato ipſo, immo & meliore teſte Cyrillo.

FELICIS.] Etſi advocetur in teſtem a Cyrillo, non tamen certum eſt genuinam eſſe epiſtolam, ex qua locus ſumitur. Ab Apollinariſtis ſuppoſitam tradit Leontius.

DIONYSII CORINTHIORUM EPISCOPI.] Addita erat in editis codicibus vox *Areopagitæ*, ſed expungenda fuit, ipſo teſte Dionyſio Corinthio, qui, ut eſt apud Euſebium, in epiſtola ad Athenienſes, meminit Areopagitæ Dionyſii primi Athenienſium epiſcopi ætate ſe majoris; nolim porro ego implicatum illum contentionis funem de Dionyſiis cum ullo ducere, contentus venerari parentem fidei meæ Dionyſium martyrem; undecumque tandem Pariſios advenerit, a Deo certe miſſus eſt, ut Gallici imperii caput conſecraret: quanti autem nominis fuerit Dionyſius Corinthius, qui floruit circiter annum 175. quæque ſcripſerit ad ædificationem eccleſiarum, conſule Euſebium loco mox citato.

GREGORII MIRABILIS.] Quo tandem ex libro? tributa ſunt Thaumaturgo duodecim anathematiſmorum capita, quæ latinæ græceque edidit Henricus Caniſius *lib.* III. *antiq. lect.* inde non nemini videri poteſt ſumtum a Cyrillo teſtimonium aliquod adverſus Diodorum & Theodorum dividentes Chriſtum: nam pro unitate faciunt aperte capita quatuor, tertium, quintum, ſextum, octavum. Verum iſthæc duodecim capita Gregorio ſuppoſita ſunt, nec videntur ſcripta, niſi poſt exortam Incorrupticolarum hæreſim, ut indicat caput IV. ſi modo explicatio ſubjuncta recipiatur. Satius igitur opinari, Cyrillum ſi modo uſus ſit Thaumaturgi teſtimonio, ipſum ex fide accepiſſe, ſive quæ revelata dicitur, ſive quæ *κατὰ μέρος*: quamquam utraque, ut nunc habetur opera Gerardi Voſſii, ſuſpecta ſit: hanc enim Apollinario tribuit Leontius, illam incerto auctore Bellarminus, aliique: nam Gregorii Thaumaturgi fides cujus meminit Nyſſenus in Thaumaturgi vita, continebat ea quæ non referuntur in illa quam Voſſius edidit; vide Bellarminum *lib. de ſcript. Eccl. ad ann. Chr.* 233.

DICTA LAUDENTUR ADVERSUS ARRIANOS.] Mala fide Cyrilli ſententia refertur: ſic enim *in* V. *ſynodo coll.* 5. ſe habet: *Scripti ſunt igitur a bono Theodoro adverſus hæreſim Arrianorum & Eunomianorum viginti vel amplius libri, nec non etiam alii interpretantes evangelicos & apoſtolicos li-*

bros; quos quidem labores nollet aliquis increpare, magis autem discreto studio honoraret, si inesset eis dogmatum rectitudo. Quæ verba non sunt approbantis libros a Theodoro scriptos, sed ob hæresim accusantis.

CONTRA ARRIANOS EDITA.] Hæc Arrianorum artibus fuisse combusta, constat ex catalogo Hebedjesu.

CATHOLICÆ VERITATIS DEFENSORES.] Quorum dux Hypatius Ephesinus in Collatione Constantinopoli habita, de qua in notis ad præcedens caput.

APOLLINARII SECTATORES.] Id revocat in dubium Baronius *ad ann.* 435. *num.* 9. putatque monachos a Liberato Nestoriani alicujus narratione decepto calumniam passos: verum sententiam suam non probat, cum tamen opus esset; siquidem videtur vel ex eo convelli posse, quod Apollinaris opinio in Armenia, & præsertim in monasteriis, invaluerat: hinc quæstio Armenorum ad Proclum dubitantium, quæ sententia præferenda esset, unius naturæ an duarum.

B DICUNT ILLOS NEC DICTASSE CYRILLUM.] Reclamat Cyrillus in epistola ad Acacium Melitenum: cum enim dixisset, sibi a Joanne Antiocheno scriptum de Diodori & Theodori libris, quasi nihil continerent, quod benigna interpretatione non posset accipi in sensum catholicum; *Ego quidem*, inquit, *nec cessavi increpans ea quæ scripserunt, nec cessabo: quoniam vero oportebat & contradictiones scriptas esse apud eos, inspectis Theodori & Diodori libris quos scripserunt, non de incarnatione unigeniti, sed magis contra incarnationem: posui aliqua capitulorum, & quo potui modo contradixi eis, declarans ubique abominationis plenam esse sectam eorum.*

DUO VEL TRES.] In editis libris *duo vel tria*, nullo penitus sensu: quippe cum numerales voces ad capitula referri nequeant; certum enim est capitula longe plura duobus aut tribus ex Theodori libris esse excerpta: siquidem ea ipsa sunt, quæ, vel multa in V. synodo, vel pauciora a Mercatore referuntur, atque a Cyrillo arguuntur.

C IN EPISTOLA SUA.] Data est ad S. Cyrillum, cujus inter opera habetur tom. V. descripta ex libro VIII. Facundi Hermianensis, dignissima lectu ad historiam.

INTRANTES REGIAM URBEM.] Quid si Eutychem ipsum errones illi corruperint? id probabiliter admodum quispiam conjecerit. Inde enim facile intelliguntur sequentia, quomodo nempe quorumdam utentes patrocinio terruerint minis clericos cet. patrocinium enim illud procul dubio fuit Chrysaphii, quem de sacro fonte Eutyches propter sanctitatis opinionem susceperat, quippe propter imperatoris gratiam nihil non poterat: adde quod unius naturæ opinio Cyrillo tribuebatur ab aulicis, parum quidem intelligentibus, Cyrillo tamen adhærentibus, ut constat ex Cyrilli commonitorio ad Eulogium.

RESCRIPTO SUO.] Hæc me verba olim, cum notas scriberem in II. partem operum M. Mercatoris, imprudentem abduxerunt, ut crederem, Cyrillum in responsione ad Joannem Antiochenum meminisse symboli a Theodoro scripti, cum tamen id non nisi in epistola II. ad Acacium Melitenensem re ipsa præstet. Hæc & alia fecerunt, ut postea credulitatis pœnitens diligentius inquirerem in verba & fidem punicam Liberati. Ipse igitur si rescripti nomine unas intellexit litteras quibus Cyrillus Joanni respondit, lapsus est memoria; tria enim Cyrillus tribus epistolis, singula singulis, prosecutus est: sententiam de Theodoro, epistola ad Joannem: judicium de monachis, epistola ad patres monachorum, quæ expositio concilii Nicæni: memoriam symboli, epistola ad Acacium Melitenensem.

DE SYMBOLO IN CONCILIO SIBI OBLATO.] Unus istud symbolum Marius Mercator opere singulari refellit: nos autem de ipsius auctore historiam, adversus Facundum aliosque plures, exposuimus in notis ad posteriorem partem M. Mercatoris; ex quibus, ut & ex aliis in pejorem partem non nemo, cujus nomen consulto silendum puto, profecit, quantum ipse fassus est.

OB TESSERACÆDECATITAS.] Erat in vulgatis editionibus *Tessera decadas factas*, cet. venimus, monstrante viam historia, in veram lectionem: nam symbolum quo de agitur, a presbyteris duobus Anastasii qui Nestorianæ impietatis in Deiparam administer fuit, emissariis propositum fuit Tesseracædecatitis hæresim ejurantibus, subscribendum: lege actionem VI. concilii Ephesini.

MORTUO CYRILLO.] Non mediocris conversio rerum facta est, vita functis in Oriente patriarchis tribus: obiit Cyrillus ann. 444. Joannes Antiochenus 441. Proclus 447. Cyrillo Dioscorus, Joanni Domnus, Proclo Flavianus successit.

CYRILLI HEREDES.] Jubet Baronius, hoc exemplo absterreri clericos a bonis ecclesiasticis profundendis in con-A sanguineos, qui, ut fit, ditescant patrimonio pauperum, & luxurientur in Christo: væ sæculo nequam!

SÆCUL VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

IBAM EDESSENUM EPISCOPUM.] De Iba, cujus caussa fuit unum de tribus famosis capitulis, hæc accipe. Fuit Ephesi cum haberetur concilium, ut testatur in epistola ad Marim: nondum erat episcopus, facit enim mentionem episcopi tunc Edessenam sedem tenentis. Successit Rabulæ vel ann. 436. initio, vel sub finem præcedentis; neque enim prius, cum Rabulas ann. 435. adhuc viveret, & Armenis Cyrilloque scriberet, post sparsa Theodori excerpta: non posterius, quia anno 436. sub finem, aut initio sequentis, Proclus in litteris ad Joannem Ibæ meminit tamquam Edesseni episcopi. Litteras a Theodoreto accepit ann. 441. de Cælestiaco Carthaginiensi. Ann. 446. apud Domnum Antiochenum Joannis successorem a suis quatuor clericis accusatus est, non hæreseos tantum, sed etiam ordinationum præpostere factarum, & deprædationis bonorum ecclesiæ. Connivente Domno appellatus imperator, B anno 447. jussit Tyri judicium exerceri: illud inchoatum est Tyri anno 448. mense Februario, peractum Beryti eodem anno mense Septembri: res amice composita. Verum non quiescentibus clericis iterum in Ephesino Latrocinio anno 449. mense Augusto accusatus est cum abesset, atque depositus. Sub finem anni recepit litteras consolatorias a Theodoreto ejusdem sortis participe. Anno 450. libellos querelarum offert Marciano imperatori. Anno 451. restituitur in sedem a concilio Calchedonensi *actione* x.

ASCENSIONIS.] *Ἀναστάσεως* non *ἀναλήψεως*, id est, resurrectionis seu ascensionis e sepulcro, non item ascensionis in cælum, ex Theodoreto *epist.* LXXXVII.

CAPUT XI.

DE EUTYCHE PRESBYTERO & Hegumeno, & ejus hæresi ejusque damnatione.

Ex actis concilii Constantinopolitani sub Flaviano, quæ inserta sunt actis concilii Calchedonensis act. I.

HIs temporibus Eutyches quidam presbyter & archimandrita, præsidens Constantinopoli celeberrimo monasterio, urgente satana, prædicabat, Dominum nostrum Jesum Christum consubstantialem D nobis non esse secundum carnem, sed de cælo corpus habuisse: rursusque varians dicebat, ante adunationem duas in Christo fuisse naturas, post adunationem vero unam factam esse.

Quem audiens talia docentem & prædicantem Eusebius episcopus Dorylenæ civitatis provinciæ Phrygiæ Salutariæ, cum esset orthodoxus & purus etiam amicus, prohibuit eum talia sapere & docere. Sed pertinaciter Eutyche audire nolente, retulit Eusebius caussam ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum.

[1] Quin & ingressus est ejus concilium, quod collectum fuerat pro Florentio Sardeorum metropolitano adversus episcopos sub eo constitutos [a] Joan-E nem & Cossinium; & data forma de aliquibus caussis eorum, libellos obtulit Eusebius Flaviano & omni concilio, conjurans omnes advenire adversus Eutychen presbyterum, ut sub eorum præsentia convinceretur ab eo, hæretica dogmata sapere & docere.


[2] His Flavianus episcopus auditis per Joannem presbyterum & defensorem, & Andream diaconum, Eutychen ad concilium suum venire præcepit. Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum: *Hoc apud se esse decretum, ut numquam egrederetur a sua fraternitate, sed tamquam in sepulcro degeret in monasterio.*

1. Ms, *Qui & ingressus est.*

a *Joannem & Cossinium*] Ille Hircanorum, hic Hierocæsareæ episcopi. GARN.

2. Ms. *His Flavianus episcopus auditis per Joannem.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



Secundo vero conventu postulavit Eusebius, duas Cyrilli synodicas recitari epistolas: unam quam Nestorio direxerat, cujus principium est: *Obloquuntur de me quidam apud tuam fraternitatem*, cet. & alteram ab eo Joanni Antiocheno directam, cujus est principium: *Lætentur cæli, & exsultet terra*, cet. quas & synodus Calchedonensis postea suscepit.

Quod cum fuisset factum, Eutyches rursus per Mamam & Theophilum presbyteros scripto vocatus est ad concilium: qui ad eum minime ingressi, audierunt ab ejus monachis, quod ægrotaret, & ideo eum videre non possent. Ingressi sunt tamen ad eum postea, & obtulerunt ei synodicam chartam.

Quibus iterum dedit responsum: *Ego definitum apud me habeo, extra mortis necessitatem, non egredi monasterium: sed hanc chartam manu mea scriptam accipite, & synodo offerte.*

[1] Et post hæc recusante illo, renuntiaverunt concilio ejus excusationem. Eutyches direxit tomos per monasteria cum suis dogmatibus ad abbates, ut subscriberent ea. [a] Innotuit hoc concilio Eusebius episcopus.

Et rursus Flavianus una cum suo concilio per Memnonem presbyterum, & Epiphanium & Germanum diaconos, scripto eum tertia vocaverunt vocatione: quibus cum idemtidem Eutyches de infirmitate excusaret, compellentibus tamen eis qui missi fuerant, petiit unius septimanæ dilationem, ut post septem numerum dierum audientiæ occurreret.

Qui refugiens ad imperatorem Theodosium, impetravit ab eo, ut fertur, per Chrysaphium eunuchum quem Eutyches susceperat de sacro baptismate, ut cum patricio Florentio & Magno silentiario concilium illud Flaviani ingrederetur: timere enim se dicebat Flaviani calumnias.

Postquam ire secum meruit Magnum Silentiarium, cum imperatoris scripto accepit & officium excubitorum & chlamydatorum, & venit ad concilium: in quod ingressus recitavit, qui cum ipso erat [2] Magnus silentiarius, in synodo imperatoris mandatum, ita se habens: *Si pacem cogitamus sanctarum ecclesiarum, & catholicæ fidei custodire volumus rectam, & Deo inspirante prædicatam fidem a* [b] *parentibus nostris qui in Nicæa congregati sunt, trecentorum decem & octo episcoporum, & ab his qui Ephesi interfuerunt* [3] *damnationi Nestorii: hoc ergo volumus, ne scandalum in prædicta catholica fide immittatur. Et quoniam scimus magnificentissimum Florentium patricium esse fidelem & probatum & recta fide, volumus eum interesse audientiæ synodi, quoniam sermo de fide est.*

Et superveniente patricio Florentio, & eo sedente, flagitabant episcopi ab Eutyche, ut confiteretur Dominum nostrum Jesum Christum, consubstantialem nobis secundum carnem, in duarum naturarum unitione. At ille libellum suum legi petebat, & credere se dicebat secundum Nicæni concilii fidem. Interrogante autem patricio Florentio Eutychen, si diceret Christum qui ex virgine est, consubstantialem nobis, duasque in eo unitas naturas; confiteri se quidem hoc ante adunationem; post adunationem autem, unam se confiteri dicebat.

Et dicente ad eum synodo: *Oportet te hoc confiteri, & anathematizare omne dogma huic fidei contrarium*: respondit, *non se dixisse hoc prius*, A *sed posse se dicere, quia ipsi dicebant: sequi se tamen patres ajebat, quoniam in scripturis hoc non invenerat explanatum, nec patres ita dixisse*. Surgens autem sancta synodus anathematizavit eum.

Cui idemtidem patricius Florentius dixit: *Qui non confitetur duas in Christo naturas, non credit recte*. Ille autem dixit, *legem se habere sancti Cyrilli & Athanasii*, [4] *qui ex duabus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post adunationem autem & incarnationem, non duas naturas, sed unam*: surgens autem sancta synodus iterum anathematizavit eum.

Venerabilis vero Flavianus, quoniam Valentini & Apollinaris hæreticorum errore Eutyches ægro- B tasset, exspolians eum honore presbyterii, anathematizavit atque damnavit: & conclusis gestis, in ejus damnationem concilium subscripsit.

Quibus gestis jungens epistolam suam venerabilis Flavianus Leoni papæ direxit, & quid in concilio gestum fuerat, allegavit fideliter. Et Eutyches de sua damnatione papæ Leoni scribens, posuit edicta apud Constantinopolim, & injustitiam se fuisse passum, populum contestatus est.

Leo vero direxit Flaviano tomum, sanam incarnationis Christi doctrinam continentem, & mirifice perimentem Eutychetis assertiones, cujus principium est post prooemium: *Lectis dilectionis tuæ litteris*, cet.

C Eutyches vero obtulit preces imperatori, questus de falsitate gestorum, quasi aliqua a notariis superaddita fuissent, [5] aliqua vero dicta, nec gestis inferta. Et postulavit, ut sub præsentia Thalassii episcopi & Florentii patricii rursus in palatio, Flaviano occurrente, ipsum congregaretur concilium, ut interrogatione personarum veritas panderetur.

Annuit imperator fieri, & easdem preces manu sua ita subscripsit: *Deponant apud reverendissimos episcopos, non solum qui dudum convenerunt, verum etiam & apud reverendissimum Thalassium, ut omnibus his præsentibus, quæ supplicatio loquitur, negotii veritas inquiratur.*

D Cumque concilium congregaretur, Eutyches absens factus, ad vicem suam misit Constantinum diaconum ad concilium, ut pro eo respondens examinantibus judicibus, gestorum falsitas reprehenderetur: sed discussis gestis, instantibus notariis, cum episcopis Deum timentibus, cum Eutycheti aliqui faverent pro tempore, nihil falsitatis inveniri potuit: sed hoc tantum actum est, ut apud magistrum officiorum gesta conficerentur de falsitate notariorum, adstantibus aliquibus laicis de officio principis, qui interfuerant gestis ipsis tempore concilii.

Postea expetivit a Flaviano imperator fidei ejus confessionem, manu ejus scriptam & subscriptam. E Scripsit ergo Flavianus fidem suam manu propria, & imperatori in hoc themate direxit.

1. Ms. *Et post hæc renuntiante illo renuntiaverunt*.
2. Ms. *Magnus in synodo*.
3. Ms. *In damnatione Nestorii*.
4. Ms. *Quia ex duabus naturis*.
5. Ms. *Aliqua enim dicta*.

a *Innotuit*] Id est, *indicavit*. LABB.

b *Parentibus nostris*] *Sanctis patribus*. ID.

FLAVIANUS

EPISCOPUS CONSTANTINOPOLITANUS

[1] AMATORI CHRISTI

IMPERATORI NOSTRO THEODOSIO salutem.

Nihil ita convenit sacerdoti Dei, & dogmatibus erudito divinis, quam * *paratum esse ad satisfactionem omni petenti rationem de spe quæ in nobis est, & gratia:* ** Non enim erubesco evangelium Dei; virtus enim Dei est ad salutem omni credenti.

Quia ergo & nos, misericordia regis omnium Christi Dei, sacerdotium tale sortiti sumus, sapimus recte & inculpabiliter, semper scripturas divinas sequentes, expositionem sanctorum patrum qui in Nicæa convenerunt, & centum quinquaginta qui heic congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctæ memoriæ Cyrillo, qui fuit Alexandrinorum episcopus.

Et prædicamus Dominum nostrum Jesum Christum, ante sæcula quidem ex Deo patre sine principio natum secundum divinitatem; in novissimis autem diebus eumdem, propter nos & propter nostram salutem, ex Maria virgine secundum humanitatem.

[2] *Ex duabus itaque naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta virgine & inhumanatum, in una substantia & in una persona, unum Christum, unum filium, unum Dominum confitemur.*

Et unam quidem Dei Verbi naturam, incarnatam tamen & inhumanatam, dicere non negamus, eo quod ex ambabus unus atque idem sit Dominus noster Jesus Christus.

Eos vero qui aut duos filios, aut duas substantias, aut duas personas annuntiant, & non unum eumdemque Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei vivi prædicant, anathematizamus, & alienos esse ab ecclesiis judicamus.

Et ante omnes Nestorium impium anathematizamus, & sapientes ea quæ ejus sunt & loquentes: abscindantur hujusmodi a filiorum adoptione, promissa recte credentibus.

Et subscriptio: DOMINE JESU CHRISTE ADJUVA NOS: & iterum: *Hæc scripsi manu mea ad satisfactionem vestræ potestatis, ut confundantur calumniam facientes nostræ simplici conversationi.*

HIS TEMPORIBUS.] Id est, anno 448. nempe post annum 447. quo Flavianus sedem Constantinopolitanam adscendit, & ante annum 449. quo Ibas ad judicium vocatus est: nam cum Eutyches in Flaviani concilio reus factus esset, machinatus est accusationem in Ibam, qui ea de re questus est in concilio Calchedonensi *act.* x.

EUTYCHES QUIDAM.] De Eutychis historia operæ pretium est, præter Liberatum, consulere Eutychianistarum historiæ Breviculum a P. Sirmondo editum, Theophanis chronographiam, concilium Constantinopolitanum sub Flaviano, Ephesinum Latrocinale, Calchedonense œcumenicum, Constantinopolitanum II. quod V. universale, litteras, tum mutuas Leonis magni & Flaviani, tum alias eo pertinentes, cet.

PRÆDICABAT DOMINUM.] Quid re ipsa senserit Eutyches, definite sciri vix potest, propter deliri senis imperitiam & inconstantiam: hæc enim auctores alios alio abduxit. Sententiam catholicam Cyrilli de una, post unitionem, Verbi Dei incarnati natura volebat sequi, sed præ tarditate ingenii assequi non potuit; quapropter visus est in Apollinaris hæresim declinare, cum qua tamen capita-
A liter pugnat id, quod aiebat, Christum esse ex duabus naturis, sed non in duabus, id est, duas fuisse ante unitionem naturas, unicam postea: id enim sapit Polemii potius confusionem quam Apollinaris informationem. Ignari hominis mentem emovit Nestorii odium, quo incensus pro fide ante aliquot annos patribus Ephesinis præservide collaboraverat, ut & reliqui urbis regiæ archimandritæ, quorum dux Dalmatius. Verumtamen, quod a viris magni nominis in hanc rem narratur, detulisse ipsum scilicet Epheso litteras patrum Constantinopolim, neque credibile est, nec ab ullo veterum affirmanter traditur: nam vocantibus ad concilium Joanne & Andrea, respondit se ab initio conversionis statuisse e monasterio non egredi *εἰρηκὼς τοῦτο προωρίσθαι αὐτῷ καὶ ὅρῳ τινὶ κεκρατηκέναι ἀπ᾽ ἀρχῆς, τὸ μηδαμῶς ἐλοχόσε ἀποβαίνειν αὐτὸν τῆς ἑαυτοῦ σωκείας*, cet.

EUSEBIUS DORYLENÆ CIVITATIS EPISCOPUS.] Breviculus historiæ Eutychianistarum a Sirmondo editus post ap-
B pendicem codicis Theodosiani. *Cum Eutychen istum, presbyterum & abbatem Constantinopolitanæ civitatis, Eusebius Dorylitanus episcopus suadere talia reperisset, zelo fidei quam, etiam cum agens in rebus esset, ostendit, (ipse enim Nestorium quoque in tempore reprehendit in ecclesia res sacrilegas prædicantem) detulit ad Flavianum episcopum, & ad judicium provocavit.* Et postea, ubi agitur de Latrocinio Ephesino: *Damnatur etiam Eusebius episcopus accusator ejusdem presbyteri tamquam Nestorianus, qui ante, dum adhuc esset laicus, Nestorii fuerat accusator.* Auctor hujus Breviculi, ex quo profecit Liberatus, cum scriberet anno 486. confirmat manifeste, quod diximus in præfatione & in notis ad II. partem operum Marii Mercatoris de Eusebio isto tunc, cum adhuc esset *σχολαστικὸς τῆς βασιλίδος*, Nestorium, & in concione, & affixa obtestatione, publice arguente.

ET DATA FORMA] Græce *τόπου δὲ δοθέντος φανερῶς ἐπὶ*
C *τοῖς ἀναγνωσθεῖσιν*, id est, facile expedita caussa, quæ Florentium inter metropolitam, & subjectos duos episcopos mota fuerat.

EJUS CONCILIUM.] Fuit illud ordinarium, habitum siquidem ex præscripto Nicænæ synodi, autumni temporibus. Habuit vero conventus septem, ut constat ex actis quæ inserta sunt, tum actis Ephesinis sub Dioscoro, tum Calchedonensibus act. I. tom. V. postremæ collect. CC. GG. ubi correcta merito est temporis nota, *post consulatum Zenonis*, cet. quæ fuit in prioribus editionibus: correctionem manifesta ratione demonstrant litteræ Leonis papæ ad Flavianum, aliæque ejusdem, & ante Ephesinum latrocinale, & post istud concilium datæ, Asterio & Protogene coss. qui Zenoni & Postumiano successerunt: convenerunt unus & triginta episcopi, archimandritæ duo & viginti.

SECUNDO VERO CONVENTU.] Habitus est pridie Idus Novembris, quæ feria VI. primus autem die 8. Novembris de more, scilicet feria II. nam hoc anno bissextili
D litteras dominicalis fuit DC. tertius die 15. quæ feria II. quartus die sequenti, quintus die 17. sextus die 20. seu sabbato, septimus die 22. quæ feria II. atque ita duravit synodus dies quindecim.

CYRILLI SYNODICAS.] Lege, quæ hac de re copiose, ad evertendam popularem quamdam opinionem, diximus in dissert. II. ad II. partem operum Mercatoris, quæ tota est de synodis habitis in caussa Nestorii.

DIREXIT TOMOS.] Per Constantinum & Eleusinum diaconos suos, viros profecto non optimos: illi vero tomis contineri dicebant ea tantum, quæ vel Nicææ & Ephesi definita fuissent, vel scripta essent a Cyrillo; sed adulterata oportuit, quandoquidem nollent diaconi permittere, ut qui petebant, ea cum exemplaribus apud monasteria asservatis, conferrent.

UNIUS SEPTIMANÆ DILATIONEM.] Ut recte omnia cohæreant, postulatum istud oportet actione III. habita die
E decima quinta Novembris, consequentibus vero vel petitum iterato, vel confirmatum. Eutyches enim adfuit die vigesima secunda.

SURGENS SYNODUS.] Animadverte morem assurgendi in ferenda excommunicationis sententia, quem observatum videbis in omnibus conciliis.

LEONI PAPÆ DIREXIT.] Videtur innuere prius Flaviani, quam Eutychetis, litteras ad S. Leonem venisse; cum tamen aliter se rem habuisse pontifex testetur epist. VIII. quamquam dici queat Flavianus, statim habito concilio, gesta misisse Romam, sed ea litteris Eutychetis præventa: id enim colligitur ex epistolis duabus Flaviani ad Leonem, quarum una relationem de gestis continet, altera responsum ad querelam Leonis, mirantis non esse relatum a Flaviano de gestis.

* I. Pet. III. 15. ** Rom. I. 16.

1. Ms. AMATOR CHRISTI.

2. Ms. *Ex duabus utique naturis*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

EDICTA.] Contestatorios libellos nominat S. Leo, *libellum appellationis suæ se asserit obtulisse, nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Constantinopolitana urbe proponeret*, epist. VIII.

IPSUM CONGREGARETUR CONCILIUM.] Concilium istud secundum coactum est in majore porticu sanctæ Ecclesiæ anno 449. prior actio Idibus Aprilis, posterior v. Kal. Maii habita.

CAPUT XII.

DE SYNODO EPHESINA SECUNDA & Flaviani morte.

Ex actis concilii Ephesini II. quæ inserta sunt actis concilii Calchedonensis, & ex epistola S. Leonis.

POstquam ergo nihil probatum est notariis de falsitate gestorum, Eutyches petiit Dioscorum Alexandrinum episcopum, ut quæreret quæ de illo acta sunt, & caussam examinaret. Agebat igitur apud principem, universalem fieri synodum, ut probaretur judicium Flaviani. Scripsit ergo Dioscorus Theodosio imperatori, quia aliam fieri synodum generalem oporteret; & ut fieret, persuasit Eutyches.

Annuit imperator, & dirigens Sacram Dioscoro in Alexandriam, præcepit, ut cum decem metropolitanis episcopis, *alios* quos voluisset, ipse eligeret, & veniret Ephesum; & congregato universali concilio, Eutychetis caussam discuteret: jubens Barsumam archimandritam interesse concilio, & vices agere omnium monachorum, orientales episcopos accusantium.

Theodoritum vero Cyri episcopum adesse concilio interdixit, & in sua civitate permanere eum jussit. Jam enim Ibam Edessenum episcopum, ne synodo adesset per filium suum, quem superius dixi, Chrysaphium, in multas mansiones Eutyches relegarat exsilio.

Et fit Ephesi generale concilium, ad quod convenerunt, Flavianus quidem & Eutyches, tamquam judicandi, Juvenalis & Thalassius, & omnes illi metropolitani episcopi cum suis conciliis, [1] & judices Constantinopolitani concilii, qui Eutychen judicaverant. Dioscorus vero secum habebat fortissimos milites reipublicæ, cum monachis Barsumæ.

Et sedentibus in basilica Dei genitricis Mariæ illis episcopis, [2] ecclesiæ Romanæ *legati*, vices habentes papæ Leonis, [3] assidere non passi sunt, eo quod non fuerit data præsessio sanctæ sedi eorum; insuper etiam, quod non lecta fuerat ad Flavianum epistola in Eutychetis damnatione a papa Leone scripta, & occultata fuerat epistola ejus, per supra memoratos legatos ad ipsam synodum directa, & est ejus principium: *Religiosa clementissimi principis fides*, &c.

Cumque Flavianus judicaretur a synodo propter Eutychetis damnationem, Dioscorus libellum quem Eutyches manu sua portabat, jussit suscipi & recitari. Et cum recitaretur, surgens Dioscorus, & stans in suppedaneo sedis suæ, dicebat concilio: *Optima Eutychetis fides concordat fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum, & recte credit Eutyches, fratres.*

Tunc synodus jussione Dioscori Ibam Edessenum damnavit ut absentem, multis nescientibus episcopis, quid de illo actum fuisset. Et tertio A vocatum, tamquam contemtorem, & non occurrentem ad sanctum concilium, damnavit absentem.

Clamabatur autem, quoniam testimonium contra eum perhibebatur ab adversariis, tamquam dixisset; *Non invideo Christo facto Deo, quoniam si volo, & ego fio*; & quasi dixisset: *Hodie Christus factus est Deus*: & alia hujusmodi, & propter epistolam ad Marim ab Iba directam.

Iterum synodus, auctore Dioscoro, Theodoritum episcopum Cyri damnavit absentem & nec egressum de sua civitate, propter illa quæ scripsit contra duodecim anathemata Cyrilli, & propter epistolam missam ab eo clericis, & monachis, & laicis, contra primam Ephesi synodum ante eccle- B siæ pacem.

Ad hæc damnavit quoque memorata synodus Eusebium episcopum Dorylæi, eo quod dixerit *duarum naturarum perfectarum Christum*.

Et cum eo damnavit similiter Flavianum Constantinopolitanum episcopum, quasi male damnantem Eutychen, & quia dixerit *in duabus naturis cognosci Christum*. Quare surgentes quidam venerabiles episcopi, tenuerunt genua Dioscori, & rogabant, ne Flavianus innocens damnaretur: qui nec diu petere potuerunt, metu militum & monachorum stantium cum gladiis & fustibus.

Deposuit quoque & Sabinianum episcopum Perrhensium: post omnes autem & Domnum Antio- C chenum remanentem ab orthodoxorum depositione, quia particeps factus Dioscori in depositione orthodoxorum & Eutychetis absolutione.

Depositus est autem dolo Dioscori sic. Postquam consensit in omnibus Dioscoro, datis in medio ejus epistolis quas ad ipsum Dioscorum Antiochenus Domnus contra duodecim Cyrilli capitula scripserat, eo quod essent obscura, damnavit ægrotum & absentem illa die.

Hæc ergo synodo decernente, & restituente Eutycheti presbyterii dignitatem, & ministerii præsulatum, Flavianus quidem & Eusebius [4] custodiæ mancipantur.


Porro locum obtinentes papæ Leonis omnibus D quæ gesta sunt, contradixerunt: Flavianus autem, contra se prolata sententia, per ejus legatos sedem apostolicam appellavit libello: & hunc terminum illa synodus habuit.

His ergo omnibus malis a Dioscoro perpetratis, cæsus Flavianus & multis injuriis affectus, dolore plagarum migravit ad Dominum: ordinatusque est pro eo Anatolius diaconus, qui fuit Constantinopoli apocrisarius Dioscori; & pro Domno Antiocheno ordinatus est Maximus, & pro Iba Nonnus, & pro Sabiniano Athanasius, pro Theodorito autem & Eusebio nullus ordinatus est.

Soluto ergo illo concilio, & ad suas sedes reversis episcopis, scissio facta est inter eos, qualis E antea numquam contigerat. Ægyptii, Thraces & Palæstini episcopi Dioscorum sequebantur; Orientales, Pontici & Asiani sanctæ memoriæ Flavianum: quod schisma permansit usque ad obitum Theodosii principis.

Sed quærenti plenius scire latrocinia Dioscori in ipsa synodo perpetrata, prima actio synodi Calchedonensis, in qua nec nominandi Ephesini secundi concilii recitata sunt acta & gestis inserta, legenti omnia plenissime innotescit: nam nos ista nuper Alexandriæ de Græco in Latinum translata suscepimus.

1. Ms. *Et judicii Constantinopolitani concilii.*
2. Ms. *Ecclesiæ Romanæ Diaconi.* —— Sic & apud Labbeum tom. VI. Conc. pag. 437. e.
3. Ms. *Assistere non passi sunt.*
4. Ms. *Custodiæ mancipabantur.*



Porro legati sedis apostolicæ ab ipso concilio fugientes, retulerunt papæ Leoni iniquitates Dioscori; quomodo Dioscorus vi magis, quam justitia, in illa egerit synodo, [1] in qua, ingesto timore, episcopi subscripserunt in Eutychetis absolutionem, & orthodoxorum episcoporum depositionem, hæresim non recipientium; & quomodo omnibus gestis ejus contradixerunt.

[a] *Quos* secutus Teodoritus episcopus papæ suggessit, quanta mala pertulerit ex insidiis Dioscori, rogans, ut celerius tali caussæ subveniretur per alium conventum episcoporum, ne hæretica Eutychetis dogmata permanerent a Dioscoro confirmata.

Sed fortissimus Leo, audiens legatorum suorum suggestionem, & Teodoriti querelas suscipiens, litteris suis ad Theodosium imperatorem & Pulcheriam augustam, petit ut fieret intra Italiam generale concilium, & aboleretur error fidei, per violentiam Dioscori factus.

Valentinianum autem imperatorem & [2] Eudoxiam uxorem ejus, ad memoriam beati Petri, cum multis episcoporum, genibus provolutus Romanus pontifex deprecatus est, ut imperatorem Theodosium hortarentur, aliam fieri synodum, ad retractandum illa quæ a Dioscoro male acta atque perpetrata fuerant, in damnatione Flaviani episcopi & orthodoxorum depositione.

Eis scribentibus & petentibus rescripsit Theodosius imperator, Flavianum læsibilis novitatis reum, dignum mortis debitum suscepisse: ut ideo omnis pax & concordia in ecclesia regnaret, principe contentionis, sacro judicio, humanis rebus ablato. Illos vero qui depositi fuerant, indignos sacerdotio fuisse: & qui digni judicati sunt, a synodo esse susceptos.

Hæc de Flaviano Theodosius Arcadii principis filius, nepos imperatoris Theodosii majoris, cujus temporibus omnia hæc scandala contigisse noscuntur.

De synodo Ephesina secunda.] Habita est ann. 449. jussione Theodosii, Chrysaphii potentia, artibus Eutychetis ambitione Dioscori. Theodosium Chrysaphius pæne fascinaverat, Chrysaphium Eutyches, Eutychetem Dioscorus: Chrysaphius imperatoris animum Flaviani odio, & Pulcheriæ invidia obcæcaverat. Chrysaphio Eutyches suscepto suo dederat occasionem inimicitias exercendi, specie vindicandæ pietatis. Dioscorus tantis opibus fretus sperabat, se amissum orientalis ecclesiæ primatum recuperaturum. Muliebris etiam invidentia Eudoxiæ in Pulcheriam machinationem hanc adjuvit: nam si qua fides Nicephoro *lib.* XIV. *cap.* XLVII. Chrysaphius ad suas partes in hac sua tragœdia agendas *Eudoxiam Augustam excitavit, cum multa alia, tum ea potissimum dicendo, quæ ei a Pulcheria acerba accidissent* Ad hanc synodum convenerunt cum sedis apostolicæ legatis CCCLX. episcopi, si credimus Breviculo historiæ Eutychianistarum, quem P. Sirmondus edidit. Œcumenica fuit, siquidem orientalis ecclesia aderat per suos quatuor patriarchas, occidentalis per legatos sedis apostolicæ. Inchoata est VI. Idus Augusti, quæ feria secunda. Tres habuit consessus, quorum acta in concilio Calchedonensi relecta sunt: rejecta est postmodum a tota ecclesia, & infami nomine latrocinii traducta.

Probaretur judicium.] Id est, vocaretur ad examen.

Scripsit ergo Dioscorus.] Obscuram Liberati narrationem illustrat *loco mox citato* Nicephorus, sive sua conjectura, sive alterius traditione. *Ejus celebrandæ tale initium. Chrysaphius iste multum apud imperatorem auctoritate valuit; & quod consecrationem Flaviani, propter anticipatam opinionem, minus gratam probatamque haberet, imperatori subjecit, ut patriarchæ significaret, quod ille electionis atque consecrationis gratia benedictionis munus sibi mitteret. Divus Flavianus panes puros misit. Chrysaphius contra aureum benedictionis donum mittendum esse dixit; cui patriarcha respondit, non esse sibi talium rerum copiam, nisi forte ad hoc sacris uteretur templi donariis: ipsum vero Chrysaphium optime nosse, ecclesiæ sacra vasa Deo & pauperibus esse consecrata. Atque inde offensio locum habuit, quum ejus rei Pulcheria Augusta nihil animadvertisset. Chrysaphius eam ob rem invidia percitus, omnem movit funem, ut patriarcham sede sua deturbaret.*

Cum decem metropolitanis.] Verba Sacræ imperialis ad Dioscorum ista sunt: *Igitur tua sanctitas sumtis secum decem reverendissimis metropolitis episcopis, qui sub tua degunt diœcesi, & aliis similiter decem sanctis episcopis sermone & vita ornatis.* Verum cum hæc ipsa Sacra eodem tenore ad alios quoque patriarchas, immo & ad Autocephalos directa sit; quæstio nascitur, quomodo allata verba ad veritatem adduci queant; siquidem sex tantum fuerunt tunc temporis in Ægyptia diœcesi provinciæ, nulli proprie dicti metropolitæ: Hierosolymitanus tunc temporis nullos habuit sub dictione sua metropoliras; Antiochenus atque etiam Constantinopolitanus, habuit plures quam decem. Difficultas ex eo ingravescit, quod Breviculus mox citatus tradat convenisse episcopos CCCLX. in actis tamen CXXXIII. dumtaxat numerentur, computatis nempe qui per procuratores adfuerunt: quomodo enim, quemcumque in modum vexentur verba, numerus vel ille vel iste ex episcopis in Sacra memoratis conflari possit? *Nodus solvetur in vita Theodoreti.*

Jubens Barsumam.] Barsumæ cujusdam meminit Leontius *lib.* III. adversus Eutychianos: *Tuus ille discipulus fuit Barsumas, qui Persidem prave gubernavit dogmatibus tuis impiis & sublata differentia in vita degenda, qui legem tulit, ut nullus ex clero, nedum laicus, abstineret a lecto non legitimo, neque a polygamiis, id est multis conjugiis; ebrietates enim & comessationes dona Dei esse existimabat.* Etsi non pugnet ætas, quo minus unus idemque putari queat Barsumas, sive qui a Liberato, sive qui a Leontio dicitur, repugnare tamen videtur secta: qui enim a Liberato memoratur, Eutycheti adhæsit; qui a Leontio, Theodoro Mopsuestiæ, id est alteri alterius hæresis defensori. Verum nequam ille, quisquis fuit, potuit pro tempore commutare fidem, potuit etiam de dogmate cum Eutychete, de moribus cum Theodoro sentire. Barsumæ porro in concilii Calchedonensis actione IV. objecta sunt tria. Primum quod in consessum venerit cum aliis monachis, etsi nomen ipsius non fuisset inscriptum libello precum a monachis imperatori oblato. Alterum quod Flavianum interfecit in latrocinali synodo, occidendum clamans. Postremum quod in orientis episcopos mille monachorum agmen duxerit: propter quæ conclamatum communiter, *homicidam Barsumam emittite foras, homicidam in arenam, anathema Barsumæ, Barsumam in exsilium.*

Vices agere omnium monachorum.] Commotio monachorum adversus orientis episcopos orta est jam inde ab inita pace inter ecclesias. Hanc enim fictam putarunt viri studio fidei ardentes: unde Maximum monere Cyrillus opus habuit, ut ne a communione Joannis antistitis sui abstinere pergeret, sed dispensatione potius prudente ad tempus uteretur. Videnda super ea re Cyrilli epistola ad Maximum, Acacium Melitenum, Lamponem; & observandum, Cyrillum non abhorruisse a suspicione monachorum, de ipso Joanne aliisque orientis episcopis; inde enim sunt ista verba: *scripsi ad ipsum* (Joannem) *sed pejora vincunt*; & postea, *sicut doctor vult, sic sapit*, cet.

Theodoretum vero.] Non jam primum imperator ipsum sua se civitate continere jussit; nam id mandati dederat ante annos aliquot.

Jam enim Ibam Eutyches relegarat exsilio.] Id per Chrysaphium ausus erat, quamvis Ibas Tyri & Beryti videretur absolutus: solus Liberatus hujus exsilii expresse meminit, quamquam eo trahi possent verba quædam Ibæ, *act.* IX. *conc. Calched.* Verum totum hoc exsilium, quod si quod fuit, contigit anno 448. sub finem, aut initio sequentis, admodnm mihi suspectum est.

Cum Barsumæ monachis.] Mille adductos fuisse conqueruntur patres in concilio Calchedonensi: tantum suadere malorum religio potuit.

In Basilica Dei genitricis.] Ubi ante annos 18. consederant Patres concilii catholici.

Ecclesiæ Romanæ legati.] In vulgatis editionibus diaconi dicuntur, sed aperto vitio, tum ex sequentibus verbis, *per supra memoratos legatos*, tum quod e legatis unus tantum Hilarus erat diaconus; nam Julianus episcopus, Renatus presbyter fuit.

Assidere non passi sunt.] Difficilis locus: sive enim dicantur legati non interfuisse concilio; sive interfuisse quidem, sed non sedisse post Dioscorum, repugnant acta: credibile igitur est sedisse post Dioscorum, sed prius con-

1. Ms. *In cujus gesta timore.*

2. Ms. *Eudoxiam conjugem ejus.*

a *Quos sec.*] Antea *Quo*. Labbeus item conjiciebat legendum *Quos*, ut postea Garnerius.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



teſtatos, & injuriam ſedi apoſtolicæ a Theodoſio factam, & a Dioſcoro acceptatam contra canones præſidentiam, quam imperator demandaſſet, & illatam ſibi ab utroque vim: unde in concilio Calchedonenſi *act.* I. ſedis apoſtolicæ legati, cum pati nollent, ſedere cum patribus Dioſcorum, eum cauſſati ſunt arrogaſſe ſibi præſidendi auctoritatem, *& faciendæ ſynodi, ſine auctoritate ſedis apoſtolicæ; quod numquam licuit, numquam factum eſt*. Nota auctoritatem poni pro præſidentia.

NON INVIDEO CHRISTO DEO FACTO.] De hac impia ſententia diſputatum eſt abunde in II. parte operum M. Mercatoris, oſtenſumque eam eſſe Paulli Samoſateni, primamque Pelagianiſmi de viribus arbitrii originem. Porro autem eſt epiſtola CXXXIII. Theodoreii ad Ibam conſolatoria, in communi depoſitionis calamitate.

PROPTER EPISTOLAM.] Ex qua decerpta ſunt ea quæ, & a M. Mercatore accepimus, & quæ in V. ſynodo collatione V. habentur; niſi tamen Theodoretus plures ſimul Conſtantinopolim litteras eodem argumento miſerit. Verum potiſſima cauſſa cur damnaretur Theodoretus, & in hac, & in V. ſynodo, fuerunt opera duo, alterum adverſus capita Cyrilli, alterum adverſos ſynodum Epheſinam, quod πενταλόγιον inſcribitur, cujus mentio quidem eſt in V. ſynodo, fragmenta vero partim apud Mercatorem quæ edidimus, partim hinc inde ſparſa, quæ collegimus.

DEPOSUIT QUOQUE ET SABINIANUM.] Savinianus ſcribitur in vulgatis editionibus, Sabinianum reſtituimus ex epiſtola CXXVI. Theodoreti Σαβινιανῷ ἐπισκόπῳ inſcripta: eſt illa conſolatoria in communi amborum caſu.

REMANENTEM AB ORTHODOXORUM DEPOSITIONE.] Obſcurus locus, ſive emendanda ſit lectio, ſive retinenda: ſi emendanda, videri poteſt ſubſtituenda vox, *remeantem*, ut ſit Africana locutio Gallicæ ſimilis, qua de homine facti pœnitente dicimus, *il eſt revenu de cela*. Verum hæc emendatio non admodum conſentit conſequentibus, quibus narratur Domnus ægrotus damnatus. Retinendam igitur lectionem puto velut genuinam Liberati, ſed decepti ab indocto quodam, aut incurioſo interprete, qui cum reperiſſet in græco textu ἀμενηνούμενον infirmantem, perinde vertit atque ſi foret ἀναμενόμενον remanentem. Opinionem hanc juvat, & hiſtoria ipſa, & conſequens ſententia, *ægrotum & abſentem illo die damnavit*.

CONTRA DUODECIM CYRILLI CAPITULA.] Niſi mea me fallit conjectura, de capitulis Cyrilli Domnus Dioſcoro ſcripſit, poſt acceptam Theodoreti epiſtolam, quæ CXII. eſt, ſcriptoque perſuadere niſus eſt, ea non eſſe facienda pro fidei regula, propterea quod obſcura forent: conjecturæ ratio eſt, quod Theodoretus ſimile quiddam & alia plura de capitulis habeat. Verum de ipſis copioſe diximus in notis ad ſecundam partem operum M. Mercatoris.

FLAVIANUS MIGRAVIT AD DOMINUM.] Non in ipſa ſynodo cæſus eſt, cum fuerit poſt depoſitionem mandatus cuſtodiæ; ſed in via, qua ibat in exſilium: ſic enim Breviculus ſæpe laudatus: *ducitur in exſilium Flavianus, & apud Epipam quæ eſt civitas Lydiæ, ſeu ſuperveniente, ſeu ingeſta morte, defunctus eſt*. De loco exſilii conſentit Marcellinus comes in Chronico. Vide Baronium in notis poſterioribus ad martyrologium.

SCISSIO FACTA EST.] Cur Ægyptii Palæſtinique adhæſerint Dioſcoro, atque Juvenali Dioſcorum ſecuto, apertum eſt. Thraces in eaſdem partes abduxit Anatolius ex apocriſiario Dioſcori Conſtantinopolis antiſtes, atque adeo Thraciæ Primas: pro Flaviano ſteterunt Pontici & Aſiani, propter ipſum Flavianum; Orientales propter depoſitum ſuum caput Domnum, cum celebribus tribus epiſcopis Theodoreto, Iba & Sabiniano, ſed maxime propter cauſſam duodecim capitulorum.

LEGATI SEDIS APOSTOLICÆ FUGIENTES.] Hilarus diaconus fugiſſe ſe narrat ſcribens ad Pulcheriam, narrat & Leo magnus: de Renato presbytero teſtis Theodoretus epiſt. CXVI. Mirum vero, quod de Renato refertur in Breviculo Eutychianiſtarum, eum non perveniſſe Epheſum, ſed in inſula Delo præventum morte: quomodo igitur poſt ſolutum concilium ſcripſit ad ipſum Theodoretus? Quid factum ſit Juliano epiſcopo non conſtat: ſunt qui ſilentium Leonis magni, Theodoreti, & aliorum ſequiorem in partem interpretentur.

QUOS SECUTUS THEODORETUS.] Non via, ſed ſententia & ſcriptis, ut conſtat ex epiſt. CXIII. CXVI. cet. miſit enim chorepiſcopos duos, & monachorum exarchum, qui litteras ſuas Romæ promoverent.

VALENTINIANUM AUTEM ET EUDOXIAM.] Omiſit Gallam Placidiam Valentiniani matrem, quæ una cum filio ac nutu, & ſanctum Petrum inviſit, & Leonis preces audiit, & ad Theodoſium ſcripſit, & reſponſum accepit, I. *part. conc. Calched. cap.* XXVI. & XXX.

GENIBUS PROVOLUTUS.] Latet fons, unde id Liberatus hauſerit: neque enim ex ſuperioribus aliis ſcriptoribus, neque ex litteris Valentiniani, Gallæ Placidiæ & Eudoxiæ ad Theodoſium: nam in his ſit mentio quidem precum a Leone pæne cum lacrymis fuſarum: non ſit adgeniculationis parum decoræ.

RESCRIPSIT THEODOSIUS.] Totam hanc Theodoſii reſponſionem interpolavit Liberatus: nam in litteris Theodoſii nullus ſermo eſt de morte Flaviani.

HÆC DE FLAVIANO THEODOSIUS, cet.] Quorſum meminit Theodoſii magni, cum de Theodoſio Juniore, loqueretur, niſi ut erudito lectori facile revocaret in memoriam, quod de Theodoſii magni ſtudio erga Theodorum Mopſueſtenum Joannes Antiochenus Theodoſio Juniori ſcripſit? *Theodorus enim, quem quando dicimus, virum dicimus in epiſcopatu clarum finem habentem, & quinquaginta pæne annis fortiter repugnantem cunctis hæreſibus, & in expoſitionibus quas in omnibus eccleſiis orientalibus faciebat, & quibus in regia civitate valde eſſe comprobatus apparet, a nullo quoquam, neque majorum, neque ſimilium, judicatus eſt hæreticus: e contrario autem ab omnibus ſacerdotibus, propter eam quæ illi aderat, doctrinæ gratiam, in admiratione ſemper eſt habitus, & ſuperiorem honorem gloria poſſedit, & non a ſacerdotibus tantummodo, ſed a ſacratiſſimo veſtro avo, dicimus ter beato, & a Deo imperii ſceptra ſumente, & vobis tranſmittente Theodoſio: qui in deſiderio viſionis viri factus, in eccleſia ejus doctrinæ fuit auditor magnus ille imperator; nec arbitratus eſt alterum ſe talem comperiſſe doctorem, ſuperadmiratus quidem ejus doctrinam, & colloquio delectatus atque obſtupefactus tunc, quem nunc ſpernunt aliqui, tamquam ſortem ſumentes probandi & reprobandi obeuntium doctorum quos volunt*. Facundus lib. II. cap. II.

CAPUT XIII.

DE SYNODO CALCHEDONENSI & de damnatione Dioſcori.

Ex actis Concilii Calchedonenſis, & Breviculo hiſtoriæ Eutychianiſtarum.

SEd eo defuncto, cum Marcianus imperii culmen fuiſſet adeptus, pro illa papæ & principum Romanorum petitione, univerſale concilium in Nicæa congregari juſſit: ubi occurrentibus ſexcentis triginta epiſcopis, & eis ſedentibus, legati papæ Leonis Marcianum petierunt, ut ſui præſentiam præſtaret concilio: alioquin ipſo abſente, ipſi ad concilium non occurrerent: & ita juſſit imperator, ſynodum transferri Calchedonam, ut de proximo ad concilium veniens, eorum impleret petitionem.

Formidabant autem aliqui epiſcoporum, ne ab Eutychianis tumultus a Conſtantinopoli de vicino naſceretur; ſed imperatore promittente, nullum audere tale aliquid pertentare, apud Calchedonam ſynodus ſedit.

Igitur perſpectis iis quæ in ſecunda ſynodo Epheſina geſta ſunt coram ſacro ſenatu, & Conſtantino & Beroniciano a ſecretis, & omni univerſali concilio, cum Paſchaſino & Lucentio epiſcopis, & Bonifacio presbytero, locum tenentibus Leonis papæ Romani, & Anatolio Conſtantinopolitano, præſente Dioſcoro, & omnibus metropolitanis epiſcopis, ut quæreretur depoſitio & mors Flaviani, & depoſitio orthodoxorum epiſcoporum, qui pro fide depoſiti ſunt.

Et prima quidem ſeſſione, recitante Beroniciano geſta nefandi concilii Epheſini ſecundi, in quibus continebantur de Eutyche Conſtantinopoli acta, lecta ſunt etiam & geſta ſynodi Epheſinæ primæ, in qua Neſtorius a Cyrillo damnatus eſt, & geſtis inſerta: & omnibus rite diſcuſſis, clamantibus epiſcopis: *Anathema Neſtorio: anathema Eutychi: anathema, qui dividit: anathema, qui confundit*. Iniquitas Dioſcori [1] reſerata & manifeſtata eſt de

1. Ms. *Reſervata eſt de Flaviani morte*.

Flaviani morte, & de episcoporum orthodoxorum depositione.

Et ita soluto primo conventu, secundo secretario interloquentibus judicibus, ut cum omnium episcoporum deliberatione fides tractaretur & confirmaretur, lectæ sunt duæ epistolæ Cyrilli, quæ in concilio Flaviani (sicut diximus) gestis Constantinopoli continentur.

Lectus est etiam tomus papæ Leonis ad memoratum Flavianum contra dogma Eutychis directus. Et dubitantibus Illyricianis & Palæstinis episcopis sanctis in aliquibus locis ejus, Theodoritus episcopus & Aetius archidiaconus Constantinopolitanus, ex dictis & epistolis ejus, similia Cyrillum scripsisse docuerunt. Et clamantibus Ægyptiis & Illyricianis episcopis: *Omnes peccavimus, omnes veniam petimus*: dilatio dierum quinque concessa est, ut cum omni deliberatione fides tractaretur & confirmaretur.

Et ita secundo conventu soluto, tertio quoque secretario libellos obtulit Eusebius Dorylæi episcopus adversus Dioscorum, & synodo questus est de sua & piæ memoriæ Flaviani depositione, & de consensu ejusdem Dioscori in dogma Eutychis, & ut vocaretur ab eis, & ab eis convinceretur de his accusationibus. Sed quæsitum est, si venisset Dioscorus, & inventus non est: ad quem directi sunt episcopi Constantinus Bostrensis, & Atticus Zelensis, & [1] Acacius Ariarathirensis, & Himerius lector & notarius; ut eum scripto convenirent, ut ad concilium occurreret. Quibus Dioscorus respondit: *Custodior ego, si permittunt me descendere, dicant magistriani; ego enim paratus sum venire, sed prohibeor*. Hæc scripto mandavit concilio Dioscorus: sed adveniens adjutor magistri officiorum, dedit ei facultatem, ut libere ad concilium occurreret. Rursusque ad eum [2] directi sunt Pergamius Cecropius, & Rufinus episcopi, ut rursum scripto eum convenirent, ne ad concilium venire contemneret, sed magis satisfaceret concilio de his quæ ab Eusebio dicebantur. At ille respondit eis: *Judicent de his judices; & senatores: ego ægritudine gravatus, ad concilium venire non possum*. Et tertio vocatus est ad concilium per Francionem, Julianum & Joannem episcopos, cum Palladio notario, ut verbis ejus scriptis intimarent concilio, quid Dioscorus remandaret: sed in hac tertia vocatione, inepta Dioscorus responsione venire differens, concilium damnationis in eum protulit sententiam, quæ missa est pio imperatori, subscribentibus in ea episcopis. Depositus est ab episcopatu Dioscorus septimo ordinationis suæ anno. Clericis vero Alexandrinis mandavit concilium, jam eum non putarent episcopum esse, sed omnino cognoscerent, eum de gradu suo esse dejectum. Sed & aliquibus putantibus, Dioscorum recuperare posse episcopatum, propositum est edictum, & omnibus manifestatum est, Dioscorum irrecuperabiliter honore fuisse abjectum.

Quarto autem secretario, interloquentibus judicibus, simili sententiæ qua Dioscorus judicatus est, hos episcopos subjacere, Juvenalem Hierosolymitanorum, Thalassium Cæsareæ Cappadociæ, Eusebium Ancyræ Galatiæ, Eustathium Beryti & Basilium Seleuciæ Isauriæ, qui potestatem habuerunt & principes fuerunt tunc Ephesini latrocinii, ut alieni

A ab episcopatu fierent. Et post hæc quinque dierum dilatione facta, ut unusquisque episcopus quomodo crederet, scripto proferret, & ut eligeret Anatolius episcopus certos & idoneos ad tractandum episcopos, & deliberaretur regula fidei & firmaretur: firmata est autem fides Nicæni concilii, & Constantinopolitani, & Ephesini primi, & epistola Leonis papæ, quæ & ab omnibus subscripta cognoscitur.

Rursus interloquentibus judicibus de Juvenale & Thalassio, Eusebio, Basilio & Eustathio episcopis, [3] quid concilio videatur, acclamavit omne concilium: *Dioscorum Deus deposuit; homicidam Deus deposuit*. Et intercedente pro eis concilio, B quia consenserant in subscriptione supra memoratæ papæ Leonis epistolæ, & ne majus iterum nasceretur schisma, jussi sunt in concilio permanere.

Post hæc duodecim episcopi Ægyptii libellos obtulerunt fidei [4] cum illusione. Sed judicante concilio, ut Eutychen anathematizarent, & subscriberent tomo papæ Leonis, dixerunt illi, hoc non se facere posse, donec ordinaretur Alexandrinus episcopus, ut cum ejus jussione sine suo periculo hoc implerent, & pro multitudine Ægyptiorum episcoporum solos se facere non posse. Et decretum est, ut datis ab eis fidejussoribus, sacramento præstito, exspectarent ordinationem Alexandrini episcopi, & consentirent, & subscriberent ad omnia C synodalia instituta. Hoc de archimandritis & monachis aliquibus similiter excusantibus, in concilio ordinatum est, ut dilationem acciperent.

Et ita quarto secretario peracto, quinta sessione hoc actum est, tractantibus episcopis & judicibus, ut fides confirmaretur, & ex tractatu Anatolii Constantinopolitani episcopi, & omnium episcoporum metropolitanorum, dictatum est fidei symbolum, cum definitione, & ab omnibus confirmatum est. Et legente illud Aetio archidiacono, acclamatum est ab omni synodo: [5] *Hæc patrum fides Cyrilli & Leonis: multos annos imperatoribus*. Et petiverunt rursus *acclamatione*, ut mox ab omnibus metropolitanis & toto concilio sine D dilatione subscriberetur. Sed intermissum est a judicibus, ut primum principi legeretur: & cum hoc fieret, soluta est synodus.

Sexto autem secretario [6] adveniens Marcianus imperator ad concilium cum judicibus & sacro senatu, allocutionis verba fecit in concilio, & inter alia dixit, *se ad confirmandam fidem, non ad potentiam ostendendam*, [7] *exemplo Constantini, synodum intrasse: unde abjecta omni pravitate & avaritia, quorumdam amputatis erroribus, in perpetuum quæ a vobis ordinata fuerint observentur*. Et recitata fidei definitione, & ab omni concilio sine aliqua dubitatione, & ab omnibus subscripta est.


E Septimo quoque secretario, tres actæ sunt caussæ, propter quod tres ejus computantur actiones. Prima est, qua firmata sunt, [8] quæ convenerunt inter Maximum Antiochenum & Juvenalem Hierosolymitanum episcopos, ut duæ Phœnices & Arabia *parerent* sedi Antiochenæ, Hierosolymitanæ vero tres Palæstinæ provinciæ.

Alia quoque celebrata est actio, in qua Theodoritus episcopus Cyri quem Dioscorus expulerat, orthodoxus judicatus est, & dignus sede sua.

Tertia vero actio est, ubi caussa Ibæ Edesseni

1. Ms. *Acacius Ariensis*.
2. Ms. *Directi sunt Cecropius & Rufinus*.
3. Ms. *Quid concilio videretur*.
4. Ms. *Cum allusione*.
5. Ms. *Hæc patrum fides: hæc est fides Cyrilli & Leonis*.
6. Ms. *Adveniens imperator ad [illegible]*.
7. Ms. *Exemplo Constantini imperatoris, synodum*.
8. Ms. *Quæ convenerant*.

SÆCUL. VI, CIRCA ANN. CHR. 554.



episcopi, qui similiter fuit per violentiam Dioscori ab episcopatu depositus, legitur esse discussa, in alterum diem finali dilata sententia.

Octavo autem secretario decima actione eadem caussa finita est, ubi & *relecta* sunt gesta apud Photium & Eustathium atque Uranium in Tyro ac Beryto celebrata, in quibus continentur & illa, quæ apud Theodosium imperatorem super ejus fuerant negotio acta. Sed & gesta apud Domnum episcopum Antiochiæ prius habita, nec non & ipsius Ibæ epistola ad Marim Persam scripta, in eadem actione orthodoxa pronuntiata monstratur; ex ejus tenore dignus judicatus est Ibas episcopatum, suamque ecclesiam recipere.

In qua actione id etiam [1] invenitur decretum, ut quod sub Dioscoro in Epheso congregatum est, nec vocaretur concilium, atque ut peteretur ab imperatore, ut hoc ipse lege sanciret.

Nono quoque secretario acta est actio, ubi Bassianus, qui ad civitatem [a] *Evazensium* episcopus ordinatus est, & ecclesiæ incubuerat Ephesinæ; & Stephanus, qui & ipse male ordinatus, prædictum Bassianum de Epheso expulerat, judicati sunt ambo removendi, & ut alius ipsi ecclesiæ ordinaretur. Sed quia fuit aliquorum diversa sententia, caussæ terminus in sequentem dilatus est actionem.

Decimo ergo secretario eadem caussa finita est, & omnium concordi sententia uterque judicatus est amovendus. [2] Alia vero caussa est Eunomii Nicomediensis atque Anastasii Nicæni altercationem continens, super civitatem Basilinopolim, quis eorum illic ordinaret episcopum: & interdictum est, ne hoc Nicænus aliquando præsumeret.

Undecimo secretario duæ actæ sunt actiones; prima, in qua [3] ecclesiæ [b] Parensium redditus est [4] Sabinianus episcopus, quem Dioscorus expulerat, & Athanasium fecerat illo restitui. Qui pro criminibus objectis, cum sæpe devocatus ad judicium non occurreret, & episcopatui renuntiaret, a Domno Antiocheno fuerat ante damnatus.

Et alia, in qua post discessum judicum & senatorum & legatorum apostolicæ sedis, regulæ constitutæ sunt ecclesiasticæ, & quædam privilegia deputata Constantinopolitanæ ecclesiæ, usurpante sibi hoc Anatolio ejusdem urbis episcopo, occasione accepta ex Dioscori damnatione.

Quod alia die cognoscentes legati papæ Leonis, (quæ est ultima & duodecima dies concilii) petiverunt, ut rursus cum judicibus ad concilium convenirent; quibus requirentibus a concilio, quid pridie fuerit ordinatum, lectis gestis cognoverunt, quid Anatolius, consentiente concilio, egerat & obtinuerat: quibus ejus præsumtioni contradicentibus, a judicibus & episcopis omnibus illa contradictio suscepta non est; & licet sedes apostolica nunc usque contradicat, quod a synodo firmatum est, imperatoris patrocinio permanet quoque modo.

SYNODO CALCHEDONENSI.] Cum Theodosius obiisset ann. 450. die 29. Julii, capessit Marcianus imperium die 23. Augusti: & post novem circiter menses, anno sequente die 17. Maji indicit concilium habendum Nicææ Kalendis Septembribus: sed illud transtulit postea Nicæa Calchedonem, litteris datis die 22. Septembris. Inchoatum est igitur concilium, habitumque primum secretarium die 8. Octobris, quæ feria secunda; secundum die 10. tertium die 13. quartum die 17. quintum die 22. sextum die 25. septimum die 26. octavum die 27. nonum die 29. decimum die 30. undecimum die 31. duodecimum die prima Novembris, qua finis concilio factus est.

IN NICÆA CONGREGARI.] Cum Nicæa pervenisset Dioscorus cum suis Ægyptiis, videretque, partim conscientia, partim animorum inclinatione monstrante, res suas pæne esse deploratas, id ausus est, quo, sin minus sibi consuleret, saltem cum totius ecclesiæ concussione famosius periret, excommunicationis sententiam in sedis apostolicæ antistitem tulit. Sic enim demens sperabat fore, ut per legatos Leo non præsideret, quippe vinculis ecclesiasticis impeditus, atque ita vel Anatolius Constantinopolitanus, vel Maximus Antiochenus præessent, qui ambo gratiam rependerent suæ dignitatis auctori.

OCCURRENTIBUS SEXCENTIS TRIGINTA EPISCOPIS.] Non una est omnium sententia de numero patrum: fuit ille quidem ingens; quare synodum magnam jure dixit Epiphanius Tyrius, *Act. V. concilii Constantinopolitani sub Menna*: numerosissimam Facundus *lib.* II. *cap.* VI. Cecropius Sebastopolitanus mille & ducentos asseruit; Nicephorus *lib.* XV. *cap.* XXVI. sexcentos triginta sex; Seleucus Amasenus, sexcentos triginta; Lucentius Leonis legatus, sexcentos; relatio synodalis ad pontificem, & sanctio Marciani imperatoris ad Palladium PP. quingentos & viginti, Breviculus Eutychianistarum quingentos & ultra. Mallem ego adhærere huic postremæ opinioni, quippe quæ majori auctoritate innitatur, relationis scilicet synodalis, nisi populariter iretur in opinionem Liberati. Evagrius Epiphaniensis *lib.* II. *cap.* II. mirum quiddam refert de Zacharia rhetore, eum scilicet affectione quadam animi inductum narrare, Nestorium quoque ad concilium accersitum: quam narrationem refellit ipse his verbis: *Verum rem minime ita se habere, argumento esse potest, quod Nestorius concilio penitus per anathema interdictus est; quod etiam perspicue declarat Eustathius episcopus Beryti per litteras, quas tum ad Joannem episcopum, tum ad alterum Joannem presbyterum de rebus in eo concilio agitatis dedit; sic enim scribit*. Huc adventarunt qui Nestorii reliquias sedulo conquirunt, & contra concilium ita cœperunt vociferari, Quid est quamobrem sanctis viris anathema denuntietur? sic ut imperatorem graviter & acerbe ferens, jusserit satellitibus, uti eos inde procul expellerent. *Quomodo igitur Nestorius qui hinc demigraverat, sit accersitus, non possum equidem dicere*.

ET HIS SEDENTIBUS.] Videtur innuere Liberatus, translationem synodi factam, postquam legati cum patribus consedissent: aliter rem se habuisse constat ex ipsa translationis sanctione, I. *part. conc. Calched. cap.* XLII.

CORAM SACRO SENATU.] Senatus nomine comprehendit Liberatus judices omnino XVIII. expungendus enim Eulogius, cujus nomen irrepsit in Act. I. Ex octodecim illis Theodoreto decem favebant, a quo nempe litteras accepisse novimus, & nonnullos quidem non unas; nihil ergo mirum, quod tam facile Theodoretus, ante discussam caussam, admissus sit ad consessum, aliis ejusdem sortis Eusebio, Iba, Sabiniano non perinde habitis. Neque prodest caussari, restitutum fuisse ipsum a sede apostolica; fuerat enim & Ibas ipse in concilio Romano præsens absolutus; fuerat etiam Eusebius, qui tamen non consedit in prioribus tribus actionibus.

ET LUCENTIO.] Fuit ille Æsculanus episcopus, & ut colligitur ex Breviarii hujus capite II. auctor chronicorum quæ Prospero vulgus tribuit, quod ostendimus in notis ad M. Mercatorem.

LECTA SUNT ETIAM ET GESTA SYNODI EPHESINÆ PRIMÆ] Aut perplexe loquitur Liberatus, aut hallucinatur: neque enim lecta sunt synodi Ephesinæ primæ gesta, nisi quatenus inserta erant actis Ephesinæ secundæ; unde Aetius postulavit Act. II. legi synodicas duas Cyrilli litteras, quæ lectæ Ephesi non erant in secunda synodo.

SECRETARIO.] Posita est vox illa pro consessu sive sessione; secretarium enim in codice sumitur pro loco in quo judices consident; unde a loco ad ipsum consessum facta vocis translatio.

LECTÆ SUNT DUÆ CYRILLI EPISTOLÆ.] Vide quisquis

1. Ms. *Invenitur esse decretum*.
2. Ms. *Alia vero caussa acta est*.
3. Ms. *Ecclesiæ Perrhenensium*.
4. Ms. *Bassianus*.

a *Evazensium*] Hanc lectionem ex Hieroclis Synecdemo tuetur Wesselingius in *Veter. Roman. Itiner.* pag 659. adeoque non erat, cur in Labbeana editione tom. VI. Conc. pag. 442. b. hæc urbs asterisco notaretur. Alia in hanc sententiam observata videas apud eumdem V. C.

b *Parensium*] In Act XIV. concilii Chalced (tom. IV. Conc. pag. 1643. a. d. cet.) hujus ecclesiæ frequens mentio. Ibi Sabinianus dicitur episcopus Πέῤῥης, & τῆς τῶν Περῤαίων ἐκκλησίας: ut propterea heic rescribendum videatur *Perrhensium*, sive cum ms. cod. Tellieriano *Perrhenensium*. Wesselingium haud fugit hic Liberati locus in opere modo laudato pag. 713. quem item consule ad *Antonini Itinerarium*, ibid. pag. 210.

A es studiosus ecclesiasticæ *ἀκριβείας*, quæ prolixe de his Cyrilli epistolis elucidavimus in differt. II. ad II. partem operum M. Mercatoris.

Ex dictis et epistolis ejus.] De subjunctis epistolæ Leonis patrum testimoniis, operæ pretium est legere, quæ in præfatione ad scholia Cyrilli annotavimus in II. parte operum M. Mercatoris: mirum enim quantum illustrant res alioquin obscurissimas.

Tertio secretario.] In eo acta est caussa Dioscori, quæ cum penitus pertineret ad episcopos, non interfuerunt judices, quantumvis id Dioscorus postulasset.

Directi sunt episcopi.] Observa morem citandi patriarchas per tres episcopos.

Sexto secretario.] In eo finem accepit synodus, qua parte pertinet ad fidem.

Orthodoxa pronuntiata monstratur.] Id omnes trium capitulorum defensores contenderunt propter hæc Paschasini verba, *Ἀναγνωσθείσης γὰρ τῆς ἐπιστολῆς αὐτοῦ ἐπέγνωμεν αὐτὸν ὑπάρχειν ὀρθόδοξον*. Et ista Maximi An-
B tiocheni, *καὶ ἐκ τοῦ ἀναγνωσθέντος δὲ ἀντιγράφου τῆς ἐπιστολῆς ὀρθόδοξος ὤφθη αὐτοῦ ἡ ὑπαγορία*. Videndus super ea re Facundus Hermianensis lib. VI. & VII. videnda & epistola ad Istriæ episcopos nomine Pelagii II. papæ scripta a Gregorio Magno tunc diacono.

Et quædam privilegia deputata, cet.] Recte subjicit *usurpante sibi hoc Anatolio ejusdem urbis episcopo, occasione accepta ex Dioscori damnatione*. Indebitam enim præsidentiam usurpavit, cum nemo reclamaret: nam quis ausus fuisset eo rerum statu? non certe legati sedis apostolicæ, qui aberant; non Alexandrinus episcopus, qui nullus erat; non Ægyptii, qui vix audebant hiscere propter infensum ipsis synodi animum; non Antiochenus Maximus, cujus res nondum erant firmissime constitutæ; non aula vel senatus, quibus novam Romam veteri aut parem aut certe supparem efficere placebat. Neque vero est, cur consuetudine introductam, aut synodi secundæ
C decreto sancitam Constantinopolitani auctoritatem caussetur quispiam; nam decretum Constantinopoli compositum nondum receperat ecclesia Romana, & Constantinopolitanis jurisdictionem sibi vindicantibus restitum fuisse constat ex facto, tum Chrysostomi adversus episcopos Asianos; tum Sisinnii ordinantis Proclum, quem Cizyceni, imposito suæ sedi Dalmatio, repulerunt.

C A P U T. XIV.

DE EXSILIO DIOSCORI & ordinatione Proterii Alexandrini episcopi.

Ex eodem Breviculo, Prisco rhetore, & libello episcoporum Ægypti ad imperatorem.

Expleto ergo magno & venerabili Calchedonensi concilio in duodecim secretariis, & sexdecim actionibus, Dioscorus quidem exsulare in Gangrena civitate præceptus est: reversi sunt autem Alexandriam qui cum eo venerant episcopi & clerici, Athanasius Busiridos episcopus, & Nestorius [a] Phlagoneos, & Auxonius Sebennytensis, & Macarius [b] Chabasenensis, qui consederant in Calchedone, & anathematizaverunt Eutychen & ejus dogma cum Dioscori damnatione, epistolæ papæ Leonis subscribentes, ut cum omnium civium voluntate eligerent ordinandum episcopum: sacris ob hoc litteris præcedentibus ad Theodorum tunc Augustalem.

Collecti sunt ergo nobiles civitatis, ut eum qui esset vita & sermone pontificatu dignus, eligerent. Hoc enim & imperialibus sanctionibus jubebatur. Cumque super hoc multa dubitatio processisset, vo-
A lentibus civibus neminem penitus ordinare, ne adulteri viderentur, (Dioscoro quippe vivente) novissime in Proterium universorum sententia declinavit, utique qui & Dioscorus commendavit ecclesiam, qui & eum archipresbyterum fecerat. [1] Ordinatus ergo Proterius, præsentibus supra memoratis episcopis, qui in synodo, sicut dictum est, subscripserant, inthronizatur,

Athanasius Busiridos.] Quando episcopi illi quatuor expresse subscripserint, sive damnationi Dioscori atque Eutychis, sive epistolæ S. Leonis, mihi non constat: neque enim ullius nomen, vel in secretario secundo in quo lecta Leonis epistola; vel in tertio in quo damnatus Dioscorus cum Eutyche; vel in quarto in quo subscriptum epistolæ Leonis legitur: omnes tamen in primo approbas-
B se dicuntur fidem Flaviani, quæ in Ephesino latrocinio proscripta fuerat a Dioscoro tamquam hæretica, quæ fuit nonnulla Dioscori damnatio, & in epistolam Leonis consensio: ipse porro Athanasius in eodem latrocinio in damnationem Flaviani, ægre licet & gemens, consenserat. Nestorius nomen suum primus inscripsit libello, quem adversus Ælurum, post necem Proterii, annis ab hinc sex, Ægyptii episcopi & presbyteri Calchedonensis concilii defensores, Leoni imperatori obtulerunt. Observa neminem Ægyptium interfuisse secundo, tertio & quarto secretariis, cum Dioscori caussa agitaretur.

Sacris ob hoc litteris.] In iis, opinor, sancitum fuit, ne episcopus ab aliis ordinaretur, quam a concilii defensoribus: quamobrem fit mentio postea quatuor prædictorum episcoporum inthronizantium Proterium; atque hæc prima caussa, cur ecclesia Alexandrina scinderetur.

Archipresbyterum fecerat.] Hanc ego vocem inter-
C pretor, non de eo tantum qui presbyteris aliis præesset, quomodo nunc aut archipresbyteri aut vicarii episcoporum solent; sed de vero episcopo, qui in urbe Alexandrina pontificias vices omnes obiret, quales olim chorepiscopi, nunc suffraganei, & forte coadjutores. Hanc porro opinionem juvaret Liberatus ipse apud Baronium *ad ann. 452. num. 19.* nisi lectio mendosa foret; nam pro *archipresbytero*, *archiepiscopus* ibidem legitur.

Ne adulteri viderentur.] Adulterium est, cum sponso vivente, sponsa ecclesia alteri jungitur: rei sunt hujus adulterii, & quæ alteri jungitur, & cui jungitur, & qui adulterinas quasi nuptias vel conciliant, vel approbant.

Ordinatus ergo Proterius.] Ordinationem posuimus ann. 452. sub initium. Victor Tunonensis differt ad sequentem, quo Vincomalus & Opilio consulatum gesserunt: sed ex eo refellitur, quod Proterius occisus sit, postquam sedisset annos sex, si credimus Nicephoro Constantinopolitano: occisus enim est audita Alexandriæ mor-
D te Marciani imperatoris, quæ contigit ann. 457. die 26. Januarii; occisus ergo est die 28. Martii, duobus fere post obitum Marciani mensibus: siquidem anno illo pascha incidit in 31. Martii; cædes in triduum ante pascha, ut postea dicetur.

Omnium civium voluntate.] Repugnat Evagrius, traditque *Proterium communibus concilii Calchedonensis suffragiis, ad Alexandrinum episcopatum gerendum esse electum*: verum Evagrio credibilior Liberatus.

C A P U T XV.

DE ORDINATIONE TIMOTHEI ÆLURI & de morte Proterii.

E *Ex Breviculo Eutychianistarum & Zacharia rhetore ac Prisco. Apud Evagr. lib. II. cap. x.*

Inthronizato autem eo, divisio & [2] discessio populi orta est, eo quod viveret Dioscorus, & esset in exsilio. Multa ergo pericula Proterius pas-

1. Ms. *Ordinatus est ergo Proterius.*

2. Ms. *Discessio populi facta est.*

a *Nest. Phlagoneos*] *Phragoneos* rescribendum, ut constat ex ejus subscriptione in Act. 1. concilii Chalcedonensis (tom. IV. pag. 856. e.) ubi legitur Νεστόριος Φραγώνεως. Emendationem confirmat S. Athanasius in Tomo ad Antiochenses pag. 776. c. in quo inter eos qui epistolæ synodi Alexandrinæ subscripserunt, recensetur Ἀγαθὸς Φραγώνεως καὶ μέρους Ἐλεαρχίας τῆς Αἰγύπτου, *Agathus Phragoneos & partis cujusdam Elearchiæ Ægypti*. Vide sis Wesselingium l. c. pag. 724.

b *Chabasenensis*] Ex recensione præsulum concilii Chalcedonensis (tom. IV. pag. 855. e.) legendum *Cabasensis*, aut *Cabassensis*. Μακάριος Καβάσσων.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.

sus est, ita ut militari pro custodia indigeret auxilio plurimo tempore sui pontificatus, & usque ad mortem Marciani imperatoris inimicorum manus valuit evadere.

Sed Timotheus quidam cognomento Ælurus, & Petrus [1] Moggus diaconus, qui de ordinatione fuerunt Dioscori, ab Alexandrina ecclesia se separaverunt, nolentes communicare Proterio; quos cum Proterius episcopus ad ministerium proprium revocare non posset, utrosque damnavit.

At illi captata morte Marciani imperatoris, collectis turbis hæreticorum qui Dioscorum sequebantur, ordinato episcopo Timotheo Æluro, veniunt Alexandriam, & ante triduum paschæ quo cœna Domini celebratur, ab ipsis turbis concluditur in ecclesia sanctæ memoriæ Proterius, quo se timore contulerat: ibique eadem die in baptisterio occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur, sparguntur & cineres ejus in ventos.

Ab isto ergo Timotheo, duo episcopi Alexandriæ cœperunt esse, & dum ecclesias *tenuissent*, solverunt eam quam habebant, unitatem, expulsis ab eis plurimis episcopis orthodoxis, qui sub evangelistæ erant sede beatissimi Marci.

Interea Leo sumit imperium, ad quem tanti facinoris catholicorum querela pervenit, ascendentibus ad imperialem civitatem cum *clericis* aliquantis Alexandrinæ ecclesiæ episcopis, qui erant a Timotheo sedibus suis pulsi. Supplicationes ab eis oblatæ sunt Leoni imperatori, quatenus mors vindicaretur Proterii, & expelleretur episcopali sede Timotheus Ælurus, tamquam non legaliter institutus.

Hæc quidem egerunt episcopi & clerici synodi Calchedonensis defensores; sed *etiam* a parte Timothei quidam episcopi & clerici Timothei ascendentes, functi legatione pro Timotheo Æluro, dederunt & ipsi petitiones imperatori, contra synodum sæpe facientes, ut eadem Calchedonensis synodus tolleretur; e contra illi a parte Proterii [2] vindictam sceleris postulabant.

Et ambarum partium supplicationes imperator legens, & considerans nimis esse grave, vexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut ætas, aut infirmitas, aut paupertas hunc laborem subire prohibebat, impossibile judicavit eos congregari; sed scripsit singularum civitatum episcopis de utroque negotio, consulens quid fieri oporteret, vel de ordinatione Timothei, vel de terminis synodi Calchedonensis. Et direxit per totum orientem magistrianos: mittit & Anatolius episcopus Asclepiadem diaconum suum, per quos omnes illi episcopi qui Calchedone fuerant congregati, quid Alexandriæ gestum fuit, agnoscerent.

Qui rescribunt Calchedonensem synodum usque ad sanguinem vindicandam, eo quod non alteram fidem teneret, quam synodus Nicæna constituit. Timotheum vero non solum inter episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione privari: & hæ epistolæ vel relationes episcoporum omnium in uno codicis corpore vocantur Encyclia.

Quo facto scripsit imperator Leo duci Alexandriæ Stilæ, ut pelleret quidem ab episcopatu modis omnibus Timotheum, inthronizaret autem alium, decreto populi, qui synodum vindicaret.

Multa ergo pericula Proterius.] De seditionibus Alexandriæ concitatis a populo Dioscori perdite amante, & adversus Proterium infenso, lege Evagrium lib. II, hist. cap. v. atque etiam Theophanem in chronographia.

Usque ad mortem Marciani.] Obiit piissimus imperator die 26. Januarii, anno ætatis suæ 64. imperii 7. Christi 457. Sedit ergo Proterius annos quinque & paucos menses; propter quos menses Nicephorus Constantinopolitanus sex annos dixit.

Sed Timotheus quidam.] Hæc tota περικοπὴ ex Breviculo sæpius laudato, paucis verbis interpolatis, desumta est.

Ante triduum Paschæ.] Ut ista quoque περικοπὴ ex Breviculo accepta est, ita inde videri potest emendandum, quod Liberatus dicit Proterium se *timore* in ecclesiam contulisse; habet enim Breviculus *de more*: quæ lectio, cum agatur de tempore solemnis baptismi mox celebrandi, credi posset melior, nisi libellus ab episcopis Ægypti catholicis oblatus Leoni, & Evagrius *lib.* II. *cap.* VIII. Zachariam historicum secutus, similia Liberato haberent: a quibus pariter traditur, quod prætermisit cum Breviculi auctore Liberatus, occisum a milite Proterium, & ejus viscera a furente populo vorata. Illius porro, quem dixi, Zachariæ meminerunt Evagrius loco mox citato, Nicephorus Callistus & Antonius Verderius in supplemento bibliothecæ Gesnerianæ, tandemque Vossius in Historicis Græcis. Manu scriptam haberi Zachariæ historiam testatur Verderius; sed ea nondum, quod sciam, edita est.

Ante triduum Paschæ, cet.] Contra id quod scribit Liberatus, Proterium ante triduum Paschæ quo cœna Domini celebratur, ab ipsis turbis in ecclesia conclusum, & eadem die ibidem in baptisterio occisum, reclamat Victor Tunonensis, qui interfectum ponit VI. *Kal. April.* VI. *feria, qua noster Salvator & Dominus a Judæis est crucifixus.* Pro Liberato facit Breviculus sæpe laudatus: contra singulos facit supplicatio Ægyptiorum ad Leonem imperatorem; narrant enim, hanc cædem tunc contigisse, cum solemnis dies festus salutaris paschatis celebraretur: parvi est momenti omnino lis de quatuor diebus; majoris vero, quod refert Tunonensis, pascha dominicum tunc quarto Kal. April. celebratum fuisse, cum ann. 457. litteras dominicalis esset F. atque ita dies dominicus paschatis esset pridie Kal. April. Forte irrepsit mendum in notas temporis majoribus litteris expressas ut IV. pro II. positum sit, siquidem veteres secundo Kal. dixerunt pro pridie, quomodo Tullius lib. XV. epist. XXVIII. *pridie quam hæc scriberem, id est* II. *Nonarum.*

Et dum ecclesias tenuissent.] Aut importuna quædam parenthesis agnosci debet, aut fatendum aliquid deesse ad apertam sententiam: sed quid facies scriptore & latinitatis & ornatus negligente?

Supplicationes ab eis oblatæ sunt.] Habentur in III. parte concilii Calchedonensis cap. XXI. & XXII. Scripsit quoque ad imperatorem Ælurus, sed litteræ perierunt.

Eo quod non alteram fidem.] Una erat hæc querela sive monachorum, sive aliorum concilium Calchedonense oppugnantium, quod confessio fidei Calchedone edita diversa foret a Nicæna.

Et hæ epistolæ.] In unum volumen, cui nomen τὰ ἐγκύκλια, relatas omnes tradit Evagrius ex his duobus auctoribus Prisco & Zacharia: habentur in III. parte concilii Calchedonensis: sunt omnes synodicæ, præter eam quæ a Varadato seu Baradato monacho scripta est: omnibus enim nomina metropolitarum & provinciæ episcoporum ascribuntur. Quot episcoporum porro nomine responsum sit imperatori, non est constans opinio: Eulogius Alexandrinus mille sexcentos numerat, *apud Photium cod.* 230. *&* 229. Euphræmius Antiochenus quingentos dumtaxat & septuaginta. Observavi nullam Euphratesiæ provinciæ cujus fuit Theodoretus, synodicam inter alias haberi; nullam Ciliciæ secundæ, in qua Mopsuestia est.

Caput XVI.

DE ORDINATIONE TIMOTHEI CATHOLICI & Petri hæretici.

Ex Breviculo Eutychianistarum, Prisco & Zacharia rhetoribus.

Jussione suscepta dux Stila fecit, quæ fuerant imperata, & exsilio relegatur Timotheus Ælurus Chersonam arcta custodia, & fit pro Proterio Timotheus cognomento Salophaciolus, [3] sive Asbus.

Hic Timotheus catholicorum episcopus vixit quidem sine seditione quiete in Alexandrina ecclesia,

1. Ms. *Mongus.* 2. Ms. *Vindictam postulabant.* 3. Ms. *Sive Asbus: fugit & Petrus hæreticus.*

omni tempore Leonis & omni tempore Zenonis, donec Baſiliſcus arriperet tyrannidem, Zenone in Iſauriam fugiente.

Et cum Baſiliſcus tenuiſſet imperium, ſcripſit univerſo orbi ſanctionem ſuam, quam appellavit Encyclicam contra Calchedonenſe concilium. Tunc enim Baſiliſco reddente epiſcopatum Timotheo Æluro, & hæreticis ſedibus ſuis reſtitutis, fugit Timotheus catholicus in Canopi caſtellum, & in monaſterio latuit. Petrus hæreticus iterum ſe cum Timotheo junxit, cum quo fuerat ante damnatus.

Poſtquam ergo imperator Zenon reverſus eſt ad imperium, Timotheus Ælurus metuens zelum quem habebat circa Calchedonenſe concilium, optavit ſibimet mortem, & iſtud perſeveranter orans ab humana vita, hauſto veneno, ſolutus eſt. Dicunt vero ſequaces ejus, præſciſſe eum diem mortis ſuæ; & re vera, quia ſe veneno parabat interficere, ſciebat.

Poſt cujus obitum ordinaverunt ſibi hæretici epiſcopum Petrum cognomento Moggum qui vocatus eſt Blæſus, qui fuerat archidiaconus. Morabatur autem tunc Timotheus catholicus, ut dictum eſt, in *Canopi* caſtello.

Et cognoſcens Zenon imperator calliditatem hæreticorum, ſcripſit Anthemio Auguſtali, ut Petrum quidem ſacerdotio privaret, Timotheum vero in epiſcopatum reduceret, & auctores inthronizati Petri puniret: Anthemius vero, accepta imperiali juſſione, expulit ſacerdotio Petrum, tamquam adulterum, & contra leges eccleſiæ catholicæ factum, & in epiſcopalem ſedem Timotheum Salophaciolum revocavit; qui epiſcopatu recepto, miſit quoſdam clericos gratias agens imperatori.

Cum quibus erat Joannes, ex œconomo presbyter factus Tabenneſiotis, cognomento Talaja, & Gennadius epiſcopus inferioris Hermopolis, ſanguine proximus Salophacioli, quem expulerat quidem epiſcopatu Ælurus, reſtituit vero Salophaciolus: cumque hi qui fuerant miſſi, gratias egiſſent imperatori, Gennadius quidem ibi remanſit, ut cum aliis reſponſa faceret archiepiſcopi.

Porro Joannes, qui ex œconomo amicus factus eſt Ello magiſtro, cum reliquis deſcendit Alexandriam, factuſque eſt iterum œconomus, habens cauſſas omnium eccleſiarum: qui multa & pretioſa xenia direxit Ello magiſtro, deſpiciens Gennadium parentem archiepiſcopi, & præſulem Acacium Conſtantinopolitanum.

Interea ſcribit ad papam Simplicium Timotheus rogans & dicens, Petrum illum Moggum in diaconatu eſſe damnatum, nunc etiam chriſtiana ſocietate remotum. Idemque ſcribens imperatori, ut eumdem Petrum longius in exſilium dirigeret, quia latitabat Alexandriæ, & inſidiabatur eccleſiæ: ſcripſit autem papa Simplicius Acacio epiſcopo, ut imperatori ſuggereret, eo quod juſte Timotheus poſtulaſſet.

Sed quoniam idem Timotheus ſic mitiſſimus erat in epiſcopatu, ut etiam a ſuis communicatoribus accuſaretur imperatori, tamquam nimis remiſſus, & circa hæreticos placidus, ita ut ei ſcriberet imperator, ut neque collectas, neque baptiſmata [1] ſineret hæreticos celebrare; ille tamen manſuete agebat: dum ergo tali modo gubernaret epiſcopatum, amabant eum Alexandrini, & clamabant ei in plateis & in eccleſiis: *vel ſi non tibi communicamus, tamen amamus te.*

Poſt breve vero tempus moritur Timotheus Salophaciolus anno epiſcopatus ſui viceſimo tertio, menſe ſexto; obiit autem ſine moleſtia.

Arcta custodia.] Liberato Baronius litem intentat, uſus teſtimonio S. Leonis *epistt.* c. *&* ci. ſcribentis Ælurum permiſſum venire in urbem regiam, cum id petiiſſet, ad ſedem ficta fidei profeſſione recuperandam: verum venire potuit primum in urbem, deinde in Cherſoneſi exſilio arcta cuſtodia ſervari.

Scripsit universo orbi.] Semel quidem adverſus concilium Calchedonenſe, auctore Timotheo Æluro, tunc temporis verſante in urbe regia; iterum pro concilio, cogente Acacio cum ſanctis pluribus monachis. Utraque ſanctio reperitur apud Evagrium *lib.* III. Obſerva, lector, priorem impulſu Zenonidis uxoris a Baſiliſco editam: mirare etiam, memoria revolvens totam hanc hiſtoriam, a tribus impuriſſimis feminis, Zenonide Baſiliſci, Antonina Beliſarii, & Theodora Juſtiniani uxore pugnatum, totis potentis nequitiæ opibus, adverſus concilium quod ſancta virgo Pulcheria habendum religioſe curaverat.

Ut cum aliis responsa faceret.] Mos ille fuit Alexandrinæ eccleſiæ, non perinde receptus in aliis eccleſiis, reſponſales habere in aula, non tantum diaconos aut presbyteros, ſed etiam epiſcopos; habuit enim Cyrillus Theopemptum & Danielem: quamquam, opinor, utendum diſtinctione, quam videtur innuere Liberatus, ut presbyteri reſponſa eccleſiæ; epiſcopi, patriarcharum facerent.

Qui ex œconomo.] Mirum quot omnibus retro ſæculis eccleſiarum œconomi ſua procuratione abuſi ſint, & amicitias emerint patrimonio pauperum: iſte certe Joannes multa & pretioſa xenia patrono ſuo dedit, & a Zacharia rhetore apud Evagrium *lib.* III. *cap.* xii. dicitur data pecunia electus in epiſcopum.

Ello magistro.] Ab omnibus aliis Illus dicitur: fuit vero conſul ann. 478. deinde multis aliis negotiis implicatus, duxque Orientis a Zenone factus ann. 480. tandem cum tyrannidem affectaſſe diceretur, capite truncatus eſt. Vide Theophanem in Chronographia.

Habens caussas omnium ecclesiarum.] Clariſſimo Valeſio videtur corrigenda vox iſta, *cauſſas*, pro qua legendam putat aliam, *gazas*. Hæc mihi aliquando emendatio venerat in mentem, ſed ſtatim ſubiit recordatio juriſconſulti, cauſſam pro pecunia ipſa interpretantis.

Anno episcopatus sui vigesimo tertio.] Videri poteſt repugnare Victor, ponens ingreſſum Salophacioli in conſulatu Magni & Apollonii, qui contigit ann. 460. & exitum poſt conſulatum Zenonis tertium, quæ nota anni 480. Verum Liberato fidem faciunt litteræ Simplicii ad Acacium datæ ann. 482. in quibus fit mentio defuncti recens Salophacioli. Unde corrigendus Victor, atque ipſe etiam Baronius, ingreſſum Salophacioli ponens ann. 460. quomodo enim verum eſſet ann. 482. ſediſſe Salophaciolum 23. annos & 6. menſes? retrahendus ergo ingreſſus iſte ad ann. 459. corrigendus quoque Nicephorus Conſtantinopolitanus in chronico, ubi Salophaciolo tribuit annos tantum quindecim, niſi dicatur prætermiſiſſe tempus quo latuit, Æluro tyrannidem in eccleſiam Alexandrinam obtinente: quamquam, nec hoc remedio ſanatur malum, ſed ex anno ſcripti a Zenone Henotici major difficultas oritur: ſi enim ſcriptum eſt, ut vulgo fertur, ann. 482. & Joannes Talaia expulſus eſt poſt ſcriptum Henoticum, ut tradit Liberatus, tribuſque annis ſedit Joannes, ut habet Nicephorus; quomodo Salophaciolus cui ſucceſſit, defunctus eſt ann. 482?

Caput XVII.

DE ORDINATIONE JOANNIS CATHOLICI & damnatione Acacii.

Ex Breviculo hiſtoriæ Eutychianiſtarum, & duobus rhetoribus memoratis, atque etiam Euſtathio Syro.

Ordinatur autem a communicatoribus ejus epiſcopis, & clericis, & monachis, qui ejus noverant fidem & gubernationem, Joannes ex œconomo, cognomento Talaja.

Eodem tempore, imperante Zenone, Simplicius

1. Ms. *Sineret cum hæreticis celebrare.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554

Romanæ præsidebat ecclesiæ, Constantinopolitanæ A autem Acacius.

Porro hæretici, ut jam dictum est, Petrum latenter instituerant, quem jussit Zenon imperator expelli tamquam hæreticum & adulterum: de quo etiam Acacius synodicam Romano papæ misit epistolam, petens, ne etiam adulterum & hæreticum in episcopali dignitate reciperet.

Verum Joannes Talaja de ordinatione sua neglexit suas synodicas litteras Acacio episcopo Constantinopolitano destinare: habens enim amicum Ellum supra dictum magistrum, ei de sua quidem ordinatione scripsit; scribens etiam principi, quatenus [1] per Ellum magistrum omnis ejus caussa disponeretur, putans eum Constantinopoli permanere: man- B davit ergo magistriano litteras synodicas, delegans ei omnia cum illius facere voluntate. Contigit autem tunc Ellum magistrum ab imperatore Zenone mitti in Antiochiam, ut teneret Leontium, qui illic ab exercitu cum voto Verinæ augustæ fuerat ordinatus. Cumque magistrianus qui fuerat ab Joanne missus, non invenisset Ellum magistrum, neque Acacio neque imperatori litteras obtulit, sed perrexit Antiochiam.

Post hæc Acacius audiens de ordinatione Joannis, & contristatus, quia synodicas epistolas non direxisset, & una faciens cum Gennadio episcopo parente beati Timothei, volentes ei nocere, *detrahebant* apud Zenonem, & accusabant eum, haben- C tes adjutores patronos Petri Moggi, quasi opportunus episcopatui non esset Joannes, eo quod, vivente Timotheo catholico, tractaverit exire de ecclesia, & ab ipso suaderetur idem Timotheus suscipere Dioscorum in diptychis post mortem; Petrum autem amabilem esse populo, & posse eum in communionem populum congregare.

Occurrerunt quidam a Petro, volentes quasi fieri unitatem, quos jucundissime suscepit Acacius, & imperatori præsentavit, & persuasit ei, ut scriberet Apollonio Augustali & duci Pergamio, ut Joannem ab Alexandrina sede expellerent, quasi eum contra suum jusjurandum quod in regia civitate dedit, arripuisset, & cooperarentur Petro Moggo, D ut *remearet* ad sedem; nec tamen prius hoc faceret, nisi susciperet Henoticon principis, & synodicas destinaret epistolas Constantinopolitano Acacio, & Simplicio Romano, & ceteris archiepiscopis.

Acacius vero, promittente Petro facere unitatem, nec adhuc implente legitime, nomen ejus in diptychis recitari permisit, tamquam jam Alexandrini [2] præsulis in sede positi. Joannes Talaja judicatur a Zenone ab episcopatu pelli.

Acacius auxilio patronorum Petri, persuasit Zenoni, ut fieret Henoticon: ad cujus *prolationem* seu professionem suscepit communicantes sibi, clericos Petri hæreticos, & laicos inventos Constan- E tinopoli. Communicavit etiam & Petrus Moggus his qui descenderunt cum Henotico, & Acacio synodicam scripsit epistolam, & ab eo recepit.

Henoticon vero Zenonis, quod latine dicere possumus Unitivum, hujusmodi est:

IMPERATOR CÆSAR ZENON; pius, victor, triumphator, maximus, semper augustus, universis episcopis sanctis, & populis per Alexandriam, Ægyptum, Lybiam & Pentapolim.

Principium & statum, virtutemque, & scutum inexpugnabile nostri scientes imperii, solam rectam veramque fidem, (quam afflatu divino exposuerunt, qui in Nicæa congregati sunt trecenti decem & octo sancti patres; firmaverunt autem, & qui Constantinopolim convenerunt centum quinquaginta similiter sancti patres) noctibus & diebus, oratione, & studio, & legibus nitimur, eam quidem multiplicari, per sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, incorruptam, & sine obitu matrem nostrorum sceptrorum. In pace vero & concordia quæ circa Deum est, pios populos perseverantes, acceptabiles pro nostro imperio supplicationes offerre, cum sanctissimis archiepiscopis, & Dei cultoribus clericis, & archimandritis.

Magno enim Deo, & Salvatore nostro Jesu Christo ex sancta Virgine Dei genitrice Maria incarnato & nato, ex concordia glorificationem atque culturam laudante, pariterque suscipiente, hostium quidem generationes conteventur; omnes autem inclinabunt, post Deum, suam potestati nostræ cervicem: pax autem, & bona quæ ex ea sunt, aeris temperantia, & fructuum ubertas, sed & alia hominibus utilia largientur.

Cum sic ergo immaculata fides, & nos, & Romanam servet rempublicam, supplicationes nobis oblatæ sunt a Deo amantissimis archimandritis, & eremitis, & aliis reverendis viris, supplicantibus unitatem sanctissimæ ecclesiæ, ut copulentur membra membris, quæ bonitatis inimicus ex longis retro temporibus separare conatus est, sciens quia adversus unitum ecclesiæ corpus exercendo bella devincitur: & ex hoc evenisse, generationes innumeras in tantis annis vita privatas, alias quidem lavacro regenerationis fraudatas obiisse, alias sacra communione nequaquam participantes ad discessum inevitabilem hominum fuisse deductas, necesque præsumtas decies millies, & sanguinum redundantia pollutam, non solum terram, sed etiam ipsum aerem.

Hæc quis non optet ad bona transformare? propterea cognoscere nos studuimus, quia & nos, & ubique sanctissimæ orthodoxorum ecclesiæ, alterum symbolum, aut mathema, aut terminum fidei, aut fidem, aut citra prædictum sanctum symbolum trecentorum decem & octo patrum, quod etiam firmaverunt memorati centum quinquaginta sancti patres, neque habuimus, neque habemus, neque habebimus, neque habentem scimus; & si quis habuerit, alienum eum existimamus. Hoc enim solum nostrum, sicut diximus, imperium salvare confidimus. Sed & omnes populi qui salutare baptisma promerentur, hoc solum percipientes baptizantur: quod secuti sunt omnes sancti patres, qui Ephesi convenerunt, quique deposuerunt impium Nestorium cum Eutyche.

Contraria sapientes anathematizamus, suscipientes & duodecim capitula, quæ dicuntur facta a Deo amabilis memoriæ Cyrillo, qui Alexandrinorum catholicæ ecclesiæ archiepiscopus fuit.

Confitemur autem unigenitum Dei Filium & Deum, qui secundum veritatem inhumanatus est, Dominum nostrum Jesum consubstantialem Patri secundum di-

1. Ms. *Per Illum magistrum.*

2. Ms. *Præsulis in sede apostolica positi.*

vinitatem; & consubstantialem nobis secundum humanitatem; eumdem qui descendit, & incarnatus est ex Spiritu sancto & Maria Dei genitrice virgine, unum exsistere Filium, & non duos. Unius enim esse dicimus unigeniti filii Dei & miracula & passiones, quas sponte carne perpessus est.

Eos autem, qui dividunt, aut confundunt, aut phantasiam introducunt, omnino non recipimus: quoniam facta sine peccato ex Dei genitrice secundum veritatem incarnatio augmentum Filii non fecit: mansit enim Trinitas, etiam incarnato uno de Trinitate Deo Verbo. . . . . . .

Scientes itaque, quod neque sanctissimæ ubique orthodoxæ ecclesiæ, neque harum Deo amantissimi sacerdotes, neque nostrum imperium, symbolum aut terminum fidei, citra prædictum sanctum mathema, receperunt aut recipiunt, unite vosmet ipsos, nihil dubitantes. Hæc enim scripsimus non innovantes fidem, sed vobis satisfacientes: omnem vero qui aliud quidquam sapuit aut sapit, aut nunc aut aliquando, aut in Calchedone aut in quacumque synodo, anathematizamus, præcipue vero prædictos, Nestorium & Eutychen, & quæ eorum sunt, sapientes.

Copulamini ergo spiritali matri ecclesiæ, eadem sapientes nobiscum, in eadem positi communione, secundum prædictum unum & solum fidei terminum eorumdem sanctorum patrum. Sanctissima namque mater nostra ecclesia, tamquam quæ genuit vos, filios exspectat amplecti ex longo post tempore, dulcemque vocem vestram concupiscit audire: cogitate siquidem vosmet ipsos; hæc enim facientes, & Salvatoris nostri Domini propitiationem ad vos attrahetis, & a nostro imperio laudabimini.

EPISTOLAM.] Fragmentum habetur in epistola XIV. Gelasii.

SYNODICAS LITTERAS.] Nota ingentis schismatis originem: mos erat scilicet, ut majoris cujusque sedis etiam apostolicæ, antistites, ubi primum ordinati essent, ex suæ ordinationis synodo ad reliquos patriarchas litteras darent, quæ erat communionis tessera: datæ fuerunt vero a Joanne ad Simplicium Romanum per Isidorum presbyterum & Petrum diaconum; datæ pariter ad Antiochenum Calendionem per magistrianum Ello destinatum; nullæ aut præ negligentia aut consilio ad Acacium missæ sunt: idque ipse contemtui vertens, concitavit turbas quæ totam ecclesiam misere vexarunt.

Bernardinus Ferrarius *lib.* II. *de antiq. eccles. epist. cap.* VI. videtur timide asse tiri Baronio scribenti, litteras ejusmodi a summis pontificibus missas, eam ob rem synodicas nominari, quia darentur e synodis in quibus ordinarentur; propenderque eo potius, ut inde nomen accipere opinetur, quod vel fidem in præcedentibus synodis compositam continerent, vel accepta in synodis prælegi deberent. Verum ejusmodi sive timiditatem minuere, sive opinionem convellere, debuit constans consuetudo, quam miror viro erudito non rediisse in memoriam, cum omnibus historiis litterisque ejusmodi consignata sit. Neque enim ordinabantur summi pontifices, nisi in synodis, unde litteræ dabantur ad alios episcopos. Synodicas porro sæpius in plurali numero quam in singulari leges, non quod litterarum nomen subaudiatur, sed quod geminæ scriberentur, unæ a pontifice, alteræ a synodo; ut nempe pontifex fidei suæ rationem redderet, & communionem mutuam daret ac acciperet; synodus ut adderet auctoritatem pontificis litteris, & consensionem ecclesiæ testaretur.

QUASI OPPORTUNUS EPISCOPATUS NON ESSET.] Duas videtur afferre caussas, cur Joannes idoneus non esset, qui fieret episcopus: sed difficile est intelligere primam, si modo differat a secunda: quid enim est, *tractaverit exire de ecclesia* nisi forte, quod ad hæreticos transire tunc voluisse videri potuerit, cum Timotheo suaderet Dioscori nomen in sacra dyptica referre? hæc enim communio cum hæretico nonnulla est defectio ab ecclesia. Quid si molitus sit, cum legatione Timothei fungeretur, Alexandrina ecclesia in qua militabat relicta, ad aliam transire, velut ad Constantinopolitanam? indignus enim olim visus est clericus regimine ecclesiæ, quam contemsisset præ alia. Alteram longe probabiliorem rationem tangit mox

A Liberatus, quam Evagrius *lib.* III. *cap.* XII. ex Zacharia rhetore exponit in hæc verba. *Joannes presbyter, cui augusti templi divi Joannis Baptistæ & præcursoris Domini administratio commissa fuit, quorumdam impulsus consilio Constantinopolim venit, imperatorem precaturus, ut si forte episcopus Alexandriæ migraret e vita, sibi diceret antistitem, quem vellet, civibus illius civitatis nominare: qui quidem, ut Zacharias memorat, episcopatum pro se ambire ab imperatore deprehensus est: & cum se jurejurando obstrinxisset, se numquam sedem episcopalem Alexandrinam petiturum, domum revertitur: quapropter Zeno eum post mortem Timothei episcopum creandum decrevit, quem clerus & laicorum multitudo deligerent. Non longo tempore post, mortuo Timotheo, Joannes data pecuniæ summa, quemadmodum ab eodem Zacharia traditum est, & jurejurando quod imperatori dederat, neglecto, Alexandrinorum eligitur episcopus: qua re cognita, imperator illum Alexandria exigendum mandat.*

SUSCIPERE DIOSCORUM.] Id facinoris Timotheus suasu B Joannis commisit, quo pacem haberet cum populo Dioscori incredibiliter studioso; sed facti pœnitens veniam poposcit a summo pontifice Simplicio, ut constat ex epistola XI. Simplicii, quæ est ad Acacium Constantinopolitanum.

IMPERATORI PRÆSENTAVIT.] Fuit in more positum, ut urbis regiæ antistes venientes aliunde episcopos, etiam legatos sedis apostolicæ, in conspectu principis adduceret, quod docet Hormisdas pontifex in instructione suis ad Anastasium legatis data.

FIERET HENOTICON] De Henotico, hoc est, decreto unionis, paucis hæc accipe. I. Habetur græce apud Evagrium *lib.* III. *cap.* XIV. II. Versio qua usus est Liberatus, hominis est nescientis latinitatem, & sensum ubique passim pervertentis. III. Conditum est ab imperatore jus pontificis usurpante, vel potius ab Acacio imperatoris nomen inscribente, & ab ipsis Petri ministris. IV. Ad C Alexandrinos per se directum: unde nihil continet, ne Dioscori quidem nomen, quo vel leviter offendantur. V. Alexandrini propenso animo susceperunt, propter approbata duodecim capitula Cyrilli, quibus suam fidem contineri jactabant. VI. Verbis ambiguis ita concipitur, ut a nulla partium contendentium non posset suum in sensum utcumque torqueri. VII. Non aliud symbolum admittendum sancit, quam Nicænum, quod Constantinopoli & Ephesi confirmatum est. VIII. De Calchedone silet, quo silentio fidei expositio Calchedonensis credi potest rejecta.

OMNEM VERO, cet.] Hæc tota περικοπὴ tacito nomine spectat Theodoretum & Ibam, quos Calchedonensis synodus recepit, cum tamen a suis adversariis dicerentur, Nestorio studere, eique anathema fiсte dixisse. Vide collationem Constantinopolitanam catholicorum cum Severianis.

D ---

CAPUT XVIII.

DE EPISCOPIS ALEXANDRINIS.

Ex Breviculo, Zacharia, Basilio Cilice.

HIS ita gestis, episcopus quidem Antiochiæ suscepit synodicam Joannis Talaiæ, quam per magistrianos miserat Ello magistro; imperator autem putans, quod Joannes episcopus non sane saperet de concilio Calchedonensi, sed omnia simulate ageret, consilio Acacii scripsit litteras Perga- E mio duci & Apollonio augustali, ut pellerent quidem Joannem Talaiam, inthronizarent autem Petrum, suscipientem Henoticon & clericos Timothei catholici, & qui transmisit synodicam Acacio & Simplicio Romano.

Descenderunt ergo Alexandriam abbas Amon, & qui cum illo erant, pro Petro deferentes apices imperiales: & quidem Petrus inthronizatur ab omnibus: fit quod scriptum est ab imperatore, ut consentientes susciperet eos, qui erant a parte Timothei catholici.

Joannes autem Talaia ejectus de sede Alexandrina propter Petrum Moggum, profectus est Antiochiam, ut videret Ellum magistrum: cui cum narrasset quæ sibi evenerant, ejus consilio ingressus

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

est ad Calendionem Antiochenum patriarcham. Et sumtis ab eo intercessionis synodicis litteris, Romanum pontificem *Simplicium* appellavit, sicut beatus fecit Athanasius.

Et suasit, scribere pro se Acacio Constantinopolitano episcopo: & quidem ad hoc Simplicius præparati animi, & voluntatis fuit.

[a] Acacius vero, susceptis epistolis Simplicii, rescripsit eis, quia Joannem quidem Alexandriæ ignoraret episcopum; Petrum vero Moggum suscepisset in communionem, in Zenonis principis unitivo, & quod hoc *contra* ejus gessisset sententiam, propter unitatem ecclesiarum, principis jussione.

Simplicius vero suscipiens hujusmodi litteras, contristatur adversus Acacium, eique rescribit, quod non bene fecerit, contra sententiam apostolicæ sedis, ad communionem hæreticorum hominem suscipiens; oportebat enim communi decreto damnatum tamquam adulterum, communi consilio a damnatione liberari: ad hæc autem, quia non sufficeret Petro confiteri communicatorem se esse ecclesiæ catholicæ secundum edictum; sed oporteret eum, secundum terminum Calchedonensis concilii, & secundum epistolam papæ Leonis, ecclesiæ amplecti communionem. Unum ergo duorum necessario agere deberet, aut suadere Petro, pure suscipere terminum synodi, aut removere se ab ejus communione.

Sed cum ad Acacium hæc scripta venissent, & deliberaret, quid eum oporteret rescribere, papa Simplicius defunctus est, & ordinatur Felix Romanæ præsul ecclesiæ.

Joannes vero Talaia habens episcopi dignitatem remansit Romæ, cui papa Nolanam dedit ecclesiam quæ est in Campaniæ regione, in qua plurimos residens annos, in pace defunctus est.

Igitur Petrus Moggus ab abbate Amone & Joanne episcopo [b] Magileos, & ab abbatibus monachorum inferioris Ægypti bella passus, & seditione ei in Cæsarea basilica, ut dicitur, facta, anathematizavit synodum Calchedonensem, & tomum papæ Leonis: & hæc fecit, cum jam scripsisset Acacio & Simplicio, quia communicator eorum esset & sanctæ synodi.

Et his ita gestis, abscesserunt quidam a Petri communione, & Romam venientes nuntiaverunt papæ Romano: unde rescriptum est Acacio, & obedire noluit.

Addidit Acacius, quod de alio Petro Antiocheno hæretico scripserat, Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse; & hoc propter crimina derelicto, Antiochiam refugisse, ubi pulso Martyrio episcopo, per vilissimum populum & hæreticum, sedem illius occupasset; continuoque damnatum ab episcopis, & Leonis imperio Oasim deportatum; qui fugiens rediisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, se per vilissimas turbas nihil audere, sed (sicut superius dictum est) Basilisci temporibus, a Timotheo illo damnato qui Constantinopolim venerat, Antiochiam missus est episcopatum tenere.

Quo facto idem Petrus Joannem ordinat Apamenis episcopum, a quibus non receptus rediit Antiochiam, & Petrum episcopatus sui pellit auctorem, & invadit ejus ecclesiam, cum quo simul damnatus est.

Iterum Acacius direxit Romam litteras, petens ab apostolica sede, ut si ad eamdem forte confugerint, ne ipso quidem digni habeantur aspectu: & si jam indulgentiam aliquam impetrassent, irritam esse debere.

Quid multa? Acacius ipsum Joannem quem cum Petro damnaverat, Tyriorum misit ecclesiæ præsidere.

Sed & Petrum Alexandrinum, anathematizantem synodum Calchedonensem & tomum papæ Leonis, qui sublato nomine Proterii & Timothei catholici de diptychis, Dioscori & Timothei Æluri nomina scripsit; qui ejusdem Timothei catholici corpus de terra levavit, & foras projecit qui inter episcopos catholicos sepultus fuerat: miris eum laudibus prosecutus est Acacius, de quo se tanta crimina antea meminerat retulisse.

Et cum per quinque annos sæpius fuisset admonitus Acacius, ut de statu Alexandrinæ ecclesiæ sancti papæ solicitudinem relevaret, nihil umquam respondere dignatus est: quoniam vero tot epistolæ, quæ vel ad Acacium a papa, vel ad imperatorem missæ sunt, nihil penitus profecerunt: ex deliberatione, Vitalis & Misenus episcopi in legatione directi sunt, ut quæ superius dicta sunt, allegarent; & Petrus, sicut antea, de Alexandrina ecclesia pelleretur.

Itum est Constantinopolim, & supra dicti episcopi in custodiam sunt redacti, chartis sublatis, ne catholicis quibus scriptum fuerat, redderentur: quos iterum Acacius post hæc de custodia ejiciens, secum fecit procedere, ut quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur.

Redeunt aliquando legati: sed præcesserant monachi, qui eos graviter [1] de proditione arguebant: auditi cominus, & convicti ex ipsis litteris quas detulerunt, a locis propriis sunt remoti.

Felix defensor ecclesiæ qui cum legatis directus fuerat, impediente infirmitate, cum ipsis pergere non potuit. Sed postquam Vitalis & Misenus a custodia Constantinopoli sunt egressi, perrexit cum chartis ecclesiasticis Constantinopolim, passusque est & ipse, sublatis chartis, gravissimam custodiam.

Ubi ergo ad plenum detectus est Acacius hæreticus, papa Felix in litteris suis synodicis ad Acacium, sic posuit: *Peccasti: ne adjicias, & de prioribus supplica.*

Susceptis his Acacius litteris perseverat, neque recedens a communione Petri, neque suadens ei, palam suscipere Calchedonense concilium & tomum Leonis papæ.

Hæc cognoscens papa Felix, damnationis scripturam misit Acacio per Tutum defensorem, cujus est principium: *Multarum transgressionum reperiris obnoxius*: & datis Acacio hujusmodi litteris, eas non suscepit, patrocinio fultus imperatoris; ita ut cogerentur qui eas detulerunt, [2] per quemdam monachum Acimœtensem ipsam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in ejus pallio, & discedere; qui tamen usque ad

1. Ms. *De proditione perurgebant.*

2. Ms. *Per quemdam ignotum monachum.*

a *Acacius vero*, cet.] Cl. Bernardus Maria de Rubeis in Differt. *de una sententia damnationis in Acacium episcopum CP.* §. IX. pag. 30. errorem detegit Liberati mutuum narrantis epistolarum officium inter Simplicium papam & Acacium, ostenditque hac in narratione sibi ipsi contradicere nostrum Diaconum Carthaginiensem.

b *Magileos*] *Zagyleos* rescribendum. Zagylis, sedes episcopalis Libyæ Marmaricæ, patriarchatui Alexandrino subjectæ. Errorem in Liberato detexit Lequienus *Or. Christ.* tom. II. pag. 635. §§. V. & VI. Atqui antea eumdem errorem Wesselingius castigasse videtur cum ad *Antonini Itiner.* pag. 72. tum in primis ad *Hieroclis Synecd.* pag. 733. v. Ζωγροζαγύλης.

mortem, patrocinante imperatore, permansit sacrificans.

His ergo provenientibus, & Acacio permanente in Petri communione, separavit se quidem sedes apostolica a Constantinopolitana.

Eodem tempore Ellus conjunctus Leontio in Antiochia, expugnatur a Valameriacis, & qui cum eis erant juncti: & Leontius quidem perimitur, Ellus autem in castellum Papyrii fugit.

Interea Calendion archiepiscopus Antiochenus deponitur, accusatus in aperto, tamquam indevotus principi, mittens populum in rebellionem cum Ello; latenter autem, quia se non suspenderet & a Felicis papæ & a Joannis communione.

Porro Petrus de propriis civitatibus catholicos expulit sacerdotes, (ex quibus nonnulli apud Constantinopolim persecutionem gravissimam pertulerunt. Scandalizabat autem imperator & illos, qui a parte Nephalii abbatis erant, & qui circa Joannem episcopum Hegumenum monasterii Diolchon,) & agens contra ipsum Joannem, præposituram ei abstulit, & eam tradidit monasterio abbatis Amonis.

Sed permansit in episcopatu scribens Acacio, quia esset synodi communicator, & fallens Alexandrinos, quia non communicaret synodo: ita ut quidam communicatorum ejus, clerici, monachi & laici, cognoscentes ejus fallaciam, separaverint se ab ejus communione. Et extra collectas facientes, non passi sunt nomini ejus communicare, & eorum qui post eum episcopatum habuerunt Alexandrinum, eo quod nomen Petri haberent in diptychis.

Huic populo a Palæstina quidam diaconus nomine Esaias ordinatus est episcopus, & Alexandriam missus est, sed ab omnibus non est receptus: ab illo ergo Esaiani sunt in Ægypto.

In istis posita ecclesia, moritur Acacius, & ordinatur post eum Flavitas presbyter, qui fuit a sancta Thecla, qui non consensit sine Romano episcopo inthronizari, sed transmisit synodicam papæ Romano Felici, qui modico vivens tempore, moritur, non accipiens epistolam ipsius: & factus est Euphemius episcopus genere Alexandrinus, qui & suscepit a Romano scripta, & mortuo Zenone, post aliquod tempus, expulsus est ab Athanasio. Et hæc quidem Constantinopoli contigerunt.

Non post multum tempus, moritur etiam Petrus Moggus Alexandriæ, & post eum in ea sede ordinatur Athanasius, qui & ipse in edicto Constantinopolitanæ, & Antiochenæ, & Hierosolymitanæ communicavit ecclesiæ.

Cumque scandalizarentur & in ipso populi, eo quod nomen Petri haberet in diptychis, ascenderunt quidam & adversantium & communicantium ei, ad imperatorem Anastasium: & dum haberent *coram principe* contentionem, aliis quidem proponentibus anathematizari synodum, & ita communicare: aliis vero paratis in unitivo edicto adjici ea, quæ satisfacerent his qui communicaverant Petro: considerans imperator, quod si adjectionem edicto faceret, tumultum moveret ecclesiæ, & anathematizari synodum esset impossibile; persuasit eis

A sufficere unitivum edictum, ut communicarent ad invicem sibi, sicut & ceteri ecclesiarum episcopi: at cum non obedirent hoc agere, nihil impetrantes dimisit.

Sic enim Athanasio hæretico tempus episcopatus sui complente, post eum ordinatur Alexandrinus episcopus [a] Joannes cognomento Mela, qui & ipse [1] secutus Petrum & Athanasium præcessores, & in edicto unitivo communicavit aliis sedibus, id est, Constantinopolitanæ, & Antiochenæ, & Hierosolymitanæ. In cujus præsulatu dum Alexandrina ecclesia divisionem habuisset Dioscoritarum propter Petrum Moggum, quasi communicasset synodo, etiam ipse defunctus est tempore Macedonii Constantino-

B politani episcopi.

Post quem ordinatus est Alexandriæ Joannes Machiota, qui etiam ipse suos [b] priores secutus est, suscipiens quidem unitivum Zenonis edictum, non autem Calchedonense concilium & epistolam papæ Leonis, quamquam non communicaret Flaviano Antiocheno, & Eliæ Hierosolymorum episcopis, & Timotheo Constantinopolitano. Dicebat enim imperfecte edictum se habere, nec ad unitatem sufficere, quod non in anathemate synodi fuisset factum. [2] Deinde cum ei imperator Anastasius scripsisset, ut uniretur Constantinopolitano episcopo, hæc rescripsit, *quia non sufficeret ei ad perfectam unitatem, eo quod non anathematizaret synodum.*

C Et tamen etiam ita sapiens, separatos habuit Dioscoritas, non suscipientes Petrum Moggum.

Mortuo Joanne Alexandriæ, ordinatur Dioscorus junior, sub quo interfectus est a populo Theodosius augustalis filius Calliopi.

Hic autem Dioscorus, proponente ipsi Socrate scholastico, ante defensorem, in ejectione synodi, Henoticon suscipere, in damnationem synodi, unitivum suscepit edictum, sicut ipsa ostendunt gesta quæ apud defensorem civitatis coram eo confecta sunt; in quibus testatus est, in expulsione synodi se suscipere edictum: unde cum satisfactum fuisset his qui propter Petrum Moggum extra illam ecclesiam communicabant, uniti sunt ei: nam us-

D que ad istum Dioscorum, in divisione erat Alexandrina ecclesia.

De episcopis Alexandrinis.] Titulus augendus fuerat, nisi consuetudo legendi obstitisset: in editis libris perverse ponitur ante Henoticum; suo loco restitutus est: neque enim admodum convenit argumento capitis, in quo non solum de Alexandrinis, sed etiam de Antiochenis & Constantinopolitanis, præsertim Acacio, agitur: quamquam opinor multa fuisse olim capita, quæ in unum incuria librariorum coaluerint.

[1] Non sane saperet.] Delenda fuit particula negans, quæ enim alioquin imperatori ratio expellendi hominem e sede Alexandrina; cum Calchedonensem synodum & imperator tacite reprobasset in Henotico, & Alexandrina ecclesia aperte aversaretur, & Moggus, Talaiæ sufficiendus, etiam anathemate damnaturus esset? Verum retinenda cre-

E di potest propter ea, quæ Baronius de versutia Zenonis & Acacii servientium tempori ingeniose commentatur *ad annum* 482. *num.* 35. *& seq.*


Ad Calendionem.] Successit ille Stephano, anno, ut opinor, 481. nam Simplicius epistola xvi. data ad Acacium Idibus Julii anni 482. queritur sibi Antiocheni exordium sacerdotis serius fuisse indicatum. *Observa*, in hac

1. Ms. *Secutus Athanasium*.

2. Ms. *Denique cum ei*.

a *Joannes cognom. Mela*] In mendo cubare hujusmodi cognomentum *Mela*, nemo jure infitias ierit. Theophanes ad annum vi. *Anastasii Aug. Athanasio*, inquit, *Alexandriæ episcopo defuncto, ejus loco ordinatus est Joannes monachus — cognomento* Hemula, Ημύλα. Neque aliter Anastasius, qui Theophanem Latine vertit. Victori quoque Tunonensi *Hemula* cognominatur. Nonnemo conjiciebat hunc fuisse Joannem *Malelam* seu potius Malalam, historiæ chronicæ auctorem. Verum præsulem istum Dioscoritam Athanasii successorem in sede Alexandrina, qui ante Justiniani tempora floruit, eumdem cum Joanne Antiocheno *Malala* fuisse suspicabitur nemo paullo eruditior, ut recte censuit Humfredus Hodius in Prolegomenis ad Malalam §. xiii. Hujus loci occasione quem excutimus, curiosa docet Richardus Bentleius in epistola ad Joannem Millium Malalæ subjectam, p. m. 43.

b *Priores*] Fortasse, *precessores*, ut paullo ante.



epistola pro Antiochensi ecclesia sub finem legi debere Alexandrinam, ut constat ex epistola consequente.

SIMPLICIUM APPELLAVIT.] Secundæ nempe sedis episcopus primæ antistitem, sine cujus auctoritate a nulla synodo deponi potuerat.

SICUT BEATUS FECIT ATHANASIUS.] Auctoris Breviculi Eutychianistarum pensanda verba: *nam & priores ejus similiter Romanæ ecclesiæ, tempore persecutionis, suffugium poposcerunt.*

SCRIBERE PRO SE ACACIO.] Hæc est quinta inter Simplicii epistolas, cui sexta omnino consonat.

IGNORARET EPISCOPUM.] Etsi enim id probe sciret, eum relatione certorum hominum, tum fama; nesciebat tamen, qua ratione legitimum erat, synodicis nempe litteris, quæ recens ordinati fidem etiam continerent.

CONTRA EJUS GESSISSET SENTENTIAM.] In editis legitur *citra*, sed emendari debuit ex sequenti pericope: nam cum Moggus sedis apostolicæ ipsiusque Acacii judicio damnatus esset, *oportebat communi decreto damnatum tamquam adulterum, communi consilio a damnatione liberari*. Sed quam vim habet vox ista, *communi?*

TERMINUM.] Definitionem, ὅρ☉.

PAPA SIMPLICIUS DEFUNCTUS EST.] Ann. 483. die 2. Martii, postquam sedem apostolicam tenuisset quindecim annos, menses quinque, dies decem. Marcellinus anno uno citius contigisse putat Simplicii obitum.

FELIX.] Qui ab aliis secundus, tertius ab aliis dicitur.

BELLA PASSUS.] Id est, vexatus, & armatis precibus de præstandis pactis cum Eutychianis monachis, a quibus in thronum evectus fuerat, expostulatus: thronum enim damnatione synodi, & epistolæ S. Leonis pactus fuerat.

ADDIDIT ACACIUS.] Densæ tenebræ ad multas usque lineas; nulla enim est rerum series, nullus orationis contextus, immo nec ulla vocum idonea syntaxis: lux tamen inde speranda, unde, vel Liberatus perverse accepit quæ scriberet, vel alii imperfecte descripserint. Totus ergo locus ex Breviculo Eutychianistarum ita restituendus, aut potius intelligendus est. *Hujus*, Joannis Talaiæ, *adventus plenius universis patuerit, cum dum Acacii scripta legeremus, quæ de Petro & Joanne Antiochenis miserat, excessus Acacii etiam in hac caussa gravissimos deprehendit. Illo enim tempore quo de Petro Alexandrino damnato retulerat, non longe post etiam de Petro & Joanne scripserat. Petrum ad Constantinopolim monasterium gubernasse; sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiam fugisse: ibi pulso Martyrio catholico episcopo, per hæreticos sedem ipsius occupasse, continuoque damnatum a Leone tunc principe, ad Oasitanum exsilium esse directum, de quo lapsum Constantinopolim venisse, ac dedisse fidem, quod nullas alterius turbas facere* [illegible] *auderet: sed sicut superius dictum est, Basilisci temporibus a Timotheo illo damnato qui Constantinopolim* [illegible] *ad Antiochiam remissum fuisse, ut iterum illic episcopatum teneret: quo facto, idem Petrus Joannem quemdam presbyterum de quo Acacium diximus retulisse, ordinat Apameæ episcopum, a quibus non receptus venit Antiochiam, & Petrum episcopatus sui pellit auctorem, & invadit ejus ecclesiam: quos iterum damnatos dicit Acacius, petens ab apostolica sede, ut si forte ad eam confugerent, nec visu dignos haberet: & si jam aliquam indulgentiam forsitan impetrassent, irritam esse debere, nec eorum pœnitentiam recipiendam esse: quod cum præfatus Joannes Alexandrinus episcopus relegisset, tacere non potuit, quod illum Joannem quem Acacius damnaverat cum Petro, & sine remedio pœnitentiæ fecit ab apostolica sede damnari, post tot damnationes Tyriorum misit ecclesiæ præsidere.* Attende animum ad hanc vocem *legeremus*, vel enim vitiose posita est pro *legerentur*, quod non reor; vel indicat auctorem Breviculi, ut postea patefiet.

ET CUM PER QUINQUE ANNOS.] Nempe Simplicius ann. 477. scripsit primum de Moggo ad Acacium, synodica vero Felicis quam Vitalis & Misenus detulerunt, data est ann. 483.

EX DELIBERATIONE VITALIS ET MISENUS.] Deliberationem posuit pro synodo, quæ Romæ a Felice habita ann. 483. & unde Vitalis Troentinæ ecclesiæ in Picæno, & Misenus Cumanæ in Campania, missi sunt Constantinopolim ad Zenonem imperatorem & Acacium antistitem. Vide epistolam I. Felicis III. quæ synodica inscribitur.

A NE CATHOLICIS, QUIBUS SCRIPTUM FUERAT.] Archimandritis præsertim, tum qui Constantinopoli versabantur, tum qui sparsis per Bithyniam monasteriis præerant.

PRÆCESSERANT MONACHI.] Si Nicephoro credimus *lib.* XVI. *cap.* XVI. missi sunt illi monachi a Cyrillo Acœmetarum præfecto; duxque fuit Simeon, cui comitatus aut adstipulatus Silvanus presbyter: non improbabilis tamen est conjectura, missos fuisse monachos a Rufino & Thalassio presbyteris & archimandritis Constantinopolitanis, ad quos est Felicis papæ epistola XI. de condemnatione Tuti defensoris, qui pecunia corruptus officio defuerat.

ET CONVICTI EX IPSIS LITTERIS QUAS DETULERANT.] In altera, nempe synodo Romana, cujus tres feruntur vulgo celebriores actiones, quarum in prima convicti & depositi Vitalis & Misenus, quamtumvis illatam sibi vim caussarentur: in altera exauctoratus Acacius: in tertia exauctoratus pariter Petrus Cnapheus. Verum si Liberato credimus, tres constituendæ synodi Romanæ hac in caussa, quarum ex priore missi sunt Constantinopolim legati; in altera iidem depositi, & monitus Acacius; in ultima dejectus Acacius; immo & addenda quarta, ubi damnatus defensor Tutus.

SEPARAVIT SE QUIDEM.] Hujusmodi separatio triginta quinque annos ferme duravit, nempe ab anno 484. quo damnatus Acacius ad annum 519. quo ejusdem Acacii nomen & aliorum schismaticorum successorum e sacris tabulis expunctum est, temporibus Justini imperatoris & Joannis Constantinopolitani antistitis.

A VALAMERIACIS.] Copiis nimirum Theodorici Ostrogothorum regis, qui dictus Valamer.

ELLUS AUTEM IN CASTELLUM FUGIT.] Tradunt alii enecatum una cum Leontio & Pamprepe.

PORRO PETRUS.] Moggus scilicet, non Cnapheus. Desultoria isthæc narrandi ratio, si nacta sit distractos animo lectores, non mediocres offundit tenebras.

C NEPHALII ABBATIS.] Fuit ille Amonis æmulus, sed pro fide catholica stabat, Amon pro Eutychiana hæresi.

JOANNEM EPISCOPUM HEGUMENUM.] Observa eumdem simul episcopum & Hegumenum. Hegumenum porro longe aliud fuit quam archimandrita; pluribus enim archimandritis præerat, quo fere modo generales nunc dicuntur aut provinciales.

ESAIANI.] Qui fuerint illi, nemo aperte tradit. Opinor dictos ab Esaia episcopo, qui a Timothei Salophacioli legatione ad sedem apostolicam functus legitur in Breviculo historiæ Eutychianistarum.

IN ISTIS.] Legit Baronius, *in his turbis*.

FLAVITAS PRESBYTER.] Si credimus Suidæ & Nicephoro, improbis ille artibus adeptus est sedem Constantinopolitanam, nec melioribus retinuit.

A SANCTA THECLA.] Sanctæ Virgini ædificavit Zeno templum ex voto quo se obstrinxerat, cum adversus Basiliscum duceret exercitum, cujusque reus factus est, victoria sanctæ Virginis precibus reportata.

SUSCEPIT A PAPA ROMANO SCRIPTA.] Non communicatoria, sed commonitoria, de expungendis Acacii & Flavitæ nominibus ex sacris diptychis, *Baron. ad ann.* 489. *num.* I.

NON POST MULTUM TEMPUS MORITUR ETIAM PETRUS MOGGUS.] Obitum nefandi hæretici Baronius ad annum 490. refert, Petavius ad sequentem.

CAPUT XIX.

DE SEVERO, JULIANO ac Macedonio.

Ex Joanne rhetore, & scriptore vitæ Severi.

HOC tempore Macedonius Constantinopolitanus episcopus, ab imperatore Anastasio dicitur expulsus, [a] tamquam evangelia falsasset, & maxi-

a *Tamquam Evangelia falsasset*] Præter ea quæ ad hunc Liberati locum animadvertit infra in notis Garnerius, nonnulla heic adnotasse fortasse juverit. Nimirum, fabulæ de emendatis Evangeliis originem detexere complures eruditi viri. Et primum quidem recensendus Richardus Bentleius, qui anno 1713. Londini Anglice vulgavit *Animadversiones* in Antonii Collins opellam *de cogitandi libertate*, Anglice item eodem anno ibidem in lucem emissam, ut ex Actis Eruditor. Lips. ann. 1714. pag. 312. erudimur. Ante Bentleium tamen hac de re nonnulla protulerat Joannes Millius in Prolegomenis ad N. T. Græcum pag. 97. numm. 1013-1015. In eamdem sententiam præterea edidit Tubingæ ann. 1717. C. M. Pfaffius *Dissertationem de Evangeliis sub Anastasio imperatore non corruptis*, quæ in ejus etiam *Primitiis Tubingensibus* occurrit. Consulendus quoque de hoc argumento J. A. Fabricius in *Codice Apocrypho N. T.* tom. III. pag. 539. seqq. Verum ho inter scriptores eminere videtur Petrus Wesselingius, qui

me * illud Apoſtoli dictum ; * *quia apparuit in carne , juſtificatus eſt in ſpiritu* . Hunc enim immutaſſe , ubi habet , ὅς , id eſt, *qui* , monoſyllabum græcum , littera mutata ο in ω vertiſſe , & feciſſe , ὡς , id eſt , ut eſſet Deus , apparuit per carnem . Tamquam Neſtorianus ergo culpatus expellitur per Severum monachum .

Is autem Severus , cum ſederet prius in monaſterio , non ſuſcipiebat Zenonis edictum , nec Petrum Moggum : deinde ſedens in abbatis Romani & Mamæ qui poſt eum præfuit, monaſterio, exinde miſſus eſt permanere Conſtantinopoli, & fit apocriſiarius , inter eos qui Petri Moggi erant : dumque objiceretur ei , quomodo prius anathematizabas Petrum ? dicebat, quia Petrum anathematizavi Apamænum .

Hic Severus apud Conſtantinopolim ſynodo derogabat , & affirmabat , quia , ea anathematizata, omnes communicarent ; ita ut ob hoc ſcriberet & ipſi Flaviano, ſicut ejus ſignificabatur epiſtolis, & ad Maronam lectorem , & [1] Eleuſinium , & Eutychium epiſcopos , & ad *Oecumenium* ſcholaſticum Iſauriæ .

Fertur autem expoſitio ejus quæ ab eo dicta eſt [b] in inthroniſmo , in qua & unitivum ſuſcipit Zenonis , & anathematizat Calchedonenſe concilium , & communicare ſe confitetur Alexandrino & Conſtantinopolitano (erat autem tunc Conſtantinopoli Timotheus, Alexandriæ vero Joannes Machiota .) Et tamen dum talis eſſet , valuit damnare Macedonium , & expellere ab Antiochena ſede Flavianum . Sed nec ipſe potitus eſt epiſcopatu ejus, plus quam quinque annis : ſed & vexabatur in epiſcopatu, tamquam anathematizaret quidem ſynodum, nominaret autem epiſcopos ſynodi : cujus expulſio ita contigiſſe dignoſcitur .

Mortuo imperatore Anaſtaſio , & Juſtino facto imperatore , Severus a Vitaliano magiſtro militum viro religioſo & orthodoxo accuſatur , quod deſpiceret imperatoris juſſionem , & ſynodum non ſuſciperet . Juſtinus imperator miſit magiſtrianum , ut Severus Conſtantinopolim adduceretur , & redderet cauſſam tractatuum ſuorum quos fecerat contra ſynodum . Jam enim ab ipſo pio imperatore Julia-

A nus Halicarnaſſeus epiſcopus , pro eadem ſancta ſynodo , eo quod eam non ſuſciperet , pulſus fuerat ſede .

Quod ſciens Severus , & prævidens quid ſibi immineret , clam nocte deſcendit Seleuciam, & navim conſcendens , fugit Alexandriam , ad quam civitatem & Julianus fugerat : ordinatuſque eſt pro eo archiepiſcopus Antiochiæ Paullus orthodoxus ſuſcipiens Calchedonenſem ſynodum .

Eo tempore Alexandriæ mortuo Dioſcoro Juniore , Timotheus eccleſiæ ipſius ſuſceperat epiſcopatum , a quo gratiſſime ſuſcepti [c] Severus & Julianus ſedebant [2] ad Labronem .

Sub iſto Timotheo , de corruptibili & incorru-

B ptibili apud ipſam eccleſiam quæſtio mota eſt hoc modo . Requiſivit quidam monachus Severum, cujuſmodi oporteret dicere corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, corruptibile an incorruptibile . Ille reſpondit ei , ſanctos patres corruptibile illud dixiſſe . Hoc audientes quidam Alexandrinorum , cum requiſiſſent Julianum in alio loco ſedentem, quid & ipſe diceret de eadem quæſtione : ille dixit ſanctos patres contraria dicere . Horum itaque ſinguli ſtatuere reſponſum proprium volentes , ſcripſerunt libros adverſus alterutrum : qui venientes in multitudinem civitatis , eccleſiam illam diviſerunt ; & alios quidem fecerunt corrupticolas appellari, alios, nimirum incorruptibilis aſſertores , Phantaſiaſtas :

C Timotheus vero magis ſententiam Severi ſecutus eſt .

Huic cum diceret Themiſtius diaconus ejus ; ſi corpus Chriſti corruptibile eſt, debemus eum dicere & aliqua ignoraſſe , ſicut de Lazaro : hoc Timotheus negavit dicendum , a cujus communione Themiſtius deſciſcens , ſchiſma fecit ; & ab ipſo dicti ſunt in Ægypto Themiſtiani .

HOC TEMPORE MACEDONIUS .] Anno ſcilicet 511. qui Anaſtaſii imperatoris XXI. in quo ſcriptores veteres conſentiunt ; cum ergo ſediſſe dicatur 6. annos , neceſſe eſt fateri ordinatum ann. 504. ſub finem , aut ineunte 505.

TAMQUAM EVANGELIA FALSASSET .] Locus Apoſtoli I. *Tim.* III. 16. Græce ſic ſe habet : Καὶ *ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον . Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί , ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι , ὤφθη ἀγγέλοις , ἐκηρύχθη ἐν ἔθνε-*

D

* I, Tim. III, 16.

1. Ms. *Eleuſinium & Eutrechium .*

2. Ms. *Ad Labranon .*

Diatribæ de Judæorum Archontibus ſubjectam exhibet *Diſſertationem de Evangeliis juſſu imp. Anaſtaſii non emendatis* , pagg. 110 - 147. Neque interim omittendus vir doctus , Dn. abbas *Houtteville* in opere illo egregio Gallice inſcripto *La Religion Chrétienne prouvée par les faits* , tom. I. pagg. 278 - 287. edit. in 4. His item addendus Cotelerius in *Eccl. Græc. Monument.* tom. II, pag. 663. cujus tamen conjecturæ haud probantur Fabricio l. c. pag. 540. (e).

a *Illud Apoſtoli dictum* : QUIA cet.] Miror Garnerium non advertiſſe peſſime habitum in omnibus editis hunc Liberati locum , facile tamen reſtituendum ex Hincmaro Remenſi , qui Diaconi Carthaginienſis Breviarium præ oculis habuiſſe comperitur . Sic igitur ille in opuſculo Hincmaro Laudunenſi epiſcopo inſcriptum cap. XVIII. opp. tom. II. pag. 449. *Quidam nimirum ipſas ſcripturas verbis illicitis impoſturaverunt , ſicut Macedonius Conſtantinopolitanus epiſcopus , qui ab Anaſtaſio imperatore ideo a civitate expulſus legitur , quoniam falſavit Evangelia ; & illum Apoſtoli locum ubi dicit* , Quod apparuit in carne , juſtificatum eſt in ſpiritu , *per cognationem Græcarum litterarum* Ο *&* Θ , *hoc modo mutando falſavit . Ubi enim habuit* QUI , *hoc eſt* , ΟΣ , *monoſyllabum Græcum , littera mutata* Ο *in* Θ , *vertit & fecit* ΘΣ , *id eſt , ut eſſet* : DEUS APPARUIT PER CARNEM . Hinc ex virorum eruditorum ſententiam quorum modo meminimus , hujuſmodi Liberati locus ſic reformandus : *Illud Apoſtoli dictum* , QUI APPARUIT IN CARNE , JUSTIFICATUS EST IN SPIRITU : *Hunc enim immutaſſe , ubi habet* ΟΣ , *id eſt* , QUI , *monoſyllabum Græcum , littera mutata* Ο *in* Θ , *vertiſſe & feciſſe* ΘΣ , *id eſt* ,


DEUS , *ut eſſet* : DEUS APPARUIT PER CARNEM . Quo de loco Apoſtoli I. *Tim.* III. 16. præter Millium , vide ſis Wottonum in notis ad Epiſtolam I. Clementis Romani cap. VI. pag. 27. nec non Wetſtenium in Prolegomenis ad N. T. Græc. cap. 1. pag. 4. ſed in primis cap. XVI. pag. 189. ubi & Liberati locum , prout illum expreſſimus , reſtituit . Neque aliter Weſſelingius l. c.

b *In inthroniſmo*] Hunc locum illuſtrat Cotelerius ad *Conſtit. Apoſt.* lib. VIII. cap. V. „ Primo , inquit, novi antiſtitis ſermoni nomen Enthroniſtici dari poteſt ex hoc

E Liberati loco : ſicut Enthroniſticas epiſtolas memorat Evagrius lib. IV. cap. IV. agens de eodem Severo . Adi ad Socratem lib. II. cap. XLIII. & lib. VII. cap. XXIX. „ Hæc ille .

c *Severus — ad Labronem*] Weſſelingius ad *Veter. Romanor. Itinerar.* pag. 305. in locum iſtum hæc habet : „ *Ad Ennatum* Alexandriæ , inquit , Severus & Julianus Halicarnaſſenſis conſediſſe dicuntur in Liberati Breviario cap. XIX. quod parum intellectum mirificas nobis emendationes peperit . Vulgo *ad Laborem* malunt : quam vocem Antonius Pagi Criticæ ſuæ DXIX, 18. ex Gloſſario Cangii *vexillum* notare admonet . Baſnagius vero præfat. Caniſian. cap. III. §. XXVI. *ad Labranam* refingit , & *Labranda* Cariæ & Jovem *Labrandeum* in auxilium advocat . Sed *ad Ennatam* ſolum rectum eſt , ut e Leontio *de Sectis* Actione V. liquet ; nonumque lapidem indicat : uti *ἐν ἐννεακαιδεκάτῳ Ἀλεξανδρείας* apud Anaſtaſium Sinaitam *Hodegi* cap. XXVI, vicum ad XVIII. lapidem urbis Alexandrinæ . „

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



ων, ἐπιςώθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ. Latine vero: *Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumtum est in gloria*. Interpres latinus usus est codice græco, in quo non Θεὸς legeretur, sed ὃ: oportuit igitur, si qua fides Liberato, tempore Macedonii non legi Θεὸς, sed ὃς, quam voculam mutaverit ipse in ὡς. Verum suspecta merito esse potest Liberati fides, cum apud patres longe antiquiores, Chrysostomum, Theodoretum & alios Paulli commentatores, Θεὸς scribatur, & historiolæ hujusce nemo aliorum scriptorum meminerit, immo aliæ ab omnibus depositionis caussæ proferantur.

PER SEVERUM MONACHUM.] Nulla pestis hoc homine nocentior. Animum habuit a natura monstrosum ex feritate & arte: ingenitam feritatem mollivit primum amatoriis artibus; tum redeuntem ad ingenium applicuit ad fori negotia, atque etiam caussas egit; postea tædio laboriosæ vitæ abdidit se se in solitudinem monasterii, ubi videri voluit, per otium veram pietatem sequi: synodum enim Calchedonensem prædicabat, & Henoticon damnabat, sed re ipsa meditabatur turbas, quibus olim totam orientis ecclesiam commoveret: ex monasterio igitur Alexandriam reversus, continuo, ut erat rerum peritus, mittitur Constantinopolim, ad agendas Ægyptiacæ diœcesis caussas in aula: mox explorat, qua via posset excogitatum facinus perficere: nec captanti visa est machina ulla potentior quam femina, uxorii imperatoris domina, & impotenter hæresi addicta: ei se impie mancipat, carpit magnam synodum quam prius laudarat, quamque fidei magistram vocabat prius, cum locus juberet; nunc factiosorum coitionem dicit, quia sic Augusta jactabat: his artibus, cum videret deceptam aulam, ausus est affectare patriarchalem sedem, sed Constantinopolitanæ potiundæ spe dejectus, ad Antiochenam animum convertit, eamque Flaviano expulso invasit.

ET ELEUSINIUM.] Epistolæ Severi ad Eleusinium episcopum fragmentum hoc legitur in concilio Lateranensi sub Martino I. Secr. V. *Anathematizamus eos qui in duabus naturis definierunt unum Christum, & singularum naturarum opera propria profitentes.*

AD ŒCUMENIUM.] Plures ad eumdem scripsit litteras, ex primis in concilio mox dicto referuntur ista: *proprietas in operationibus, de qua Leo Romanæ urbis præsul dixit, operatur utraque forma cum alterius communione* hoc quod proprium est, *nullatenus apud orthodoxos proprietas nominabitur*. Et postea, *Anathematizamus eos, qui post unitionem duas dicunt naturas, hoc est, duarum naturarum operationes, aut duas proprietates*. Observa hanc interpretandi formam, *hoc est*: ostendit enim, quæ fuerit vera Monothelitarum opinio de duabus voluntatibus: sed ista olim nos fusius, nec differtationem patiuntur angustiæ loci in quo sumus.

FERTUR AUTEM EXPOSITIO EJUS.] Patres synodi anno 518. habitæ in urbe regia, cum de libellis monachorum adversus Severum referrent ad Joannem Constantinopolitanum, verba quibus anathema Severus dixit sanctæ synodo, adduxerunt, *quæ a synodo eo tempore in Calchedone congregata, formata fuerunt ac stabilita, & eos qui pro ipsa pugnant, anathematizamus*.

NOMINARET AUTEM EPISCOPOS.] Id est nomina in sacris diptychis appellaret.

JUSTINO FACTO IMPERATORE.] Justini religio & eximium fidei catholicæ studium deprædicatur multis quidem in locis veterum, sed præsertim in actis synodi mox laudatæ.

JULIANUS HALICARNASSEUS.] Scripsit sermonem adversus Manichæos, ex quo decerpta sunt illa, quæ in synodo Lateranensi sub Martino I. prolata sunt *secret.* v.

TIMOTHEUS ECCLESIÆ IPSIUS, cet.] Successit Dioscoro Juniori ann. 519. jam affecto; videtur autem mihi is ipse esse, qui in actis S. Arethæ vocatur Asterius, cuique dicitur scripsisse Justinus imperator, post expugnatam ab Homeritarum duce Nagram civitatem, motamque in Christianos persecutionem: ea enim tempestate episcopatum gerebat. Cur autem conjiciam fuisse binominem, facit consuetudo Alexandrinorum, quæ post Cyrilli tempora invaluit: solebant scilicet cognomines episcopos agnominibus discernere; sic Joannem unum Melam, alterum Machiotam, tertium Eleemona dixerunt; sic Dioscorum seniorem & juniorem; sic Timotheum Ælurum & Salophaciolum, a quibus ut tertium distinguerent, nullus dubito, quin Asterium nominarint: id vero si afferatur, patebit aperte solutio quæstionis, quam nuperus quidam differtator Baronio simul & Ricciolio movit, de Asterio Alexandrino, de quo ut non exacte ambo ad veritatem locuti sint, non erat tamen, cur a differtatore rei non callentissimo, vapularent, quasi intruserint hominem in numerum Alexandriæ præsulum, contra manifestam rationem, cum uterque nitatur auctoritate veteris scriptoris, & Ricciolii error de Justiniano pro Justino, operarum incuriæ tribui possit: verum differtatori peccatum istud, ut alia plurima, condonandum est propter indolem censoriam.

AD LABRONEM.] Alias ad Labronum, forte ad Labronium. Leontium Act. v. Εκαθίζοντο ἐς τὸ ἔννατον. Græci λαβρώνιον dicunt, quod vorax est; unde videri potest λαβρωνίῳ & ἐννάτῳ subaudiendum ςόμα, quasi ad nonum Nili ostium voraginosum sederent, non in aliqua Alexandrinæ urbis parte.

DE CORRUPTIBILI ET INCORRUPTIBILI.] Quæstio hæc neque ad mortalitatem vel immortalitatem, neque ad resolutionem in elementa, vel contrariam constantiam pertinebat: nam in confesso fuit semper, apud ipsos etiam Eutychianos, Christi corpus emortuum exstitisse in sepulcro, nec tamen fuisse corruptum. In controversiam igitur vocabatur, an Christi corpus perinde ac nostrum detrimenta pateretur, propter quæ reparanda esuriret, opusque haberet cibo, & fatigaretur, ac egeret requie ad reficiendas vires: an vero specie tenus tantum id videretur pati, solaque οἰκονομίᾳ, quemadmodum post resurrectionem, id faceret. Controversiæ occasio fuit, aut dissensionis potius, quod cum invidia Eutychianis fieret, quasi Christi corpus non esse nostro ὁμοούσιον assererent, incorruptibilitatem alii cum consubstantialitate consistere negarent posse, alii affirmarent; unde illi Corrupticolæ dicti sunt, isti Phantasiastæ; non quod Phantasiastæ negarent, verum esse Christi corpus ut Manichæi; sed quod naturales ejusmodi affectiones in Christo, non re ipsa, sed specie & apparentia, fuisse dicerent.

THEMISTIUS DIACONUS.] Fit ejus mentio in concilio Lateranensi sub Martino I. & in VI. synodo generali, quo utroque in loco excerpta ex ejus libris proferuntur pro una voluntate & operatione: ex iis autem quæ proferuntur, proditur hostis partium Theodosii, qui de sede Alexandrina dejectus est; nam & ipsius sermo secundus oblatus est *Theodoræ ab hæresiarcha Theodosianorum*, & scripsit adversus Colluthum Theodosii defensorem.

THEMISTIANI.] Dicti sunt etiam Agnoetæ, censitique inter hæreticos, non quia negabant cognitam fuisse Christo, ut homini, supremam diem; id enim abnuerunt plurimi patres; sed quod id consequens putarent ex consubstantialitate Christi nobiscum, in quo fallebantur: quamquam hæretici forsan dicti sunt, non quia id sentirent, sed quod ea sententia faceret hæreticorum dissidium.

CAPUT XX.

DE GAIANO ET THEODOSIO.

DUM hæc Alexandriæ aguntur, defuncto Bonifacio papa Romano, Joannes cognomento Mercurius sedis apostolicæ suscepit præsulatum.

Ad quem missi sunt ab imperatore Justiniano Hypatius Ephesiorum episcopus, & Demetrius a Philippis consulere sedem apostolicam, contra legatos Acumicorum Cyrum & Eulogium, [1] negantes esse confitendum, beatam Mariam vere & proprie Dei genitricem; & unum de Trinitate incarnatum, & carne passum. Sed papa Joannes, nobis ibi positis, hoc confitendum epistola sua firmavit, & imperatoris direxit.

A cujus communione discedentes Romæ quidam monachi, [a] Acumicorum legatos secuti sunt, & usque nunc hanc de Christo confessionem non suscipiunt.


Ea tempestate mortuo Epiphanio Constantinopolitano episcopo, Theodora augusta Anthimum transtulit in eamdem sedem, qui fuit episcopus civitatis Trapezuntis regionis Ponti, latenter Calchedonense concilium non suscipientem.

Verum defuncto Timotheo Alexandrino episco-

1. Ms. *Negantes esse confitendum — epistola sua firmavit.*

a *Acumicorum*] Labb. *Acymicorum*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



po, studio & permissione Calotychii cubicularii, partis Theodoræ Augustæ, Theodosius ordinatur: qui licet haberet cleri decretum, contradicere volentibus non permisit certamen populis: monachi quos non habuit, pro Gaiano fuerunt.

Consuetudo quidem est Alexandriæ, illum qui defuncto succedit, excubias super defuncti corpus agere, manumque dexteram ejus capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo beati Marci pallium, & tunc legitime sedere: dum hæc Theodosius *nocte* pertentat, cognoverunt populi & monasteria, quid esset factum vespere in episcopio, studio Calotychii & judicum, id est, Aristomachi ducis & Dioscori augustalis: mox Theodosium persecuti sunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei.

Inthronizaverunt autem Gaianum, qui fuit tunc archiepiscopus ex parte assertorum incorruptibilitatis: habens autem consentaneos aliquantos ex clero, & possessores civitatis, & corporatos, & milites, & nobiles, & omnem provinciam, permansit ita Gaianus in episcopatu dies centum tres: post hæc a judicibus pulsus abscessit.

Et post menses duos Narses cubicularius missus ab Augusta Theodora, Theodosium quidem inthronizavit, porro Gaianum misit in exsilium; qui adductus Carthaginem magnam, & inde quasi Sardiniam directus, quid de eo contigit ignoratur.

Mansit autem Theodosius in sede annum unum & menses quatuor, paucis ei communicantibus: plurimi enim communicabant ad nomen Gaiani.

Populi autem pugnaverunt pro Gaiano multis diebus, qui cæsi a militibus majorem sui partem amiserunt: sed & militum major cecidit numerus. Vincebatur autem Narses, non armis sed civitatis concordia: de superioribus domorum jactabant mulieres super milites, quidquid manibus occurrisset: at ille igne *vicit*, quod ferro non potuit.

Divisa est usque nunc illa civitas hoc schismate, ut Gaianitæ & Theodosiani in ea vocentur, id est, Phantasiastæ & Corrupticolæ.

Novissime Theodosius de sede discessit, non ferens seditiones & bella, quæ contra eum exercebantur a populo: missus est Constantinopolim cum honore, eo quod ita Augustæ scripta præciperent: quo illo veniente, promittebat Augusta imperatori, quoniam posset Theodosius Calchedonensem suscipere synodum: sed persistente & nolente eo, cum ejus voluntate, foras civitatem regiam sexto milliario in exsilium missus est, juxta basilicam Arisphocæ, in via quæ ducit ad *Stomaponti*, vivitque usque nunc.

HYPATIUS EPHESIORUM.] Reversus a Romana legatione habuit anno 533. Constantinopoli, jubente imperatore Justiniano, collationem cum Severianis, quæ reperitur Tom. IV. recentioris CC. GG. editionis: continet vero quædam de epistola III. Cyrilli ad Nestorium, de libris ejusdem contra Diodorum & Theodorum, de operibus Dionysii Areopagitæ, & de Theodoreto, quæ merito possunt ad examen vocari.

DEMETRIUS A PHILIPPIS.] Cæsariensem vocat Baronius, & ex eo Binius in notis ad concilium Romanum, de iis quæstionibus celebratum a Joanne pontifice: conciliari posset uterque cum Liberato Philippensem faciente, nisi metropolitam Baronius faceret: fuit enim episcopus Cæsareæ Philippi in Palæstina, quæ civitas Tyrio antistiti suberat; non fuit Philipporum in Macedonia, quæ metropolis.

CONTRA LEGATOS ACUMYCORUM.] Sunt qui Acœmetas putent infectos fuisse errore Eutychis a Petro Cnapheo, cum is a Zenone imperatore depositus, apud ipsos delituit, si credimus Nicephoro, donec a Basilisco tyranno restitueretur in sedem, *lib.* XVI. *cap.* XII. Verum hæc A opinio constare non potest cum Justiniani accusatione, ut nemo non videt; quare credibilius est Acœmetas, qui & Eutycheti olim, & Eutychianis fortiter tunc temporis resistebant, æstu pugnæ abreptos, vix non in oppositam Nestorii partem abiisse: cum enim intelligerent firmamentum Eutychianæ hæresis præcipuum illud esse, quod beata virgo proprie sit Deipara; quodque unus de Trinitate incarnatus dicatur ac crucifixus; cumque, misera quadam temporum credulitate, ut tradit Facundus, persuaderent sibi, nihil esse medium inter Eutychen & Nestorium, fassi sunt illi quidem, quod jubebat fides catholica, ejusmodi propositiones duas esse veras; sed negabant esse veras proprie, id est, eodem absolute modo, quo, vel una quælibet mulier sui filii parens dicitur, vel aliquis hominum passus dicitur, cum necatus est. Vide Facundum *lib.* I. *cap.* IV. Inde iram Justiniani imperatoris & Epiphanii novæ Romæ episcopi in se concitarunt: sed quod fatendum est, tunc temporis parum eru- B dite aut saltem exacte disputabatur.

NOBIS IBI POSITIS.] Aut hæc falsa sunt, quod vix credam; aut Liberatum oportet, bis venisse Romam; semel vivente Joanne, iterum post Agapeti ordinationem: nam concilium Romanum, ex quo Joannes Justiniano respondit, VIII. Kal. April. habitum est anno 534. concilium vero Carthaginiense, ex quo missus est Romam Liberatus diaconus, cum episcopis duobus Caio & Petro, collectum est quidem eodem anno, sed sub finem autumni, ut postea ostendemus; non nisi tamen, post obitum Joannis, qui contigit anno 535. die 26. Aprilis, legati solverunt ex Africa, quamquam non prius quam relatum esset de morte Joannis & Agapeti ordinatione; synodica enim quæ Joanni inscribitur, ab Agapeto accepta est, qui & responsum dedit, simulque familiares litteras ad Reparatum, ex quibus id totum discimus. Sic autem se habent: *Fraternitatis tuæ litteris indicasti, post epistolam decessori meo dirigendam, inter navigii suscipiendi moras quas* C *biemis continuatæ generabat asperitas, ordinationem nostram tibi omnipotentis Dei beneficio nuntiatam, & gratulatum te fraternitatis affectu, quia pontificatus mihi dignitas indulsit officium, quod de sinceritate tua non sumus admirati. Præterea ad ea quæ Caius & Petrus fratres, & coepiscopi nostri, sed & Liberatus diaconus filius noster, ut apud nos agerent verbo a fraternitate tua sibi injuncta direxerunt, congruum putavimus verbo dare responsum: data V. Idus Septembris post consulatum Paullini V.C.* Liberatus ergo venit primum ad Joannem, nuntiaturus de Reparati ordinatione; deinde ad Agapetum, gratulaturus de assumtione, & res concilii Africani gesturus.

THEODOSIUS.] Mentio fit in concilio Lateranensi sub Martino I. Tomi a Theodosio ad Theodoram Augustam scripti, unde hæc decerpta sunt: *Reliquum est ut una sit operatio ex utrisque deifica, quoniam unius esse & ejusdem dicimus Deo decibilia omnia, atque irreprehensibiles passiones.* Et post nonnulla, *unam esse Deo dignam operationem com-* D *positi Christi secundum divinitatem & humanitatem, sancti & sapientes patres prædicaverunt.*

VIVIT USQUE NUNC.] Scripsit ergo Liberatus sub Justiniano imperatore: nam Theodosius de quo loquitur, obiit primo Justini Junioris anno, si credimus Victori Tunonensi.

CAPUT XXI.


DE AGAPETO PAPA & Anthimo Constantinopolitano episcopo.

E VErum mortuo Joanne Mercurio, Agapetus archidiaconus Romanæ ecclesiæ papa [1] ordinatur, in regulis ecclesiasticis apprime eruditus.

Quo tempore Theodatus rex Gothorum scribens ipsi papæ & senatui Romano, interminatur, non solum senatores, sed & uxores & filios, filiasque eorum gladio se interemturum, nisi egissent apud imperatorem, ut destinatum exercitum suum de Italia submoveret: sed papa pro eadem caussa legatione suscepta, Constantinopolim profectus est: & primum quidem honorifice suscipiens directos sibi ab imperatore, sprevit tamen Anthimi præsentiam, eumque ad salutandum suscipere noluit: deinde,

1. Ms. *Ordinatur, vir in regulis.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



viso principe, caussam agebat legationis susceptæ. Imperator autem pro multis fisci expensis ab Italia destinatum exercitum avertere nolens, supplicationes papæ noluit audire. At ille, quod [a] *suum* fuit, Christi legatione fungebatur.

Denique petentibus principibus, ut Anthimum papa in salutatione & communione susciperet, ille fieri inquit posse, si se libello probaret orthodoxum, & ad cathedram suam reverteretur. Impossibile esse ajebat translatitium hominem in illa sede permanere: Augusta vero clam promittente munera multa, & rursus papæ minas intentante, in hoc papa perstitit, ne ejus audiret petitionem.

Anthimus vero videns se sede pulsum, pallium quod habuit, imperatoribus reddidit, & discessit, ubi eum Augusta suo patrocinio tueretur.

Tunc papa principis favore, Mennam pro eo ordinavit antistitem, consecrans eum manu sua in basilica sanctæ Mariæ. Fuit iste Mennas præpositus xenodochii majoris, quod vocatur Samson, genere Alexandrinus, suscipiens Calchedonensem synodum.

UT DESTINATUM EXERCITUM SUUM.] Qui duce Belisario Siciliam insulam ceperat, eratque in Italiam post hiemem deportandus. Vide Procopium lib. I. de bello Gothico.

PALLIUM.] Quod fuit insigne patriarchalis dignitatis; idem postea refertur de Paullo Alexandrino, exutum nempe esse pallio, cum deponeretur.

TUNC PAPA, cet.] Vide Evagrium lib. IV. cap. XXXV. ubi de Anthimi dejectione ab Agapeto silet, inseritque Anthimum inter Mennam & Epiphanium; quæ est hallucinatio ab omnibus rejecta: neque enim Epiphanium præcessit Anthimus, sed secutus est.

CAPUT XXII.

DE SILVERIO ET VIGILIO.

HIs peractis, constituens papa apud imperatorem apocrisiarium ecclesiæ suæ Pelagium diaconum suum, dum in Italiam reverti disponit, Constantinopoli obiit. De cujus decessu audiens Romana civitas, Silverium subdiaconum, Hormisdæ quondam papæ filium, elegit ordinandum.

Augusta vero vocans Vigilium Agapeti diaconum, profiteri sibi secreto ab eo flagitavit, ut si papa fieret, tolleret synodum, & scriberet Theodosio, Anthimo & Severo, & per epistolam suam eorum firmaret fidem; promittens dare ei præceptum ad Belisarium, ut papa ordinaretur, & dari centenaria septem. Lubenter ergo suscepit Vigilius promissum ejus, amore episcopatus & auri, & facta professione, Romam profectus est: ubi veniens, invenit Silverium papam ordinatum.

Quin & Ravennæ reperit Belisarium in eadem urbe sedentem, eamque obtinentem: cui tradens præceptum Augustæ, promisit ei duo auri centenaria, si Silverio remoto, ordinaretur ipse pro eo.

Belisarius vero Romam reversus, evocans Silverium ad palatium, intentabat ei calumniam, quasi Gothis scripsisset, ut Romam introirent.

Fertur autem, Marcum quemdam scholasticum, & Julianum quemdam prætorianum fictas de nomine Silverii composuisse litteras regi Gothorum scriptas, ex quibus convinceretur Silverius, Romanam velle prodere civitatem.

Secreto autem Belisarius & ejus conjunx persuadebant Silverio, implere præceptum Augustæ, ut tolleretur Calchedonensis synodus, & per epistolam suam hæreticorum firmaret fidem.

Qui mox de palatio egressus, quid de eo fieret, consiliariis suis locutus est: & veniens contulit se in basilicam beatæ [b] *Martyris* Sabinæ, ibique manebat: ubi & directus est ad eum Photis filius Antoninæ patriciæ, & præstito sacramento, invitabat eum venire ad palatium. Qui autem Silverio adstabant, persuadebant ei, ne Græcorum crederet juramentis: ille tamen exiit, & ad palatium venit.

Et illa quidem die pro juramento ad ecclesiam redire permissus est: ad quem rursus mandavit Belisarius, ut ad palatium veniret: qui de ecclesia exire nolebat, dolos sibi præparatos agnoscens. Sed postea orans, & caussam suam Domino commendans, exiit, & ad palatium venit: qui solus ingressus, a suis ulterius non est visus.

Et alia die Belisarius convocatis presbyteris, & diaconibus, & clericis omnibus, mandavit eis, ut alium sibi papam eligerent: quibus dubitantibus, & nonnullis *renitentibus*, favore Belisarii ordinatus est Vigilius. Silverius autem in exsilium missus est in civitatem provinciæ Lyciæ, quæ Patara dicitur.

Post ordinationem ergo suam compellebatur Vigilius a Belisario, implere promissionem suam quam Augustæ promiserat, & ut sibi redderet duo auri centenaria promissa. Vigilius autem timore Romanorum, & avaritia patrocinante, nolebat sponsiones suas implere.

Sed Silverio veniente Pataram, venerabilis episcopus civitatis ipsius venit ad imperatorem, & judicium Dei contestatus est de tantæ sedis episcopi expulsione, multos esse dicens in hoc mundo reges, & non esse unum, [c] sicut ille papa est super ecclesiam mundi totius, a sua sede expulsus. Quem audiens imperator, revocari Romam Silverium jussit, & de litteris illis judicium fieri, ut si probaretur, ab ipso fuisse scriptas, in quacumque civitate episcopus degeret: si autem falsæ fuissent probatæ, restitueretur sedi suæ.

Pelagius vero currens cum voluntate Augustæ, volebat irritum facere imperatoris præceptum, ne Silverius Romam reverteretur: sed prævalente imperatoris jussione, Silverius ad Italiam reductus est.


Cujus adventu territus Vigilius, ne sede pelleretur, Belisario mandavit: *trade mihi Silverium, aliequi non possum facere, quod a me exigis.* Ita Silverius traditus est duobus Vigilii defensoribus & servis ejus; qui in Palmariam insulam adductus, sub eorum custodia defecit inedia.

Vigilius autem per Antoninam Belisarii conjugem implens professionem suam quam Augustæ fecerat, talem scripsit epistolam.

DOMINIS ET IN CHRISTI DEI Salvatoris nostri caritate conjunctis fratribus Theodosio, Anthimo & Severo episcopis, Vigilius episcopus.

SCio quidem, quia ad sanctitatem vestram antea fidei meæ credulitas, Deo adjuvante, pervenit: sed quia modo gloriosa filia mea patricia Antonina Christianissima desideria mea fecit impleri, quod fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem. Salutans ergo vos gratia qua nos Deo nostro Christo Salvatori conjungimur, me eam fidem quam tenetis,

a *Suum*] Ita Labb. Antea *summum*: male.
b *Martyris*] Antea *Mariæ* perperam.
c *Sicut ille papa*] Labb. *sicut ille unus papa*.



Deo adjuvante, & tenuisse & tenere significo; sciens, quia illud inter vos prædicamus & legimus, ut & anima una sit & cor unum in Deo. [a] *Provectus mei, qui vester est, Deo adjuvante, nuntiare vobis gaudia maturavi ex meo animo, sciens fraternitatem vestram, quæ optabat, libenter amplecti. Oportet ergo, ut hæc quæ vobis scribo, nullus agnoscat; sed magis tamquam suspectum me sapientia vestra ante alios existimet habere, ut facilius possim, hæc quæ cœpi, operari & perficere.* Et subscriptio: *Orate pro nobis Deum, mihi fratres in Christo Domino nostro caritate conjuncti.*

Sub hac epistola Vigilius fidem suam scripsit, in qua duas in Christo damnavit naturas: & resolvens Tomum papæ Leonis, sic dixit: *Non duas Christum confitemur naturas, sed ex duabus naturis compositum unum filium, unum Christum, unum Dominum.* Et iterum.

Qui dicit in Christo duas formas, unaquaque agente cum alterius communione; & non confitetur unam personam, unam essentiam, anathema.

Qui dicit: quia hoc quidem miracula faciebat, hoc vero passionibus succumbebat: & non confitetur, miracula & passiones unius ejusdemque, quas sponte sua sustinuit, carne nobis consubstantiali, anathema sit.

Qui dicit, quod Christus velut homo misericordia dignatus est: & non dicit ipsum Deum Verbum & crucifixum esse, ut misereatur nobis, anathema sit.

Anathematizamus ergo Paullum Samosatenum, Dioscorum, Theodorum, Theodoritum, & omnes qui eorum statuta coluerint vel colunt.

Et hæc Vigilius scribens hæreticis occulte, permansit sedens. In quo impletum est illud testimonium, quod Salomon in Proverbiis dicit: * *Edent viæ suæ fructus, & consiliis suis saturabuntur.*

Ab ipsa hæresi afflictus Vigilius, nec coronatus, qualem vitæ terminum suscepit, notum est omnibus; sed redeamus ad caussam Alexandrinorum.

DE SILVERIO ET VIGILIO.] Luctuosam historiam singulari capite amat referre, ut Vigilio trium capitum damnatori tanto majorem faciat invidiam, quanto iniquiorem ejus primam ordinationem ostendit.

PELAGIUM DIACONUM SUUM.] Trium pontificum apocrisiarius fuit, Agapeti, Silverii & Vigilii: quamobrem in concilio Constantinopolitano ann. 536. sub Menna, sæpe dicitur sedis apostolicæ, ecclesiæ Romanæ diaconus, perinde ac Theophanes. Dicuntur etiam ibidem ambo diaconi Vigilii, sed per anticipationem, quoniam a Vigilio Romam properante, certoque adipiscendæ sedis apostolicæ, relicti sunt. Venit Pelagius primum Constantinopolim, ab Agapeto legatus ad Justinianum anno 535. remissus Romam a Justiniano anno 540. rursus Totilæ ad Justinianum legatione functus est, Romamque rediit rationem legationis redditurus, unde iterum ad Vigilium Constantinopolim positum reversus est, crediturque ipsum tamdiu retinuisse in sententia, de non damnandis tribus capitulis, quamdiu per ecclesiæ pacem licuit: tandem succedit Vigilio in sedem apostolicam ann. 555.

CONSTANTINOPOLI OBIIT.] Idem tradit Victor Tunonensis: sunt tamen, qui defunctum in via scribant: an non forte viam pro ipso ad viam procinctu dixerunt?

SILVERIUM.] Ope Theodati Gothorum regis, aut etiam vi ordinatum scribit Anastasius, unde species addita postmodum calumniæ, quasi faveret Gothis. Non desunt qui sancto viro simoniacam labem inurere conati sint, quasi auro gratiam Theodati redemerit; id temere ab Anastasio dictum maligne quidam defenderunt.

VIGILIUM.] Erat ille tunc temporis Agapeti non diaconus tantum, sed etiam apocrisiarius una cum Pelagio, atque etiam Theophane. Irrepserat autem vir ambitiosus in gratiam Augustæ Acephalæ, ejus ope ratus, se posse sedem apostolicam occupare: immo credibile est, quo apertius adularetur, se Acephalis, & præsertim Anthimo, æquiorem finxisse, judiciumque Agapeti de Anthimo quasi durius carpsisse.

ET PER EPISTOLAM.] Utique communicatoriam, cujusmodi postea refertur.

CENTENARIA SEPTEM.] Id est septies centum pondo auri, quæ si revocentur ad monetæ Gallicæ valorem, efficient sexcenta & amplius librarum Francicarum millia.

FACTA PROFESSIONE.] Professionis vox loco promissionis, vel a Liberato posita est, vel a librariis inducta, quod magis reor; profiteri enim apud Ciceronem promittere est: hæc autem promissio a Vigilio non verbo tantum, sed dato chirographo facta est.

RAVENNÆ REPERIT BELISARIUM.] Memoria fallitur: Ravennam posuit pro Neapoli, quam Belisarius recens ceperat; neque enim potitus est Ravenna, nisi post triennium. Vide Procopium *lib.* I. *de bello Gothico*.

ROMAM REVERSUS.] Quo tempore Vitiges obsidionem Romæ, ann. 538. Martio mense inceptam, urgebat. Vide Procopium *lib.* I *de bello Gothico*, & Anastasium *in Silverio*.

REGI GOTHORUM SCRIPTAS.] Vitigi, qui a Gothis vocatus ad regnum, peremerat Theodatum Silverio faventem. Sunt qui inde refellant illatam Silverio de proditione calumniam; quomodo enim Silverius, ut erat generoso animo, cum sui amici carnifice de re tanta egisset? quid si humani quiddam passus sit, cum Belisarium, cui se urbs die 10. Decembris dediderat, videret, Vigilii pontificatum affectantis negotium promovere?

SECRETO AUTEM BELISARIUS.] Vide totam hanc tragœdiam apud Anastasium in Silverii vita, & mirare duas feminas Theodoram Justiniani, & Antoninam Belisarii uxorem potuisse totam ecclesiam perturbare, religionemque convellere: quid non ausit muliebris animus, ubi spiritu sive religionis, sive ambitionis illuditur?

QUI SOLUS INGRESSUS.] Vigilium facit comitem Anastasius: rem enim a Liberato perstrictam explicatius ita refert: *Ingressis itaque Silverio & Vigilio solis in Mausoleo, Antonina patricia jacebat in lecto, & Belisarius sedebat ad pedes ejus. Et dum eum vidisset Antonina patricia, dixit ad eum: Dic domine Silveri papa, quid fecimus tibi, & Romanis, ut tu velis nos in manus Gothorum tradere? Adhuc ea loquente, ingressus Joannes subdiaconus regionarius primæ regionis, tulit pallium de collo ejus, & duxit in cubiculum; & exspolians eum, induit eum veste monachica, & abscondit eum. Tunc Sixtus subdiaconus regionarius regionis sextæ, videns eum jam monachum, egressus foras, nuntiavit ad clerum dicens: quia domnus papa depositus est, & factus est monachus, qui etiam audientes fugerunt omnes.* Verum Anastasius confundit duos Silverii cum Belisario congressus, duasque res quas Liberatus distinguit, addit enim: *Quem suscipiens Vigilius archidiaconus in sua quasi fide, & misit eum in exsilium in Pontias, & sustentavit eum pane tribulationis, & aqua angustiæ:* quæ longe postea contigerunt, nempe post reditum Silverii ex Patarensi exsilio.

IN EXSILIUM MISSUS EST.] De exsilio Silverii in Lyciam silet Anastasius, loquitur vero Procopius in hæc verba: *lib.* I. *de bell. Gothico cap.* XXV. *Deinde oborta suspicione, Silverium urbis Romæ pontificem defecturum ad Gothos: hunc quidem confestim transmittit in Græciam, alterum vero quempiam illi suffecit, Vigilium nomine, non secus & alios quosdam, & hos senatorios viros.*

VENERABILIS EPISCOPUS.] Ille ipse est, mea quidem sententia, Licinius sive Lucianus, qui in concilio Constantinopolitano sub Menna, annis ab hinc duobus, subscripsisse legitur.

IN QUACUMQUE CIVITATE.] Id est, in aliqua una civitate episcopus viveret, utique jam non Romanæ, sed civitatis illius. Baronius aliter interpretatur, vereor ut probabiliter, quasi nimirum imperator Silverium juberet, si reus probaretur, Romam non redire, sed retinere tamen summum pontificatum, quem in alia quacumque civitate gereret.

PELAGIUS VERO OCCURRENS.] Hinc perspicitur Pelagii cum Vigilio & Augusta conspiratio; intelligitur etiam quomodo Pelagius jam tum ageret res Vigilii, fungereturque aprocrisiarii munere.

IN PALMARIAM INSULAM.] Palmariam posuit pro Pontia insula vicina, cujus meminit Martyrologium Romanum.

DEFECIT INEDIA.] De martyrio Silverii paullo aliter

* Prov. I. 31.

a *Provectus*] Sic Baronius ad ann. Christi 538. §. XIV. & ex eo Labbeus. At editi passim *profectus*. Neque aliter Victor Tunonensis in Chronico ad ann. 542. *P. C. Basilii* II. ubi hanc Vigilii epistolam integram refert, sed pluribus mendis fœdatam, adeoque ex Liberato reformandam, ut infra in notis ad idem Victoris Chronicon observabimus. Paullo ante al. *inter nos præd.*

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.



quam Liberatus Martyrologium: nam ut parceret Vigilii A nomini, hæc habet ad diem 20. Junii: *Natalis sancti Silverii papæ & martyris, qui cum Anthimum episcopum hæreticum ab Agapeto prædecessore suo depositum restituere noluisset, agente impia Theodora Augusta a Belisario in exsilium pulsus ad insulam Pontiam, ibidem pro fide catholica multis ærumnis confectus defecit.*

Per Antoninam.] De hacce femina omnium, & impurissima, & audacissima, & crudelissima, vide historiam arcanam Procopii.

Dominis, cet.] In libris editis legitur, *Dominis & Christis*, titulum restituimus ex Victore Tunonensi, qui quidem epistolam refert ita inscriptam, *Dominis & in Christi Dei Salvatoris nostri caritate conjunctis fratribus Theodosio, Anthemio & Severo episcopis, Vigilius episcopus*. Qua ex inscriptione infringitur vis argumentorum, quibus commentitiam esse epistolam Baronius probat: neque enim inscripta est Justiniano & Theodoræ, quod Baronius credidit; evanescit etiam quod ex VI. synodo affertur, anathema dictum fuisse libellis, qui dicuntur facti a Vigilio ad Justinianum & Theodoram: evanescit pariter ratio petita ex insolentia inscriptionis, quæ longe alia est, quam quæ apud Liberatum corrupta vulgo legitur.

Sub hac epistola.] Epistolæ subjuncta fuit fidei professio, cum anathematismis quinque: fidei nihil, præter unam pericopen, Liberatus refert, qua continebatur venenum. Anathematismi priores quatuor in totidem sententias Leonis magni a concilio Calchedonensi receptas, sed perperam intellectas intorquentur: quintus vitiose legitur; pro Dioscoro enim Nestorius restituendus est: sententias Leonis dixi perperam intellectas, quasi duarum naturarum confessione excluderetur una persona: quare anathematismi priores quatuor videntur callide compositi, ad fallendos ipsos quibus scribebatur, hæreticos; ut cum laborarent præjudicio, suam in sententiam traherent, quod re vera tamen catholice diceretur. Verum nec inde potest excusari Vigilius, quemadmodum nec postea Honorius, cum per indignam sede apostolica œconomiam, non aperte docuit veritatem, quamvis sederet in cathedra doctoris ecclesiæ.

Nota vero, jam inde ab his primis temporibus cogitatum fuisse de damnandis III. capitulis, idque pactum esse Vigilium, si Theodoræ potentia sedem apostolicam occuparet. Testis Victor Tunonensis: *Post consulatum*, non Basilii, ut legitur, sed *Belisarii anno secundo*, id est, ann. 437. *Theodoræ factione Augustæ*, quæ *occulta esse synodi Calchedonensis numquam destitis inimica, ex quo regnare cœpit, proscriptionum insidiæ præparantur. Silverius Romanus episcopus exsilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinatur, a quo Theodora memorata Augusta, priùs quam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut papa effectus in proscriptione synodi Calchedonensis tria capitula condemnaret, id est, epistolam Ibæ Edesseni episcopi ad Marim Persam, quæ judicio synodi Calchedonensis approbata & orthodoxa judicata est, & gestis synodalibus sociata: Theodorum dein Mopsuestenum episcopum, synodaliter similiter gestis apud Antiochiam, sub Joanne episcopo ejusdem ecclesiæ, & Calchedone laudatum; & Theodoreti Cyri episcopi dicta, cum eodem Theodoreto synodi Calchedonensis vocibus collaudata:* si hæc vera sunt, damnatio Origenis non fuit in caussa, cur cogitaretur de damnandis tribus capitulis, sed cur damnatio urgeretur: verum suspecta potest esse merito schismaticorum duorum hac in parte fides.

Afflictus Vigilius.] Quid passus sit Constantinopoli atque Calchedone ab imperatore, cum narrat ipse, tum clerus Italiæ miserabiliter deflet in litteris ad legatos regis Galliarum: an vero missus sit in exsilium, in eoque plures annos manserit, disputant ecclesiasticæ historiæ tractatores; & mea quidem sententia, de voce sola litem movent: absentia enim ab urbe exsilii nomine appellata est, nec immerito, cum violenta esset.

Qualem vitæ terminum susceperit.] Hinc scimus Breviarium istud post mortem Vigilii scriptum esse, id est, post annum 555. quo anno contigit mors Vigilii.

Caput XXIII.

De Paullo Alexandrino archiepiscopo, & monachis Hierosolymorum.

Postquam ergo Theodosius Alexandrinus in exsilium missus est, Paullus quidam, unus abbatum Tabennensium monachorum, ad Alexandrinam sedem ordinatur episcopus, Pelagio interveniente apocrisiario Romano, plane orthodoxus, suscipiens Calchedonensem synodum. Ordinatus est a Menna B Constantinopoli, præsente eodem Pelagio responsario Vigilii, & apocrisiariis Euphræmii Antiocheni, & apocrisiariis Petri Hierosolymorum.

Severus autem Antiochenus jam fuerat condemnatus, & Anthimus Constantinopolitanus ab Agapeto papa Romano & Menna Constantinopolitano, ex libellis datis adversus eos imperatori Justiniano a præsulibus monasteriorum, præsulibusque primæ ac secundæ Syriæ, & præsulibus monasteriorum Hierosolymorum & Eremi: hoc ergo modo unitas facta est ecclesiarum, anno decimo imperii gloriosi Justiniani Augusti. * *Vide notas*.

Iste Paullus spretus erat Constantinopoli, ut *dicitur*, ab aliquibus monachis suis, & venerat C Constantinopolim pro se agere apud imperatorem. Qui divino nutu cathedram vacantem inveniens, meruit per Pelagium diaconum Alexandriæ episcopatum; accepitque ab imperatore potestatem super ordinationem ducum & tribunorum, ut removeret hæreticos, & pro eis orthodoxos ordinaret; per illos enim populi invalescebant.

Is Alexandriam descendens timore sui suaque industria omnem civitatem & omnia monasteria adduxerat suscipere Calchedonensem synodum, nisi interventu diaboli talis emergeret caussa.


Cogitante Paullo episcopo removere Eliam magistrum militum, Psoius quidam diaconus & œconomus ecclesiæ, amicus Eliæ, per portitores litte- D rarum velocissimos pedestres quos Ægyptii Symmachos vocant, omnia molimina Paulli Eliæ scribebat.

Contigit autem, Paullum invenire litteras ejus Ægyptiace scriptas, & legere: & timens quod de Proterio contigerat, solicitus de eo factus est, & cœpit Psoium compellere, facere rationes ecclesiæ: quem tradidit judici, & imperatori de eo retulit.

Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat augustalis, qui eum accipiens custodiendum usque ad imperatoris præceptum, consilio cujusdam prioris civitatis, nomine Arsenii, acceptis muneribus, inscio, ut fertur, episcopo, clam nocte totis viribus E eum magno cruciatu occidit.

Hujus filii & affines imperatorem interpellantes, suggesserunt ei, qua vi eorum parens debitum mortis persolvisset. Quod audiens imperator, vocavit Liberium, & fecit augustalem, misitque eum Alexandriam inquirere caussam. Ad quam urbem Liberius cum venisset, Rhodonem ad se venire jussit, & ab eo requirebat, quomodo occidisset diaconum. Ille vero respondit, jussione episcopi factum fuisse: habere se imperatoris delegationem ajebat, ut quidquid juberet episcopus, modis omnibus impleret.

Sed negante Paullo episcopo, & se nescire clamitante, prior ille civitatis Arsenius, homicidii illius auctor inventus, morte multatus est.



Porro episcopo Paullo Gazam in exsilium misso, Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim : cujus gesta cum intra palatium legerentur principi, jussit eum [1] ab scurrone duci, & foras regiam civitatem occidi.

Et post hæc misit imperator Pelagium diaconum & apocrisiarium primæ sedis Romanæ Antiochiam cum Sacris suis, quibus præcepit, ut cum Euphræmio ejusdem urbis episcopo, & Petrus Hierosolymita, & Hypatius Ephesinus venirent Gazam, & Paullo episcopo pallium auferrent, eumque deponerent.

Pelagius ergo profectus Antiochiam, & inde Hierosolymam, cum memoratis patriarchis & aliquantis episcopis venit Gazam. Et auferentes Paullo pallium deposuerunt eum, & ordinaverunt pro illo Zoilum, quem postea *apud Constantinopolim* imperator deposuit, & Apollinarem ordinavit, qui nunc est præsul ipsius Alexandrinæ ecclesiæ.

Sed redeunte Pelagio Constantinopolim, monachi quidam ab Hierosolymis per quos Pelagius in Gazam transitum habuit, venerunt *cum eo ad comitatum*, portantes capitula de libris Origenis excerpta, volentes agere apud imperatorem, ut Origenes damnaretur cum illis capitulis.

Igitur Pelagius æmulus exsistens Theodoro Cæsareæ Cappadociæ episcopo, volens ei nocere, eo quod esset Origenis defensor, una cum Menna archiepiscopo Constantinopolitano, flagitabat a principe, ut juberet fieri, quod illi monachi supplicabant, ut Origenes damnaretur, ipsaque capitula talia docentia. Annuit Imperator facillime, gaudens se de talibus caussis judicium ferre : jubente eo, dictata est in Origenem & illa capitula, anathematis damnatio, quam *subscripserunt*, una cum Menna archiepiscopo, episcopi apud Constantinopolim reperti.

Deinde directa est Vigilio Romano episcopo, Zoilo Alexandrino, Euphræmio Antiocheno & Petro Hierosolymitano, quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est mortuus, qui vivens olim fuerat ante damnatus.

Præsulibus monasteriorum.] Vide omnium supplicationes in concilio Constantinopolitano sub Menna.

Anno decimo imperii.] Facta est pax, omnibus patriarchis in unam Calchedonensis concilii fidem conspirantibus. Sed quomodo id contigit decimo anno Justiniani, cum unus patriarcharum Paullus ordinatus sit, præsente Pelagio Vigilii responsario, & Vigilius non dicatur ordinatus, nisi anno sequente die 22. Novembris ? An Vigilius Constantinopoli discedens, certusque adipisci sedem apostolicam, Pelagium ibidem reliquit suum, ut fuerat Agapeti, responsarium futurum ? hunc enim Agapetus eodem ibi munere fungi jusserat, immo ann. 535. Constantinopolim cum Theophane, altero sedis apostolicæ diacono miserat, ut constat ex concilio Constantinopolitano sub Menna, ubi vocantur archidiaconi. An ipse Vigilius non anno sequente, sed isto ordinatus est, cum Silverius die 17. Maii suffectus fuisset in locum Agapeti die 22. Aprilis vita functi ?

Spretus erat.] Id est accusatus, velut minus ad gubernandum idoneus, non propter simplicitatem, quod visum non nemini ; sed partim ob defensionem synodi & impugnationem Origenis, adversus Tabennesiotas in Dioscorum & Origenem propensos, partim ob imperiosam gubernandi rationem, atque cathedræ maximæ cupiditatem, unde contemtor monachorum a monachis vicissim contemnebatur.

Divino nutu.] Factum sit sane divino nutu, ut primum crearetur episcopus, propter fidei meritum ; at cum depositus fuisset aliquando, propter homicidii conscientiam, pecunia data Justiniano eaque grandi, redimere voluit restitutionem, sicut tradit Procopius *in hist. Arc. cap. xxvii.* Paullusque idcirco restituendus fuisset, nisi Vigilius pontifex Constantinopoli exsistens obstitisset.

Populi invalescebant.] Dubia lectio, si non falsa ; A probabilior sensus exsisteret, si legeretur, *hæretici invalescebant.*

Pelagius igitur.] Habitum fuisse concilium Victor tradit : *qui Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans, Palæstino concilio deponitur, & pro eo Zoilus ordinatur.* Quo anno contigerit, non ita facile potest definiri, tum quia scriptores inter se pugnant, & singuli obscure loquuntur ; & quamvis aperte dicerent sententiam, non magnam tamen mererentur fidem, quoniam falsa plura in hanc rem afferunt. Scriptorum alii ad ann. 537. referunt, ut Baronius ; alii ad 543. ut Panvinius ; alii ad ann. 539. aut 540. ut Victor Tunonensis, (si tamen definiti quidquam ex ipsius verbis non parum implicatis inferri potest) eodem quippe anno Silverium Agapeto successisse, & Paullum ecclesiam Alexandrinam capessivisse tradit : atqui Paullus post duos non totos annos in sede exactos depositus est, Zoilumque habuit successorem. Cum ergo Silverius ordinatus sit anno 536. die 17. Maii aut B 20. Junii, fatendum est, si Victorem audimus, Paullum ecclesiam Alexandrinam capessivisse, vel sub finem anni 536. vel sequentis initio ante diem 17. Maii, atque ita depositum fuisse vel anno 539. vel sequentis initio. Verum ea de quæstione prolixius in dissertatione.

Arsenius.] Procopius tradit, fuisse Palæstinum genere, secta Samaritanum : hic Theodoræ primum gratia, senator factus est, tum propter totam Samaritarum rebellionem palatio expulsus, mox in Augustæ odium incurrit, propterea quod cum Paullo ecclesiæ Alexandrinæ episcopo catholico, post ejectum Theodosium quem Augusta præfecerat, Alexandriam venisset, eique populi gratiam conciliasset ; denique cum occisi diaconi convictus foret, jussione Theodoræ actus est in crucem ab Augustali Liberio, publicatis etiam bonis, quæ ampla malis artibus coegerat : fertur christianum bis ementitus.

Imperator deposuit.] De Zoili depositione Liberato C Victor consentit, sive ad post consulatum Basilii XI. *Apollinarius Zoilo tria memorata capitula damnare nolenti episcopus Alexandrinæ ecclesiæ subrogatur*, sive cum *Apollinarem* scribit *vivente Zoilo promotum*. Evagrius dissentit, *Zoilo mortuo Apollinaris sedem Alexandrinam capessivit*. Vigilius in sententia damnationis adversus Theodorum Cappadocem, cum objicit ab eo sine auctoritate erasum de sacris diptychis Zoili nomen, & aliud perversoris atque adulteri Apollinaris scriptum, non tantum Liberato favet ; siquidem adulter dicatur, qui vivente sponso ecclesiam accipit ; sed etiam ostendit, depositum Zoilum anno 551. mense Julio ; sententiam enim adversus Theodorum tulit Vigilius eo ipso anno, xix. Kal. Septemb.

Qui nunc est præsul.] Inde nemo collegerit, quo tempore Liberatus scripsit ; vixit enim Apollinaris in episcopatu plures annos ; sed confecerit dumtaxat, scripsisse post annum 551. quo Apollinaris dicitur Zoilo successisse.


D Æmulus exsistens.] Uterque enim animo imperatoris insidiabatur, gratiamque aucupabatur ; uterque erat magnæ in aula auctoritatis ; Pelagius propter sedem apostolicam cujus res agebat, Theodorus ecclesiæ suæ autocephalæ nomine ; uterque doctrina pollebat ; uterque rebus agendis industrius ; uterque Justiniani, doctrinæ opinionem in throno captantis, ineptam vanitatem libris imperiali nomine inscriptis alebat ; uterque Augustæ consiliis serviebat, verum audacior Theodorus, Pelagius æqui retinentior.

Theodoro Cæsareæ Cappadociæ episcopo.] De ipso in vita S. Sabæ *num.* 105. Cyrillus monachus : *Postquam fuit ecclesia recens liberata ab hæresibus, & respiravit a longis illis tumultibus & perturbationibus, & fuit in ea quies & tranquillitas, malignus in eam rursus invidum injiciens oculum, movet adversus eam quosdam Nonni asseclas, Domitianum inquam & Theodorum : qui cum jam olim sentirent ea quæ Origenes, ubi etiam assumserunt auxilium temporis,* E *& eorum alter quidem Galatarum, Theodorus autem Cæsareæ Cappadociæ, creati sunt antistites, magnam suam ostentarunt potestatem.* Factus est, opinor, episcopus sub finem anni 536. nempe enim factus erat, quo tempore Mennas habebat concilium Constantinopoli : siquidem in ipso subscriptus legitur *Stephanus diaconus & legatus Sotherici sanctissimi episcopi Cæsarea metropolitani primæ provinciæ Cappadociæ*. Habuit vero concilium Mennas ann. 536. mense Maio, die 2. neque etiam diu post Cæsariensem ecclesiam obtinuit, ut colligitur ex litteris Vigilii. Mansit porro, prius quam episcopatum capesseret, annos aliquot in aula, in quam, opinor, venit cum post mortem Sabæ, tumultu facto in Syria, Constantinopolim petiit, quo imperatoris animum occuparet.

Dictata est in Origenem.] Quo tempore dictata sit, non est una scriptorum sententia : Baronius refert ad annum 537. alii ad decennium fere differunt : pendet quæ-

[1] Ms. *Obscurrone duci.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



ftio ex tempore quo Zoilus ordinatus eft, de quo vide differtationem rejectam in finem.

Fuerat ante damnatus.] Conftat ex initio confequentis capitis, maligne id pofitum, ne fcilicet Origenis damnatio poft mortem, præjudicium afferret adverfus trium capitulorum homines, poft obitum damnatos, quod nefas aiebant capitulorum patroni: loquitur autem Liberatus de concilio Alexandrino, quod adverfus Origenem Demetrius circiter ann. 231. coegit, cujufque nemo, quod fciam, meminit ante Hieronymum; qui & ipfe diverfa pugnantiaque tradidit, prout aliter aliis temporibus animo affectus fuit: nam in libro de Scriptoribus ecclefiafticis quem ante diffidium cum Rufino edidit, Demetrium dicit magna infania debacchatum in Origenem; poft diffidium, Demetrium ab Origene laceratum. Ante diffidium tradit Origenem, non propter dogmatum *novitatem aut hærefim damnatum, quod nunc adverfus eum rabidi canes fimulant; fed quia gloriam eloquentiæ ejus & fcientiæ ferre non poterant, & illo dicente omnes muti putabantur*. Poft diffidium, eumdem Origenem inducit ad Fabianum papam pœnitentiæ libellum fcribentem, quod ea litteris mandaffet quæ jure damnata funt.

Monachi quidam ab Hierosolymis.] Horum mentio fit in epiftola Juftiniani ad Mennam: quatuor appellat nominatim Evagrius *lib.* IV. *cap.* XXXVII. Eulogium, Cononem, Cyriacum & Pancratium. Vide differt. fubjunctam notis.

Deinde directa est.] Videtur Liberatus innuere, Juftinianum Mennæ prius quam Vigilio aliifque patriarchis fcripfiffe; immo coactum fuiffe a Menna Conftantinopoli concilium, in eoque ab epifcopis damnationem Origenis fubfcriptam, ante quam ad ceteros antiftites darentur litteræ: reclamat tamen Juftinianus ipfe in epiftola ad Mennam: *Hæc porro eadem, non folum ad fanctitatem tuam, fed etiam ad fanctiffimum & beatiffimum papam fenioris Romæ & patriarcham Vigilium, & ad ceteros omnes*, cet.

Euphræmio Antiocheno et Petro Hierosolymitano.] Ifta non cohærent cum iis quæ fcribit Theophanes: annum enim primum Petri conjungit cum decimo nono Juftiniani, qui incidit in annum Chrifti 545. & cum quarto Zoili; quod longe abeffe a vero, aperte docet rei totius hiftoria: quamquam Theophanes, dum hæc fcriberet, non longe receffit a vero, conjungens annos Juftiniani & Zoili; qui enim decimus nonus Juftiniani, quartus circiter fuit Zoili.

CAPUT XXIV.

DE PELAGIO ET THEODORO.

Et referato aditu adverfariis ecclefiæ, ut mortuus damnaretur, Theodorus Cæfareæ Cappadociæ epifcopus dilectus & familiaris principum, fecta Acephalus, Origenis autem defenfor acerrimus, & Pelagio æmulus, cognofcens Origenem fuiffe damnatum, dolore damnationis ejus, ad ecclefiæ conturbationem, damnationem molitus eft in Theodorum Mopfueftenum; eo quod Theodorus multa opufcula edidiffet contra Origenem, exofufque & accufabilis haberetur ab Origeniftis; & maxime quod fynodus Calchedonenfis, ficut probatur, laudes ejus fufceperit in tribus epiftolis: *hujus* damnationem memoratus Theodorus tali machinatione perfecit.

Scribente principe contra Acephalos, in defenfionem fynodi Calchedonenfis, accedens idem Theodorus Cappadox una cum fuis fatellitibus, qui fub nomine catholico Acephalis [1] ftudebant, cum Theodoræ Auguftæ favore, imperatori fuggeffit, fcribendi laborem non eum debere pati, quando compendio poffet Acephalos omnes ad fuam communionem adducere: *fiquidem illi*, inquit, *hoc offenduntur in fynodo Calchedonenfi, quod laudes fufceperit Theodori Mopfueftení epifcopi, epiftolamque Ibæ quæ per omnia Neftoriana effe cognofcitur, fynodus ipfa judicio fuo pronuntiaverit orthodoxam. Quod fi Theodorus cum dictis fuis & hac epiftola anathematizetur, fynodus, tamquam retractata atque purgata, fufcipietur ab eis per omnia & in omnibus: eis fine pietatis veftræ labore ecclefiæ catholicæ fociatis, gaudente univerfali ecclefia, clementiæ veftræ laus erit fempiterna.*

Hæc audiens imperator, & dolum doloforum minime profpiciens, fuggeftionem eorum libenter accepit, & hoc fe facere promtiffime fpopondit.

Sed rurfus illi callida fraude rogaverunt eum, ut dictaret librum in damnationem trium capitulorum: quo libro ejus edito, & toti mundo manifeftato, *dum emendare princeps erubefcit, irrevocabilis cauffa fieret: fciebant enim principem folita levitate, fcandalo emergente, fententiam fuam poffe corrigere, fe feque ad periculum pervenire.*

Annuit eis princeps, & hoc fe lætus implere promifit, & relinquens operis fui ftudium, unum in damnationem trium capitulorum condidit librum, pro delictis noftris, nobis omnibus notiffimum.

Cetera vero quæ fubfequenter, in epifcopis & catholica ecclefia, ab eodem principe facta funt, quomodo confentientes epifcopi in trium damnationem capitulorum, muneribus ditabantur; vel non confentientes depofiti, in exfilium miffi funt; vel aliqui fuga latitantes, in anguftiis felicem exitum fufceperunt, quoniam nota funt omnibus, puto nunc a me filenda.

Illud liquere omnibus credo, per Pelagium diaconum, & Theodorum Cæfareæ Cappadociæ epifcopum, hoc fcandalum in ecclefiam fuiffe ingreffum: quod etiam publice ipfe Theodorus clamitavit, fe & Pelagium vivos incendendos, per quos hoc fcandalum introivit in mundum.

EXPLICIT BREVIARIUM LIBERATI.

Dilectus principum.] Juftiniani quidem, propter commodatam in libris fcribendis mendacem operam; Theodoræ vero, quia Acephalus cum effet, fynodo Calchedonenfi detrahebat: utriufque fimul, ob affentationem & aulicam fervitutem, ac pæne idololatriam. Væ præfulibus aulæ amantibus, paftoribus ovium defertoribus, cet.

Molitus est damnationem.] Id fi qua fides Facundo *lib.* I. *cap.* II. confeffus eft Domitianus Ancyranus. *Domitianus Ancyrenfis quidem civitatis epifcopus provinciæ primæ Galatiæ, qui fuit ipfius Origenianæ hærefis manifeftus affertor, per libellum quem ad beatiffimum papam Vigilium fcripfit, Deo extorquente conf ffus eft, quod ejus complices, Origeniani, cum viderent non fe poffe proprium dogma defendere, neque fibi quidquam fpei de conflictu reftare, ad ultionem eorum quæ contra Origenem gefta funt, hæc ecclefiæ fcandala commoverunt*. Mirum vero Theodorum & Domitianum homines Origeni addictos in fufpicionem focietatis cum Acephalis veniffe. Verum ut erant tempora, Acephali vocabantur, faltem ab Afris, quofcumque fibi quifque duarum naturarum defenfor, adverfari crederet. Domitianus porro non perinde ac Theodorus ad V. fynodi tempora pervenit: nam cum enumerantur fynodi patres tertio decimo loco appellatur Anaftafius Tabiæ epifcopus vices agens *Dorothei epifcopi Ancyræ*.

Eo quod Theodorus.] Conftat aperte fatis, Theodoro Mopfueftenο non defuiffe occafionem carpendi identidem Origenem, qui allegoriis fuis omnia fere fcripturæ loca corrumpebat; Theodorus enim ita litteralem fenfum fequebatur, ut hac fortaffe de cauffa Cantica Canticorum interpretaretur aliquando profanius, quam ut ferre potuerint veteres. Verum quæ opufcula fcripferit adverfus Origenem, nemo in hunc ufque diem explicuit, quod fciam, lateretque adhuc, nifi Hebedjefu in Catalogo meminiffet Tomorum quinque fcriptorum a Theodoro contra Allegoricos, quos haberi tradit apud Syros, fed lingua Syriaca, in quam e Græca verfi funt. Allegoricorum nomine Origenem Origenifque fectatores intelligi, nemo non videt.

Laudem ejus susceperit in tribus epistolis.] Quas nempe Joannes Antiochenus fcripfit, cum ageretur de libris Theodori damnandis, quæque in fynodo Calchedo-

1. Ms. *Favebant*. — Sic item Labbeus.

nensi relectæ sunt: his adde epistolam Ibæ ad Marim Persam ibidem lectam, nec improbatam.

Scribente principe contra Acephalos.] Ad ejusmodi scriptum videri possunt pertinere verba hæc Agathonis papæ in litteris ad imperatores, cum ageret de Justiniani edictis pro fidei rectitudine toto orbe diffusis; *quorum unum, quod ad Zoilum Alexandrinum præsulem adversus Acephalorum hæresim missum est, pro apostolicæ fidei rectitudine satisfacere sufficiens, cum hac nostræ humilitatis suggestione, nostræ tranquillissimæ christianitati dirigentes per præsentium latores offerimus*. Et ista Victoris Tunonensis: *Post consulatum Belisarii anno secundo Justinianus imperator libros de incarnatione dominica edidit, & Illyricianos episcopos ad subscribendum coegit*: peccat Chronicum, nam pro Belisario legi debet *Basilius*: quod si non pariter peccet numerus, refellitur auctoritate Victoris Panvinius, cum Zoili ordinationem collocat ann. 543. atque etiam dissertator, qui ann. 544. nam Victoris more secundus post consulatum annus is ipse est, qui consulatum ἀμέσως sequitur: quare cum Basilii consulatus inciderit in annum 541. secundus post consulatum Basilii est 542. quo anno si Justinianus librum scripsit de Incarnatione adversus Acephalos, necesse est Zoilum anno 540. ordinatum fuisse: scripsit enim Justinianus post damnatum decreto Origenem; damnatus vero est, post reversum in urbem regiam Pelagium ab ordinatione Zoili Gazæ celebrata, lectosque & diligenter ad examen vocatos monachorum Palæstinorum libellos, morasque negotio Theodori artibus injectas: quæ contingere non potuerunt, nisi idoneo temporis spatio.

Sciebant enim, cet.] Locus erat obscurus in editis codicibus, in quibus pro *levitate pietas* legebatur: fuit vero restituendus ita, ut legeretur, *sciebant enim principem solita levitate, scandalo emergente, sententiam suam posse corrigere, se seque ad periculum pervenire*: quasi diceret Liberatus, sciebant Acephali, principem scripto vulgatoque libro esse retinendum in sententia, ne solita levitate, ubi emergeret scandalum, sententiam mutaret, ipsique Acephali in discrimen venirent.

Condidit librum.] De ipso, ut sibi bene noto, plura Facundus, quippe quem duodecim libris refellit acri sæpe & incensa oratione: quod ut licentius præstaret, præfatus est, non esse Justiniani, cujus fidem egregie laudat, sed aliorum imperatoris nomen mentientium. *Ege-*
A *runt*, inquit *lib.* II. *cap.* II. *callide per suos complices, sicut solent adversarii veritatis, ut ea ipsi quæ scribi fecerunt, etiam titulo nominis tui prænotarentur: existimantes quod proposito errore tuæ personæ, condemnationem vel etiam convictionem suæ temeritatis & falsitatis effugerent. Verum nos illa scripta nolumus tua dici, quæ scimus cognitæ nobis tuæ fidei contraria*: idem postea fusius *lib.* IV. *cap.* IV.

Muneribus ditabantur.] De suis Africanis loquitur, Reparato Carthaginiensis, Firmo Numidici, Primasio Byzaceni concilii primate, Verecundo Nicensi & Victore Tunonensi episcopo. Horum primus depositus est, ac in exsilium missus Euchaidam. Tertius ad suam sedem cum muneribus remissus, post damnationem trium capitulorum subscriptam. Firmus post decem annos in exsilio interiit pertinaciter renuens V. synodo assentiri. Verecundus & Victor e carcere in carcerem traducti, & tandem in monasteria detrusi sunt.

Aliqui fuga latitantes.] Latuit Facundus, ut ipse
B scribit in præfatione libri ad Mocianum.

Puto nunc a me silenda.] Et merito quidem: quid enim Afri non ausi sunt, aut quas pœnas ausis pares non meruerunt? Audiatur unus ipsorum: *Ad ann.* XI. *post consul. Basilii Africani antistites Vigilium Romanum episcopum damnatorem trium capitulorum synodaliter a catholica communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium capitulorum litteras satis idoneas Justiniano principi, per Olympium magistrianum mittunt. Eo tempore septem libri Facundi Hermianensis ecclesiæ episcopi refulsere, quibus evidentissime declaravit, tria sæpe fata capitula, in præscriptione fidei catholicæ & apostolicæ Calchedonensis concilii fuisse damnata.*

Theodorus clamitavit.] Fides sit penes auctorem iracundius scribentem; quamquam Theodorus aliunde satis, vel eo maxime, dignus est, cujus nomen sit infame, quod aulæ potentia abusus ecclesiæ mala intulit re-
C mediis pæne majora. Etsi porro negotium hoc vesano partium studio, infensisque incredibiliter animis susceptum est; fecit tamen, quod observat Evagrius, admirabilis Dei sapientia, quæ ipsa quoque mala convertit in bonum, ut in bonum ecclesiæ odia tanta cederent, & Origenis atque Theodori Mopsuesteni damnarentur errores, eo nocentiores, quo majoribus nominibus se efferrent.

Sæcul. VI.
circa
Ann. Chr.
554.



[1] BREVIARIUM

CAUSSÆ NESTORIANORUM ET EUTYCHIANORUM, COLLECTUM A LIBERATO

archidiacono ecclesiæ Carthaginiensis regionis sextæ.

[2] TITULI CAPITUM.

1. Ms. TELLIER. *Incipit Breviarium.*
2. Ms. *In hoc Breviario hæc sunt.*
3. Ms. deest *Macedonio.*

DISSERTATIO
AD LIBERATUM
DE QUINTA SYNODO,
& quæ eam præcesserunt.

Operæ pretium est, dissertatione complecti ea, quæ nec commode tractari potuerunt in notis ob brevitatem; nec debent tamen omitti propter necessitatem. Interest enim studiosi lectoris explicatius tradi ea, quæ Liberatus posterioribus quatuor Breviarii sui capitibus perstrinxit, &, ut ego quidem reor, non sine caussa, eaque honesta. Nam cum eo fere pervenisset, quo tendebat, ad V. nempe synodum, hæsisse de industria videtur, ac siluisse, quæ ad ipsam plurima scitu digna pertinent, veritus, ut par est credere, ne cum indulgeret affectui, id pateretur, quod gentiles sui Facundus & Victor, quos animi impotentia adegit, in summum pontificem ecclesiamque catholicam calumniose debacchari.

Ea vero quæ exponenda puto, revocari posse facile ad septem capita inde liquet, quod cum famosa illa tria capitula quæ caussam quintæ synodo dederunt, Justinianus edicto primum proscripsisset, deinde ab omnibus patriarchis damnari voluisset, nec tamen, quod ardentissime cupiebat, a Vigilio summo pontifice, perinde atque a suis orientalibus, obtinuisset, cogendam duxit œcumenicam synodum, quæ suis voluntatibus serviens id, vel invito Vigilio, ecclesiastica auctoritate perficeret, quod ipse prius imperatoria tentasset.

Venerat Imperator ad tria capitula edicto proscribenda, eorum artibus inductus, qui damnatum edicto prius Origenem dolerent, vellentque par pari referre damnationis auctoribus, quo vicissim dolerent gratiæ apud principem æmuli, & trium capitulorum patroni. Ita sibi mutuo negotium creabant, Theodorus Origenis, Pelagius trium capitulorum defensor: nam damnaverat Justinianus Origenem impulsu Pelagii, qui Mennam urbis regiæ episcopum traxerat in suas partes: Pelagius autem, cum Gaza Constantinopolim rediret, post depositum ex Alexandrina sede Paullum, & Zoilum substitutum, adduxit secum e Palæstina monachos Theodoro infensos, qui adversus Origenem libellos deferrent gratissimos Justiniano futuros: res enim ecclesiasticas, permissis uxori politicis, tractare ardebat.

Neutrum Imperatoris edictum, sive quo Origenes, sive quo tria capitula damnantur, ullam habet inscriptam temporis notam: unde non satis constat, dissentientibus scriptoribus, quo utrumque datum sit. Id tamen scire, ad historiam ecclesiasticam non mediocriter conducit.

Quare inquirendum puto, quo primum tempore Origenem Imperator damnavit, quo deinde tria capitula; sed tria inde apta connexaque simul discutienda sunt, de concilio Mennæ adversus Origenistas, de concilio ejusdem adversus tria capitula, & de Origene ipso, an re vera damnatus sit in V. synodo, hoc est de lite, quæ eruditum Halloixium nuperumque aliquem scriptorem exercuit. His quinque capitibus addenda videntur duo, alterum quo comprehendantur observationes ad singulas synodi A collationes, alterum de synodi ejusdem a summis pontificibus approbatione.

CAPUT I.

De tempore, quo Justinianus imperator adversus Origenem sanctionem edidit.

Liberatus *capite* XXIII. tradit Pelagium Ecclesiæ Romanæ Diaconum, sedisque apostolicæ apocrisiarium, cum ab ordinatione Zoili Constantinopolim reverteret, secum adduxisse monachos, qui deferrent Imperatori excerptas e libris Origenis sententias, & libellos precum, quibus flaB gitarent sententias cum suo auctore damnari. Tradit pariter, has preces a Justiniano libenter exceptas, annitentibus Pelagio & Menna præ invidia adversus Theodorum Cæsareæ Cappadociæ antistitem, secutumque, quod monachi postulabant, damnationis edictum, idque ad patriarcham missum esse, ac omnium subscriptione receptum.

Ex hac narratione apertum est, non melius posse tempus edicti adversus Origenem resciri, quam ex anno, quo Zoilus deposito Paullo suffectus est. Suffectum putat Baronius ante annum 537. Panvinius sexennio tardius. Baronio accedunt viri doctrina nobiles: Panvinio nuperus quidam dissertator. Utrimque rationum momenta adducuntur, C quæ suis auctoribus non levia videntur: expendere singula nec parvi laboris est, nec admodum necessarii.

Neque ego Baronium audiendum puto, neque Panvinium: ille enim citius quam oportet, iste serius ordinationem Zoili collocat. Quare media mihi videtur tenenda via, dicendumque, præfectum fuisse Zoilum Alexandrinæ ecclesiæ non ann. 537. quod Baronius vult; non 543. quod Panvinius; non 544. quod alicubi nuperus dissertator, sed ann. 540. aut forte 539. quæ tria sic demonstro.

Et primum quidem adversus Baronium. Zoilus suffectus est in locum Paulli Tabennesiotæ, qui D duobus annis sedit: Paullus sedem accepit Theodosii expulsi, postquam annum unum & menses quatuor ecclesiæ Alexandrinæ præfuisset. Theodosius sedere cœpit solus, post ejectum Gaianum, qui menses tres cum aliquot diebus Alexandriæ fuit episcopus. Theodosius & Gaianus successerunt Timotheo Asterio, qui sedisse dicitur annos septemdecim: successit ille Dioscoro Juniori ann. 519. sub finem, ut ex epistola LIV. Hormisdæ papæ colligitur. Si ergo ab ann. 519. sedit Timotheus annos 17. defunctum oportet ann. 536. cui numero adde tempora Theodosii & Paulli, quæ quatuor fere annorum, necesse est ut Zoilus non sit ordinatus ante annum 539. aut 540.

Adversus Panvinium & Dissertatorem eodem argumento uti licet. Nam ultra annum 540. differri non potest Zoili ordinatio, nisi vel augeatur

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.

numerus annorum, quibus quisque prædictorum episcoporum sedit; vel ordinatio Timothei differatur longe ultra annum 521; vel sedes Alexandrina vacasse dicatur aliquamdiu: atqui nec augeri potest annorum numerus, quibus quisque episcopus sedit, nisi apertæ & ab iis ipsis quibuscum agimus, confessæ auctoritati repugnetur; neque etiam dici potest Alexandrina vacasse sedes: quando enim? non certe ante ordinationem Zoili: cum iisdem a judicibus, eodem in concilio Gazensi, depositus sit Paullus, & substitutus Zoilus. Non ante ordinationem Paulli: nam Constantinopoli Paullus suffectus est in locum Theodosii appulsi ad urbem regiam, & pertinaciter recusantis synodum Calchedonensem recipere. Non post obitum Timothei: Gaianus siquidem & Theodosius a suis partibus electi sunt, nondum elato Timothei corpore. Non post obitum Dioscori Junioris, & ante ordinationem Timothei: mos enim Alexandrinæ ecclesiæ id dicere non sinit; quandoquidem, nisi insolens aliquid contingeret, electus episcopus ad defuncti decessoris corpus excubias agebat, ut tradit Liberatus *capite* xx. Si quid vero tunc temporis insuetum contigisset, nemo utique scriptorum siluisset. Neque etiam potest ordinatio Timothei ultra annum 521. immo nec ad annum 521. differri; quod, ne caussam Panvinii desereret, tentavit Dissertator; nam Severus fugit Antiochia Alexandriam ann. 519. ut tradit Evagrius; exceptus vero est Alexandriæ a Timotheo, qui eo tempore quo fugit Severus, *mortuo Dioscoro Juniore Alexandrinæ ecclesiæ susceperat pontificatum*; verba sunt Liberati.

Obtendit Dissertator, locum hunc Theophanis, quo se tueatur: *Eo nuntio accepto fugit Severus, & pariter Julianus Halicarnassi episcopus, & Dioscoro Alexandrinum adhuc episcopatum administrante, in Ægyptum profecti*, cet.

Sed miretur, nec immerito, quispiam, adduci testimonium aperte vitiosum, ab homine qui doctus audire ambit: nam primo Theophani contradicit Liberatus fide multo dignior, cum res sui temporis scribat, Theophanes duobus sæculis remotas: deinde permisit imponi sibi Dissertator ab interprete, qui Theophanis textum interpolavit, non tantum addita voce, *adbuc*, cui nulla respondet in græco, sed etiam istis, *Dioscoro Alexandrinum episcopatum administrante*, relatis ad verbum alterum quam ad proprium. Postquam enim Theophanes dixit Vitalianum tanta auctoritate polluisse, ut *Severum juberet expelli, & occidi*, sic græce pergit. Ὁ δὲ Σεύηρος ἀκούσας ἔφυγεν καὶ Ἰουλιανὸς Ἁλικαρνασσοῦ ἐπίσκοπος, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπελθόντες ταύτην ἐτάραξαν, τὸν περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου λόγον κινήσαντες, Διοσκόρου ἐπισκοποῦντος Ἀλεξανδρείας: id est, *Id cum audisset Severus, fugit pariter ac Julianus Halicarnassi episcopus, & postquam pervenerunt in Ægyptum, hanc, sermonem moventes de corruptibili & incorruptibili, perturbarunt, Dioscoro Alexandriæ episcopatum gerente*.

Ex his nemo non indoctus valet deprehendere tria Theophanis peccata, propter quæ fides ipsi merito derogetur: nam primo, conjungit utriusque episcopi fugam, cum Julianus Severum prævenerit: secundo, motas ait de corruptibili & incorruptibili quæstiones Dioscori temporibus, cum sub Timotheo id contigisse expressis verbis Liberatus tradat, Liberatoque alii quique consentiant: tertio, annum Dioscori tertium cum secundo Justini in eodem laterculo collocat: quo pacto indicat incidisse annum tertium & ultimum Dioscori in annum Christi 519. cum is fuerit secundus Justini. Quare videri posset alicui, omissum aliquid in græco, legendumque Διοσκόρου ὄντος ἔτι ἐπισκοποῦντος. Verum quomodo, retenta lectione, possit utcumque benigna interpretatio verbis Theophanis adhiberi, postea ostendetur; sed simul vanus Dissertatoris conatus infringetur.

Jam vero, quod idem Dissertator asserit a Theophane *anno tertio Justini*, *nempe* 521. *Dioscoro mortuo*, *Timothei initia recitari*, nihil caussam juvat: nam quod asserit, vel de Theophanis textu vult intelligi, vel de laterculo; si de Theophanis textu, omnino falsum est: neque enim in textu, vel uno verbo, fit sive Dioscori mortui, sive Timothei episcopatum auspicantis mentio. Si de laterculo seu canonio, verum est quidem, quod asseritur de Timotheo; sed miror, quei fugiat virum, ut ipse quidem ait, navum ac diligentem, erudita interpretis nota de canoniorum vitiis nemini non obviis, & propter quæ nullam ferme fidem faciant, nisi aliunde adjuventur; omnem sibi derogent, si textui contradicant: contradicunt vero manifeste hac in parte: nam qua ratione Theophanes, cum annum primum Dioscori referat ad annum ultimum Anastasii, nec plures illi tribuat quam tres sedis annos, tempus sedis potuit ad annum 521. producere? Vidit hanc difficultatem Dissertator, finxitque, quo se expediret, addendos aliquot menses ad annos Dioscori, propter quos pervenisse dicatur ad annum 521. Sed dum hac fuga sibi consulit, non advertit, ea se fictione laterculorum fidem infringere, in quibus tertium dumtaxat de Dioscoro fit mentio: cum deberet quintum aut quartum saltem, si modo ad alios annos ipsius sedes pertinuisset.

Sed Dissertatorem juvat tantisper cum Theophane componere, ut vel Theophani præstitam fidem ejuret, vel ab eo cujus testimonium adducit, revincatur falsi. Zoilum ait Dissertator ann. 544. ordinatum *pag.* 47. *linea ultima*: inde sequitur, primum Zoili annum convenire cum decimo octavo Justiniani, & depositionem Zoili contigisse ann. 551. Theophanes utique aperte contradicit: nam primum Zoili annum conjungit cum decimo sexto Justiniani; depositionem, cum vigesimo tertio, qui Christi annus 549. quo anno Theophanes Apollinaris qui Zoilo successit, ingressum ponit.

His opinionibus eversis constat, Zoilum ordinatum fuisse annos circiter 540. nam Dioscorus Junior decessit ann. 519. exeunte. Timotheus Asterius Dioscori successor obiit ann. 536. Theodosius qui Timotheum excepit, dejectus est circiter ann. 538. dejectus etiam Paullus Theodosii successor post annos sedis duos. Zoilus igitur circiter ann. 540. ordinatus est.

Non procul ab hac opinione recedit Victor Tunonensis, qui ad Basilii consulatum (contigit ann. 541.) videtur referre ordinationem Zoili. Sic enim habet: *Basilio V.C. Cos. Agapito archiepiscopo Romano Constantinopoli mortuo, Silverius pro eo episcopus ordinatur. Alexandrinæ vero Ecclesiæ, Theodosio & Gaiano exsulatis, Paullus pro eis Tabennesiotarum monachorum a defensoribus synodi Calchedonensis ordinatur, qui Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans, Palæstino concilio deponitur, & pro eo Zoilus ordinatur episcopus*. Sed ut ingenue fatear, testimonium Victoris non magni est momenti; siquidem nihil perversius hocce chronico, præsertim circa isthæc tempora. Nam primo, sub consulatu Basilii, id est ann. 541. po-

nit Zoili & Silverii ordinationem, cum certo certius sit, ordinatum esse Silverium ann. 536. Deinde ponit anno sequente, qui 542. exsilium Silverii; Silverius tamen procul dubio obiit ann. 538. die 20. Junii. Præterea, cum sub uno eodemque anno conjungat ordinationem Agapeti pontificis & mortem Timothei Asterii, quæ conjunctio non abest procul a vero; utramque tamen refert ad consulatum Joannis, id est, ad annum 538. quod absurdissimum: tum quia Agapetus Joanni II. successit ann. 535. die 3. Maii; tum quia vita Timotheus excessit ann. 536. Denique collocat per intolerabilem *ἀντιχρονισμὸν* ingressum Agapeti Constantinopolim, depositionem Anthimi, & ordinationem Mennæ, sub consulatu Justini, qui annus B 540. Nam Mennas post obitum Agapeti a quo subrogatus fuerat in locum Anthimi ejecti, habuit ann. 536. in urbe regia synodum adversus Anthimum: quod ex actis certissimis constat.

Non longe pariter ab hac opinione abest Theophanes, qui Zoilo septem episcopatus annos tribuit, primumque conjungit cum quinto Vigilii: hoc enim pacto ostendere videtur, Zoilum ordinatum fuisse ann. 541. In hunc siquidem annum incidit quintus Vigilii: verum, neque hoc testimonium majoris per se faciendum puto, quam quod dixit Victor: utrumque tamen prætermittendum non fuit, quia plurimum valet adversus quosdam, utriusque chronographi auctoritate importu- C ne abutentes.

Unum sentio posse objici, quod, sin minus Theophani de annis quibus sedit Zoilus, derogetur fides, negotium facessat: Zoilum enim depositum fuisse ann. 551. non tantum Victor Tunonensis indicat, sed etiam ostendit Vigilius papa in sententia damnationis adversus Theodorum Cappadocem lata. Nam si ita se res habet, ordinatum oportet Zoilum ann. 544. si modo tenuit septem annos sedem Alexandrinam, quod Theophanes & Nicephorus Constantinopolitanus tradunt. Verum cum eadem sit Theophanis & Nicephori auctoritas, ut in præfatione demonstratum est; cumque nulla debeatur hac in parte Nicephoro fides, quip- D pe cujus computatio vitium manifestum continet; non est quod objectio nos deterreat a vero. Vitiosam porro esse Nicephori computationem, inde liquido patet. Inter Joannis Machiotæ obitum, qui contigit ann. 517. ineunte, & depositionem Zoili, quæ ann. 551. mense Julio sub finem, numerantur anni ferme 35. computatis extremis duobus, propter unius initium & alterius inclinationem: ex his annis, constanti omnium opinione, Dioscoro Juniori tres tribuuntur, Timotheo Asterio septemdecim, duo ad summum Gaiano simul & Theodosio, duo itidem Paullo, cum mensibus aliquot, quot nempe intercesserunt inter ipsius ejectionem Alexandria Gazam, & depositionem Ga- E zæ factam. Quare supersunt anni ferme undecim, non alteri certe quam Zoilo tribuendi; huic tamen a Nicephoro tribuuntur dumtaxat septem: apertum igitur est Nicephori in annis Zoili computandis vitium.

Quod porro dixi intercessisse menses aliquot inter ejectionem Paulli ex urbe Alexandria, & ejusdem depositionem in concilio Gazensi, ex eo approbatur, quod de ejectione relatio missa sit ex Ægypto Constantinopolim, & inde mandato principis missus Pelagius de via Antiochenum Hierosolymitanumque antistitem convenerit, secumque deduxerit Gazam ad judicium: quæ procul dubio non fiunt sine idoneo temporis spatio, sive propter intercapedinem locorum, sive ob personarum conditionem.

Sed hinc confirmatur nostra de tempore ordinationis Zoili opinio: si enim undecim annos ille præfuit ecclesiæ Alexandrinæ, fuit certe ordinatus ann. 540. mense Julio; depositus quippe est ann. 551. mense Julio. Neque credibile est sententiam Vigilii adversus Theodorum, diu post depositum Zoilum, aliaque simul patrata scelera, fuisse dilatam; siquidem omnia ferverent animorum æstibus, nec deceret tantis tamque exacerbatis malis lenta adhibere remedia. Cum igitur damnatio Theodori consignata sit XIX. Kal. Septembris, fiatque in ea mentio excommunicationis ante triginta dies latæ contra Theodorum; probabile est, si non certum, mense Julio ineunte patratum id fuisse a Theodoro, quod Vigilius his verbis queritur. *In domo Placidiana, cum græcarum vel latinarum partium episcopis qui in urbe regia aderant, & presbyteris, & diaconibus Constantinopolitanæ ecclesiæ convenisti; ibique sub magnæ vociferationis contestatione, tam nos quam frater noster Mediolanensis episcopus prohibuimus, ne aliquis vestrum prævaricationi communis constituti, contemta fraternitate præberet assensum. Tu autem sedis apostolicæ interdicentis per nos auctoritate despecta, ad ecclesiam in qua edicta ipsa pendebant, reliquos tecum attrahens, perrexisti, ibique aliis adjectis prævaricationibus, missarum solemnia celebrasti: & quasi nihil tibi esset primæ sedis antistitem præsentem & contradicentem contemsisse, pontificem etiam Alexandrinæ ecclesiæ sacerdotem fratrem nostrum Zoilum, cujus nomen usque ad memoratum diem communicatum vobis fuerat, diptychis eximentes, Apollinarem quemdam perversorem, atque ecclesiæ ipsius adulterum vobis sociastis, ut vestra iniquitas, non solum in removendo simplicissimo sacerdote, sed etiam in recipiendo patefieret perversore. Reticemus interim alia, quæ eodem die a vobis in apostolicæ sedis & in canonum perpetrata probantur injuriam; ne detenti enumeratione culparum quarum inventor ostenderis, quod tibi competit, diutius differamus. Et licet ante triginta dies, pro memoratis excessibus vestris, ab apostolicæ vos communionis removissemus consortio*, cet.

Ex his autem, quæ hactenus ostensa sunt de Zoili ordinatione, facile est concludere, quo anno Justinianus suum adversus Origenem edictum scripserit. Nam cum Pelagius post Zoili ordinationem e Palæstina reverteretur, incidit in monachos, qui, cum libellis precum & querelis, excerpta de libris Origenis in urbem regiam deferebant. Quare si unum ferme annum positum, sive in reditu, sive in toto negotio apparando conficiendoque fateamur, quod simile vero, Justinianus dicetur circiter annum 541. librum suum confecisse, & in vulgus edidisse, ut Theologus audiret.

Quo tempore stupere potuit orbis, aut indignari potius, Imperatorem gladio in stilum verso, de rebus fidei agere cum monachis & presbyteris, sibique libros supponere, dum Theodora uxor orbi dominaretur, & bella per duces suos ubique ferme terrarum gereret.

Sed juvat aliquid de auctore edicti, delatoribusque precum monachis, observare. Sunt qui edictum a Pelagio diacono scriptum putent: sunt qui a monachis ipsis accusatoribus: nec desunt, qui utrisque tribuant; formam nempe Pelagio, materiam monachis, ut qui diuturnis cum Origenis parte concertationibus eruditi essent: credi-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



derim ego, præterea stilum a Menna commodatum. Nec enim distat multum ab eo, quo gesta a Menna adversus Anthimum conscripta sunt.

Videntur monachi, quos dixi, ab Evagrio appellati nomine, dum recitat quæ in V. synodo gesta sunt, eaque, non sine detrimento historiæ, permiscet cum actis in concilio, quod adversus Origenem Mennas jussione imperatoris in urbe regia contraxit, ut mox dicetur.

Sed prius solvendæ sunt de Zoilo quæstiones duæ; altera, an re vera depositus sit, aut morte sedem Apollinario cesserit: altera, si depositus sit, quæ fuerit depositionis caussa.

Depositum fuisse Afri duo Liberatus & Victor Tunonensis, summusque pontifex Vigilius tradunt; sed illi aperte, iste paullo obscurius; id enim habet in sententia adversus Theodorum Cappadocem: *Apollinarem quemdam perversorem, atque ecclesiæ ipsius adulterum vobis sociastis, ut vestra iniquitas non solum in removendo simplicissimo sacerdote, sed etiam in recipiendo patefieret perversore*: ubi cavillari posset quispiam, dicereque inde confici, expunctum quidem ex sacris tabulis eo tempore Zoili nomen, inscriptum Apollinarii; non autem Zoilum ipsum depositum: quamquam vox *adulteri*, cavillationi locum præripit; adulter enim est, qui viventis episcopi ecclesiam accipit.

Evagrius, qui quadragesimo anno post quintam synodum historiam absolvit, videri potest *lib.* IV. *cap.* XXXVI. Afris scriptoribus repugnare, & scribere, Zoilum non depositione, sed morte, Apollinario Alexandrinam cathedram cessisse; cum enim recenset episcopos, qui Eutychii Constantinopolitani ætate majores thronos insiderent, sic scribit: *μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν Θεοδοσίου, ὡς προδεδήλωται, ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ζώιλος ἀναδείκνυται, καὶ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις προστεθέντος, Ἀπολινάριος τὴν καθέδραν ἐγχειρίζεται*. Emendavit Evagrium his adjunctis Nicephorus, *οὐ μετὰ μικρὸν τοῖς αὐτὸν*, cet. Utrumque corrigendum putavit eruditus Valesius *οὐ καὶ τοῖς αὐτῶν* (*Ἀλεξανδρέων*) *ἡγησαμένοις*, cet. ratus græce non posse dici *αὐτὸν ἡγησαμένοις*, quamquam lexicographi, ab Homero aliisque junctum cum verbo *ἡγέομαι* accusandi casum, tradunt. Evagrii verba in hunc modum vertit Christophorsonus: *Theodosio porro, ut supra demonstratum est, exturbato, Zoilus episcopus declaratus fuit Alexandriæ, quo mortuo Apollinarius sedem illam capessit*. Valesius autem: *Alexandriæ vero pulso, ut supra relatum est, Theodosio, Zoilus ad episcopatum promotus est, quo ad prædecessores suos adjuncto, Apollinarius sedem illam regendam suscepit*: nos paullo aliter: *Post dejectionem Theodosii, ut antea dictum est, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus Zoilus creatur, quo ad suos præcessores apposito, vel adjuncto, Apollinarius Alexandrinam cathedram occupat*.

Verba hæc, *καὶ τοῖς αὐτὸν ἡγησαμένοις*, cet. intelligere licet, & more scripturæ, & apposite ad historiam: si more scripturæ, mortem significant: si apposite ad historiam, subtilius quiddam indicare possunt, Zoilum nempe, perinde ac suos præcessores Theodosium, Gaianum & Paullum, de sede ejectum fuisse. Interpretati sunt more scripturæ Christophorsonus & Valesius, sane probabiliter: qui altero sensu intellexerit, revocabit ille facile Evagrium cum reliquis scriptoribus in concordiam; quod satius est, atque etiam probabilius.

Cum veterum igitur concordi testimonio constet, depositum fuisse Zoilum; erit qui credat, id unum scire, ad res quintæ synodi cognoscendas

A sufficere, atque ita intemperantis cujusdam esse curiositatis inquirere, quæ caussa fuerit cur deponeretur: hæc tamen inquisitio, mea quidem sententia, pura est vitiis: nam id scire, & ad historiam ecclesiasticam pertinet, & nonnihil forte ad rationem temporum consignandam valet.

Victor Tunonensis hæc habet ad postconsulatum Basilii undecimum, ut ipse quidem numerat, decimum vero, ut alii: *Reparatus archiepiscopus Carthaginiensis ecclesiæ, Firmus Numidarum episcoporum Primas, Primasius & Verecundus concilii Byzaceni episcopi, pro fidei caussa ad urbem regiam, ejusdem præcepto principis, evocantur. Apollinarius Zoilo, tria memorata capitula damnare no-*
B *lenti, episcopus Alexandrinæ ecclesiæ subrogatur*.

Putat igitur depositum esse Zoilum, propterea quod renuebat parere imperatori jubenti damnari tria capitula; quod si ita est, ipsum oportet, postquam a Vigilio papa increpitus est, ob edictum Justiniani subscriptum, pœnitentiam egisse, factumque publica professione retractasse: nam statim atque edictum a Justiniano missum est, una ipse cum Menna urbis regiæ episcopo in damnationem trium capitulorum scripto consenserat; hac tamen uterque cautione, si modo primæ sedis pontifex damnationem probaret: sciebant enim religiosum esse, in caussa fidei judicium summi pontificis prævertere.

C Hæc si caussa exstitit, capitique ecclesiæ Zoilus inhæsit constanter, potuit merito inter confessores censeri; miror tamen, cur posthac non fertur, vel cum Vigilio, vel cum Afris passus? Cur Vigilius cum queritur ejus nomen e diptychis expunctum, ipsumque etiam e sede ejectum, caussæ tam honestæ, ut tunc quidem videri poterat, non meminerit? cur præter Victorem nullus veterum tale quiddam afferat? cur Victor ipse inter confessores non censuerit præsulem tantæ ecclesiæ, tamque infensum Acephalis, quos Afri capitaliter oderant?

Procopius certe historia arcana *cap.* XXVII. narrat, Paullum aliquo, postquam ejectum est, tempore, venisse Constantinopolim, ingentemque pe-
D cuniæ vim obtulisse imperatori, quo pretio redimeret amissam sedem; accepisse Imperatorem centenaria septem oblata: tanta fuit pecunia: spemque fecisse Paullo potiundi votis, retractato nimirum Gazensi judicio; sed papam Vigilium obstitisse, ne sententia suo nomine a Pelagio apocrisiario lata rescinderetur.

Ex hac Procopii narratione, simulque verbis Vigilii Theodorum Cappadocem damnantis conjicere licet: I. Zoilum, non morte sed depositione Apollinario sedem cessisse, alioqui pontifex Apollinarium non vocaret adulterum. II. dejectum esse, non quod tria capitula defenderet, quei enim istud non quereretur pontifex? sed quod vitio suffectus dice-
E retur in locum Paulli injuria depositi. III. Id caussæ prætexuisse principem, quo redemtam auro fidem exsolveret. IV. Intercessisse Vigilium, judiciumque Gazense ratum esse voluisse. V. Imperatorem, cum non posset a pontifice obtinere, ut Paullus restitueretur, Apollinarium pro Zoilo esse voluisse Alexandrinum episcopum, ut nec tota ipse caussa excidisse, tota superior pontifex esse videretur. VI. Vigilium de auro nihil dixisse, ne imperatoris animum efferaret, eique potius, ut leniretur, nonnihil concessisse; Apollinarium enim mox agnovit, velut unum de patriarchis. VII. non fuisse pontificem admodum de retinendo Zoilo solicitum, quippe quem non magni faceret, propter ingenium versatile, omnisque formæ capax, quem-

que ideirco tamquam ineptum rebus gerendis, *simplicissimum sacerdotem* vocaret.

CAPUT II.

De concilio Constantinopolitano, quod Mennas coegit, jubente Justiniano, in caussa Origenis atque Origenistarum.

DE Monachis qui superiore capite memorati sunt, habet hæc Evagrius *lib.* x. *cap.* XXXVIII. ex versione Christophorsoni. *Postquam autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco & Pancratio monachis, contra dogmata Origenis Adamantii, & eos qui hujus impietatem & errorem sequebantur, concilio oblati erant: percunctatur Justinianus a concilio congregato, quid de his statueret: adjungit etiam eodem libelli unius exemplar; quin etiam litteras Vigilii de iisdem rebus perscriptas. Ex quibus animadverti potest, quemadmodum elaboratum fuerit ab Origene, ut simplicem apostolicorum dogmatum doctrinam gentilium & Manichæorum zizaniis resarciret.* Ad hæc juvat observare, quæ memorantur, quatuor, in eaque diligentius inquirere: & primo quidem, quodnam illud fuit concilium, cui monachorum libelli oblati sunt: deinde cujus libelli exemplar, una cum libellis monachorum, oblatum est: postea, quid percunctatus Justinianus a synodo: & quæ tandem litteræ a Vigilio de iisdem rebus perscriptæ, singula enim elucidari, operæ pretium est.

Quod pertinet ad primum. Concilium de quo sermo fit, illud ipsum est, quod jubente imperatore coegit Mennas, ex episcopis in urbe regia repertis. *Cum velimus*, inquit imperator, *omne scandalum a sanctissima ecclesia propulsare, ut nulla in ea macula relinquatur, obsequentes divinis scripturis, sanctisque patribus, qui ipsum Origenem ac hujusmodi sceleratam impiamque ejus doctrinam profligarunt, ac jure anathemati subjecerunt; banc epistolam ad tuam beatitudinem dedimus, qua eam hortamur, ut omnium qui in hac regia urbe nunc degunt, sanctissimorum episcoporum conventum habeat, ac Deo amabilissimorum præfectorum sanctis quæ heic sunt, monasteriis; faciatque, ut omnes in scriptis præfatum impium ac Deo repugnantem Origenem, qui & Adamantius, quique presbyter fuit sanctissimæ ecclesiæ Alexandriæ, ac ejus nefaria impiaque dogmata, capitulaque omnia quæ inferius ponuntur, omnimodis anathematizent, exemplaque dimittas eorum quæ a beatitudine tua ob hanc caussam gesta fuerint, ad alios omnes sanctissimos episcopos, præfectosque venerabilium monasteriorum: ut & ipsi subscriptione propria anathematizent Origenem, scelestaque ejus dogmata, cum omnibus qui declarabuntur, hæreticis.*

Deinde, unus ille liber cujus exemplar oblatum synodo dicitur, non videtur diversus ab edicto imperatoris adversus Origenistas. Habet enim edictum libri pondus & formam, continetque ea quæ Justinianus voluit ab episcopis ad examen vocari, aut servili potius subscriptione sine examine approbari. Edictum porro suum imperator, cum epistolæ nomine appellat, facit more veterum, sanctiones enim principum, ut annotavimus in Dissert. III. ad priorem partem operum M. Mercatoris, cum ad episcopos dirigebantur, præ reverentia sacerdotii, epistolæ potius inscribebantur, quam alio quocumque nomine, quo dominantis potestas ostentaretur.

Quoad tertium, percunctatio Justiniani a synodo
A cujus meminit Evagrius, non differt *a litteris Justiniani imperatoris ad sanctam synodum Constantinopolitanam de Origene & ejus sectatoribus*, quæ ex Cedreni historia translatæ sunt in appendice V. synodi: nam in ipsis, post brevem præfationem, ita imperator: *Cum ergo compertum habeamus, esse Hierosolymis quosdam nimirum monachos, qui Pythagoræ, Platonis, Origenisque Adamantii impios errores sectentur ac doceant; existimavimus curam & inquisitionem de iis adhibendam, ne ii tandem paganicis & Manichaicis suis imposturis multos perdant: dicunt enim*, cet. Et sub finem: *Propter has igitur nefarias & perniciosas opiniones, immo potius nugas, vos hortamur, o sanctissimi patres, ut* B *in unum collecti subjectam expositionem diligenter prælegatis, & singula ejus capita damnetis, & anathematizetis una cum Origene omnes qui idem sentiunt aut sentient ad finem.*

Denique Vigilii litteræ de iisdem rebus perscriptæ, & ad synodum delatæ, aliud nihil sunt, quam responsio pontificis ad libellum sive epistolam imperatoris de Origene & ejus sectatoribus. Scriptum enim a Justiniano prius ad Vigilium quam ad Mennam, aut certe ad utrumque simul, constat ex his verbis Sacræ ad Mennam: *Hæc porro eadem non solum ad sanctitatem tuam, sed etiam ad sanctissimum & beatissimum papam senioris Romæ & patriarcham Vigilium, & ad ceteros omnes sanctissimos* C *episcopos & patriarchas, id est, Alexandriæ, Theopoleos & Hierosolymorum, ut & ii huic rei prospiciant, & hæc finem adipiscantur.* Respondisse vero pontificem, & quidem ad mentem imperatoris, non videtur dubium, procurante responsionem Pelagio Vigilii apocrisiario, & totius rei architecto. Periit porro, non sine detrimento rei ecclesiasticæ, synodica ista Vigilii responsio, nec usquam ipsius, quod quidem sciam, remansit memoria, quam in locis a me mox adductis.

Synodicam dixi: nam quis prudenter dubitet, an concilium Romæ habuerit Vigilius, ex quo responderet imperatori? cum quæstio esset de re magni momenti & de fide: nec primis temporibus D responderent pontifices ad ejusmodi quæsita, nisi ex synodis, quod erudite animadvertit Lucas Holstenius in notis ad synodum Romanam Bonifacii, & nos in dissert. II. ad priorem partem operum M. Mercatoris exposuimus.

Fuit illa vero synodus Vigilii ἐνδημοῦσα, quamquam potuit cogi ex episcopis ad natalem pontificis diem 28. Junii convenientibus. Credibile enim est, scriptam esse, aut certe editam, a Justiniano de Origene sanctionem circa festum paschatis ann. 541. missamque propere Romam, ut acceptis inde synodicis responsis, Constantinopoli facilius in majori frequentia episcoporum subscriberetur, majorique auctoritate augeretur.

E In eo quod asserui, litteras quæ ad synodum relatæ sunt, non fuisse imperatoris ad Vigilium, sed Vigilii ad imperatorem, assecutus mihi videor mentem Evagrii, quam expressit Christophorsonus: legit enim apud Evagrium ἅπερ καὶ τὰ πρὸς Βιγιλίῳ περὶ τούτων ἐπεσταλμένα. Novus autem interpres, ἅπερ καὶ τὰ πρὸς Βιγίλιον ἐπεσταλμένα. Congruentius vero rationi, relata esse ea quæ a Vigilio remissa sunt ad imperatorem, quam quæ ad Vigilium ab imperatore missa: siquidem nihil erat caussæ, cur hæc referrentur; plurimum, cur ista. Eadem nempe scripserat imperator Vigilio & Mennæ; scripta vero ad Mennam, pro more, in concilio prælegi debebant; siquidem ipsius habendi mandatum continerent: sed cum ageretur caussa fi-

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.



dei, quæ præcipua inter majores, opus erat sedis apostolicæ responsionem referri, quandoquidem ab illa sede sic tamquam a fonte peti debent *puri doctrinæ latices, qui salutariter ecclesiam irrigent*.

Id cum intelligeret Justinianus, simulque nosset, quamvis a Deo constituta sit gemina potestas qua regatur ecclesia, sacerdotalis & regia, vices tamen singularum ita partitas, ut alterius sit docere fideles & hæreticos damnare, alterius docentibus auctoritatem addere, & legibus hæreticos persequi: Cum, inquam, intelligeret Imperator, sedem apostolicam interrogandam esse, *quoties fidei caussa*, majorque aliqua *ventilatur*; quem librum adversus Origenem, quosque anathematismos adversus Origenis dogmata condiderat, ea, qua par est, auctoritate roborandos putavit: ideoque, & a sede apostolica definitionem, & a concilio diœcesæon approbationem petendam duxit.

Misit ergo Romam Vigilio papæ librum, a quo cum synodicum responsum accepisset, tunc concilio quod Constantinopoli dudum habendum mandaverat; quodque, ut opinor, Mennas eo usque distulerat, donec primæ sedis sententiam in re tanti momenti nosset, initium dandum curavit: id factum videtur sub finem anni 541.

Obscura est hujusce concilii memoria, propterea quod jam inde ab Evagrii temporibus, id est, ab ann. 593. cum quinta synodo confusum est, collectis in unum codicem quatuor conciliis, quorum tribus particularibus Mennas, uni œcumenico Eutychius præfuit, collectionique toti nomen quintæ synodi factum est.

Neque hæc vana est aut temeraria conjectio; sed probabilis opinio, cui momentum addunt tria: I. Ad nostram usque, aut certe parentum ætatem, ipsa etiam synodus a Menna quinque ante annis celebrata adversus Anthimum, Severum, Petrum & Zoaram, nomine quintæ synodi inscripta est in collectionibus conciliorum Merlini, Crabbi & Surii. II. Justiniani fides, id est, tria Justiniani edicta de fide in unum collecta, singulaque singulis conciliis respondentia, dedisse videntur occasionem compingendi in unum quoque volumen concilia tria, quasi totidem fidei Justinianææ firmamenta. III. Ea hypothesi admissa, facile conciliantur inter se ac intelliguntur omnia, quæ de V. synodo a veteribus tradita sunt; quæque alioquin ita pugnant, aut saltem implexa sunt, ut expedire se inde viri docti nequiverint, quin ab Origenianis detruncata corruptaque acta quintæ synodi assererent. Verum de his iterum postea.

Locus concilii urbs regia Constantinopolis: præsens Mennas: numerus episcoporum ignotus, non exiguus tamen; quando enim aula præsertim Justinianæa episcoporum turba caruit? Interfuit certe, ut colligitur ex Liberato, Pelagius Romanæ ecclesiæ diaconus, immo rem strenue promovit, cum sua, tum fidei caussa. Non interfuit Theodorus Cappadox, etsi erat in aula; qua enim fronte antistes post patriarchas primus tulisset objectas sibi præsenti a monachis blasphemias? Abfuit pariter, ut opinor, Domitianus Ancyræ episcopus, licet Constantinopoli versaretur, propter communem cum Theodoro caussam; ambo tamen, ut famulabantur humiliter principi, edictum subscripserunt, Origenemque in speciem damnarunt. Sed Theodorus aulicarum artium prudentior, damnando Origenem, dolorem in sinu continuit; Domitianus, sicut est ex Facundo *lib.* IV. *cap.* IV. novimus, questus est apud Vigilium, sub Origenis nomine, patres, sive qui

A Origenem præcessissent, sive qui secuti, anathemate a synodo percussos esse.

Par est credere, initium fuisse de more factum a lectione Sacræ, quam Georgius Cedrenus e veteribus monimentis acceptam historiæ suæ inseruit: quamquam deceptus in eo est, quod ad patres V. synodi universalis directam credidit: mira vero deceptionis caussa, cum missam ad concilium Mennæ quo de agimus, intelligere ex ipsius fine poterit, simulque dediscere errorem populariter per quatuor sæcula ad suam usque ætatem traductum: sic enim eo loci habetur. *Propter has igitur nefarias & perniciosas opiniones, immo potius nugas, hortamur vos, o sanctissimi patres in unum collecti,* B *subjectam expositionem diligenter perlegatis* (ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν τῇ ὑποτεταγμένῃ ἐκθέσει) *& singula ejus capita damnetis, & anathematizetis una cum Origene, omnes qui idem sentiunt aut sentient ad finem*.


Quæ verba quis dubitet, si vel solis oculis judicibus credat, ad eos scripta esse, ad quos pertinebat epistola ad Mennam data, subjunctaque ἐκθέσεων Origenis defloratio.

Argumentum, quod unum scriptores in concilio tractatum narrant, imperatoria Sacra continet: opinionem nempe Origenis de præexsistentia animorum, & ipsorum quoque dæmonum futura olim restitutione: quamquam deflorationis a monachis ob- C latæ, & imperatoris tractatui subjunctæ quatuor sunt & viginti capita, alio etiam pertinentia; sed quæ dixi duo, nominatissima erant, propter turbas ex his orta.

Nihil istiusce concilii superest, præter fragmenta, tum synodicæ ad Justinianum, tum excerptorum ex libris Origenistarum. Ea nunc ex Evagrio exhibere utile est: siquidem tenent quamdam actorum vicem, & patefaciunt errorem Evagrii non suo tempore rem narrantis. Sic ille *lib.* IV. *cap.* XXXVIII. *Missa est igitur relatio a prædicta synodo ad Justinianum, post acclamationes, quas contra Origenem, & ejusdem cum illo erroris sectatores congesserant, cujus pars sic habet*. Cum animum D possideas cælestis nobilitatis participem, Christianissime imperator; *& paullo post*: Fugimus itaque, fugimus istam doctrinam: neque enim novimus alienorum vocem, & illum tamquam furem ac latronem anathematis laqueis constrictum procul a sacris septis ejecimus. *Et post aliquanta*: Eorum quæ a nobis gesta sunt, vim ac virtutem ex eorumdem lectione cognoscetis. *His adjunxerunt etiam capita, quæcumque Origenis sectatores profiteri a magistris suis didicerunt: ex quibus tum consensus eorum, tum dissensio & multiplex ac multifidus error deprehenditur. In his quintum caput erat, continens blasphemias, quas privati quidam ex nova Laura protulerant, quod sic habet*. Theodorus Ascidas E Cappadox dixit: Quando nunc Apostoli & martyres miracula efficiunt, & in tanto honore sunt, nisi in resurrectione æquales fuerint Christo, qualis tandem eorum resurrectio futura est? *Retulerunt etiam iidem patres multas alias Didymi, Evagrii ac Theodori blasphemias, quas studiose admodum ex eorum libris excerpserant*.

Excerpta hæc monachi quatuor quos antea appellavi, e Palæstina attulerant; qua in provincia acriter inter se digladiabantur, vel in ipsis Lauris, monachi, ut ex historia huiusce temporis a scriptoribus vitarum relicta, discere est.

Ex fragmentis mox adductis, aliisque indubitatis testimoniis, apertum est, differre concilium de quo sermo fit, ab eo quod nunc solet quintum



nominari. Nam in hoc agitur de Origene solo & Origenistis duobus, Didymo & Evagrio; in quinto vix semel appellatur Origenes, numquam alii duo. In hoc Sacra imperatoris de Origene solo exerceri judicium mandat. In quinto fieri jubet de solis tribus capitulis. In hoc de caussa Origenis gesta confecta sunt, eaque amplissima. In quinto hæc eadem caussa ne verbo quidem tacta est. Huic Theodorus Cappadox non interfuit: qua enim patientia audivisset, quæ de ipso referuntur? In quinto post patriarchas primus autocephalorum sedit. Hoc habitum est, vivente Domitiano: nam ob concilii sententiam querelarum librum Vigilio papæ scripsit: ad quintum convenit Dorotheus in Domitiani locum Ancyranæ ecclesiæ præfectus.

Scio quid excipiant aliqui, ut tam apertæ veritati pugnent, periisse aiunt Origenistarum artibus partem actorum V. synodi, in qua exstiterint olim contra Origenem gesta: hanc partem vidisse Evagrium Epiphaniensem, patresque, & Lateranensis concilii sub Martino I. & sextæ septimæque synodi generalis, ideoque damnatum in quinta synodo Origenem tradidisse. Verum præterquam quod divinatio ejusmodi exceptioque postremum est desperatæ caussæ perfugium, unicum istud invictum contra argumentor. Quæro enim qua fronte sedit in V. synodo Theodorus Cappadox, sententiamque dixit, cui horrenda blasphemia palam objecta sit, nec actis idoneis rejecta? Quei anathemate percussus sit in eo ipso cœtu, in quo honorificentissimum locum tenuit?

CAPUT III.

De tempore quo Justinianus adversus tria capitula edictum composuit.

QUA ratione alterum edictum ex altero exortum sit, quibusque Theodori Cappadocis artibus inductus imperator adversus tria capitula scripserit, exponit in Breviario Liberatus. Narrat enim, Theodorum, cum ægre ferret impulsu Pelagii damnatum esse Origenem, impulisse vicissim Justinianum, quo par pari referret æmulo, ut tria capitula proscriberet: nam sicut Origenem Theodorus, & in Origene patres; ita Pelagius tria capitula, & in tribus capitulis synodum Calchedonensem; videbatur sibi defendere.

Cum ergo de tempore damnati Origenis dictum sit hactenus, sequitur deinceps, ut tempus edicti contra tria capitula compositi inquiratur. Non consentiunt super ea re scriptores, aliis citius quam oportet, ut ann. 543. aliis tardius factum asserentibus, ann. 546. Id accidisse sentio ann. 545. sub autumnum: eoque moveor, quod ejusmodi ὁμολογία τῆς πίστεως, sic enim edictum inscribitur in græco, hinc quidem edita sit, ante quam Vigilius Roma proficisceretur, inde vero Pelagii Constantinopoli discessum secuta sit: nam Vigilius a Belisario in urbem regiam ire coactus est, postquam diu Justiniano assentiri constanter abnuit; & Pelagius, qua pollebat apud imperatorem gratia, sibi præsenti non sivisset tam contumeliose illudi ab æmulis vindictæ avidis.

Cum ergo Vigilius Roma egressus sit ann. 546. die 22. Novembris, Pelagius Romam reverterit ann. 545. fluxeritque ab accepto Romæ edicto ad profectionem usque Vigilii non exiguum tempus, quo nempe Pelagius & Ferrandum in Africa positum de quæstionibus consuluit, & a Ferrando post

A *longam taciturnitatem* responsum accepit, necesse est fateri, edictum a Justiniano publicatum esse ann. 545. circa autumnum.

Verum ut hæc ratio planior fiat, probanda sunt sigillatim duo, quibus conficitur, Vigilium nempe Roma excessisse ann. 546. sub finem Novembris; & inter acceptum Romæ edictum ac Vigilii profectionem non exiguum temporis spatium, velut quindecim mensium, intercessisse.

Id conficio primum, quia hæc est de excessu Vigilii ex urbe Roma veterum recentiorumque doctrina præstantium sententia, quæ in auctario Marcellini sic legitur: *Indictione IX. post consulatum Basilii anno V. Vigilius papa LIX. ab Apostolo Pe-*
B *tro, evocatus ab imperatore Roma egreditur, & in Siciliam venit.* Post-consulatus nota annum Christi 546. designat, ut ex fastis apertum est.

Auctarii scriptori consentit Anastasius, qui addit præterea mensem & diem, nempe x. Kalendas Decembris, id est, diem vigesimum secundum Novembris.

Utrumque sequuntur communiter magni nominis viri, Baronius, Sirmondus, Holstenius, aliique plurimi; ut hæc sententia censeri merito possit eruditorum consensio.

Ipsam tamen nuperus quidam Dissertator se approbare negat, caussasque propter quas tantis se viris unus opponat, duas profert, totidemque pro
C se testes adducit.

Prima ratio sic habet. Vigilius, ut est constans omnium opinio, ingressus est Constantinopolim ann. 547. die 25. Januarii: videtur autem, inquit Dissertator, diu in Sicilia substitisse: quippe cum in ea, & ordinationes fecerit, & susceperit legationes, & frumenta collegerit queis Romæ egestatem levaret. Cum ergo ad ea præstanda non suffecerit spatium unius mensis & paucorum dierum quos tantum in Sicilia egisset, si modo egressus Roma dicitur, quo tempore volunt scriptores universi; egressus dici debet longo ante tempore, quanto nimirum opus fuit, ad ea quæ effecta sunt, commode exsequenda.

Ratio altera. Italiæ clerici epistolam anno, ut
D ipse quidem Dissertator credit, 551. ad legatos regis Galliarum, Constantinopolim proficiscentes dederunt, in qua scribunt, Vigilium ante sex annos Roma discessisse: scribit & ipse Vigilius in encyclica quam anno 552. universæ ecclesiæ direxit, se ante septem annos de civitate sua egressum. Utcumque vero stare non potest, si anno 546. pontifex egressus Roma dicatur; potest, si ann. 545. sic enim ab ann. 551. sexennium; a 552. septennium numerabitur.

Testes duo quos adducit, sunt Sigonius & Victor Tunonensis: pontificem ille ann. 545. egressum, iste anno post consulatum Basilii IV. evocatum a Justiniano tradit.

E Isthæc argumenta paria non sunt auctoritati, non dicam omnium scriptorum quos in contrarium laudavi sed ne unius quidem velut Holstenii; adeo levia sunt, & pæne futilia.

Atque ut a testibus examinis initium fiat, nullus video, qua ratione possit a cordato viro proferri ad faciendam fidem locus Victoris, qui sic se habet. *Post consulatum Basilii V. C. anno 4. Justinianus imperator, Acephalorum subreptionibus instigatus, Vigilium Romanum episcopum subtiliter compellit, ut ad urbem regiam properaret, & sub specie congregationis eorum qui ab ecclesiæ sunt societate divisi, tria capitula condemnaret.* Aperte enim

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

vitiosus est; ex quo nempe sequitur, ut Roma Vigilius excessisse dicatur ann. 544. nam si more Victoris anni post consulatum Basilii numerentur, qui Christi est 544. quartus est post consulatum: deinde adducta verba, non meram per litteras evocationem significant, quod Dissertator fingit; sed ipsam per Belisarium expulsionem, de qua clerus Italiæ queritur.

Atqui istum in annum conjicere egressionem Vigilii, neque per historiam licet, ut mox planum erit; neque ipse dederit Dissertator, modo constanter loqui aliquando velit. Si enim id dederit, cogetur continuo in unius anni 543. parte posteriore collocare tria, quæ nemo prudens non videt ἀσύςατα, ordinationem nimirum Zoili, & utrumque Justiniani edictum, sive quo Origenistæ, sive quo tria capitula damnantur.

Excepit enim ordinationem Zoili Gazæ peractam mense Julio diuturna Pelagii, Gaza Palæstinæ Constantinopolim redeuntis, via: viam, oblatio facta imperatori excerptorum a monachis Pelagii comitibus: oblationem, maturum quo se jactat imperator, excerptorum examen: examen, deliberata, diu obnitente Theodoro, edicti adversus Origenistas compositio, missioque ad patriarchas: missionem, responsio Vigilii Roma rescribentis: responsionem, pontificis concilium Mennæ, in quo episcopi in urbe regia reperti edicto subscripserunt: subscriptionem, elucubratus a Justiniano liber adversus Acephalos: librum, artes aulicæ quibus illusa est a Theodoro, conversaque in contrariam partem imperatoris boni simplicitas: illusionem, edictum adversus tria capitula. Hæc vero tot & tanta, qui fieri posse mensibus sex dicere ausit, næ illum ego plus quam audacem confidenter dico.

Nullum igitur est Tunonensis testimonium, sive quia non affertur bona fide, sed perverso sensu a Dissertatore, sive quod per errorem dictum sit a Victore ipso.

Jam vero testis alter Sigonius, quas adversum se exceptiones patitur? Primum novus homo est, qui cum agitur de rebus longe remotis, non plus fidei meretur, quam quantum potest vel mutuari a testimonio veterum, vel obtinere ratiocinio: nullum tamen testimonium adducit, vel ad marginem; nullo ratiocinio utitur, sed dictat tantum: deinde difficile est videre, quomodo Dissertatorem suo illo testimonio adjuvet; nam eo loci de tempore quo egressus est Roma Vigilius, nihil speciatim & expresse dicit, sed in annum 545. egressionem hanc, ut alia plurima quæ apertum est alio tempore contigisse, quasi per saturam confuse conjicit.

Narrat scilicet ad eum ipsum annum Eustochii Hierosolymitani legationem ad Imperatorem, qua functi sunt Rufus & Conon abbates: damnationem Origenis, & ab imperatore editam, & ab omnibus patriarchis subscriptam: scriptum a Justiniano contra Acephalos librum: edictum adversus tria capitula publicatum: res cum Afris Constantinopoli in caussa trium capitum gestas: Romanorum de Vigilio apud imperatorem querelas: Vigilii violentam ex Italia exportationem: ordinationes Catanæ ab eodem Vigilio celebratas: ingressum pontificis in urbem regiam, in vigiliis dominicæ nativitatis: quibus narratis id addit, unde hæc omnia ostendat, se annum 545. referre, *postero autem anno solicitatus iterum ab Augustis, ut Anthimum restitueret*, cet.

Hæc autem omnia, quæ temere Sigonius in unum eumdemque annum congerit; procul a vero abesse, & Dissertator ipse facile consentiet, & evidens ratio demonstrat. Nam primo confunduntur quintæ synodi tempora cum temporibus damnati primum a Justiniano Origenis: qui intolerabilis plurium annorum ἀντιχρονισμός.

Dicitur deinde Eustochius Origenis damnationem ope Pelagii promovisse: atqui nemo nescit, quo tempore Pelagius damnationem Origenis procuravit, Eustochium non fuisse Hierosolymorum episcopum, sed Petrum cui successit Martyrius; quo post aliquot annos deposito, Eustochius, exiguo admodum tempore ante quintam synodum, Hierosolymitanam ecclesiam regendam suscepit.

Dicuntur tertio missi e Palæstina Constantinopolim Rufus & Conon abbates, qui ope Pelagii excerpta ex libris Origenis capita proscribi a Justiniano peterent. Verumtamen, qui ex Palæstina monachi cum Pelagio venerunt ad comitatum, fuerunt, teste Evagrio, Eulogius, Conon, Cyriacus & Pancratius.

Dicitur postea eodem anno ab imperatore, & damnatus Origenes, & exceptus Constantinopoli Vigilius: quo nihil absurdius, vel ipso Dissertatore fatente, fingi potest.

Quid plura producam, quæ Sigonii fidem elevent, quam nemo scriptor hac in parte adhibuerit, si vel prima historiæ elementa sciverit, vel scientibus scribere voluerit?

Nihilo plus adjumenti potest ab epistola clericorum Italiæ, quam a Sigonii testimonio, exspectari; non quod non habeat epistola longe plus auctoritatis, quam Sigonius, aut etiam Victor; sed quia non bona fide affertur: cum enim Italiæ clerici de ingressu Vigilii in urbem regiam loquantur, locuti finguntur de egressu ex urbe Roma, quasi alter ab altero nihil admodum destiterit: Dissertator ipse inter utrumque ponit annum unum, aut etiam biennium. Considera, lector erudite, paullo attentius clericorum scribentium verba, & inde æstima, cujusmodi sit, ea pro se laudare. *Audientes vestram gloriam ad regiam urbem in legatione esse directam, cognoscentes etiam per aliquos qui se vestri notitiam habere dixerunt; famam & sapientiam vestram; hæc vobis de multis quæ acta sunt, pauca ad instructionem: quacumque occasione transferenda transmisimus: per quæ cognoscatis persecutiones & violentias, quas illic sacerdotes catholici, & quicumque ecclesiasticas regulas servare voluerint, patiuntur: veniens enim ibi ante sex annos istos beatissimus papa Vigilius, magis autem, ut, quod verius est, dicatur, prope violenter deductus, cœperunt ibi ipsum exspectare*, cet.

Vigilii verba majore quidem fide adducuntur, non tamen majore pondere. Quod enim ann. 552. pertæsus calamitatum pontifex referendum mandat Justiniano tyrannidem exercenti, *Nos ad pietatem tuam festinantes ante septem annos de civitate nostra sic egressi sumus, ut nulla haberemus privata negotia*; perinde est ac si diceret, septimus est annus, ex quo civitate nostra sic egressi sumus, cet. Solent enim qui suas queruntur diuturnas esse ærumnas, annos quibus afflicti sunt, vel exigua ex parte numerare, ut vel ipsi norunt de schola pueri.

Sed quamvis hæc interpretandi caussa deforet, sua tamen Vigilius loquendi ratione locum exponeret: nam sex post lineas de mensibus eodem quo de annis modo loquitur: non integri sex fluxerant a damnatione Theodori usque ad nonas Februarii, quibus scribit encyclicam; ait tamen, *ante sex menses a nobis inter alios communione sacra priva-*

tus est (Theodorus) *& ab episcopatu pro sua pravitate depositus*: dixerat antea, unde tempus damnati Theodori innotescat; *ea enim, quæ verbo de memorata excommunicatione cunctis episcopis, presbyteris & diaconibus aliisque clericis, voce publica dixeramus, postea etiam die* XIX. *Kalendarum Septembrium nuper prætevitarum in beati Petri basilica in Hormisda scripto firmavimus. In quo etiam illum, qui sub habitu episcopali, lupi rapacis dominico gregi tetendit insidias, & assumens totius ducatum scandali, universalem Dei perturbavit ac perturbat ecclesiam, de episcopatus ordine deponentes damnavimus.*

Quod porro caussatur Dissertator substitisse Vigilium in Sicilia, ut per otium posset ordinationes facere, excipere legationes, agitare consilia de loco synodi, frumenta colligere, Romamque transmittere, quasi ad id satis temporis non habuerit, si dicitur, & egressus Roma ann. 546. die 22. Novembris, & Constantinopolim ingressus anno consequente die 25. Januarii; non video, quid momenti habeat.

Nam Italia exiguo freto distat a Sicilia; mense Decembris fieri ordinationes solitæ sunt; ad frumenta laborantibus fame deportanda e propinquo sufficit, opinor, mensis unus: poterant facile, cum jam dudum increbuisset fama de profectione pontificis futura, moraque aliqua in Sicilia nectenda, Constantinopoli in Siciliam convenire ad condictum tempus Datius Mediolanensis, legatique Zoili in comitatu exsistentis; poterant & ex Africæ Sardiniæque vicinis locis episcopi morantem in Sicilia invisere; poterant denique ex Sicilia semel atque iterum litteræ Constantinopolim mitti, ac inde recipi.

Jam vero si Roma profectus est Vigilius anno 546. die 22. Novembris, ut auctoritate veterum confectum est: si pariter annus integer, & aliquot etiam menses abierunt, dum summus pontifex edictum Justiniani approbare renuit, dum imperator & pontifex mutuis litteris de synodi indictione pæne litigant, dum Ferrandus Carthaginiensis diaconus Roma consulitur per Anatolium & Pelagium ecclesiæ Romanæ diaconos quid de negotio sentiret, dum Ferrandus ipse post *longam taciturnitatem* respondet, dum Justinianus indignatus pontificis obnitentis constantiam Constantinopolim vocat ex orbe toto concilium, dum de concilii loco non convenitur Constantinopoli & Romæ, dum hinc & inde intercurrunt litteræ pugnantium rationum plenæ, dum moræ nectuntur a Romanis clericis, ne præter consuetudinem caput ecclesiæ cogatur eo convenire, ubi serviret magis, quam pro dignitate præsideret.

Si, inquam, annus integer & aliquot etiam menses abierunt, dum hæc geruntur, fatendum omnino est, edictum adversus tria capitula prodiisse ann. 545. circa autumnum, quo fere tempore Pelagius, apud imperatorem gratiosissimus, locum apocrisiarii sedis apostolicæ Stephano diacono cessit, Romamque rediit orientalibus donis dives, quibus Romanos juvit, & ad resistendum Totilæ accendit: rediit enim nobilis ille diaconus, & ante quam Totilas ad urbem accederet, quo Justiniani res inclinatas in Italia erigeret qua posset, & ut par est, credere, prius quam edictum publicaretur, ne Augustæ ac Theodori consilia, sua apud principem potentia, confringeret.

Publicatum est igitur edictum primum adversus tria capitula, anno 545. inclinante. Tradit vero

A Facundus, orientalis imperii patriarchas quatuor ipsum approbasse, sed ægre, propter concilii Calchedonensis reverentiam, cum metu quasi colluctantem: vicit tamen officii conscientiam cupido retinendæ dignitatis, cujus dispendium a comminante principe ignavi præsules humiliter metuebant: erant vero tanto terribiliores Justiniani minæ, quanto solerent ea tempestate facilius a principibus, vel ipsi majorum sedium antistites, dejici. Recens exemplum urgebat acriter: siquidem Mennas in locum Anthimi, Zoilus in sedem Paulli depositi suffectus fuerat.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

Juvat Facundum super ea re suis verbis loquentem audire. *Illud est insuetum, illud mirabile,* B *illud in quo magna vis veritatis apparet, quod ipsos quoque præsumtores internis conscientiæ stimulis fateri coegit, ad destructionem synodi Calchedonensis hæc fuisse composita: nam primus confirmator eorum Mennas Constantinopolitanus episcopus, cum adhuc cunctaretur scripto, sicut præceptum fuerat, eis præbere consensum, contra synodum Calchedonensem fieri protestatus est: sed & postea quam consensit a prædicto venerabilis memoriæ Stephano ecclesiæ Romanæ diacono & apocrisiario conventus, cur priori sententiæ suæ contrarius acquievisset iis quæ ante culpaverat, & de quibus se nihil acturum sine apostolica sede promiserat, sub ea se conditione cessisse, & juratum si-* C *bi fuisse, respondit, quod chirographum suum reciperet, si hæc Romanus episcopus non probaret.* Et postea: *Zoilus quoque Alexandrinæ urbis antistes, cum Romanum episcopum venire cognosceret, obviam illi ad Siciliam misit conquerens necessitate se ad ipsius decreti affirmationem fuisse compulsum: quod hic ei, postquam venit, idem Romanus episcopus in facie palam, nobis quoque inter alios præsentibus, exprobravit: nec non & Effremius Antiochenus, cum primum ei mandaretur, ut hoc etiam ipse rescribendo mandaret, consentire noluit. At postquam ei denuntiatum est, quod excludendus esset, nisi faceret; sui potius honoris quam veritatis dilector inventus est. Quid etiam Petrus Hie-* D *rosolymitanus? nonne publica notitia refert, quoniam conveniente ad se multitudine monachorum juratus pronuntiavit, quod si quis eidem decreto novitio consentiret, contra Calchedonense concilium faceret? nec tamen se ab ejus consensione suspendit.*

Illud porro edictum, quod primum dixi, quodque anno 545. inclinante missum est ad orbis totius antistites, ab eo differt, quod anno 551. in ecclesia Constantinopolitana aliisque in locis a Theodoro Cappadoce propositum est: quæ enim in illo fuisse tradit Facundus, in isto reperire non est.

Suis in sedibus singulos Primates, propriisque, E ut par est credere propter rei momentum, in synodis edicto consensisse testis est imperator in Sacra ad V. synodi patres. *Primum quidem in vestris vos degentes ecclesiis interrogavimus de prædictis impiis tribus capitulis, & vestram nobis voluntatem manifestam fecistis; pro qua & comprobavimus vos, quod indubitanter & cum omni alacritate rectam fidem confessi estis, & impiam condemnastis,* cet.

Non erat tamen in sua ecclesia Zoilus tunc temporis, sed Constantinopoli: certe ibi erat brevi post istam consensionem tempore, quo nempe Vigilius in urbem regiam venit; sed Petrum Hierosolymis exstitisse, cum consensit, innuit Facundus.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.

CAPUT IV.

De concilio Constantinopoli habito a Menna in caussa trium capitulorum.

MEnnam accepto Justiniani edicto concilium habuisse, nemini opinor dubium est. Id enim quatuor hæc suadent, exemplum caussæ Origenianæ, Facundi testimonium, ipsiusmet Vigilii papæ auctoritas, & Justiniani Sacra ad hujusce concilii patres directa.

Nam primo cum Mennas Origenis damnationem non privatim approbaverit, sed publice in concilio; par est credere, Augustam Theodorumque Cappadocem, memores injuriæ sibi factæ, eo usque indulsisse iræ, ut factum sibi satis non ducerent: sin minus adegissent Mennam, qua Origenem frequentia & quasi pompa damnasset, eadem Theodorum Mopsuestiæ Theodoretumque & Ibam anathemate ferire.

Deinde Facundus, cum de concilio 70. episcoporum a Vigilio Constantinopoli habito agit, mentionem facit ***illorum, qui ante subscripserant***, utique in concilio Mennæ, ad quem episcoposque simul collectos, ex itinere Vigilius scripserat, interminatus, ni sententiam revocarent, eam excommunicationis pœnam, qua Constantinopolim ingressus propositi tenaces perculit.

Rem omnino conficit imperatoris Sacra ad episcopos congregatos, de qua mox sermo erit. Ad hoc concilium Mennas, & suos, cum tempus esset solemne, & repertos in urbe regia episcopos procul dubio vocavit: ejusdemmodi quippe viros ad concilium adversus Origenem, cui par istud fuit, cogendos imperator jusserat.

Qui numerus episcoporum fuerit, incertum est: non mediocrem fuisse probat, partim conditio temporum quibus aulam plurimi, deserto grege, frequentabant, partim caussæ momentum quæ orbem commovebat, partim denique Justiniani, vel Augustæ potius, vesana affectio, cui servire necessitas magis, quam libido, videbatur.

De tempore ex adjunctis reliquis conjicere non improbabiliter licet: nam si edictum imperator emisit anno 545. circiter autumnum, non incredibile videbitur cuipiam, quod Mennas aliique episcopi, sive qui ex provincia de more convenerant ad autumni synodum, sive qui privatas ob rationes in urbe regia versabantur, tunc temporis Justiniano paruerint edicti subscriptionem jubenti.

Verum non nemo credibilius forsan putaverit, factum id in ea synodo, quæ quadragesimam præcederet: postquam scilicet renuntiatum esset Constantinopoli, de difficultate quam summus pontifex, caussatus Calchedonensis concilii injuriam, afferret; ideoque synodum, cum subscriberet, eam apposuisse cautionem, si summus pontifex probaret, nihilque detrimenti Calchedonense concilium pateretur.

Sed longe probabilius judico, quod alter forsan audentior certum dixerit, concilium istud habitum fuisse sub finem autumni anni 546. nam procrastinavit diu Mennas, morasque traxit, quas procul dubio longissimas excogitabat animus impatiens servire æmuli Theodori voluntatibus; nec erat morarum inanis ratio: aiebat enim, se in caussa fidei exspectare primæ sedis judicium, nec adhuc sibi satis, ut nec orbi reliquo, perspectum esse, qua ratione possent tria capitula damnari *sine præjudicio Calchedonensis concilii.*

A His & aliis quæ Facundus innuit, eludebat ardorem Theodori potentia Augustæ abutentis ad explendam vindictæ libidinem, potuitque declinare diu, donec renuntiatum est Constantinopoli de profectione Vigilii propediem futura: tunc enim compulsus est obsequi principis voluntati; siquidem imminebat depositionis periculum, illudque tanto certius, quanto ardentius Augusta occasionem irati principis nacta moliebatur Anthimum in suam sedem restituere.

Mennas igitur cum sua synodo cessit tandem imperialibus minis, edictumque subscripsit, hac nihilominus cautione, ut si factum summus pontifex improbaret, scriptum redderetur, & in integro res B esset: quamquam hæc cautio sedis apostolicæ apocrisiarium non impedivit, quo minus injuriam sedi apostolicæ a prævertentibus episcopis illatam ecclesiastico more vindicaret.

Successerat Pelagio in munus apocrisiarii Stephanus ecclesiæ Romanæ diaconus. Ille cum retinere non posset amplius in officio Constantinopolitanum præsulem aliosque, se, ut loquitur Facundus, a communione Mennæ suspendit, suoque exemplo pluribus, ut idem auderent, animos fecit. Episcopi certe in synodum collecti, sin minus omnes, saltem magnam partem, ***cum scribere compellerentur***, (verba sunt Facundi *lib.* IV. *cap. ult.*) ***palam reclamaverunt contra magnam synodum fieri; & post*** C ***subscriptionem memoratam, Stephano Romano diacono libellos dederunt, sedi apostolicæ transmittendos, confitentes in eis, quod a Constantinopolitano episcopo coacti subscriberent.***

Didicit in Sicilia pontifex, partim a Datio Mediolanensi obviam appulso, partim ex litteris Stephani, factum Mennæ, tulitque tanto ægrius, quanto indignius erat abjectiusque a præsule, qui suum olim thronum beneficio sedis apostolicæ obtinuerat, imperatoris minas summi pontificis reverentiæ præferri. Quare, nulla ratione habita cautionis, ulciscendum putavit, monitione tamen prius per litteras ex itinere facta, missisque ad imperatorem legatis, qui efficere conarentur, ut præsul pœniten- D tia, imperator rescissione facti, ultionem prævertterent.

Rem narrat Facundus imperatorem alloquens *lib.* IV. *cap.* III. *Hoc est autem mirabile, ut, postquam horum condemnationem fecerunt, dicerent quod ecclesiam Romanam consulerent, & sententiam Vigilii ejus præsulis exspectarent: cui, quantum ad illos attinet, non permiserunt censere, quod senserit, ante statuentes,* ut si quis Theodorum Mopsuestiæ cum suis dogmatibus & epistolam venerabilis Ibæ non anathematizat, fiat anathema. *Sed ecce jam veniens ex itinere, quod ei videbatur, edixit, & facti hujus auctori correctionem tumultuariæ suæ transgressionis indixit; & nisi ci-* E *tius quod male factum est auferatur, etiam vindicaturum se esse prædixit, protestans & dicens cum Apostolo:* Ne forte cum venero, non quales volo inveniam vos, & ego inveniar a vobis, qualem me non vultis: *propter quod & de vestra clementia summis precibus summoque adnisu per suos legatos petiit, sicut cum venientem diversæ provinciæ contestatæ sunt, ne patiamini stare quod factum est.*

Narrat pariter ipse Vigilius in epistola ad Mennam ex itinere scripta, quam legere est apud Facundum in libro adversus Mocianum. *Quando nobis*, inquit pontifex, ***non sit incognitum, quia diaconus Stephanus, tunc responsalis nostræ cui per Dei gratiam præsidemus, ecclesiæ, cum plurimis***

Christianis, quamdiu vixit, a tua se communione suspenderit, & in Siciliensi insula constituti, fratre & coepiscopo nostro Datio referente, didicimus, quod & ipse & alii consacerdotes nostri, & multi filii ecclesiæ christianæ a tua se nihilominus communione subtraxerint: & dum caussas exorti quæreremus scandali, ante dictus frater & coepiscopus noster respondit, hoc fraternitatis tuæ fecisse personam, quod a nullo decessorum tuorum decessorumque nostrorum temporibus, qualibet fuisset ratione commissum, cet. Ut nempe non exspectato sedis apostolicæ judicio, vel fidei caussa agitaretur, vel generalis synodi sententia retractaretur.

Quod comminatus fuerat de via pontifex, id eum statim atque Constantinopolim venit, adversus Mennam aliosque episcopos non resipiscentes, præstitisse tradit Facundus *libro mox citato*, propter *quod & illos, qui talibus communicaverant, veniens in regiam civitatem a communione suspendit*. Ea suspensio trimestre spatium tenuit, donec aulæ precibus soluta est.

Ex his porro quæ ex Facundo relata sunt, liquido patet, eo tempore quo dixi, habitum fuisse a Menna concilium: quomodo enim pontifex iram alioquin justissimam tamdiu retinuisset? quomodo animi sui sensum in via tantummodo prodidisset? quomodo si Romæ positus vim episcopis ab imperatore illatam, meticulosorumque præsulum ignavam servitutem rescivisset, ejusdem violentiæ metu non se prudens continuisset Italiæ finibus? Nam quod excipere posset quispiam, non venisse Vigilium ad imperatorem, sed vi deportatum, momenti nihil habet; siquidem quod acceptum est ex Anastasii relatione de Vigilio ex æde sanctæ Ceciliæ a Belisarii satellitibus abrepto, & in navem injecto, mera fabula eruditis plurimis videtur: ab eo certe debet rejici, qui moram Vigilii in Sicilia facit annuam, aut etiam, si Deo placet, biennem.

De actis concilii supersunt tria tantum, quod quidem sciam, Sacra Imperatoris ad patres, patrum compendiosa responsio ad Sacram, & anathematismus adversus Theodorum & Ibam. Anathematismus legitur apud Facundum *lib.* IV. *cap. ult.* Sacra & responsio græce ac latine subjuncta est quintæ synodi actis, qualia nunc habentur.

Miror vero ambas illas, Sacram dico & Responsionem, visas hominibus quibusdam ad V. synodum pertinere; nam etsi habet Sacra hæc nonnihil cognationis cum alia, quam constat collatione I. quintæ synodi prælectam; mirum tamen quantum in pluribus differt, idque nemo qui legerit, non animadvertet.

Observandum porro, Sacræ de qua loquimur, insertum esse fragmentum ex libro apologetico Cyrilli ad Theodosium imperatorem: implet illud mediam Sacræ partem, tamque parum apte appositum est, ut mirabile sit a curiosis non fuisse contemtum: illud ego detrahendum putavi, dum heic exhibetur Sacra cum responsione synodica, velut actorum quædam reliquiæ, ad quas operæ pretium est postea nonnulla animadvertere.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

JUSTINIANI IMPERATORIS epistola ad sanctam synodum de Theodoro Mopsuesteno, & reliquis.

Semper quidem studium fuit orthodoxis & piis imperatoribus patribus nostris pro tempore exortas hæreses per congregationem religiosissimorum sacerdotum amputare, & recta fide sincere prædicata, in pace sanctam Dei ecclesiam custodire.

Quapropter & Constantinus magnus Arrio blasphemante & dicente, Filium non esse consubstantialem Deo & Patri, sed creaturam, & ex non exstantibus factum esse, congregavit Nicææ trecentos decem & octo patres; & cum ipse concilio interfuisset, damnato & anathematizato Arrio, rectam fidem confirmare studuit: per quam divini illi patres confitentes Filium consubstantialem esse Deo & Patri, non vero creaturam, & ex non exstantibus factum, usque ad hodiernum diem canitur.

Theodosius autem senior, Macedonio negante deitatem sancti Spiritus, & Apollinario ejus discipulo blasphemante incarnati Dei Verbi dispensationem, & dicente, Dei Verbum non assumsisse mentem humanam, sed carni animam irrationalem habenti fuisse unitum, congregatis in Constantinopolitana urbe centum quinquaginta patribus, ac ipse particeps concilii effectus, damnatis & anathemate perculsis prædictis hæreticis, una cum impiis eorum dogmatibus ac sectatoribus, curam adhibuit, ut recta fides prædicaretur.

Theodosius vero junior, impio Nestorio dicente alium esse Deum Verbum, & alium Christum; ac Verbum quidem natura esse Filium Dei & Patris, Christum vero tantum ex gratia filium impie introducente, & sanctam Mariam Dei genitricem esse negante; congregavit priorem Ephesinam synodum ducentorum sanctorum patrum, & directis principibus qui deberent concilio interesse, jussit & ipsum Nestorium adesse, & judicium de eo fieri; diligentique examinatione facta, damnarunt & anathematizarunt Nestorium una cum sectatoribus ejus.

His autem ita subsecutis, cum insurrexissent contra sanctissimum Cyrillum sectatores impii Nestorii, conati sunt, quantum in ipsis fuit, rescindere sententiam contra Nestorium latam. Sed Theodosius imperator, defendens ea quæ ita recte contra Nestorium & impia ejus dogmata fuerant judicata, damnationis sententiam in eum factam ratam haberi curavit.

Post hæc autem Cyrillo mortuo, emersit monachus quidam & archimandrita, nomine Eutyches. Hic non exiguam populi partem sibi adjunxit, Nestorii sectam & impium ejus dogma approbans, ac dicens, carnem Domini non esse consubstantialem nobis: & rursum quidem non multo post, diabolica manu prævalente, aliud Ephesi concilium latronum & nequaquam sanctum cogitur: misso ad id etiam Flaviano Constantinopolitano, cum penes Dioscorum Alexandriæ episcopum summa rerum ibi esset: divinus autem Flavianus defendens orthodoxam fidem, occiditur; priori vero Ephesinæ synodo auctoritas abrogatur, subscribentibus quibusdam episcopis letali vi compulsis, inter quos fuit etiam Basilius Seleuciæ episcopus.

Hinc cum publice docerentur Nestorii, Dioscori & Eutychis perniciosa dogmata, magnique præsertim in oriente exsisterent tumultus, occisi sunt Proterius sacerdos magnus & alii plurimi. Eo rerum statu Marcianus divinitus creatur imperator, qui coacto Cal-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

chedone sexcentorum triginta patrum concilio, præsentibus Dioscoro & Eutyche, in eo una cum ipsis interfuit, ibique damnantur quidem Dioscorus & Eutyches, & iterum Nestorius anathematizatur. Theodoretus autem, Ibas & Basilius Seleuciæ episcopus recepti sunt, cum tamen priori concilio subscripsissent, & ita abolitis prædatoriæ synodi actis & damnatis, concordia a sanctis patribus inter omnes conciliata est.

His quatuor conciliis sic actis & confirmatis, & auctoritatem in ecclesia Dei obtinentibus, Nestorii sequaces denuo suam hæresim confirmare studuerunt opera Theodori Mopsuesteni, qui multo pejora quam Nestorius ejus discipulus blasphemavit.

Nos igitur sequentes sanctos patres nostros, & volentes rectam fidem sine ulla macula conservare, hortamur vos, ut hujus quoque blasphemias examinantes, de eo & sectatoribus ejus sententiam feratis: nam præter innumera alia quæ impie in Christum Deum nostrum maledicta evomuit, id quoque protulit alium esse Deum Verbum, alium Christum, qui animi perturbationibus & carnis cupiditatibus molestiam ipsi exhibentibus, paullatim a deterioribus desistens, factorum profectu in melius evaserit, inculpataque optimæ vitæ ratione usus sit. Qui, ut purus homo, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti baptizatus, per baptismum gratiam Spiritus sancti consecutus, adoptione sit dignatus: & ad similitudinem regiæ majestatis Christus in persona Verbi Dei adoratus, post resurrectionem animo constanti & peccatorum vacuo fuerit. Præterea pronuntiavit, eam fuisse Verbi cum Christo unitionem, quæ est ab apostolo dicta viri cum muliere; * Et erunt duo in una carne.

Ad hæc vos hortor, ut ea etiam examinetis, quæ a Theodoreto & Iba male scripta sunt contra prius Ephesinum sanctum concilium, contraque eos eodem modo sententiam feratis.

Observa primo, quod dicitur, *Eutyches sectam Nestorii & impium ejus dogma approbasse, cum diceret, carnem non esse consubstantialem nobis.* Id enim verum eatenus tantum est, quatenus utraque hæresis in eo conveniebat, quod negaret beatam Virginem esse proprie, Θεοτόκον, factamque ullam veram Verbi incarnationem: altera tamen alteram proferebat negandi caussam, illa enim naturarum ἕνωσιν καθ' ὑπόστασιν; ista carnis Christi consubstantialitatem rejiciebat.

Observa deinde hæc verba: *cum publice docerentur Nestorii, Dioscori & Eutychis perniciosa dogmata, magnique præsertim in oriente exsisterent tumultus, occisi sunt Proterius sacerdos magnus, & alii plurimi. Eo rerum statu Marcianus divinitus creatur imperator*, cet. Nam intolerabilem continent ἀνιστορησίαν; siquidem Proterius occisus est a Dioscoritis Alexandriæ, post mortem Marciani. Vide Liberatum in Breviario *cap.* XIV.

Observa pariter ista. *Marcianus coacto Calchedone concilio sexcentorum triginta patrum, præsentibus Dioscoro & Eutyche, interfuit.* Vehementer hallucinatur imperator theologus: neque enim Eutyches adfuit concilio, sed ante fuerat in exsilium ejectus. Vide acta concilii.

Observa quarto, ubi dicuntur, *Theodoretus, Ibas & Basilius Seleuciæ episcopus recepti esse, cum tamen priori concilio subscripsissent*, aberrasse interpretem: græca enim hæc, Θεοδώρητον δὲ καὶ Ἴβαν καὶ Βασίλειον Σελευκείας ἐδέξαντο καθυπογράψαντας, debuerunt ita reddi, *susceperunt vero Theodoretum, Ibam & Basilium Seleuciæ, postquam subscripsissent*, definitioni nempe concilii Calchedo-

A nensis, & Leonis tomo. Vide acta concilii Calchedonensis.

Observa denique, παραχρονισμὸν annorum quindecim. *His quatuor conciliis sic actis & confirmatis & auctoritatem in ecclesia Dei obtinentibus, Nestorii sequaces denuo suam hæresim confirmare studuerunt opera Theodori Mopsuesteni, qui multo pejora quam Nestorius ejus discipulus deliravit.* Memoria Justinianum defecit: nam annis saltem quindecim, ante quam concilium Calchedonense haberetur, excerpta ex libris Theodori pro Nestorii libris imperiali præcepto combustis, in vulgus sparsa sunt: quod aperte constat ex litteris Cyrilli, Procli & Joannis Antiocheni.

B Tam absurda porro tamque imperita σφάλματα quis eruditus putet esse hominis, qui *scriptor insignis sapientissimusque* merito prædicetur? quis non credat potius illius esse, qui si suapte industria typum composuit, non minus sit ἀναλφάβητος quam Justinianus? si aliena opera usus sit, sibique supponi fetus siverit tam fœdos, ab Halloixio jure dictus sit *rudis & illiteratus*, siquidem præ inscitia discernere non valuit, quæ adoptaret cum laude.

Ad ejusmodi epistolam respondit synodus; postquam ad se transmissa ex Theodori libris excerpta rursum solicite pervidit: *Calchedonense sacrum concilium Theodoretum & Ibam graviter verbis insectatum, non alia conditione in gratiam recepit, quam*
C *ut prius sua damnarent mala scripta & Theodorum ac Nestorium.*

Nos autem, præter reliquos omnes hæreticos a dictis quatuor sanctis conciliis damnatos, atque ecclesia exclusos, damnamus etiam atque proscribimus Theodorum qui fuit Mopsuestiæ episcopus, ejusque impios libros: nec non ea quæ Theodoretus male scripsit contra veram fidem, & duodecim sancti Cyrilli capita, ac primam sanctam Ephesinam synodum, & pro defensione Theodori ac Nestorii.

Præterea damnamus etiam epistolam quam Ibas fertur scripsisse ad Marim Persam, quæ negat Verbum Dei ex sancta Virgine deipara Maria incarnatum hominem esse factum, & divum Cyrillum pro hæretico traducit: ac primam quidem Ephesinam sa-
D *cram synodum reprehendit, ut quæ incognita caussa Nestorium damnaverit: duodecim autem capitula sancti Cyrilli conspuit: Nestorio vero & Theodoro, eorumque impiis scriptis & opinionibus patrocinatur.*

Quapropter effrenes hæreticorum istorum linguas, impiissimaque scripta, ipsosque ad extremum in falsis suis opinionibus ac malitia perseverantes, optimo jure patri mendaciorum diabolo annumerantes dicemus. ** Vadite in lumine ignis vestri, & in flamma quam concepistis.

Fallit Cappadox (fuit enim, & typi Justinianæi & responsionis synodicæ auctor) fallit inquam cum maligne scribit, Theodoretum & Ibam non alia conditione receptos Calchedone, quam ut prius sua
E damnarent mala scripta, & Theodorum ac Nestorium: nam nec actione VIII. in qua Theodoreti caussa disceptata est, neque IX. & X. in qua actum de Iba, verbum ullum factum est, aut de scriptis Theodoreti, aut de Theodoro. Epistola vero Ibæ, sin minus cum laude, saltem sine improbatione, vel synodi vel Ibæ, lecta est: egebat tamen hoc mendacio Cappadox, ut facilius præsules induceret ad id damnandum, quod Theodoretus ipse Ibasque prius in Calchedonensi concilio damnassent.

Neque vero istud unum commentus est, sed alia longe plura, ut naviter mentiri proprius ipsius character videri possit, & non argutius quam ve-

* I. Cor. VI. 16. ** Isa. L. 11.

rius Halloixius scripserit, Justiniani epistolam de tribus capitulis a Theodoro quidem fabricatam, sed a patre mendacii, qua parte historiam spectat, dictatam.

Habet tamen observatione dignum id veri, tum epistola Justiniani, tum hæc synodica responsio, quod Theodoretus *male scripserit contra veram fidem, & duodecim sancti Cyrilli capita, ac primam sanctam Ephesinam synodum, & pro defensione Theodori ac Nestorii.* Quibus verbis indicantur scripta tria, ex quibus primum solum vulgo notum est; alia duo, si tamen duo, hactenus ignota; utriusque nos exiguam partem edemus in auctario Theodoreti, quod propediem prelo committetur.

CAPUT V.

An damnatus sit re ipsa Origenes in V. synodo.

De damnatione Origenis in V. synodo non una est eademque omnium scriptorum sententia. Sunt qui damnatum omnino negent, ut Halloixius; sunt qui fateantur: sed fatentium alii incognita caussa, alii cognita, judicatum aiunt: qui cognita, rursum in duas partes scinduntur, prout nempe cognitionem habitam esse volunt, aut ante quam ageretur de tribus capitulis, ut Differtator; aut postquam actum est, ut illustrissimus Marca.

Ex hoc opinionum conflictu tres quæstiones oriuntur, an re vera damnatus sit Origenes in V. synodo? an institutum in eadem synodo de caussa judicium? quo tempore institutum sit? quamquam postremum istud non operose solvitur, si aliæ duæ quæstiones, ut par est, agitatæ fuerint: illæ autem, vix separatim, conjunctim facile, solvi possunt.

§. I.

Quid Halloixius nuper de quæstione senserit.

Scripsit opus non ita pridem Halloixius, cui nomen fecit, Origenes defensus, librisque quatuor absolvit. Præmisit omnibus testimonia patrum, quibus non tam Origenes laudatur, quam accusaturis, si pudentes sint, vox pæne præripitur: quis enim ausus fuerit crimen non timide inferre homini, quem Alexander Hierosolymorum episcopus & martyr *dominum suum, & suæ fidei patrem* vocat: quem Gregorius Thaumaturgus *divinorum eloquiorum interpretem ita peritum, ut Dei verba quasi Deo loquente, & intelligeret, & hominibus enarraret*: quem Pamphilus, aut quisquis auctor apologiæ, *Ecclesiæ magistrum, qui adversus hæreticos ita fortiter dimicavit, ut omnia diabolicæ machinationis fundamenta subverteret*: quem Athanasius magnus, *virum multæ eruditionis & diligentiæ*: Gregorius Theologus, *omnium theologorum cotem*: Gregorius Nyssenus, *Christianorum philosophiæ parentem*: Ambrosius, *diligentem interpretationum indagatorem*: Hieronymus, *virum, quem alterum post Apostolos ecclesiarum magistrum nemo nisi imperitus neget*, cet.

Hæc & alia postquam prosecutus est, tum libro primo vitam Origenis contexit plane admirabilem: narrat enim, quomodo patre martyre genitus, multos ipse vicissim Christo martyres spiritaliter pepererit: qua ratione, cum foret avidus fundendi pro fide sanguinis, singulari Dei consilio ad alia servatus sit: quam prodigiosam multitudinem sive

A gentilium sive hæreticorum ad ecclesiam adduxerit: quanta scientiæ fama docuerit ipsos orbis doctores: quam multa passus sit, quamque gravia, & ab æmulis gloriæ, & a viris alioquin piis, sed aliunde illusis: quanta pietate tandem obierit, post sex millia librorum incredibili labore conscripta.

Secundo libro virtutes tanti viri exponit, sed quatuor præsertim, pietatem in Deum & Christum Jesum, humilitatem modestiamque singularem, caritatem martyrii avidam, & divinæ gloriæ procurandæ indefessum studium: splendidius enim hæc quatuor quasi lumina in scriptis emicant.


Post virtutes laudatas, in tertio libro explicat B mentem Origenis, inducitque suis verbis dicentem, quid de præcipuis fidei quæstionibus re vera sentiat, qua doctrinæ vi de omnibus sui temporis hæreticis triumphaverit.

Denique accedit quarto libro ad examen eorum, quæ varia a variis Origeni objecta sunt, & illius in primis, quo cuncta præconia obscurantur, quod nempe, licet ab Hieronymo tantopere laudatus sit, velut alter post Apostolos ecclesiæ magister, ab episcopis tamen ecclesiæ magistris, & quidem in concilium collectis, velut impius & omnium hæreseon hydra, damnatus sit. Id vero neque semel, neque in uno loco factum est, sed variis in ecclesiis variisque temporibus. Primum siquidem Alexan- C driæ in patria, dum viveret, a Demetrio episcopo; iterum ibidem a Theophilo duobus fere post sæculis; tertium Constantiæ Cypri, eodem tempore, ab Epiphanio: quartum Romæ ab Anastasio, a Venerio Mediolani, Aquileiæ a Chromatio; denique anno Christi 553. in synodo V. generali ab omnibus totius orbis patriarchis. Undecimus enim canon sic se habet. *Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, Origenem, cum impiis eorum conscriptis, & alios omnes hæreticos, qui condemnati & anathematizati sunt a sancta catholica & apostolica ecclesia & a prædictis sanctis quatuor conciliis, & eos qui similia prædictis hæreticis sapuerunt D vel sapiunt, & usque ad mortem in sua impietate permanserunt, anathema sit.* Quintam synodum aliæ consequentes imitatæ sunt, aut potius exscripserunt.

Halloixius facile particularibus conciliis tribus derogat auctoritatem: narrat enim singulorum historiam, qua constat primum, dubia esse quæ feruntur de Alexandrino primo, cum Hieronymus qui solus meminit, alia ante diffidium cum Rufino, alia post diffidium super ea re scripserit. Deinde auctorem secundi Theophilum a viris ejusdem ætatis sanctissimis accusatum fuisse, quod in damnandis Origenistis ipsoque Origene, humano affectui, præter rationis modum, indulserit: tertio Epipha- E nium iisdem Theophili artibus adversus Origenem, quibus in Chrysostomum, commotum esse; eaque commotione Cyprios ad ferendam in Origenem sententiam impulisse.

Non ita facile defendi posse intelligit objectionem, quæ ex canone undecimo V. synodi sumitur. Quare rei attentius adjuncta singula intuitus, id est, concilium ipsum de cujus auctoritate dubitatum sit, canonem cui vitium objici queat; & Origenem, cujus personam inter & doctrinam seu libros differentia ponatur, tres proponit excipiendi modos, quorum si vel unus constet, consultum sit Origeni. Ait enim dici posse primo, esse genuinum canonem, sed concilium illegitimum: secundo, legitimum quidem concilium, sed adulteratum canonem:

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



tertio; & si utrumque vitio careat, posse perinde excusari personam Origenis, damnata doctrina, atque ab Augustino Cyprianus defensus est, repudiato errore circa hæreticorum baptismum.

Primum multis argumentis conficit: nam cum nulla synodus jure conveniat, invito summo pontifice: nulla satis auctoritatis habeat ante sedis apostolicæ confirmationem; contendit Vigilium initio diu obstitisse, ne cogeretur in oriente concilium, permisisse tandem, sed nonnisi conditionibus quæ a Græcis spretæ sunt: deinde, eumdem pontificem negasse consensum conditis canonibus, qua parte personas spectant, idque ex Constituto patere, ideoque ejectum in exsilium, unde fractus ærumnis, cum rediret, in Sicilia sancte quieverit: tertio negasse pariter consensum summos pontifices, qui res Vigilii probe noverant, aut suis etiam oculis usurpaverant, Pelagium, qui Vigilio; Joannem qui Pelagio; Benedictum qui Joanni successit: denique consequentes pontifices consensisse quidem, sed errore facti; quippe cum Constitutum Vigilii, aut non legissent, aut Græcis, Vigilium, statim absoluto concilio, consensisse jactantibus, facile credidissent.

Verum, ut obiter dicam, quod res est, modus hic defensionis, ut habuerit olim aliquam veri speciem, videri potest nunc omni carere, si modo legitimum est, quod in regia bibliotheca illustrissimus Marca reperit Vigilii decretum, pro confirmatione V. synodi; datum enim scribitur ante sextum Idus Decembris, imperii Justiniani anno 27. post consulatum Basilii V. C. anno 12. Ex quo apparere potest, Vigilium eo ipso anno quo synodus habita est, sex nempe mensibus postquam finem accepit, revocasse Constitutum, & synodum confirmasse, atque ita Græcos de confirmatione synodi V. a Vigilio mentitos non esse.

Tertium defensionis modum Halloixius exponit, collata Origenis & Cypriani caussa, allatisque Augustini pro Cypriano exceptionibus, quas jure longe potiori, certe non minore, pro Origene facere demonstrat. Id præstat non eruditius quam efficacius. Verum tantis eruditionis opibus, tantaque diligentia id unum consequitur, quod & Augustinus, ut deserto doctrinæ patrocinio, persona defendatur.

Secundum defensionis modum sic explicat, ut simul probet, quod invicte verum est, nomine quinti concilii aliud a veteribus appellatum, quam quod nunc legitur octo collationibus contentum: sic igitur ratiocinatur. In concilio quinto nusquam Origenis agitata est caussa: nusquam ulli ejus errores reprehensi: nusquam appellatum nomen, præterquam in canone XI. Aut igitur canon ille adulterinus est, qua parte Origenis nomen intrusum est, aut a synodo graviter peccatum: quis enim secundum ecclesiæ regulas, indicta caussa, condemnetur?

Deinde nemo non intelligit ex verbis canonis in ipso tantum censeri hæreticos, qui prædictis quatuor in conciliis damnati sunt, velut Arius in primo, in secundo Eunomius, Macedonius & Apollinaris, Nestorius in tertio; in quarto Eutyches & Dioscorus. Cum igitur in nullo ex quatuor conciliis damnatus sit Origenes, videri potest ab Acephalo aliquo pro Dioscoro suppositus: quem tamen Acephalum stolide ac imprudenter fecisse fraudem oportuit: quam nempe ipsa produnt canonis verba, quæ de solis hæreticis antea damnatis ab ecclesia in conciliis œcumenicis intelligi se debere ostendunt.

Tertio, si nominatim in V. concilio de Origene perinde atque de Theodoro actum esset, non utique generali tantum anathematismo, & nomine tenus, sed proprio ac speciali denotatus esset, uti Theodorus, aliique duo, Theodoretus & Ibas minus nocentes: denotatus tamen non est, cum maxime omnium deberet, si modo foret hydra hæreseon, Arrii parens, gentilismi in ecclesiam introductor, cet. quo nomine ab adversariis traducitur.

Adde, inquit Halloixius, quod Gregorius magnus unam in V. synodo damnatam personam asserit, cum debuisset duas dicere, si modo præter Theodorum Origenes damnatus foret.

Adde pariter, quod Eutychi magna erat cum Dioscoro communio, ut pro more sociarentur: nulla admodum cum Origene, ut simul jungerentur.

Adde etiam quod Origenes debuerat propter ætatem, omnibus aliis uno canone proscriptis præponi, si ipsis annumerandus erat: illi enim ætatis ordine censentur.


Adde tandem, quod in Justiniani fide, fideique adjunctis anathematismis, unde fere verbatim canon XI. quintæ synodi acceptus est, nulla fit mentio Origenis: sic enim legitur. *Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, & eos qui similia sapiunt, aut aliquando sapient, anathema sit.*

Hæc & alia eruditus Halloixius attulit, poteratque potentius quiddam adducere, quod postea demonstrabimus. Ex his autem concludit, nihil præjudicare caussæ suæ synodorum trium, sextæ, septimæ & octavæ, consequentium patres; immo neque summos aliquot pontifices; siquidem perinde egerunt in caussa Origenis, quod in illa Honorii septima synodus: exscripserunt, quæ in V. synodi codicibus invenerant, non admodum soliciti de quæstione, quæ tunc non magis moveretur, quam quæ ad Arrium, Eunomium, aliosque pertinet.

Adducit suæ illius exceptionis auctorem in re simili Bellarminum, qui *lib.* IV. *de summo pontifice cap.* X. cum Honorii patrocinium adversus objecta susciperet, *ad tertium*, ait, *respondeo, patres septimæ synodi secutos esse synodum sextam, & solum repetivisse, quod in ea legerant, & proinde deceptos fuisse a sexta synodo, quæ vel corrupta erat, vel per errorem Honorium damnaverat.*

Adducit etiam septimam synodum, quæ hanc ipsam videtur exceptionem actione VII. suppeditare, eo ipso quod in definitione fidei de Origene & Honorio perinde pronuntiat: nam post anathema dictum hæreticis, quos priores quatuor synodi, quosque Constantinopolitana particularis sub Menna damnaverat, *cum quibus*, inquit, *& Origenis, & Evagrii ac Didymi fabulas anathematizamus, sicuti & Constantinopoli congregatum quintum concilium egisse dignoscitur: deinde quoque & duas voluntates & operationes secundum naturarum proprietatem in Christo prædicamus, quemadmodum & Constantinopoli sexta synodus exclamavit abjiciens Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium, & eos qui sine voluntate sunt pietatis, atque istis similia sentientes.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.



§. II.

Quid nuperus quidam Diſſertator Halloixio objecerit: & primum quid opinatus ſit de tempore, quo damnatus ipſi videtur in V. ſynodo Origenes.

QUÆ pro Origene Halloixius adducit, ea refellere conatus Diſſertator, congeſſit hinc inde multa, ad invidiam potius erudito Halloixio conflandam, quam ut rem ſuam promoveret; nam & nomini quo maxime Halloixius gloriatur, incredibiliter infenſus eſt; & cauſſam per ſe bonam, cum vellet videri defendere, re ipſa prodidit: ad probandum enim, quod a V. ſynodo re vera Origenes damnatus ſit, argumenta protulit, vel falſa, vel dubia, vel jam reſponſionibus infracta.

Ut ergo Origenem in V. ſynodo damnatum fuiſſe conficiat, dicit prius de tempore, quo damnatum putat, *ſibique* ſtatim *certum* pronuntiat, id ante Maium anni 553. id eſt ante inchoatam ſynodum contigiſſe, patriarchis ſcilicet & epiſcopis ad ſynodum celebrandam jam dudum appulſis, cauſſamque Origenis, ne nihil forſan agerent, cognoſcentibus, *& approbantibus decretum Juſtiniani contra eumdem a decennio latum*, hoc eſt anno uno ante Zoilum depoſitum, ſi qua fides Diſſertatori, depoſitionem collocanti anno 554. *pag.* 47. *linea ultima*.

Confirmat eximiam illam ſuam chronologiam auctoritate Georgii Cedreni, qui ad annum 26. Juſtiniani, erat is æræ chriſtianæ 552. recitat imperatoris Sacram ad patres, quos ſibi perſuadet ad V. ſynodum veniſſe, creditque, auctore, ut quidem putat, Euſtathio vitæ S. Eutychii ſcriptore, conveniſſe ſæpius ad res eccleſiaſticas tractandas, atque unam ſaltem habuiſſe ſeſſionem, quæ tamen non ſit inſerta geſtis, cujuſmodi ſunt in codicibus hactenus uſpiam viſis, quippe quæ negligi potuerit, & in pauca exempla referri, quorum nulla pervenerunt ad poſteros: *relata vero non eſt in plura*, inquit, *exempla, propterea quod res graviori conſideratione non egebat; ſiquidem ex litteris encyclicis olim Origenes in univerſa eccleſia damnatus fuerat, & patriarchæ ante quam conſecrarentur, de more Origeni anathema dicebant; ſic enim in edicto Juſtiniani mandabatur*. Pronuntiat denique controverſiam de Origene paullo ante initium anni 553. diſcuſſam.

Hæc effatus, refellere aggreditur illuſtriſſimum Marcam, cujus eſt in diſſertatione opinio, *cognitionem de Origene ſucceſſiſſe cognitioni trium capitulorum, idque ex ſerie actorum V. ſynodi aperte oſtendi*. Adverſus tantæ eruditionis virum argumenta profert iſta duo; alterum, *ex actis ſynodi citra dubium oppoſitum colligi: nam canon* XI. cui nomen Origenis inſeritur, *editus eſt collatione* VIII. *habita* IV. *nonas Junias, quæ cum poſtrema fuerit in cauſſa trium capitulorum, colligitur, antea jam Origenis cauſſam cognitam fuiſſe; alias Origenem damnaſſent patres, ante quam illius errores examinaſſent; & ex conſequenti, per ſummam injuriam Adamantius fuiſſet indicta cauſſa damnatus*. Alterum collatione V. Theodorum de damnatione defunctorum interlocutum in hæc verba. *Et multos quidem etiam alios invenimus poſt mortem anathematizatos, nec non etiam Origenem; & ſi ad tempora Theophili ſanctæ memoriæ vel ſuperius aliquis recurrerit, poſt mortem inveniet anathematizatum, quod etiam nunc in ipſo*
A *fecit & veſtra ſanctitas, & Vigilius religioſiſſimus papa antiquioris Romæ*. Quo teſtimonio adducto infert: *En fatente Origeniſtarum principe a ſynodo V. & a Vigilio papa Origenes damnatus fuit, & quidem ante quam terminata eſſet cognitio trium capitulorum: hoc teſtimonium eſt adeo evidens, ut rem extra dubium ponat*.

Hæc Diſſertatoris verba. Hæc ratio hominis inquirentis, quo tempore res acta ſit, quæ an aliquando acta ſit, nondum confecit, cum tamen id κυρίως in quæſtione verſetur, qua de methodo viderint dialecticæ magiſtri. Nos ſingula κατὰ μέρος ad examen vocemus.

Affirmat primo, patres ad V. ſynodum appulſos,
B ſæpius conveniſſe, prius quam ſynodum ipſam haberent, ut res eccleſiaſticas tractarent, idque colligi ex Euſtathio. Verum ſcriptor ille vitæ ſancti Eutychii nihil refert, niſi quod alii omnes tradunt, Eutychium adhuc monachum & Amaſeni præſulis apocriſiarium, cum diſputaretur apud imperatorem de mortuorum damnatione, exemplo Joſiæ regis perſuaſiſſe, licitum eſſe homines, etiam poſt obitum, condemnare. Quomodo vero inde conficiatur, ſynodicos congreſſus a patribus celebratos eſſe, nullus clare viderit, immo nullus non invicte confecerit, congreſſionem cujus meminit Euſtathius, cuique Eutychius adhuc monachus interfuit, ſuaque ſibi reſponſione epiſcopatum promeruit, contigiſſe
C pluribus ante inchoatam ſynodum menſibus, anno enim 552. Mennas Eutychii præceſſor obiit.

Affirmat deinde, a patribus ſeſſionem, utique ſynodicam, eſſe tunc temporis habitam, in qua Origenes damnatus ſit, & Juſtiniani decretum probatum. Fuerunt igitur novem V. ſynodi collationes, quod nemo hactenus cogitavit. An non appoſite quiſpiam meritoque Diſſertatori dixerit, quod ipſe alias Halloixio immerito? *heu quo præcipitem egit hominem cæcus livor!* Si novam aliquam ſeſſionem concilio contendis addendam, *tuum erat codicem carioſum quempiam alicubi gentium litteratarum, vel etiam barbararum nominare*, ubi ſeſſio illa inter collationes V. ſynodi cenſeretur: quanta
D porro religio, ſupponere ſynodo œcumenicæ ſeſſionem unam integram!

Memini me legere apud Nicephorum Calliſtum, ſeſſione ſecunda V. ſynodi conclamatum fuiſſe adverſus Origenem, poſt lectos Palæſtinorum monachorum libellos. Sed neque id Diſſertatorem juvat, neque ſum neſcius, confudiſſe Nicephorum œcumenicam ſynodum cum particulari, in eumque errorem ab Evagrio abductum eſſe.

Affirmat tertio, ſeſſionem illam ſuam haud in plura exempla tranſlatam, cum unicuique edictum Juſtiniani ſufficeret. Hominem interrogo, unde ſciat ſeſſionem illam ſuam vel in unum exemplum tranſlatam, cum nullus ipſam codex exhibeat: an non
E & hic Diſſertator merito audiat, quod per injuriam Halloixio exprobrat, *ut iſta ſine teſte proferuntur contra ſignatas antiquitus tabulas, de quarum fide nullus huc uſque dubitavit, ita velut ſomnia in fumos abeunt*.

Affirmat quarto, approbatum eſſe in ſua ſeſſione decretum Juſtiniani contra Origenem a decennio latum: pugnat heic manifeſte, & cum veritate, ut oſtenſum eſt capite II. & ſecum ipſe: ſi enim habita ſit ſeſſio illa anno 552. quod mox Diſſertator ipſe aſſeret; & decretum decennio ſeſſionem præceſſerit, latum oportet anno 542. At nemo neſcit latum eſſe poſt ordinationem Zoili, quam Diſſertator, inconſtanter quidem, nunc hoc nunc illo

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

anno collocat, sed tamen semper post annum 542. nempe anno 543. aut 544.

Affirmat quinto, sessionem ejusmodi confirmari auctoritate Cedreni, qui epistolam Justiniani de Origene ad patres collectos in synodum refert ad annum 26. Justiniani, atque adeo ad annum 552. æræ christianæ.

Verum bona fides hac in parte desiderari merito potest: dissimulantur siquidem tria, quibus animus lectoris illudi queat.

Nam in excusis Cedreni codicibus regiis, qui emendatissimi omnium, non vigesimus sextus Justiniani annus legitur, sed vigesimus quintus; constatque lectio, cum ipso oculorum testimonio, tum ex serie præcedentium annorum expresse signata.

Deinde eo ipso anno quo Cedrenus missam scribit ad patres Sacram, quintam synodum celebratam tradit: annus ergo ille est 553. nec super ea re hærebit dubius, quisquis adverterit, a Cedreno scribi, V. synodum abesse a quarta annis CII. quis enim ignorat, quartam quæ Calchedonensis, habitam fuisse anno 451. productamque a die octava Octobris ad primam Novembris?

Denique cum Cedrenus non tempora tantum confundat, sed etiam synodos Constantinopolitanas duas, œcumenicam & particularem, hominis non fuit, vel docti, errorem non detegere; vel cordati, si detexerit, testem adducere falsi reum.

Affirmat sexto, *patriarchas ante quam consecrentur, de more Origeni anathema dixisse, idque edicto Justiniani mandatum, & de ceteris aliis episcopis etiam constare*. Sit ne hæc mera divinatio, an mala fides, nullus scio: ejusmodi enim nihil in edicto de patriarchis continetur, neque vero potuit; & ut contineretur, unde quis probet exsecutioni mandatum esse? Sunt hæc imperatoris verba: *In posterum autem ne aliter ordinentur episcopi, aut monasteriorum præfecti, nisi prius cum aliis omnibus hæreticis, qui de more in editis libellis anathematizantur, id est, Sabellio, Arrio*, cet. *prædictum etiam Origenem, una cum exsecrabilibus impiisque ejus dogmatibus, anathematizent*. Ubi patriarcharum nomen? Sed quei potuit inesse, cum ad singularem unum patriarcham exemplar edicti mitteretur? & qua ratione Ecclesia in re tanta, quanta est professio fidei, sæculari potestati paruisset? quod denique exemplum servati edicti? sed qua fide illud *de more*, quod dictum de hæreticis ante edictum proscriptis, ad Origenem post edictum extenditur?

Affirmat septimo, *controversiam de Origene, ante initium anni 553. vivente Menna discussam esse*. Recte quidem, ad veritatem; nam pluribus ante annis in concilio Mennæ Origenis caussa agitata est; immo & prius in concilio Vigilii Romæ: at quomodo ista constant cum assertione, quod in V. synodo controversia isthæc discussa sit? quomodo Theodorus Cappadox vere dixerit, ut re vera dixit, a patribus hujusce synodi Vigilioque damnatum Origenem? An accessit summus pontifex ad sessionem illam primam Dissertatoris? cur ergo ad consequentes alias convenire noluit? cur in litigio quod duas priores collationes tenuit, non fuit vel semel objectum, quod jam ante cum orientalibus, sine ulla conditione, paucis ante mensibus, convenisset?

Argumentum porro quo contra illustrissimum Marcam pugnat, nempe ex serie actorum constare, cognitionem Origenis cognitione III. capitum priorem esse, & in auctorem redit, & per se debile est. Sic enim ait: *Cum octava collatio postrema* A *fuerit in caussa trium capitulorum, colligitur, antea cognitam fuisse Origenis caussam, ne per injuriam damnatus dicatur*. Hoc argumentum, inquam, in auctorem redit: siquidem Halloixium admirabiliter juvet; nam si nulla in collatione, cujusmodi nunc habetur, cognita legitur Origenis caussa, vel fingenda est nova quædam collatio, quæ desit actis; vel Origenes dici debet damnatus per summam injuriam, & indicta caussa; vel suppositum est in canone XI. nomen Origenis pro Dioscoro. Primum quid aliud est, quam miserabile quoddam hominis audacter desperantis perfugium? Reliqua duo Halloixii caussam evincunt. Certe illustrissimus Marca, ut erat intelligentissimus, cum suspicari nihil posset B de sessione Dissertatoris anno priore habita, inspectis curiose actis synodi, perspexit, non tantum absolvi collatione septima trium capitulorum cognitionem (neque enim cognitionem caussæ, quod fecit Dissertator, cum sententia confudit) sed etiam inter collationem septimam & consequentem sex dies intercessisse: prior enim VII. Kalendas Junias, posterior IV. Nonas Junias habita est: qua re nihil prudentius dici posse in rem suam putavit, quam quod Origenis caussa, interjecto tot dierum spatio, cognita sit, & dicta tandem in octava collatione communis in Origenem & tria capitula sententia. Non fuit vero admodum solicitus de dicto Cappadocis: vidit enim referri facile posse ad damnatio- C nem Origenis ante aliquot annos factam, cum a Vigilio & a patriarchis reliquis edicto regio subscriptum est.

Postquam Dissertator hunc in modum conatus est dicere quidpiam de tempore cognitæ Origenis caussæ, tum aliquam exstitisse cognitionem probare jam aggreditur, adhibetque quatuor argumenta, quæ continentur partim auctoritate synodorum, Lateranensis sub Martino I. sextæ, & septimæ, testantium Origenem una cum Evagrio & Didymo a quinta synodo esse inter hæreticos proscriptum; partim testimonio Cyrilli monachi, qui scripsit de vita SS. Sabæ & Euthymii; Cosmæ diaconi, qui in VII. synodo recitavit fragmentum ex vita S. Sabæ, D Sophronii Hierosolymitani, quem Dissertator putat floruisse paullo post V. synodum, & Evagrii historici, qui omnes id ipsum, quod synodi tres, docent; partim acerba in Halloixium invectiva, cujus defensionem pro Origene, stultitiæ proximam; opinionem de nomine Origenis pro Dioscori supposito, ridiculam divinationem; reprehensionem eorum qui cognitam in V. synodo Origenis caussam autumant, hominis imprudentis factum pronuntiat: partim denique nonnulla specie responsionis ad ea, quæ pro sua sententia Halloixius protulit.

Et ad primum quidem, quo contendebat Halloixius, additum aliquid fuisse XI. canoni, excipit repertum esse Origenis nomen in canonibus V. syno- E di, cujusmodi erant in codicibus, sive qui Romæ asservabantur, & post annos fere centum in synodo Lateranensi lecti sunt; sive quos ex Constantinopolitani patriarchii tabulario extractos sexta synodus prælegi sibi jussit, quosque antiquos dixit & immutilatos, id est, quibus nihil detractum foret.

Ad secundum, non ausus infitiari, solitos patres Eutychen & Dioscorum sociare, communique exsecratione prosequi; asserit tamen eam ob caussam non sociatos in canone, quoniam Dioscorus eadem cum Eutyche, immo & cum Origene deliraret: unde ait in Lateranensi concilio can. XVIII. Dioscorum quidem Eutychi conjunctum, sed simul annumeratum ipsis Origenem, quemad-

modum & in septima synodo. Quo loco vim responsioni addere sibi visus est actuosa declamatione, vehementique admiratione, quod *nullus ex tanto numero patrum sive Lateranensis concilii, sive sexti & septimi, erga Adamantium commiseratione, erga collegas amore motus ostenderet intrusum canoni* XI. *nomen Origenis, ut hunc ab infamia, illos ab errore vindicaret.*

Tum diluere tentat rationem ab auctoritate Gregorii magni petitam; aitque, singularem illam personam quam Gregorius in synodo damnatam scribit, intelligi debere, non simpliciter atque absolute, sed unam de tribus quarum proscripta sint scripta. Illarum enim trium, Theodorus unus anathemate percussus est, solis Theodoreti & Ibæ scriptis proscriptis. Profert, ut id probet, ipsum Gregorii locum, sed adducit simul locum epistolæ a Nicolao I. ad Michaelem imperatorem scriptæ quo suam responsionem confirmet, duasque personas, Origenem & Theodorum, damnatas conficiat.

Deinde adversus argumentum ab Halloixio inde sumtum, quod in edicto Justiniani nomen Origenis non legitur, excipit cum Baronio, id factum fraude Theodori Cappadocis, qui cum Origeni perinde studeret ac tria capitula odisset, edictum pro animi sui affectione fabricatus est.

Id postea quod Halloixius caussatur, a nullis præcedentibus synodis damnatum esse Origenem, a quibus tamen maxime deberet, si tot scelerum olim, quot postea, reus visus esset; Dissertator repellit admirabili quadam responsione: non enim facti caussam reddit, sed contendit a synodis omnibus damnatum, non suo tamen, sed aliorum nomine, Arrii nempe a Nicæna, Macedonii a Constantinopolitana II. (I. voluit dicere) Nestorii ab Ephesina, Eutychis & Dioscori a Calchedonensi: nec aliam responsionis caussam affert, quam quod Origenes a Theophilo velut hydra omnium hæreseon accusatus sit, quamvis ab Athanasio tamquam purus Arriani erroris defendatur: accusasse enim merito Theophilum, defendisse immerito Athanasium, pronuntiat.

Denique appellat sanctissimos quosdam monachos & antistites, qui cum Justiniani temporibus vixerint, Origenis libros aversati sunt; Sabbam, qui legatione Petri episcopi Hierosolymitani ad imperatorem functus est; Joannem cui factum Silentiario nomen; & Quiriacum qui adversus Origenistas vehementissime decertavit.

Qua occasione invehitur in Halloixium, quasi Sabbam, Theodosium, Quiriacum & Joannem rudes monachos vocarit. Verum id ego nollem objectum, cum non sit bonæ fidei: nam de sanctis viris reverenter, ut par erat, locutus est Halloixius, nec alios rudes monachos dixit, quam qui libellos ope Pelagii diaconi imperatori adversus Origenem obtulerant. Neque vero potuit de sanctis ita male sentire, quippe qui probe sciret, ipsorum alios jam pridem ad superos abiisse, ut Sabbam & Theodosium; alios suis in sedibus vacasse Deo, dum hæc tragœdia ageretur.

Has sive objectiones, sive exceptiones, nullo negotio Halloixius, propter eximiam eruditionem, poterat refellere si legisset, sed ad superos transiit; unde convicia despicit, aut jactantem potius miseratur, atque etiam diligit.

Dixisset enim primo, non agi de tempore cognitionis, de quo satis hactenus, sed de ipsa Origenis damnatione. Auctoritatem synodorum de nomine Origenis, perinde ac septimæ de nomine Honorii, non utiliter proferri ad efficiendum, quod Origenes vere sit in quinta synodo damnatus, cum pari jure proferri possit auctoritas septimæ synodi, ad demonstrandum, quod Honorius fuerit in sexta anathemate percussus inter Monothelitas, quod dicere nescio an ausit Dissertator: quare argumentum, quod ab Halloixio copiose tractatum naviterque pressum est, dissimulavit callide, sentiens quam lubrico in loco versaretur: nam si negaret Honorium, aut omnino, aut jure damnatum in sexta synodo, uteretur que Bellarmini ac Baronii exceptionibus, totam ipse rationum suarum molem subrueret: si enim septima synodus a sexta in errorem abducta merito dici potest, potest non immerito sexta dici a quinta in errorem abducta: possunt & alii quique, Cyrillus, Sophronius & Evagrius, una procul dubio tota synodo minus prudentes. Quod si Honorium fateretur jure damnatum, non sine caussa metueret sibi a tribunali, in quo periclitatum nos docuit erudita Vincentii Lirinensis adversus Dissertatorem defensio, quam vir pietate & doctrina insignis pater Macedo elaboravit.

Dixisset deinde, mirari se, quei potuerit a Dissertore Sophronius dici paullo post quintam synodum floruisse; Sophronius, inquam, qui octogesimo quarto post celebratam synodum anno obierit, anno scilicet 637. ut tradit Labbeus, vir ille eximius, *cujus morti eruditionem ingemuisse*, Dissertator fateri coactus est.

Dixisset tertio, mirum sibi videri, primo quod nihil additum canoni XI. Dissertator inde probet, quia nihil actis detractum est; hoc enim est, quod ait acta codicibus immutilatis contineri: quamquam mirabile non admodum est, illi idem esse, addere quod detrahere, cui excipere præcedere est. Et vero quis facile intelligat, qua ἀκολουθία pro integritate codicum, ex quibus sexti concilii patres acta quintæ synodi prælegi sibi voluerint, tantopere laboret homo ille, qui acta quintæ synodi mutilata atque imperfecta ad nos pervenisse asserit; nec valet tamen ostendere, quo tempore oriens simul & occidens in acta quæ tam curiose lecta sunt, vitianda consenserit; aut quando primum ubique vitiata exstiterint; vitiata inquam, non sola vocum varietate quæ plurima irrepit librariorum vitio, sed totis duabus sessionibus detractis, iisque magni ad opprimendos auctoritate synodi œcumenicæ Origenistas ponderis?

Dixisset quarto, se declamanti Dissertatori posse tritum illud occinere, *dic tibi*: posse, mutato Origenis nomine in illud Honorii, id usurpare, quod paratragœdians in se dixisset: *Ergone* VII. *synodus a corrupto sextæ codice tracta est in errorem? nullus ne patrum germana ac legitima synodi* VI. *acta nancisci potuit, ut Honorium tantæ infamiæ subduceret, ac collegas admoneret intrusi in definitionem aliasque synodi partes Honorii? nullus ex tam numerosa synodo cui præsidebant legati tres apostolicæ sedis, pro Honorio advocatus surrexit? nullus erga primæ sedis antistitem, vicarium Christi, caput ecclesiæ, Petri successorem, patrum patrem, miseratione aliqua inflexus fuit?*

Dixisset quinto, exceptionem, quæ affertur adversus argumentum ab auctoritate Gregorii magni desumtum, nullam prorsus esse: nulla enim ratione generalis sententia Gregorii de personis & de synodo in qua de tribus capitulis actum est, ad personas tres tantum partemque dumtaxat synodi contrahitur. Nam si Origenis, Evagrii & Didymi caussa cognita est in V. synodo, de sex personis

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
554.



absque dubio actum est: deinde cum Gregorius de A synodo indefinite locutus sit, & tamen eo loci locutus sit tamquam doctor; cur contra leges dialecticas sumitur in parte propositio, ut aiunt, doctrinalis, & non de more καθ' ὅλȣ? Ad rem certe non pertinet id quod ex epistola Nicolai I. ad Michaelem affertur. *Quinta præterea synodus etiam jam mortuos Origenem atque Theodorum, per eorumdem damnanda scripta, non recte sapuisse repertos, anathemate perculit.* Nam Nicolaus nomine V. synodi, id non intellexit de quo litem Halloixius movet, sed quod statim dicturi sumus.

Dixisset sexto, non majoris esse ponderis exceptionem sequentem, quam Dissertator a Baronio mutuatus est. Quis enim credat, quo tempore maxime oportebat, exemplo comprobare defunctos posse damnari, omitti potuisse Origenis nomen in Justiniani anathematismo? Quis Cappadocis fraude id factum ausit asserere, nisi qui, reclamante Dissertatore, fateatur, has eidem episcopo voces esse suppositas? *Et multos quidem etiam alios invenimus post mortem anathematizatos: nec non etiam Origenem, etsi ad tempora Theophili sanctæ memoriæ, vel superius aliquis recurrerit, post mortem invenerit anathematizatum, quod nunc in ipso fecit & vestra sanctitas, & Vigilius papa religiosissimus antiquioris Romæ.* Sunt ne hæc hominis *suum Origenem inter damnata capita collocare* abnuentis?

Dixisset septimo, id quod fingitur de Origene C in prioribus quatuor œcumenicis synodis damnato, non suo sed eorum nomine qui discipuli jactabantur, usque adeo paradoxum esse, ut a nemine, vel leviter ecclesiastica doctrina imbuto, aut credi possit, aut sine risu audiri. Nam cui par jus non esset contendendi, Origenem a quatuor synodis evangelio supparibus, ut loquitur Gregorius, receptum esse ac laudatum, non suo quidem, sed aliorum nomine, qui cum forent fidelium magistri, magistro tamen Origene gloriabantur? Gloriati sunt certe Gregorii tres, Thaumaturgus in oratione panegyrica, Nazianzenus apud Suidam & in Philocalia, Nyssenus in encomio Thaumaturgi: gloriatus est etiam Athanasius, qui ab accusantium de societate D cum Arrio calumnia tantum virum vindicat: quin & ipse gloriatus est Hieronymus, qui cum in præfatione libri de Hebraicis nominibus de Origene scripsisset, *hunc a nemine* tradit, *nisi imperito, negari ecclesiarum post Apostolos magistrum*: qui prologo lib. II. in Michæam, *eum se imitari velle profitetur, quem cunctis credentibus placere non dubitaret*: qui tandem in epistola LXV. judicium fert, quo tota lis dirimi queat, apud homines contentionis non amantes: *Quis nostrum*, inquit, *tanta potest legere, quanta ille conscripsit? quis ardentem in scripturis animum non miretur? quod si quis Judas Zelotes opposuerit nobis errores ejus, audiat libere:*

E

Interdum magnus dormitat Homerus:
Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

Non imitemur ejus vitia, cujus virtutes non possumus sequi. Erraverunt in fide alii tam Græci quam Latini, quorum non necesse est proferre nomina, ne videamur, eum, non sui merito, sed aliorum errore defendere.

Dixisset denique, sanctissimos illos monachos qui memorantur, primo de damnatione Origenis a V. synodo non fuisse locutos: deinde sæpius de Origenistis agere, quam de ipso Origene, solitos vero magistros, licet immeritos, discipulorum invidia onerari: sic enim & ipse Augustinus Adrumetinorum Prædestinatianorum olim, nuper aliorum invidia laboravit: denique per errorem aliquando a sanctissimis sanctissimos esse calumniam passos, sic a viris admirandæ sanctitatis quid non dictum de admirando & ipso Cyrillo Alexandrino? ab Isidoro certe Pelusiota audivit, quæ nefanda omnino: & a Gennadio Constantinopolitano de capitulis duodecim Cyrilli, personaque scripta sunt, quæ qui legerit, horrore perfundatur. *Væ mihi*, inquit, *a malis, heu, heu! Unde enim quisquam in præsenti aliunde sumat exordium? quales Cyrilli Ægyptii, & quantas blasphemias incurri, & quantas blasphemias audivi? Quis re vera det capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* cet. *Prophetæ prophetant iniqua, sacerdotes plauserunt manibus suis, & populus meus dilexit ita. Quid enim minimum, aut quid mediocre in illis? omnem supereminentiam blasphemiæ jaculatus est adversus sanctos patres, adversus eorum priores Apostolos, adversus ipsum Salvatorem*, cet. *Anathematizaturus est te Deus, paries dealbate: justissimum enim est, te similiter Ananiæ Judæorum principi sacerdotum linguam adversus discipulos Christi moventem, similem ab eis indignationem exprimi.*

§. IV.

Fertur judicium de lite inter Halloixium & Dissertatorem mota.

VIdimus hactenus confligentes de Origenis damnatione homines duos suis scriptis notos; nec tamen adhuc patuit, quam in partem inclinet victoria, in neutram fortasse concessura.

Verum ex conflictione pugnantium inter se opinionum emicat nonnihil luminis, in quo veritas non obscurissime cernatur. Quamvis enim Halloixius Dissertatorque conditionibus non æquis ad concertandum venerint, ille nimirum eloquentia, scribendi methodo, curiosa patrum lectione, utriusque eruditæ linguæ peritia, elegantia sermonis instructus: iste ab his, sive quia sprevit, sive aliam ob caussam, imparatus, uterque tamen partem causæ obtinuit, parte cecidit, neuter totum id assecutus est, quod sequebatur: vicit Halloixius, cognitam non esse caussam Origenis in ea, quæ nunc quinta synodus dicitur: vicit Dissertator, damnatum esse Origenem, in ea quæ aliquando dicta est quinta synodus: ambo veritatem, cum prope abesset, videre potuerunt; ambos vetuit, ne viderent, affectus animi. Halloixio damnati Origenis dolor, Dissertatori livor nocuit. Verum detur humanitati, quod humani uterque passus est. Quid veri post pugnam colligi possit, particulatim distinctis quinque propositionibus exponamus.

I. PROPOSITIO.

Habita est aliquando cognitio de Origene, Evagrio & Didymo.

INcognita caussa ferre sententiam in hominem quemcumque, præsertim velut in hæreticum, neque ratio sinit, neque lex evangelica, neque ipsa humanitas. Id vero clarius est, certiusque apud omnes, quam ut argumento probari postulet.

Quod si porro hæc æquitas, vel erga ullum, vel umquam, vel ulla in caussa servari debuit, debuit certe erga Origenem, synodi V. temporibus, & cum de hæresis nota omnium fœdissima inurenda ageretur: vix enim fuit ullus umquam celebrioris in utramque partem nominis, quam Ori-



genes, ut diceretur ab aliis, velut a Vincentio Lirinensi, *magister ecclesiæ, ex cujus sinu innumeri doctores, innumeri sacerdotes, confessores & martyres prodierint*; ab aliis, cujusmodi Theophilus Alexandrinus, & Sophronius Hierosolymitanus, vocaretur *hidra multiceps, unde universa ferme hæreseωn pestis in ecclesiam grassata est*: quin eo usque ambigua fuit Origenis sors & quasi facies, ut ab uno scriptore Hieronymo, prout multipliciter spectabatur, nunc *alter post Apostolos ecclesiarum magister*, nunc *fons Arrii* nominatus sit.

Quanta debuit servari æquitas, quantaque prudentia cautioque, cum judicium exerceretur, de viro ejusmodi, duobusque ei supparibus Didymo & Evagrio; supparibus inquam, non doctrinæ tantum, sed etiam sanctitatis morum, & admirabilitatis vitæ opinione.

Quod si in tres tantos viros, tantæ famæ, tantæque auctoritatis, caussa incognita, ferri sententiam nullo umquam jure licuit; non debuit sane illis temporibus, quibus & ecclesia scindebatur in partes super ea quæstione; & contentiosius res agebatur inter sanctos, etiam Laurarum incolas; & dominabatur imperator ambitiosus audire jurisperitus ac æqui tenax; & ipsa synodi Calchedonensis acta calumniæ patebant, propter nonnullam formarum juris negligentiam; & in aula plurimum gratia valebant Origenis dilectores, Origenistarumque patroni; & nihil non aucupabantur obstinati partium duces, quo infringerent vim canonum, etiam exactissimorum; & non de dogmatibus solum lis erat in quibus errare humanum est, sed de ipsis personis, deque nota hæreseωs, qua nulla turpior, nulla infamior, ignominiosiorque inuri potest.

Adde quod, anathemate percutiendi erant libri hominum toto oriente celeberrimorum: libri inquam, qui de rebus divinis plurimi erant, qui omnium manibus terebantur, qui habebantur in pretio, velut fidei quædam armamentaria, magisteriaque sanctitatis & religionis sacraria; ex quibus vel ipsi accusatores cogerentur id haurire, propter quod laudabantur in ecclesia, fidemque defendebant, quorum auctores visi sunt, ipsi etiam Thaumaturgis, *donum hoc maximum divinitus accepisse, & hanc præstantissimam e cælo sortem, ut divinorum eloquiorum interpretes hominibus fierent, & Dei verba, quasi Deo loquente, intelligerent, eaque hominibus ita ut perciperent, enarrarent*.

Ex his liquido patet, de Origene aliquando Didymoque & Evagrio in legitimo cœtu exercitum fuisse jure judicium; non nisi enim caussa legitime tractata, latam damnationis sententiam opinari fas est: nec damnatos negare permittit concors veterum omnium sententia traditioque, ut aliqui scripserint propter Origenem, Didymum & Evagrium damnandos, V. synodum πρωτοτύπως esse collectam.

II. PROPOSITIO.

In ea quæ nunc quinta synodus dicitur, neque Origenis, neque Didymi, neque Evagrii caussa cognita est.

NEque enim in ea uspiam Evagrii Didymique nomen legitur; neque Origenis fit ulla mentio, præterquam verbo uno, tum collatione V. ubi Theodorus Cappadox jam damnati meminit, tum collatione VIII. ubi canone XI. Origenes hæreticis accensetur.

Duas porro comminisci collationes alias, præter A eas quæ habentur octo, quarum altera reliquas omnes præcesserit anno plus medio, altera ipsam quoque canonum promulgationem subsecuta sit; quarumque in priore de Origene cognitum fuerit, in posteriore de Evagrio & Didymo: duas, inquam, alias collationes comminisci, quod fecit Dissertator difficultate pressus, non est caussam tueri, sed deserere: siquidem instrumenta supponere, non est hominis caussam agentis, sed desperantis.

Verum hocce totum de collationibus duabus commentum, saltem qua parte Origenem respicit, antea satis rejectum est ab ipsismet pugnantibus inter se adversariis, Halloixio & Dissertatore: Halloixius enim demonstravit, non fuisse actum de Origene B ante octavam collationem; manifeste ostendit Dissertator, non fuisse actum post quintam collationem.

III. PROPOSITIO.

In ea quæ nunc dicitur quinta synodus, vere damnatus est nominatim Origenes, neque per fraudem intrusum in canonem XI. ipsius nomen dici potest.

INfiniti sunt sive in oriente sive in occidente codices, quibus synodi quintæ acta continentur, in nullo non reperitur canon XI. sicut est in editis: incredibile est in omnes irrepere potuisse C errorem, nisi forte exstiterit in ipso primario exemplari, unde codices alii descripti sunt. At mirum est, si non plane ἀδύνατον, a notariis concilii corruptum fuisse hoc tanti momenti instrumentum, & neminem patrum, ne ipsum quidem Theodorum Cappadocem, de notariorum mala fide atque improbitate, questum tunc esse, cum exemplum canonum in provinciam deferendum quisque acciperet, illudque videret longe diversum a sancito.

Hæc me ratio, infinitis præsertim testimoniis synodorum, pontificum, scriptorumque adjuta, impellit, ut Halloixii argumenta, ingeniose licet inventa, & erudite conquisita, facile contemnam, siquidem falso fere omnia innituntur.

D Nam si nomen Origenis in XI. quintæ synodi canone positum est, non continuo sequitur, tantum virum, indicta caussa, damnatum esse, sed quod cognitio præcesserit, & quidem solemnis: præcessit autem re vera in omnibus patriarcharum synodis, & præsertim in Romana, ex qua respondisse Vigilium capite II. ostendimus.


Non sequitur etiam, in synodo qua de loquebatur Gregorius magnus, personas quarum caussa cognita sit, damnatas esse plures, sed unam dumtaxat, nempe Theodorum Mopsuestenum: cognitum enim nihil est tunc temporis de Origene, sed de Theodoro, Theodoreto & Iba.

Non sequitur pariter, ut quoniam Origenes E alios qui proscribuntur, hæreticos ætate præcesserit, in proscriptione quoque præire debuerit: neque enim in canone ætatis ordo servatus est, sed temporis quo quisque damnatus; in hoc autem ordine Origenem alii antecesserunt.

E contrario fit consequens, ut facile responsum detur Halloixio quærenti duo; alterum, cur in anathematismo Justiniani non apponatur Origenis nomen, apponatur tamen in canone XI. synodi, qui verbatim ex anathematismo acceptus est? alterum, cur Origenes, si damnationis sententiam pati meruit, eam in prioribus synodis non pertulerit?

Hæc ad primum expedita responsio. Imperator in alia fidei suæ parte quæ proprie Origenem spectabat, post novem anathematismos quibus dog-

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.



mata ipsius perculerat, adversus personam decimum scripserat in hæc verba: *anathema etiam Origeni, qui & Adamantius, qui hæc exposuit*, cet. Quid erat opus, post tam solemnem condemnationem, in alia fidei parte quæ ad tria capitula pertinebat, tot tantisque diris devotum caput iterum exsecrari? patres autem Origenis nomen recensuerunt inter hæreticos jam dudum proscriptos, quoniam & ipse ante decem circiter annos ab ipsorum synodis proscriptus erat.

Ad alterum respondetur, hæreses ab ecclesia damnari solitas, non quo tempore oriuntur, sed quo turbas movent, easque quasi universales. Turbatum fuerat quidem longe antea ab Origenistis; quam ob caussam, & a Theophilo Alexandriæ, & in insula Cypro, auctore Epiphanio, & Romæ ab Anastasio, synodi habitæ fuerant. Sed ille videri possunt coactæ, vel tantum vel præsertim, propter libros περὶ ἀρχῶν, & ad motus quasi particulares sedandos: nunc vero cum toto ferme orbe Acephali Apollinaristæque furerent, suasque hæreses Origenis dogmatibus defenderent; illi enim caussabantur, ut testatur Leo magnus, præexsistentiam animorum, quo defenderent carnem Christi cælo lapsam non esse ὁμοούσιον nostræ; isti restitutionem, etiam dæmonum, in statum pristinum, ut suas quas meminit Theodoretus, ἀνακυκλήσεις probarent: cum toto, inquam, orbe turbulenti illi furerent, coercendi fuerunt, everso funditus quo se tuebantur, præsidio; atque ita subjici debuit tunc temporis anathemati Origenes; cui priora sæcula, propter celebritatem famæ, patienter pepercerant.

IV. Propositio.

Habita est de Origene cognitio in singulis patriarcharum synodis; de Evagrio & Didymo in Constantinopolitana Mennæ, atque etiam forte Hierosolymitana Petri.

Dictum est capite II. mandasse imperatorem patriarchis quinque, ut synodos haberent, in quibus missum de Origene dogmatibusque edictum ad examen vocarent, & synodorum sententiam, non ab iis tantum episcopis qui judicium exercuissent, sed ab aliis quibuscumque singularum diœceseων, subscribi curarent.

Dictum pariter, id quod imperator optasset, a summo etiam pontifice cujus in re fidei prima est auctoritas, præstitum fuisse; acceptoque summi pontificis synodico decreto, aliorumque antistitum responso, convenisse Constantinopoli concilium, in quo, Menna præsidente, adversus Origenem conclamatum est, & imperiale edictum subscriptione approbatum.

Ex his constat, quod scripsit *cap. ultimo* Liberatus, *dictatam in Origenem illiusque capita anathematis damnationem, non Mennæ tantum Constantinopolitano archiepiscopo, sed etiam Vigilio Romano episcopo, Zoilo Alexandrino, Ephræmio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano esse directam, quibus eam accipientibus & subscribentibus, Origenes damnatus est.*

Constat etiam, damnatione priorem fuisse cognitionem, qualem imperator decreto præscribebat, diligentem scilicet & canonicam.

Habita est igitur in omnibus patriarcharum synodis de Origene cognitio, sed de Origene solo Romæ, Alexandriæ & Antiochiæ; de solo enim agebatur in edicto. Est autem de Evagrio & Didymo institutum judicium a Menna, propterea quod soli Constantinopolitanæ synodo suos adversus utrumque Origenis sectarium libellos monachi obtulerunt.

Id totum manifeste ostenditur, partim ex imperatoris edicto, partim ex actis Constantinopolitanæ synodi de qua sermo est, ab Evagrio suæ historiæ insertis.

Conjicere tamen licet, neque improbabiliter, eosdem monachorum libellos in Hierosolymitana synodo lectos esse: quemadmodum enim illi e Palæstina venerunt a monasteriis, præsertim sanctæ civitati vicinis, missi; ita credibile est monasteriorum præsules quos edicto jubebat imperator ad synodum vocari, eosdem primati suo præsulibusque collectis libellos obtulisse, quos legatis in urbem regiam perferendos dedissent: nam & ad disceptandam caussam conducebant, & de ipsis imperator mentionem fecerat, velut primis caussæ instrumentis.

V. Propositio.

In ea quæ veteribus dicta est quinta synodus, caussa Origenis, Didymi & Evagrii, & cognita est & dijudicata.

Veteres, sin minus omnes, saltem plures, nomine quintæ synodi complexi sunt id omne, quod in codice fidei Justinianææ continebatur. Fuit vero codex ille distributus in partes omnino tres. Prima, quod jam monuimus *capite* II. erat synodus Mennæ adversus Anthimum, Severum, Petrum & Zoaram. Erat & secunda ejusdem Mennæ synodus adversus Origenem ejusque sectarios duos. Tertia ea ipsa fuit, quæ nunc quinta synodus communiter nominatur, quæque octo collationibus vulgo notis absolvitur. His subjuncta fuit, si legitima est, Vigilii ad Eutychium epistola de confirmatione quintæ synodi, atque etiam, opinor, fides Justiniani de tribus capitulis.

Si res ita se habet, constat manifesta propositionis veritas: siquidem in tertia parte verbo uno confirmatur judicium, quod in secunda de Origene ejusque sectariis exercitum est. Rem vero ita se habuisse, demonstrat consonantia omnium quæ de quinta synodo tradiderunt veteres, pugnantiumque in speciem opinionum concordia: quo argumento efficacius hac in parte nullum esse potest.

Photius epistola I. ad Michaelem Bulgariæ ducem de quinto concilio hæc habet: *Sanctum & œcumenicum quintum concilium magnam Constantini civitatem sacrum sibi templum consecravit, centum sexaginta quinque episcoporum præsentia & concursu confirmatum, quibus præfuerunt Mennas primum, deinde Eutychius, qui ex successione ipsius regiæ civitatis archiepiscopalis rexerunt claves, & Vigilius Romæ episcopus, qui in civitate quidem erat, sed concilio non aderat; & quamvis ad sacri cœtus conventum promtus non esset, communem tamen patrum fidem libello comprobavit, & Apollinaris Alexandriæ, Domnusque Antiochiæ archiepiscopi, & Didymus & Evagrius Eustochii Hierosolymorum episcopi vicem gerentes. Tunc autem & Justinianus optimus imperator Romanum imperium obtinebat, & decretis favebat ecclesiasticis. Hoc igitur sanctum œcumenicumque concilium nefaria Nestorii dogmata iterum pullulantia penitus evulsit, cum ipso satore zizaniorum, Theodorumque & Dioscorum, quorum hic Tarsi erat episcopus, ille autem Mopsuestiæ; qui cum Nestorii prius hæresim parturirent, eam denique scriptis etiam ediderunt, mentisque suæ tamquam partus adulterinos horrendosque reliquerunt. Præterea*

damnarunt & anathemate confuderunt Origenem, & Didymum & Evagrium, veteres fidelium morbos; qui sane homines Græcorum fabulas in Dei ecclesiam inferre conati fuerunt, cet. Non solum autem hæc maledicta, sed etiam illam quæ paullo ante exstiterat hæresim, Anthimo Trapezuntio qui Euthychis opinionem fovebat, & Severo Petroque Apameensi, & Zoara auctoribus, cum reliqua illa scelerata atque multiplici ipsorum manu sacer hic patrum chorus sustulit, anathemateque damnavit, hujus sancti operis duce potissimum Agapeto Romæ pontifice, adjuvantibus & collaborantibus illustribus episcopis, inter quos fuit inclytus Antiochiæ antistes Ephræmius, & Petrus antistes Hierosolymorum. Divinus igitur ille cœtus episcoporum, bis omnibus damnatis atque rejectis, vera divinaque catholicæ atque apostolicæ ecclesiæ decreta sanxit & confirmavit: ac quintum quidem concilium his continetur.

Ex hoc testimonio discimus, Photianum quintæ synodi codicem ea continuisse quæ diximus, ideoque scripsisse de quinta synodo Photium ista octo. I. Præfuisse Mennam & Eutychium, sed Mennam primum, deinde Eutychium. II. Justinianum eadem sensisse cum patribus, id est, paria fuisse illius edicta istorum decretis. III. Nefaria Nestorii dogmata iterum pullulantia penitus evulsa cum ipso satore zizaniorum Theodoro ac Diodoro. IV. Anathemate percussos Origenem, Didymum & Evagrium, veteres fidelium morbos. V. Non solum has antiquiores duas hæreses, sed aliam etiam quæ paullo ante exstiterat, Anthimo Trapezuntio qui Eutychis opinionem fovebat, & Severo Petroque Apameensi, & Zoara auctoribus, cum reliqua illa scelerata atque multiplici ipsorum manu, sacrum hunc patrum cœtum sustulisse, anathemateque damnasse. VI. Hujus sancti operis ducem potissimum exstitisse Agapetum Romæ pontificem, collaborantibus illustribus episcopis Ephræmio Antiochiæ, Petro Hierosolymorum antistite & aliis. VII. Hos omnes τέτες ἅπαντας a divino episcoporum cœtu damnatos, simulque confirmata ecclesiæ dogmata. VIII. Quintum concilium his contineri, καὶ τὰ μὲν τῆς οἰκεμενικῆς πέμπτης συνόδε ἐν τέτοις.

Nihil autem clarius in rem nostram afferri potest: nam prioribus duabus synodis præfuit Mennas; Eutychius tertiæ: primæ initium dedit Agapetus papa, collaboraverunt Mennas, Ephræmius & Petrus. Secundam promoverunt Vigilius, Mennas, Zoilus, Ephræmius & Petrus. Tertiam habuerunt Eutychius, Apollinaris, Domnus & Elias, confirmavit Vigilius suis edictis, Justinianus paria cum singulis synodis sentiebat ἀνεφρόνησε. Habentur sanctiones definitionibus consonæ. In prima Anthimus, Severus, Petrus & Zoaras; in secunda Origenes, Didymus & Evagrius; in tertia Theodorus & alii proscripti sunt. Quæ omnia historicæ veritati consentiunt.

Quod autem Photius Eliæ legatos scripsit fuisse Didymum & Evagrium, memoria lapsus est: fuerunt enim Damianus Sozusæ, Georgius Tyberiadis, & Stephanus Raphiæ episcopi.

Tam claro testimonio potentius adhuc alterum est, quippe quod a summorum pontificum longa serie dictum est, quanta maxima potuit celebritate & sanctitate. Namque ducentis ferme annis ante Photium, id est, sub finem septimi sæculi, paullo post coactam sextam synodum, edita est, vel a Leone II. vel a Sergio I. confessio fidei, quam consequentes summi pontifices in ordinatione emitterent. In ea, cum agitur de quinta synodo, continentur multa non similia tantum Photianis, sed

A longe majoris propter sanctitatem auctoritatis. Electus igitur in summum pontificem presbyter, inter profitendam fidem, postquam de quatuor prioribus synodis dixit, sic de quinta. *Hæc igitur sancta atque universalia quatuor concilia, etiam sanctum quintum concilium venerandum assecutum est, & sub piæ memoriæ Justiniano principe apud Constantinopolitanam urbem est congregatum, cujus salutari consultu unus esse de sancta Trinitate Dominus noster Jesus Christus veraciter prædicatus est; & confundentes ac dividentes sacræ ejus incarnationis arcanum, istius vocis spirituali mucrone prostrati sunt. In hoc Origenes, cum impiis discipulis & sequacibus Didymo & Evagrio, & qui creatorem* B *omnium Deum, & omnem rationalem ejus creaturam gentilibus fabulis prosecuti sunt, æternæ sunt condemnationi submissi. In eo Theodorus Mopsuestenus auctor Nestorii, pariterque Diodorus, & omnes exsecrandæ divisionis discipuli, qui & Semi-nestoriani vocati sunt, sub anathematis æterna censura ab ecclesia Dei projecti sunt. In hoc Severus Acephalus, cum Petro & Zoara, ceterisque eorum impiæ confusionis consortibus atque sequacibus, perpetua condemnatione prostrati sunt.*

Quamquam inversus est parumper ordo, fit tamen trium veluti partium synodi unius mentio; suis enim singulæ damnationibus hæreticorum distinguuntur; idque eximium, quod exprese in hoc C concilio damnatæ dicuntur tres hæreticorum quasi turmæ.


Quamvis plurimum per se momenti habeant testimonia hæc duo, remque meo judicio conficiant; operæ tamen pretium est, minora producere, quæ lucem, sin minus dent, saltem accipiant.

Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabæ *cap.* CIX. *cum sancta & œcumenica quinta synodus congregata fuisset Byzantii, Theodorus Mopsuestiæ & Origenes, & una cum his impia de præexsistentia & restitutione dogmata generali fuerunt subjecta anathemati.* De præexsistentia & restitutione in solo Mennæ concilio ecclesiasticum judicium exercitum est.

Quid Evagrius tradiderit, quantumque id quod D tradidit, conducat ad hunc locum illustrandum, capite II. demonstratum est; juvat tamen ista iterum annotare verba. *Quinta synodus a Justiniano coacta est: hanc ob caussam Eustochius, cum Origenis dogmatum assertores in monasteriis Palæstinæ, & præcipue in ea quæ dicitur Nova Laura, invalescerent,* cet. Ostendunt enim judicium de Origenis dogmatibus, atque adeo concilium Mennæ, cum decreto Vigilii ad V. synodum pertinere: nullum siquidem aliud judicium ea de caussa exercitum est.

Sergius in ecthesi adscripta Heraclio, postquam conciliorum quinque generalium meminit: *Hæc*, inquit, *in omnibus sequentes, & divina eorum su-* E *scipientes dogmata, omnes quos exceperunt, excipimus, & quos ejecerunt, ejicimus & anathematizamus, præsertim Novatum, Sabellium, Arrium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Origenem, Evagrium, Didymum, Theodorum Mopsuestenum, Nestorium, Eutychen, Dioscorum, Severum, & impia conscripta Theodoreti,* cet. Si ejicit quos quinque synodi ejecerunt, necesse est nomine quinque synodi tres illas intelligat, in quibus Severus, Origenes & Theodorus damnati sunt; nec enim in ulla alia quæ vim habeat œcumenicæ, quæque a sede apostolica approbari meruerit, tria quæ dixi, capita anathemate percussa sunt; quod si vero intelligat, plana sunt & aperta omnia.

Sophronius in synodica ad Sergium: *Aliud con-*



stitutum universaliter concilium suscipio, quod in regia urbe etiamnum celebratum est, Justiniano tunc sceptra Romani imperii disponente, omnesque ejus præclaras diffinitiones: quod ad confirmationem quidem nominatissimi Calchedonensis concilii congregatum est; perimit autem, & in interitum projicit, principaliter quidem Origenem insanum, & omnes ejus pomposas somnolentias, & plena multæ impietatis commenta; Evagrii quoque cum eo & Didymi dogmata omnia eorum pagana atque prodigiosa, nec non & fabulosa deliramenta; post quos & Mopsuestenum evellit Theodorum magistrum Deo rebellis Nestorii, & ut immundum zizanium cum suis blasphemis opusculis ab apostolica ecclesia projicit. Eadem habet sexta synodus in definitione fidei; eadem pariter synodica Theodori Hierosolymitani. Ista vero, si constent, quæ de V. synodo veterum tripartita diximus, apertam habent veritatem; sin minus, apertam falsitatem.

Septima synodus in definitione fidei ea tradit quæ sequutus videtur Photius mox laudatus. Nam cum professi essent patres, se eos rejicere quos quatuor priores synodi rejecissent, pergunt in hæc verba, *conferentes cum illis pariter Severum, Petrum & eorum multifarie blasphemantem alterutris perplexionibus restim contextam, cum quibus & Origenis & Evagrii ac Didymi fabulas anathematizamus, sicuti & Constantinopoli congregatum quintum concilium egisse dignoscitur.* Illud testimonium tanto locupletius est, quanto clarius loquitur de iis quæ dubium creare possent, omissis quæ pertinent ad Theodorum velut indubitatis; quanto etiam affirmantius docet, dignosci ab omnibus Severum & Origenem, cum suis unumquemque in V. synodo proscriptos.

Ex his autem quæ attulimus, nonnulla credo lux oritur in qua secerni possit pretiosum a vili, in Theophanis Cedreni Nicephorique historia de V. synodo; etsi enim perturbatis temporibus miscuerunt omnia, vere tamen Theophanes synodum quintam scripsit coactam *κατὰ τοῦ Ὠριγένους παράφρονος, καὶ Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων, καὶ Εὐαγρίου, καὶ κατὰ τῶν ἀκεφάλων κεφαλαίων*. Vere Cedrenus Sacram Justiniani de discutienda Origenis caussa ad V. synodum, ut illis temporibus habebatur, retulit; vere Nicephorus, in secunda sessione (partem synodi intelligit) de Origene judicium habitum narrat.

Confectum est, opinor, quod demonstrandum fuerat, scilicet nomine V. synodi comprehendisse veteres concilia tria, quæ nunc distinguimus; atque ita Origenis, Didymi & Evagrii in quinta synodo cognitam atque dijudicatam esse caussam. Verum ut veritas clarius adhuc illucescat, solvendæ videntur quæstiones nonnullæ eo pertinentes.

Et prima quidem, quo tempore V. synodus tripartita videri incepit, ita ut singulæ synodi, quasi totidem, aut actiones, aut ut loquitur Nicephorus *συνελεύσεις*, id est, conventus forent. Justiniano imperante id factum reor; quidquid enim de fide statutum esset suis temporibus, ad unius concilii instar esse voluit, ut quemadmodum præcessores qui maximi nominis fuerunt, suum coegerunt singuli concilium, Constantinus Nicænum, Theodosius magnus Constantinopolitanum I. Theodosius junior Ephesinum, Marcianus Calchedonense, suum & ipse haberet, quo fidem videretur absolvisse, cujus illi fundamenta jecerant.

Secunda quæstio, cur tres dicantur tantum *συνελεύσεις* fuisse, cum Justiniani temporibus synodi plures, & illæ quidem Sacra imperatoria coactæ, A exstiterint, exempli caussa ea quam Mennas habuit de tribus capitulis, prius quam Vigilius Constantinopolim veniret: videri enim potest perinde annumeranda synodis ejusmodi, ac quæ Origenis caussam spectabat. Verumtamen tres illæ de quibus agimus, habuerunt id eximium præ aliis, etiam jussione principali convocatis, ut & de fide fuerint, & patriarcharum consensione sedisque apostolicæ synodica auctoritate, atque adeo utriusque ecclesiæ, occidentalem dico & orientalem, sententia approbatæ sint. Quod fuerint in caussa fidei collectæ, aperte constat: nam prima Acephalos, secunda Origenistas, tertia Nestorianos, quæ tres hæreses ea tempestate vigebant, proscripsit. Constat B pariter quod utriusque ecclesiæ consensione approbatæ sint: siquidem primæ Hormisdas & Agapetus vim atque auctoritatem addiderunt; nec enim aliud quidquam fuit, præter exsecutionem sententiæ a præfatis pontificibus latæ, ut ex sententiis Mennæ, subscriptionibusque occidentalium episcorum & sedis apostolicæ legatorum, ac aliis pluribus patet. Secundæ Vigilius robur dedit, cum ex ipsius litteris Mennas definitionem dixerit. Tertiam idem Vigilius sua, ut fertur, ad Eutychium epistola confirmavit. Primæ interfuerunt plurimi utriusque ecclesiæ præsules cum legatis majorum sedium, Romanæ, Antiochenæ & Hierosolymitanæ, non tamen Alexandrinæ, quæ Acephalorum factio- C nibus Gaianique & Theodosii schismate scindebatur. Secundæ consenserunt patriarchæ omnes, interfuitque Pelagius sedis apostolicæ apocrisiarius. Tertiæ præfuerunt per se Eutychius Constantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Domninus Antiochenus, per legatos Eustochius Hierosolymitanus. Omnes suis quæ habentur, tractoriis imperator coegit: suis omnes, non edictis modo, sed libris etiam integris firmavit: quod cum non fecisset, quo tempore habita est prima, præstitit sex fere post annis, misso, ut testis est Agatho papa, ad Zoilum Alexandrinum adversus Acephalos libro.

Tertia quæstio, an aliqua etiamnum exstent expressa vestigia quintæ synodi ex tribus compactæ? D Exstant sane: nam in veteribus tum Græcis, tum Latinis codicibus gesta adversus Anthimum quintæ synodi nomine inscribuntur. De Græcis testem adduco Severinum Binium, qui in notis ad concilium adversus Anthimum narrat, se acta hujus concilii ex quodam manu scripto codice Græco antiquo bibliothecæ Palatinæ, in cujus frontispicio reperitur hæc inscriptio, *Acta sanctæ quintæ synodi Constantinopolitanæ*, fideliter accepisse. Putat ille quidem inscriptionem esse erroneam, sed putat ex errore, vel incogitantia potius eorum quæ hactenus diximus. De Latinis fidem facit conciliorum collectio Merlini, Surii & Crabbi, in quibus non synodus tantum Mennæ adversus Anthimum, sed E aliæ quoque priores, quintæ synodi nomine inscribuntur. Unde hæc ipsa V. synodus in ejusmodi collectione dicitur, sub Agapeto, Silverioque & Vigilio habita. Nullus dubito, quin plures mss. codices id ipsum præferant, quod qui, vel a Binio, vel ab aliis tribus conciliorum editoribus, visi sunt. Sed Græci admodum pauci in occidentem delati sunt, propter veterum Latinorum linguæ Græcæ incuriam: Latini qui ad nostra tempora pervenerunt, id habent maximam partem, quod mox relati. Nihil porro in Latinis uspiam de Origenis judicio memini me legere, forsan quia, cum Origenistarum errores minus in occidente noti essent; minus quoque solicite synodicæ adversus ipsos sententiæ conquisitæ sunt: quemadmodum & in

oriente, cum minus innotesceret Pelagiana hæresis A de gratia, minor etiam de conquirendis synodicis contra Pelagianos solicitudo Græcos tenuit; ut vix reperiantur, si tamen reperiantur, in his Græcorum libris canones ejusmodi, nisi post undecimum aut duodecimnm sæculum, quibus vixerunt Joannes Zonaras & Theodorus Balsamon.

Quarta quæstio, an non merito censeri debeat inauditum ac insolens, in unam œcumenicam synodum tres conflare, quarum duæ sint particulares? Qui ita censuerit, deponet ille admirationem facile, si meminerit; primo, synodos quas particulares vocat, merito dici posse œcumenicas, quippe quæ, ut ostensum est antea, & sedis apostolicæ definitionem secutæ sint, & decretorum Agapeti B Vigiliique summorum pontificum exsecutionis puræ jure dicantur instar esse, & consentientes habuerint patriarchas omnes, quomodo præfati sumus.

Deinde si exemplo res agenda est, an non plura temporibus Augustini concilia Africana in unum illud, quod anni 418. vocatur, coaluerunt? Plura certe Augustinus nominat: quæ alii pro uno censent, ut ostendimus in Differt. II. ad priorem partem operum Marii Mercatoris. An non avorum ætate, quatuor & viginti annorum spatio celebrati, partim Ferrariæ, partim Tridenti, episcoporum conventus uno Tridentinæ synodi nomine dicuntur, etsi variis in locis, ad varias hæreses abususque tollendos, sub tribus pontificibus imperato- C ribusque duobus habiti sunt?

Si plures diversique adeo conventus, uno Tridentini concilii nomine appellati sunt, quoniam ad unum omnes finem dirigebantur, quæ reformatio ecclesiæ: quidni conventus tres, ad unum pariter directi finem, pacem nempe ecclesiæ, ad unos indicti Eutychianorum & Nestorianorum motus comprimendos, ab uno imperatore Justiniano decretis firmati, unius fere Vigilii papæ tempore, una in civitate regia, uniusque sedis, præsidente præsule Constantinopolitano habiti, uno pariter nomine vocentur? Quid mirum, conventus tres, minore spatio temporis, quam Tridentini, celebratos (illi enim spatio annorum septemdecim absoluti sunt, D isti viginti quatuor annos tenuerunt) uno censeri nomine, unoque codice contineri, qui ad unum finem, ab uno imperatore, unius papæ temporibus, in una urbe, ab unius sedis episcopo, coacti sunt?

CAPUT VI.

Observationes aliquot ad acta V. synodi.

NUlla fere synodus est, cujus actis ecclesiasticæ critices studiosus lector plura observare debeat, si modo velit veritatem eruere e tenebris, quibus eam, partim negotii totius gerendi perplexa utrimque ratio, partim artes Theodori Cappadocis multa producentis instrumenta suo ingenio similia involverunt. Singula curiosius ad examen vocavi, quæ ne dissertationem ultra modum augeant, in aliud opusculum rejicienda duxi, tribus tamen in speciem adductis, ut suus constaret promissis capitibus numerus, & populares quædam opiniones tollerentur.

§. I.

De die qua factum est initium synodi.

IN codicibus editis initium datum synodo legitur IV. Nonas Maii; in Bellovacensi ms. III. Nonas, quæ potior lectio: siquidem anno 553. littera dominicalis erat E, & proinde dies quartus Nonas fuit dominicus, tertius feria secunda, qua more majorum, post rem divinam die dominico rite procuratam, inchoabantur synodi. Sic Calchedonensis die 8. Octobris, quo anno littera dominicalis G. sic Ephesina die 22. Junii ann. 431. litt. dom. D. sic Constantinopolitana 1. die 24. Maii ann. 381. litt. dom. C. sic Nicæna die 14. Junii ann. 325. litt. dom. C.

Hanc Bellovacensis codicis lectionem demonstrant acta I. & II. collationis: nam quo die inchoata est synodus, accesserunt ad Vigilium patriarchæ cum aliis episcopis, rogaturi ut una cum ipsis conveniret. Promisit Vigilius se postero die responsurum; postero illo die, qui fuit secundus ab inchoata synodo, redierunt patriarchæ ad Vigilium; atqui aiunt, se ad eum rediisse ante duos dies quam habita est secunda collatio: cum igitur illa sit habita octavo Idus Maias, necesse est habitam esse primam III. Nonas, quæ cum lectione Bellovacensis codicis omnino conveniunt, cum vulgata neutiquam.

§. II.

De recensione episcoporum in I. collatione.

CUM recensentur initio primæ collationis nomina episcoporum qui interfuerunt, alio disponuntur ordine, quam quo subscribuntur in octavæ fine. Exempli gratia Thalelæus Isindorum episcopus post Macarium Prymnesiæ, & Megalium Myrenorum inscribitur, longe ante ipsos subscribitur. Valerianus Obbæ in Africa episcopus Crescónium Cuiculitanum Africæ pariter episcopum, pluribus interjectis, in inscriptione præcedit, sequitur in subscriptione, cet. Argumentum igitur, quod nonnulli ducunt ab ordine quo censentur episcopi in actis conciliorum, cujusmodi nunc habentur, ad æstimandos ordinationis præcedentis aut subsequentis annos, infirmum est, adeoque fallax, ut nuperum quemdam censorem abduxerit in intolerabiles errores, quod in opusculo mox edendo, alioque deinceps consecuturo de episcopis Africæ, indubitatis ex ipso codice Africanæ ecclesiæ argumentis demonstrabitur.

Ad id autem operis suscipiendum necessitas invitum adigit, ut ex præscripto Salomonis obtrectatori responsum detur; qui *non solum verba*, (utor E sententia Hieronymi de importuno monacho querentis præfat. I. & III. ad comment. in Hierem.) *sed syllabas quoque verborum calumniatus est, in eo scire se aliquid arbitratus, si de alienis operibus detraheret, quique patientiam nostram de humilitate Christi venientem malæ conscientiæ signum interpretatur.*

§. III.

De synodo Mopsuestena actis V. synodi inserta.

SYnodus Mopsuestena coacta est ann. 550. atque adeo annis 123. post obitum Theodori: suo enim ille fato functus est ann. 427. & Sacræ duæ

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 554.



quibus indicitur synodus, consignatæ leguntur anno nono post consulatum Basilii.

Adfuerunt omnes secundæ Ciliciæ præsules, totusque ecclesiæ Mopsuestenæ clerus, cum primoribus civitatis, saltem provectioribus ætate: præsedit Joannes Anazarbi episcopus provinciæ metropolita.

Totum unica actione, die 17. Junii, peractum negotium; nam & diptycha ecclesiæ Mopsuestenæ recognita sunt, & auditi seniores, ut sciretur, quo tempore, quave de caussa, Theodori nomen expunctum sit e sacris tabulis.

Id rescire intererat imperatoris, quo responderet Vigilio renuenti damnare Theodorum, propterea quod in pace ecclesiæ diem obiisset, & a nulla synodo damnatus foret: quare voluit ad se pariter & ad Vigilium referri, mittique acta concilii, quod synodicis duabus præstitum est.

Hæc omnia porro constant, cum ex evocatoriis litteris Justiniani, tum ex actis concilii, testantibus nomen in diptychis jam non haberi, nec tamen de tempore & caussa expunctionis constare.

In libello synodico fit mentio synodi Mopsuestenæ, in qua, sin minus diversa sit, longe aliter peracta sunt omnia, quam quomodo in actis synodo quintæ insertis referuntur: præsules enim dicuntur, sponte fideique studio convenisse Mopsuestiam, seniores quosque interrogasse judicio, an aliquando sacris tabulis inscriptum fuisset Theodori nomen, & quod affirmassent seniores, retulisse ad Vigilium Romanum pontificem.

Quid si fuerint synodi duæ Mopsuestenæ, quarum alterius meminerit synodicus liber, alterius acta V. synodi? Quid si unam Vigilius, alteram Justinianus haberi mandaverit: ille, ut sciret, an aliquando appellatus fuisset Theodorus in sacris diptychis; iste, an expunctus foret? Quid si priorem cogi voluerit Vigilius, ut suam inde sententiam de non damnanda Theodori persona firmaret; posteriorem Justinianus, ut prioris auctoritatem infringeret? in re obscura conjicere tantum licet.

Habita est porro, sive una sive gemina, Mopsuestiæ synodus, post absolutos a Facundo libros duodecim, quibus capitula tria defendit, immo post singulare contra Mocianum opus: neque enim siluisset procul dubio de re, quæ tantum afferret in utramque partem caussæ suæ præjudicium. Absolvit igitur libros Facundus circa annum 548. aut etiam prius quam erumperet in apertum Justiniani in Vigilium tyrannica ferocitas.

Inscriptum fuit diptychis aliquamdiu Theodori nomen, alioqui ea non scripsisset Cyrillus, quæ sunt in litteris ad Joannem Antiochenum de Theodori opinione in orientalium mentibus. Retentum est ad Theodoreti usque mortem, quæ contigit ann. 457. Quomodo enim amicos Cilicas id permisisset committere, adversus hominem, quem velut divinum ubique suspicit? Non permansit tamen ad annum usque 490. nam Martyrius presbyterorum ecclesiæ Mopsuestenæ provectissimus, cum interrogatus esset in synodo ann. 550. sacramento testatus est, se qui a sexaginta annis in ecclesiæ Mopsuestenæ clero militabat, numquam inter episcopos in diptychis appellatos Theodori nomen audivisse: immo nec videtur ad annum usque 484. remansisse, alioqui audivisset nonnihil senex ille de tanto negotio, si tunc cum in clero annumeratus est, adhuc recens fuisset memoria. Oportet igitur id accidisse eo temporis spatio, quod ab anno 457. ad 480. aut 484. intercessit.


Et vero e clericis quidam, ut Theodorus & Parenorius, quorum alter 55. annos, alter 28. in clero egerat, professi sunt se a senioribus accepisse, pro Theodoro Cyrilli nomen esse suppositum, utique seniorum ætate: quod non incongrue dici potest de re quæ, quo dixi tempore, sit peracta.

Definire certo tempus, quo Cyrillus, deleto Theodori nomine, inscriptus sit diptychis, mihi non licet: probabile tamen videtur, id tunc accidisse, cum Eutychiani potentia valerent plurimum; valuerunt autem, & cum Basiliscus tyrannidem occupavit, Cnapheumque ecclesiæ Antiochenæ reddidit ann. 475 & cum Zeno imperator Unitivum edidit ann. 482. & cum, Calendione pulso Antiochia, iterum Cnapheus in sedem unde dejectus fuerat, restitutus est ann. circiter 484. cum Eutychiani, inquam, potentia valerent, ferverentque in Cilicia tumultus, atque Acephalorum hæresis invalesceret.

Videor ergo mihi, non temere conjicere, eo tempore expunctum esse Theodori nomen e diptychis, quo Cnapheus, Calendione pulso, Antiochenam ecclesiam invasit: nam tumultuosis temporibus quid non licebat? Quid non audebat Eutychianus Cnapheus adversus hæresis suæ nominatissimum adversarium? Quid non pateretur Mopsuestenus clerus inter arma, & a potentissimo suo exarcho? Cujus nomen potius pro Theodoro supponeretur, quam Cyrilli, quo mendaciter auctore Eutychiani gloriabantur? Qua tempestate facilius deleretur memoria facti tam audacis; quam qua, rebus omnibus, sive imperii sive ecclesiæ, perturbatis in orientis diœcesi, facile erat Mopsuestenos Antiochenis consentire, quibus jam dudum Eutychis sectatores præerant?

Tunc enim videntur vetera diptycha, suppositis novis, sublata: nam quæ producta sunt in concilio, vetera absque dubio non fuerunt; alioqui vel erasi in membranis, vel obducti in chartis Theodori nominis vestigium Cilices deprehendissent; nec id in tanta, quantam jactant, ἀκριβείᾳ, referre omisissent. Hanc forte caussam factum est, ut episcopi semel atque iterum a Cimiliarcha expeterent, an non haberet diptycha productis *vetustiora*, negantemque cogerent, *propositis divinis scripturis*, responsum firmare.

Inter episcopos qui censentur in Mopsuestenis diptychis, frustra fuerit, qui Macedonium quærat Arrianæ hæresi addictum: censentur enim illi tantum, qui fato functi sunt, *ex quo immaculata & orthodoxa fides in ecclesia Mopsuestena prædicata est*. Fides, inquam, Nicæna, quæ apud veteres nomine Fidei ἁπλῶς intelligitur: vitam porro Macedonius ille, postquam interfuit Nicænæ synodo ad annum circiter 350. protraxit: siquidem Sardicensi conciliabulo, ut dicitur, anno 345. subscripsit: quare Protogenes & Zosimus, qui Macedonium exceperunt, & præcesserunt Olympium, non videntur episcopalem tenuisse sedem amplius quam annis triginta; quandoquidem Olympius, qui Zosimum excepit, concilio II. generali interfuit ann. 381. Olympius ecclesiam Mopsuestenam rexit ad annum usque 391. quo anno decessit Theodoro; Theodorus Thomæ post episcopatum 36. annorum; Thomas Bassiano post 22. aut 23. annos: nam Bassianus suum habuisse legitur in concilio Calchedonensi vicarium ann. 451. Ipse vero, & qui sequuntur in diptychis, Joannes, Auxentius, Palatinus, Jacobus, Zosimus & Theodorus junior ad annum usque 547. Mopsuestenæ ecclesiæ præfuerunt: Theodorus enim ille dicitur in gestis, ante triennium



obiisse; Simeon vero postremus omnium ea ipsa A indictione XIII. qua convenit synodus, post tres episcopatus annos obiit.

CAPUT VII.

De confirmatione V. synodi a sedis apostolicæ antistitibus.

HAC etiam parte defunctus sum non incuriose in opusculo mox edendo: inquisivi enim exactius de singulis pontificibus usque ad sextæ synodi tempora, post quæ nihil negotii relinquitur, cum habeantur professiones fidei a summis pontificibus in ordinatione factæ, quibus V. synodum B recipiunt, coluntque pari cum aliis prioribus reverentia. Has professiones propediem edemus. De sola Vigilii nunc epistola confirmatoria synodi, quam illustrissimus Parisiorum archiepiscopus Petrus Marca in lucem e regia bibliotheca protulit anno 1642.

Hæc epistola data legitur ante VI. Idus Decembres, imperii Justiniani anno vigesimo septimo, post consulatum Basilii duodecimo, id est, die 8. Decembris anni 553. mensibus sex post absolutam synodum. Non esse suppositam, probat illustrissimus editor pluribus nec infirmis argumentis: nam primo, inquit, exscripta est ex volumine, quod calamo exaratum in vetere bibliotheca Romanæ C ecclesiæ jam inde ab ann. 753. asservabatur: exscripta est, inquam, anno Christi 1276. a viro eruditione nobili Leone Cinnomo, simulque commendata imperatoriæ Græcorum bibliothecæ, cum aliis pluribus, & præsertim actis V. synodi, cui subjuncta fuit.

Deinde Evagrius *lib.* IV. *hist. cap.* XXXIV. scripsit, Vigilium V. synodo consensisse, ἐγγράφως, quod vero aliud scriptum? Evagrii autem auctoritas eo gravior est, quo propius e synodi temporibus historiam composuit, triginta nempe post annis.

Tertio, Photius, Zonaras, Cedrenus, Euthymius & Nicephorus Callistus, Vigilium synodo consensisse, tradunt; id vero non aliunde, quam ex D actis V. synodi, subjunctam habentibus decretalem, acceperunt.

Quarto, Vigilium sexta synodus *in Prosphonetico ad Pogonatum* consonuisse Justiniano narrat, quemadmodum Leoni I. Marcianum.

Denique Pelagius II. *in epistola ad episcopos Istriæ* sedem apostolicam ait, post longa pro tribus capitulis certamina, perpessaque plurima, cessisse tandem, *cum veritas se patefecit*, quæ ipsissima Vigilii ratio, cur Constitutum suum decretali rescindat, quia sibi lux affulsisset, *omni confusione mentis remota*.

Quibus suspecta nihilominus videtur, illi & pro E se rationes afferunt sane graves, & illustrissimi editoris argumenta, suas in partes inflectendo, non parum infringunt.

Dicunt primo, in hacce decretali contineri plura, non contraria magis sedis apostolicæ dignitati, quam falsa & inepta.

Quid enim indignius, quam quod Christi Vicarius fateatur, in negotio quod in concilio suo agitavit, se a diabolo *impulsum*, *multa tum loquendo tum scribendo composuisse*: se ejusdem diaboli dolo divisum esse a fratribus: se *contemta caritate in discordiam abiisse*: se *confusionem in mente prius habuisse*, cet.? Quid hoc utroque falsius? quo tempore decretalis consignatur, id est, sexto post absolutam synodum mense, *universum orbem & ecclesiam ad pacem revocatam fuisse*: se Theodori blasphemias affusa luce, quo tempore scripsit, primum deprehendisse: nam pro certo, post peractam synodum, toto occidente turbatum est; & in Constituto sua singulis Theodori capitibus nota inusta est.

Quam parum apte exemplum Augustini adducitur, ut sententiæ mutatio excusetur? vix enim quidquam similitudinis habet Augustini & Vigilii caussa. Augustinus fuit unus aliquis episcopus; Vigilius caput ecclesiæ: erat Augustinus unius per se ecclesiæ doctor; Vigilius orbis universi: retractavit Augustinus opera privati hominis; Vigilius decretalem e synodo missam ad omnes orbis fideles: emendavit proprie ea tantum Augustinus, quæ laicus aut certe ante episcopatum scripsit, cetera magis recensuit; emendasse Vigilius dicitur, quæ jam septemdecim fere annorum pontifex ediderat: Augustinus correxit, quæ de variis argumentis commentatus fuerat; Vigilius quæ maturo fratrum consilio judicioque definierat.

Aiunt secundo, mirum videri, cur Leo Cinnomus, cum testatur se in volumine chartaceo, quod in vetere bibliothecæ ecclesiæ Romanæ asservabatur, epistolam qua de agitur, nactum esse: id unum retulerit, adjuncta reliqua prætermiserit.

Cur siluit, an græcam eo loci repertam descripserit? an latinam e græca fecerit? si græcam reperit, non item latinam, suspecta merito est narrantis fides: quidni enim, vel a Cinnomo composita credatur, vel ab alio aliquo Græculo? cur pontificis Romani epistola latina nusquam reperitur, a nullo certe latino memoratur?

Si ex latina græcam fecit, rursus oritur suspicionis non imprudentissimæ materies, an bona fide interpretatus sit, an secus? an de suo addiderit quæ non decent, an in autographo repererit?

Certe si anno 753. id est, ducentesimo post finitam synodum, exstabat adhuc latina decretalis in bibliotheca ecclesiæ Romanæ, quomodo latuit pontifices Vigilii successores? Si non latuit, quomodo ab iis memorata non est, cum maxime debuerit; tunc saltem, cum adversus schismaticos vehementius a Pelagio II. & Gregorio magno disputaretur? atque hoc est, quod tertium caussantur epistolæ improbatores.

Sed & quartum addunt, apparere non incerta suppositionis judicia: nam præter ea quæ hactenus exposita sunt, non erudite profecto inducitur Vigilius, exemplum afferens patrum suorum, qui propria dicta retractaverint atque correxerint: patrum enim nomine intelligit, opinor, præcessores, ut ex Constituto colligitur: quis autem decessorum propria dicta retractavit, & correxit? an Hormisdas? hic enim unus produci posse videtur: verum ipsius ratio mirum quantum a ratione Vigilii diversa est, ut nemo nescit eruditus.

Deinde, cum Augustinus statuitur in exemplum, quod imitetur pontifex, imprudenter, ne dicam inepte, Romanæ eloquentiæ magister prædicatur: verum id non magni admodum est momenti, cum forte non εὐγλωττίας, sed εὐδοξίας διδάσκαλος legi possit: quo sensu Hormisdas scripsit Possessori, ex Augustino addisci posse, quid Romana sentiat ecclesia *de libero arbitrio & gratia Dei*.

Id magis urget, quod contra publicam fidem ve-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 554.

ritatemque notam dicuntur ubique, tunc cum scriberet Vigilius, redarguti Theodori sermones: nam ea tempestate, non Africa tantum pro Theodori libris, sed etiam orientalium plures pugnabant.

Quod maligne describuntur ferme verbatim ex edicto synodoque posteriores tres canones, de Theodoro, Theodoreto & Iba, ut pontifex videatur in ipsa eorum quibus, cum judicium exercerent, adversabatur, verba jurare, eoque facto suæ mentis pristinam vel cæcitatem vel obstinationem fateri.

Certe si re ipsa pontifex epistolam conscripsit, vel consultissime non egit, cum dignitati sedis suæ non consuluit, qua ratione poterat, cum haberet doctissimorum virorum sibi assistentium coronam: vel durissimam scribendi necessitatem a tyrannide Justiniani, qui suis & ipse præceptoribus serviebat, passus est: quo pacto epistola, cum per vim metumque extorta sit, nulla pollet auctoritate.

Postremum istud adjungunt, non plus admodum habere ponderis argumenta in contrarium allata, quam quantum mutuantur ab illustrissimi Marcæ auctoritate.

Nam primo, quod Græci tradunt Vigilium quintæ synodo consensisse ἐγγράφως, intelligi potest, aut etiam debet, vel de primis litteris ad Eutychium, quibus pontifex in celebrationem synodi consensit, vel de Constituto, ubi eadem omnia quæ in synodo quinta damnantur, præter Theodori personam; vel etiam de Judicato longe antea edito, & turbarum in occidente caussas quas turbas Græculi arripuerint, ut suæ fictionis locupletes testes.

Neque temeraria est ejusmodi exceptio: huic enim favet, quod ab illustrissimo Marca adducitur ex Prosphonetico sextæ synodi: agitur siquidem eo loci de consensione Vigilii & Justiniani, qua synodus coacta est, συνέστη συνέδριον.

Deinde quod illustrissimus idem Dissertator adjicit *numero* III. suis prioribus rationibus *addi posse eximium Pelagii* II. *testimonium, ex epistola ad episcopos Istriæ, cujus adeo aperta sunt verba, ut mirari subeat qua ratione viros, alioqui perspicacissimos, fugerit tam expressa de Vigilio sententia: etenim prolixis verbis ibi refertur sedem apostolicam per Vigilium initio quidem probasse tria capitula, & pro eorum defensione diu laborasse, longoque tempore ad injurias usque certasse, quod de solo Vigilio intelligi potest. Deinde cessisse*, quando veritas se patefecit, *quæ verba ad epistolam Vigilii respiciunt, qui, re diligentius tractata, veritatem sibi affulsisse, seque tria capitula damnasse scribit.*

Id, inquam, totum non vehementer urget; nam perspicacissimi illi forsan caussentur, verba Pelagii II. ut non referuntur κατὰ λέξιν, ita non plene exponi. Sic illa *numero* III. se habent: *Latini quippe homines & græcitatis ignari, dum linguam nesciunt, errorem tarde cognoverunt; & tanto eis celerius credi debuit, quanto eorum constantia, quousque verum cognoscerent, a certamine non quievit, quorum consensum certe fraternitas vestra despiceret, si ausu præcipiti, prius quam verum cognoscerent, consensissent: at postquam diu ab eis laboratum est, & longo tempore ad injurias usque certatum; hinc vestra fraternitas penset, quia tot labores repente non relinquerent, nisi quæ vera sint, agnovissent.* Et paullo post: *Debet ergo perpendere vestra dilectio; quia prædecessorum nostrorum in hac caussa consensus tanto post inanis non fuit, quanto prius duris contradictionum laboribus insudavit.* Et postea: *Si in trium capitulorum negotio aliud cum veritas quæreretur, aliud autem, inventa veritate, dictum est: cur mutatio sententiæ huic sedi in crimine objicitur, quæ a cuncta ecclesia humiliter in ejus auctore veneratur? non enim mutatio sententiæ, sed inconstantiæ sensus in culpa est: quando ergo ad cognitionem recti intentio incommutabilis permaneat; quid obstat, si ignorantiam suam deserens, verba permutet?*

Agitur enim, & de veritate, *quæ Vigilium papam ac latinarum provinciarum principes latuit*; & de errore tardius cognito, propter imperitiam græcæ linguæ: ejusmodi autem seu veritas latens, seu error ignotus, pertinuit sine dubio ad blasphemias Theodori, sensusque Theodoreti & Ibæ; illaque apparens, hic agnitus effecit, ut Vigilius latam in via qua Roma Constantinopolim tendebat, sententiam pro tribus capitulis, in Judicato, post annum; in Constituto, post annos septem edito mutaret, idque omne quod tribus capitibus contineretur, præter personas, damnaret.

Nam quod disputat eruditissimus præsul de gemina veritate ante ignota Vigilio, postmodum recta: Prima, posse quæ in conciliis gesta sunt, omnia retractari, præter fidem: Altera, posse mortuos damnari, qui hæresim professi sunt; vix persuaserit, opinor, ei qui vel historiam rei meminerit, vel Pelagii II. epistolam perlegerit: neutra siquidem veritas latebat propter imperitiam græcæ linguæ, cum posterior ante editum Constitutum in V. collatione probata fuerit sacræ scripturæ atque Augustini testimonio: prior manifestis Leonis magni verbis constet: quare mutatio sententiæ quam Pelagius memorat, spectat omnino ad Judicatum, aut ad Constitutum potius; idque conficitur, vel ipsis ab illustrissimo præsule prolatis testibus. Nam Photius cum de Vigilio scribit: *Aderat præsens in urbe, sed non intererat synodo: etsi vero non adeo prono animo esset erga sacri concilii cœtum, nihilominus tamen communem patrum fidem libello confirmavit.* Et ista codicis Arabici canonum: *Excommunicavit synodus & vivos & mortuos, quod antea non præstitum, nisi in illos solos, factumque hoc, patriarcha Romano sciente qui confirmavit, & scripto ad imperatorem dato fidem suam professus est*: intelligi debent de Constituto ad imperatorem misso, cujus censura fidem patrum canonibus comprehensam confirmat: non de decretali, quæ ad Eutychium data. Hæ fere sunt utriusque partis rationes, quas qui diligentius expenderit, si non improbet, ut certe non decet, gravissimum illustrissimi Marcæ de Vigilii epistola judicium, non tamen ita approbabit, (quod fecit nuperus Dissertator) ut inde putet invictum posse argumentum desumi, quo *Halloixii* negantis, a Vigilio statim approbatam synodum, *temeritas appareat.*

F I N I S.

GILDÆ SAPIENTIS

DE

EXCIDIO BRITANNIÆ

LIBER QUERULUS:

Ex antiquissimis mss. codicibus Cantabrigiensi & Cottoniano, anno M. DC. XCI. opera THOMÆ GALE Oxoniæ vulgatus.

GILDÆ SAPIENTIS
DE
EXCIDIO BRITANNIÆ
LIBER QUERULUS.

PRÆFATIO AUCTORIS.

IN [1] hoc libro quidquid deflendo potius A quam declamando (vili licet ſtilo , tamen benigno) fuero proſecutus , ne quis me , affectu cunctos ſpernentis , omnibuſve melioris , (quippe qui commune bonorum diſpendium malorumque cumulum lacrymoſis querelis defleam) ſed condolentis patriæ incommoditatibus miſeriiſque ejus , ac remediis condelectantis , edicturum putet ; quia [2] vero non tam fortiſſimorum militum enuntiare trucis belli pericula mihi ſtatutum eſt , quam deſidioſorum . Silui (fateor) cum immenſo [3] dolore mentis & animi compunctione cordiſque contritione , & attonito ſenſu ſæpius hæc omnia in animo revolvere *, & (ut mihi renum ſcrutator eſt Dominus) ſpatio biluſtri temporis , vel eo amplius prætereuntis : imperitia , ſicut & nunc , [4] una cum cariſſimis mei amicis imperantibus , ut qualemcum-

1. *Hoc libro*] Editi , *hac epiſtola*.
2. *Vero*] Deeſt edit. — Et merito quidem , ut videtur : aut forte legendum *vere*.
3. *Dolore mentis*] Ed. *cordis dolore*. Reliqua deſiderantur uſque ad , *ut mihi*.
4. *Una cum cariſs.*] Ed. *una cum vilibus me meritis inhibentibus , ne qualemcumque admonitiunculam ſcriberem*. In impreſſis ſequuntur iſta : „ Legebam nihilominus , admirandum Legislatorem ob unius verbi dubitationem , terram deſiderabilem non introiiſſe : filios ſacerdotis alienum admovendo altari ignem , cito exitu periiſſe : populum verborum Dei prævaricatorem ſexcentorum millium , (duobus exceptis veracibus) & quidem Deo cariſſimum (quippe cui iter leviſſime ſtratum profundi glarea maris rubri , cibus cæleſtis panis , potus novus ex rupe viator , acies invicta manuum ſola intenſa erectio fuerit) beſtiis , ferro , igni per Arabiæ deſerta ſparſim cecidiſſe : poſt ingreſſum ignotæ ac ſi Jordanis portæ urbiſque adverſa mœnia , ſolis tubarum clangoribus juſſu Dei ſubruta : palliolum aurique parum de anathemate præſumtum multos ſtraviſſe : Gabaonitarum irritum fœdus , calliditate licet extortum , nonnullis intuliſſe exitium : ob peccata hominum , querulas ſanctorum prophetarum voces , & maxime Hieremiæ ruinam civitatis ſuæ quadruplici plangentis alphabeto . Videbamque etiam noſtro tempore , ut ille defleverat , (*a*) *ſolam ſediſſe urbem viduam , antea populis plenam , gentium dominam , principem provinciarum ſub tributo fuiſſe factam* id eſt , Eccleſiam) : (*b*) *obſcuratum aurum , coloremque optimum mutatum* (quod eſt verbi Dei ſplendorem :) (*c*) *Filios Sion* (id eſt , ſanctæ matris Eccleſiæ) *inclytos & amictos auro primo , amplexatos fuiſſe ſtercora*. Et quod illi intolerabiliter utpote præcipuo , mihi quoque licet abjecto , utcumque ad cumulum doloris creſcebat , dum ita eoſdem ſtatu proſpero viventes egregios luxerat , ut diceret : (*d*) *Candidiores Nazaræi ejus nive , rubicundiores ebore antiquo , ſapphiro pulcriores*. Iſta ego & multa alia velut ſpeculum quoddam vitæ noſtræ in Scripturis veteribus intuens , convertebar etiam ad novas , & ibi legebam clarius , quæ mihi forſitan antea obſcura fuerant , ceſſante umbra ac veritate firmius illuceſcente . Legebam , inquam , Dominum dixiſſe : (*e*) *Non veni niſi ad oves perditas domus Iſrael*. Et e contrario : (*f*) *Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores : ibi erit fletus & ſtridor dentium*. Et iterum : (*g*) *Non eſt bonum tollere panem filiorum , & mittere canibus*. Itemque : (*h*) *Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ*. Audiebam : (*i*) *Multi ab* B *oriente & occidente venient , & recumbent cum Abraham , Iſaac & Jacob in regno cælorum*. Et e diverſo : (*k*) *Et tunc dicam eis : Diſcedite a me operarii iniquitatis*. Legebam : (*l*) *Beatæ ſteriles , & ubera quæ non lactaverunt*. Et e contrario : (*m*) *Quæ paratæ erant , intraverunt cum eo ad nuptias . Poſtea venerunt & reliquæ virgines , dicentes : Domine , Domine aperi nobis*. Quibus reſponſum fuerat : *Non novi vos*. Audiebam ſane : (*n*) *Qui crediderit & baptizatus fuerit , ſalvus erit : qui autem non crediderit , condemnabitur*. Legebam Apoſtoli voce , (*o*) oleaſtri ramum bonæ olivæ inſertum fuiſſe : ſed a ſocietate radicis pinguedinis ejuſdem , ſi non timuiſſet , ſed alta ſaperet , excidendum . Sciebam miſericordiam Domini , & judicium timebam . Laudabam gratiam ; ſed redditionem unicuique ſecundum opera ſua verebar . Oves unius ovilis diſſimiles cernens , merito beatiſſimum dicebam Petrum ob Chriſti integram confeſſionem ; at Judam infeliciſſimum propter cupiditatis amorem : Ste- C phanum glorioſum ob martyrii palmam ; ſed Nicolaum miſerum propter immundæ hæreſeos notam . Legebam certe : (*p*) *Erant illis omnia communia* : ſed & quod dictum eſt : (*q*) *Quare convenit vobis tentare ſpiritum Dei ?* Videbam e regione quantum ſecuritatis hominibus noſtri temporis , ac ſi non eſſet quod timeretur , increverat . Hæc igitur & multo plura quæ brevitatis cauſſa omittenda decrevimus , cum qualicumque cordis compunctione attonita mente ſæpius volvens : ſi , inquam , peculiari ex omnibus nationibus populo , ſemini regali gentique ſanctæ (ad quam dixerat : (*r*) *Primogenitus meus Iſrael*) ejuſque ſacerdotibus , prophetis , regibus per tot ſæcula , Apoſtolo miniſtro , membriſque illius primitivæ Eccleſiæ Dominus non pepercit , quum a recto tramite deviarint ; quid tali hujus atramento ætatis facturus eſt , cui præter illa nefanda immaniaque peccata quæ communiter cum omnibus mundi ſceleratis D agit , accidit etiam illud veluti ingenitum quid & indelebile inſipientiæ pondus , & levitatis ineluctabile ? Quid ? (mihimet aio) tibi ne miſer veluti conſpicuo ac ſummo doctori talis cura committitur , ut obſtes ictibus tam violenti torrentis , & contra hunc inolitorum ſcelerum funem , per tot annorum ſpatia interrupte lateque protractum , *ſerves depoſitum tibi creditum ?* Et : Taceas ; alioquin hoc eſt dixiſſe pedi , ſpeculare ;

a Thren. I. 1. *b* Thren. IV. 1. *c* Ibid. ℣. 2. *d* Ibid. ℣. 7. *e* Matth. XV. 24. *f* Matth. VIII. 12. *g* Matth. XV. 26. *h* Matth. XXIII. 13. 14. 15. ſeqq. *i* Matth. VIII. 11. *k* Matth. VII. 23. *l* Luc. XXIII. 29. *m* Matth. XXV. 10-12. *n* Marc. XVI. 16. *o* Rom. XI. 17. *p* Act. IV. 32. *q* Act. V. 3. *r* Exod. IV. 22.

* *Revolvere*] Deeſſe videtur verbum finitum , *conſuevi* aut quid ſimile.

que gentis Britannicæ hiſtoriolam ſive admonitiunculam ſcriberem. In zelo igitur domus Domini, ſacræ legis ſeu cogitatuum rationibus, vel fratrum religioſis precibus coactus, nunc perſolvo debitum, multo tempore antea exactum, vile quidem [1] ſtilo, ſed fidele (ut puto) & amicale quibuſque egregiis Chriſtianis; grave vero & importabile apoſtatis inſipientibus. Quorum priores (ni fallor) cum lacrymis forte quæ ex Dei caritate profluunt, alii cum triſtitia (ſed quæ de indignatione & puſillanimitate deprehenſæ conſcientiæ extorquetur) illud excipient. [2] Igitur, Deo volente, pauca, 1. De ſitu. 2. De contumacia. 3. De ſubjectione, 4. De rebellione. 5. [3] De ſecunda ſubjectione ac duro famulatu, 6. De religione. 7. De perſecutione. 8. De ſanctis martyribus. 9. De diverſis hæreſibus. 10. De tyrannis. 11. De duabus gentibus [4] victricibus. [5] De prima vaſtatione. 12. De defenſione. 13. [6] De ſecunda vaſtatione. 14. De ſecunda ultione. 15. De tertia vaſtatione. 16. De fame. 17. De [7] epiſtolis. 18. De victoria. 19. De ſceleribus. 20. De nuntiatis ſubito hoſtibus. 21. De famoſa peſte. 22. De conſilio. 23. De ſæviore multo primis hoſte. 24. De urbium ſubverſione. 25. De reliquiis. 26. De poſtrema [8] pace, quæ poſtrema victoria temporibus noſtris Dei nutu donata eſt, dicere [9] curabo.

„ & manui, Fatere. Habet Britannia rectores, habet ſpeculatores. Quid tu nugando mutire diſponis? Habet, inquam, habet ſi non ultra, non citra numerum. Sed quia inclinati tanto pondere ſunt preſſi, idcirco ſpatium reſpirandi non habent. Præoccupabant igitur ſe mutuo talibus objectionibus, vel multo his mordacioribus, veluti condebitores ſenſus mei. Hi non parvo, ut dixi, tempore (quum legerim (a) *tempus eſſe tacendi & loquendi*) & in quadam acſi anguſta timoris porticu luctabantur. Obtnuit vicitque tandem aliquando Creditor: Si non es, inquiens, talis audaciæ, ut inter veridicas rationalis ſecundæ a nuntiis derivationis creaturas, ut non pertimeſcas libertatis aureæ decenti nota inuri; affectum ſaltem intelligibilis aſinæ eatenus elinguis non refugito ſpiritu Dei afflatæ, nolentis ſe vehiculum fore tiarati magi devoturi populum Dei, quæ in anguſto maceriæ vinearum reſolutum ejus attrivit pedem, ob id licet verbera hoſtiliter ſenſerit, cuique Angelum cæleſtem enſem vacuum vagina habentem, atque contrarium (quem ille cruda ſtoliditate cæcatus non viderat) digito quodammodo, quamquam ingrato ac furibundo, & innoxia ejus latera contra jus faſque „ cædenti, demonſtravit. In zelo igitur „ cet. — Haud equidem exiſtimarim, ab alia quam ab ipſius Gildæ manu ſcripta fuiſſe quæ huc uſque relata ſunt. Retractaverit nimirum auctor opuſculum ſuum, ut accidere ſolet; & quæ nunc ſuppoſita ſive interpolata putantur, adjecerit: ac proinde hujuſmodi codicem auctum & a Cantabrigienſi diverſum nacti Polydorus Virgilius & Joſſelinus, genuina hæc additamenta bona fide evulgarint.

1. *Stilo*] Deeſt hæc vox edit.

2. *Igitur*] Edit. *Sed ante promiſſum*.

3. *De ſecunda ſub. ac duro*] Edit. *Item de ſubjectione ac diro*.

4. *Victricibus*] Edit. *vaſtatricibus*.

5. *De prima vaſtatione*] Hæc deſunt edit.

6. *De ſecunda vaſtatione*] Edit. *Itemque vaſtatione*.

7. *Epiſtolis*] Edit. *epiſtolis ad Agitium*. — At vero in Bibl. PP. Pariſ. ann. 1644. tom. V. pag. 361. omittuntur voces *ad Agitium*, ut profert ms. codex Cantabr.

8. *Pace, quæ poſtrema victoria*] Al. *Patriæ victoria, quæ*. — Bibl. PP. Pariſ. l. c. *pace quæ temp. n.*

9. *Curabo*] Edit. *conamur*.

a Eccle. III. 7.

PARS I.

HISTORIA[1] GILDÆ.


I. BRitannia insula in extremo ferme orbis limite * circium occidentemque versus, divina, ut dicitur, statera terræ totius ponderatrice librata; ab Africo boreali propensius tensa axi, octingentorum in longo millium, ducentorum in lato spatium (exceptis diversorum prolixioribus promontorium (promontoriorum) tractibus, quæ arcuatis oceani sinibus ambiuntur) tenens: cujus [2] diffusione, & ut ita dicam, intransmeabili undique circulo, absque meridianæ freto plagæ quo ad Galliam Belgicam navigatur, vallata [3] duum ostiis nobilium Thamesis ac Sabrinæ fluminum veluti brachiis, per quæ eidem olim transmarinæ deliciæ ratibus vehebantur, aliorumque minorum meliorata: bis denis, bisque [4] quaternis civitatibus ac nonnullis [5] castellis, [6] murorum, turrium serratarum, portarum, [7] domorumque [8] quorum culmina minaci [9] proceritate porrecta [10] in edito forti compage [11] pangebantur [12] molitionibus non improbabiliter instructis decorata: [13] campis late pansis, collibusque amœno situ locatis præpollenti culturæ aptis, [14] montibusque alternandis animalium pastibus [15] magne convenientibus: [16] diversorum colorum flores humanis gressibus pulsati, non indecentem [17] quondam seu picturam eisdem [18] imprimebant) electa veluti sponsa monilibus diversis ornata: fontibus lucidis, crebris undis niveas veluti glareas pellentibus, pernitidisque rivis leni murmure serpentibus, [19] quorumque in ripis accubantibus suavis saporis pignus prætendentibus, & lacubus frigidum aquæ torrentem vivæ exundantibus irrigua.

II. Hæc erecta cervice & mente, ex quo inhabitata est, nunc Deo, interdum civibus, nonnumquam etiam transmarinis regibus, & subjectis [20] interdum ingrata consurgit. Quid enim deformius, quidque iniquius potest humanis ausibus vel esse vel intromitti negotium, quam Deo timorem, bonis civibus caritatem, in altiore dignitate [21] compositis absque fidei detrimento debitum denegare honorem, & frangere divino sensui humanoque fidem, & abjecto cæli & terræ metu, propriis adinventionibus aliquem [22] ex libidinibus Regi? Igitur non omittens priscos illos communesque cum omnibus gentibus errores, quibus ante adventum Christi in carne omne humanum genus obligabatur adstrictum, nec enumerans patriæ portenta ipsa diabolica, pæne numero [23] vincentia Ægyptiaca, (quorum nonnulla, lineamentis adhuc deformibus intra vel extra deserta mœnia solito more rigentia, torvis vultibus intuemur) neque nominatim inclamitans montes ipsos aut colles vel fluvios olim exitiales, nunc vero humanis usibus utiles, quibus divinus honor a cæco tunc populo cumulabatur: & tacens vetustos immanium tyrannorum annos qui in aliis longe positis regionibus vulgati sunt, (ita ut Porphyrius [24] rabidus canis orientalis adversus Ecclesiam, dementiæ suæ ac vanitatis stilo hoc etiam adnecteret: *Britannia* [25] *est*, inquiens, *fertilis provincia tyrannorum*) illa tamen proferre conabor in medium, quæ temporibus imperatorum Romanorum & passa est, & aliis intulit civibus [26] longe positis mala: quantum tamen potuero, non tam ex scripturis patriæ scriptorumve monumentis (quippe quæ, vel si qua fuerint, aut ignibus hostium exusta, aut civium [27] exsilii classe longius deportata, non compareant)

1. *Historia*] Edit. *Epistola*. —— Bibl. PP. Paris. l. c. hujusmodi refert epigraphen: *Gildus Sapiens de excidio & conquestu Britanniæ, si.e Acris correptio in totius Britannicæ nobilitatis ordinem & plebem*.
2. *Diffusione*] Edit. *diffusiore*.
3. *Duum*] Edit. *duorum*.
4. *Quaternis*] *Quaternis fulget* Fragm. apud Joan. a Bosco.
5. *Castellis*] *Castellis decoratur*. Ita Fragm. supra dictum.
6. *Murorum* cet.] *Murorum quoque ac turrium, serratarum portarum*. Ita Fragm. —— Bibl. PP. Paris. *serratarum* omittit.
7. *Domorumque*] Deest *que* Jossel. *domorum etiam*. Fragm.
8. *Quorum*] Edit. *quarum*.
9. *Proceritate*] Ita Jossel. & Fragm. In ms. vero Cantab. corrupte legitur *proteleritate*.
10. *In edito*] *in editum* Fragm.
11. *Pangebantur*] *Cernuntur* Fragm.
12. *Molitionibus*] *Munitionibus* Jossel. Locus autem integer hoc modo legitur in Fragm. *non improbabiliter est adornata instructis munitionibus*.
13. *Campis*] *Campis quoque fulget* Fragm.
14. *Montibusque*] Deest *que* Jossel. *montibus etiam* Fragm.
15. *Magne*] *Optime* Fragm. —— Bibl. PP. Paris. *maxime*.
16. *Diversorum*] *Quorum diversorum* Jossel. Parenthesi inclusa sic leguntur in Fragm. *qui diversorum colorum floribus grati redduntur humanis visibus*. Quæ vero sequuntur usque ad finem capitis hoc modo: *Veluti electa sponsa diversis ornata monilibus. Fontibus lucidis crebrisque gaudet; ex quibus rivuli leni murmure serpentes, suave pignus soporis tribuunt viatoribus fessis. Duorum etiam ostiis nobilium fluminum, Tamesis videlicet ac Sabrinæ, veluti brachiis meliorata, per quæ eidem Britanniæ olim transmarinæ deliciæ ratibus vehebantur: aliorumque fluminum minorum infusione irrigatur*.
17. *Quondam*] Edit. deest —— Bibl. PP. Paris. *non indecentem* CEU *picturam eisdem imprimebant*. Recte.
18. *Imprimebant*] Al. *imprimebat*.
19. *Quorumque*] Edit. *ipsorumque*. —— Mox Bibl. PP. Paris. *suavis soporibus*. Forte *soporis* legendum, ut superius in Fragm.
20. *Interdum*] Deest edit.
21. *Compositis*] Edit. *positis*.
22. *Ex lib.*] Edit. *& lib.* —— Hæc vero lectio editorum fortasse alteri ms. codicis præferenda. Mox ubi legitur, *Igitur non omittens*, sive in ms. sive in editis, delenda videtur particula negans ex contextu. Sic enim deinceps, *nec enumerans .... nec nominatim inclamitans .... & tacens .... illa tamen proferre conabor* cet. ut proinde pateat, superius rescribendum esse *Igitur omittens*.
23. *Vincentia Ægypt.*] Edit. *Ægyptiaca vincentia*.
24. *Rabidus canis* cet.], Edit. *rabidus orientalis adversus Ecclesiam canis*.
25. *Brit. est*] Editi omittunt *est*.
26. *Longe pos.*] Edit. *& long. pos.*
27. *Exsilii*] Edit. *exsulum*. —— Quod magis placet.

* —— *Circium*] Ita edit. Oxon. ex ms. codice Cantabr. ut equidem puto. Al. *circum*. Nisi mendum suspiceris sive in codice sive in edito Anglico, proba censenda fuerit lectio *circium*. Est enim *circius*, ut ex lexicographis erudimur, ventus violentissimus, qui spirat inter occidentem æstivum & septemtrionem: sic dictus a *circus*, ob turbinem ejus ac vertiginem, qua omnia turbat ac circumvertit. Post hæc animadverti, ms. codicis lectionem *Circium* probam esse retinendamque. Infra enim auctor cap. xi. meminit *Scotorum a* CIRCIONE, *Pictorum ab Aquilone*. Miror editorem Oxoniensem hunc locum prætermisse.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



quam transmarina relatione; quæ crebris irrupta intercapedinibus, non satis claret.

III. Etenim reges [1] Romani quum orbis imperium obtinuissent, subjugatisque finitimis quibusque regionibus vel insulis orientem versus, prima Parthorum pace Indorumque confinium (qua peracta, in omni pæne terra tum cessavere bella) potioris famæ vicibus firmassent, non acies flammæ quodammodo rigidi * tenoris ad occidentem cæruleo oceani torrente [2] vel cohiberi potuit, vel exstingui: sed transfretans insulæ parendi leges nullo obsistente advexit, imbellemque populum sed infidelem, non tam ferro [3] & igni machinisque, ut alias gentes, quam solis minis vel judiciorum concussionibus, in superficie tamen vultus, presso in altum cordis dolore, sui obedientiam proferentem edictis subjugavit.

IV. Quibus statim Romam, ob inopiam cæspitis, [4] ut ajunt, repedantibus, & nihil de rebellione suspicantibus, rectores sibi relictos ad enuntianda plenius vel confirmanda Romani regni molimina læena trucidavit dolosa. [5] Quibus ita gestis quum talia Senatui nuntiarentur, & propero exercitu [6] vulpeculis (ut fingebat) subdolis ulcisci festinaret; non militaris in mari classis parata fortiter dimicare pro patria, neque quadratum agmen, [7] nec dextrum cornu aliusve belli apparatus in litore, sed terga pro [8] scutis fugantibus dabantur, & colla gladiis (gelido per ossa tremore currente) manusque vinciendæ muliebriter protenduntur: ita ut in proverbium & derisum longe lateque efferatur, ** quod non Britanni sunt in bello fortes, nec in pace fideles.

V. Itaque [9] multis Romani perfidorum cæsis, nonnullis ad servitutem (ne terra penitus in solitudinem redigeretur) mancipalibus reservatis, patria vini oleique [10] experte, Italiam petunt, suorumque quosdam præpositos relinquentes, indigenarum dorsis mastigias, cervicibus jugum, solo nomen Romanæ servitutis hærere facturos, ac non tam militari manu quam [11] flagellis callidam gentem maceraturos; & si res sic postulavisset, ensem (ut dicitur) vagina vacuum lateri ejus [12] populi accommodaturos; ita ut non Britannia, sed [13] Romana Insula censeretur, & quidquid habere potuisset æris, argenti vel auri, imagine Cæsari notaretur.

[14] VI. Interea glaciali frigore rigenti insulæ, & veluti longiore terrarum secessu soli visibili non proximæ, verus ille [15] sol, non de firmamento temporali, sed de summa etiam cælorum arce tempora cuncta excedente, universo orbi *** præfulgidum sui coruscum ostendens; tempore (ut scimus) summo Tiberii Cæsaris (quo absque ullo impedimento ejus propagabatur religio, comminata, senatu nolente, a principe morte dilatoribus militum ejusdem) radios suos primum indulget, id est, sua præcepta Christus.

VII. Quæ licet ab incolis tepide suscepta sunt, apud quosdam tamen integre, & alios minus, usque ad persecutionem Diocletiani tyranni novennem; in qua subversæ per totum mundum sunt ecclesiæ, & cunctæ sacræ scripturæ quæ inveniri potuerunt, in plateis exustæ, & electi sacerdotes gregis Domini cum innocentibus ovibus trucidati: ita ut ne vestigium quidem (si fieri potuisset) in nonnullis [16] provinciis Christianæ religionis appareret. [17] Permansere tunc quantæ fugæ, quantæ strages, quantæ diversarum mortium pœnæ, quantæ [18] religionis apostatarum ruinæ, quantæ gloriosissimorum martyrum coronæ, quanti persecutorum rabidi furores, quantæ e contrario sanctorum patientiæ fuere, ecclesiastica historia narrat: ita ut agmine denso certatim, relictis post tergum mundialibus tenebris, ad amœna cælorum regna, quasi ad propriam sedem, tota festinaret Ecclesia.

VIII. Magnificavit igitur misericordiam suam [19] Deus nobiscum, [a] *volens omnes homines salvos fieri*, & [b] *vocans* non minus *peccatores*, quam eos [20] qui putant se *esse justos*; qui gratuito munere supra dicto, ut [21] cognoscimus, persecutionis tempore, [22] ne crassa atræ noctis caligine Britannia obfuscaretur, clarissimas lampades sanctorum martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum sepulturæ & passionum loca, si non lugubri [23] divortione barbarorum, quam plurima ob scelera nostra civibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem divinæ caritatis incuterent.

a I. Tim. II. 4. *b* Matth. IX. 13. Marc. II. 17. Luc. V. 32.

1. *Romani*] Edit. *Romanorum*.
2. *Vel cohiberi potuit*] Edit. *cohiberi vel potuit*.
3. *Et igni*] Deest conjunctio edit. & statim *machinis* præferunt.
4. *Ut ajunt*] *Ut agebant* Josselin. male. —— Bibl. PP. Paris. *ut aiebant*.
5. *Quibus ita gestis*] Heic incipit cap. IV. in ms. Cantabr.
6. *Vulpeculis* --- *subdolis*] Al. *vulpeculas* --- *subdolas*. --- Bibl. PP. Paris. *ut prospero exercitu vulpeculas subdolas*, omissis *ut fingebat*. Ceterum magis placet lectio ms. *propero*.
7. *Nec dextrum cornu, aliusve .... conseritur*] Edit. *neque d. c. aliive .... conseruntur*. —— Bibl. PP. Paris. habet *conspiciuntur*, sed male omittit *nec* sive *neque*.
8. *Scutis* --- *dabantur*] Edit. *scuto* --- *dantur*. Et paullo post pro *efferatur* habent *efferretur*. —— Bibl. PP. Paris. *effertur*: & paullo ante *Ita* pro *ita ut*. Lectionem vero editorum *dantur* meliorem esse altera ms. *dabantur*; suadet sequens verbum *protenduntur*.
9. *Multis Romani*] Edit. *Romani multis*.
10. *Experte*] Edit. *experte relicta*. Et mox, *suorum* --- *relinquentes præpositos*.
11. *Flagellis*] Edit. *flagris*. —— Bibl. PP. Paris. paullo ante, *solo nomine Romanæ servitutis honorem facturos*. Et mox, *callidam gentem mercaturos .... ita ut non Britannia, sed Romana censeretur*. Pessime omnia.
12. *Populi*] Deest edit.
13. *Romana Insula*] Edit. *Romania*.
14. VI.] Heic incipit caput V. in ms. cod.
15. *Sol* --- *firmamento temp.*] Edit. omittunt *sol*, habentque *firmamento solum temp.*
16. *Provinciis*] Edit. *provinciæ locis*.
17. *Permansere*] Deest apud Polidor. Virgil. —— Sic & Bibl. PP. Paris. & forte quidem absque ullo dispendio: paucis enim interjectis occurrit verbum *fuere*.
18. *Religionis*] Edit. deest. Et mox *gloriosorum*. —— Bibl. PP. Paris. *gloriosæ*.
19. *Deus nobiscum*] Edit. *Nobiscum Deus*. --- Id est, *Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus*. Matth. I. 23.
20. *Qui putant se esse justos*] Edit. *qui se putant justos*.
21. *Cognoscimus*] Edit. *conjicimus*.
22. *Ne*] Edit. *ne penitus*.
23. *Divortione*] Edit. *divortio*.

* *Tenoris*] In Bibl. PP. Paris. l. c. pag. 363. margini addita lectio *terroris* conspicitur.

** *Quod non Britanni sunt*] Bibl. PP. Paris. absolute: *Britanni non sunt*: fortasse rectius.

*** *Præfulg.*] Bibl. PP. Paris. *præfulgidum sui lumen ostendens Christus suos radios, id est, sua præcepta indulget tempore, ut scimus, summo Tiberii Cæsaris, quo absque ullo impedimento, ejus propagatur religio, indicta, senatu nolente, a principe morte dilatoribus militum ejusdem*. Inversa omnia.

Sanctum Albanum Verolamiensem, Aaron & Julium Legionum urbis cives, [1] & ceteros utriusque sexus diversis in locis summa magnanimitate in acie Christi perstantes dico. Quorum prior postquam caritatis gratia confessorem [2] alium persecutoribus insectatum, & jam jamque comprehendendum (imitans & in hoc Christum [a] *animam pro ovibus ponentem*) domo primum, ac mutatis dein mutuo vestibus, occuluit, [3] & discrimini se fratris in supra dicti vestimentis libenter persequendum dedit: ita Deo [4] placens inter sacram confessionem cruoremque coram impiis, Romana tum stigmata cum horribili [5] phantasmate præferentibus [6] signorum miraculis mirabiliter adornatus est, ut oratione ferventi, illi Israeliticæ arenti viæ minusque tritæ (stante diu arca, prope glareas, testamenti in medio Jordanis canali) simile iter ignotum, [7] trans nobilis fluvii alveum, cum mille viris sicco ingrediens pede, (suspensis utrimque modo præruptorum fluvialibus montium gurgitibus) aperiret, & priorem carnificem tanta prodigia videntem in agnum ex lupo mutaret, & una secum triumphalem martyrii palmam [8] sistere vehementius, & excipere fortius faceret. Ceteri vero sic diversis cruciatibus torti sunt, & inaudita membrorum discerptione lacerati [9] sunt, ut absque cunctamine gloriosi in egregiis Hierusalem veluti portis martyrii sui tropæa defigerent. Nam qui superfuerant, silvis ac desertis abditisque speluncis se occultavere, exspectantes a justo rectore omnium Deo carnificibus severa quandoque judicia, sibi vero animarum tutamina. [10] Igitur bilustro supra dicti turbinis, nec dum ad integrum [11] adimpleto, emarcescentibusqne nece suorum auctorum nefariis [12] edictis, lætis luminibus omnes Christi tirones, quasi post hiemalem ac prolixam noctem, temperiem lucemque serenam auræ cælestis excipiunt; renovant ecclesias ad solum usque destructas; basilicas sanctorum martyrum fundant, construunt, perficiunt; ac velut victricia signa propalant; dies festos celebrant; [13] sacramenta mundo corde oreque conficiunt; omnes exsultant filii, gremio ac si matris Ecclesiæ confoti.

IX. Mansit namque hæc scripti capitis [14] membrorumque consonantia suavis, donec Arriana perfidia, atrox * seu anguis, transmarina nobis evomens venena, fratres in unum habitantes [15] exitiabile faceret sejungi; ac sic quasi via facta trans oceanum omnes omnino bestiæ feræ mortiferum cujuslibet hæresios virus horrido ore vibrantes, letalia dentium vulnera patriæ novi semper aliquid audire volenti, & nihil certe stabiliter obtipenti, infigebant.

[16] X. Itemque tandem tyrannorum virgultis crescentibus, & in immanem silvam jam jamque erumpentibus, Insula nomen Romanum, nec tamen [17] mores legemque tenens, quin potius abjiciens, germen suæ plantationis amarissimæ ad Gallias, magna comitante satellitum caterva, insuper etiam [18] imperatoris insignibus, quæ nec decenter usquam gessit [19] nec legitime, sed ritu tyrannico & tumultuante initiatum milite Maximum mittit. Qui, callida primum arte potius quam virtute, finitimos quosque pagos vel provincias contra Romanum statum, [20] per retia perjurii mendaciique sui facinoroso regno adnectens, & unam alarum ad Hispanias, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquissimi imperii apud Treveros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, ut duos imperatores legitimos, unum Roma, alium religiosissima vita pelleret. Nec mora: tam [21] fertilibus vallatus audaciis, apud Aquileiam urbem capite nefando cæditur, qui decorata totius orbis capita regni quodammodo [22] cervicibus dejecerat.

XI. Exin Britannia omni armato milite [23] militaribusque copiis, rectoribus [24] linquitur immanibus, ingenti juventute spoliata, (quæ comitata vestigiis supra dicti tyranni domum nusquam ultra rediit) & omnis belli [25] usus ignara penitus; duabus primum gentibus transmarinis vehementer sævis, Scotorum a Circione, Pictorum ab Aquilone calcabilis multos stupet gemitque [26] per annos.


XII. [27] Gens igitur Britonum, Scotorum Pictorumque non ferens, [28] ob quorum infestationem ac dirissimam oppressionem, legatos Romam cum epistolis mittit, militarem manum ad se vindicandam lacrymosis postulationibus poscens, & subjectionem sui Romano imperio continue tota animi virtute, si hostis longius arceretur, vovens. Cui mox destinatur legio præteriti mali immemor, sufficienter armis instructa. Quæ ratibus trans oceanum in patriam advecta, & cominus cum gravibus hostibus congressa, magnamque ex eis multitudinem sternens; & omnes e finibus depulit, & subjectos cives tam atroci dilaceratione ex imminenti captivitate liberavit. Quos jussit construere inter duo maria trans Insulam murum, ut esset arcendis hostibus [29] turba instructus terrori, civibusque tutamini. Qui vulgo irrationabili absque re-

a Joan. X, 15.

1. *Et ceteros*] Edit. *ceterosque*.
2. *Alium*] Deest edit.
3. *Discrimini --- supra dicti*] Edit. *& se discrimini in fratris supra dicti*. -- Planius.
4. *Placens*] Deest edit. --- Habet tamen Bibl. PP. Paris.
5. *Phantasmate*] Edit. *phantasia*.
6. *Signorum*] Edit. *placens signorum*. --- excepta Bibl. PP. Paris. ubi supra suo loco recte habet.
7. *Trans*] Edit. *trans Thamesis*.
8. *Sistere*] Edit. *sitire*. --- Magis placet.
9. *Sunt*] Deest edit.
10. *Igitur bil.*] Heic incipit cap. VII. in ms. Cantabr.
11. *Adimpleto*] Edit. *expleto*.
12. *Edictis*] Edit. *decretis*.
13. *Sacramenta*] Edit. *sacra*.
14. *Membrorumque*] Deest *que* edit.
15. *Exitiabile*] Edit. *exitiabiliter*.
16. X.] VIII. in ms.
17. *Mores*] Edit. *morem*. . . 1
18. *Imperatoris*] Edit. *imperatoriis*.
19. *Nec leg.*] Edit. *non leg.*
20. *Per ret.*] Deest *per* edit.
21. *Fertilibus*] Edit. *feralibus*.
22. *Cervicibus*] Deest edit. --- Ubi paullo ante *capita regno* pro *regni*.
23. *Militaribusque*] Deest *que* edit.
24. *Linquitur*] Edit. *licet*.
25. *Usus ignara penitus*] Edit. *usu penitus ignara*.
26. *Per ann.*] Deest *per* edit.
27. *Gens igitur --- non ferens*] Hæc desunt edit. In ms. autem, hoc est caput IX.
28. *Ob quorum*] Edit. *ob quarum* --- Habito nimirum respectu ad superiora, *a duabus primum gentibus*: quæ quidem præpositio *a* deest sive in ms. Cantabr. sive in edito Oxon. ubi præterea ex contextu forte legendum fuerit *ob eorum*.
29. *Turba*] Edit. *a turba*.

* *Seu ang.*] Malim equidem *ceu*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



ſtore factus, non tam lapidibus quam cæſpitibus, non profuit.

XIII. [1] Illa legione cum triumpho magno & gaudio domum repetente, illi priores inimici, [2] ac quaſi ambrones lupi profunda fame tabidi, ſiccis faucibus in ovile tranſſilientes, non comparente paſtore, alis remorum remigumque brachiis, ac velis vento [3] ſinuatis vecti, terminos rumpunt, cæduntque omnia, & quæque omnia maturam ceu ſegetem metunt, calcant, tranſeunt.

[4] XIV. Itemque mittuntur queruli legati, ſciſſis (ut dicitur) veſtibus, opertiſque ſablone capitibus, impetrantes a Romanis auxilia, ac veluti B timidi pulli patrum [5] fideliſſimis alis ſuccumbentes, ne penitus miſera patria deleretur, nomenque [6] Romanum quod verbis tantum apud eos auribus reſultabat, vel exterarum gentium opprobrio obroſum vileſceret. At illi, quantum humanæ naturæ poſſibile eſt, commoti tantæ hiſtoria tragœdiæ, volatus ceu aquilarum, equitum in terra, nautarum in mari, curſus accelerantes, inopinatos primum, tandem terribiles inimicorum [7] ungues cervicibus infigunt mucronum, caſibuſque foliorum tempore certo [8] ad ſimulandam iſtam peragunt ſtragem; ac ſit, ſi montanus torrens crebris tempeſtatum rivulis auctus, ſonoroſoque meatu alveos exundans, ac ſulcato dorſo fronteque acra, C erectis, ut aiunt, ad nebulas undis (luminum quibus pupilli perſæpe licet palpebrarum [9] convolutibus innovati, [10] adjunctis ſibi minutiſſimarum rotarum tautonibus veluti fuſcantur) mirabiliter ſpumans; aſt uno *objectas* ſibi *evincit gurgite moles*: ita æmulorum agmina [11] auxiliatores egregii (ſi qua tamen evadere potuerant) propere trans maria fugaverunt, quia anniverſarias avide prædas nullo obſiſtente trans maria exaggerabant. [12] Igitur Romani patria reverſi, denuntiantes nequaquam ſe tam laborioſis expeditionibus poſſe frequentius vexari, & ob imbelles erraticoſque latrunculos, Romana ſtigmata, tantum talemque exercitum, terra ac mari fatigari: ſed ut [13] Inſula D potius, conſueſcendo armis ac viriliter dimicando, terram, ſubſtantiolam, conjuges, liberos & (quod his majus eſt) libertatem vitamque totis viribus vendicaret, & gentibus nequaquam ſe fortioribus (niſi ſegnitia & torpore [14] diſſolverentur) ut inermes vinclis vinciendas nullo modo, ſed inſtructas peltis, enſibus, haſtis, & ad cædem prom- A tas protenderet manus, ſuadentes (quia & hoc putabant aliquid derelinquendo populo commodi accreſcere) murum, non ut alterum, ſumtu publico privatoque adjunctis ſecum miſerabilibus indigenis ſolito ſtructuræ more, tramite a mari uſque ad mare inter urbes quæ ibidem forte ob metum hoſtium collocatæ fuerant, directo librant, fortia formidoloſo populo monita tradunt, exemplaria inſtituendorum armorum relinquunt, in litore quoque oceani ad meridianam plagam, [15] qua naves eorum habebantur, [16] & inde barbariæ feræ beſtiæ timebantur, turres per intervalla ad proſpectum maris collocant, [17] valedicunt tamquam ultra non reverſuri.

[18] XV. Itaque illis ad ſua remeantibus, emergunt certatim de [19] curicis, quibus ſunt trans [20] Tithicam vallem vecti (quaſi in alto Titane incaleſcenteque caumate de altiſſimis foraminum [21] cavernulis fuſci vermiculorum cenei) tetri Scotorum Pictorumque greges, moribus ex parte diſſidentes, & una eademque ſanguinis fundendi aviditate concordes, furciferoſque magis vultus pilis, quam corporum pudenda pudendiſque proxima veſtibus tegentes: cognitaque condebitorum reverſione & reditus denegatione, ſolito [22] confidentius omnem aquilonalem extremamque terræ partem pro indigenis muro tenus capeſſunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies ad pugnam, inhabilis ad fugam, trementibus præcordiis inepta, quæ diebus ac noctibus ſtupido ſedili marcebat. Interea non ceſſant uncinata [23] nodorum tela quibus miſerrimi cives de muris tracti ſolo allidebantur. Hoc ſcilicet eis immaturæ mortis ſupplicium, qui tali funere rapiebantur; [24] fratrum quo pignorum ſuorum miſerandas imminentes pœnas cito exitu devitabant. Quid plura [25] loquar? Relictis civitatibus muroque celſo, iterum [26] quibus fugæ: iterum diſperſiones ſolito deſperabiliores. Item ab hoſte inſectationes: item ſtrages accelerantur crudeliores: & ſicut agni a lanionibus, ita deflendi cives ab inimicis diſcerpuntur, ut commemoratio eorum ferarum aſſimilaretur agreſtium.

XVI. [27] Nam laniunt ſe ipſos mutuo, nec pro exigui victus brevi ſuſtentaculo miſerrimorum civium latrocinando: & augebantur [28] extraneæ clades domeſticis motibus: [29] quo & hujuſmodi tam crebris direptionibus vacuaretur omnis regio totius cibi baculo, excepto venatoriæ artis ſolatio.

1. *Illa --- repetente*] Edit. *Illa domum cum triumpho magno & gaudio repedante.* —— At Bibl. PP. Pariſ. *Legione autem domum --- repetente.*
2. *Ac quaſi*] Edit. *ac ſi*. Mox, *ovile* præpoſitione *in* omiſſa. —— Bibl. PP. Pariſ. *ovile circumſilientes.*
3. *Sinuatis*] Edit. *juvatis*. —— Bibl. PP. Pariſ. *velis ventorum plenis.*
4. XIV.] In ms. X. --- Initio hujus cap. pro *Itemque* legitur *Iterumque* in Bibl. PP. Pariſ. quod magis placet. Mox vero ibid. *ſabulone* ſcribitur emendatius, quam in edit. Oxon. *ſablone.*
5. *Fideliſſimis*] Edit. *fidiſſimis*. —— Bibl. PP. Pariſ. legit *matrum* loco *patrum fid.* edit. Oxon. fortaſſe melius.
6. *Romanum*] Edit. *Romanorum.*
7. *Ungues --- mucronum*] Edit. *cervicibus infingunt mucronum ungues.*
8. *Ad ſimulandam iſtam*] Edit. *aſſimulandam iiſdem*. Et mox, *ac ſi* pro *ac ſit*, *ſi*.
9. *Convolutibus*] Edit. *convolatibus.*
10. *Adjunctis --- veluti fuſc.*] Edit. *adjunctiſſimarum rotarum rivulis fuſc.* —— Bibl. PP. Pariſ. poſt voces, *alveos exundans*, omnia omittit quæ ſequuntur, uſque ad *uno objectas.*
11. *Auxiliatores*] Edit. (excepta Pariſ.) *auxiliares*. Et mox, *præpropere.*
12. *Igitur*] Heic incipit cap. XI. in ms. Cantabr.
13. *Inſula*] Deeſt edit. --- Bibl. PP. Pariſ. *ſed ut potius ſola*. Et paullo ante, *Romana ſigna* pro *R. ſtigmata*: fortaſſe rectius.
14. *Diſſolverentur*] Edit. *diſſolveretur*; ubi & omittitur ſequens particula *ut*.
15. *Qua*] Edit. *qua* --- Paullo ante Bibl. PP. Pariſ. *directo ædificant.*
E
16. *Et inde barbariæ*] Edit. *quia & inde barbaricæ.*
17. *Valedicunt*] Edit. *& valedicunt*. --- Deeſt conjunctio etiam in Bibl. PP. Pariſ.
18. XV.] Ms. XII.
19. *Curicis*] Edit. *curucis* --- Bibl. PP. Pariſ. *carruchis.*
20. *Tithicam vallem vecti*] Edit. *Styticam --- evecti.* --- Bibl. PP. Pariſ. *Scyticam --- evecti.*
21. *Cavernulis --- cenei*] Edit. *cavernicul is --- cunei.*
22. *Confidentius*] Edit. *confidentiores.*
23. *Nodorum*] Edit. *nudorum.*
24. *Fratrum quo pignorum*] Edit. *quo fratrum pignorumque.*
25. *Loquar*] Deeſt edit.
26. *Quibus*] Edit. *illis.*
27. *Nam --- latrocinando*] Edit. *Nam & ipſos mutuo nec perexigui victus brevi ſuſtentaculo miſerrimorum civium latrocinando temperabant.*
28. *Extraneæ*] Edit. *externæ.*
29. *Quo & hujuſm.*] Edit. *quod hujuſm.*

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
556.



XVII. Igitur rursum miseræ [1] reliquiæ mittentes epistolas ad Agitium Romanæ potestatis virum (hoc modo loquentes) [2] inquiunt: *Agitio ter consuli gemitus Britannorum*. Et post pauca [3] loquentes: *Repellunt* [4] *nos barbari ad mare, repellit nos mare ad barbaros : inter hæc* [5] *oriuntur duo genera funerum , aut jugulamur , aut mergimur* . Nec pro eis quidquam adjutorii habent. Interea famis dira ac famosissima vagis ac nutabundis hæret, quæ multos eorum cruentis [6] compellit prædonibus sine dilatione victas dare manus, ut pauxillum ad refocillandam animam cibi caperent : alios vero [7] nusquam ; quin potius de ipsis montibus , speluncis ac saltibus , dumis consertis continue rebellabant .

XVIII. Et tum primum inimicis per multos annos [8] in terra agentibus , strages dabant , non [9] confidentes in homine , sed in Deo , secundum illud [10] exemplum Philonis ; *Necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium*. Quievit parumper inimicorum audacia , nec tamen nostrorum malitia . Receesserunt hostes a civibus , nec cives a suis sceleribus.

XIX. Moris namque continui erat genti, (sicut & nunc est) ut infirma esset ad retundenda hostium tela & [11] fortis & invicta ad civilia bella, & [12] ad onera peccatorum sustentanda : infirma [13] est (ut inquam) ad exsequenda pacis ac veritatis insignia, [14] fortis ad scelera & mendacia. [15] Revertuntur ergo impudentes grassatores [16] ad hibernas domos , post non multum temporis reversuri. Picti in extrema parte Insulæ tunc primum & deinceps requieverunt, prædas & contritiones nonnumquam facientes . In talibus itaque induciis desolato populo sæva cicatrix [17] obducitur, alia virulentiore tactus pullulante. Quiescente autem [18] vastatione , tantis abundantiarum copiis Insula affluebat , ut nulla [19] haberi tales retro ætas meminisset , cum quibus omnimodis & luxuria crescit. Crevit etenim germine præpollenti, ita ut eodem tempore diceretur : [a] *Omnino talis auditur fornicatio , qualis nec inter gentes* . Non solum vero hoc vitium , sed [20] fuerunt omnia quæ humanæ naturæ [21] accedere solent, & præcipue (quod & nunc quoque in ea totius boni evertit statum) odium veritatis [22] fuit cum assertoribus suis , amor mendacii

A cum suis fabricatoribus, susceptio mali pro bono , veneratio nequitiæ pro benignitate , cupido tenebrarum pro sole , exceptio [b] *satanæ* pro *Angelo lucis*. Ungebantur reges [23] & non per Deum, sed qui ceteris crudeliores exstarent : & paullo post ab unctoribus non pro veri examinatione trucidabantur , aliis electis trucioribus . Si quis vero eorum mitior, & veritate aliquatenus propior videretur, in hunc [24] Britanniæ quasi subversorem omnium odia telaque sine respectu [25] torquebantur , & omnia quæ [26] displicuerant Deo , placuerantque , æquali saltim lance pendebantur , si non gratiora fuissent displicentia ; ita ut merito patriæ illud [27] exemplum propheticum , quod [28] veterano illi
B populo denuntiatum est , potuerit aptari : [c] *Filii*, inquiens, *sine lege dereliquistis* [29] *Dominum, & ad iram provocastis Sanctum Israel. Quid adhuc* [30] *percunctemini apponentes iniquitatem? Omne caput languidum & omne cor mærens : a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas.* Sicque [31] agebantur cuncta quæ saluti contraria fuerint , ac si nihil [32] largiretur mundo medicinæ a vero omnium medico. Et non solum [33] hac sæculares viri , sed & ipse grex Domini ejusque pastores , qui exemplo esse omni plebi debuerint, ebrietate quam plurimi, quasi vino madidi torpebant resoluti, & animositatum tumore , jurgiorum contentione , invidiæ * capacibus ungulis , indiscreto boni malique
C judicio carpebantur; ita ut perspicue, sicut & nunc est, [d] *effundi* videretur *contemtio super principes* , [34] & *seduci vanis eorum & errore , in invio & non in via*.

[35] XX. Interea volente Deo purgare familiam suam , & tanta malorum labe infectam auditu tantum tribulationis emendare , non ignoti rumoris penniger ceu volatus arrectas omnium penetrat aures, jam jamque adventus veterum hostium volentium penitus [36] totam delere, & inhabitare solito more a fine usque ad terminum regionem. Nequaquam tamen ob hoc proficiunt , sed comparati jumentis insipientibus , strictis (ut dicitur) morsibus
D rationis frenum obfirmantes, per latam diversorum vitiorum, [37] mortique proclive ducentem, (relicto salutari licet arcto itinere) discurrebant viam .

XXI. Dum ergo (ut Solomon ait) [e] *Servus durus non emendatur verbis : flagellatur stultus , &*


a I. Cor. V. 1. *b* II. Cor. XI, 14. *c* Isa. I, 4-6. *d* Psalm. CVI, 40. *e* Prov. XXIX, 19.

1. *Reliquiæ mittentes epistolas*] Edit. *mittentes epistolas reliquiæ* . --- Bibl. PP. Paris. *Igitur rursum miseræ mittentes epistolas reliquiæ ad Aetium Rom.* Ms. codex Cantabr. corrupte *Agitio* : neque enim in Fastis consularibus comperitur uspiam hujus nominis consul. Rescribendum igitur *Aetio* . Fuit autem is Aetius III. sive *ter consul* , ut ait Gildas , qui ann. 446. consulatum gessit cum Q. Aurelio Symmacho. Vide Baronium ad ann. 446. §. II. ubi hunc Gildæ locum exscribit.
2. *Inquiunt*] Deest edit.
3. *Loquentes*] Edit. *querentes* .
4. *Repellunt nos — repellit nos*] Utrobique deest *nos* edit.
5. *Oriuntur*] Deest edit.
6. *Compellit*] Edit. *compulit* .
7. *Nusquam*] Edit. *numquam* .
8. *In ter.*] Edit. *prædas in* .
9. *Confidentes*] Edit. *fidentes* .
10. *Exemplum*] Deest edit.
11. *Fortis & invicta*] Edit. *fortis esset* , reliquis omissis.
12. *Ad onera peccatorum sustentanda*] Edit. *peccatorum onera sustinenda* .
13. *Est*] Edit. omittunt .
14. *Fortis*] Edit. *& fortis* .
15. *Revertuntur*] Heic incipit cap. XIV. in ms. Cant.
16. *Ad hibernas domos, post non multum*] *Hyberni domum, post non longum* . Joss. & Beda lib. I. cap. XIV.

* *Capacibus*] An *rapacibus* ?

E
17. *Obducitur — tactus*] Edit. *obducitur famis — tacite* — Rectius fortasse.
18. *Vastatione*] Edit. *vastitate* .
19. *Haberi*] Edit. *habere* .
20. *Fuerunt*] Edit. *& f.*
21. *Accedere*] Edit. *accidere* .
22. *Fuit cum assert. suis*] Desunt edit. *fuit* & *suis* . Statim vero, *amorque* .
23. *Et non*] Deest *&* edit.
24. *Britanniæ quasi*] Edit. *quasi Britanniæ* .
25. *Torquebantur*] Edit. *contorquebantur* .
26. *Displicuerant Deo , placuerantque*] Edit. *displicuerint , Deoque placuerint* .
27. *Exemplum*] Deest edit.
28. *Veterano*] Edit. *veteri* .
29 *Dominum --- iram*] Edit. *Deum --- iracundiam* .
30. *Percunctemini*] Edit. *percutiemini* . --- Bene .
31. *Agebantur*] Edit. *agebant* .
32. *Largiretur ... medico*] Edit. *mundo medicina a vero omnium medico largiretur* .
33. *Hac*] Edit. *hæc* .
34. *Et seduci vanis eorum & errore*] Desunt edit. — Bibl. PP. Paris. *super principes , qui eos facerent errare in invio , & non in via* .
35. XX. *Interea*] Heic incipit caput XV. in ms. Cant.
36. *Totam*] Deest edit.
37. *Mortique*] Edit. *ad mortem* .

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



non sentit: pestifera namque lues feraliter insipienti populo [1] incubuit, quæ in brevi [2] tempore tantam ejus multitudinem, remoto mucrone, sternit, quantam ne possent vivi humare. Sed ne hac quidem [3] emendantur, ut illud Esaiæ prophetæ in eo quoque [4] populo impletum dicentis: [a] *Et vocavit Deus* [5] *populum ad planctum & ad calvitium & ad cingulum sacci: ecce* [6] *cœperunt vitulos occidere & jugulare arietes; ecce manducare & bibere & dicere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*. Appropinquabat siquidem tempus, quo ejus iniquitates, ut Amorrhæorum, complerentur.

XXII. Initur namque consilium: quid optimum, quidve saluberrimum ad [7] repellendas tam crebras & tam ferales supra dictarum gentium irruptiones prædasque, decerni [8] potius deberet.

XXIII. Tum omnes consiliarii [9] una cum superbo tyranno [10] Gurthrigerno Britannorum duce cæcantur, [11] & adinvenientes tale præsidium, immo excidium patriæ, ut ferocissimi illi nefandi nominis Saxones, Deo hominibusque invisi, quasi in caulas lupi, in Insulam ad [12] retrudendas aquilonales gentes intromitterentur. Quo utique nihil ei usquam perniciosius, nihil amarius factum est. O altissimam sensus caliginem, o desperabilem crudamque mentis hebetudinem! Quos propensius morte, quum abessent, tremebant, sponte (ut ita dicam) sub unius tecti culmine invitabant: [b] *Stulti* [13] *sunt principes* (ut dictum est) [14] *Thasneos, dantes Pharaonis consilium* [15] *insipienti*. Tum erumpens grex catulorum de cubili leænæ barbariæ tribus (ut lingua ejus exprimitur) Cyulis, nostra [16] lingua longis navibus, secundis velis, [17] secundo omine auguriisque; quibus vaticinabatur certo apud eum præsagio, quod ter centum annis [18] terram cui proras [19] librarat, insideret: centum vero L, hoc est [20] demidio temporis sæpius [21] quoque vastaret. Evectus primo in orientali parte Insulæ jubente tyranno terribiles infixit ungues, quasi pro patria pugnaturus, sed eam certius impugnaturus. Cui supra dicta genitrix ([22] primo comperiens agmini fuisse prosperatum) item mittit satellitum canumque prolixiorem * catastam, quæ ratibus advecta adunatur cum manipularibus spuriis. Inde germen iniquitatis, radix amaritudinis, virulenta plantatio nostris condigna meritis, in nostro cæspite, ferocibus palmitibus pampinisque [23] pullulabat. Igitur intromissi in Insulam barbari, veluti militibus, & magna (ut mentiebantur) [24] pro bonis discrimina hospitibus subituris, impetrant sibi annonas dari. Quæ multo tempore impertitæ clauserunt (ut dicitur) canis famem. Item [25] queruntur non affluenter sibi epimenia contribui, occasiones de industria colorantes; & [26] nisi profusior eis munificentia cumularetur, testantur se cuncta Insulæ rupto fœdere depopulaturos. Nec mora, minas effectibus prosequuntur.

XXVI. Confovebatur namque ultionis justæ præcedentium scelerum caussa, de mari usque ad mare ignis [27] orientalis sacrilegorum manu exaggeratus, & finitimas quasque civitates agrosque populans, [28] qui non quievit accensus, donec cuncta pæne exurens Insulæ superficiem rubra occidentalem trucique oceanum lingua delamberet. In hoc ergo impetu Assyrio, olim ut in [29] Judæam comparando, completur quoque in nobis secundum historiam, [30] ut dicitur: [c] *Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui*. Et iterum [31] dicit: [d] *Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum*, cet. Ita ut cunctæ [32] columnæ crebris arietibus, omnesque coloni cum præpositis Ecclesiæ, cum sacerdotibus ac populo, mucronibus undique micantibus ac flammis crepitantibus, simul solo sternerentur, & miserabili visu, in medio platearum, una turrium [33] edito cardine evulsarum, murorumque celsorum saxa, sacra altaria, cadaverum frusta, crustis ac [34] gelantibus purpurei cruoris tecta, velut in quodam horrendo torculari mixta viderentur, & nulla esset omnimodis præter [35] horribiles domorum ruinas, bestiarum volucrumque ventres in medio sepultura, salva sanctarum animarum reverentia; si tamen multæ inventæ sint, quæ arduis cæli [36] per id temporis a sanctis Angelis [37] vehebantur. Ita enim degeneraverat vinea illa olim bona in amaritudinem [38] versa, uti raro secundum Prophetam [e] videretur *post tergum vindemiatorum* aut messorum racemus vel ipsa.

XXV. Itaque nonnulli miserarum reliquiarum in montibus deprehensi acervatim jugulabantur: alii fame confecti accedentes, manus hostibus dabant in ævum [39] servituri: si tamen non continuo trucidarentur; quod altissimæ gratiæ stabat [40] in loco:

a Isa. XXII. 12. 13. b Isa. XIX. 11. c Psalm. LXXIII. 7. d Psalm. LXXVIII. 1. e Mich. VII. 1.

1. *Incubuit*] Edit. *incumbit*. 2. *Tempore*] Deest edit.
3. *Emendantur*] Edit. *emendatur*.
4. *Populo*] Deest edit.
5. *Populum*] Deest edit.
6. *Cœperunt*] Deest edit.
7. *Repellendas tam crebras & tam ferales*] Edit. *refellendas tam ferales & tam crebras*.
8. *Potius*] Deest edit.
9. *Una*] Edit. *uno*.
10. *Gurthrigerno Britannorum duce*] Hæc desunt edit.
11. *Et adinv.*] Conjunctio & deest edit.
12. *Retrudendas*] Edit. *retundendas*.
13. *Sunt*] Deest edit.
14. *Thasneos*] Edit. *Taneos*.
15. *Insipienti*] Edit. *insipiens*.
16. *Lingua*] Deest edit.
17. *Secundo*] Deest edit.
18. *Terram*] Edit. *patriam*.
19. *Librarat*] Edit. *librabat*.
20. *Demidio*] Edit. *dimidia*.
21. *Quoque*] Deest edit.
22. *Primo comperiens agmini*] Edit. *comperiens primo agmini*.
23. *Pullulabat*] Edit. *pullulat*.
24. *Pro bonis discrimina hospitibus*] Edit. *Discrimina pro bonis hospitibus*.
25. *Queruntur*] Edit. (excepta Bibl. PP. Paris.) *quæruntur*.
26. *Nisi*] Edit. *ni*.
27. *Orientalis*] Edit. *orientali*.
28. *Qui*] Deest edit.
29. *Judæam*] Edit. *Judam*. — Addit *facto* pro *comparando*, Bibl. PP. Paris.
30. *Ut dicitur*] Edit. *quod Propheta deplorans ait*.
31. *Dicit*] Deest edit.
32. *Columnæ*] Edit. *coloniæ*.
33. *Edito --- evulsarum*] Edit. *ædito --- avulsarum*. — Bibl. PP. Paris. *una turrium cardine avulso*.
34. *Gelantibus*] Edit. *sigillantibus*. — Bibl. PP. Paris. *crustis purp.* intermediis omissis.
35. *Horribiles*] Deest edit.
36. *Per id*] Præpositionem omittunt edit. --- Paullo ante Bibl. PP. Paris. *quæ ad ardua cæli*. Clarius.
37. *Vehebantur*] Edit. *veherentur*.
38. *Versa*] Deest edit.
39. *Servituri*] Edit. (excepta Bibl. PP. Paris.) *servaturi*.
40. *In loco*] Deest præpositio edit.

* *Catastam*] Bibl. PP. Paris. *catervam*.



alii transmarinas petebant regiones cum ululatu magno, * seu celeusmatis vice, hoc modo sub velorum sinibus cantantes: [a] *Dedisti nos tamquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos* [1] *Deus*: alii [2] a montanis collibus, minacibus præruptis vallati & densissimis saltibus marinisque rupibus, vitam suspecta semper mente credentes, in patria licet trepidi perstabant. [3] Tempore igitur interveniente, aliquanto quum recessissent domum crudelissimi prædones, roboratæ [4] a Domino reliquiæ (quibus confugiunt undique [5] diversis in locis miserrimi cives, tam avide quam apes alvearii procella imminente) simul deprecantes eum toto corde, & (ut dicitur) *innumeris onerantes æthera votis*, ne ad [6] internecionem ita usquequaque delerentur, duce Ambrosio Aureliano viro modesto, (qui solus [7] fuit comes fidelis, fortis, veraxque forte Romanæ gentis, [8] qui tantæ tempestatis collisione, occisis in eadem parentibus purpura nimirum ** indutis, superfuerat, cujus nunc temporibus nostris soboles magnopere avita bonitate degeneravit) vires capessunt, victores provocantes ad prœlium, queis victoria, [9] Deo annuente, ex voto cessit.

XXVI. Et ex eo tempore nunc cives, nunc hostes vincebant, ut in ista gente experiretur Dominus solito more præsentem Israelem utrum diligat eum [10] Dominus, an non: usque ad annum obsessionis Badonici montis, [11] qui prope Sabrinum ostium habetur, novissimæque ferme de furciferis non minime stragis, quique quadragesimus quartus (ut novi) [12] oritur annus, mense jam [13] primo emenso, qui [14] jam & meæ nativitatis est. Sed ne nunc quidem, ut antea, [15] civitates inhabitantur, sed desertæ dirutæque hactenus squalent, cessantibus licet externis bellis, sed non [16] tamen civilibus. Hæsit enim tam desperati Insulæ excidii, insperatique mentio auxilii memoriæ eorum, qui utriusque miraculi testes exstitere: & ob hoc reges, [17] publici privatique, sacerdotes ecclesiastici [18] suum ordinem servarunt. At illis decedentibus; quum successisset ætas tempestatis illius nescia, & præsentis tantum serenitatis experta, ita cuncta veritatis ac justitiæ moderamina concussa ac subversa sunt, ut [19] eorum, non dicam vestigium, sed ne monimentum quidem in supra dictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis, & valde paucis, qui ob amissionem tantæ multitudinis, quæ quotidie prona [20] fuit ad tartara, tam brevis [21] numeri habentur, ut eos quodammodo venerabilis mater Ecclesia [22] ut in suo sinu recumbentes non videat, quos solos [23] veros habet. Quorum ne quis me egregiam vitam [24] hominibus admirabilem, Deoque amabilem carpere putet, (quibus nostra infirmitas [25] sacris orationibus, ut non penitus collabatur, quasi columnis quibusdam ac fulcris saluberrimis sustentatur) [26] dixi si qua liberius de his, immo lugubrius, cumulo malorum compulsus, qui serviunt non solum ventri, sed diabolo potius quam Christo, [b] *qui est benedictus* [27] *super omnia Deus in sæcula*, non tam disceptavero quam deflevero. [28] Quippe quid celabunt cives quod non solum [29] norunt, sed exprobrant in [30] circuitu nationes?

EXPLICIT LIBER GILDÆ SAPIENTIS
De excidio Britanniæ & Britonum exsultatione.

Historiam Gildæ Cormac sic perlege scriptam
Doctoris digitis, sensu cultuque redactam.
Hæc tenues superat, multos carpitque superbos.

Heic desinit *Codex Cant. ms.* Quæ vero sequuntur, exacta sunt ad *Codicem Cottonianum*.

F I N I S.

a Psalm. XLIII. 12. *b* Rom. IX. 5.

1. *Deus*] Deest edit.
2. *A mont.*] Præpositionem omittunt edit. & mox *vallatis* habent pro *vallati*.
3. *Tempore*] Heic incipit caput XVIII. in ms. Cant.
4. *A Domino*] Edit. *a Deo*.
5. *Diversis in locis*] Edit. *De diversis locis*.
6. *Internecionem ita usquequaque*] Edit. *internecionem usque*.
7. *Fuit comes fidelis, fortis veraxque*] Hæc desunt edit.
8. *Qui*] Deest edit.
9. *Deo ann.*] Edit. *Domino ann.*
10. *Dominus*] Deest edit. --- Et recte quidem. Ut quid enim experiretur Dominus, utrum ipsemet diligeret Israelem? At Dominus experiebatur, utrum Israel diligeret EUM (Dominum scilicet.)
11. *Qui prope Sabrinum ostium habetur*] Hæc desunt edit.
12. *Oritur*] Edit. *orditur*.
13. *Primo*] Edit. *uno*.
14. *Jam*] Deest edit.
15. *Civitates inh.*] Edit. *civitates patriæ inh.*
16. *Tamen*] Deest edit.
17. *Privatique*] Edit. *privati*.
18. *Suum*] Edit. *suum quique*.
19. *Eorum*] Edit. *earum*. --- Recte, *veritatis* nempe ac *justitiæ*.
20. *Fuit*] Edit. *ruit*. --- Melius.
21. *Numeri*] Edit. (excepsa Bibl. PP. Paris.) *numerus*.
22. *Ut*] Deest edit.
23. *Veros*] Edit. *veros filios*.
24. *Hominibus*] Edit. *omnibus*.
25. *Sacris*] Edit. *in sacris*.
26. *Dixi*] Deest edit.
27. *Super omnia Deus in sæcula*] Edit. *in sæcula Deus*.
28. *Quippe quid*] *Enimvero* Fragm.
29. *Norunt*] Edit. (excepta Bibl. PP. Paris.) *nostrorum*.
30. *Circuitu*] *Cercuitu* ms. male.

* *Seu cel.*] Rescribendum *ceu cel.* cum Bibl. PP. Paris.

** *Indutis*] Bibl. PP. Paris. *indutus*: quod magis placet.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
556.

PARS II.

EPISTOLA GILDÆ.

I. REges [1] habet Britannia, ſed tyrannos; judices habet, ſed impios, ſæpe prædantes & concutientes, ſed innocentes: vindicantes & patrocinantes, ſed reos & latrones; quam plurimas conjuges habentes, ſed [2] ſcortantes & adulterantes; crebro jurantes, ſed perjurantes: voventes, & continuo propemodum mentientes: belligerantes, ſed civilia & injuſta bella agentes: per [3] patriam quidem fures magnopere inſectantes, [4] & eos qui ſecum ad menſam ſedent, latrones non ſolum amantes, ſed [5] & munerantes: eleemoſynas largiter dantes, ſed e regione immenſum montem ſcelerum exaggerantes: in ſede [6] arbitraturi ſedentes, ſed raro recti judicii regulam quærentes: innoxios humileſque deſpicientes; ſanguinarios, ſuperbos, parricidas, [7] commanipulares & adulteros Dei inimicos, ſi fors (ut dicitur) tulerit, ([8] qui cum ipſo nomine [9] certatim delendi erant) ad ſidera prout poſſunt, efferentes: vinctos plures in carceribus habentes, quos [10] dolo ſui potius quam merito proterunt, catenis onerantes: inter altaria [11] jurando demorantes, & hæc eadem ac ſi lutulenta [12] paullo poſt ſaxa deſpicientes. Cujus tam nefandi piaculi non ignarus eſt immundæ leænæ * Damnoniæ tyrannicus catulus *Conſtantinus*.

II. Hoc anno poſt horribile juramenti ſacramentum, quo ſe devinxit nequaquam dolos civibus (Deo primum jureque jurando, ſanctorum demum chоris & genitrice comitantibus fretis) facturum, in duarum venerandis matrum ſinibus, Eccleſiæ carnaliſque ſub ſancti abbatis amphibalo, latera regiorum tenerrima puerorum, vel præcordia crudeliter duum totidemque nutritorum (quorum brachia nequaquam armis, quæ nullus pæne hominum fortius hoc eis tempore tractabat, ſed Deo altarique protenta, in die judicii ad tuæ civitatis portas, Chriſte, veneranda patientiæ ac fidei ſuæ vexilla ſuſpendent) inter ipſa, ut dixi, ſacroſancta altaria nefando enſe haſtaque pro dentibus laceravit, ita ut ſacrificii cæleſtis ſedem purpurea ac ſi coagulati cruoris pallia attingerent. Et hoc ne poſt laudanda quidem merita egit. Nam multis ante annis crebris alternatiſque fœtoribus adulteriorum victus, legitima uxore contra Chriſti Magiſtrique gentium interdictum repulſa dicentium: [a] *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*; &: [b] *Viri diligite uxores veſtras*. Amariſſimum enim quoddam de vite Sodomorum in cordis ſui infructuoſa bono ſemini gleba, ſurculamen incredulitatis & inſipien-

A tiæ plantaverat, quod vulgatis domeſticiſque impietatibus velut quibuſdam venenatis imbribus irrigatum, & ad Dei offenſam avidius ſe erigens parricidii ſacrilegiique crimen produxit in medium. Sed nec adhuc priorum retibus malorum expeditus, priſcis recentia auget malis.

III. Age jam quaſi præſentem arguo, quem adhuc ſupereſſe non neſcio. Quid ſtupes animæ carnifex propriæ? Quid tibi flammas inferni voluntarie accendis numquam defecturas? Quid inimicorum vice propriis te confodis ſponte enſibus, haſtis? An ne ipſa quidem virulenta ſcelerum ac ſi pocula pectus tuum ſatiare quiverunt? Reſpice quæſo, &
B veni ad Chriſtum, ſiquidem laboras & immenſo pondere curvaris; & ipſe te, ut dixit [c], requieſcere faciet. Veni ad eum qui [d] *non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur & vivat*. [e] *Diſſolve ſecundum Prophetam vincula colli tui fili Sion*. Redi, rogo, e longinquis licet peccatorum receſſibus ad piiſſimum patrem [f], qui deſpicienti porcorum ſordidos cibos ac pertimeſcenti diræ famis mortem & reverenti ſibi, lætus occidere conſuevit *vitulum ſaginatum*, & proferre *primam* erranti *ſtolam* & regium *annulum*: & tunc ſpei cæleſtis ac ſi ſaporem prægustans, ſenties [g] *quam ſuavis eſt Dominus*. Nam ſi hæc contemſeris, ſcias te inextricabilibus tenebroſiſque ignium torrentibus jam jamque
C rotandum urendumque.

IV. Quid tu quoque, ut Propheta ait [h], catule leonine, Aureli [13] Conane, agis? Nonne eodem quo ſupra dictus, ſi non exitiabiliore, parricidiorum, fornicationum adulteriorumque cœno, velut quibuſdam marinis irruentibus tibi voraris feraliter undis? Nonne pacem patriæ mortiferum ceu ſerpentem odiens, civiliaque bella & crebras injuſte prædas ſitiens, animæ tuæ cæleſtis porta pacis ac refrigerii præcludis? Relictus, quæſo, jam ſolus ac ſi arbor in medio campo areſcens, recordare patrum fratrumque tuorum phantaſiam, juvenilem immaturamque mortem. Num centennis tu ob religio-
D ſa merita, vel coævus Mathuſalæ exceptus pæne omni prole ſervaberis? Nequaquam. Sed niſi citius, ut Pſalmiſta ait [i], converſus fueris ad Dominum, *enſem* in te *vibrabit* in brevi *ſuum* Rex ille qui per Prophetam: [k] *Ego*, inquit, *occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo; & non eſt qui de manu mea poſſit eruere*. Quamobrem [l] *excutere de* fœtido *pulvere* tuo, & convertere ad eum toto

a Matth. XIX. 6. Marc, X. 9. *b* Coloſſ. III. 19. *c* Matth. XI. 28. *d* Ezech. XXXIII. 11. *e* Iſa. LII. 2. *f* Luc. XV. 13. ſeqq. *g* Pſalm. XXXIII. 9. *h* Pſalm. XVI. 12. *i* Pſalm. VII. 13. *k* Deut. XXXII. 39. *l* Iſa. LII. 2.

1. *Reges habet Britannia*] *Enimvero habet Britannia reges* Fragm.
2. *Scortantes*] *Scorta* Joſs. *Scorta & adulteras* Fragm.
3. *Patriam*] Al. *regionem*.
4. *Et eos — latrones*] *Eos autem qui ad menſam ſedent latrones*. Fragm. Deeſt vero *latrones* Joſs. — Sic & Bibl. PP. Pariſ.
5. *Et mun.*] *Etiam mun.* Fragm.
6. *Arbitraturi*] *Arbitrum* Fragm.
7. *Commanipulares &*] Deeſt in Fragm.
8. *Qui*] *Hos qui* Fragm.
9. *Certatim*] Deeſt in Fragm.
10. *Dolo — proterunt*] *Doloſe potius quam merito poterunt* (forte *proterunt*) Fragm.
11. *Jurando*] *Intrando* Fragm.
12. *Paullo poſt ſaxa*] *Saxa paullo poſt* Fragm.
13. *Conane*] Edit. (excepta Bibl. PP. Pariſ.) *Canine*.

* *Damnoniæ*] Bibl. PP. Pariſ. *Dannoniæ*.

corde qui creavit te ut, [a] *quum exarserit in brevi ira ejus, beatus sis sperans in eum:* sin alias, æternæ te manebunt pœnæ conterendum sæva continue & nequaquam absumendum tartari fauce.

V. Quid tu quoque pardo similis moribus, & nequitiis discolor, canescente jam capite, in throno dolis pleno, & ab imis vertice tenus diversis parricidiis & adulteriis constuprato, boni regis nequam fili, ut Ezechiæ Manasses, Demetarum tyranne *Vortipori* stupide riges? Quid te tam violenti peccatorum gurgites, quos ut vinum optimum sorbes, immo tu ab eis voraris, appropinquante sensim vitæ limite non satiant? Quid quasi culminis malorum omnium stupro propria tua amota conju-B ge, ejusdemque honesta morte impudentis filiæ quodam ineluctabili pondere miseram animam oneras? Ne consumas, quæso, dierum quod reliquum est in Dei offensam: quia [b] *nunc tempus acceptabile & dies salutis* vultibus pœnitentium lucet, in quo bene operari potes, [c] *ne fiat fuga* tua *hieme vel sabbato.* [d] *Diverte* secundum Psalmistam *a malo & fac bonum: inquire pacem bonam & sequere eam;* quia *oculi Domini* super te bona agentem, *& aures ejus* erunt *in preces* tuas, & non *perdet de terra viventium memoriam* tuam. Clamabis & exaudiet te; *& ex omnibus tribulationibus* tuis eruet te [e] *Cor* siquidem *contritum & humiliatum* timore ejus nusquam Christus spernit. Alioquin [f] *vermis* tortionis tuæ *non* C *morietur, & ignis* ustionis tuæ *non exstinguetur.*

VI. Ut quid in nequitiæ tuæ volveris vetusta fæce, & tu ab adolescentiæ annis urse multorum sessor aurigaque currus receptaculi ursi, Dei contemtor fortisque ejus depressor, *Cuneglasse*, Romana lingua lanio fulve? Quare tantum certamen tam hominibus quam Deo præstas, hominibus civibus scilicet armis [1] exitialibus, Deo infinitis sceleribus? Quid præter innumerabiles casus propria uxore pulsa furciferam germanam ejus perpetuam Deo viduitatis castimoniam promittentem, (ut poeta ait) summam ceu teneritudinem cælicolarum (tota animi veneratione vel potius hebetudine) nympharum, D contra interdictum Apostoli [g] denegantis posse adulteros regni cælestis esse municipes, suscipis? Quid gemitus atque suspiria sanctorum, propter te corporaliter [2] mærentium, vice immanis leænæ dentium ossa tua quandoque fractura crebris instigas injuriis? [h] *Define* quæso, ut Propheta ait, *ab ira, & derelinque* exitialem ac temet ipsum maceraturum (quem cælo ac terræ, hoc est, Deo gregique ejus spiras) *furorem:* fac eos potius mutatis pro te orare moribus, quibus suppetit supra mundum alligandi quum in mundo reos alligaverint, & solvendi quum pœnitentes solverint potestas. [i] *Noli;* ut ait Apostolus, *superbe sapere, vel sperare in incerto divitiarum, sed in Deo qui præstat tibi mul-* E *ta abunde*, ut per emendationem morum thesaurizes tibi *fundamentum bonum in futurum, & habeas veram vitam*, perennem profecto, non deciduam. Alioquin [k] *scies, & videbis* etiam *quam malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum* A *tuum, & non esse timorem ejus apud te;* & in futuro, tetro ignium globo æternorum te exuri, nec tamen ullo modo mori. Siquidem tam sceleratorum sint [3] perpetim immortales igni animæ, quam sanctorum lætitiæ.

VII. Quid tu etiam insularis draco, multorum tyrannorum depulsor tam regno quam etiam vita, supra dictorum novissime [4] in stilo, prime in malo, major multis potentia simulque malitia, largior in dando, profusior in peccato, robuste armis, sed animæ fortior excidiis, *Maglocune*, in tam vetusto scelerum atramento, [l] *veluti madidus vino de Sodomitana vite expresso* stolide volutaris? B Quare tantas peccaminum regiæ cervici sponte, ut ita dicam, ineluctabiles celsorum ceu montium innectis moles? Quid te non ei regnum omnium regi, quem cunctis pæne Britaniæ ducibus tam regno fecit, quam status lineamento editiorem, exhibes ceteris moribus meliorem, sed versa vice deteriorem? quorum indubitatam æquanimiter convicіorum auscultato parumper adstipulationem, omissis domesticis levioribusque (si tamen aliqua sunt levia) * propalata solum longe lateque per auras admissa testaturam. Nonne in primis adolescentiæ tuæ annis avunculum regem cum fortissimis propemodum militibus, quorum vultus non catulorum leonis in acie magnopere dispares videbantur, acer- C rime ense, hasta, igni oppressisti? parum cogitans propheticum dictum: [m] *Viri*, inquiens, *sanguinum & doli non dimidiabunt dies suos.* Quid pro hoc solo retributionis a justo judice sperares, etsi non talia sequerentur quæ secuta sunt, itidem dicente per Prophetam: [n] *Væ tibi qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui occidis, nonne & ipse occideris? & quum desineris prædari, tum cades.* Nonne postquam tibi ex voto violenti regni phantasia cessit cupiditate [5] inlectus ad viam revertendi rectam, diebusque ac noctibus id temporis, conscientia forte peccaminum remordente, de deifico timore monachorumque decretis, sub dente primum multa ruminans, deinde popularis auræ ** co- D gnitione proferens, monachum sine ullo infidelitatis, ut ajebas, respectu, coram omnipotente Deo, angelicis vultibus humanisque (ruptis, ut putabatur, capacissimis illis quibus præcipitanter involvi solent pingues tauri moduli tui retibus: omni regni, auri argentique, & quod majus est, propriæ voluntatis distensionibus ruptis) perpetuo vovisti, & rete ac si stridulo canum lapsu aerem valide secantem, sævosque rapidi harpagones accipitris sinuosis flexibus vitantem, ad Sanctorum tibi magnopere fidas speluncas refrigeriaque salubriter rapuisti ex corvo columbam? O quanta Ecclesiæ matri lætitia (si non te cunctorum mortalium hostis de sinu quodammodo ejus lugubriter abstraxisset) foret! O E quam profusus spei cælestis fomes desperatorum cordibus, te in bonis permanente, inardesceret! O qualia quantaque animam tuam regni Christi præmia in die judicii manerent, si non lupus callidus ille agnum ex lupo factum te, ab ovili dominico non vehementer invitum, facturus lupum ex agno

[a] Psalm. II. 12. [b] II. Cor. VI. 2. [c] Matth. XXIV. 20. [d] Psalm. XXXIII. 15-18. [e] Psalm. L. 19. [f] Isa. LXVI. 24. Marc. IX. 44. [g] Gal. V. 21. [h] Psalm. XXXVI. 6. [i] I. Tim. VI. 17. [k] Jer. II. 19. [l] Jer. XXIII. 9. [m] Psalm. LIV. 24. [n] Isa. XXXIII. 1.

1. *Exitialibus*] Edit. *specialibus*.
2. *Mærentium*] Edit. (excepta Bibl. PP. Paris.) *versantium*.
3. *Perpetim*] Edit. *perpeti*.
4. *In st.*] Deest præpositio *in* edit.
5. *Inlectus*] Edit. *injectus*.

* *Propalata*] Ita rescripsimus, Bibl. PP. Paris. editioni inhærentes, altera lectione Oxon. *palata* rejecta.

** *Cognitione*] Bibl. PP. Paris. *cognitioni*. Et mox, *fractis ut putab.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



sibi similem rapuisset! O quantam exsultationem A pio omnium patri Deo sanctorum tua salus servanda præstaret, si non te cunctorum perditorum infaustus pater, veluti magnarum aquila alarum unguiumque dæmon, infelici filiorum suorum agmini contra jus fasque rapuisset! Ne multa, tantum gaudii ac suavitatis tum cælo terræque tua ad bonam frugem conversio, quantum nunc mæroris ac luctus ministravit ad horribilem, more [a] *molossi* ægri, *vomitum* nefanda reversio. Qua peracta, exhibentur [b] *membra arma iniquitatis peccato* ac diabolo, quæ oportuerat salvo sensu avide *exhiberi arma justitiæ Deo*.

VIII. Arrecto aurium auscultantur captu, non Dei B laudes canora Christi tironum voce suaviter modulante, pneumaque ecclesiasticæ melodiæ, sed propriæ (quæ nihil sunt) furciferorum referto mendaciis simulque spumanti flegmate, proximos quosque truci daturo præconum ore, ritu bacchantium, concrepante; ita ut vas, Dei quondam ministerio præparatum, vertatur in Zabuli organum, quodque honore cælesti putabatur dignum, merito rejiciatur in tartari barathrum. Nec tamen tantis malorum offendiculis tuus hebetatus insipientiæ cumulo sensus, velut quodam obice tardatur, sed fervidus, ac si pullus amœna quæque imperagrata putans, per extensos scelerum campos irrevocabili furore raptatur, augendo priscis nova piaculis. Spernuntur namque C primæ, post monachi votum irritum, illicitæ licet, tamen propriæ conjugis præsumtivæ nuptiæ; alia viri viventis, non externi, sed fratris filii adamata. Ob quod dura cervix illa multis jam peccaminum fascibus onerata, bino parricidiali ausu, occidendo supra dictum uxoremque tuam aliquamdiu a te habitam, velut summo sacrilegii tui culmine, de imis ad inferiora curvatur. Dehinc illam, cujus dudum colludio ac suggestione tantæ sunt peccatorum subitæ moles publico & (ut fallaces parasitorum linguæ tuorum conclamant, summis tamen labiis, non ex intimo cordis) legitimo, utpote viduatam, thoro; [1] ut nostræ vero, sceleratissimo adscivisti connubio. Cujus igitur sancti viscera tali D stimulata historia non statim in fletus singultusque prorumpant? Quis sacerdos cujus cor rectum Deo patet, non statim hæc audiens magno cum ululatu illud propheticum dicat: [c] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo in die & nocte interfectos populi mei?* Heu! si quidem parum auribus captasti propheticam objurgationem ita dicentem: [d] *Væ vobis viri impii: dereliquistis legem Dei altissimi; & si nati fueritis, in maledictionem erit pars vestra. Omnia quæ de terra sunt, in terram ibunt: sic impii a maledictione in maledictionem* (subauditur, * ibunt) si non revertantur ad Dominum, exaudita saltem tali admonitione: [e] *Fili peccasti, ne adjicias ultra; sed & de* E *pristinis tuis deprecare*. Et iterum: [f] *Non tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem. Subito enim venit ira ejus*; quia, ut Scriptura ait: [g] *Rege audiente verbum iniquum, omnes qui sub illo sunt, scelesti sunt*. Nimirum [h] *rex*, ut Propheta dixit, *justus suscitat regionem*. Sed monita tibi profecto non desunt, quum habueris præceptorum pæne totius Britanniæ magistrum elegantem.

IX. Caveto igitur ne tibi, quod a Salomone notatur, accidat. [i] *Quasi qui excitat dormientem de gravi somno, sic qui enarrat stulto sapientiam. In fine enim narrationis dicet: Quid primum dixeras?* [k] *Lava a malitia cor tuum* (sicut dictum est) *Hierusalem, ut salvus sis*. Ne contemnas, quæso, ineffabilem misericordiam Dei, hoc modo per Prophetam a peccatis impios provocantis: [l] *Repente loquar ad gentem & ad regnum, ut evellam, & dissipem, & destruam, & disperdam*. Peccatorem hoc vehementer ad pœnitentiam hortatur: [m] *Et si pœnitentiam egerit gens illa a peccato suo, pœnitentiam & ego agam super malo quod locutus sum ut facerem ei*. Et iterum: [n] *Quis dabit eis tale cor, ut audiant me & custodiant præcepta mea, & bene sit eis omnibus diebus vitæ suæ?* Itemque in cantico Deuteronomii: [o] *Populus*, inquit, *absque consilio & prudentia. Utinam saperent & intelligerent, ac novissima providerent. Quo modo persequatur unus mille, & duo fugent decem millia?* Et iterum in Evangelio Dominus: [p] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris*. Num si hæc surdis auribus audias, Prophetas contemnas, Christum despicias, nosque (licet vilissimæ qualitatis simus) nullius momenti ducas propheticum illud sincera animi pietate servantes (utcumque si non ego implevero fortitudinem in spiritu & virtute Domini, ut enuntiem [q] *domui Jacob & domui Israel scelera eorum*) ne simus [r] *canes muti non valentes latrare*. Et illud Salomonis ita dicentis: [s] *Qui dicit impium justum esse, maledictus erit populis & odibilis gentibus: nam qui arguunt, meliora sperabunt*. Et iterum: [t] *Non verearis populum in casum suum, nec retineas verbum in tempore salutis*. Itemque: [u] *Erue eos qui ducuntur ad mortem; & redimere eos qui interficiuntur, ne parcas*; quia *non proderunt*, ut idem Propheta ait [x], *divitiæ in die iræ: justitia a morte liberat*. [y] *Si justus quidem vix salvus sit, impius & peccator ubi parebit?* Ille profecto te tenebrosus tartari torrens ferali rotatu undisque ac si acerrimis involvet semper cruciaturus & numquam consumturus; cui tunc erit sera inutilisque pœnæ oculata cognitio ac mali pœnitudo, a quo [z] in hoc tempore accepto & die salutis ad rectum vitæ iter differtur conversio.

X. Heic sane vel antea concludenda erat (uti ne amplius os nostrum loqueretur opera hominum) tam flebilis hæc querulaque malorum ævi hujus historia. Sed ne formidolosos nos aut lassos putent, quominus illud Isaianum infatigabiliter caveamus, [a] *Væ*, inquiens, *qui dicit bonum malum & malum bonum, ponentes tenebras in lucem & lucem in tenebras, amarum in dulce & dulce in amarum*: qui [b] *videntes non vident, & audientes non audiunt*; quorum cor crassa obtegitur quadam vitiorum nube: libet quid quantumque minarum [** his supra

a Prov. xxvi. 11. & II. Pet. II. 23. *b* Rom. vi. 13. *c* Jer. ix. *d* Eccli. xli. 11-13. *e* Eccli. xxi. 1. *f* Eccli. V. 8. 9. *g* Prov. xxix. 12. *h* Ibid. ℣. 4. *i* Eccli. xxii. 8. 9. *k* Jer. iv. 14. *l* Jer. xviii. 7. *m* Ibid. ℣. 8. *n* Deut. V. 29. *o* Deut. xxxii. 28-30. *p* Matth. xi. 28. 29. *q* Isa. lviii. 1. *r* Isa. lvi. 10. *s* Prov. xxiv. 24. 25. *t* Eccli. iv. 27. *u* Prov. xxiv. 11. *x* Prov. xi. 4. *y* I. Pet. IV. 18. & Prov. xi. 31. *z* II. Cor. VI. 2. *a* Isa. V. 20. *b* Matth. xiii. 13.

1. *Ut nostræ vero*] Hæc desunt edit.

* *Subaud. ibunt*] Sic Bibl. PP. Paris. Deest *ibunt* in edit. Oxon.

** *His supra dictis* —— *quinque equis*] Hæc & sequentia parenthesi conclusa omittuntur in Bibl. PP. Paris.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.

dictis lascivientibus satellitum Pharaonis, (quibus ejus periturus mari provocatur exercitus strenue rubro) eorumque similibus quinque equis] minarum prophetica inclamitent strictim edicere oracula, quibus veluti pulcro tegmine opusculi nostri molimen (ita ut ne certatim irruituris invidorum imbribus exstet penetrabile) fidissime contegatur. [Respondeant itaque pro nobis sancti vates nunc ut ante (qui os quodammodo Dei organumque Spiritus sancti mortalibus prohibentes mala, bonis faventes exstitere) contumacibus superbisque hujus ætatis principibus, ne dicant nos propria adinventione & loquaci tantum temeritate tales minas eis tantosque terrores incutere. Nulli namque sapientium dubium est, in quantis graviora sunt peccata hujus temporis quam primi, Apostolo dicente: [a] *Legem quis transgrediens, duobus mediis vel tribus testibus morietur: quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcaverit?*

XI. En primus occurrit nobis Samuel jussu Dei legitimi regni stabilitor, Deo ante quam nasceretur dedicatus, a Dan usque Barsabee omni populo Israel veridicus Propheta signis indubitanter admirandis notus, ex cujus ore Spiritus sanctus cunctis mundi potestatibus intonuit, denuntiando primo regi apud Hebræos dumtaxat Sauli pro eo quod quædam de mandatis Domini non compleverat, dicens: [b] *Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui quæ præcepit tibi. Quod si non fecisses, jam nunc pararet Deus regnum tuum super Israel. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget.* Quid ergo simile hujus temporis sceleribus, adulterium ne vel parricidium fecit? Nullo modo. Sed jussionis ex parte mutationem; quia, ut bene quidam nostrum ait: *Non agitur de qualitate peccati, sed de transgressione mandati.* Itemque illum objecta, velut putabat, purgantem, & apologias, ut generi humano moris est, sagaciter hoc modo adnectentem, [c] *immo audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam misit me*, tali animadversione multavit: [d] *Numquid vult*, inquit, *Dominus holocausta aut victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimæ, & audire magis quam offerre adipem arietum. Quoniam sicut peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit & te, ne sis rex.* Et post pauca: [e] *Scidit*, inquit, *Deus regnum Israel a te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est ut agat pœnitentiam* (subauditur, super duris malorum præcordiis.) Notandum ergo est, quod dixit *scelus idololatriæ esse, nolle Deo acquiescere.* Non ergo sibi scelerati isti, dum non gentium diis perspicue litant, subplaudant: siquidem conculcantes porcorum more pretiosissimas Christi margaritas, idololatræ sunt. Sed licet hoc unum exemplum ac si invictus adstipulator ad corrigendos iniquos abunde sufficeret; tamen ut in ore multorum testium omne comprobetur Britanniæ malum, transeamus ad cetera.

XII. Quid David numerando populum evenit, dicente ad Propheta Gad? [f] *Hæc dicit Dominus: Trium tibi optio datur. Elige unum quod volueris ex his, ut faciam tibi. Aut septem annis veniet tibi fames: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* Nam arctatus tali conditione, & volens magis incidere in manus misericordis Dei quam hominum, LXX. milliorum populi sui strage humiliatur, & ni pro contribulibus apostolicæ caritatis affectu, ut illos plaga non tangeret, mori optasset, dicendo, [g] *Ego sum qui peccavi, ego pastor inique egi: isti qui oves sunt, quid peccarunt? Vertatur obsecro manus tua contra me*; inconsideratam cordis elationem propria morte piaret. Nam quid Scriptura in consequentibus de filio ejus narrat? [h] *Fecit*, inquiens, *Salomon quod non placuerat coram Domino, & non adimplevit ut sequeretur Dominum sicut pater ejus. Dixit Dominus ad eum: Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum & præcepta mea quæ mandavi tibi, disrumpens scindam regnum tuum, & dabo illud servo tuo.* Quid duobus sacrilegis (æque ut isti sunt) Israel regibus Hieroboæ & Baasæ accidit audite, quibus sententia Domini dirigitur per Prophetam ita dicentis: [i] *Propter quod magnificavi te principem super Israel, quia exacerbaverunt me in vanis eorum.* [k] *Ecce ego suscito post Baasam & post domum ejus, & tradam domum ejus sicut domum Hieroboæ Nabath. Qui mortuus fuerit de suis in civitate, comedent eum canes, & mortuum corpus illius in campo comedent volatilia cæli.* Quid illi quoque scelerato regi Israel istorum commanipulari (cujus colludio & uxoris dolo Naboth innocens propter paternam vineam oppressus est) sancto ore illius Heliæ atque ignifero Domini alloquio instructi, minatur ita dicente? [l] *Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque tuum sanguinem.* Quod ita factum fuisse certissima ratione constat. Sed ne forte secundum supra dictum Achab [m] *spiritus mendax* loquens vana *in ore prophetarum* vestrorum seducat vos, ne sermones Michææ prophetæ audiatis, [n] *Ecce permisit Deus spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum qui heic sunt; & Dominus locutus est contra te malum.* Nam & nunc certum est, aliquos esse doctores contrario spiritu repletos, & magis pravam voluptatem quam veritatem afferentes, quorum, [o] *verba super oleum molliuntur, & ipsa sunt jacula*; [p] *qui dicunt, pax pax, & non erit* in peccatis permanentibus *pax*, ut alibi Propheta dicit: [q] *Non est gaudere impiis, dicit Dominus.*

XIII. Azarias quoque filius Obed ad se revertenti de cæde decies centenum millium exercitus Æthiopum locutus dicens: [r] *Dominus vobiscum est, dum estis cum ipso; & si exquisieritis eum, invenietur a vobis: & si dereliqueritis eum, derelinquet vos.* Nam si Josaphat ferens præsidium iniquo regi ita ab Jehu Propheta Ananiæ filio increpatur, dicente: [s] *Si peccatorem tu adjuvas, aut quem Dominus odit, tu diligis? propterea ira Domini est super te*: quid illis qui propriis scelerum suorum criniculis compediuntur, fiet? Quorum nos necesse est (si in acie dominica volumus dimicare) peccata odisse, non animas, dicente Psalmista: [t] *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Quid ad supra dicti Josaphat filium currus & auriga Israel Propheta

a Heb. X. 28. *b* I. Reg. XIII. 13. 14. *c* I. Reg. XV. 20. *d* Ibid. ℣℣. 22. 23. *e* Ibid. ℣℣. 28. 29. *f* II. Reg. XXIV. 12. 13. *g* Ibid. ℣. 17. *h* III. Reg. XI. 6. 11. *i* III. Reg. XIV. 7. *k* III. Reg. XVI. 3. 4. *l* III. Reg. XXI. 19. *m* III. Reg. XXII. 22. *n* Ibid. ℣. 23. *o* Psalm. LIV. 22. *p* Jer. VI. 14. VIII. 11. *q* Isa. XLVIII. 22. LVII. 21. *r* II. Paral. XV. 2. *s* II. Paral. XIX. 2. *t* Psalm. XCVI. 10.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



Helias, Joram scilicet parricidam, qui egregios fratres suos, ut pro ipsis regnaret, spurius trucidavit, effatus est? [a] *Sic dicit*, inquit, *Dominus Deus patris tui David: Eo quod non ambulaveris in via Josaphat patris tui & in viis Asæ regis Juda, & ambulasti in viis regum Israel*, * *& stuprose ut gessit domus Achab, & fratres tuos filios Josaphat meliores te interfecisti; ecce Dominus percutiet plaga magna te & filios tuos*. Et post pauca: [b] *Et tu eris in magna valetudine, in languore ventris tui, donec exeat venter tuus cum ipsa infirmitate de die ex die*. Et ad Joam regem Israel, ut vos, derelinquentem Dominum, quid Zacharias filius Joiadæ vatis minatus sit, attendite; qui surgens populo dixit: [c] *Hæc dicit Dominus: Quid B præteritis præcepta Domini, & non prosperamini? Quia dereliquistis Dominum, & derelinquet vos*. Quid de auctore Prophetarum Esaia dicam, qui procœmium prophetiæ suæ vel visionem ita exorsus est, dicens? [d] *Audite cæli, auribus & percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivi & exaltavi; ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit*. Et post pauca minas meritas tantæ insipientiæ aptans: [e] *Derelinquetur*, inquit, *filia Sion ut tabernaculum in vinea, & sicut tugurium in cucumeracio, sicut civitas quæ vastatur*. Et principes specialiter conveniens ait: [f] *Audite verbum Domini C principes Sodomorum, percipite legem Domini populus Gomorrhæ*.

XVI. Notandum sane, quod iniqui reges *principes Sodomorum* vocentur. Prohibens namque Dominus sacrificia & dona sibi a talibus offerri (& nos inhiantes suscipimus quæ Deo ab omni natione sunt non placita, eademque egenis & pæne nihil habentibus distribui in perniciem nostram non sinimus) cum latis divitiis oneratis sordibus peccatorum intentis ait: [g] *Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi*. Itemque denuntiat: [h] *Et quum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis; & quum multiplicaveritis orationem, D non exaudiam*. Et hoc quare facit, ostendit: *Manus*, inquiens, *vestræ sanguine plenæ sunt*. Simulque ostendens quomodo placaretur, ait: [i] *Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse. Discite benefacere, quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo*. Quasi placoris vicissitudinem adjungens, ait: [k] *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ manducabitis. Quod si nolueritis & me provocaveritis ad iracundiam, gladius devorabit vos*. Accipite veracem publicumque adstipulatorem boni malique vestri retributio- E nem absque ullo adulationis fuco, non ut parasitorum venerata vestrorum venena in aures sibilant ora, testantem: [l] *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligunt munera, sectantur retributiones: pupillo non judicant, caussa viduæ non ingreditur ad eos. Propter hoc ait Dominus exercituum fortis Israel: Heu! consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: — & conterentur scelerati & peccatores simul, & omnes qui dereliquerunt Do-*

A *minum consumentur*. Et infra: [m] *Oculi sublimes hominis humiliabuntur, & incurvabitur altitudo virorum*. Et iterum: [n] *Væ impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei*. Et post pauca: [o] *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & ad potandum usque ad vesperam ut vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis vestris: & opus Domini non respicitis, & opera manuum ejus non consideratis. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino: & descendent fortes ejus, & populus ejus, & sublimes gloriosique ejus ad eum*. Et infra: [p] *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium Sancti Israel despexerunt. In omnibus his non est aversus furor Domini, sed adhuc manus ejus extenta*.

XV. Et post aliquanta de die judicii & peccatorum ineffabili metu disceptans ait: [q] *Ululate quia prope est dies Domini*, (si tunc prope erat, quid nunc putabitur?) *quia vastitas a Deo veniet. Propter hoc omnes manus dissolventur, & omne cor hominis tabescet & conteretur: torsiones & dolores tenebunt; quasi parturiens dolebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit: facies combustæ vultus illorum. Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus & iræ furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos de ea. Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebrabitur sol in ortu suo, & luna non splendebit in tempore suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem ipsorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo*. Et iterum: [r] *Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem ejus, & disperdet habitatores ejus. Et erit sicut populus sic sacerdos, & sicut servus sic dominus ejus, sic ancilla sic domina ejus, sicut emens sic ille qui vendit, sicut fenerator sic ille qui mutuum accipit, sicut qui repetit sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur: Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit & defluxit terra, defluxit orbis, infirmata est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram*. Et infra: [s] *Ingemiscent omnes qui lætantur corde, cessabit gaudium tympanorum, quiescet sonitus lætantium, conticescet dulcedo citharæ, cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ, relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, & in medio populorum*. Et post pauca: [t] *Prævaricantes prævaricati sunt, & præ-*

a II. Paral. XXI. 12-14. *b* Ibid. ℣. 15. *c* II. Paral. XXIV. 20. *d* Isa. I. 2-4. *e* Ibid. ℣. 8. *f* Ibid. ℣. 10. *g* Ibid. ℣. 13. *h* Ibid. ℣. 15. *i* Ibid. ℣℣. 16. 17. *k* Ibid. ℣℣. 18-20. *l* Ibid. ℣℣. 23. 24. 28. *m* Isa. II. 11. *n* Isa. III. 11. *o* Isa. V. 11-14. *p* Ibid. ℣℣. 22-25. *q* Isa. XIII. 6-11. *r* Isa. XXIV. 1-6. *s* Ibid. ℣℣. 7-13. *t* Ibid. ℣℣. 16-23.

* *Et stuprose*] Sic Bibl. PP. Paris. At edit. Oxon. *& stupore se*: nullo sensu.

varicatione transgressorum prævaricati sunt. Formido, & fovea, & laqueus super te qui habitator es terræ. Et erit: Qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam; & qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ erunt, & concutientur fundamenta terræ. Confractione confringetur terra, commotione commovebitur, agitatione agitabitur sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum unius noctis; & gravabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adjiciet ut resurgat. Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super reges terræ qui sunt super terram, & congregabuntur in congregationem unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcerem, & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, quum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Et post aliquanta rationem reddens, quamobrem talia minaretur, ita ait: [a] *Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat; neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diviserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui vocet justitiam, neque est qui judicet vere: sed confidunt in nihil, & loquuntur vanitates, & conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Et infra: [b] *Opera eorum inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum in malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt, & non est judicium in gressibus eorum. Semitæ eorum incurvatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est judicium a vobis, & non apprehendet vos justitia.* Et post pauca: [c] *Et conversum est retrorsum judicium, & justitia longe stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in oblivione: & qui recessit a malo, prædæ patuit. Et vidit Dominus, & non placuit in oculis ejus, quia non est judicium.* Huc usque Esaiæ Prophetæ pauca de multis dixisse sufficiat.


XVI. Nunc vero illum, qui prius quam formaretur in utero præscitus, & prius quam exiret de vulva sanctificatus, & in cunctis gentibus Propheta positus est, Jeremiam scilicet, quid de populo insipiente rigidisque regibus pronuntiaverit, parumper attendentes audite, hoc modo leniter verba initiantem. [d] *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Vade & clama in auribus Hierusalem, & dices: Audite verbum Domini domus Jacob, & omnes cognationes domus Israel: Hæc dicit Dominus: Quid invenerunt in me patres vestri iniquitatis, qui elongati sunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt; & non dixerunt: Ubi est qui ascendere nos fecit de terra Ægypti?* Et post pauca: [e] *A seculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, dixisti: Non serviam. Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conversa es in pravum vinea aliena? Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua co-*

A *ram me, dicit Dominus.* Et infra: [f] *Quid vultis mecum judicio contendere? Omnes me dereliquistis, dicit Dominus. Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt. Audite verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israel, aut terra serotina? Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.* [g] *Quia stultus est populus meus, me non cognovit: filii insipientes sunt & vecordes: sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.* Tum Propheta ex sua persona loquitur dicens: [h] *Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & noluerunt accipere disciplinam.* Itemque
B Dominus: [i] *Annuntiate hoc domui Jacob, & auditum facite in Juda dicentes: Audi popule stulte, qui non habes cor; qui habentes oculos non videtis, & aures & non auditis. Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis? qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: & commovebuntur, & non poterunt; intumescent fluctus ejus, & non transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt: & non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum.* Et iterum: [k] *Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut*
C *decipula plena avibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati: incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime: caussam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem hujusmodi non ulciscetur anima mea?*

XVII. Sed absit ut vobis eveniat quod sequitur: [l] *Loquere ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi. Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum.* Et post
D aliquanta: [m] *Numquid qui cadit, non resurget; & qui aversus est, non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste in Hierusalem aversione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. Attendi & auscultavi: nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prœlium. Milvus in cælo cognovit tempus suum: turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus adventus sui: populus autem meus non cognovit judicium Dei.* Et tam vehementi sacrilegiorum cæcitate & ineffabili ebrietate Propheta conterritus, & deflens eos qui se ipsos non deflebant,
E (ut & nunc infelices tyranni agunt) optat sibi auctionem fletuum a Domino concedi, hoc modo dicens: [n] *Super contritione filiæ populi mei contritus sum: stupor obtinuit me. Numquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non obducta est cicatrix filiæ populi mei?* [o] *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit mihi in solitudine diversorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum. Et extenderunt linguam suam quasi*

a Isa. LIX. 1-4. b Ibid. ℣℣. 6-9. c Ibid. ℣℣. 14. 15. d Jer. II. 1. 2. 4. 5. 6. e Ibid. ℣℣. 20-22. f Ibid. ℣℣. 29-33. g Jer. IV. 22. h Jer. V. 3. i Ibid. ℣℣. 20-24. k Ibid. ℣℣. 26-29. l Jer. VII. 27. 28. m Jer. VIII. 4-7. n Ibid. ℣℣. 21, 22. o Jer. IX. 1-3.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



arcum mendacii & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, *dicit Dominus*. Et iterum: [a] *Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulaverunt in ea, & abierunt post pravitatem cordis sui; idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis*. Et post pauca (quod etiam crebrius stilo Propheta adjunxit dicens ex persona Dei:) [b] *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, & afflictionis eorum.*

XVIII. Quid ergo nunc infausti duces facient? Illi pauci invenientes viam angustam amota spatiosa, prohibiti a Deo ne preces pro vobis fundant perseverantibus in malis, & tantopere incitantibus; queis e contrario ex corde ad Deum repedantibus, Deo nolente animam hominis interire, sed retractante, ne penitus pereat qui abiectus est, vindictam non potuissent inducere: quia nec Jonas, & quidem quum multum concupiverit Ninivitis Propheta. Sed omissis interim nostris, audiamus potius quid prophetica tuba persultet: [c] *Quod si dixeris*, inquiens, *in corde tuo: Quare venerunt mala hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, quum didiceritis malum:* (subauditur) quia non vultis. Et infra: [d] *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, & non quievit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Quum jejunaverint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocausta & victimas, non suscipiam ea*. Et iterum: [e] *Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ejice illos a facie mea, & egrediantur*. Et post pauca: [f] *Quis miserebitur tui Hierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit Dominus, & retrorsum abiisti: & extendam manum meam super te, & interficiam te*. Et post aliquanta: [g] *Hæc dicit Dominus: Ecce ego fingo contra vos cogitationem: revertatur unusquisque a via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Qui dixerunt: Desperamus: post cogitationes nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate gentes: Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Numquid deficiet de petra agri nix Libani, aut velli possunt aquæ erumpentes frigidæ defluentes? Quia oblitus est me populus meus*. Et post aliquanta, optione proposita loquitur dicens: [h] *Hæc dicit Dominus: Facite judicium & justitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & advenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis inique: & sanguinem innocentem ne effundatis. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus hujus reges sedentes de genere David super thronum ejus. Quod si non audieritis verba hæc, in memet ipso juravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc*. Et iterum: (de rege enim scelesto loquebatur) [i] *Vivo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Jechonias annulus in manu dextera mea, inde evellam eum: & dabo in manu quærentium animam ejus.*

XIX. Sanctus quoque Habacuc proclamat dicens: [k] *Væ qui ædificant civitatem in sanguine, & præparant civitatem in iniquitatibus, dicentes: Nonne hæc sunt a Domino omnipotente? Et defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ minoratæ sunt*. Et ita prophetiam quærulus incipit: [l] *Usquequo clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te? Ut quid mihi dedisti labores & dolores inspicere, miseriam & impietatem contra me? Et factum est judicium, & judex accepit. Propter hoc dissipata est lex, & non perducitur ad finem judicium*. Sed & beatus Osee Propheta, attendite quid loquatur de principibus dicens: [m] *Pro eo quod transgressi sunt pactum meum, & adversus legem meam tulerunt, & exclamabant: Cognovimus te, quia adversum sis Israel. Bonum ut iniquum persecuti sunt. Sibi regnaverunt, & non per me: tenuerunt principatum, nec me agnoverunt*. Sed & sanctum Amos Prophetam hoc modo minantem audite: [n] *In tribus impietatibus filiorum Juda, & in quatuor non avertam eos: propter quod repulerunt legem Domini, & præcepta non custodierint; sed seduxerunt eos vana eorum. Et emittam ignem super Judam, & comedet fundamenta Hierusalem. Hæc dicit Dominus: In tribus impietatibus Israel, & in quatuor non avertam eos: propter quod tradiderunt pecunia justum, & pauperem pro calciamentis quæ calciant super pulverem terræ: & colaphis cædebant capita pauperum, & viam humilium declinaverunt*. Et post pauca: [o] *Quærite Dominum, & vivetis: ut non reluceat sicut ignis domus Joseph, & comedat eam, nec erit qui exstinguat*. Qui Amos prohibitus ne prophetaret in Israel, absque adulationis tepore respondens: [p] *Non eram*, inquit, *ego propheta, nec filius prophetæ: sed eram pastor caprarius vellicans sycomoros. Et suscepit me Dominus ab ovibus, & dixit Dominus ad me: Vade & prophetiza in plebem meam Israel. Et nunc audi verbum Domini:* (Regem namque alloquebatur) *Tu dicis: Noli prophetare in Israel, & non congreges turbas in domum Jacob. Propter quod hæc dicit Dominus: Uxor tua in civitate meretricabitur, & filii tui & filiæ tuæ gladio cadent, & terra tua funiculo metietur: & tu in terra immunda morieris; Israel autem captivus ducetur a terra sua*. Et infra: [q] *Audite itaque hæc, qui contribulatis immane pauperem, & dominationem exercetis in inopes super terram: qui dicitis, Quando transibit mensis ut acquiramus, & sabbata ut aperiamus thesauros?* Et post pauca: [r] *Jurat Dominus contra superbiam Jacob, si oblivisceturr in contemtione opera vestra; & in his non conturbabitur terra, & lugebit omnis qui commorabitur in ea, & ascendet sicut flumen consummatio? Et convertam dies festos vestros in luctum, & injiciam in omnem lumbum cilicium, & in omne caput decalvationem: & ponam eum sicut luctum dilecti, & eos qui cum eo sunt, sicut diem mæroris*. Et iterum: [s] *Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabunt neque venient super nos mala.*

XX. Sed & sanctus Michæas vates, attendite quid sit effatus: [t] *Audi*, inquiens, *tribus. Et*

a Jer. IX. 13-15. *b* Jer. XI. 14. *c* Jer. XIII. 22. 23. *d* Jer. XIV. 10-12. *e* Jer. XV. 1. *f* Ibid. ℣℣. 5. 6. *g* Jer. XVIII. 11-15. *h* Jer. XXII. 3-5. *i* Ibid. ℣℣. 24. 25. *k* Hab. II. 12. 13. *l* Hab. I. 2-4. *m* Osee VIII. 1-4. *n* Amos II. 4-7. *o* Amos V. 6. *p* Amos VII. 14-17. *q* Amos VIII. 4. 5. *r* Ibid. ℣℣. 7. 8. 10. *s* Amos IX. 10. *t* Mich. VI. 10-12.

quid exornabit civitatem? Numquid ignis? Et domus iniquorum thesaurizans in thesauros iniquos, & cum injuria injustitiam. Si justificabitur in statera iniquus, & in saccello pondera dolosa, ex quibus divitias in impietate repleverunt. Sed & Sophonias Propheta clarus, quas minas exaggerat, audite: [a] *Prope est,* inquit, *dies Domini magnus, prope & velox valde. Vox diei Domini amara constituta est & potens, dies iræ dies ille, dies tribulationis & necessitatis, dies nubis & nebulæ, dies tubæ & clangoris, dies miseriæ & exterminationis, dies tenebrarum & caliginis super civitates firmas & super angulos excelsos. Et contribulabo homines, & ibunt sicut cæci, quia Domino peccaverunt: & effundam sanguinem sicut pulverem, & carnes eorum sicut fimum boum: & argentum eorum & aurum non poterit eximere eos in die iræ Domini. Et in igne zeli ejus consumetur omnis terra, quando consummationem & solitudinem faciet Dominus super omnes commorantes in terram.* [b] *Convenite & conjungimini gens indisciplinata, prius quam efficiamini sicut flos præteriens, prius quam veniat super vos ira Domini.* Et quid Aggæus sanctus Propheta dicat, attendite: [c] *Hæc dicit Dominus: Semel ego movebo cælum & terram, & mare & aridam: & avertam regnum, & exterminabo virtutem regnum gentium, & avertam quadrigas & ascensores.* Nunc quoque quid Zacharias filius Addo Propheta electus dixerit, intuemini, hoc modo prophetiam suam exordiens: [d] *Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus: & nolite tales esse sicut patres vestri, quibus imputaverunt Prophetæ priores dicentes: Hæc dicit Dominus omnipotens.* Et infra: [e] *Et dixit ad me Angelus: Quid tu vides? Et dixi: Falcem ego video volantem longitudinis cubitorum viginti: Maledictio quæ procedit super faciem totius terræ; quoniam omnis fur ex ea usque ad mortem punietur. Et projiciam eum, dicit Dominus omnipotens; & intrabit in domum furoris & in domum jurationis in nomine meo mendacium.* Sanctus quoque Malachias Propheta dicit: [f] *Ecce dies Domini veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi & omnes facientes iniquitatem ut stipula: & inflammabit eos dies adveniens, dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet ex eis radicem & germen.*


XXI. Sanctus quoque Job, attendite, quid de principio impiorum & fine disceptaverit, dicens: [g] *Propter quid impii vivunt, & senuerunt inhoneste? Et semen eorum secundum desiderium eorum, & filii eorum ante conspectum eorum. Et domus eorum fructuosæ sunt, & timor numquam nec plaga Domini est super eos. Vacca eorum non abortivit, & prægnans eorum pertulit partum, & non erravit, sed permanet sicut oves æternæ. Et pueri eorum gaudent, & psalterium sumentes & citharam finierunt in bonis vitam suam, in requiem inferorum dormierunt.* Numquid Deus facta impiorum non respicit? Non ergo, sed [h] *lucerna impiorum exstinguetur: & superveniet eis eversio, & dolores tamquam parturientis eos ab ira tenebunt. Et erunt sicut paleæ a vento, & sicut pulvis quem abstulit turbo. Deficiant filiis ejus bona, videant oculi ejus bona, videant oculi ejus occisionem suam, nec a Domino resolvetur.* Et post aliquanta de iisdem: [i] *Qui gregem,* inquit, *cum pastore rapuerunt, &* A *jumentum orphanorum abduxerunt, & bovem viduæ pignoraverunt, & declinaverunt impotentes a via necessitatis. Agrum ante tempus non suum demessi sunt: pauperes potentium vineas sine mercede & sine cibo operati sunt: nudos multos dormire fecerunt sine vestimentis: tegmen animæ eorum abstulerunt.* Et post pauca: quum ergo sciret opera eorum, tradidit eos in tenebras. [k] *Maledicatur ergo pars ejus a terra: pariant plantationes ejus aridæ. Retribuatur ergo illi sicut egit: contribuletur omnis iniquus sicut lignum sine sanitate. In iracundia enim surgens impotentem evertit. Propterea enim non credet de vita sua: quum infirmare cœperit, non speret sanitatem, sed cadet in languorem.* B *Multos enim læsit superbia ejus; & marcidus factus est sicut malva in æstu, velut spica quum de stipula sua decidit.* Et infra: [l] *Quod si multi fuerint filii ejus, in occisionem erunt. Quod si collegerit ut terram argentum, & similiter ut lutum præparaverit aurum, hæc omnia justi consequentur.* Quid præterea beatus Esdras, Propheta ille, bibliotheca legis, minatus sit attendite, hoc modo disceptans: [m] *Hæc dicit Dominus Deus: Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhomphæa super effundentem sanguinem innocuum super terram. Exibit ignis ab ira mea, & devorabit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis qui peccant, & non observant man-* C *data mea, dicit Dominus: non parcam illis. Discedite filii apostatæ, & nolite contaminare sanctificationem meam. Novit Deus qui peccant in eum; propterea tradet eos in mortem & in occisionem. Jam enim venerunt super orbem terrarum mala multa.* [n] *Immissus est gladius velut ignis; & quis est qui recutiet eum? Numquid recutiet aliquis leonem esurientem in silva? aut numquid exstinguet ignem, quum stramen incensum fuerit? Dominus Deus mittet mala; & quis est qui recutiet ea? Et exibit ignis ex iracundia ejus; & quis exstinguet eum? Coruscabit; & quis non timebit? tonabit; & quis non horrebit? Deus cuncta minabitur; & quis non terrebitur? A facie ejus tremet terra, & funda-* D *menta maris fluctuantur in profundo.*

XXII. Ezechiel quoque Propheta egregius, quatuorque evangelicorum animalium mirandus inspector, quid de sceleratis edixerit, attendite; cui primum Dominus miserabiliter plagam Israel deflenti ait: [o] *Iniquitas domus Israel & Juda invaluit nimis, quia impleta est terra iniquitate & immunditia.* [p] *Ecce ego sum: non parcet oculus meus, neque miserebor.* Et infra: [q] *Quoniam terra plena populis, & civitas plena iniquitate est: & avertam impetum virtutis eorum, & polluentur sancta eorum. Exoratio veniet, & quæret pacem, & non erit.* Et post aliquanta: [r] *Factus est,* in- E quit, *sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, terra quæ peccaverit mihi ut delinquat delictum, extendam manum in eam, & conteram ejus firmamentum panis, & emittam in eam famem, & tollam de ea hominem & pecora. Et si sint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel & Job, non liberabunt eam: sed ipsi in sua justitia salvi erunt, dicit Dominus. Quod si etiam bestias malas inducam super terram & puniam illam, & erit in exterminium; & non erit, qui iter faciat a facie bestiarum. Et tres viri isti in medio ejus, vivo*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.

a Sophon. I. 14-18. b Sophon. II. 1. 2. c Agg. II. 22. 23. d Zach. I. 3. 4. e Zach. V. 2-4. f Malach. IV. 1. g Job XXI. 7-13. h Ibid. ѵѵ. 17. 18. 20. i Job XXIV. 2-4. 6. 7. k Ibid. ѵѵ. 18. 20. 22. 24. l Job XXVII. 14-17. m IV. Esdr. XV. 21-27. n IV. Esdr. XVI. 3-12. o Ezech. IX. 9. p Ezech. V. 8. 11. q Ezech. VII. 23-25. r Ezech. XIV. 12-16.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
556.



ego dicit Dominus, si filii & filiæ ejus miserabuntur: sed ipsi soli salvi erunt, terra autem erit in interitum. Et iterum: [a] *Filius non accipiet injustitiam patris, neque pater accipiet injustitiam filii. Justitia justi super ipsum erit. Et iniquus si avertat se ab omnibus iniquitatibus quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat justitiam & misericordiam multam, vita vivet & non morietur. Omnia delicta ejus quæcumque fecit, non erunt: in sua justitia quam fecit, vita vivet. Numquid voluntate volo mortem injusti, dicit Dominus, quam ut avertat se a via sua mala & vivat? Quum autem se converterit justus a justitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus, omnes justitiæ quas fecit, non erunt in memoria. In delicto suo quo excidit, & in peccatis suis quibus peccavit, morietur.* Et post aliquanta: [b] *Et scient omnes gentes, quia propter peccata sua captivi ducti sunt domus Israel, eo quod reliquerunt me. Et averti faciam meam ab eis, & tradidi eos in manus inimicorum ejus, & omnes gladio ceciderunt. Secundum immunditias suas & secundum iniquitates suas feci illis, & averti faciem meam ab eis.*

XXIII. Hæc de sanctorum Prophetarum minis dixisse sufficiat: pauca tantum de Sapientia Salomonis, quæ adhortationem vel denuntiationem exprimant regibus, non minus quam minas huic opusculo inserere necessarium duxi; ne dicant, me [c] gravia & importabilia in humeros hominum verborum onera velle imponere, digito autem meo ea, id est, consolatorio affatu, nolle movere. Audiamus itaque, quid Propheta dixit. [d] *Diligite*, inquit, *justitiam qui judicatis terram.* Hoc unum testimonium, si toto corde servaretur, abunde ad corrigendos patriæ duces sufficeret. Nam si dilexissent justitiam, diligerent utique fontem quodammodo & originem totius justitiæ, Deum. [e] *Servite Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite eum.* Heu quis victurus est, ut quidam ante nos ait, quando ista a civibus perficiantur, si tamen usquam perfici possunt? [f] *Quoniam invenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in eum.* Nam isti sine respectu tentant Deum, cujus præcepta contumaci despectione contemnunt, nec fidem servant illi, cujus oraculis blandis vel aliquantulum severis dorsum versant & non faciem. [g] *Perverse enim cogitationes separant a Deo.* Et hoc in tyrannis nostri temporis perspicue deprehenditur. Sed quid nostra mediocritas huic tam aperto sensui miscetur? Loquatur namque pro nobis, ut diximus, qui solus verax est, Spiritus scilicet sanctus, de quo nunc dicitur: [h] *Spiritus autem sanctus disciplinæ effugiet fictum.* Et iterum: [i] *Quoniam Spiritus Dei replevit orbem terrarum.* Et infra, finem malorum bonorumque oculato judicio prætendens, ait: [k] *Quomodo spes impii tamquam lanugo est quæ a vento tollitur, & tamquam fumus qui a vento diffusus est, & tamquam spuma gracilis quæ a procella dispergitur, & tamquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. Justi autem in perpetuum vivent: & apud Deum est merces illorum, & cogitatio eorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. Quoniam dextera sua proteget eos, & brachio sancto suo defendet illos.* Dissimiles enim qualitate sunt valde justi & impii: nimirum, ut dixit Dominus, [l] *Eos qui honorant*, inquiens, *me, honorabo; & qui me spernunt, erunt ignobiles.* Sed transeamus ad cetera. [m] *Audite*, inquit, *omnes reges & intelligite; discite judices finium terræ: præbete aures vos qui continetis multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Deo potestas vobis & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam quum essetis ministri regni illius, non recte judicastis, neque custodistis legem justitiæ, neque secundum voluntatem ejus ambulastis. Horrende & celeriter apparebit vobis; quoniam judicium durissimum his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim personas subtrahet qui est omnium, dominator; nec reverebitur magnitudinem cujusquam, quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi pro omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges hi sunt sermones mei, ut discatis sapientiam, & non decidatis. Qui enim custodierint justa, justificabuntur; & qui didicerint sancta, sanctificabuntur.*

XXIV. Hactenus cum regibus patriæ non minus Prophetarum oraculis quam nostris sermonibus disceptavimus, volentes eos scire quæ Propheta dixerat, [n] *Quasi*, inquiens, *a facie colubri fuge peccata. Si accesseris ad illa, suscipient te dentes leonis: dentes eorum interficientes animas hominum.* Et iterum: [o] *Quam magna misericordia Domini, & propitiatio ejus convertentibus ad se!* Et si non habemus in nobis illud apostolicum, ut dicamus, [p] *Optabam enim anathema esse a Christo pro fratribus meis*; tamen illud propheticum toto corde possimus dicere: *Heu! quia anima perit.* Et iterum: [q] *Scrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum.* Sed & illud Apostoli: [r] *Cupimus unumquemque vestrum in visceribus Christi esse.* Quum enim libenter hoc in loco, ac si marinis fluctibus jactatus, & in optato evectus portu remis, (si non tantos talesque malitiæ episcoporum vel ceterorum sacerdotum, aut clericorum in nostro quoque ordine erigi adversus Deum vidissem montes, quos me secundum legem ceu testes primum duris verborum cantibus, dein populum, si tamen sanctionibus inhæret, non ut corporaliter interficiantur, sed mortui vitiis vivant Deo, ne personarum arguar exceptionis, totis necesse est viribus lapidare) verecundia interveniente quiescerem. Sed mihi quæso, ut jam in superioribus dixi, ab his veniam impertiri, quorum vitam non solum laudo, verum etiam cunctis mundi opibus præfero, cujusque me, si fieri possit, ante mortem esse aliquamdiu participem opto & sitio, nostris jam nunc obvallatis sanctorum duobus clypeis lateribus invictis dorso adversitatis mœnia, stabilito capite, pro galea adjutorio Domini fidissime contecto, crebro veracium volatu vel alitent conviciorum cautes.

a Ezech. XVIII. 20-24. *b* Ezech. XXXIX. 23. 24. *c* Matth. XXIII. 4. *d* Sap. I. 1. *e* Ibid. *f* Ibid. ℣. 2. *g* Ibid. ℣. 3. *h* Ibid. ℣. 5. *i* Ibid. ℣. 7. *k* Sap. V. 15-17. *l* I. Reg. II. 30. *m* Sap. VI. 2-11. *n* Eccli. XXI. 2. 3. *o* Eccli. XVII. 28. *p* Rom. IX. 3. *q* Thren. III. 40. 41. *r* Philipp. I. 8.

PARS III.

GILDÆ INCREPATIO IN CLERUM.

I. SAcerdotes habet Britannia, sed insipientes: quam plurimos ministros, sed imprudentes: clericos, sed raptores subdolos: pastores, ut dicuntur, sed occisioni animarum lupos paratos; quippe non commoda plebi providentes, sed proprii plenitudinem ventris quærentes: ecclesiæ domus habentes, sed turpis lucri gratia eas adeuntes: populos docentes, sed præbendo pessima exempla, vitia malosque mores: raro sacrificantes, & numquam puro corde inter altaria stantes: plebem ob peccata non corripientes, nimirum eadem agentes: præcepta Christi spernentes, & suas libidines modis omnibus implere curantes: sedem Petri Apostoli immundis pedibus usurpantes, sed merito cupiditatis in Judæ traditoris pestilentem cathedram decidentes: veritatem pro inimico odientes, & mendaciis ac si carissimis fratribus faventes: justos inopes immanes quasi angues torvis vultibus conspicantes, & sceleratos divites absque ullo verecundiæ respectu sicut cælestes angelos venerantes: egenis eleemosynam esse dandam summis e labiis prædicantes, sed ipsi vel obolum non dantes: nefanda populi scelera tacentes, & suas injurias quasi Christo irrogatas amplificantes: religiosam forte matrem seu sorores domo pellentes, & externas veluti secretiori ministerio familiares indecenter levantes, vel potius (ut vera dicam, licet inepta non tam mihi quam talia agentibus) humiliantes: ecclesiasticos post hæc gradus propensius quam regna cælorum ambientes, & tyrannico ritu acceptos defendentes, nec tamen legitimis moribus illustrantes: ad præcepta sanctorum (si aliquando dumtaxat audierint quæ ab illis sæpissime audienda erant) oscitantes ac stupidos, & ad ludrica & ineptas sæcularium hominum fabulas, ac si iter viæ, quæ mortis, pandunt, strenuos & intentos: pinguedinis gratia taurorum more raucos, & ad illicita infeliciter promtos: vultus arroganter in altum habentes, & sensus conscientia remordente ad ima vel tartarum demersos: uno sane perdito denario mæstos, & ad unum inquisitum lætos: in apostolicis sanctionibus ob inscitiam vel peccatorum pondus (ora etiam scientium obturantes) hebetes ac mutos, & in flexibus mundialium negotiorum mendacibus doctissimos: quorum de scelerata conversatione multos sacerdotio irruentes, potius vel illud pæne omni pecunia redimentes, quam tractos, & in eodem veteri infaustoque intolerabilium piaculorum cœno post sacerdotalem episcopatus vel presbyterii sedem (qui nec itidem usquam sederunt) utpote indigne porcorum more volutantes, rapto tantum sacerdotali nomine, nec tamen tenore vel apostolica dignitate accepta; sed qui nondum ad integram fidem sunt vel malorum pœnitentia idonei, quomodo ad quemlibet ecclesiasticum (ut non dicam summum) convenientes, & adepti gradum quem non nisi sancti atque perfecti & Apostolorum imitatores, & (ut magistri gentium verbis loquar) irreprehensibiles legitime & absque magno sacrilegii crimine suscipiunt.


A II. Quid enim tam impium tamque scelestum est, quam ad similitudinem Simonis Magi [a], non intervenientibus licet interea promiscuis criminibus, episcopatus officium presbyterii terreno pretio, quod sanctitate rectisque moribus decentius acquiritur, quempiam velle mercari? Sed in eo isti propensius vel desperatius errant, quo non ab Apostolis vel Apostolorum successoribus, sed a tyrannis & a patre eorum diabolo fucata & numquam profutura emunt sacerdotia: quin potius velut culmen tectumque malorum omnium quoddam, quo non facile eis improperentur a quoquam admissa prisca vel nova, & cupiditatis gulæque desideria, utpote præpositi multorum facilius rapiant, scelestæ vi- B tæ structuræ superponunt. Nam si talis profecto coemtionis conditio ab impudentibus istis, non dicam Apostolo Petro, sed cuilibet sancto sacerdoti pioque regi ingesta fuisset, eadem responsa accepissent, quæ ab Apostolo auctor eorumdem Magus Simon, dicente Petro: [b] *Pecunia tua tecum sit in perditionem*. Sed forte heu, qui ambitores istos ordinant, immo potius humiliant, atque pro benedictione maledicunt, dum ex peccatoribus non pœnitentes, quod rectius fuerat, sed sacrilegos & desperatos faciunt, & Judam quodammodo in Petri cathedra Domini traditorem, ac Nicolaum in loco Stephani martyris statuunt immundæ hæresios adinventorem, eodem modo sacerdotio adsciti sunt; C & ideo non magnopere detestantur in filiis, quin immo venerantur, quod similiter ut patribus subinde venisse certissimum est. Etenim eos, si in parochiam, resistentibus sibi & tam pretiosum quæstum denegantibus severe commessoribus, hujusmodi margaritam invenire non possint; præmissis ante solicite nuntiis, transnavigare maria, terrasque spatiosas transmeare non tam piget quam delectat; ut omnino talis species inæquiparabilisque pulcritudo, & ut verius dicam, diabolica illusio, vel venditis omnibus copiis comparetur. Dein cum magno apparatu magnaque phantasia vel potius insania repedantes ad patriam, ex erecto erectiorem incessum pingunt, & dudum summitates montium conspicantes, nunc recte ad æthera vel ad summa D nubium vellera, luminum semidormitantes acies librant, ac se se nova quædam plasmata, immo diabolica organa, ut quondam Novatus Romæ dominicæ mulctator margaritæ porcus niger, patriæ ingerunt, violenter manus non tam venerabilibus aris quam flammis inferni ultricibus, dignas in tali [1] schema positi sacrosanctis Christi sacrificiis extensuri.

III. Quid tu infelix popule a talibus, ut dixit Apostolus [c], bestiis ventris præstolaris? His ne corrigeris, qui se ipsos non modo ad bona non incitant, sed secundum Prophetæ exprobrationem [d] *laborant ut inique agant*? Talibus ne oculis illustraberis, qui hæc tantum avide speculantur, quæ proclive vitiis, id est, tartari portis ducant? Vel certe secundum Salvatoris dictum [e], si non istos

a Act. VIII. 18. *b* Ibid. v. 20. *c* Tit. I. 12. *d* Jer. IX. 5. *e* Matth. XV. 14.

1. *Schema*] Forte, *schemate*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



rapaciſſimos ut Arabiæ lupos, ac ſi Loth ad montem igneum Sodomorum imbrem fugeritis, cæci educti a cæcis in inferni foveam cadetis. Sed forſitan aliquis dicat non ita omnes epiſcopi vel presbyteri ut ſuperius comprehenſi, quia non ſchiſmatis, non ſuperbiæ, non immunditiæ infamia maculantur, mali ſunt: quod nec vehementer & nos diffitemur. Sed licet ſciamus eos caſtos eſſe & bonos, breviter tamen reſpondebimus. Quid profuit Heli ſacerdoti, [a] quod ſolus non violaverit præcepta Domini, rapiendo in fuſcinulis, ante quam adeps Domino offerretur, ex ollis carnes, dum eadem mortis ira qua filii ſunt, [b] mulctatur? Quis rogo eorum ob invidiam melioris hoſtiæ cæleſtiſque igne in cælos evectæ, ut *Abel*, occiſus [c]; qui etiam mediocris verbi aſpernantur convicium? Quis peroſus eſt [d] *conſilium malignantium*, *& cum impiis non ſedit*; ita ut de eo veridice quaſi de *Enoch* diceretur, [e] *Ambulavit Enoch cum Deo, & non inveniebatur*, in mundi ſcilicet vanitate omnis poſt idola proclive id temporis claudicare, relicto Deo, incipientis? Quis eorum ſalutari in arca (hoc eſt, nunc Eccleſia) nullum Deo adverſantem, ut *Noe* diluvii tempore [f], non admiſit; ut perſpicue monſtraretur non niſi innoxios vel pœnitentes egregios in dominica domo eſſe debere? Quis victoribus ſolum, & in tricentenario numero (hoc eſt, Trinitatis ſacramento) liberato juſto [g], regum quinque victriciumque turmarum exercitus ferales vincentibus, & nequaquam aliena cupientibus ſacrificium offerens, ut *Melchiſedech*, benedixit? Quis ſponte proprium in altari capite cædendum, ut *Abraham* Deo jubente [h], obtulit filium; ut ſimile quoddam huic impleret Chriſti mandatum dicentis [i] oculum dextrum ſcandalizantem evelli debere; & Prophetæ præcaveret [k], ſe maledictum eſſe *gladium & ſanguinem* prohibentem? Quis memoriam malefacti de corde radicitus, ut *Joſeph* [l], evulſit? Quis in monte cum Domino locutus, & nequaquam concrepantibus tubis exinde perterritus [m], duas tabulas cornutamque faciem aſpectu incredulis inhabilem & horrendum tropico ſenſu, ut *Moyſes* [n], advexit? Quis eorum pro peccatis populi exorans imo de pectore clamavit, ut ipſe, [o] *Domine*, inquiens, *peccavit populus iſte peccatum grande; quod ſi dimittis, dimitte: alioquin dele me de libro tuo?* Quis zelo Dei accenſus mirabili ad ultionem fornicationis ſine dilatione ſanando pœnitentiæ medicamine ſtupri affectum, ne ira populo inardeſceret, ſicut *Phinees* ſacerdos [p], ut per hoc in ævo reputaretur illi juſtitia, ſtrenue conſurrexit? Quis vero eorum vel in exſtirpationem uſque ad internecionem de terra promiſſionis ſeptem gentium morali intelligentia, vel ad conſtabilitionem ſpiritualis Iſrael pro eis [q] *Jeſum Nave* imitatus eſt?

IV. Quis eorum populo Dei finales terminos trans Jordanem, ut ſciretur quid cuique tribui conveniat, ſicut ſupra dicti, [1] *Phinees* ſcilicet & *Jeſus* [r], ſagaciter diviſere, oſtendit? Quis ut adverſariorum plebi Dei innumera proſternere gentium millia, unicam filiam quæ propria voluptas intelligitur, imitans & in hoc Apoſtolum dicentem [ſ], A *Non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis, ut ſalvi fiant*, obviantem victoribus cum tympanis & choris [t], id eſt, carnalibus deſideriis, in ſacrificium votivæ placationis, ut *Jephte*, mactavit? Quis eorum ad conturbanda, fuganda ſternendaque ſuperbarum gentium caſtra myſteriis Trinitatis, ut ſupra diximus, [u] cum lagenas viris tenentibus egregias in manibus ſonanteſque tubas (id eſt, propheticos & apoſtolicos ſenſus, ut dixit Dominus Prophetæ: [x] *Exalta quaſi tuba vocem tuam*; & Pſalmiſta de Apoſtolis [y], *In omnem terram exivit ſonus eorum*) & lagenas ſplendidiſſimo ignis lumine noctu coruſcantes (quæ accipiuntur in ſanctorum corporibus bonis operibus annexis, & B ſancti Spiritus igni ardentibus, ut Apoſtolus [z], *Habentes*, inquit, *theſaurum iſtum in vaſis fictilibus*) poſt idololatriæ luci (quod moraliter interpretatum, condenſæ & fuſcæ cupiditatis) ſucciſionem ſilvæ [a], & evidentia figmenta Judaici velleris [b] imbris cæleſtis experti, & gentilis, rore ſancti Spiritus madefacti, fide non dubia, ut *Gedeon*, proceſſit [c]? Quis eorum mori exoptans mundo & vivere Chriſto [d], luxurioſos gentium convivas laudantes deos ſuos [e] (id eſt, ſenſus extollentes divitias, ut Apoſtolus [f], *Et avaritia*, inquit, *quæ eſt ſimulacrorum ſervitus*) concuſſis duabus virtute brachiorum columnis [g] (quæ intelliguntur in voluptatibus nequam animæ carniſque, quibus domus C humanæ omnis nequitiæ quodammodo pangitur ac fulcimentatur) tam innumerabiles, ut *Sampſon*, proſtravit? Quis orationibus holocauſtoque lactantis agni metum depellens [h], inſperatas tonitruorum voces nubiumque imbres concitans [i], abſque adulatione regem conſtituens [k], eumdem Deo non placentem abjiciens uncto pro illo meliore in regno [l], ut *Samuel*, valedicturus populo adſtabit hoc modo dicens [m]: *Ecce præſto ſum: loquimini coram Domino & chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim, an aſinum; ſi quempiam calumniatus ſum; ſi oppreſſi aliquem; ſi de manu cujuſquam munus accepi.* Cui a populo reſponſum eſt dicente: [n] *Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicujus quippiam.* D

V. Quis eorum igne cæleſti centum ſuperbos exurens [o], quinquaginta humiles ſervans [p], & abſque adulationis fuco non Deum per Prophetas, ſed idolum Accaron conſulenti mortem imminentem iniquo regi annuntians [q], omnes prophetas ſimulacri Baal (qui interpretati accipiuntur ſenſus humani invidiæ, avaritiæ, ut jam diximus, ſemper intenti) mucrone coruſco, hoc eſt, verbo Dei, ut *Helias* egregius vates, proſtravit [r], & zelo Dei commotus iniquorum terræ imbres adimens ætherales, ac ſi fortiſſimo penuriæ cluſtello tribus annis ſexque menſibus obſeratos [ſ], fame, ſiti moribundus in E deſerto conqueſtus eſt: [t] *Domine*, inquiens, *prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſuffoderunt: & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam?* Quis eorum cariſſimum diſcipulum terrenis extra ſolitum ponderibus oneratum [u], quæ ante ea a ſe magnopere licet rogato ut acciperet deſpecta fuiſſent [x], etſi non perpetua lepra, ut *Heliſæus*, ſal-

a I. Reg. II. 12. 22. III. 12. *b* I. Reg. IV. 11. *c* Gen. IV. 8. *d* Pſalm. XXV. 5. *e* Gen. V. 22. *f* Gen. VII. 7. *g* Gen. XIV. 18. *h* Gen. XXII. 1. *i* Matth. V. 29. *k* Jer. XLVIII. 10. *l* Gen. L. 15. *m* Exod. XIX. 16. *n* Exod. XXXIV. 29. *o* Exod. XXXII. 31. 32. *p* Num. XXV. 7. Pſalm. CV. 31. *q* Joſ. XXIV. 11. *r* Joſ. XIX. 51. *ſ* I. Cor. X. 33. *t* Jud. XI. 34. *u* Jud. VII. 6. 16. 20. *x* Iſa. LVIII. 1. *y* Pſalm. XVIII. 5. *z* II. Cor. IV. 7. *a* Jud. VI. 25. *b* Ibid. ℣. 37. *c* Jud. VII. 1. *d* Philipp. I. 23. *e* Jud. XVI. 23-25. *f* Coloſſ. III. 5. *g* Jud. XVI. 29. 30. *h* Reg. VII. 9. *i* Reg. XII. 17. *k* I. Reg. X. 1. 24. *l* I. Reg. XIII. 14. XV. 28. XVI. 13. *m* I. Reg. XII. 2. 3. *n* Ibid. ℣. 4. *o* IV. Reg. I. 10. 12. *p* Ibid. ℣. 15. *q* Ibid. ℣. 16. *r* III. Reg. XVIII. 40. *ſ* III. Reg. XVII. 1. *t* III. Reg. XIX. 10. *u* IV. Reg. V. 23. *x* Ibid. ℣. 16.

1. *Phinees*] Memoria lapſus auctor. Reſcribe, *Eleazarus*.



tim expulsione mulctavit [a]? Et quis ex illis puero [A] in vitæ desperatione æstuanti, atque improviso super bellico hostium apparatu civitatem in qua erant obsidentium tremefacto [b], inter nos (ut ille) animæ visus ferventi exoratione ad Deum facta (ita ut [c] intueri poterit auxiliarium cælestis exercitus armatorum curruum ceu equitum ignito vultu fulgentium montem plenum) patefecit, & credere [d] quin fortior esset ad salvandum quam inimici ad pugnandum? Et quis eorum [e] corporis tactu, mortui scilicet mundo, viventis autem Deo, alii diverso funere occubanti, procul dubio mortuo Deo, vitiis vero viventi, quasi supra dictus, proficiet; ita ut statim prosiliens Christo grates pro sanitate agat cunctorum pæne mortalium ore desperata? [B] Cujus eorum carbone ignito de altari forcipe cherubin advecto [f] (ut peccata sua delerentur humilitate confessionis) labia, ut *Esaiæ*, mundata sunt [g], & efficaci oratione sibi adjuncta pii regis Ezechiæ [h], supplantatione centum octoginta quinque millia exercitus Assyriorum, nullo apparente vulneris vestigio, Angeli manu, ut supra dicti, prostrata sunt [i]? Quis eorum ob præcepta Dei & minas cælitus datas [k], veritatemque vel non audientibus proferendam squalores pedoresque carcerum [l], & momentaneas mortes [m], ut beatus *Hieremias*, excepit? Et ne multa: Quis eorum, ut magister gentium dixit [n], errare in montibus, & in speluncis & in cavernis, lapidari, secari, totius mortis genere [C] pro nomine Domini attentari, sicut sancti Prophetæ, perpessus est?

VI. Sed quid immoramur in exemplis veteribus, ac si non essent in novo ulla? Audiant itaque nos, qui absque ullo labore angustum hoc iter Christianæ religionis, prætento tantum sacerdotali nomine, intrare se putant, carpentes paucos flores, veluti summos de extento sanctorum novi Testamenti tironum amœnoque prato. Quis vestrum, qui torpetis potius quam sedetis legitime in sacerdotali sede, ejectus de concilio impiorum, post diversarum plagas virgarum [o], ut sancti Apostoli, quod dignus habitus est [p] pro Christo vero Deo contu-[D]meliam pati, toto corde Trinitati gratias egit? Quis ob testimonium verum Deo ferendum fullonis vecte cerebro percussus, ut *Iacobus*, primus in novo dumtaxat episcopus Testamento, corporaliter interiit? Quis gladio vestrum ab iniquo principe, ut *Jacobus* Joannis frater, [q] capite cæsus est? Quis ut *protominister* martyrque evangelicus, hoc solum criminis habens, quod viderit Deum quem perfidi videre nequiverunt, nefandis manibus lapidatus est [r]? Quis inversis pedibus crucis affixus pro reverentia Christi patibulo, ut *clavicularius* ille cælorum regni idoneus, extremum halitum fudit? Quis ex vobis gladii ictu veridicantis pro confes-[E]sione Christi post vincula, carceres, naufragia, amaram virgarum cædem, post fluminum, latronum, gentium, Judæorum, pseudo-apostolorum continua pericula, post famis, jejunii, vigiliarum labores, post perpetem solicitudinem omnium ecclesiarum, post æstum pro scandalizantibus, post infirmitatem pro infirmis, post admirabilem prædicando Christi evangelium orbis pæne circuitum, ut *vas electionis* magisterque gentium electus, capite plexus est?

VII. Quis vestrum, ut sanctus martyr *Ignatius* Antiochiæ urbis episcopus, post admirabiles in Christo actus, ob testimonium ejus leonum molis Romæ confractus est? cujus verba quum ad passionem duceretur audientes, (si aliquando vultus vestri rubore suffusi sunt) non solum in comparatione ejus vos non putabitis sacerdotes, sed ne mediocres quidem Christianos esse. Ait enim in epistola quam ad Romanam ecclesiam misit; „ A Syria usque Romam cum bestiis terra marique depugno die ac nocte, connexus & colligatus decem leopardis, militibus dico ad custodiam datis, qui & beneficiis nostris sæviores fiunt. Sed ego eorum nequitiis magis erudior, nec tamen in hoc justificatus sum. O salutares bestias quæ præparantur mihi, quando venient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnibus meis? quas ego exopto acriores parari, & invitabo ad devorationem mei, & deprecabor ne forte (ut in nonnullis fecerunt) timeant attingere corpus meum; quin immo, & si cunctabuntur, ego vim faciam, ego me ingeram. Date quæso veniam: ego novi quid expediat mihi. Nunc incipio esse Christi discipulus: facessat invidia vel humani affectus, vel nequitiæ spiritualis, ut in Jesum Christum adipisci merear ignes, cruces, bestias, dispersiones ossium, discerpsionesque membrorum, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me unum supplicia diaboli arte quæsita compleantur, dummodo Jesum Christum merear adipisci. „ Quid ad hæc dormitantibus animæ oculis aspicitis? Quid talia surdis sensuum auribus auscultatis? Discutite quæso tenebrosam atramque cordis vestri caliginem temporis, ut veritatis & humilitatis præfulgidum lumen videre possitis. Christianus non mediocris sed perfectus, sacerdos non vilis sed summus, martyr non segnis sed præcipuus dicit: *Nunc incipio esse Christi discipulus*. Et vos ac si lucifer ille de cælo projectus [s], verbis non potestate erigimini, & quodammodo sub dente ruminatis & gestibus prætenditis, quæ antea auctor vester depinxerat: [t] *In cælum*, inquiens, *conscendam*, *& ero similis Altissimo*. Et iterum: [u] *Ego fodi & bibi aquam, & exsiccavi vestigio pedum meorum omnes rivos aggerum*. Multo rectius oportebat vos imitari illum & audire, qui totius bonitatis & humilitatis vere invictum exemplar est, dicentem per Prophetam: [x] *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis*. O mirabile quoddam dixisse eum *opprobrium hominum*, quum omnis mundi opprobria deleverit. Et iterum in evangelio: [y] *Non possum ego a me ipso facere quidquam*; quum ipse coævus Patri ac Spiritui sancto communis ejusdemque substantiæ cælum & terram cum omni eorum inæstimabili ornamento fecerit, non alterius, sed propria potestate: & vos arroganter verba exaltasse, Propheta dicente: [z] *Quid superbit terra & cinis?*

VIII. Sed ad propositum revertar. Quis, inquam, ex vobis, ut Smyrnensis ecclesiæ pastor egregius *Polycarpus* Christi testis, mensam humane hospitibus ad ignem eum avide trahentibus apposuit, & objectus flammis pro Christi caritate dixit: *Qui dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit ut sine clavorum confixione flammas immobiliter perferam*. Unum ad-

a IV. Reg. V. 27. b IV. Reg. VI. 15. c Ibid. ℣. 17. d Ibid. ℣. 16. e IV. Reg. IV. 34. f Isa. VI. 6. g Ibid. ℣. 7. h IV. Reg. XIX. 1. 14. Isa. XXXVII. 1. 15. i IV. Reg. XIX. 35. Isa. XXXVII. 36. k Jer. I. 17. l Jer. XX. 2. XXXII. 2. XXXVII. 15. XXXVIII. 6. m Jer. XXVI. 8. 14. n Heb. XI. 37. 38. o Act. XVI. 23. p Act. V. 41. q Act. XII. 2. r Act. VII. 57. s Isa. XIV. 12. t Ibid. ℣. 13. u Isa. XXXVII. 25 x Psalm. XXI. 7. y Joan. V. 30. z Eccli. X. 9.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.


huc, præter magnam verbis volans sanctorum silvam, exempli gratia ponam *Basilium*, scilicet Cæsariensem episcopum, qui quum ab iniquo principe minæ hujusmodi intentarentur, quod nisi in crastinum Arriano cœno ut ceteri macularetur, esset omnino moriturus, dixisse fertur: *Ego sane ero cras qui hodie sum: tu te utinam non mutares.* Et iterum: *Utinam haberem aliquid digni muneris, quod afferrem huic qui maturius Basilium de nodo follis hujus absolveret.* Quis ex vobis apostolici sermonis regulam, quæ ab omnibus semper sanctis sacerdotibus quibusque temporibus exstantibus, humanam suggestionem præcipitanter ad nequitiam festinantem recutientibus, servata est, in concussione tyrannorum indirupte custodiunt, hoc modo dicens: [a] *Obedire oportet magis Deo quam hominibus?* Igitur confugientes solito more ad Domini misericordiam sanctorumque Prophetarum ejus voces, ut illi pro nobis oraculorum suorum jacula imperfectis pastoribus, ut antea tyrannis, queis compuncti sanentur, librent; videamus quod Dominus per Prophetas ad desides & inhonestos sacerdotes, & non bene populum tam exempla quam verba docentes, minarum loquatur. Nam & Heli ille sacerdos in Silo pro eo quod non digno Dei zelo severe in filios contemnentes Deum ultus fuerat, sed molliter & dementer utpote paterno affectu admonuerat, tali animadversione damnatur, dicente ad eum Propheta: [b] *Manifeste ostendi me ad domum patris tui, quum essent in Ægypto servientes Pharaoni: & elegi domum patris tui ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotio.* Et post pauca: [c] *Quare respexisti in incensum meum & in sacrificium meum improbo oculo? & honorificasti filios tuos plus quam me, ut benediceres eos a primordio in omnibus sacrificiis coram me? Et nunc hæc dicit Dominus: Quoniam qui honorificant me, honorabo eos; & qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur. Et hoc tibi signum sit, quod veniet super duos filios tuos Ophni & Phinees: in uno die morientur ambo in gladio virorum.* Si hæc itaque patiuntur, qui verbis tantum subjectos, & non condigna ultione emendant: quid ipsis fiet, qui ad mala hortantur peccando & trahunt? Quid illi quoque perspicuum est vero vati, post expletionem signi ab eodem prædicti, & restitutionem aridæ manus impio regi, misso a Judæa prophetare in Bethel, prohibitoque ne quid ibidem cibi gustaret, ac decepto ab alio (ut dicebatur) propheta, ut parum quid panis & aquæ sumeret, obtigit, dicente ad eum suo hospite: [d] *Hæc dicit Dominus Deus: Quia inobediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum quod præcepit Dominus Deus tuus, & reversus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in hoc loco in quo mandaveram tibi, ne manducares panem nec biberes aquam, non ponetur corpus tuum in sepulcro patrum tuorum. Et factum est*, inquit, *postquam manducavit panem & bibit aquam, stravit sibi asinam suam & abiit: & invenit eum leo in via, & occidit eum.*

IX. Esaiam quoque sanctum Prophetam de sacerdotibus hoc modo loquentem audite: [e] *Væ impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei. Populum meum exactores sui spoliaverunt, & mulieres dominatæ sunt ejus. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad judicandum Dominus, & stat ad judicandos populos. Dominus ad judicium veniet* A *cum senibus populi sui & principibus ejus. Vos depasti estis vineam meam: rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus exercituum?* Et item: [f] *Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserunt, ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent caussæ humilium populi mei, ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis?* Et infra: [g] *Verum hi quoque præ vino nescierunt, præ ebrietate erraverunt, sacerdotes nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt* B *vomitu sordium, ita ut non esset ultra locus. Propterea audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalem. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans quum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Et post aliquanta: [h] *Et subvertet grando spem mendacii: & protectionem aquæ inundabunt. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans quum transierit, eritis ei in conculcationem: quandocumque pertransierit, tollet vos.* Et iterum: [i] *Et dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste* C *ore suo, & labiis glorificat me, cor autem eorum longe est a me: ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia a sapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur. Væ qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos? & quis novit nos? Perversa enim hæc vestra cogitatio.* Et post aliquanta: [k] *Hæc dicit Dominus: Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum est. Quæ ista est domus quam ædificabitis mihi? & quis erit locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt universa ista, dicit Dominus. Ad quem autem aspiciam,* D *nisi ad pauperculum & contritum spiritu & trementem sermones meos? Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem: quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur turis, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.*

X. Hieremias quoque virgo prophetaque quid insipientibus loquatur pastoribus, attendite. [l] *Hæc dicit Dominus. Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt?* Et paul- E lo post: [m] *Et ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me. Propterea adhuc judicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo.* Item post aliquanta: [n] *Stupor & mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prædicabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in novissimis ejus?* [o] *Cui loquar & contestabor, ut audiat? Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce*

a Act. III. 29. *b* I. Reg. II. 27. 28. *c* Ibid. ℣℣. 29-31. 34. *d* III. Reg. XIII. 21-24. *e* Isa. III. 11-15. *f* Isa. X. 1-3. *g* Isa. XXVIII. 7. 8. 14. 15. *h* Ibid. ℣℣. 17-19. *i* Isa. XXIX. 13-16. *k* Isa. LXVI. 1-3. *l* Jer. II. 5. *m* Ibid. ℣℣. 7-9. *n* Jer. V. 30. 31. *o* Jer. VI. 10.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



verbum Domini factum est illis in opprobrium, & non suscipiunt illud: [a] *quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student, & a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax; & non erat pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quamobrem cadent inter ruentes: in tempore visitationis eorum corruent, dicit Dominus.* Et iterum: [b] *Omnes isti principes declinantium ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: universi corrupti sunt. Defecit sufflatorium in igne: frustra conflavit conflator: malitiæ autem eorum non sunt consumtæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos.* Et post pauca: [c] *Ego sum, ego sum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum a principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et nunc quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos, mane consurgens & loquens, & non audistis: & vocavi vos, & non respondistis: Faciam domui huic in qua invocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo: & projiciam vos a facie mea.* Et iterum: [d] *Filii mei exierunt a me, & non subsistunt: & non est qui extendat ultra tentorium meum, & erigat pelles meas. Quia stulte egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & grex eorum dispersus est.* Et post aliquanta: [e] *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Olivam uberem, pulcram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta ejus.* Et iterum: [f] *Venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad devorandum. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.* Itemque loquitur: [g] *Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos & non quievit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata illorum.* [h] *Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit Dominus vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis: visionem mendacem & divinationem & fraudulentiam & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus: In gladio & fame consumentur prophetæ illi. Et populi quibus prophetaverunt, projecti erunt in viis Hierusalem præ fame & gladio: & non erit qui sepeliat.* Et iterum: [i] *Væ pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & ejecistis eos, & non visitastis illos. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, dicit Dominus.* [k] *Propheta namque & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inveni malum eorum, dicit Dominus. Et idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, dicit Dominus. Et in prophetis Samariæ vidi fatuita-*

A *tem: & prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israel. Et in prophetis Hierusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacii: & confortaverunt manus pessimorum, ut non converteretur unusquisque a malitia sua: facti sunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores ejus quasi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dominus ad prophetas: Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle: a prophetis enim Hierusalem egressa est pollutio super omnem terram. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos: visionem enim cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt enim his qui me blasphemant: Locutus est Dominus: Pax erit vo-*
B *bis. Et omnibus qui ambulant in pravitate cordis sui, dixerunt: Non veniet super vos malum. Quis enim adfuit in consilio Domini, & vidit & audivit sermonem ejus? Quis consideravit verbum illius & audivit? Ecce turbo dominicæ indignationis egreditur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet. Non revertetur furor Domini usque dum faciat, & usque dum compleat cogitationem cordis sui. In novissimis diebus intelligetis consilium ejus.*

XI. Parum namque cogitatis vel facitis, quod sanctus quoque Joel monens inertes sacerdotes, ac deflens detrimentum populi pro iniquitatibus eorum edixit: [l] *Expergiscimini qui estis ebrii a vino ve-*
C *stro, & plorate & lamentamini omnes qui bibitis vinum in ebrietatem, quia ablata est ab ore vestro jucunditas & gaudium.* [m] *Lugete sacerdotes qui deservitis altari, quia miseri facti sunt campi. Lugeat terra, quia miserum factum est frumentum, & siccatum est vinum, diminutum est oleum, aruerunt agricolæ. Lugete possessiones pro tritico & hordeo, quia periit vindemia ex agro, vitis arefacta est, ficus diminutæ sunt: granata, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacta sunt, quoniam confuderunt gaudium filii hominum.* Quæ omnia spiritualiter intelligenda erunt vobis, ne tam pestilenti fame verbi Dei animæ vestræ arescerent. Et iterum: [n] *Flete sacerdotes qui deservitis Domino,*
D *dicentes: Parce Domine populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, & ne dominentur eorum gentes, uti ne dicant gentes: Ubi est Deus eorum?* Sed hæc vos nequaquam auditis, sed omnia quibus propensius divini furoris indignatio inardescat, admittitis. Quid etiam sanctus Osee Propheta sacerdotibus vestri moduli dixerit, signanter attendite: [o] *Audite hæc sacerdotes, & intendat domus Israel & domus regis, insigite auribus vestris: quoniam ad vos est judicium, quia laqueus facti estis speculationi & velut reticulum extensum (super itaburium quod indagatores venationis confixerunt.)* Vobis etiam a Domino alienatio hujuscemodi intendatur per Prophetam Amos dicentem:
E [p] *Odio habui & repuli dies festos vestros, & non accipiam odorem in solemnibus conventionibus vestris: quia etsi obtuleritis holocaustomata & hostias vestras, non accipiam ea: (& salutare declarationis vestræ non aspiciam.) Transfer a me sonum cantionum tuarum, & psalmum organorum tuorum non audiam.* Famis enim evangelici cibi culina ipsa vestræ animæ viscera excomedens grassatur in vobis, sicut supra dictus Propheta prædixit: [q] *Ecce,* inquiens, *dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem in terra, non famem panis neque sitim aquæ, sed famem in audiendo verbum Dei. Et mo-*

a Jer. VI. 12-15. *b* Ibid. ✝✝. 28-30. *c* Jer. VII. 12-15. *d* Jer. X. 20. 21. *e* Jer. XI. 15. 16. *f* Jer. XII. 9. 10. *g* Jer. XIV. 10. *h* Ibid. ✝✝. 13-16. *i* Jer. XXIII. 1. 2. *k* Ibid. ✝✝. 11-20. *l* Joel I. 5. *m* Ibid. ✝✝. 9-12. *n* Joel II. 17. *o* Osee V. 1. *p* Amos V. 21-23. *q* Amos VIII. 11. 12.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 556.

vebuntur aquæ a maris uſque ad mare, & ab Aquilone uſque ad Orientem percurrent, quærentes verbum Domini, & non invenient.

XII. Auribus quoque percipite ſanctum Michæam, ac ſi cæleſtem quamdam tubam adverſus ſubdolos populi principes conciſius perſonantem. [a] *Audite nunc*, inquiens, *principes domus Jacob: Nonne vobis eſt, ut cognoſcatis judicium odientibus bona, & quærentibus maligna, rapientibus pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab oſſibus eorum? Quemadmodum comederunt carnes plebis meæ, & pelles eorum ab eis excoriaverunt, oſſa eorum confregerunt, & laniaverunt quaſi carnes in olla. Succlamabunt ad Deum, & non exaudiet eos, & avertet faciem ſuam ab eis in illo tempore, propter quod malitioſe geſſerunt in adinventionibus ſuis ſuper ipſos. Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant in eum pacem, & non eſt data in os eorum: excitavi in eum bellum. Propterea nox erit vobis ex viſione, & tenebræ vobis erunt ex divinatione: & occidet ſol ſuper prophetas, & contenebreſcet ſuper eos dies. Et confundentur videntes ſomnia, & deridebuntur divini, & obtrectabunt adverſus omnes ipſi: quoniam non erit, qui exaudiat eos. Si non ego implevero fortitudinem in ſpiritu Domini & judicio & poteſtate, ut annuntiem domui Jacob impietates ſuas, & Iſrael peccata ſua. Audite hoc itaque duces domus Jacob & reſidui domus Iſrael, qui abominamini judicium & omnia recta pervertitis, qui ædificatis Sion in ſanguine, & Hieruſalem in iniquitatibus. Duces ejus cum muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus cum mercede reſpondebant, & prophetæ ejus cum pecunia divinabant, & in Domino requieſcebant, dicentes: Nonne Dominus in nobis eſt? Non venient ſuper nos mala. Ideo propter vos Sion ſicut ager arabitur, & Hieruſalem ſicut ſpecula pomarii erit, & mons domus ſicut ſaltus ſilvæ.* Et poſt aliquanta: [b] *Heu me, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut racemus in vindemia, quum non ſit botrus ad manducandum primitiva. Heu me, anima quia periit terrenis operibus: ſemper reverentia exoritur reverens a terra: & qui corrigat inter homines, non eſt. Omnes in ſanguinem judicio contendunt, & unuſquiſque proximum ſuum tribulatione tribulat, in malum manus ſuas præparat.*

XIII. Quid Sophonias etiam Propheta egregius de veſtris olim comeſſoribus diſceptaverit, attendite: de Hieruſalem namque loquebatur, quæ ſpiritualiter Eccleſia vel anima intelligitur. [c] *O*, inquiens, *quæ erat ſplendida & liberata civitas, confidens columba, non obaudivit vocem nec percepit diſciplinam: in Domino non confiſa eſt, & ad Deum ſuum non acceſſit.* Et id quare, oſtendit: [d] *Principes ejus ſicut leo rugientes: judices ſicut lupi Arabiæ non relinquebant in mane: prophetæ ejus ſpiritum portantes viri contemtoris: ſacerdotes ejus profanabant ſancta, & impie agebant in lege. Dominus autem juſtus in medio ejus, & non faciet injuſtum: mane, mane dabit juſtitiam ſuam.* Sed & beatum Zachariam monentem vos in verbo Dei audite: [e] *Hæc enim dicit Dominus omnipotens: Judicium juſtum judicate, & miſericordiam & miſerationem facite, unuſquiſque ad fratrem ſuum: & viduam & orphanum & advenam & pauperem per* A *potentiam nolite nocere: & malitiam unuſquiſque fratris ſui non reminiſcatur in corde ſuo. Et contumaces fuerunt ne obſervarent, & dederunt dorſum ſtultitiæ, & aures ſuas degravaverunt ut non audirent: & cor ſuum ſtatuerunt inſuadibile, ne audirent legem meam, & verba quæ miſit Dominus omnipotens in ſpiritu ſuo in manibus prophetarum priorum: & facta eſt ira magna a Domino omnipotente.* Et iterum: [f] *Quoniam qui loquebantur, locuti ſunt moleſtias, & divini viſa falſa & ſomnia falſa loquebantur, & vane conſolabantur: propter hoc aridi facti ſunt ſicut oves, & afflicti ſunt quoniam non erat ſanitas. Super paſtores exacervata eſt iracundia mea, & ſuper agnos viſitabo.* Et poſt B pauca: [g] *Vox lamentantium paſtorum, quia miſera facta eſt magnitudo eorum. Vox rugientium leonum, quoniam miſer factus eſt decurſus Jordanis. Hæc dicit Dominus omnipotens: Qui poſſidebant, interficiebant, & non pœnituit eos; & qui vendebant eas, dicebant: Benedictus Dominus, quia ditati ſumus: & paſtores earum nihil paſſi ſunt in eis. Propter quod non parcam jam ſuper inhabitantes terram, dicit Dominus.* Quid præterea ſanctus Malachias Propheta vobis denuntiaverit, audite [h]: *Vos*, inquiens, *ſacerdotes qui ſpernitis nomen meum, & dixiſtis: In quo ſpernimus nomen tuum? Offerendo ad altare meum panes pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus eos? In eo quod dixiſtis: Menſa Domini* C *pro nihilo eſt. Et quæ ſuperpoſita ſunt ſpreviſtis: quoniam ſi adducatis cæcum ad victimam, nonne malum? Si admoveatis claudum aut languidum, nonne malum? Offer itaque illud præpoſito tuo, ſi ſuſcipiet illud, ſi accipiet perſonam tuam, dicit Dominus omnipotens. Et nunc exorate faciem Dei veſtri, & deprecamini eum: in manibus veſtris facta ſunt hæc, ſi accipiam ex vobis perſonas veſtras.* Et iterum: [i] *Et intuliſtis de rapina claudum & languidum, & intuliſtis munus. Numquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus? Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego ſum, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horri-* D *bile in gentibus.* [k] *Et nunc ad vos mandatum hoc, o ſacerdotes. Si nolueritis audire & ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego projiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.*

XIV. Sed interea ut avidius organa nequitiæ præparetis ad bona, quid de ſancto ſacerdote dicat, (ſi quantulumcumque adhuc interni auditus in vobis remanet) auſcultate: [l] *Pactum meum*, inquiens, *fuit cum eo* (de Levi namque vel Moyſe ſecundum hiſtoriam loquebatur) *vitæ & pacis: dedi ei timo-* E *rem, & timuit me: a facie nominis mei pavebat. Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus: in pace & in æquitate ambulavit mecum: & multos avertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia angelus Domini exercituum eſt.* Nunc item mutavit ſenſum, & malos increpare non deſinit: [m] *Vos*, inquiens, *receſſiſtis de via, & deſcandalizaſtis plurimos in lege: & irritum feciſtis pactum cum Levi, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemtibiles & humiles in omnibus populis, ſicut non*

a Mich. III. 1-12. b Mich. VII. 1-3. c Sophon. III. 1. 2. d Ibid. ℣℣. 3-5. e Zach. VII. 9-12. f Zach. X. 2. 3. g Zach. XI. 3-6. h Malach. I. 6-9. i Ibid. ℣℣. 13. 14. k Malach. II. 1-3. l Ibid. ℣℣. 5-7. m Ibid. ℣℣. 8-10.


servastis vias meas, & accepistis faciem in lege. Numquid non pater unus omnium nostrum? numquid non Deus unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisque fratrem suum? Et iterum: [a] *Ecce veniet Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem adventus ejus? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim egredietur quasi ignis ardens, & quasi poa lavantium: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum.* Et post pauca: [b] *Invaluerunt super me verba vestra, dicit Dominus: Et dixistis: Vanus est qui servit Deo: & quod emolumentum, quia custodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus coram Domino exercituum tristes? Ergo nunc beatos dicemus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes iniquitatem: tentaverunt Deum, & salvi facti sunt.*

XV. Quid vero Ezechiel Propheta dixerit, attendite: [c] *Væ*, inquiens, *super væ veniet, & nuntius super nuntium erit: & quæretur visio a propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium de senioribus.* Et iterum: [d] *Hæc dicit Dominus: Eo quod sermones vestri sunt mendaces, & divinationes vestræ vanæ; propter hoc ecce ego ad vos, dicit Dominus: Extendam manum meam super prophetas qui vident mendacia, & eos qui loquuntur vana: in disciplina populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, & in terram Israel non* C *intrabunt: & scietis, quia ego Dominus. Propterea populum meum seduxerunt, dicentes: Pax Domini; & non est pax Domini. Hic struit parietem; & ipsi ungunt eum, & cadet.* Et post aliquanta: [e] *Væ his qui concinnant cervicalia subtus omnem cubitum manus, & faciunt velamina super omne caput universæ ætatis ad subvertendas animas. Animæque subversæ sunt populi mei, & animas possidebant, & contaminabant me ad populum meum propter manum plenam hordei & propter fragmentum panis, ad occidendas animas quas non oportebat mori, & ad liberandas animas quas non oportebat vivere, dum loquimini populo exaudienti vana eloquia.* Et infra: [f] *Fili hominis dic: Tu es terra quæ non* D *compluitur, neque pluvia facta est super te in die iræ; in qua principes in medio ejus sicut leones rugientes, rapientes rapinas, animas devorantes in potentia, & pretia accipientes: & viduæ tuæ multiplicatæ sunt in medio tui, & sacerdotes ejus despexerunt legem meam, & polluerunt sancta mea. Inter sanctum & pollutum non distinguebant, & inter medium immundi & mundi non dividebant: & a sabbatis meis obvelabant oculos suos, & polluebant in medio eorum.* Et iterum: [g] *Et quærebam ex eis virum recte conversantem, & stantem ante faciem omnino in tempore iræ, ne in fine delerem eam: & non inveni. Et effudi in eam animum meum in igne iræ meæ ad consumendum eos: vias* E *eorum in caput eorum dedi, dicit Dominus.* Et post aliquanta: [h] *Et factus est sermo Domini ad me dicens: Fili hominis loquere filiis populi mei, & dices ad eos: Terra in quam ego gladium superinducam, & acceperit populus terræ hominem unum ex ipsis, & dederit eum sibi in speculatorem; & viderit gladium venientem super terram, & tuba cecinerit, & significaveris populo: & audierit qui audit, vocem tubæ, & non observaverit; & venerit gladius, & comprehenderit eum: sanguis ejus super caput ejus erit; quia quum vocem tubæ au-* A *dierit, non observavit: sanguis ejus in ipso erit: & hic quia custodivit animam suam, liberavit. Et speculator si viderit gladium venientem, & non significavit tuba; & populus non observaverit: & veniens gladius acceperit ex eis animam; & ipsa propter iniquitatem suam capta est, sanguinem de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem te dedi domui Israel, & audies ex ore meo verbum, quum dicam peccatori: Morte morieris; & non loqueris ut avertat se a via sua impius: & ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram. Tu vero si prædixeris impio viam ejus, ut avertat se ab ea, & non se averterit a via sua: hic sua impietate* B *morietur, & tu animam tuam eripuisti.*

XVI. Sed sufficiant hæc pauca de pluribus Prophetarum testimoniis, queis retunditur superbia vel ignavia sacerdotum contumacium, ne putent nos propria potius adinventione quam legis sanctorum vel auctoritate eis talia denuntiare. Videamus igitur quid evangelica tuba mundo personans inordinatis sacerdotibus eloquatur: non enim de illis, ut jam diximus, qui apostolicam sedem legitime obtinent, quique bene norunt largiri spiritualia conservis suis in tempore cibaria, (si qui tamen multi in præsentiarum sunt) sed de pastoribus imperitis, qui derelinquunt oves & pascunt vana, C & non habent verba pastoris periti, nobis sermo est. Evidens ergo indicium est, non esse eum legitimum pastorem, sed mediocrem quidem Christianum, qui hæc non tam nostra, (qui valde exigui sumus) quam veteris novique Testamenti decreta recusarit vel infitiatus fuerit, sicut bene quidam nostrorum ait: „ Optabiliter cupimus ut hostes Ecclesiæ sint nostri quoque absque ullo fœdere hostes; & amici ac defensores nostri non solum fœderati, sed etiam patres ac domini habeantur. „ Conveniant namque singuli vero examine conscientiam suam; & ita deprehendent an secundum rectam rationem sacerdotali cathedræ insideant. Videamus, inquam, quid Salvator mundi factorque D dicat: [i] *Vos estis*, inquit, *sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.* Hoc unum testimonium ad confutandos impudentes quosque abunde sufficere posset. Sed uti evidentioribus adhuc adstipulationibus, quantis semet ipsos intolerabilibus scelerum fascibus falsi hi sacerdotes opprimant, verbis Christi comprobetur, aliqua adnectenda sunt. Sequitur enim: [k] *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque ascendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Quis ergo sacerdotum hujus temporis ita ignorantiæ cæcitate possessus, ut E lux clarissimæ lucernæ, in aliqua domo cunctis nocte residentibus scientiæ simul & bonorum operum lampade lucet? Quis ita universis Ecclesiæ filiis tutum, publicum conspicuumque refugium, ut sit civibus firmissima forte editi montis civitas vertice constituta, habetur? Sed & quod sequitur: [l] *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in cælis est*: quis eorum uno saltem die potest implere? Quin potius densissima quædam eorum nebula, atraque peccaminum omni Insulæ ita incumbit nox, ut omnes pæne a via recta avertat, ac

a Malach. III. 1-3. *b* Ibid. ℣℣. 13-16. *c* Ezech. VII. 26. *d* Ezech. XIII. 8-10. *e* Ibid. ℣℣. 18, 19. *f* Ezech. XXII. 24-26. *g* Ibid. ℣℣. 30. 31. *h* Ezech. XXXIII. 2-9. i Matth. V. 13. *k* Ibid. ℣. 14. *l* Ibid. ℣. 16.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.



per invios impeditosque scelerum calles errare faciat, quorum non modo Pater cælestis non laudatur per opera, sed etiam intolerabiliter blasphematur. Velim quidem hæc scripturæ sacræ testimonia huic epistolæ inserta vel inserenda, sicut nostra mediocritas posset, omnia utcumque historico vel morali sensu interpretari. Sed ne in immensum modum opusculum hoc his, qui non tam nostra quam Dei despiciunt, fastidiunt, avertunt, proteletur, simpliciter & absque ulla verborum circuitione congesta vel congerenda sunt. Et post pauca: [a] *Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum.* Et iterum: [b] *Nolite judicare, ut non judicemini: in quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis.* Quis rogo vestrum respiciet id quod sequitur? [c] *Quid autem vides*, inquit, *festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non consideras? Aut quomodo dicis fratri tuo, Sine ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo est?* Vel quod sequitur: [d] *Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpant vos:* quod sæpissime vobis evenit. Et populum monens ne a dolosis doctoribus, ut estis vos, seduceretur, dixit: [e] *Attendite vobis a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestitu ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, & mala malos.* Et infra: [f] *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.*

XVII. Quid sane vobis fiet qui, ut Propheta dixit [g], labiis tantum & non corde Deo creditis? Qualiter autem impletis quod sequitur: [h] *Ecce*, inquit, *ego mitto vos sicut oves in medio luporum*, qui versa vice ut lupi in gregem ovium proceditis? vel quod ait: [i] *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ?* Prudentes quidem estis ut aliquem ore exitiabili mordeatis, non ut caput vestrum quod est Christus, objectu quodammodo corporis defendatis, quem totis operum malorum conatibus conculcatis. Nec enim simplicitatem columbarum habetis, quin potius corvino assimilati nigrori, ac semel de area, id est Ecclesia, evolitantes, inventis carnalium voluptatum fœtoribus, nusquam ad eam puro corde revolastis. Sed videamus & cetera. [k] *Nolite*, ait, *timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.* Quidnam horum feceritis, recogitate. Quem vero vestrum sequens testimonium non in profundo cordis arcano vulneret, quod de pravis antistitibus Salvator ad Apostolos loquitur? [l] *Sinite illos: cæci sunt duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstat, ambo in foveam cadent.* Egent sane populi quibus præestis, vel potius quos decepistis, audire. Attendite verba Domini ad Apostolos & ad turbas loquentis, quæ & vos, ut audio, in medium crebro proferre non pudet. [m] *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite: secundum vero opera eorum nolite facere: dicunt enim, & ipsi non faciunt.* Periculosa certe ac supervacua sacerdotibus doctrina est, quæ pravis operibus obfuscatur. [n] *Væ vobis hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines: vos autem non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.* Non solum enim præ tantis malorum criminibus quæ geritis, in futuro, sed etiam pro his qui vestro quotidie exemplo pereunt, pœnali pœna plectemini: quorum sanguis in die judicii de vestris manibus requiretur. Sed quid mali quod servi parabola prætenderit inspicite, dicentis [o] *in corde suo: Moram facit dominus meus venire.* Qui pro hoc forsitan *inceperat percutere conservos suos, manducans & bibens cum ebriis. Veniet ergo*, inquit, *dominus servi illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat: & dividet eum*, (a sanctis scilicet sacerdotibus) *partemque ejus ponet cum hypocritis:* (cum eis certe, qui sub sacerdotali tegmine multum obumbrant nequitiæ) *illic*, inquiens, *erit fletus & stridor dentium*; quibus in hac vita non crebro evenit ob quotidianas Ecclesiæ matris ruinas filiorum, vel desideria regni cælorum.

XVIII. Sed videamus quid Christi verus discipulus, magister gentium, Paullus, qui omni ecclesiastico doctori imitandus est, ([p] *sicut & ego Christi*) in tali negotio præloquatur in prima Epistola dicens: [q] *Quia quum cognovissent Deum, non sicut Deum magnificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis; & obcæcatum est insipiens cor eorum: dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Licet hoc gentibus dici videatur, intuemini tamen quia competenter istius ævi sacerdotibus cum populis coaptabitur. Et post pauca: [r] *Qui commutaverunt*, inquit, *veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in sæcula. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* Et iterum: [s] *Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitia, impudicitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio*, (scilicet animarum populi) *contentione, dolo, malignitate: susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus inobedientes, insensatos, incompositos, sine misericordia, sine affectione. Qui quum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte.* Quisnam supra dictorum his omnibus in veritate caruit? si enim esset, forte caperetur subiecto sensu, in quo ait: [t] *Non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus:* nullo scilicet hoc malo eorum exstante immuni. Et infra: [u] *Tu autem secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.* Et iterum: [x] *Non est enim acceptio personarum apud Deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Quid ergo severitatis ingruit his qui non solum implenda non faciunt, & prohibita non declinant, sed etiam ipsam verborum Dei lectionem vel tenuiter auribus ingestam pro sævissimo angue refugiunt?

a Matth. V. 19. *b* Matth. VII. 1. 2. *c* Ibid. ℣℣. 3. 4. *d* Ibid. ℣. 6. *e* Ibid. ℣℣. 15-17. *f* Ibid. ℣. 21. *g* Isa. XXIX. 13. *h* Matth. X. 16. *i* Ibid. *k* Ibid. ℣. 28. *l* Matth. XV. 14. *m* Matth. XXIII. 2. 3. *n* Ibid. ℣. 13. *o* Matth. XXIV. 48-51. *p* I. Cor. XI. 1. *q* Rom. I. 21. 22. *r* Ibid. ℣℣. 25. 26. *s* Ibid. ℣℣. 28-32. *t* Ibid. ℣. 32. *u* Rom. II. 5. 6. *x* Ibid. ℣℣. 11-13.


XIX. Sed transeamus ad sequentia. [a] *Quid ergo*, inquit, *dicemus? Permanemus in peccato, ut gratia abundet? absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo iterum vivemus in illo?* Et post aliquanta: [b] *Quis nos*, ait, *separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius?* Quem vestrum, quæso, talis intimo corde occupabit affectus, qui non modo pro pietate non laboratis, sed etiam ut inique agatis & Christum offendatis, multa patimini? Vel quod sequitur: [c] *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die, honeste ambulemus: non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Et iterum ad Corinthios in prima Epistola: [d] *Ut sapiens*, inquit, *architectus fundamentum posui: alter superædificat. Unusquisque autem videat, quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod est Jesus Christus. Si quis autem superædificet super hoc aurum & argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: unumquodque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit illud, quia in igne revelabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit, omnia per ignem judicabuntur. Qui superædificaverit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.* [e] *Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus.* Et iterum: [f] *Si quis videtur apud vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum.* Et post aliquanta: [g] *Non bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate igitur vetus fermentum, ut sitis nova conspersio.* Quomodo expurgabitur vetus fermentum, id est peccatum, quod a diebus in dies cunctis conatibus cumulatur? Et iterum: [h] *Scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exire. Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si quis nominatur frater, & est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum hujusmodi nec cibum quidem sumere.* Sed latro nequaquam pro furto vel latrocinio furem alium damnat, quem potius optat, tuetur, amat, utpote sui sceleris consortem. Item in Epistola ad Corinthios secunda: [i] *Ideo*, inquit, *habentes hanc administrationem juxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficiamus: sed abjiciamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* In subsequentibus autem ita de malis doctoribus dicit: [k] *Nam ejusmodi pseudoapostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. Non est magnum igitur, si ministri ejus transfigurentur ut angeli justitiæ, quorum finis erit secundum opera eorum.*

XX. Attendite quoque quid ad Ephesios dicat. An nescitis vos pro hoc in aliquo reos teneri? [l] *Hoc*, inquiens, *dico & testificor in Domino, ut* A *jam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum; alienati a vita Dei, per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitatem cordis eorum; qui desperantes semet ipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ & avaritiæ.* Et quis vestrum sponte expleverit id quod sequitur? [m] *Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei: & nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed replemini Spiritu sancto.* Sed & quod ad Thessalonicenses dicit: [n] *Neque enim fuimus apud vos aliquando in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ: nec quærentes ab hominibus gloriari, neque a vobis, neque ab aliis; quum* B *possimus honori esse, sicut ceteri Apostoli Christi. Sed facti sumus sicut parvuli in medio vestrum, vel tamquam si nutrix foveat parvulos suos. Ita desiderantes vos, cupide volebamus vobis tradere non solum Evangelium, sed etiam animas nostras.* Si hunc vos Apostoli retinetis in omnibus affectum, ejus quoque cathedræ legitime insidere noscatis. Vel etiam quod sequitur: [o] *Scitis*, inquit, *quæ præcepta dederim vobis. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione, ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in honore & sanctificatione, non in passione desiderii, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur neque circumveniat in negotio fratrem suum,* C *quoniam vindex est Dominus de his omnibus. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum.* Quis etiam vestrum circumspecte cauteque custodivit id quod sequitur? [p] *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem & concupiscentiam malam: propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Videtis enim pro qneis peccatis ira Dei potissimum consurgat.

XXI. Audite itaque quid de vobis prophetico spiritu sanctus idem Apostolus vestrisque consimilibus prædixerit, ad Timotheum aperte scribens: D [q] *Hoc enim scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines semet ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita.* (Sicut & propheta dicit: [r] *Odivi ecclesiam malignorum, & cum impiis non sedebo.*) Et post aliquanta (quod nostro tempore videmus pullulare) ait: [s] *Semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum enim Jannes & Mambres restiterunt Moysi; ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa* E *fidem; sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Etenim evidenter ostendit, qualiter se exhibeant officio sacerdotes, ita ad Titum scribens: [t] *Te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum habens, irreprehensibile; ut is qui ex adverso est, vereatur, nullum malum habens dicere de nobis.* Et iterum ad Timotheum: [u] *Labora*, inquit, *sicut bonus miles Christi Jesu. Nemo militans Deo, im-*

a Rom. VI. 1. 2. *b* Rom. VIII. 35. *c* Rom. XIII. 12-14. *d* I. Cor. III. 10-13. *e* Ibid. ℣℣. 16. 17.
f Ibid. ℣℣. 18. 19. *g* I. Cor. V. 6. 7. *h* Ibid. ℣℣. 9-11. *i* II. Cor. IV. 1. 2. *k* II. Cor. XI. 13-15.
l Ephes. IV. 17-19. *m* Ephes. V. 17. 18. *n* I. Thess. II. 5-8. *o* I. Thess. IV. 2-8. *p* Coloss. III. 5. 6.
q II. Tim. III. 1-5. *r* Psalm. XXV. 5. *s* II. Tim. III. 7-9. *t* Tit. II. 7. 8. *u* II. Tim. II. 3-5.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 556.



plicat ſe negotiis ſæcularibus, ut placeat ei cui ſe probavit. Nam & qui contendit in agone, non coronabitur, niſi legitime certaverit. Hæc quidem bonorum adhortatio. Quod vero item comprehendit, malorum hominum (ut vos quibuſque intelligentibus apparetis) denuntiatio eſt. [a] *Si quis*, inquiens, *aliter docet, & non acquieſcit ſermonibus ſanis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed langueſcens erga quæſtiones & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui veritate privati ſunt, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem.* Sed quid ſparſim poſitis amplius utentes teſtimoniis, ſenſuum ac diverſorum undis in deſpecta ingenii noſtri cymbula fluctuabimur? Recurrere tandem aliquando uſque ad lectiones illas (quæ ad hoc non ſolum ut recitentur, ſed etiam adſtipulentur benedictioni qua initiantur ſacerdotum vel miniſtrorum manus, eoſque perpetuo doceant, uti ne a mandatis quæ fideliter continentur in eis, ſacerdotali dignitate degenerantes recedunt, ex omni pæne ſacrarum litterarum textu merito excerptæ ſunt) neceſſarium duximus, ut apertius cunctis pateat æterna ſupplicia manſura eos, & non eſſe ſacerdotes vel Dei miniſtros, qui earum doctrinas atque mandata opere ſecundum vires ſuas non adimpleverint.

XXII. Audiamus ergo quid princeps Apoſtolorum beatus Petrus de tali negotio ſignaverit: [b] *Benedictus*, inquiens, *Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui per magnam miſericordiam ſuam regeneravit nos in ſpem vitæ æternæ, per reſurrectionem a mortuis Domini noſtri Jeſu Chriſti, in hereditatem incorruptibilem, immarceſcibilem, incontaminatam, conſervatam in cælis in vos, qui in virtute Dei cuſtodimini.* Quare enim inſipienter a vobis violatur talis hereditas, quæ non ſicut terrena, decidua; ſed immarceſcibilis atque æterna eſt? Et poſt aliquanta: [c] *Propter quod ſuccincti eſtote lumbos mentis veſtræ, ſobrii, perfecte ſperantes in eam quæ offertur vobis, gratiam in revelatione Jeſu Chriſti.* Rimamini namque pectoris veſtri profunda, an ſobrii ſitis, & perfecte ſacerdotalem gratiam examinandam in Domini revelatione conſervetis. Et iterum dicit: [d] *Quaſi filii benedictionis non configurantes vos illis prioribus ignorantiæ veſtræ deſideriis: ſed ſecundum eum qui vos vocavit* [1] *ſanctos, & vos ſancti in omni converſatione eſtote. Propter quod ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia ego ſum ſanctus.* Quis rogo veſtrum ita ſanctitatem toto animi ardore ſectatus eſt, ut hoc quantum in ſe eſt, feſtinaret implere? Sed videamus quid in ejus ſecunda lectione contineatur. [e] *Cariſſimi*, inquit, *animas veſtras caſtificate ad obediendum fidei per ſpiritum in caritate, in fraternitate, ex corde vero invicem diligentes perſeveranter, quaſi renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili verbo Dei vivi & permanentis in æternum.* Hæc quidem ab Apoſtolo mandata, & in die veſtræ ordinationis lecta, ut ea indirupte cuſtodiretis; ſed nequaquam a vobis in judicio impleta, ſed nec multum cogitata vel intellecta ſunt. Et infra: [f] *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & invidiam, & detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite, ut eo creſcatis in ſalutem: quoniam dulcis* A *eſt Dominus.* Recogitate an hæc quoque ſurdis auribus a vobis audita crebrius, conculcentur. Et iterum: [g] *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit in illud tam admirabile lumen ſuum.* Non ſolum per vos virtutes Dei non annuntiantur vel meliorantur, ſed etiam praviſſimis veſtris apud incredulos quoſque deſpiciuntur exemplis.

XXIII. Audiſtis forte in eodem die quod in lectione Actus Apoſtolorum lectum eſt, Petro in medio diſcipulorum ſurgente, qui dixit: [h] *Viri fratres, oportet ſcripturam impleri quam prædixit Spi-* B *ritus ſanctus per os David de Juda.* Et paullo poſt: [i] *Hic itaque acquiſivit agrum de mercede iniquitatis.* Hoc ſecuro vel potius hebeti corde, quaſi non de vobis lectum fuiſſet, audiſtis. Quis, quæſo, veſtrum non quærit agrum de mercede iniquitatis? Judas namque loculos compilabat: vos Eccleſiæ donaria filiorumque animas ejus vaſtatis. Ille adiit Judæos ut Deum venderet: vos tyrannos & patrem veſtrum diabolum ut Chriſtum deſpiciatis. Ille triginta argenteis venalem habuit omnium Salvatorem: vos vel uno obolo. Quid plura? Fertur vobis in medium Matthiæ in confuſionem veſtram exemplum, ſanctorum quoque Apoſtolorum electione vel judicio Chriſti, non propria voluntate for- C titi: ad quod cæci effecti non videtis quam longe a meritis ejus diſtetis, dum in amorem & effectum Judæ traditoris ſponte corruiſtis. Apparet ergo eum qui vos ſacerdotes ſciens ex corde dicit, non eſſe verum Chriſtianum. Sane quod ſentio, proferam. Poſſet quidem lenior fieri increpatio; ſed quid prodeſt vulnus manu tantum palpare, unguentove ungere, quod tumore jam vel fœtore ſibi horreſcens cauterio & publico ignis medicamine eget; ſi tamen ullo modo ſanari poſſit, ægro nequaquam medelam quærente, & ab hoc medico longius recedente? O inimici Dei, & non ſacerdotes, veterani malorum & non pontifices, traditores & non ſanctorum Apoſtolorum ſucceſſores, & non Chriſti D miniſtri. Auſcultaſtis quidem ſecundæ lectionis Apoſtoli Paulli verborum ſonum (ſed in nullo modo monita virtutemque ſervaſtis, & ſimulacrorum modo quæ non vident neque audiunt, eodem die altari adſtitiſtis) tunc & quotidie vobis intonantis: [k] *Fratres*, inquit, *fidelis ſermo eſt, & omni acceptione dignus.* Ille dixit fidelem & dignum: vos ut infidelem & indignum ſpreviſtis. [l] *Si quis epiſcopatum cupit, bonum opus deſiderat.* Vos epiſcopatum magnopere avaritiæ gratia, non ſpiritualis profectus obtentu cupitis, & bonum opus illi condignum nequaquam habetis. [m] *Oportet ergo hujuſmodi irreprehenſibilem eſſe.* In hoc namque ſermone lacrymis magis quam verbis opus eſt; ac ſi di- E xiſſet Apoſtolus eum eſſe omnibus irreprehenſibiliorem debere. [n] *Unius uxoris virum.* Quid ita apud nos quoque contemnitur, quaſi non audiretur vel idem dicere & virum uxorum? [o] *Sobrium, prudentem.* Quis etiam ex vobis hoc aliquando ineſſe ſibi ſaltem optavit? [p] *Hoſpitalem.* Id ſi forte caſu evenerit, popularis auræ potius quam præcepti gratia factum, non prodeſt, Domino Salvatore ita dicente: [q] *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* [r] *Ornatum, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum.* O feralis immutatio! O horrenda præceptorum cæleſtium con-

[a] I. Tim. VI. 3-5. [b] I. Pet. I. 3-5. [c] Ibid. ℣. 13. [d] Ibid. ℣℣. 14-16. [e] Ibid. ℣℣. 22. 23. [f] I. Pet. II. 1-3. [g] Ibid. ℣. 9. [h] Act. I. 15. 16. [i] Ibid. ℣. 18. [k] I. Tim. III. 1. [l] Ibid. [m] Ibid. ℣. 2. [n] Ibid. [o] Ibid. [p] Ibid. [q] Matth. VI. 2. [r] I. Tim. III. 2. 3.

1. *Sanctos*] Vulg. *Sanctum*. Et paullo ante, *filii obedientiæ*. Sic & Græc.

culcatio! Nonne infatigabiliter ad hæc expugnanda, A vel potius obruenda actuum verborumque arma corripitis, pro queis conſervandis atque firmandis, ſi neceſſe fuiſſet, & pœna ultro ſubeunda, & vita ponenda erat? Sed videamus & ſequentia: [a] *Domum*, inquit, *ſuam bene regentem*, *filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*. Ergo imperfecta eſt patrum caſtitas, ſi eidem non & filiorum accumuletur. Sed quid erit, ubi nec pater nec filius mali genitoris exemplo pravatus conſpicitur caſtus? [b] *Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit*, *quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam adhibebit*? Hæc ſunt verba quæ indubitatis effectibus approbantur. [c] *Diaconos ſimiliter pudicos*, *non bilingues*, *non vino multum deditos*, *non turpe lucrum ſectantes*, *habentes myſterium fidei* B *in conſcientia pura*. *Hi autem probentur primum*, *& ſic miniſtrent*, *nullum crimen habentes*. His nimirum horreſcens diu immoravi: unum veridice poſſum dicere, quin hæc omnia in contrarios actus mutentur; ita ut clerici (quod non abſque dolore cordis fateor) impudici, bilingues, ebrii, turpis lucri cupidi, habentes fidem & (ut verius dicam) infidelitatem in conſcientia impura, non probati in bono, ſed in malo opere præſciti miniſtrantes, & innumera crimina habentes ſacro miniſterio adſciſcantur.

XXIV. Audiſtis etiam illo die (quo multo dignius multoque rectius erat, ut ad carcerem vel C cataſtam pœnalem quam ad ſacerdotium traheremini) Domino ſciſcitanti, quem ſe eſſe putarent diſcipuli, Petrum reſpondiſſe: [d] *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*; eique Dominum pro tali confeſſione dixiſſe: [e] *Beatus es Simon Bar-Jona*, *quia caro & ſanguis non revelavit tibi*, *ſed Pater meus qui in cælis eſt*. Ergo Petrus a Deo Patre doctus recte Chriſtum confitetur: Vos autem moniti a patre veſtro diabolo inique Salvatorem malis actibus denegatis. Vero ſacerdoti dicitur: [f] *Tu es Petrus*, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: Vos quidem aſſimilamini [g] *viro ſtulto*, *qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam*. Notandum vero eſt, quod inſipientibus in ædificanda domo arena- D rum pendulæ mobilitati Dominus non cooperetur, ſecundum illud: [h] *Fecerunt ſibi reges*, *ſed non per me*. Itidemque quod ſequitur eadem ſonat dicendo: [i] *Et portæ inferi non prævalebunt*: ejuſque peccata intelliguntur. De veſtra quid exitiabili ſtructum pronuntiatur? [k] *Venerunt flumina*, *& flaverunt venti*, *& impegerunt in domum illam*, *& cecidit*: *& fuit ruina ejus magna*. Petro ejuſque ſucceſſoribus dicit Dominus: [l] *Et tibi dabo claves regni cælorum*: Vobis vero: [m] *Non novi vos*: *diſcedite a me operarii iniquitatis*; ut ſeparati ſiniſtræ partis cum hœdis, eatis in ignem æternum. Itemque omni ſancto ſacerdoti promittitur: [n] *Et quæcumque ſolveris ſuper terram*, *erunt ſoluta & in cælis*: *& quæcumque ligaveris ſuper terram*, *erunt ligata & in cælis*. Sed quomodo vos aliquid ſolvetis ut ſit ſolutum & in cælis, a cælo ob ſcelera ademti, & immanium peccatorum funibus compediti, ut Salomon quoque ait: [o] *Criniculis peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur*? Quaque ratione aliquid in terra ligabitis quod * ſupra mundum etiam ligetur propter voſmet ipſos, qui ita ligati iniquitatibus in hoc mundo tenemini, ut in cælis nequaquam aſcendatis, ſed in infauſta tartari ergaſtula non converſi in hac vita ad Dominum decidatis? Nec ſibi quiſquam ſacerdotum de corporis mundi ſolum conſcientia ſupplaudat, quum eorum queis præeſt (ſi qui propter ejus imperitiam vel deſidiam ſeu adulationem perierint) in die judicii de ejuſdem manibus, veluti interfectoris, animæ exquirantur. Quia nec dulcior mors quæ infertur a bono quoque homine, quam malo. Alioquin non dixiſſet Apoſtolus, velut paternum legatum ſuis ſucceſſoribus derelinquens: [p] *Mundus ego ſum ab omnium ſanguine*. *Non enim ſubtergi quo minus annuntiarem vobis omne myſterium Dei*. ** Multo namque uſu ac frequentia peccatorum inebriati, & inceſſanter irruentibus vobis ſcelerum cumulatorum ac ſi undis quaſſati, unam veluti poſt naufragium (in qua ad vivorum terram evadatis) pœnitentiæ tabulam toto animi niſu exquirite, ut avertatur furor Domini a vobis miſericorditer dicentis: [q] *Nolo mortem peccatoris*, *ſed ut convertatur & vivat*. Ipſe omnipotens [r] *Deus totius conſolationis & miſericordiæ* pauciſſimos bonos paſtores conſervet ab omni malo, & municipes faciat, ſubacto communi hoſte, civitatis Hieruſalem cæleſtis, hoc eſt, ſanctorum omnium congregationis, Pater & Filius & Spiritus ſanctus: cui ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

a I. Tim. III. 4. *b* Ibid. ℣. 5. *c* Ibid. ℣℣. 8-10. *d* Matth. xvi. 16. *e* Ibid. ℣. 17. *f* Ibid. ℣. 18. *g* Matth. vii. 26. *h* Oſee viii. 4. *i* Matth. xvi. 18. *k* Matth. vii. 27. *l* Matth. xvi. 19. *m* Matth. vii. 23. Luc. xiii. 27. *n* Matth. xvi. 19. *o* Prov. V. 22. *p* Act. xx. 26. 27. *q* Ezech. xxxiii. 11. *r* II. Cor. I. 3.

* *Supra mundum* cet.] Ita recte, ut videtur, Bibl. PP. Pariſ. Neque enim placet lectio edit. Oxon. *ſupra modum etiam ligetur præter voſmet ipſos*.

** *Multo namque uſu*] Heic iterum ſequimur Bibl. PP. Pariſ. rejecta lectione Oxon. *Multumque nam uſu*.

F I N I S.

INDEX CAPITUM OPERUM
GILDÆ SAPIENTIS

De Excidio Britanniæ Liber Querulus inscripti.

PARS I.

HISTORIA GILDÆ.

PARS II.

EPISTOLA GILDÆ.

PARS III.

GILDÆ INCREPATIO IN CLERUM.

VICTORIS

EPISCOPI TUNUNENSIS

CHRONICON,


CONTINUANS

UBI

PROSPER DESINIT.

Nunc primum pluribus in locis reſtitutum, notiſque illuſtratum.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 565.



VICTORIS EPISCOPI TUNUNENSIS CHRONICON, CONTINUANS UBI PROSPER DESINIT.

A XVIII. Consulatu Theodosii junioris, Victor episcopus Tununensis ecclesiæ Africæ historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit.

A. 444. Igitur THEODOSIO XVIII. ET ALBINO COSS.

Antiochenæ ecclesiæ episcopatum post Joannem Diaconus suscepit.

A. 446. AETIO III. ET SYMMACHO COSS.

A. 447. CALLIPIO ET ARDABURE COSS.

Eutyches presbyter & archimandrita cujusdam monasterii Constantinopolitani apparuit, qui sui nominis hæresim condidit. Hic etenim Dominum nostrum Jesum Christum sic asserebat natum ex Maria semper virgine matre, ut nihil in eo confiteretur humanæ naturæ. Qui synodali invitatus colloquio Constantinopoli congregato, cui sanctus præfuit Flavianus ejusdem urbis episcopus, dum nollet Christum in duabus confiteri naturis post nativitatem ex Virgine, & nobis secundum carnem [1] substantialem esse, damnationem cum proprio errore suscepit: quam sanctus Romanus antistes apostolica auctoritate firmavit: Pro quo, imperatore Theodosio patrocinante, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, [2] Diacono Antiocheno, Juvenale Hierosolymitano, & Flavio Constantinopolitano, Præsulibus sedium,

A. 448. POSTHUMIANO ET ZENONE COSS.

Synodus generalis II. congregatur in Epheso, in qua Dioscorus Alexandrinus sibi principatum usurpans imperiali favore Eutychen post legitimam damnationem absolvit, & ejus obtrectatores duarum in Christo naturarum doctores, Flavianum Constantinopolitanum, Eusebium Dorylei, Theodoretum Cyri, Ibam Edessenum, antistites ceterosque alios impia auctoritate, contradicentibus etiam legatis sedis apostolicæ, condemnavit, totamque synodum sibi favere monachorum seditione, militarique violentia inclinavit.

A. 449. ASTURIO ET PROTOGENE COSS.

[a] Attila rex Hunnorum, postquam est Valentiniani Augusti ducis prœlio superatus, & in fugam conversus, vires recepit, & ad Italiam importabiliter pergit, cujus mala Romana respublica pacis fœdere sopiit. Qui Attila, Leonis papæ legatione suscepta, non solum a reip. vastatione quievit, sed & trans Danubium pace data recessit.

A. 450. VALENTINIANO VII. ET α ATTIENO COSS.

Theodosius imperator anno vitæ suæ LXII. Constantinopoli moritur. Chrysaphius præpositus imperatoris, amicitiis Eutychetis male usus, occiditur: & Marcianus totius reip. consensu Imper. factus,

ROMANORUM XLVII. regnat annis V. mensibus VI. qui in ipso regni sui exordio ecclesiarum paci prospiciens, Chalcedone fieri synodum imperiali auctoritate denuntiat.

Constantinopolitanæ ecclesiæ præsulatum post Flavianum Anatolius suscepit.

[b] CONSULATU MARCIANI Augusti VIII. Cal. Octobris, Leone Romano, Dioscoro Alexandrino, Maximo Antiocheno, Juvenale Hierosolymitano, & Anatolio Constantinopolitano præsulibus, synodus generalis Chalcedone colligitur episcoporum DCXXXII. ubi Ephesina II. nec dicenda synodus abdicatur. Eutyches cum Dioscoro patrono suo Alexandrino episcopo, atque Nestorio condemnatur: antistitesque catholici injuste damnati ab eodem Dioscoro in synodo præfata Ephesina II. solvuntur, fidesque sanctorum patrum qui in Nicæna, Constantinopolitana & Ephesina prima convenerunt, sanctis synodis, explanatur. His itaque diffinitis, & subscriptionibus totius synodi roboratis, Eusebio Dorylei, Theodoreto Cyri & Iba Edesseno propriis restitutis Ecclesiis, iis quos pro eis Dioscorus hæreticus substituerat, plusis, omnia quæ ad statum Ecclesiæ pertinent, disposita sunt, ratumque terminum susceperunt. A. 451.

OPILIONE ET VINCOMALO COSS. A. 453.

Dioscoro Gangra exsilio relegato, Proterius Alexandrinæ ecclesiæ suscepit præsulatum.

Eo Tempore Attila moritur: de cujus regno dum filii dimicant, Hunni vastantur, ac deinde minorantur.

AETIO ET STUDIO COSS. A. 454.

Aetius patricius, Valentiniani Augusti manu intra palatium primo percussus, circumstantium gladiis crudeli morte extinguitur. Boethiusque præfectus nihilominus occiditur.

VALENTINIANO VIII. ET ANTHEMIO COSS. A. 455.

Valentinianus imper. Romæ in Campo Martio, dolis Maximi patricii, & Heraclii præpositi perimitur: idemque Maximus ex consule & patricio ejus sumit imperium diebus LXVII. Heic itaque malum quod latebat, apparuit. Mox relictam Valentiniani Augustam viri exitum sui lugere non permittens in matrimonio sumit. Sed his malis pejora succedunt, dum adventum Genserici Vandalorum regis formidat, & cunctis volentibus Urbe recedere licentiam tribuit: prius quam fugam quam

α ATTIENO] AVIENO.

a *His diebus Gothi cum Hunnis dimicant in Campis Catalaunicis, in quo prælio Theodoredus rex occubuit, & Gothi victores exstiterunt, dimicante Thurismundo rege. Attila rex Hunnorum nusquam comparuit.* SCHOL.

b *Post Theodoredum Thurismundus, filius ejus, Gothorum regnum regit ann.* X. ID.

1. *Substantialem*] Hæc lectio magnæ incuriæ argumentum prabet antiquariorum ac editorum. Lege *consubstantialem* cum Cotelerio *Eccl. Gr. Monum.* tom. I, pag. 787. b.

2. *Diacono Ant.*] Quis hæc ferat? Lege *Domno Ant.* eodem Cotelerio auctore l. c. Sic item emenda paullo ante ad ann. 444, ac lege, *Domnus suscep.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 565.

cogitabat, assumeret, occisus membratimque con- A cisus in Tiberim fluvium projectus est.

AETIO ET STUDIO Coss. & Præfectis.

Tertia die, postquam Maximus occiditur, Gensericus Vandalorum rex Romanam urbem ingreditur, & per XIV. dies cunctis opibus nudat, secumque inde Valentiniani filias & uxorem ac captivorum multa millia tollit. Ut autem ab incendio, tormentis & gladio abstineret, papæ Leonis intercessio facit. Hujus quoque captivitatis LXXV. die α Anitius, vir totius simplicitatis, in Galliis imperium sumit.

A. 456. JOANNE ET VARANE COSS.

Ricimirus patricius Avitum superat, cujus innocentiæ parcens Placentiæ civitatis episcopum facit. B

A. 457. CONSTANTINO ET RUFO COSS.

Marcianus imperator orientis Constantinopoli moritur, & pro eo Leo imperator efficitur Romanorum XLVIII. Leo regnat annis XVI.

a Alexandria & Ægyptus errore Dioscori languens decreta Chalcedonensis synodi non recepit. Proterium antistitem Dioscori successorem, & synodi Chalcedonensis decretorum custodem populus Dioscoritanus, seditione facta Timotheo auctore cognomento β Herulo, interfecit γ VI. Kal. Aprilis, VI. feria, ultimæ jejuniorum Hebdomadæ, die qua noster Salvator & Dominus a Judæis est crucifixus. Tunc enim Pascha Domini, δ cum quarto est Kal. April. celebratum: Proterio itaque C interemto, Timotheus præfatus, cognomento Herulus, Chalcedonensis synodi obtrectator, ejus episcopatum ecclesiamque pervadit.

A. 458. LEONE AUG. COS.

b Majoranus Romæ imperium sumit. Timotheus Alexandrinæ ecclesiæ incubator, defensores synodi Chalcedonensis insequitur.

A. 459. PATRICIO ET RICIMERO COSS.

Juvenalis Hierosolymarum episcopus litteris Leonis Romani antistitis adversus errorem Eutychis Dioscorique armatur.

A. 460. MAGNO ET APOLLONIO COSS.

c Timotheus episcopus interfector Proterii episcopi, Leonis principis præcepto, vi a sede Ale- D xandrinæ raptus ecclesiæ Chersona exsilio relegatur: & post menses v. eidem Alexandrinæ ecclesiæ, alius pro eo Timotheus cognomento ε Salafratatus, synodi Chalcedonensis defensor, episcopus ordinatur.

A. 461. ζ GADALAIFO ET SEVERINO.

A. 462. ς LEONE AUG. II. * ET VIVIANO V. C. COSS.

* A. 463. Carthaginiensis ecclesiæ post Capreolum, Quodvult-Deus Eugenius episcopus ordinatur. d

A. 464. e OLYBRIO ES RUSTICO COSS.

Gensericus Vandalorum rex, post multarum provinciarum clades, & Christiani apud Africam populi spolia atque neces, moritur anno regni XL. Post quem Ugnericus filius ejus regnat annos VII. menses v. Huic Ugnerico pater Gensericus Valenti- E niani filiam quam ex Roma captivam abduxerat, in conjugium tradidit.

η HERMIA ET BASILISCO COSS. A. 465

Antiochenæ ecclesiæ episcopatum post Maximum cepit Alexander. Hierosolymitanæ vero ecclesiæ post Juvenalem præest Anastasius.

LEONE AUG. III. COSS. A. 466

Ugnericus Vandalorum rex, Arriano suscitatus furore, catholicos per Africam plus patre persequitur: Christianorum ecclesias tollit, & catholicos sacerdotes exsilio mittit.

θ BUSEO ET JOANNE COSS. A. 46

Signum in cælo ex nube velut contum apparuit per dies X. ι Antherius Romæ imperium sumsit.

f LEONE IV. ET ANTHEMIO II. COSS. A. 468

Leo Aug. supplicationibus Ægyptiorum permotus, ut synodus fieret quæ de gestis synodi Chalcedonensis judicium ferret, ad cognoscendam singulorum fidem, ecclesiarum præsulibus unicuique semotim scripsit: a singulis epistolas tamquam ex una collatione consonas suscepit, id fieri nullatenus posse: sed magis ac magis in sua perpetuitate synodi gesta Chalcedonensis manere. Exstant quæ ἐγκύκλια Græco eloquio vocitantur.

ZENONE ET MARTIANO COSS. A. 46

Romanæ Ecclesiæ episcopatum post Leonem Hilarus suscepit.

κ JOANNE g ET SEVERO COSS. A. 47

Leo Aug. Patritium Asparis filium Cæsarem facit.

LEONE AUG. V. ET PROBINO COSS. A. 47

Aspar & duo filii ejus, Patritius Cæsar & Ardaburius, Constantinopoli præcepto Leonis Aug. occiduntur.

LEONE VI. ET PROBINO COSS. A. 47

Leo Aug. Leonem nepotem suum, Zenonis & uxoris suæ filiæ filium, Cæsarem facit: & imperat ann. II. Romanæ ecclesiæ episcopus post Hilarum Simplicius ordinatur, & post Simplicium Felix.

Constantinopolitanæ ecclesiæ Gennadius Anatolio succedit in episcopatu, & Gennadio Acacius.

Antiochenæ ecclesiæ post Alexandrum Martyrius, & post Martyrium Julianus ordinatur episcopus. Hierosolymitanæ vero ecclesiæ Martyrius post Anastasium episcopus ordinatur. His Coss. Olybrius Romam venit, & imperium factione Ricimeri patricii, regnante Anthemio, sumit. Quo agnito Anthemius in fugam conversus occisus est, & post certos dies Herculanus Orestis filius arripiens imperium cum patre suo occiditur; & ejus regnum nepos assumit.

LEONE MINORE AUG. COS. A. 47

Leo major Aug. Constantinopoli moritur. Zenon a Leone Aug. filio in Septimo contra consuetudinem coronatur.

ROMANORUM XLIX. ZENON regnat annis XVII. A. 47 post consulatum Leonis junioris Aug. Zenon imp. quærens Leonem Aug. proprium filium suum occidere, & ejus imperium pervadere, alium pro eo ejus uxor Ariadne Augusta, similem puerum ad mortem obtulit, & Leonem eumdem Augustum occulte totondit, eumque clericum unius ecclesiæ

α *Anitius*] *Avitus*.
β *Herulo*] Al. *Ærulo*. Et mox *Ælurus*.
γ *VI. Kal.*] Leg. *VI. anno* CCCCLVII.
δ *Cum quarto*] IV.
ε *Salafratatus*] *Salafaciarim*.
ζ GADALAIFO] DAGALAIFO.

ς LEONE, cet.] LEONE Aug. II. & SEVERO Aug. Coss. BASILIO & VIVIANO Coss.
η HERMIA] HERMINERICHO.
θ BUSEO] Al. PUSÆO.
ι ANTHERIUS] ANTHEMIUS.
κ JOANNE] JORDANE.

a *His temporibus Theodoricus, frater Thurismundi, Gothos regit, ann.* IX. SCHOL.

b *His diebus Gothi contra Suevos dimicant in campo Paramo, juxta flumen Orbicum, in quo Gothi exstitere victores*. ID.

c *His diebus Majoranus imp. Cæsar Augustam venit*. ID.

d Adde ex Canisii editione: *Majoranus Romæ occiditur & Severus imper. Non Jul. sumit*. BASN.

e *His Coss. Majoranus imper. a Ricimero interfectus est*. SCHOL.

f *His diebus Theodoricus rex Gothorum a suis gladio interfectus est: & Euricus frater ejus rex efficitur. Regnat annos* XVI. ID.

g *His Coss. Arelatum & Massilia a Gothis occupata sunt*. ID.

Constantinopolitanæ fecit. Qui Leo usque ad Justiniani tempora principis vixit.

Eodem consulatu, Basiliscus cum filio Marco imperium quam tyrannice Constantinopoli sumit.

Zenon Aug. in Isauriam unde exortus fuerat, fugit: & eum Ariadne Augusta sub hiemis discrimine navali itinere subsecuta.

His Coss. Basiliscus tyrannus lege data Chalcedonensem synodum damnari, & Ephesinam II. præcepit absolvi & suscipi.

Timotheus episcopus cognomento α Hellurus, Proterii successor pariter & peremtor, ab exsilio Chersona rediit: & fugato alio episcopo Timotheo β Salafatiatio cognomento, defensore synodi Chalcedonensis, Alexandrinam ecclesiam etiam pervadit.

476. BASILISCO TYRANNO ET γ ARMATO COSS.

Zenon Aug. vicesimo mense, donato sibi exercitu, Constantinopolim ab Isauria redit: imperium resumit, & Basiliscum cum filiis & uxore exsilio in Sasemis Cappadociæ mittit: finemque vitæ ibi misere facit.

477. Inter hæc quæ gesta sunt, quia nullus Cos. accessit, & Basiliscus tyrannus a consulatu recessit, Armatus præsenti anno consul remansit.

478. Post consulatum Armati v. c. Timotheus Hellurus, Chalcedonensis synodi obtrectator, & Proterii episcopi interfector, moritur: & Alexandrinæ ecclesiæ præsulatum alius Timotheus Salafatiatius, Chalcedonensis synodi defensor, resumit. Hierosolymitanæ itaque ecclesiæ Sallustius Martyrio succedit episcopus: Antiochenæ vero Petrus cognomento Fullo, post Julianum qui Martyrio successerat, ordinatur episcopus.

479. ZENONE AUG. COS.

Hunericus Vandalorum rex persecutionem per totam Africam nimis insistens, Tubunnis, Macri Nippis, aliisque Eremi partibus catholicos jam non solum sacerdotes & cuncti ordinis clericos, sed & monachos atque laicos quatuor circiter millia exsiliis durioribus relegat, & confessores ac martyres facit, confessoribusque linguas abscidit. Quos confessores quod linguis abscissis perfecte finem adusque locuti sunt, urbs regia adtestatur, ubi eorum corpora jacent. Tunc Lætus Neptensis ecclesiæ episcopus martyrio coronatur VIII. Kal. Octob. & Eugenius episcopus Carthaginiensis ecclesiæ, post dira Eremi exsilia, plurimis afflictionibus pœnisque clarus habetur. Hic itaque Hunericus inter innumerabiles suarum impietatum strages quas in catholicos exercebat, octavo regni sui anno, interioribus cunctis effusis, ut Arrius pater ejus, misere vitam finivit: cui succedit Guntamundus: regnavit annis XII. qui nostros protinus de exsilio revocavit.

480. Post consulatum Zenonis III. Timotheus cognomento Salafatiatius, synodi Chalcedonensis defensor, moritur: & pro eo Alexandrinæ ecclesiæ Joannes Tabennesiota presbyter & œconomus, synodi Chalcedonensis defensor, episcopus ordinatur. Quem Zenonis præcepto principis, Petrus qui superstite Timotheo Salafatiatio episcopo ab hæreticis fuerat ordinatus, ejiciens Alexandrinam ecclesiam pervadit. Qui confestim favore Zenonis principis synodum Chalcedonensem de pulpito coram populis damnat: nomina Proterii & Salafatiatii de ecclesiasticis diptychis tollit, & Dioscori & Helluri qui Proterium interfecit, scribit: corpusque præfati Timothei Salafatiatii de ecclesia ejiciens in loco deserto foris civitatem projecit.

TRICUNDIO V. C. COS.

Zenon imperator Eutychiani poculo erroris sopitus Acacium Constantinopolitanum episcopum damnatoribus synodi Chalcedonensis Petro Alexandrino & Petro Antiocheno episcopis, per Henoticum a se prolatum socians, eorum communione polluitur, & cum eis a catholica fide recedit. A. 482.

Post consulatum Tricundii v. c. Leontius tyrannus Hylli patricii factione imperium in Isauria cum tyrannide sumit. A. 483.

THEODORITO V. C. COS. A. 484.

Felix Romanæ ecclesiæ præsul monachis & clericis per orientem, Ægyptum, & Bithyniam commorantibus scribit, ut Petrum Alexandrinum episcopum, Chalcedonensis synodi obtrectatorem, & ejus communicatores tamquam hæreticos vitent.

a Post consulatum Theodoreti v. c. orientales episcopi, præter paucos, per Henoticum Zenonis communione atque consensu polluti, Petri Alexandrini, Petri Antiocheni & Acacii Constantinopolitani episcoporum synodo Chalcedonensi renuntiant. A. 485.

LONGINO V. C. COS. A. 486.

Acacius Constantinopolitanus episcopus litteris Felicis Romanæ ecclesiæ præsulis admonitus, ut a damnatorum synodi Chalcedonensis communione atque societate abstineat, legatos ejus custodiæ mancipat.

Post consulatum Longini v. c. Acacius Constantinopolitanus, Petrus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, episcopi Chalcedonensis synodi inimici, a Felice R. E. præsule & synodo in Italia facta damnantur: & ipsa damnatio Acacio Constantinopolim legatis missis per monachos monasteriorum Achimitentium Basani atque Dii ingeritur. A. 487.

Post consulatum II. Longini v. c. corpus sancti Barnabæ Apostoli in Cypro, & Evangelium secundum Matthæum ejus manu scriptum, ipso eodem revelante, inventum est. Leontius tyrannus & Patricius proditione castelli capti, morte turpissima pereunt. Petrus Antiochenus sub damnatione moritur: & in ejus loco Calendionem ordinat. Orientales autem episcopi, tamquam nescientes, Joannem cognomento Codonatum, eidem Ecclesiæ consecrant episcopum: cui Petrus successit hæreticus. A. 488.

EUSEBIO V. C. COS. A. 489.

Acacius Constantinopolitanus episcopus sub damnatione moritur: & pro eo Flavianus episcopus ordinatur: cui tertio promotionis suæ mense mortuo Euphemius, synodi Chalcedonensis decretorum custos, in episcopatu succedit.

Post consulatum III. Longini v. c. Petrus Alexandrinæ incubator ecclesiæ sub damnatione moritur: cujus episcopatum simul & errorem suscepit Anastasius. Calendio Antiochenus episcopus reliquias prædecessoris sui Eustochii episcopi & confessoris ex δ Philippis populi Macedoniæ colligit, & Antiochiam summo cum honore perducit. Hoc tempore Annianus super Euphratem fluvium oratione podagros curat. Auxentius dæmones fugat. Daniel & Anastasius, Vindemiolus, Manasse, Severus & ceteri alii per diversa Eremi loca virtutibus variis ac præscientia claruerunt. A. 490.

α Hellurus] Ælurus.
β Salafatiatio] Al. Salafatiario.
γ ARMATO] Al. HARMATIO.
δ Philippis populi] Philippopuli.

a His diebus Euricus rex moritur, & Alaricus filius ejus pro eo rex efficitur. Regnat annis XXIII. SCHOL.

OLYBRIO V. C. Cos.

Zenon imperator Conſtantinopoli moritur anno vitæ ſuæ XLII. Ariadne Auguſta Zenonis relicta Anaſtaſium Silentiarum Illyricianum, patre Dyrracheno, matre Arriana, imperatorem deſignat. Anaſtaſii autem fide, immo perfidia, procul jam * patre
A. 491. nota, coactus eſt Euphemio Conſtantinopolitano epiſcopo inſiſtente, ſcripto promittere, nihil ſiniſtrum contra apoſtolicam fidem & ſynodum Chalcedonenſem agere. Chirographum Euphemius epiſcopus ſuſcipit, & in archivo eccleſiæ reponit.

ROMANORUM L. regnat Anaſtaſius annis XXVII. qui imperium ſumens, violenter chirographum ſuum ab Euphemio epiſcopo recolligit, & adverſus ſynodi Chalcedonenſis defenſores epiſcopos atrociter ſævit: inter quos, mortuo Petro Antiocheno epiſcopo, qui Calendione ſynodi Chalcedonenſis defenſore ſuperſtite fuerat ab hæreticis Zenonis temporibus principis ordinatus, ſententiam mutat in pejus, ut Calendio quidem de malis ad pejora ducatur, & pro eo Palladius ordinetur.

A. 492. ANASTASIO ET RUFO COSS.

Romanæ eccleſiæ Felici ſuccedit Gelaſius, & Gelaſio Anaſtaſius. Alexandrinæ vero Athanaſius præerat hæreticus. Antiochenæ etiam eccleſiæ Palladius Calendione ſuperſtite factus, & Hieroſolymorum Salluſtius. Euphemius Conſtantinopoleos epiſcopus Anaſtaſii imperatoris calliditate prævisa ſynodum congregat: ſynodi Chalcedonenſis decreta confirmat.

A. 494. [a] ASTERIO ET PRÆSIDIO COSS.

Joannes epiſcopus Alexandrinus a Romana eccleſia veniens Anaſtaſio imperatori ſupplicat, ut eum throno ſuo pro antiqua amicitia reddat. Sed hoc pro defenſione Chalcedonenſis ſynodi dum non impetrat, Romam furtim unde venerat, remeavit.

A. 495. [1] VICTORE V. C. COS.

Bellum Iſauricum cum exardeſcit, Athenodorus & Longinus tyranni occiduntur. Athanaſio Alexandrino mortuo, Joannes cognomento Hemula ſuccedit: quo occumbente, poſt paucos dies ei Joannes alius, cognomento Niceta ſuccedit epiſcopus.

A. 496. [b] PAULLO V. C. COS.

Anaſtaſius imperator hæreticorum ſynodum faciens Henoticum Zenonis confirmat, & Euphemium epiſcopum Conſtantinopolitanum Chalcedonenſis ſynodi defenſorem deponit; quem Euchaida in exſilium mittens, pro eo Macedonium facit.

A. 497. [c] ANASTASIO AUG. COS.

Macedonius Conſtantinopolitanus epiſcopus ſynodo facta condemnat eos qui Chalcedonenſis decreta ſynodi ſuſcipiunt, & eos qui Neſtorii & Eutychis defendunt. Anaſtaſio Romano epiſcopo mortuo ſuccedit Symmachus, & ex alia parte Laurentius ordinatur, qui dum Nuceriæ civitatis α epiſcopus nollet eſſe contentus, ſynodo Romæ facta, a cœtu eſt ſacerdotali projectus. Palladius Antiochenus moritur: & pro eo Flavianus ordinatur epiſcopus. Alexandrinæ eccleſiæ Joannes cognomento Niceta adhuc præſidebat. Hieroſolymæ vero poſt Salluſtium Elias ſuſcepit præſulatum.

Guntamundo Vandalorum rege Carthagine mortuo, Thraſamundus regnat ann. XXVII. menſes IV. Et hic Arriana inſania plenus catholicos inſectatur. Catholicorum eccleſias claudit: & in Sardiniam exſilio ex omni Africana eccleſia CXX. epiſcopos mittit. Eo tempore Fulgentius Ruſpenſis civitatis epiſcopus in noſtro dogmate claruit.

JOANNE SCYTHA ET PAULLO COSS. A. 498.

Olympius quidam Arrianus in balneis quæ Helianæ vocantur, ad regiam urbem, ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem blaſphemans, tribus ignis β ſiclis, Angelo miniſtrante, inviſibiliter in piſcina frigidæ aquæ perfuſus, vitam impie ſimulque prodigioſe finivit.

GIBBO V. C. COS. A. 499.

Anaſtaſius imperator Flaviano Antiocheno & Philoxeno Hieropolitano præſulibus, Conſtantinopolim ſynodum congregat, & contra Diodorum Tarſenſem, Theodorum Mopſueſtenum cum ſcriptis, Theodoritum Cyri, Ibam Edeſſenum, [2] Andream, Eucherium, Quirum & Joannem epiſcopos, ceteroſque alios qui in Chriſto duas prædicabant naturas duaſque formas, & qui non [3] confitentur unum de Trinitate crucifixum, una cum Leone epiſcopo Romano & ejus Tomo, atque Chalcedonenſi ſynodo inferre anathema perſuaſit.

PATRICIO ET HYPATIO COSS. A. 500.

Barbas quidam Arriani erroris epiſcopus, dum præſumit contra Regulam ſupra baptizandum dicere: Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu ſancto: protinus aqua ex qua futurus erat baptizare hominem, nuſquam comparuit: vas vero ipſum in quo aqua erat, confractum eſt. Quod conſiderans qui baptizandus erat, protinus ad catholicum currit, & baptiſmum regulariter ſumit.

ABIENO ET POMPEJO COSS. A. 501.

Anaſtaſius imperator Macedonium Conſtantinopolitanum epiſcopum, cum quibuſdam clericis nolentem ſynodi Chalcedonenſis decreta damnare, ab eccleſia rapit & in exſilium mittit: atque pro eo Timotheum presbyterum epiſcopum facit; qui continuo damnatores ſynodi Chalcedonenſis in communionem ſuſcepit.

ABIENO JUNIORE COS. A. 502.

Ingens terræ motus cum coruſcationibus magnis atque grandine, & totius cæli ac terræ commotione factus.

[d] CETHEGO V. C. COS. A. 504.

Flavianus Antiochenus epiſcopus fera pœnitentia Anaſtaſium imperatorem deſerit, & in poſſeſſionem Platani vocabulo, relicto throno ſuo, ſecedit. Huic Anaſtaſius imperator Severum Chalcedonenſis ſynodi inimicum ſubrogat: eccleſiæ orientis ſcandala magna ſubminiſtrat.

THEODORO V. C. COS. A. 505.

Eugenius Carthaginienſis epiſcopus, confeſſor moritur. Julianus Boſtrenus & Joannes Paltenſis epiſcopi ab eccleſiis propriis ultro recedunt; & alii eis ſubrogantur.

[e] MESSALLA V. C. COS. A. 505.

Conſtantinopoli, jubente Anaſtaſio imperatore, ſancta Evangelia tamquam ab idiotis Evangeliſtis compoſita, reprehenduntur & emendantur.

α *Epiſcopus*] Leg. *epiſcopatu*.

β *Siclis*] *Spiculis*.

a *His Coss. Saci in Hiſpaniam ingreſſi*. SCHOL.
b *His* Coss. *Burdimelus in Hiſpania tyrannidem aſſumit*. ID.
c *His* Coss. *Gothi intra Hiſpanias ſedes acceperunt, & Burdemalus a ſuis traditus & Toloſam directus, in tauro æneo impoſitus igne crematus eſt*. ID.
d *His* Coss. *Cæſarauguſtæ Circus exſpectatus eſt*. ID.
e *His* Coss. *Dertoſa a Gothis ingreſſa eſt. Petyrannus interfectus eſt: & caput ejus Cæſarauguſtam deportatum eſt*. ID.

1. VICTORE] Al. VIATORE.
2. *Andream — Quirum*] *Andream* (utique Samoſatenſem) *Eucherium* (emenda *Eutherium*) *Quirum* (ſive *Cyrum*) Ita LEQUIENUS Differt. III. Damaſcenica pag. LII. Neque aliter antea legebat GARNERIUS in *Auctario Theodoreti* pag. 152.
3. *Confitentur*] Garnerius l. c. legit *confiterentur*: quod magis placet.

A. 508. [a] VENANTIO ET CELERE COSS.

Populos Alexandrinos & totius Ægypti simul pusillos & magnos, liberos ac servos, clericos atque monachos, præter peregrinos, immundi spiritus occupant: & humana locutione privati latrare cunctis diebus ac noctibus, ut canes, cœperunt; ita ut vinculis ferreis vincti ad ecclesias postea, ut sanitatem reciperent, traherentur. Comedebant enim suas manus, simulque & brachia pariter omnes. His evenientibus, Angelus in viri specie quibusdam ex populo apparuit, dicens hoc eis pro eo quod anathema synodo Chalcedonensi dederint, evenisse, comminatus deinceps nihil eos tale aliquid præsumere.

VENANTIO JUNIORE V. C. COS.

Cawades rex Persarum Zumdabor castellum plurimis thesauris ab initio suæ conditionis plenum & dæmonum leonibus mancipatum custodiaque munitum, ubi nullus numquam ingredi potuit, Christianorum orationibus capit: & ingressus universos ex eo thesauros tulit.

A. 509. IMPORTUNO JUNIORE V. C. COS.

Helias episcopus Hierosolymitanus, synodi Chalcedonensis defensor, nolens Severum Antiochenum apostolicæ fidei inimicum in communione præcipiente Anastasio imperatore suscipere, exsilio Paraxenensi castello truditur: & pro eo Joannes crucis custos episcopus ordinatur, qui confestim & Severum Antiochenum in communionem suscepit, & synodum Chalcedonensem damnavit.

A. 510. [b] BOETIO V. C. COS.

Vitalianus Patricioli filius fidei catholicæ subversionem, & synodi Chalcedonensis damnationem, remotionesque orthodoxorum episcoporum atque successiones hæreticorum cognoscens, virorum fortium validam manum congregat, & in Anastasii imperium rebellat.

A. 511. FELICE V. C. COS.

Vitalianus comes Patricium nepotem Anastasii principis, magistrum Romanæ militiæ, congressione facta, LXVII. viris ex militia Romana peremtis, vivum capit, & vinculis æreis vinctum in custodiam caveæ ferreæ tradit, & postea distrahit.

A. 512. PAULLO ET MUSCHIANO COSS.

Alamundarus Saracenorum rex a defensoribus synodi Chalcedonensis baptizatus, Theopaschitas episcopos a Severo Antiocheno episcopo ad se cum litteris missos, barbaram mirabiliter propositionem concludens atque superans, Deum immortalem ostendit.

A. 513. [1] PROBO V. C. COS.

Anastasii imperatoris præcepto Plato civitatis præfectus & Maximus pulpitum ecclesiæ sancti Theodori ascendentes, & hymno quem Græci Trisagion dicunt [2] τὸ σταυρωθεὶν δι' ἡμᾶς noviter apponentes, dum per forum Constantini id psallentes ad majorem ecclesiam pergunt, nubes ex improviso cinerem super eos pro pluvia emiserunt, totamque [c] civitatem atque provinciam contexerunt: pro qua novitate Constantinopolitanæ multa mala obvenerunt civitati, multique sunt male interemti. Prasinorum siquidem, simulque & Venetorum turbæ adversus Anastasium imper. unitæ, inter mille injurias atque mala incendium in urbem miserunt, combustaque est civitas ἀπὸ τῆς ΧΑΛΚΗC usque ad Constantini forum, supra longitudinem plateæ columnarum XCIV.

SENATORE V. C. COS. A. 514.

Vitalianus comes cum manu valida barbarorum Constantinopolim veniens in Sosthene sedit: qui non aliter postulatus pacem Anastasio imperatori promittit, nisi prius defensores synodi Chalcedonensis relegatos exsilio sedibus propriis reddat, & Romanæ ecclesiæ cunctas orientis ecclesias uniat.

FLORENTIO V. C. COS. A. 515.

Ugni Armeniam, Cappadociam & Galatiam, Pontumque atrociter vexavere. Eo tempore Euphemius Constantinopolitanus episcopus apud Ancyram Galatiæ, & Ariadne Augusta in regia urbe de hac vita transiere.

PETRO V. C. COS. A. 516.

Universi archimandritæ & monachi Eremi trans Palæstinam & Jordanem fluvium Anastasio imperatori scribunt pro statu Chalcedonensis synodi, & adversum impietates Severi Antiocheni episcopi.

AGAPITO V. C. COS. A. 517.

Joannes Alexandrinus episcopus moritur: & pro eo Dioscorus ordinatur. Timotheus Constantinopolitanus episcopus, obtrectator synodi Chalcedonensis, v. die mensis Aprilis occubuit, & [3] Joannes Cappadox in Cella propria atque presbytero episcopatum tradidit. Hunc Anastasius ante ordinationem suam, ut synodum Chalcedonensem prædamnaret, coegit.

AGAPITO II. ET MAGNO COSS. A. 518.

Anastasius imperator intra palatium suum tonitruorum terrore fugatus & coruscationis jaculo percussus, in cubiculo quo absconsus fuerat, moritur: & cum ignominia absque consuetis exsequiis ad tumulum ducitur anno vitæ suæ LXXXVIII.

ROMANORUM LI. JUSTINUS regnat an. VIII. mens. IX.

Illyricianus catholicus, synodi Chalcedonensis amator simulque defensor, cujus conjux Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocaverunt; cui nepos Justinianus vocabulo, fuit candidati militia functus. ****

JUSTINO AUG. ET HERACLIO COSS. A. 519.

Amantius præpositus seditiones in populo suscitans imperator alius postulatur: qui Justini præcepto principis una cum Andrea cubiculario occiditur, & in rheuma jactatur.

a *His diebus pugna Gothorum & Francorum Boglodoreta. Alaricus rex in prælio a Francis interfectus est. Regnum Tolosanum destructum est.* SCHOL.

b *His Coss. Gesalicus Hœricum Barcinone in palatio interfecit: quo anno idem Gesalicus ab Helbane Theodorici Italiæ regis duce ab Hispania fugatus Africam petit. Comes vero Veilici Barcinone occiditur.* ID.

c *Post Alaricum Theodoricus Italiæ rex Gothorum regit in Hispania, ann. XV. Amalarici parvuli tutelam gerens.* ID.

1. PROBO V. C. COSS.] Fl. Clementinum collegam habuit Anicius Probus. Ad quem locum P. Wesselingius in *Dissert. ad Victorem Tununensem* Diatribæ *de Judæorum Archontibus* subjecta, in codice manu M. Velseri descripta, sibique ab Hemsterhusio commodato, hæc habet pag. 152. Norunt omnes, inquit, qui vel persunctorie hoc Chronico usi sunt, margini ab Hispano librario appicta esse, quæ successionem regum Visigothorum illustrare possunt: ea vero nec Scaliger nec Canisius negligenda duxerunt, quamquam neuter omnia excerpsit. Ita ad Coss. *Probi V. C.* adscriptum est: *His Cons. Gelasicus de Africa rediens, ob metum Helbanis Aquitaniam petiit, ibique latuit annum unum.* Horum ratio haberi debuerat ob ea, quæ *Cons. Boetio* de Gesalici fuga in Africam fuerant a librario enotata, beneque conveniunt Isidori *Chronico Goth.* æra DXLV.

2. Τὸ σταυρ.] Idem Wesselingius l. c. pag 149. testatur in laudato codice legi, ὁ σταυρωθέντι ἡμᾶς. Unde, ut formula erat, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, oportuerat. Vide Photium *Biblioth.* pagg. 610. & 747.

3. *Joannes Cappadox in Cella propria*] Wesselingius ibid. rescribendum putat, *Joanni Cappadoci Syncello proprio*. Atque hanc suam restitutionem confirmat auctoritate Theophanis *Chronogr.* pag. 140. ubi sic. *Τιμόθεον ἀποθανόντος Ἰωάννην τὸν Καππαδόκην πρεσβύτερον καὶ Σύγκελλον προχειρίσαντι.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 565.

RUSTITIONE V. C. COS.

Joannes qui ante Justinum ad imperium erat electus, Heracliæ episcopus ordinatur, & Justinianus nepos Justini Aug. ex candidato magister militum ordinarius constituitur.

VALERIO ET JUSTINIANO COSS.

A. 520. Alexandrinæ ecclesiæ Dioscoro episcopo mortuo
A. 521. Timotheus succedit. Antiochenæ vero ecclesiæ Severus [1] princeps hæres fit, & Hierosolymitanæ ecclesiæ Joannes.

Justinus imperator orientales, præter [2] parvos pontifices, Acacium quondam Constantinopolitanum, Petrum Antiochenum, & Petrum Alexandrinum episcopos pristino errore implicitos, occidentalibus antistitibus sub digna satisfactione conjungit, B redivivaque facit synodi Chalcedonensis decreta, Zenonis & Anastasii principum temporibus abdicata.

A. 522. SYMMACHO ET BOETIO COSS.

Vitalianus sacramento suscepto Constantinopolim redit: quem Justinus Aug. grate suscipiens magistrum militum facit, & consulatum dari permittit.

A. 523. MAXIMO V. C. COS.

Trasamundus Vandalorum rex Carthagine moritur: cujus uxor Amalafrida fugiens ad barbaros, congressione facta, Capsæ juxta Eremum capitur, & in custodia privata moritur.

Hilderic, qui ex Valentiniani imp. filia a Giserico captivata & Ugnerico juncta natus est, regnavit annis VII. mens. III. Hic ergo sacramento a decessore suo Trasamundo obstrictus, ne catholicis in regno suo aut ecclesias aperiret aut privilegia restitueret, prius quam regnaret; ne sacramenti terminos præteriret, præcepit & sacerdotes catholicos ab exsilio redire & ecclesias aperire, & Bonifacium cum dogmatibus divinis satis strenuum ad postulationem totius urbis Carthaginiensis ecclesiæ episcopum consecravit.

Vitalianus Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Justiniani patricii factione dicitur interfectus fuisse.

A. 524. JUSTINO AUG. ET [3] APIONE COSS. [4]

Romanæ ecclesiæ in episcopatu, mortuo Symmacho, succedit Hormisda. Alexandrinæ ecclesiæ adhuc D Timotheus superfuit. Antiochenæ ecclesiæ Severus, Chalcedonensis synodi obtrectator, quum a Justino imperatore quæreretur ad pœnas, fugit: & ejus loco substituitur Paullus. Hierosolymitanæ ecclesiæ Joannes præfuit. Constantinopolitanæ vero ecclesiæ Joanni Epiphanius succedit episcopus.

Post consulatum II. Justini & Apionis, Justinus A Augustus Justinianum nepotem suum ad senatorum supplicationem invitus Cæsarem facit.

PHILOXENO ET PROBO COSS. A. 525.

MARBOTIO COS. A. 527.

Justinus imp. moritur.

ROMANORUM LII. JUSTINIANUS regnat annis XXXIX. mens. VII. Huic erat uxor vocabulo Theodora.

JUSTINIANO AUG. COS. A. 528.

Orientales ecclesiæ ejusdem principis jussione IV. synodos, Constantinopolitanam, Ephesinam I. & Chalcedonensem, atque sanctorum CL. patrum fidem præsentibus sacrificiis, publica voce suscipiunt.

[a] DECIO V. C. COS. A. 529.

Theodoræ Augustæ factione unum de Trinitate passum non afferens secundum quid sed absolute suscipiendum cunctis generali lege imponit: & a clericis atque monachis subscriptiones violenter exegit. Qua de caussa plurimi se ab ecclesia subtraxerunt, & monachi a propriis monasteriis recesserunt, afferentes sibi sufficere fidem eorum qui in præfatas sanctas IV. synodos convenerunt.

LAMPADIO ET ORESTE COSS. A. 530.

α Epatius Anastasii principis nepos tyrannidem Constantinopoli assumens, multis hominum millibus in Circensi spectaculo militari gladio cæsis, capitur; & nocte cum Pompejo occiditur atque in rheuma jactatur.

C [b] Post consulatum Lampadii & Orestis Geilimer apud Africam regnum cum tyrannide sumit, & Carthaginem ingressus Hildericum regno privat, & cum filiis custodiæ mancipat, atque Oamerdigum multosque nobilium perimit. A. 531.

Post consulatum Lampadii & Orestis anno tertio, Belisarius magister Romanæ militiæ, duobus β superatis prœliis, Tracium mirabiliter Persicum prœlio superavit. A. 532.

[5] JUSTINIANO AUG. III. COS. A. 533.

Geilimer tyrannus multos nobilium Africæ provinciæ crudeliter extinguit, multorumque substantias per Bonifacium tollit.

JUSTINIANO IV. COS. A. 534.

Justinianus imper. visitatione Læti episcopi, ab Hunerico Vandalorum rege martyris facti, exercitum in Africam, Belisario magistro militum duce, contra Vandalos mittit; quos idem Belisarius prœlio superans, Gunthimer, & Gebamundum Gadinges regis fratres perimit, ipsoque Gelimer rege in fugam converso, Africam capit, nonagesimo septimo Vandalorum ingressionis anno. In ipso etiam

α *Epatius*] *Hypatius*.

β *Superatis*] *Superatus*.

[a] *His diebus Stephanus præfectus Hispaniarum efficitur: qui tertio anno præfecturæ suæ in civitate Gerundensi in concilio discinctus est.* SCHOL.

[b] His Coss. *Amalaricus rex cum a Zidiberto Francorum rege in Gallia superatus Narbonensi in prœlio, Barcinonem fugiens venit, ibique a Franco angone percussus interiit.* ID.

E

1. *Princeps hæres*] A Victore Tononensi Severus non semel vocatur *princeps hæresis*: sed semel *hæres* ediderunt, COTELER. *Eccl. Gr. Monum.* tom. II. pag. 659. b. — Vide infra ad ann. 539.

2. *Parvos pontif.*] Cui non vel primo intuitu manifesta sit vera lectio, *pravos pontifices*? COTELER. *Eccl. Gr. Monum.* tom. I. pag. 787. b.

3. APIONE COS.] Eduardus Corsinus V. C. in Differt. III. ad *Notas Græcorum* pag. XLV. heic certissime Victoris textum esse corrigendum existimat, ut *Apionis* loco, qui temere Victoris vel librarii vitio irrepsit, *Opilio* reponatur, qui una cum *Fl. Anicio Justino* anno 524. Consularibus Fastis inscribitur. Ac certe quidem Victor ipse annum 539. *Apione V. C. Cos.* designavit: neque tamen geminata consulatus nota illum *secundo* Consulem extitisse indicavit; quod ab ipso tamen in Consulatibus aliis factum conspicitur.

4. JUSTINO AUG. ET APIONE COSS.] Ad hos Consules, inquit Wesselingius l. c. pag. 152. præfatus codex ms. hujusmodi scholion offert: *His Consulibus Amalericus Gothorum rex efficitur: regnat annos* V. Quæ quidem sperni haud oportuerat; quoniam post *Coss. Lampadii & Orestis* Scaliger & Canisius adtexuerunt, eumdem Amalericum a Childeberto Francorum rege fuisse victum: immo ne illud quidem satis fideliter est expressum; uterque enim ediderunt: *ibique a Franco angone percussus interiit*. At scriptus liber, *a Franco nomine Bosone angone*, cet. Quorum *angone* & *Narbone* corruptum videri locuples testis Isidorus foret, Narbone peremtum referens *Chron. Goth.* æra DLXIV. nisi *angon* Francorum lingua telum esset brevius, ferro ex majori parte obductum. Eustathius in Homerum pag. 1854. Ἄγγων, εἶδος δόρατος φραγικοῦ, οὔτε λίαν μικροῦ, οὔτε μεγάλου, οὗ τὸ πλεῖστον σιδήρῳ περιέχεται. — Hunc ipsum Eustathii locum ad Odyss. T. refert Cangius in *Glossar. Græc.* tom. I. pag. 9. v. Ἄγγωνες; ubi & plura observat. Hinc *angone* retinendum putarim equidem. Vide sis Hadrianum Valesium *Rer. Francic.* lib. VII. ad ann. DXXXI. tom. I. pag. 369.

5. Cl. Montfauconius in *Palæogr. Gr.* lib. II. cap. VII. pag. 174. seq. inscriptione Trapezunte ad Arcis portam a D. de Tournefort erutam illustrat, in qua consulatus Justiniani tertius notatur.

Belisarii ingressu, prius quam ingressio fieret, Geilimer tyrannus Hildericum regem cum quibusdam generis ejus affinibus occidit. Belisarius magister militum ac patricius Geilimer tyrannum capit, & eum cum divitiis ex rapinis Africæ conquisitis Constantinopolim Justiniano imperatori adducit.

A. 535. BELISARIO V. C. COS.

Reparatus Carthaginiensis ecclesiæ episcopatum post Bonifacium suscipit. Hierosolymitanæ vero ecclesiæ præsulatum Petrus Joanni mortuo succedit.

A. 536. [1] Post consulatum Belisarii anno secundo. Justinianus imperator libros de Incarnatione dominica edidit, & Illyricianos episcopos ad subscribendum coegit.

A. 537. Post consulatum Belisarii anno III. Epiphanio episcopo Constantinopolitanæ ecclesiæ mortuo qui Joanni successerat, Anthemius episcopus [2] Eutychia Justa Trapezuntensis, factione Theodoræ Augustæ, Constantinopolitanam pervadit ecclesiam.

A. 538. JOANNE V. C. COS.

Romanæ ecclesiæ post Hormisdam Joannes, post Joannem Felix, post Felicem Bonifacius, post Bonifacium alius Joannes, & post Joannem Agapitus episcopus ordinantur. Alexandrinæ ecclesiæ Timotheo mortuo qui Dioscoro minori successerat, duo, populi electione, perversi ordinantur uno die episcopi, Theodosius scilicet & Gajanus. Quibus ordinatis, Alexandria in utrisque est Christi inimicis divisa. A Theodosio Theodosiani, a Gajano Gajanitæ voluerunt appellari: quamvis æqualiter synodum Chalcedonensem non suscipiant, & errores Eutychetis & Dioscori proprios faciant.

A. 539. [3] APIONE V. C. COS.

Severus Antiochenus hæresis princeps a quo Severiani vocantur, & Julianus Halicarnassensis episcopi, apostolicæ fidei & Chalcedonensis synodi impugnatores, exsilio Alexandriam Iustiniani [4] missione mittuntur, ubi adversus sequaces Chalcedonensis synodi scribentes, ex duabus unam in Christo naturam esse dixerunt: quam dum Severus corruptam, & Julianus adstruit incorruptam, Alexandria, Ægyptus & Libya in utrisque est Christi inimicis divisa. Theodosiani enim Severum, & Gajanitæ Julianum secuti sunt. Sed a Theodosianis aliæ duæ hæreses exierunt: una Agnoitarum, & altera Tritheitarum. Agnoitæ siquidem perversitati a qua exierunt, id adjiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die & hora novissima. Tritheitæ vero sicut tres personas in Trinitate, ita quoque tres adstruunt Deos esse, contra illud quod scriptum est: *Audi Israel: Dominus Deus tuus unus est*. Et rursum: *Nullus Deus, nisi unus*: &, *Ego sum Deus, & non est alius præter me*.

JUSTINO V. C. COS.

Agapitus archiepiscopus Romanus Constantinopolim venit, & Anthemium episcopum Constantinopolitanum ecclesiæ perversorem, Chalcedonensis synodi inimicum deponit; Theodoram Augustam ejus patronam communione privat; & Menam protinus Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum facit. A. 540.

Theodosius & Gajanus Alexandrini episcopi cum suo errore damnati exsilio transportantur. Sed Theodosius Constantinopoli Sycas relegatus totum pæne palatium, & maximam regiæ urbis partem sua perfidia maculavit. Quæ occasio cunctis pæne hæresibus licentiam tribuit: ita ut non solum Theodosianitæ, sed & Gajanitæ monasteria atque oratoria apud urbem regiam construxissent. Vixit enim Theodosius præfatus hæreticus usque ad primum Justiniani junioris Augusti consulatum. Eo anno, Paullo Antiocheno episcopo superstite, subrogatur Euphrasius.

BASILIO V. C. COS. A. 541.

Agapito archiepiscopo Romano Constantinopoli mortuo, Silverius pro eo episcopus ordinatur. Alexandrinæ vero ecclesiæ Theodosio atque Gajano exsulatis [a] Paullus prior pro eis Zabinnensiotatum Dioscori hæretici prædecessoris sui depositionem celebrans, Palæstino concilio deponitur: & pro illo Zoilus ordinatur episcopus.

[b] Consulatu præfato Stuzas apud Africam regnum in Eremi partibus cum tyrannide assumit.

[c] Post consolatum Basilii V. C. anno secundo. A. 543. Theodoræ factione Augustæ, quæ occulta esse synodi Chalcedonensis numquam destitit inimica ex quo regnare cœpit, proscriptionum insidiæ præparantur. Silverius Romanus episcopus exsilio mittitur, & pro eo Vigilius ordinatur: a quo Theodora memorata Augusta, prius quam ordinaretur, occulto chirographo elicuit, ut Papa effectus in proscriptione synodi Chalcedonensis tria capitula condemnaret, id est Epistolam Ibæ Edesseni ad [5] Marim Persam, quæ judicio synodi Chalcedonensis approbata & orthodoxa judicata est, & gestis synodalibus sociata. Theodorum dein Mopsuestenum episcopum, synodaliter similiter gestis apud Antiochiam sub Joanne episcopo ejusdem ecclesiæ, & Chalcedone laudatum: & Theodoreti [6] Cyri episcopi dicta, cum eodem Theodoreto synodi Chalcedonensis vocibus collaudata. Hic itaque Papa effectus ab Antonia patricia Belisarii uxore compellitur, ut Theodosio Alexandrino, Anthemio Constantinopolitano & Severo Antiocheno, jam pridem ab apostolica sede damnatis, tamquam catholicis scriberet: & ita de fide, quemadmodum & illi, sentiret. Cujus Epistolæ illius tenor ita se habere probatur: [7] DOMINIS, *& in Christi Dei Salvatoris nostri caritate conjunctis fratribus, Theodosio, Anthe-*

a *Paullus Præstor pro eis Tabennensiotarum monachorum a defensoribus synodi Chalcedonensi ordinatur episcopus, qui Dioscori*. SCHOL.

b *Hoc anno Francorum reges V. per Pampalonam Hispanias ingressi, Cæsaraugustam venerunt; quam obsessam per tres dies omnem seu Tarraconensem provinciam depopulatione triverunt*. ID.

c *His diebus inguinalis plaga totam pæne contrivit Hispaniam*. ID.

1. *Post conf. Belisarii*] Fallitur procul dubio Garnerius in notis ad *Liberat. Breviarium* cap. XXIV. sub finem, dum asserit corrigendum heic Victoris Chronicon, legendumque *Basilii* pro *Belisarii*.

2. *Eutychia Justa*] Sic mendose utraque editio Scaligeri & Canisii. At nemo non videt heic legendum *Eutychianista*, inquit Cotelerius *Eccl. Gr. Monum.* tom. I. pag. 786. c.

3. De hujus Apionis consulatu nonnulla erudite observat laudatus Montfauconius l. c. pag. 173. seq. ubi aliam inscriptionem ab eodem Tournefortio Gortynæ in Creta repertam explanat. At ejus conjecturæ haud probantur Corsino V.C. in Differt. III. ad *Notas Græcor.* pag. LXII. seqq.

4. *Missione*] Leg. *jussione*, cum Cotelerio *Eccl. Gr. Monum.* tom. I. pag. 788. b. Ex quo item integrum hunc locum mendis ac interpunctione laborantem, suæ integritati restituimus: ubi antea, *dudum Severus*, & *incorruptam Alexandria*, cet.

5. *Marim*] Sic legimus. Editi mendose, *Murim*.

6. *Cyri*] Ita recte Scaligeri editio in *Thes. temp.* pag. 9. Al. male *Cypri*.

7. *Dominis* cet.] Hujusmodi Vigilii epistolam heic haud paucis erratis fœdatam atque alicubi mutilam, ex *Liberati Breviar.* cap. XXII. reformandam duximus.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 565.

mio & Severo episcopis, Vigilius episcopus. Scio quidem [1] *quæ ad sanctitatem vestram ante fidei meæ credulitas, Deo juvante, pervenit. Sed quia modo gloriosa* [2] *domina & filia mea patricia Christianissima desideria mea facit impleri, ut fraternitati vestræ præsentia scripta transmitterem;* [3] *salutans ego gratia qua nos in Christo D. N. Salvatore conjungimur, eam fidem quam tenetis,* [4] *Deo jubente, & tenuisse me & tenere significo:* [5] *scientes illud inter nos, quod prædicamus & legimus, quia anima una & cor nobis sit unum in Deo.* [6] *Profectus mei, qui est vester, Deo juvante, nuntiare vobis gaudia maturavi, ex meo animo fraternitatem vestram, quæ optat, licenter amplectitur. Oportet ergo, ut hæc quæ vobis scribo,* [7] *agnoscat: sed magis tamquam suspectum me sapientia vestra ante alios* [8] *æstimet se habere,* [9] *ut facilius possit Deus, quæ cœpit operari, perficere.* Et Subscriptio: [10] ORATE PRO ME DOMINI MEI FRATRES IN CHRISTI DOMINI NOSTRI SERVATORIS CARITATE CONNEXI.

[a] Horum exordia malorum generalis orbis terrarum mortalitas sequitur, & inguinum percussione major pars populorum necatur.

A. 544. Post consulatum Basilii v. c. anno III. Stuzas tyrannus gentium multitudine ordinata Solomoni magistro militiæ & patricio Africæ Æducique Romanæ militiæ ducibus Cilio occurrit: ubi congressione facta, peccatis Africæ, Romanæ reipub. militia superatur, Solomon utriusque.

. . . .

A. 545. Post consulatum Basilii v. c. anno IV. Justinianus imperator Acephalorum subreptionibus instigatus Vigilium Romanum episcopum subtiliter compellit, ut ad urbem regiam properaret, & sub speciem congregationis eorum qui ab ecclesiæ sunt societate divisi, tria Capitula condemnaret.

[b] Hierosolymitanæ ecclesiæ præsulatum post Petrum Macarius suscipit.

A. 546. Post consulatum Basilii v. c. anno v. Stuza tyrannus apud Africam, portu Taceæ congressione facta, Joannis Romanæ militiæ ducis jaculo percussus est: parique vice Joannes Stuzæ: qui confestim alterutro utrique gladio ceciderunt: & dominico die quo pugna facta est, moriuntur.

A. 547. Post consulatum Basilii v. c. anno VI. Ferrandus Carthaginis ecclesiæ Diaconus, clarus habetur. Guntarith magister militum Ariobindam patricium principemque Romanæ apud Africam militiæ, eo tempore ab imp. missum Carthagine intra palatium nocte perimit, & regnum cum tyrannide assumit. Hunc Carthaginis dux Artabanus, trigesimo sexto regni sui die prandentem interfecit.

A. 548. Post consulatum Basilii v. c. anno IIX. Justinianus imp. per diversas provincias in regni sui finibus constitutas instantissime scribit: & antistites cunctos præfata III. Capitula damnare compellit. Euphemio Antiocheno episcopo succedit Dominus.

Post consulatum Basilii v. c. anno IX. Illyriciana synodus in defensione III. Capitum Justiniano Aug. scribit: & Benenatum primæ Justinianæ civitatis episcopum, obtrectatorem eorumdem III. Capitum, condemnat. A. 549.

Theodora Augusta Chalcedonensis synodi inimica canceris plaga corpore toto perfusa, vitam prodigiose finivit.

[11] Post consulatum Basilii v. c. anno x. Africani antistites Vigilium Romanum episcopum damnatorem III. Capitulorum synodaliter a catholica communione, reservato ei pœnitentiæ loco, recludunt, & pro defensione memoratorum trium Capitulorum litteras satis idoneas Justiniano principi per Olympium magistrianum mittunt. Eo tempore [12] VII. Facundi Hermianensis ecclesiæ episcopi refulsere: quibus evidentissime declaravit tria sæpefata Capitula in præscriptione fidei catholicæ & apostolicæ Chalcedonensis concilii fuisse damnata. A. 550.

Post consulatum Basilii v. c. anno XI. Reparatus archiepiscopus Carthaginiensis ecclesiæ, Firmus Numidarum episcoporum primates, & Primasius, & Verecundus concilii [13] Binzanteni episcopi pro fidei caussa ad urbem regiam ejusdem præcepto principis evocantur. Apollinarius Zoilo III. memorata Capitula damnare nolenti episcopus Alexandrinæ ecclesiæ subrogatur. A. 551.

Post consulatum Basilii v. c. anno XII. Reparatus archiepiscopus plurimis calumniis impetitus pro eo, quod damnationi trium Capitulorum memoratorum assensum non præbuit, officio sumtibusque privatus, Eucayda exsilio relegatur: & Primasius diaconus apocrisiarius ejus, postquam damnavit quæ sunt synodaliter atque universaliter defensata, eo superstite, contra vota cleri simulque & populi, episcopus Carthaginiensis ecclesiæ ordinatur. A. 552.

Firmus concilii Numidiæ Primas donis principis corruptus damnationi eorumdem Capitulorum assensum præbuit. Sed ad propria remeans in navi morte turpissima periit. Primasius quoque Aquimetensis monasterio relegatus. Sed Boetio Primate Byzanceni morte prævento, ut ei succederet, memoratæ damnationi protinus assensit, reversusque ad sua, quæ prius defendebat, validissimis persecutionibus impugnavit, fidelibusque calumnias generando, eorumque substantias auferendo. Sed in quibus peccavit, latere non potuit. Siquidem postquam a catholicis sui concilii antistitibus pro suis prævaricationibus condemnatus infelici morte exstinguitur: & quæ conquisierat fraude, fideliter a judicibus auferuntur. Verecundus vero ecclesiæ Nicensis episcopus, in defensione memoratorum perdurans Capitulorum, Chal-

a *Thudi mortuo, Thiudisolus Gothos regit ann. I. mens. VII.* SCHOL.

b *Tudiso mortuo, Agila Gothos regit ann. V. mens. VII.* IDEM.

1. *Quæ --- ante --- Deo juvante*] Liberat. *quia --- antea --- Deo adiuvante*. Sic legit & Baronius ad ann. 538. §. XIV. ubi eamdem epistolam ex Liberato descriptam refert.

2. *Domina &*] Hæc non agnoscit Liberatus, neque Baronius. Mox vero Liberat. *fecit impleri, quod fratern.*

3. *Salut. ego* cet.] Liberat. *Salut. ergo vos gratia qua nos Deo nostro Christo Salvatori conjung.* Neque aliter Baronius.

4. *Deo jubente*] Liberat. *Deo adiuvante*. Ita & Baronius.

5. *Scientes — prædic.*] Liberat. *Sciens quia illud inter vos prædic.* Concinit Baronius, sed habet *inter nos*.

6. *Profectus* cet.] Liberat. *Provectus mei, qui est vester, Deo adiuvante, nuntiare vobis gaudia maturavi ex meo animo, sciens fraternitatem vestram, quæ optabat, libenter amplecti*.

7. *Agnoscat*] Liberat. cum Baronio, *nullus agnoscat*. Et recte quidem, contextu id postulante.

8. *Æstimet se habere*] Liberat. *existimet habere*. Sic quoque Baronius, qui tamen paullo ante legit, *heic me sap. v.*

9. *Ut facilius* cet.] Liberat. *ut facilius possim, hæc quæ cœpi, operari & perficere*. Neque aliter Baronius, nisi quod pro *cœpi* habet *concepi*, fortasse melius.

10. *Orate* cet.] Liberat. *Orate pro nobis Deum, mihi fratres in Christo Domino nostro caritate coniuncti*. Ita quoque Baronius.

11. *Post cons. Basilii V. C. anno* x.] Monet sæpe laudatus Wesselingius l. c. pag. 153. ad marginem memorati codicis ms. hæc fuisse adnotata: *Agila mortuo, Athanagildus qui dudum tyrannidem assumserat, Gothorum rex efficitur: regnat ann.* XV. quæ Scaliger & Canisius omisere.

12. *VII. Facundi*] Subintellige *VII.* LIBRI. Et mox legendum forte, *in proscriptione*.

13. *Bizanceni*] *Byzaceni*. SCAL.

cedone urbe ubi refugium fecerat, in diversorio gloriosæ [1] matris Euphemiæ de hac vita migravit ad Dominum. Macarius Hierosolymitanus episcopus ejicitur, & eo superstite Eustochius ordinatur.

A. 553. Post consulatum Basilii v. c. an. XIII. Constantinopolim synodus Justiniani principis præcepto colligitur: cui præsules sedium aderant Vigilius Romanus episcopus, superstite Silverio ordinatus: Apollinarius Alexandrinus, Zoilo vivente promotus: Antiochenus [2] Dominus: [3] Eustochius, Macario remoto Hierosolymitano episcopo, episcopus factus: & Eutychius Constantinopolitanus, qui Menæ fuerat subrogatus. Ibi tria sæpefata Capitula cum defendentibus ea damnationi subjiciunt, sibique ipsis pœnitentiæ regressum pœnaliter intercludunt, tali se perpetuo anathemate obstringentes, si aliquando absolvere tentaverint; quæ damnationis sententiæ subdiderunt. Quorum decretis Rusticus Romanæ ecclesiæ diaconus & Felix Guillensis monasterii provinciæ Africanæ hegumenus contradicentes scripto Thebaida in exsilium cum suis sociis transmittuntur. His itaque gestis terræ motus urbem regiam a fundamentis concutiens ædificia plurima porticusque dejecit, & basilicis consistentibus altaria pæne cuncta prostravit.

A. 554. Post consulatum Basilii v. c. anno XIV. Frontinus episcopus ad urbem regiam evocatus, pro defensione trium eorumdem capitulorum [4] Antiochensi primæ Thebaicæ civitatis exsilio deputatur: & pro eo ab hæreticis Petrus Salonensi ecclesiæ ordinatur.

Proconsularis concilii provinciæ Africanæ sacerdotes, Rufini & Vini episcoporum, Reparati archiepiscopi obtrectatorum arte delusi tamquam defensoribus fidei occurrunt, & Primasii prævaricatoris Carthaginis ecclesiæ communione, præter paucissimos, polluunt.

Dacius Mediolanensis episcopus Constantinopolim venit, & damnationi eorumdem trium Capitulorum consentiens eo die percussus occubuit.

Narses eunuchus ex præposito patricius Totilam Gothorum regem prœlio apud Italiam mirabiliter superat ac perimit, & omnes ejus divitias tollit.

A. 555. Post consulatum Basilii v. c. anno XV. concilii Numidiæ episcopi ad instar proconsularium sacerdotum collecti Carthaginem veniunt, & Primasii ejusdem ecclesiæ incubatoris communione polluti, prævaricatoresque effecti ad propria redeunt.

Victor Tununensis ecclesiæ episcopus, hujus auctor operis, post custodias simulque & plagas, quas Sala & Valericis perpessus, nec non in monasterio [5] de Mandra primo ac secundo exsilio Egi Mauritaniæ insulæ, tertio Alexandrino una cum Theodoro Cebarsusitanæ ecclesiæ episcopo, pro præfatorum trium Capitulorum defensione exsilio mittitur: & carceri castelli Dioclesiani post prætorianum carcerem truditur. Antiochenæ Anastasius Domnino succedit episcopus.

A. 556. Post consulatum Basilii v. c. anno XVI. [6] Primosus Carthaginiensis incubator ecclesiæ, sibi nolentes assensum præbere nunc fustibus, nunc custodiis, nunc quoque exsiliis affligit.

Victor & Theodosius antefati episcopi Africani de carcere ejiciuntur: & post disputationes in prætorio continuas dierum XV. ad aliam custodiam monasterii Tabenensiotarum, quod est apud Canopum XII. millibus ab urbe Alexandrina, mittuntur.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 565.

A. 557. Post consulatum Basilii v. c. anno XVII. Vigilius Romanus in insula Sicilia moritur. Eo tempore Felix hegumenus monasterii [7] Gallitani exsilio apud Sinopen de hac vita migravit ad Dominum.

A. 558. Post consulatum Basilii v. c. anno XIIX. Pelagius Romanus archidiaconus, trium præfatorum defensor Capitulorum, Justiniani principis persuasione de exsilio redit: & condemnans ea quæ dudum constantissime defendebat, Romanæ ecclesiæ episcopus a prævaricatoribus ordinatur: qui fuit annis V.

A. 559. Post consulatum Basilii v. c. anno XIX. Illyriciani episcopi, præter parva monasteria parvosque fideles, persecutiones passi consentiunt, pristinam fidem in irritum deducentes. Eo tempore Ugni Armeniam gravissime vexaverunt.

A. 560. Post consulatum Basilii v. c. XX. Bulgares Thraciam invadunt, & usque ad Sucas Constantinopolim veniunt. Sergium patricium qui dudum Africanæ fuerat dux militiæ, capiunt: simulque distrahunt. Sed patricii Belisarii armis fortiter debellati, pariterque fugati Danubium transierunt.

A. 561. Post consulatum Basilii v. c. anno XXI. Corpus sancti Antonii eremitæ repertum cum maximo honore Alexandriam perducitur, & in basilica sancti Joannis Baptistæ honorifice collocatur.

A. 562. Post consulatum Basilii v. c. XXII. Frontinianus Salonensis episcopus de exsilio Antinoensi Ancyram Galatiæ transmutatur. Petrus ejus incubator ecclesiæ moritur: & pro eo Prodinus substituitur.

A. 563. Post consulatum Basilii v. c. anno XXIII. Reparatus archiepiscopus Carthaginiensis ecclesiæ exsilio apud Euchaidam gloriosa confessione transit ad Dominum die VII. Idus Januarii.

Eo anno Justinianus princeps legatos gentis [8] Abarorum, unde venerant, facit....

Anno XXXII. imperii præfati principis Justiniani, Pelagius Romanus episcopus ordinatur: præfuit ann. XI.

Eustochius Hierosolymitanus episcopus qui fuerat Macario superstite ordinatus, ejicitur: & rursum Macarius reformatur.

A. 564. Anno XXXVIII. imperatoris ejusdem Musicus, Brumasius, Donatus & Chrysonius episcopi de Africa, & Victor ac Theodorus episcopus similiter ex Ægypto ad urbem regiam imperiali præcepto evocantur. Qui dum eidem Justiniano principi præsentes præsenti, & postea Eutychio regiæ urbis episcopo altercanti novæ superstitioni resistunt, ab invicem segregati per monasteria ejusdem urbis custodiæ mittuntur.

A. 565. Anno XXXIX. imperii sui Justinianus Eutychium Constantinopolitanum episcopum damnatorem trium Capitulorum, & Evagrii eremitæ diaconi, ac Didymi monachi & confessoris Alexandrini, quorum laudes supra illustrium virorum ex auctoritate pro-

1. *Matris*] Referibendum *martyris* jure monet Cotelerius *Eccl. Gr. Monum.* tom. II. pag. 609. c.

2. *Dominus*] *Domnus*, alias *Domninus*. SCAL. —— Superius, post consulatum Basilii ann. IIX. vocatur *Doninus*.

3. *Eustochius*] *Eutocius*. SCAL.

4. *Antiochensi*] *Antinoensi*. ID.

5. *De Mandra*] Wesselingius l. c. pag. 151 Hæc quidem, inquit, sana & boni coloris videri possent, ni in ms. *de Mandracium* inesset. *Mandracium* portus erat urbis Carthaginiensis, teste Procopio lib. I. *Bell. Vand.* cap. XX. Porro tradit idem Procopius lib. VI. *de Ædif. Justin.* cap. V. prope hunc portum monasterium condidisse Justinianum imperatorem, quod & inde *Mandracii* cognomen duxit: ἵδρυται δὲ τὸ μοναστήριον τοῦ περιβόλου ἐκτὸς ἐπιθαλασσίδιον, ἄγχιστα τοῦ λιμένος, ὅπερ Μανδράκιον ὀνομάζουσιν.

6. *Primosus*] Ita edit. Scalig. An *Primasius*, ut paullo ante?

7. *Gallitani*] Superius ad annum 553. legitur *Guillensis*.

8. *Abarorum*] *Avarum*. SCALIG.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 556.

tulimus, exsilio dirigit, & pro eo Joannem ejusdem A erroris consimilem episcopum facit.

Eo anno Prasini apud regiam urbem civile bellum faciunt, multosque reip. viros gladio frequenti congressione prosternunt. Sed eorum atroces plurimi postea a Juliano præfecto exstincti sunt.

A. 566. [1] XL. imperii sui anno Justinianus vitæ suscepit finem indictione XV.

Theodorus, Cabarsusitanus episcopus defensor trium Capitulorum exsilio ad urbem regiam eo mense & die, quo Justinianus, moritur: & juxta confessores quibus Ugnericus Vandalorum rex linguas absciderat, sepelitur.

Justinus junior Vigilantiæ sororis Justiniani Augusti filius, patre Dulcissimo natus, cum tranquillitate populi magna imperii sumit sceptra. Hujus conjunx Sophia Theodoræ Augustæ neptis asseritur.

Colliguntur omnes anni ab Adam primo homine, usque ad nativitatem D. N. Jesu Christi secundum carnem, quæ facta est VMCXCIX. A nativitate vero D. N. Jesu Christi, quæ facta est XLIII. Augusti Octaviani Cæsaris imperii anno, usque in annum Justini primum principis Rom. qui Justiniano imperio successit, anni DXXVII. Fiunt simul ab Adam, usque in annum primum memorati principis Rom. anni VMDCCLXVI.

1. Vide Mansium ad Baronium tom. X. Annal. pag. 232. qui contra Pagium annum 565. Justiniani emortualem statuentem evincit exstitisse annum insequentem 566.

F I N I S.

SANCTI

ANASTASII SINAITÆ

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI

ORATIONES V.

I. *De SS. Trinitate.*
II. *De Incircumscripto.*
III. *De Incarnatione Christi.*
IV. *De Passione & impassibilitate Christi.*
V. *De Resurrectione.*

ITEM


SERMONES III.

I. & II. *In Annuntiationem B. Mariæ Virginis.*
III. *In Transfigurationem D. N. J. C.*

NEC NON

TRACTATUS

De sanctis tribus Quadragesimis.



SANCTI ANASTASII SINAITÆ PATRIARCHÆ ANTIOCHENI DE NOSTRIS RECTIS DOGMATIBUS VERITATIS, ORATIO I.

De SS. Trinitate.

Interprete Francisco Turriano.


I. Cum jam pridem de fide nostra sana, & de A veris ecclesiæ dogmatibus incorrupte & probate tractavissem variis Orationibus in ecclesia habitis, & recitatis tunc cum scribere & fidenter loqui licebat, cum nemo impudenter audebat dicere; [a] *Tace, & ne loquaris*; existimabam quæ tunc scripseram, satis esse & ad coarguendum mendacium, & ad patefaciendam veritatem: nec arbitrabar opus esse amplius laborare, non solum quia vitium loquacitatis metuebam, sed quia putabam, ut dixi, abunde sufficere omnibus quibus studium discendi propositum esset, quæ litteris mandassem & edidissem: quæ qui vellent legere, cognitionem dogmatum perfectam habere possent; & qui jam per se cognoscerent, vel discerent vel saltem labores nostros suffragio suo comprobarent, si tales esse viderentur; fortassis enim alii improbarent: non enim potest esse una omnium sententia, quia sunt affectiones nostræ differentes; & non omnes de eadem re uno modo sentimus.

II. Ceterum utcumque judicent qui hæc scripta, ut probabile est, lecturi sunt, si forte integra ea, & non ab inimicis depravata nacti fuerint: ego tamen illa magnopere confidi nulla ex parte a veritate discrepare, sed potius cum incorruptis doctrinis patrum consentire ac consonare, quas a pueritia, & ut dicitur, a teneris unguiculis sequi studuimus, nullis aliorum vestigiis insistentes, sed illorum tantum qui ab Spiritu sancto illuminati sunt; primum quidem Apostoli, secundi Prophetæ, tertii doctores. Quicumque igitur incorrupte, ut diximus, legerit, non est arrogans, si dicam, reperturum lucidam declarationem veritatis, & falsitatis confutationem: fides enim est, quæ prædicat, & vera est, & non est in eis mendacium. Hanc autem dico veram, non quia a me scripta est: non hoc dico, ne quis hoc putet, nec existimet me de me sentire, præter quam sentire oportet. Scio enim, cum sim terra & cinis, neque sermo sit mihi, quo digna est prædicatio; sed quia doctrina est theologorum virorum, & traditio perfecta, quæ ad nos tamquam paterna hereditas legitime venit ad filios legitimos a patribus spiritualibus; quos secutus, & eis assentiens ad hæc scribendum accessi, jura patrum meorum mihi vendicans, (hæc enim est lex optime constituta) & eorum laboribus tamquam propriis bonis glorians: & id quidem non injuria & immerito. Nemo igitur contumeliose vitio vertat: [b] *Parentes enim thesaurizant filiis*; sic Paullo [c] in quo Christus loquebatur, visum est. Et Salomon ait: [d] *Gloriatio filiorum patres eorum*.

III. Quoniam igitur oportet eum qui factus est particeps sermonis, præsertim de fide, (hæc enim est reliqui ædificii firmamentum) impartiri liberaliter iis qui indigent vel etiam petunt, & nihil occultare ex iis quæ didicit, metuentem exemplum ejus qui talentum defodit; idcirco numquam destiti loqui & scribere cum tempus erat, cum alioqui ad nihil aliud penitus idoneus essem, quippe qui expers essem disciplinæ, & nullum magistrum ex externis sapientibus mihi professus. Hoc autem audeo dicere, me a veritate numquam aberrasse, licet ad eam demonstrandam sermo infirmus fuerit; nec in dogmatibus verba Dei libens recusavi, neque retro confessionem reliqui; sed potius quantum in me fuit, semitas patrum meorum persequutus sum, qui aiebant, meque docebant: *Nitatur sermo noster in mente tua: serva mandata mea, ne obliviscaris, nec negligas oris nostri verba*. Vestigia pedum eorum in divinis dogmatibus secutus sum, nec ad dextram nec ad sinistram umquam deflexi. Quamobrem [e] *non abscondi misericordiam Dei, & veritatem ejus a synagoga multorum*, ut loquerer in ecclesia populorum multorum justificationes Domini, quas a patribus didici. Itaque comperies patres per me docuisse (nisi audacis est hoc dicere) quod in iis quæ olim a me scripta sunt, incorrupte legis: ex copioso enim fonte laborum illorum est hæc guttula, & ex perenni flumine exiguus torrens: instar namque aspersionis cum amne comparata sunt mea cum illis collata, tametsi cognata illis sunt; quibus jam editis iis qui tunc ea voluerunt, supervacaneus erat hic meus in præsenti labor, si illa adessent. Possent enim ipsa pro se respondere, & studiosis nostri, & sciendi cupidis debitum solvere: quia vero nunc illa non supersunt propter divinam visitationem qua nos amanter & benigne instruit, & ad contemtum rerum terrenarum quæ fluxæ & caducæ sunt, exercet, ut illa digna esse possessione existimemus, quæ dirigi non possunt. Tu vero amicorum optime, & virorum honoratissime, frequenter a me petis & rogas, & plerique alii tecum, ut scribis, ut quam vim illa haberent, tibi exponam.

IV. Quamobrem oportere existimavi, ut sententiam illorum in pauca contrahens, brevem repetitionem summatim facerem, multa paucis complectens; & fortassis accommodate ad tempus quod

a Amos VI. 11. b II. Cor. XII. 14. c II. Cor. XIII. 3. d Prov. XVII. 6. e Psalm. XXXIX. 11.



nobis suppetit, & ad inopiam librorum qua laboramus. Et quia scio plerosque multitudinem scriptorum fastidire, veluti nauseantes, sicut qui vastum mare navigarunt, & ad solum aspectum magni voluminis desperantes; propter hos melius esse arbitratus sum, breviter scribere, & satietatem orationis fugere, & per te omnibus proponere limatam dogmatum expositionem, quæ satis sit ad docendum eos qui ea utantur, quæ sentire de iis quæ dicuntur, & quæ cavere oporteat: procedet autem oratio serie & ordine, quantum consequi potero, ab altioribus & quæ supra nos sunt exorsa, & desinens in humilia humanitatis nostræ, & propter nos assumtæ. Ut autem in his progrediamur, supplicemus prius Deo, sic eum precantes: [a] *Revela* B *oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua*: intelligentes nomine *legis* omnem sanctam & divinitus afflatam scripturam, ex qua tamquam ex thesauro Domini, promentes nova & vetera, studebimus conservis distribuere: hæc autem distributio divina gratia & sapientia, ac prudentia indiget. [b] *Quis* enim, inquit, *est sapiens dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det cibum in tempore?* Divina igitur illuminatione opus est loquenti de Deo: absque enim eo aliquid de eo loqui valde periculosum est.

V. Purgato igitur omni sensu, vel potius omni sensu relicto, & supra terram in altum sublati, C ac rursus aerem ipsum sursum transeuntes, & ad cælum elevati, & si fieri potest, supra ipsum provecti, & mente ab omni cogitatione sensus corporei libera, nuda intelligentia incorporeis nos adjungamus, a quibus quasi manu ducti & edocti naturam quæ naturæ antecellit, & substantiam quæ substantiæ, contemplemur, cognitam quidem ex affirmatione, non quid est, sed quod est; ex negatione vero dictam quid non est. Non enim vera est positio, quæ de substantia quæ ratione comprehendi non potest, prædicatur; ablatio autem magis vera est, quæ negat: si quando vero vera erit positio quæ ipsa dicitur, non declarabit audientibus quid est, nec aperiet naturam ignotam; sed patefaciet, D quomodo se habeat ad ea quæ ex ipsa pendent: idque valde tenuiter & minute; ut si quis solem in aqua & in speculo ostendit. Quomodo igitur fieri potest, ut sermone laudetur, qui rationem & intelligentiam superat? aut quid dici potest, ut a quopiam pro dignitate demonstretur notione, qui supra notionem est? Hic est omnium firmamentum, omnium robur, omnium principium, unde omnia manant, & quo omnia spectant, principium & finis, & [c] *Alpha* (inquit) *& Omega*, sicut dixit theologans qui theologum docuit; qui facit, [d] ut quæ sunt, sint; & quæ nondum sunt, ut capiant ortum, qui est ordo eorum quæ ex nihilo facta sunt, & duratio ac conservatio, natura creatrix, E virtus efficiens, intuens & providens, vita vivens, & vivifica substantia. Sola natura μεθεκτική, id est, communicans, per omnia means, nullius complexu contenta: & quid ullus potest dicere de ineffabili infinita dicere molitus? Quod enim exprimi non potest, non explicabitur; & quod est supra omnem mentem, nulla mens comprehendet, quamvis sit subtilissima ad penetrandum, & acutissima ad contemplandum: nemo igitur putet se comprehensurum, quod comprehendi non potest, nec reperturum, quod reperiri non potest. Frustra [1] quia persequetur, quod assequi non poterit. Post infinitas A ergo excogitatas & adinventas rationes, solum videbimur ventos, ut in proverbio dicitur, in sinu colligere, & aquam in pallio cogere & conglobare. Si enim extrema in creaturis nobis mortalibus incognita sunt (quis enim altitudinem cæli mensus est? aut quis profundum maris comprehendit? aeris fluxum, ventorum impetus, terræ gravitatem, & reliqua substantiæ corporeæ?) si hæc inquam, cognosci non possunt, quomodo ipsam naturam quæ omnia creavit, intelligentia comprehendi posse existimare, non summa dementia est?

VI. Taceamus igitur nos, ut necesse est, quibus sermo non suppetit, & tonet rursus superne filius tonitrui, e superis unde eruditus fuit, cælesti sapientia loquens: det exordium proposito sermoni, & sit dux nobis in hac via cum Spiritu principali quem participavit, & a quo didicit id ad quod festinamus, & dicat: [e] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt.* His enim paucis propositionibus, [f] *quod notum est Dei*, dignis Deo manifestum fecit; notum vero dico, quod & ex Paullo didici, qui ex noto Dei, aliquid ignotum Dei esse significavit. Igitur quod notum est ejus, ut dixi, his propositionibus, Joannes ampla oratione declarat, [g] *illuminans eos qui in tenebris* ignorantiæ sunt, eo lumine quod [h] *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, & necessitate ac vi orationis obstruens omne os, quod contra Deum loquitur injustitiam & sempiternam Unigeniti divinitatem negat, ex quo cognitio Dei Patris ad nos manavit. Si enim erat in principio apud Deum Deus Verbum; omnibus mente præditis manifestum est, quod erat quoddam principium in quo erat Verbum; quod principium necessario erat Deus apud quem erat Verbum. Sicut igitur non potest comprehendere principium mens sursum tendens, semper enim reperiet altius se principium; sic non potest superari & transscendi illud *erat*: semper enim occurrit altius *erat*, omni cogitatione & ascensu & in sublimius volatu altius positum. Licet enim se ipsum quis mente & cogitatione semper elevet: ulterius progrediens ac promovens, numquam transibit *erat*. Anticipat finem principium, quod non patitur præire quemquam: si enim principium est, non erit ulli secundum. Secundum enim non est principium; & quod est *in principio*, non est post principium. Ergo si Verbum erat in principio, omnino necesse est contemplari simul Verbum quod *erat in principio*, & principium in quo erat Verbum; & ex quo dicimus esse principium, ex eo una confiteri Verbum in principio. Igitur non habet locum, *non erat*, quia *non erat* contrarium est illi *erat*. Et si erat; quomodo non erat? Quid igitur dicendum relinquitur, nisi quod *non erat non-erat*; non enim non erat; sed semper erat subsistens, de quo dicitur *erat*. Et erat in Patre & apud Patrem, non ferens secundas, sive temporis, sive sæculi; ut non aliquo interposito, a principio in quo erat, separetur, & per absurdam posituram principium capiat istud *non erat*. Quod ab alio anticipatur, non potest sempiterne in principio cerni; neque recipit illud *erat*.

VII. Sin autem erat in principio Verbum, & si apud Deum est Verbum, scilicet apud Patrem; non possumus contemplari Deum, nisi simul con-

a Psalm. CXVIII. 18. *b* Luc. XII. 42. *c* Apoc. I. 8. *d* Rom. IV. 17. *e* Joan. I. 1-3. *f* Rom. I. 19. *g* Luc. I. 19. *h* Joan. I. 9.

1. *Quia*] Forte, *quis*.

templemur Verbum apud eum. Et si *omnia per ipsum facta sunt*, & ipsum *quando* per eum factum est; pars enim temporis est *quando*. Et sæcula igitur per eum facta sunt: quomodo igitur illud *aliquando*, antiquius auctore sæculorum esse potest? Vanum igitur est dicere, aliquando non esse, qui est; erat enim semper qui est; qui est ante sæcula; qui sine medio, ex Patre per generationem processit. Nihil enim intermedium divinæ & ineffabili generationi exstitit; neque penitus quidquam divinæ naturæ adfuit, ut interpositum esset, non materia rationis & ordinis expers, ut dementes ajunt, & ratione prorsus & ordine carentes; non chaos infinitum, & inseparabile; non tenebræ; non profundum; non silentium; non quæcumque fingit mens quæ auctorem suum ignorat, & fictioni suæ errans credit, minime advertens absurdum; immo absurda, quæ ex ficta & commentitia opinione sequuntur. Etenim si quid generanti & genito interjectum ponitur; qui hoc facere audet, substantiam indecenter scindit; & eam a se ipsa sejungit, sectione tamquam medio pariete, & illo quopiam interposito interceptam. Et illius rursus primi magis, quam filii reperietur caussa esse Pater. At quomodo dicetur amplius [a] *primogenitus omnis creaturæ*, si alius prius occupet? primogenitus enim primus est omnium; & [b] *ipse est omnium*, sicut Apostolus ait, tamquam coæternus æterno Patri æterni Filii: non enim solum Deus est, sed etiam Pater; & ex quo Deus, ex eo Pater. Pater vero Filii Pater, qui non potest aliter esse Pater, nisi necessario subsistentis Filii: sine Patre enim non est Filius. Ante omnia igitur est Filius, qui ineffabiliter ex Patre qui eum genuit, processit: nec enim ex nihilo produxit eum, ut creaturas & earum partes; sed ex se vivente vivens & subsistens Verbum, & Deum, & Filium. Quare qui dicit ex nihilo esse eum, qui ex eo qui est, prodivit; magis in genitorem, quam in genitum blasphemiam profert: quid enim magis impium est, quam eum qui est, dicere non esse? nam si ex Patre quidem genitus est, qui vere est, Pater est.

VIII. Nonnulli vero ajunt, esse eum ex nihilo genitum. Quam sit hoc absurdum, omnibus licet perspicere; necesse namque est, ut quod non est, honoratius sit eo quod ex ipso processit: & reperietur quod substantia caret, nobilius esse substantia; & privatio nobilior habitu; aut dicetur non esse Pater, qui genuit Filium & ex quo Filius genitus est, quem ajunt isti, vice Patris, ex nihilo esse. Deinde quomodo fieri potest, ut ex eo quod substantia caret, & non est, neque principio per se exstitit, talis virtus substantialis prodierit? si enim non est, non est subsistens: quomodo ergo ex non exsistente erit exsistens? & ex eo quod nequaquam est, substantiam capiet quod est? nam si est, unum omnium est; & si omnium unum est, per Filium profecto factum est: siquidem *omnia per ipsum facta sunt*. Si autem quod non est, est, & dicunt Filium esse ex nihilo; prius ipsum quod non est, faciant substantiam esse, & tunc tribuant ei vim producendi talia germina.

IX. Illud autem non est dissimulandum, quod ad propositam tractationem valde necessarium est, omne quod ex nihilo factum est, vim habere ut ad nihilum rursus redeat, quamvis proprietatem ejus naturalem major potestas vincat: at sentire hoc de Filio, extremus animæ interitus est. Ex Patre igitur est secundum naturam, & non ex nihilo Filius: quod si est ex Patre secundum naturam Filius, est igitur homousios, id est, consubstantialis Patri qui genuit: omne enim genitum consubstantiale est Patri generanti; & quod aptum natum est ad generandum, ejusdem substantiæ est cum eo cui natura insitum est generare. Hac ratione dicunt patres in Nicæno concilio, *Deum ex Deo*; & rursus *lumen ex lumine*: qualis enim Pater est, talis Filius secundum substantiam. Declarat hoc plane energia, id est, operatio: siquidem quorum est una energia, una est substantia; & retro meat, quorum est substantia una, una plane energia sive operatio est. Et Dominus ad redarguendum Judæos, cum obtrectabant ei, quod dixisset: [c] *Filius Dei sum*, docuit operationem esse instar omnium aliorum ad attestandam veritatem, cum dixit: [d] *Si non facio opera Patris mei, ne credite mihi; sin autem facio, & si mihi non creditis, operibus meis credite, ut sciatis & cognoscatis, quod ego in Patre, & Pater in me est*. Quare absoluta demonstratio est, & quæ sufficit & refelli non potest, consubstantialitatis eadem Patris & Filii operatio: quæ enim videt Patrem facientem, facit Filius; non qualia facit, sed quæ facit.

X. Idem de Spiritu sancto & credimus & confitemur, esse scilicet consubstantialem Patri & Filio & coæternum, utpote semper coexsistentem: quod enim est secundum substantiam Pater qui genuit, & Filius qui genitus est, hoc ipsum est Spiritus sanctus; & sicut Filius ex Patre, sic & Spiritus sanctus ex Deo: ille quidem genitus, & ideo Filius; hic autem procedens, & est Spiritus: vel potius dicendum est, illum quidem generari; hunc autem semper procedere. Sic enim ait Dominus: de se quidem; [e] *ante omnes colles generat me*; de Spiritu autem sancto, [f] *qui ex Patre procedit*. Diversitas autem generationis & processionis non demonstrat substantiæ differentiam: non enim differentia exsistentiæ significat esse, sed quomodo esse declarat manente eadem substantia ejus ex quo, & eorum qui ex ipso sunt, secundum differentem [1] *modum*, id est, *intellectum*. Modus ergo, ut dictum est, exsistentiæ differens est; ratio vero substantiæ eadem; ex eodem enim, licet non similiter.

XI. Ne miremur igitur Dominum, cum utriusque exitum, exitum ex Patre vocat; [g] *Ego enim*, inquit, *ex Patre exivi, & venio*. Et rursus: [h] *Spiritus, qui a Patre procedit*. Etsi enim exire, & procedere idem heic significant, præcipue tamen processionem Spiritui sancto accommodavit, sicut sibi generationem. Sicut enim Pater vocatur Spiritus, & Filius item Spiritus, secundum illud, [i] *Spiritus est*; & illud, [k] *Spiritus faciei nostræ Christus Dominus*: proprie tamen heic est Spiritus sanctus, qui sanctam Trinitatem complet. Sic, etsi Filius & Spiritus sanctus dicuntur exire ex Patre; processio tamen præcipue Spiritus sancti est, sicut generatio est Filii. Quare [2] ingenitum & genitum & procedens, quæ quidem sanctam Trinitatem constituunt, unius & ejusdem naturæ sunt: ingenitum autem esse, & genitum esse, & procedere non

a Coloss. I. 15. b Coloss. I. 17. c Joan. X. 36. d Ibid. ℣. 37. 38. e Prov. VIII. 25.
f Joan. XV. 26. g Joan. XVI. 27. h Joan. XV. 26. i Joan. IV. 24. k Thren. IV. 20.

1. *Modum*] ἔκλαμψιν.

2. *Ingen. genit. & proced.*] ἀγεννησία, γέννησις, ἐκπόρευσις.

sunt inter se similia: differt enim generatio ab ingeneratione, & processio a generatione & ingeneratione; in quibus autem hæc sunt, ejusdem substantiæ & naturæ sunt. Eamdem igitur substantiam dicimus sanctæ Trinitatis; Trinitatem dicimus non substantiarum, sed personarum: unum enim Deum profitemur non numero, sed natura: non enim quod est omnino unum numero, omnino etiam est unum natura. Et unum substantia, non est omnino unum numero. Exempli caussa mundum sumemus: hic est numero quidem unus; non autem est unus natura, sed multa ex quibus compositus est: ac rursus homo, unus quidem est natura; infinitus autem numero. Et sancta igitur Trinitas unus Deus est substantia, numero autem Trinitas in Patre, & Filio, & Spiritu sancto adorata, & ὁριζομένη: numquam autem contracta intra Trinitatem, nec fusa extra hanc ad alium numerum; non enim fas est aut dualitatem intelligere, aut quaternitatem introducere, aut cum hoc mystico sanctæ Trinitatis numero conjungere, aut aliquid ex eo demere. Trinitas enim est semper, tota creatrix, tota adoranda, coæterna sibi, sola increata: creat enim, non creatur: nihil ea antiquius, aut posterius: illud enim *ante* & *post*, partes temporis sunt; Deus autem temporum auctor: non enim sub tempore est: impossibile autem est aliquid infra Trinitatem intelligere; siquidem [1] quod infra substantiam collocatur, secum infert quæ sunt ejusdem substantiæ. Idcirco nihil humile de uno sentiamus, ne simul humile reddamus universum: non enim patitur Deus a consubstantiali separari; neque gloriam ducit dedecus ejus, qui cum ipso: est autem dedecus illud *quando*, &, *non erat*, & *creatum* & *ex non exsistentibus*: quæ sunt omnia a gloria Dei aliena.

XII. Qui igitur sanctam Trinitatem Deum esse profitemur, quæcumque de Deo dicta, absona sunt, nihil eorum ne cogitemus quidem, nedum lingua efferamus. Cum testatur Deus de Filio a se genito, quod [a] *ex utero ante luciferum* genuit eum; *uterum* intellige in occulto reconditam & ineffabilem substantiam: & rursus cum dicit de Spiritu sancto, [b] *Spiritus a me exibit*; Salvator vero noster Jesus de consubstantiali suo Paracleto ait, quod [c] *ex Patre* quidem *procedit*; [d] accipit autem ex Filio, omnia quæ Patris sunt, sibi propria faciente & habente: una namque substantia est, & unius substantiæ communia omnia; communis vero etiam substantia: naturalis enim est habitudo: & quæ ad aliquid aliquo modo se habent, secum inferunt alia ad quæ naturaliter habent habitudinem: infert ergo secum Pater Filium; & Filius Patrem, & alter sine altero intelligi non potest: nisi enim Filius sit, penitus Pater non erit. Quis enim erit pater, si non sit filius? & rursus quomodo filius, si non sit pater? sicut enim hoc, sic illud. Verbum autem cum sit Filius, secum simul demonstrat Spiritum; Verbum enim non est absque Spiritu; neque mens absque Verbo: mentem autem dicimus Patrem Verbi; mentem dico, in qua Verbum, cum quo Spiritus sanctus, qui [e] *spiritus oris Dei* vocatur; os namque Patris Filius est. Quare necessario numerus Trinitatis in divina natura accipitur ad demonstrationem personarum, qui numerus habitudinem earum substantialem & substantiæ coæternam ostendit. Trinitatem vero dicimus non secundum compositionem unitatum compositam, & progredientem ab unitate ad Trinitatem: antecedit enim hujusmodi Trinitatem unitas, & dualitas; & rursus sequitur quaternitas, & deinceps. Sanctam vero Trinitatem non antecedunt unitas, vel dualitas, neque sequitur quaternitas, & deinceps; natura enim est Trinitas semper eodem modo se habens neque deficiens, nec abundans: siquidem in unitate Trinitatem contemplamur; & in Trinitate unitatem: cum enim substantiam intelligimus, simplicem unitatem contemplamur; cum vero hypostases, Trinitatem profitemur: usque ad solam enim Trinitatem personarum dilatatur unitas substantiæ: etsi enim est una natura divinitatis, una enim est; at non sic est angusta, ut una hypostasis divinitatis circumscribatur: quæ una quidem est, ut divinitas; ut autem sunt proprietates characteristicæ personarum, id est, signantes personas, tres sunt: est enim Pater, Pater, qui non quidem Filius est, Deus vero est: & Filius similiter Filius, qui non quidem Pater est, Deus tamen est: & Spiritus sanctus neque Pater, neque Filius est, sed is qui dicitur Spiritus sanctus, Deus verus est: quod enim est substantia unusquisque eorum qui dicti sunt, hoc sunt qui simul nominantur, & simul sunt: circa personas enim est differentia, non circa substantiam.

XIII. Quod ergo est Pater qui genuit, hoc est Filius genitus, quamvis non genuit; siquidem & ille non genitus, qui genuit: quod est genitus, hoc est ipse genitor, secundum substantiam. Similiter Spiritus sanctus, qui neque genuit, neque genitus est, secundum naturam hoc ipsum est, quod qui genuit, & qui genitus est: unusquisque enim cum ejusdem, & unius, ac solius, increatæ naturæ sit; [2] proprii modi, ut ita dicam, proprietatem characteristicam personalis hypostasis sortitus est. Pater, *ingenitum*; Filius, *genitum*; Spiritus sanctus, *processionem*: & non fiunt hæc communia, sicut communem substantiam dicimus: non enim proprium in commune transit; alioqui quomodo proprium esset? & quod commune omnium est, quomodo proprium alicujus umquam erit? sicut enim *risibile*, verbi gratia, non est proprium cujuspiam, est enim omnium; sic non est omnium *simum*, aut *aduncum*, sed unius sunt talia: at exempla imaginis indigna sunt, fateor; exempla tamen sunt ad declarandum, nullo modo fieri posse, ut quæ proprie alicui insunt, naturæ mutationem efficiant. Cum enim communis, ut dixi, sit substantia in sancta Trinitate, proprium quod inest personis, hypostases distinguit: estque solius Patris proprium, *ingenitum*; Filii, *genitum*; Spiritus sancti *procedens*: nec oportet in propria ista intuentes, differentiam quoque substantiæ quærere: impium enim est simul & stultum hæc suspicari: qui enim hoc putat verum esse, & simul cum [2] proprietatibus singularibus substantiam mutat; putet etiam, ut consequens est, Adam & Evam & Abel non esse ejusdem substantiæ: quia Adam est [3] formatus; Eva abscissa; Abel genitus: & Adam quidem pater, Eva vero mater, Abel autem filius: omnes tamen homines secundum substantiam nihil inter se differentes, tametsi Adam non est naturaliter ex parentibus, sed formatus est Dei manibus; Eva pars est formati, ex viro abscissa; Abel autem ex formato & abscissa naturaliter ortum

[a] Psalm. cix. 3. [b] Isa. lvii. 16. [c] Joan. xiv. 26. [d] Joan. xvi. 14. [e] Psalm. xxxii. 6.

1. Significat, non esse Trinitatem in genere substantiæ, sed supra substantiam, quæ est in prædicamento.

2. *Propr. sing.*] μονοτρόποις ἰδιώμασι.

3. *Form. absc. gen.*] πλάσμα, τμῆμα, γέννημα.

cepit, ex parentibus genitus: non enim multiplex productio & variatio qua exstiterunt, naturam variavit. Quare, ut sæpe diximus, proprietas circa substantiam non simul mutat substantiam, neque scindit; manet enim [1] integra in sortitis exsistentiam differentem, & tota est sine sectione & divisione in singulis, non facta propria secundum proprietatem. *Omnis enim homo homo est, totam substantiam in se ipso habens impartibilem.* In divinitate igitur, quod dicitur esse secundum substantiam is ex quo, id est, Deus Pater; hoc dicuntur esse qui ex eo, id est, Filius & Spiritus sanctus: ubi enim non est qualitas, vel quantitas, vel tempus, vel locus, vel situs; unde erit differentia substantiæ impartibilis secundum naturam; unde exsistent substantiæ particulares? & si pars substantiæ est, quomodo Filius in se ipso Patrem demonstrat? quandoque inquiens: [a] *Ego in Patre, & Pater in me est*; quandoque ad Philippum: [b] *Qui vidit me, vidit & Patrem meum*: & rursus: [c] *Ego & Pater unum sumus.* Est ergo Filius ex Patre, & non pars ejus; lumen ex lumine, & non particulare lumen; Deus ex Deo, & non pars divinitatis vel substantiæ. Similiter Spiritus sanctus. Et est Pater verus Deus; sic enim vocat Filius, cum ait; [d] *ut cognoscant te solum verum Deum*; se autem *veritatem* vocat inquiens: [e] *Ego sum veritas*; & Spiritus sanctus, [f] *spiritus veritatis* dicitur. Hic autem ex Patre procedit: [g] accipit autem omnia Filii, habentis omnia Patris, ad demonstrandum, & manifestum faciendum unam substantiam esse & accipientis, & ejus a quo accipit, & ejus ex quo naturaliter procedit: nec enim processit ex aliquo diversæ substantiæ; nec accepit quidquam ex non consubstantiali. Sin autem ejusdem substantiæ cum eo sunt, ex quo processit, & a quo accipit; & illi necessario inter se erunt ejusdem substantiæ: qui enim eidem sunt consubstantiales, & inter se erunt, & sunt vere ejusdem substantiæ.

XIV. Quamobrem necessario conglorificantur & coadorantur, cum Trinitas * consubstantialis; quæ simul utique nominatur, & ad regenerationem baptizatorum in commune adhibetur: etenim quia ex ipsa ortum cepimus, vetustate affecti per ipsam renovamur: non enim ad ullum alium pertinet renovare, quam ad eum qui in principio creavit: & numquam aliquid ad renovationem vocabitur, nisi fuerit a principio productum & conditum.

XV. Rursus ergo dicemus, unum Deum esse Trinitatem, quamvis differentibus nominibus appelletur; quæ quidem nomina non significant esse, sed quomodo esse. Nec enim qui Patrem dixit, substantiam significavit, sed plane habitudinem. Si autem Pater habitudo est significando, necessario etiam Filius; utrumque enim positum, alterum simul secum infert; & sublatum, alterum simul secum aufert. Si enim cogitatione neges Abel, simul negasti patrem ejus esse Adam. Hoc enim substantia ejus nominis, & non habitudo ad aliud. Idem igitur repetentes dicemus unum esse Deum, quem in tribus personis contemplamur: idque cum plane sciret Moyses omnium prophetarum antiquissimus: [h] *Audi*, inquit, *Israel: Dominus Deus, Dominus unus est.*

A XVI. Ac non solum Moyses, sed omnes consecuti theologi, spiritus theologici participes facti, divinitatem trium personarum perfecte contemplati sunt, doctrinamque puram & sinceram nobis tradiderunt profitendi & celebrandi unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate, cum admirabili unione & distinctione: nec enim distinctio, alienatio & separatio est; nec unio, conglutinatio & confusio est: sed potius unio est simplicitas; & distinctio admiranda: utrumque autem Deum decet. Quia vero hypostasim quidam arbitrati sunt esse naturam particularem, & hæc fuit eorum opinio; cavendum est, ne sic sentiamus: non enim est eorum opinio sincera & cum theologis consentiens; natu-
B ra enim particularis partitionem declarat: nihil autem partibile Deus. Quare non est dicenda persona natura specialis: non enim hypostasis natura est; sicut neque natura, hypostasis sive persona: natura namque [2] unius formæ est, & impartibilis: & stultum est partes quærere in impartibili: compositorum enim est scindi & partitionem capere. Quocirca qui sic opinantur, non solum in hæc absurda incidunt, sed tres particulares deos necessario reponunt, sortitionem divinæ substantiæ, immo substantiarum in se ipsis facientes. Si enim tres sunt; non est una, & simplex, & non composita. Nequaquam, quamvis similitudinem eis tribuant, qui ista audent. Si enim uniuscujusque est natura propria, & non
C potest alterius proprietatem subire; quomodo erunt, quomodo habebunt illud consubstantiale: quandoquidem simile in Trinitate dicere, temerarium & inconsideratum est; quoniam simile vel qualitate, vel quantitate simile dicitur; ubi autem nihil horum est, (Deus enim expers qualitatis & quantitatis est) quomodo simile locum habebit?

XVII. Nos ergo neque similem, neque dissimilem profitemur Trinitatem qualitate & quantitate carentem; sed consubstantialem & individuam. Qui vero dividunt, & faciunt unam tres, impii sunt, & multitudinem deorum introducunt, & monarchiam respuunt, nihil periculum divisionis veriti:
D partitio enim substantiarum & adæquatio, & variatio hujus substantiæ ab illa, sectio est eorum qui sunt unius naturæ. Siquidem qui dicit substantiam Patris particularem, quæ non possit esse natura Filii, prorsus substantiam variatam, immo substantias dicit: quomodo homousion, id est, consubstantiale in differentibus substantiis reperietur? frustra ergo prædicant, homousion simulantes profiteri, quod non profitentur vere, dividentes substantiam individuam. Et mirum, nisi ipsi etiam, ut verbo Evangelii utar [i], dividantur & partem cum hypocritis accipiant, qui minime dicuntur credere; quin potius contra, non possunt credere, tamquam cauponantes fidem, & eam pretio inanis & prætereuntis gloriæ
E vendentes, quibus Dominus prius dixit: [k] *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ ex Deo solo est, non quæritis?* Hi gloriam hominum magis quam Dei amantes, sensum proprium gratiæ caussa largiuntur, redimentes tempora, & fide volatica veluti talis ludentes, dum eam transmutant ad voluntatem ductoris; quibus melius erat ferre mercedem suam, sicut iis qui sunt hypocritæ, ut videantur hominibus jejunare & misericordes esse, & non reservare sibi supplicium


a Joan. XVI. 10. b Ibid. ℣. 9. c Joan. X. 30. d Joan. XVIII. 3. e Joan. XIV. 6. f Ibid. ℣. 17. g Joan. XVI. 14. 15. h Deut. VI. 4. Marc. X. 29. i Matth. XXIV. 5. k Joan. V. 44.

1. *Integra*] ἀκέραιος.

2. *Unius formæ*] μονοειδοῦς.

* *Trin. consub.*] Legendum videtur, *Trin.* SIT *consub.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



& materiam ignis inexstinguibilis. Nemo igitur aut A gratia alterius, aut voluntati suæ morem gerens a sana sententia discedat, neque fidei constitutum depravet, vel propter metum supplicii, vel propter minas direptionis bonorum. Quid enim diripietur par & æquale fidei? immo neque propter spem lucri: quid enim lucrifacere potest, qui jacturam Dei facit? Siquidem universus mundus parvus est, si cum fabricatore ejus conferatur: nec ipsum cælum magnitudinem auctoris sui repræsentare potest; quod qui amiserit, quid amplius habebit? quid erit amisso par & æquale? Neque fidem supprimat, qui voluerit esse vere fidelis: suppressio enim quodammodo est negatio: confiteri autem fidenter, firmitatem fidei ostendit: igitur licet justus supprimat, jam non B est justus: [a] *Non placet*, inquit, *animæ meæ in ipso*.

XVIII. Rursus vero ab ipso Domino audivimus: [b] *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui in cælis est.* In unoquoque enim simile redditur antegresso; confessio confessioni, negatio negationi, sed non similiter: siquidem confessio & negatio antegressæ in hominibus sunt; sequentes vero in Salvatore & angelis sanctis. Quamobrem quisque se muniat, metuens periculum impendens; & omnem metum humanum, & omnem gratiam hominis, instar pulveris, excutiat ex suis cogitationibus: illum tantum metuat, [c] *qui potest animam & corpus perdere in gehenna*; C habeatque persuasum, quod disperfit, & [d] *disperget Dominus ossa eorum, qui hominibus placent*. Idcirco in solam gloriam Dei intuemur; & solum Verbum judicem exspectamus. [e] *Quid enim*, inquit Dominus, *proderit homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Veniet enim filius hominis in gloria Patris sui, & tunc reddet unicuique secundum opera sua*. In illud ergo judicium aciem oculorum animæ intendentes tamquam in quamdam facem, quam occultare soliti sunt qui in mari navigant, recta ad portum salutis pergemus: figemusque ancheras in fidei petra immobili, nihil facientes aut dicentes, [f] ad oculum D servientes, tamquam hominibus placere velimus, sed potius tamquam servi Dei omni hypocrisi & simulatione ejecta, Patrem Patrem glorificemus; Filium Filium adoremus; Spiritum sanctum confiteamur, unam substantiam & diversas personas sincere agnoscentes, & *unamquamque personam* Deum, non tamen substantiam particularem habentem, non communem, tametsi per se Deus nominetur: particulare enim non est substantia, siquidem substantia genus est; & generale non est particulare; sicut neque particulare generale est: & quamvis dicatur unaquæque persona Deus; non tamen divinitas divisa, est divinitas, neque efficitur propria & particularis naturaliter secundum diversitatem substan- E tiæ, sed perfectam & totam habet communem substantiam. Quamobrem tres dicuntur & sunt unus, utpote unius substantiæ non divisæ in tres, quamvis unusquisque per se nominetur; nec extensæ in multitudinem, cum tres inter se nominantur.

XIX. Quare veritatem depravat, qui tres pro uno Deos esse opinatur: opinatur autem Deos, qui hypostases, naturas speciales sive particulares vocat. Sic enim naturæ speciales essent; Deus autem natura est, cum dicit Propheta: [g] *Deus noster in cælo, & in terra*; [h] *& cognoscant, quod tu Dominus Deus solus*. De quo ergo trium dicit? non enim posuit multitudinis significationem; naturæ autem speciales multitudinem ostendunt. Sin vero de divina substantia, unica & simplici sermo sit, hanc autem unum Deum divinæ scripturæ vocant, etsi tres habet proprietates: una utique natura & substantia divinitatis est. Si autem una est, nemo substantias particulares dicat, si refugit deorum multitudinem nominare. Demonstratum enim est, principium esse multitudinis deorum, particulares naturas nominare: & existimo nullum usque adeo nudasse caput, id est, eo impudentiæ processisse, ut deos numero multitudinis nominet; etsi ex sumtionibus eorum necessario concluditur, deos dicere, si sanctam Trinitatem naturas speciales nominant: id quod a nobis plane demonstratum est, cum proprio loco contra eos qui tres substantias dicunt, scripsimus, cum nuper de hac quæstione posita disceptaretur: & fortasse qui illa quæret, reperiet; & cum repererit, certius cognoscet, quomodo in illis contra illam tunc hæresim ortam disputavimus.

XX. Dicimus præterea omnia per ipsum facta esse, & in ipso omnia consistere tamquam in [1] creatore & concreatore: [i] *Omnia enim quæcumque voluit, fecit*. Si enim & hoc nonnulli opinantur de Patre dictum esse, [k] *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt*: at [l] *Omnia*, inquit, *quæcumque videt filius Patrem facere, hæc & Filius similiter facit*, & non * talia; hoc enim est ejusdem substantiæ operatio. Ait igitur Dominus: [m] *Ipse mihi*, scilicet Pater, *mandatum dedit*, non tamquam servo subjecto, sed tamquam ejusdem naturæ, & simul Deo. Idem de Spiritu sancto sentimus: nihil enim servum est in sancta Trinitate; igitur neque creatum: omnis enim creatura serva est creatoris sui: nec alienum; alienum enim non est concreans, non adorandum, non lumen, non vita; & reliqua de Deo, ut eum decent, dicuntur. Sicut enim Pater est lumen & vita, sic & Filius, & Spiritus sanctus: & hæc nomina per totam Scripturam sanctam reperimus, aliquando quidem sanctam Trinitatem communiter declarare; aliquando vero unam personam specialiter.

XXI. Multa igitur intelligentia opus est nobis ad cognoscendam differentiam, ne frustremur dubiis cogitationibus utentes. Cum enim canit David inquiens, [n] *in lumine tuo videbimus lumen*, sanctam Trinitatem profecto significat: tria namque lumina significat Propheta; unum, cui preces adhibebat, hic est Pater; & lumen ejus Filium; & in lumine lumen Spiritum sanctum: cum vero subjungit, [o] *Extende misericordiam tuam cognoscentibus te*; Filium vocat misericordiam, siquidem ipse est propitiatio: rursus dicitur Spiritus sanctus ἰδιαζόντως, id est, ut ita dicam, appropriate lumen, ut cum ait, [p] *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt*: lumen enim ante faciem Dei Spiritus sanctus est; siquidem facies Dei est Unigenitus, cujus lumen est Spiritus sanctus, qui est sanctis dux viæ, in quo spi-

a Jer. xv. 1. Ezech. xxiii. 18. Zach. xi. 8. *b* Matth. X. 32. *c* Ibid. ✝. 28. *d* Psalm. lii. 6. *e* Matth. xvi. 26. 27. *f* Ephes. vi. 6. *g* Psalm. cxii. 5. 6. *h* Tob. viii. 19. *i* Psalm. cxxxiv. 6. *k* Psalm. cxlviii. 5. *l* Joan. V. 19. *m* Joan. xii. 49. *n* Psalm. xxxv. 10. *o* Ibid. ✝. 11. *p* Psalm. lxxxviii. 16.

1. *Creat. & concr.*] δημιουργός, συνδημιουργός.

* *Talia*] An *alia*?

ritu ambulant, ficut fcriptum eft: [a] *Defcendit fpiritus a Domino, & eorum ductor fuit*: & iterum: [b] *Spiritus tuus bonus ductor meus erit*. Demonftratur autem confubftantialitas per copulationem fimul & cooperationem: [c] *Verbo*, inquit, *Domini cæli firmati funt, & fpiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Unde manus Dei vocat Filium & Spiritum fanctum beatus David, cum ait in pfalmo: [d] *Manus tuæ fecerunt me, & plafmaverunt me*: & rurfus: [e] *Videbo*, inquit, *cælos opera digitorum tuorum*. Digitum autem Dei vocari Spiritum fanctum, & a Moyfe & ab ipfo Chrifto didicimus: Moyfes enim dixit [f] *fcriptas effe tabulas digito Dei*. Chriftus autem dixit Judæis, qui expulfionem dæmoniorum Beelzebub attribuebant: [g] *Si ego in digito Dei dæmonia ejicio*; quod Matthæus dixit: [h] *Si in fpiritu Dei*. Recte igitur interpretamur *manus Dei*, & * *digitos ejus* Filium ejus & Spiritum fanctum, qui in fabricatione mundi cooperarii ejus fuerunt. Et beatus Job idem fimiliter confitens: [i] *Manus tuæ*, inquit, *fecerunt me, & plafmaverunt me*. Et iterum David providentiam Dei exponens: [k] *Anima*, inquit, *mea* ** *in manibus tuis femper*. Quod vero magis hoc confirmat, ipfe per Prophetam clamat: [l] *Manus mea fundavit terram; & dextera mea firmavit cælum*. Et rurfus oftendens ea: [m] *Hæc*, inquit, *omnia fecit manus mea; & funt mea hæc omnia*. Si autem omnia fecit per Filium; id eft, per Verbum quod erat in principio, id eft, in Patre; & apud Deum Spiritus, & manus ejus fecit omnia, & digiti ejus cælum; arbitror, nihil referre vocare Filium, vel Spiritum, an dicere manus, & digitos, & brachia, & quæcumque, fi confubftantialitatem & operatoriam vim & energiam per conjunctionem membrorum, quæ fymbolice nominantur, declarant: fiquidem incorporeus eft Deus, & nefas eft putare eum membris uti, more noftro.

XXII. Quod fi confubftantialitatem hæc declarant, ficut manus & digiti ejufdem naturæ inter fe & cum corpore funt: undique demonftratum eft unam effe & individuam divinam naturam, non fciffam in diverfas naturas, fecundum eos qui dicere audent, Deum increatum, & creatum; neque partitam in fe, fecundum hærefim recentem, in partes quas ipfi vocant fubftantias fpeciales five particulares; neque priorem fe ipfa, vel pofteriorem: quomodo enim quod eft fe ipfo prius & pofterius, Deus effe poteft? Sicut enim unum & idem corpus *fenius & juvenilius* dici non poteft; fic unus Deus qui in tribus perfonis eft, femper fecundum idem & eodem modo fe habet, nequaquam tempore cum exfiftentia ejus fimul cogitato: fumto autem exemplo ex proprietate corporis, [1] connexionem mutuam divinarum perfonarum per proportionem membrorum, & affimilationem repræfentavimus. Sic enim [n] *fpiritus oris ejus*, id eft, Dei, dicitur Spiritus fanctus; os autem eft Unigenitus: ac rurfus Spiritus ex ipfo procedens, & miffus non folum a Patre, fed a Filio, ficut ait ipfe Dominus: [o] *Paracletus autem quem mittet vobis Pater*: & iterum: [p] *Si abiero, mittam eum ad vos*; ad di-

A fcipulos fcilicet: & David prophetice ad eum, [q] *Emittes*, inquit, *fpiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ*. Neque vero quia mittitur Spiritus fanctus, minorem Patre & Filio fecundum fubftantiam putamus: apage; nemo hoc fufpicetur: non enim ut minifter mittitur, fed ut confubftantialis, & æqualis honoris, & [2] *ejufdem naturæ*. Siquidem & ipfum Filium miffum effe didicimus non folum a Patre, fed ab Spiritu fancto, ficut ipfe dixit per Efaiam: [r] *Et nunc Dominus mifit me, & fpiritus ejus*. Vocatur autem Deus fpiritus; & rurfus: [f] *Dominus autem fpiritus eft*; & Spiritus fanctus, fpiritus Dei, & fpiritus Chrifti, & fpiritus Jefu. Per totas hypoftafes demon-

B ftrat divinus fermo naturalem [3] cognationem divinitatis. Spiritus quidem fancti hic eft proprius character, qui hac appellatione fignificatur; eft enim Spiritus fanctus: Spiritum autem fanctum totum fic dictum & vocatum non invenies alium. Deus autem, ut antea dixi, dicitur fpiritus; & Deus dicitur fanctus: ambo vero nomina compofita congruunt ei, qui proprie dicitur Spiritus fanctus, ficuti nomen Patris proprie convenit [4] principio; & nomen Filii ei, qui immediate ex principio: & hæc nomina non commutantur inter fe: cetera omnia moventur & immutantur. Sicut enim Pater qui Deus eft & Pater, nominibus Spiritus appellatur, fanctus fcilicet & fpiritus, quamvis non appellatur to-

C tum hoc Spiritus fanctus; fic etiam Spiritus fanctus, qui eft fpiritus & fanctus, Deus eft, & nominatur: & Salvator fimiliter qui eft Filius, & Dominus vocatur, non folus ufus eft hac appellatione Domini, fed Pater etiam nominatur Dominus; & Spiritus fanctus nominatur etiam Dominus; ficut & ipfe Filius Deus, & Spiritus & fanctus vocatur.

XXIII. Hæc communitas appellationum in fcriptura fancta œconomice, ut ita dicam, fertur, ut nullam habeant homines impietatis occafionem, & opinentur effe tres Deos. Idcirco divina fcriptura, ut omnem hujufmodi fufpicionem omnibus præcideret, Patrem quidem appellat Deum; Filium vero

D Dominum; & Spiritum fanctum Paracletum: & fi hoc, more pædagogi providit, non tamen privavit divina voce Filium & Spiritum fanctum, neque vocem Domini in Patre & Spiritu fancto reticuit: immo neque appellationem fanctificantis ab aliqua perfona Trinitatis alienavit. Cum vero eadem fit fanctæ Trinitatis divinitas, vel fubftantia, vel natura, five aliter vocare placet, commeant viciffim hæc nomina *Deus*, *Dominus* & *Spiritus*, propter naturam incorpoream, & fanctus: unicuique enim perfonæ hujufmodi appellationes apte adhibentur, refervato foli Patri, ut fit Pater, quia folus eft principium; & Filio, ut fit Filius, quia folus genitus eft; & Paracleto, ut fit Spiritus fan-

E ctus; propriam enim habet proceffionem a Patre.

XXIV. Sæpe diximus, differentiam nominum non variare naturam: nec enim Pater, quia Pater eft, idcirco Deus eft; neque quia Filius non eft Pater, idcirco non eft Deus; fimiliter Spiritus fanctus: fed

a Ifa. LXIII. 14. *b* Pfalm. CXLII. 10. *c* Pfalm. XXXII. 6. *d* Pfalm. CXVIII. 73. *e* Pfalm. VIII. 4. *f* Exod. XXXI. 18. *g* Luc. XI. 20. *h* Matth. XII. 28. *i* Job X. 8. *k* Pfalm. CXVIII. 109. *l* Ifa. XLVIII. 13. *m* Ifa. LXVI. 2. *n* Pfalm. XXXII. 6. *o* Joan. XIV. 26. *p* Joan. XVI. 7. *q* Pfalm. CIII. 30. *r* Ifa. XLVIII. 16. *f* Joan. IV. 24.

1. *Connex.*] ἀλληλουχία.
2. *Ejufd. nat.*] συμφυής, *connaturalis*.
3. *Cognat.*] συγγένειαν.
4. *Principio*] τῷ αἰτίῳ.

* *Digitos*] Forte *digitus*.

** *In manibus tuis*] Vulg. *in manib.* MEIS. Alio fenfu.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

ideo Deus eſt, quia eſt increatum, æternum, immutabile, incorruptibile, invariabile, auctor vitæ, creator corporum, & eorum quæ incorporea ſunt. Hæc enim ſunt propria divinitatis; & inſunt in unaquaque perſona, & propter hæc unaquæque perſona Deus eſt, ſiquidem Pater propter hæc Deus eſt: & non quia Pater eſt. Si enim quia Pater eſt, Deus eſt; omnis pater Deus eſſet; nunc autem non ſic habet; quin potius appellationes differentes eamdem ſubſtantiam ſignat, ſimul ejuſdem naturæ communionem declarantes, & nihil ab una natura alienum admittentes. Idcirco univerſa plenitudo divinitatis unus Deus eſt, [a] *ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus*; etſi enim divina ſcriptura diverſis nominibus appellat ſanctam Trinitatem quam adoramus & colimus, occaſiones tamen ſpeciales naturas introducendi ſuſtulit, cum unam ſubſtantiam & eamdem ex eiſdem operationibus demonſtravit, nulla erroris cauſſa relicta iis qui lumen participare volunt, & non potius mentem excæcare, ut vel naturam alienent per illud, *aliquando*, & illud, *non erat*; aut divinitatem particularibus ſubſtantiis dividere. Nec enim ſicut ſtella ab ſtella ſplendore differt, ut verbi gratia, major a minore, nec ut corpus corpore majus eſt mole, ut corpus adoleſcentis corpore pueri, nec ut homo tempore antiquior, ut exempli cauſſa, Abraham antiquior David, aut David Zorobabele; ſic in perſonis ſanctæ Trinitatis loqui aut ſentire didicimus. Quin potius operationes quidem naturales communes habet; hæ vero ſubſtantiam plane declarant; ſimul autem perſonas ſecum inter ſe, & in ſe ipſis viciſſim inſeparabiliter in eadem gloria & poteſtate exſiſtere contemplamur, quandoquidem ejuſdem ſubſtantiæ & naturæ ſunt.

XXV. Quod autem poteſtas ſanctæ Trinitatis individua eſt, ſicuti & ſubſtantia, David declarat, cum deprecans Deum dixit: [b] *Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?* ac primo quidem ponit ſpiritum Filii qui eſt facies Patris, quia eſt in Patre, & Pater in ipſo; non autem ſeparat energiam, id eſt, operationem, vel dividit ſubſtantiam, ſed ſolum diſtinguit hypoſtaſes, ſignificans non eſſe confuſas. Dixit præterea idem in alio loco: [c] *Faciem tuam Domine requiram*: & rurſus: [d] *Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo*. Non enim partem corporis, aut locum ſenſuum dicit eſſe faciem Patris; ſed Unigenitum Verbum, qui judicat omnia ſecundum voluntatem Patris ſui, ſicut idem David dixit: [e] *A facie tua judicium meum exeat*. Facies igitur Patris Filius dicitur, tamquam imago & character ejus, qui poteſtatem habet quam a Patre accepit, judicandi, ſicut ſcriptum eſt: [f] *Facies Domini ſuper facientes mala, ut deleat de terra memoriam eorum*: ſed ſicut facies Domini malos delet de terra, non ut nihil omnino ſint, ſed ut non ſint mali; ſic etiam illud, [g] *Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ*, hoc eſt, hominem: decor enim terræ eſt homo; ſicut decor hominis eſt facies.

XXVI. Quare copioſe demonſtratum eſt, unam eſſe ſanctæ Trinitatis operationem, quæ unam ſubſtantiam eſſe ſimul demonſtrat; ſiquidem quia una ſubſtantia divinitatis eſſe cognoſcitur, una etiam & eadem Patris & Filii & Spiritus ſancti ſubſtantia eſſe demonſtratur; ſtatim enim ut brachium & manus Patris Filius nominatur, fabricator & creator eſſe declaratur; eodem ſermone ſimul Spiritus ſanctus ſimilia facere demonſtratur, cum dicitur: [h] *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me*. Dicitur enim ipſe etiam Spiritus ſanctus manus patris: id quod planius ex prophetiis didicimus. Si enim Prophetæ pleni Spiritu ſancto intererant futuris tamquam præſentibus, liquet, quotieſcumque dicunt: [i] *Facta eſt manus Domini ſuper me*, adventum eos Spiritus ſancti nuntiare; ſiquidem per Spiritum ſanctum fiunt prophetiæ: quod nemo dubitare debet, qui intellexerit, quæ ſuperius diximus de digito Dei, eſſe ſcilicet eum digitum Spiritum ſanctum, quo digito lex Moyſis in lapideis tabulis data eſt. Hoc etiam Eliſæus in ænigmate ſignificavit, cum ait: [k] *Accipite mihi pſallentem. Et factum eſt, cum pſalleret qui pſallebat, facta eſt ſuper eum manus Domini*: & dixit, declarandi gratia, *& factum eſt ſpiritus Domini ſuper eum*.

XXVII. Demonſtratum ergo eſt iis qui non contradicunt contentioſe, conſubſtantialem eſſe ſanctam Trinitatem; ſimul etiam demonſtratum eſt, nefas eſſe particulares ſubſtantias intelligere: unde enim demonſtravimus [1] mutuam conjunctionem operationum; inde unam eſſe ſubſtantiam impartibilem manifeſtum fecimus, nempe inſeparabiles eſſe hypoſtaſes; cum neque Filius ſine Patre intelligatur, & Pater ſecum inducat Filium; & Spiritus ſanctus, cum Patre & Filio ſimul exſiſtat tamquam cum mente, & Verbo. Etenim Dominus demonſtrans ex ſe ipſo ipſum exſiſtere, inſufflans diſcipulis dixit: [l] *Accipite Spiritum ſanctum*; quem quidem ipſi diſcipuli adhibita precatione per impoſitionem manuum credentibus tribuebant. Ex quo licet differentiam ſervitutis, & æqualitatis intelligere. Apoſtoli enim precantes & tamquam Domino ſupplicantes Spiritum ſanctum iis qui digni adventu ejus erant, veluti inducebant. Salvator vero noſter ex ſe ipſo, tamquam ex quodam theſauro, præbebat eum iis qui facti erant per puritatem vitæ idonei ad excipiendam energiam ejus. Atque Apoſtolis quidem aderat ſemper participare; Salvatori vero Chriſto & Deo noſtro, tamquam conſubſtantialis. Et idem Deus hac ratione dicitur ſpiritus Dei, & ſpiritus Chriſti, non ſicut miniſtrantes ſpiritus ad miniſterium miſſi: illi enim circumſcriptam ſubſtantiam habent, ita ut non poſſet exempli gratia, Gabriel eſſe in cælo, ſimul & apud virginem; nec apud Danielem in Babylonia, & in Judæa apud Abaccum: ſiquidem creata eſt natura ejus. At Spiritus ſanctus qui omnia implet, & in Judæa aderat Prophetis; & captivis in Babylonia; & eos qui in Ægypto erant, non deſerebat; omnibus præſens, ut quiſque capax erat, & ſapientiam tradens pro proportione fidei. Siquidem omnes Apoſtolos implevit; [m] *& loquebantur variis linguis, prout Spiritus ſanctus dabat eis eloqui*: & peregrinabatur cum peregrinantibus; & cum commorantibus commorabatur, individue & impartibiliter cum omnibus habitans; & Antiochiæ Barnabam & Saulum ordinabat; & cum Petro atque Joanne in Samaria aderat; & ad alios quidem veniebat per impoſitionem manuum Apoſtolorum per quos loquebatur; alios vero ad prædicandum mit-

a Epheſ. IV. 6. b Pſalm. CXXXVIII. 7. c Pſalm. XXVI. 8. d Pſalm. CXVIII. 18. e Pſalm. XVI. 2. f Pſalm. XXXIII. 17. g Pſalm. CIII. 30. h Pſalm. CXVIII. 73. i Ezech. III. 22. XXXIII. 22. XXXVII. 1. k IV. Reg. III. 15. l Joan. XX. 22. m Act. II. 4.

1. *Mut. conjunct. operat.*] ἀλληλουχίαν τῶν ἐνεργειῶν. ἀλληλουχία. *Mutua habitio*: ita ut Pater habeat Filium in ſe, & Filius Patrem; & Spiritus ſanctus Patrem & Filium; & Pater & Filius Spiritum ſanctum.

tebat, alios non finebat ire, quo volebant. Hæc omnia sunt exempla divinarum operationum, quibus substantia aperte declaratur.

XXVIII. Multis digressionibus usus sum & fortasse non inutiliter, cum propositum fuerit demonstrare eamdem esse substantiam, & æqualitatem personarum. Longe enim alienum est a sancta Trinitate dicere in ea majus & minus: etsi enim dicitur Pater major Filio, sicut scriptum est: [a] *Pater major me est*, scilicet major dicitur ratione principii, non ratione substantiæ: fortasse vero minor Patre dicitur Filius, quatenus factus est minor angelis, propter assumtionem carnis: & hoc magis tenendum est: non enim dicitur major esse Spiritu sancto, sed Filio solo qui carnem assumsit. In substantia igitur frustra & supervacue majus & minus quæritur: substantia enim non recipit majus & minus, ut exteri philosophi tradunt. Unam igitur substantiam profitemur, in qua generans & genitum & procedens unus Deus est.

XXIX. Quomodo autem generatur Verbum, vel procedit Spiritus, ne curiose inquiramus; non enim tutum est & periculo vacans: hoc enim solummodo cognitum est Principio, & iis qui ex ipso differenter exeunt: nobis vero qui per fidem instructi sumus, ad perfectam mysterii cognitionem satis est, cognoscere Deum unum esse, & unam naturam divinitatis, quamvis in tribus cernitur, principio, & creatore, & perfectore: tria enim nomina sunt circa unam substantiam, & unumquodque unam hypostasim declarat non transeuntem in aliam, & factam quod non erat. Hæ autem sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: eadem enim sæpissime dicere tutius, & cautius est: in his initiamur in baptismo, & salutem per fidem reportamus; & ad vitam immortalem & numquam senescentem ac infiniti sæculi redimus credentes in quibus baptizati sumus, & quibus adscripti sumus: hi autem sunt unus Deus solus, in quo generans, & genitus, & procedens unus Deus. Omissis igitur superfluis, sanctorum vocibus utamur, quæ nobis ipsis quod tutum est & simul a periculo vacat, præbent. Hæ autem voces theologorum generationis meminerunt, declarantes plane habitudinem, quam habet principium ad eum qui ex ipso principio exsistit. [b] *Ego* enim, inquit, *hodie genui te*; &: [c] *Ante luciferum genui te*: atque hæc quidem tamquam a principio: ab ipsa autem Sapientia illud dictum est: [d] *Ante omnes colles generat me*, Deus scilicet. Didicimus præterea appellationem Patris: [e] *Pater enim misit me*, ait Salvator; &: [f] *Ego a Patre exivi, & venio*, & alia ejusmodi. Vocaverunt autem scripturæ sanctæ eum qui genitus est, Filium; sicut eum qui genuit, Patrem: [g] *Filius* enim, inquit, *meus es tu*. Sic divina scriptura nostris nominibus nos ad veram cognitionem instruxit, qui non poteramus aliter doceri ea quæ spiritus sunt: nec enim quia Deus propriis & naturalibus nominibus indigeret, nostra sibi vindicavit, & per nostra, ut dictum est sua nos docuit.


XXX. Sicut igitur si quis, cum vellet tradere alienæ nationi utilem disciplinam, eamque ad meliorem statum & optimam vitæ normam erudire; inanis penitus esset opera ejus & studium, si lingua sua uteretur, cum illi qui alia lingua loquuntur, non possent nisi propriam linguam intelligere: quid aliud ei faciendum esset, qui propter caritatem vellet eos qui errore labuntur, dedocere, quam voce patria & usitata auditoribus uti? ut ex nobis ipsis quod justum est, judicemus. Omnis enim homo hominem similem secundum substantiam generat; & omnis qui generat, pater est; & item qui generatur, filius; neuter autem est major, vel minor natura: nec aliquis dicitur creare eum, qui ex ipso generatur: & hoc quicumque est sanæ mentis, ut videtur, confitebitur, discens ex humanis, quoad fieri potest, divina. Qui enim generat filium ejusdem secum substantiæ, naturaliter generat: qui autem creat, aliud diversæ substantiæ creat; & numquam filium: quare si genitus est Filius, non est creatura; & si natura Pater est qui genuit, quo modo dicetur creator geniti? Hanc naturalem cognationem ex nostris nominibus cognovimus: ceterum divina tanto his nominibus altiora sunt, quanto illa natura nostra humili natura altior est. Consentanea his tenere oportet eos, qui volunt, ut Dei voluntas est, vivere.

XXXI. Si autem nonnulli contra naturam rerum cogitationes inanes fabricantur perverso consilio & proposito, quod sibi ipsi in malum suum & ad decipiendum simpliciores excogitarunt, vana & inania meditantur: *& erunt*, inquit, *fraudulenti frustrati venatione*: nec enim veritatem assequuntur; neque vertunt res, contra quas novant nomina: fixa enim est natura rerum; & non movebitur in sæculum sæculi; sed ut erat, & est, sic manet & permanebit: nec hæc aut illa appellatio rationem ejus in aliud quidquam mutabit, ab eo quod secundum naturam est, alienum: posterior enim est impositio nominum; prioresque sunt res de quibus nomina dicuntur. Si igitur naturæ rerum nomina conveniunt, & in eas res pulcre oratio quadrat; vera merito vocatur nullam incurrens reprehensionem: sin autem contra non convenire neque quadrare reperiatur, manifestum est, probari esse falsam: manet vero res quæ secundum naturam constituta est, nullo incommodo ex falsa oratione accepto. Atque hoc quidem in unaquaque re verum esse comperiet, si quis quærat: quod si in unaquaque re; multo magis in divinis dogmatibus. Fallax enim oratio aliquos fallet, & fortassis a veritate abducet eos qui non sunt ea imbuti; non tamen mutabit naturam de qua pronuntiatur: non enim esset natura oratione valentior, si sono orationis res mutarentur.

XXXII. Sed deinceps, quia fortassis hæc Oratio est longior justo, ad aliam pergemus, vel potius non ad aliam: adhuc enim in eisdem versatur, tametsi variat materia argumentationes.

[a] Joan. xiv. 28. [b] Psalm. II. 7. [c] Psalm. cix. 3. [d] Prov. vi. 25. [e] Joan. V. 36. [f] Joan. xvi. 28. [g] Psalm. II. 7.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



EJUSDEM
S. ANASTASII SINAITÆ
PATRIARCHÆ ANTIOCHENI
ORATIO II.
DE INCIRCUMSCRIPTO.

I. OMnia audet lingua dolosa, quæ & creatorem contemnit, & quæ ejus virtus sit, non sentit. Sit nobis Dominus auxilio spei, tribuatque sermonem prudentiæ propter eos qui fructum percipere & prudentiam augere cupiunt: tu vero cariffime, ne cum eis, ficut fcriptum eft [a], pactum facias: eos dico, qui Deum imminuunt, & divinam fubftantiam circumfcribunt, & quantum in ipfis eft, tradunt vacuum effe univerfum a creatore univerfi: qui videntur pii effe, impudenter blafphemi funt, divinæ naturæ amplitudinem negantes, & linguam fuam importunam & loquacem in Deum univerfi acuentes. Sane quidem non cognoverunt ifti, nec intellexerunt potentiam Dei, quin potius [b] *obfcuratum eft*, ficut ait Scriptura, *infi-* B *piens cor eorum: dicentes fe effe fapientes, ftulti facti funt*. Deus autem patientiffime fert hæc, qui non vult ullos perire, fed omnes ad pœnitentiam venire; [c] *Vult enim omnes homines falvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*. Faxit Deus, ut hoc fapiens confilium exitum bonum in eis affequatur, ipfis falutem confecutis fecundum propofitum Dei, [d] *qui vocat ea quæ non funt, tamquam ea quæ funt*.

II. Ne autem abfurdum & dolofum iftorum dogma lateat, videamus, qualia fint quæ de Deo dicere audent. *Energia*, inquiunt, *in omnibus rebus eft Deus; fubftantia vero minime*. Energiam vocant C opus energia, id eft, operatione confectum, ut fabricator navis eft in navi a fe fabricata, & textor in pallio quod texuit. Atqui dicam ego infeparabilem effe a natura Dei energiam ejus, exemplo fuperiore ab iftis fumto ufus: ficut enim fabricator navis cernitur in navi, & textor in pallio textili; fic Deus in operibus fuis: tametfi illi, utpote mortales & corporibus circumfcripti, folam energiam relinquant vacuam ab artifice, qui operi faciendo artem adhibuit: atque artificem quidem, fi adeft & cognofcitur, prædicat opus; abfentem vero & incognitum, minime; fed cur ita? quia utrumque circumfcripte cernitur & opus, & id unde profectum eft opus. Quia vero viva eft natura divina, energias, id D eft, operationes habet viventes, & fine intermiffione agentes: fine fubftantia autem non poteft ullo modo prodire energia; ubi enim energia cernitur, fimul cum hac cernitur fubftantia ex qua prodit: utrumque enim eft incircumfcriptum; quamobrem omnino funt inter fe infeparabilia: prædicat quidem operatio fubftantiam latentem; cernitur vero conjuncta cum operante, fine quo effe non poteft. Sic [e] *cæli enarrant gloriam Dei; & opera manuum ejus annuntiat firmamentum;* non femel factum, & a fabricatore fuo alienatum, femper enim indiget confervatore, qui non finit veterafcere. Unde, quia omne quod pati A poteft, non renovatum veterafcit; quod autem natura veterafcere poteft, non veterafcens renovatur: cælum igitur & cæleftia corpora quæ hactenus ficut a principio facta funt, durant, renovationem in fe quotidie fieri oftendunt; confervationem vero voco renovationem: confervat autem ea Deus, quomodo affecta funt. Si autem recte habet, quod nos intelligimus, energiam, id eft, operationem effe confervationem; confervatur vero, & continetur univerfum; circa univerfum verfatur energia. Ab hac autem non eft fubftantia feparabilis; eft igitur circa univerfum, & in univerfo fubftantia Dei.

III. Sic intelligimus, quod Salvator dixit: [f] *Pater meus ufque modo operatur, & ego operor:* non quod facta fit acceffio univerfo; [g] *requievit* enim *Deus die feptima ab omnibus operibus fuis, quæ cœpit facere:* &: [h] *Nihil eft recens fub fole*, ait Salomon; fed opus nominavit confervationem univerfi. Ipfa enim genera & fpecies eorum videre licet femper confervari, nec augeri penitus, neque minui; confervantur autem Verbo, ut antea diximus; ita ut feparare ea a poteftate confervante impium fit: fiquidem ad interitum deducet univerfum, qui auctorem univerfi ab univerfo fejunxerit.

IV. Adeft igitur in omnibus Deus non folum energia, id eft, operatione, fed etiam fubftantia: demonftratum enim eft, non effe energiam feparatam a fubftantia. Energiam autem voco virtutem viventem & [1] femper agentem, prodeuntem ex fubftantia operante: tripliciter enim dicitur energia; vis operandi naturæ infita; & habitudo operantis ad opus, quo fit; & id ipfum, quod ex antegreffis confectum eft. Prius enim contemplatur mens, quod faciendum eft; poftea moventur manus; deinde confummatur quod mens contemplata eft, & quod per motum eft effectum. Hæ autem energiæ eorum funt, quæ compofita & mortalia funt: & ob hanc cauffam non neceffe eft, ut quod operatur, femper adfit ei rei quam operatur; quia prohibet adeffe craffities corporis, & mors operantis, & ceffatio operationis, & fortaffis etiam interitus rei effectæ. In divina autem natura nihil horum quæ dicta funt, prohibet; fimplex enim eft, quia incorporea; & [i] *folus habet immortalitatem*; & perpetuæ energiæ eius; & quod effectum eft, confervatur; idcirco in omnibus rebus neceffario cernitur fubftantia operantis. Siquidem in exemplo fuperiore, quamdiu fit id in quo verfatur operatio, tamdiu neceffario adeft natura operantis: nemo namque abfens poteft aliquid operari. Igitur quia femper omnia Deus operatur, & confervationem univerfi fine ceffatione continuat; neceffe eft Deum effe in omnibus, & a nulla re feparatum effe: alioqui quomo-

a Prov. I. 15. *b* Rom. I. 21. 22. *c* I. Tim. II. 4. *d* Rom. IV. 7. *e* Pfalm. XVIII. 1. *f* Joan. V. 17. *g* Gen. II. 2. *h* Eccle. I. 10. *i* I. Tim. VI. 16.

1. *Semper agentem*] ἀκοίνητον.

do de Deo ut Deum decet, sentire liceret? fiet A enim, ut Deum dicamus esse corpus, quod extremam impietatem superat: circumscriptio enim propria est corporum, immo creaturarum.

V. Si ergo proprium est corporum & creaturarum circumscribi; incorporei & increati non circumscribi: qui dicit eum qui natura est incircumscriptus non esse in aliqua re; is incircumscriptum circumscribit: etenim si ab uno solo, licet minimo, arceatur, modus circumscriptionis est; siquidem ab altero terminari substantiam, terminati circumscriptam esse demonstrat, ut quæ non possit circumscribere quod ipsam terminat. Quomodo igitur verum erit, quod ait Scriptura: [a] *Spiritus Domini replevit orbem terrarum?* cum enim Deus sit substantia, omnia quæ sunt, divina substantia implevit; & in omnibus est; & supra omnia est, non assimilatus moli corporis, sed divina virtute universum coagmentans & continens: nihil enim eorum quæ sunt, esse potest, quin participet id quod est: solus autem Deus proprie est, qui semper est eodem modo & tenore, neque mutatur; & si quid dicitur esse, non præcipue esse dicitur, sed esse participatione ejus, qui proprie & primum est, & fortasse solum est; ait enim Scriptura: [b] *Diligis omnia, quæ sunt.* Si autem quæ sunt, ideo sunt, quia id quod est participant; participant autem id quod est, scilicet secundum operationem ejus; operatio vero sejuncte a substantia non exit, & est in omnibus: substantia igitur in omnibus est, ut ait Propheta: [c] *Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*: implet autem quæ sunt supra ea quæ sunt: & nihil est vacuum, non particeps ejus. Nec enim existimare quis debet se Deum honorare, quasi ad malos non descendat, aut ad alios, alio modo præsentia ejus indignos; ne summo dedecore & ignominia eum afficiat, tribuens ei proprietatem corporum, id est, circumscriptionem & terminum, separans scilicet operationem a substantia: quod quidem in Deo intelligi non potest.

VI. Ante hoc quidem cum Propheta sciret, ajebat: [d] *Quo a spiritu tuo ibo?* non dixit, ab operatione tua: *& a facie tua, quo fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es*; non solum operatio tua: *si descendero ad infernum, ades*; & quæ sequuntur. Ubi igitur Scriptura significationem dedit disjunctionis naturæ ab energia sive operatione? nusquam: per omnia enim meat Deus, universa implens amplitudine naturæ, & potestatis suæ abundantia.

VII. Sed sunt quidam, qui infirmitatem naturæ suæ in Deum transferunt, circa maxima parci & restricti. At qui existimant melius esse cohibere naturam divinam a materia, quam arbitrari porrigi eam & protendi usque ad universum, quique putant penitus nefas & impium esse, subire corpora indecora, sordida & fœtida, vel animas impias, & alia quædam minima; intelligere debent de Deo esse naturam quæ omnibus antecellit, qui profecto humilia de Deo sentiunt, & quæ magnitudine ejus quæ attingi non potest, indigna sunt. Fortassis autem qui sic sentire in animum induxerunt, ignorant operationes ejus quæ in universum pervadunt: nulla enim particula materiæ est, quæ non sit opus Dei: neque quidquam sordidum vel immundum ducit Deus præterquam cogitationes, voluntate nostra in anima conflatas. Quid ergo ex omnibus rebus excogitabit aliquis, quod non fecerit Deus? quodnam corpus, quamlibet immundum sit, non pars est materiæ subjectæ corporibus, figuratæ & formatæ a qualitatibus quæ ei adveniunt? Debilia ergo isti, & quæ fundamento penitus carent, cogitant; quia nihil creaturarum suarum Deus rejicit, nec quidquam rerum putidum existimat; sed nec ad nos accedens nostram participat nequitiam, quæ sola est re vera immunditia, quæ nec est, nisi cum agitur tantum. Quis ergo tam puerili sensu, B & tam parvo judicio est, ut propter qualitates vicissim advenientes & recedentes, Deum circumscribat; idque ne patiatur, qui pati non potest?

VIII. Etenim si sol alioqui corporeus, omnibus corporibus per radios suos appropinquans, nullis tamen sordibus se inquinat, neque fœtorem capit, quamvis in infinitas res fœdas radios jaciat; immo vero contra, ejusmodi qualitates in melius suapte natura mutat: quanto magis Deus qui est supra solem, bona sua communicabit, & ipse nullum participabit? nec enim licet sol putrorem participaret, necessario etiam Deus participaret: quod si neque sol participat, cum sit alioqui passibilis, sicut re- C liqua corpora; quomodo Deus impassibilis participaverit?

IX. Ceterum, quia operationem ajunt in omnibus esse; hanc enim volunt non circumscribere neque terminare, interrogandi sunt, quomodo de ea sentiunt: an dicunt participare eam terrenas sordes, cum ad eas accedit? an non? Si verum fatebuntur; perspicuum est, fieri posse, ut quod appropinquat, non participet malitiam eorum quibus appropinquat: sin vero dicent, participare; idem absurdum eveniet eis qui hoc dicunt, quod ut fugerent, Deum circumscribebant: contrahant igitur etiam operatione, ut universum dissolvant. Quod si D dum hoc absurdum metuunt, quasi eos sententiæ pœniteat, divinas operationes nihil lædi dicant, cur non idem de substantia affirmant? si autem operationem ideo dicunt liberam esse a participatione, quod sit facultas quædam incorporea; inde licet arguere, dicere eos, substantiam Dei non esse incorpoream, & hac ratione eam circumscribere, quasi naturam corporis. Est autem plane manifesta amentia sic sentire & loqui: siquidem [e] *Spiritus est Deus*; quamobrem spiritaliter eum glorificemus omni corporea cogitatione longissime repulsa, adorantes eum [f] *in spiritu & veritate*, & Deum Deum esse scientes, non deflexi a via recta quam in dogmatibus triverunt pedes patrum nostrorum mansue- E torum & humilium, qui recte tractarunt verbum veritatis, super quos aspexit Dominus propter rectum cor eorum: quos ipsi insecuti, sententiam puram & undique limatam exposuimus, nihil proprium exprimentes, sed potius sanctorum verba tamquam flores colligentes, hæc nunc tamquam favos finximus, usi adjutrice vel potius caussa & principio sapiente ape, cujus labores reges & privati ad sanitatem adhibent.

a Sap. I. 7. *b* Sap. XI. 25. *c* Jer. XXIII. 24. *d* Psalm. CXXXVIII. 7. 8. *e* Joan. IV. 24. *f* Ibid.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
570.



S. ANASTASII SINAITÆ
PATRIARCHÆ ANTIOCHENI
ORATIO III.
DE DIVINA OECONOMIA, ID EST, INCARNATIONE.

I. OPortet ſapientem Salvatoris noſtri œconomiam pro tenuitate noſtræ intelligentiæ laudare, non pro dignitate magnitudinis Verbi. Non hoc polliceor; nequaquam! non enim poteſt humana mens, quamvis purgatiſſima ſit, tantam amplitudinem complecti, ſed ut infirmæ & parvæ vires noſtræ ferunt, de hac re diſſeremus. Quamobrem ab iis qui ad legendum acceſſerint, petimus, ne cum ſenſu humili eorum quæ a nobis ſcribuntur, ſimul humi repant, ſed potius cum amplitudine rerum in altum tollantur: etſi enim oratio una cum inſtrumento ſuo infirma eſt, manet tamen materia detrimenti expers: quæ hoc ipſo granditatem demonſtrat, quod omnem ſermonem ſuperat: non enim univerſi fabrica; cælum Verbo confectum & ſideribus ornatum; & terra ſuper nihilum fundata, & omni genere arborum pulcre conſita, omnique generi animantium alimenta idonea ſuppeditans; mare liberum, & fines ſuos non egrediens; aer fuſus, & a nullo per vim occupatus, ſed æquabili participatione aſpirantium honoratus; & ceteræ partes mundi creati, ita poteſtatem illam quæ ſupra omnia eſt, demonſtrant, quantum demonſtrat, potuiſſe divinam naturam cum noſtra miſceri, & copulari ſine ulla mutatione cum corpore anima rationali prædito. Ac cauſſam quidem hujus tanti deſcenſus perfectam ipſe ſolus novit, & ii quibus patefecit, & hac cognitione digni fuerunt.

II. Quantum autem nos aſſecuti ſumus illorum ſcriptis eruditi, cauſſa fuit, ut homo qui male perierat, ſalvus fieret, qui manu Dei formatus & imagine honoratus, provide in paradiſo a conditore poſitus fuit, [a] *ut operaretur, & cuſtodiret eum*, ſicut [1] juſſum erat; alterum enim ſine altero non erat utile: ſed non cuſtodivit ſemper quod ei commiſſum erat, per ſegnitiem, & aggreſſus ad vetita, dolo cujusdam fallacis voluptatis inductus. Hinc illi omnis labor natus eſt, & malorum inundatio; quæ cum reſecari alioqui opus fuiſſet, magis tamen aucta ſunt. Sic enim iis evenire ſolitum eſt, qui nullo ordine ſervato ægrotant, ſic & præceptis medicorum non ſicut debent, utuntur: [b] *In profundum* igitur *malorum cum deveniſſet*, ſicut ait Sapiens in Proverbiis, *contemſit*. Unde quia ex tanta excellentia & altitudine lapſus erat, non congruebat bonitati naturali Dei, ſic lapſum ſine medicina, & extra felicem ſtatum in quo conditus fuerat, neglectum præterire: qui enim aliquando in purpura, ut ait Propheta, [c] *altus & educatus erat, indutus eſt ſtercore*.

III. Idcirco ſapienter Verbi Dei œconomiæ negotium ſuſcepit magnus ille rex, & vere præclari generis, ac vere liber ex omnibus qui ſunt ab oriente ſolis: egreſſus enim e ſua civitate propter eum qui

A inde exſulaverat, ſedit ſuper noſtrum ſtercus in quo ſedebamus, exuti ſplendidum veſtitum quo eramus ante tranſgreſſionem induti, & hoc fœtore amicti: & quoniam ex ſtercore fœtido ulcera & vulnera acceperamus, quæ totam naturæ noſtræ fabricam corrumpebant, accepit teſtam, ut multum putrorem eo raderet; purgare enim volebat vulnus, & lavare. Sed quæ iſta teſta eſt? corpus ſcilicet terrenum, quo peccatum noſtrum emundavit [d] *Agnus Dei* factus, *qui tollit peccatum mundi*. Hoc nobis eſt [e] *magnum myſterium, a ſæculis & a generationibus in Deo qui omnia creavit, abſconditum*; quod Joannes theologiæ tonitru prædicavit, cum ſupra ſenſum & ſupra ea quæ ſub ſenſum cadunt,
B elevatus: [f] *In principio*, inquit, *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipſum facta ſunt.*

IV. Ipſum igitur magiſtrum & ducem ſequentes, ejuſdem vocibus divinis utamur ajentes: [g] *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Poſtquam enim nimiam ejus erga nos miſericordiam oſtendit, illum ipſum dixit factum eſſe hominem. Quomodo autem fieri potuiſſet, ut qui erat alioqui immutabilis, fieret quod non erat; docuit, cum dixit, *& habitavit in nobis*: quod perinde eſt, ac ſi diceret, uſus eſt carne pro tabernaculo; oportebat enim, ut qui vere & natura rex no-
C ſter erat, nos ab alieno & adulterino quodam domino oppreſſos qui regnum rapuerat, quod ad eum nulla ratione pertinebat, non relinqueret captivos, nulla noſtri habita ratione & cura: quin potius inſignia noſtræ ſervitutis indueret, & ad nos veniret, ut muro disjecto & diruto, nobis præiret, & ſecum ejuſdem naturæ homines extraheret; immo ſervitutis eorum quibuſcum natura ſibi communis eſſet, vincula ſibi ſponte injiceret.

V. Ob hanc cauſſam venit ad nos qui longe eramus, & nobis in longinquo poſitis appropinquavit, non loco; nec enim facta eſt loci mutatio: quomodo enim divinitas, aut ubi circumſcribatur,
D quæ univerſa in ſe continet, & a nullo continetur? Non igitur poterat is qui ab eo defecerat, eſſe extra numerum eorum quæ ſunt, ut adventum qui ſimiliter ad locum pertineat, quæramus; utrumque enim erat impoſſibile: procul autem ab eo aberamus affectione, & voluntate ſpiritus, ut ait Scriptura: idcirco ad nos deſcendit, non relicta vita divina, quam cum Patre & Spiritu ſancto naturaliter degebat; cum quibus ante ſæcula in gloria erat in ſinu paterno requieſcens; ſed propter caritatem ſuſcepta ſponte œconomia quæ bonitatem ejus naturalem decebat, ſic carnem craſſam, terrenam & mortalem, & morti reſiſtentem induit, exſuperantia poteſtatis ſuæ uſus ad occultandam gloriam, &

a Gen. II. 15. *b* Prov. XVIII. 3. *c* Thren. IV. 5. *d* Joan. I. 29. *e* Epheſ. III. 9. Coloſſ. I. 26.
f Joan. I. 1. 3. *g* Ibid. ℣. 14.

1. *Juſſum*] An *juſtum*? Sed ἀπέχω.

Sæcul. VI.
circa
Ann. Chr.
570.



ad assumendam carnem quam sibi univit & in qua habitavit, divinitatis propriæ amplitudinem inumbratione tegens. Oportebat enim eum qui erat inaspectabilis, cui propositum erat venire ad eos qui secundum sensum vivebant, aspectabilem eis fieri & similem. Quamobrem instrumentum hoc divinum sibi formavit, ut per ipsum fieret visibilis; & quod nostræ naturæ erat, & naturæ divinæ unitum divinis actionibus ministraret: ut hac ratione omnibus qui redemtionem ejus exspectabant, diceret: [a] *Ipse qui loquebar, adsum*: adest enim vere Verbum; & quamvis solum corpus cernitur, Deus verus est, & humanam formam oculis nostris subjicit; & ante sæcula est, licet ortus ejus tempore factus describitur ex genere Abraham & David: ex his enim exstitit corpus terrenum, quod tempori subjecit. Ex spiritu vero est, quod est divinum & sine tempore, quod carni animatæ unire voluit, per quam nobiscum versatus est hoc velamine opertus; sicut corpus tegit animam nostram quæ est inaspectabilis, & in iis quæ sub sensum cadunt, non numeratur: quia facta est ad imaginem ejus qui eam creavit, servatque signa similitudinis ad quam facta est: quod enim natura inditum est, non est aptum natum, ut facile mutetur.

VI. Quantum igitur nobis modum unionis Verbi cum carne conjectura consequi licet, aliam imaginem & similitudinem non poterimus reperire, quam animæ cum proprio corpore, ex quibus unum animal homo exsistit, neque partibus in compositione inter se mutatis, nec una earum alterutram ex se faciente: sed potius coeuntibus duobus diversis illud exsistit, quod post compositionem est & nominatur. Adhibentes igitur ex hac imagine, quantum utile est ad exemplum similitudinis, unionem Verbi cum humanitate contemplabimur. Verbum enim quod in principio erat Deus, cum vellet fieri homo, quia non posset homo aliter salvus fieri, ingressum est in uterum virginalem & omnis corruptionis expertem: erat enim [b] *virgo casta spiritu & corpore*. Quamobrem necessario, ut decebat, ad tantum mysterii ministerium eam elegit, unitumque est sine confusione & mixtione totum toti carni, anima rationis participe animatæ, & per adventum Spiritus sancti ex carne virginis matris conflatæ & constitutæ, nulla caussa in ea antegressa ex iis quibus consueverunt corpora fieri, præter virtutem Altissimi. Sola enim mulier materiam corpori quod divinitatis instrumentum factum est, suppeditavit, sicut olim ex propria carne solius viri mulier & mater viventium facta est.

VII. Vane igitur delirant, qui propter modum generationis negant esse nobis consubstantiale: eadem enim ratione nec Eva erit consubstantialis viro, aut ei qui ex utroque simul natus est; ambo enim vario modo exstiterunt: nec cum alioqui potuisset, proprium corpus aliunde duxit, quam ex materia nostris corporibus subjecta: [c] *Non enim*, inquit, *apprehendit angelos*, nec aliam cælestem virtutem, *sed semen Abrahæ* cui facta fuerat promissio. Quomodo igitur ajunt quidam, corpus terrenum & in terra natum cæleste fuisse, siquidem hujusmodi materia non est in illis locis cælestibus? ergo nec ex natura propria immutabili, nec ex ulla alia, nisi ex qua dictum est, fabricavit sibi corpus. Valde enim absonum fuisset, si cum ad nos veniret, alienum a nobis corpus ferret; quin potius cum Deus tantum esset ex Patre genitus, & natu-

A ram ejus sine ulla varietate, id est, se ipsum haberet; corpus ex matre assumsit, factusque est ei consubstantialis: quamobrem secundum imaginem superius propositam, ex utraque substantia unus CHRISTUS apparuit nobis, idem DEUS & homo.

VIII. Et hoc est in hoc mysterio admirabile, quod utrumque eorum quæ coierunt, proprietatem naturalem servat perinde ac si per se solum exsisteret, non facta alterius cum altero unione, cum alioqui una sit hypostasis. Christus igitur est quod ex unione harum naturarum exsistit, non habitudo, sed id ipsum quod ex his substantiis constat; immo ipsæ substantiæ, & non divina absque humana, B neque rursus humana absque divina, sed utriusque inseparabilis unio: quam non dicimus factam esse ad imitationem liquidorum, quæ inter se mixta in aliud quid mutantur, sed ad similitudinem propositam animæ & corporis, ex quibus animal rationis particeps, homo, constituitur; ex intelligente, inquam, & sensili intelligens simul & sensile. Sic heic potest quis tenuiter mysterium contemplari: ambo enim simul coeunt divinum & humanum: & quod ex hac compositione constat, nihil aliud est quam naturæ unitæ: æque enim Deus & homo, Christus, qui ex unitis modo ineffabili apparuit mundo, mortali corpore ad delendam mortem utens: quod est admirabile. Est igitur vere Deus simul C & homo, Christus: quæ appellatio vera esse non potest, nisi sint diversæ naturæ ei subjectæ. Tribuitur autem sæpe separatim iis ex quibus constat, non quidem quod hoc solum sit; non enim fieri potest, ut alterum ex unitis contemplemur, nisi sola cogitatione mentis discernentis, quatenus cognoscimus, quid est divinum, quod non est humanum; quid rursus humanum, quod non est divinum: si enim aliquando has notiones mente exprimemus, volentes significare subjectas substantias, & earum inter se diversitatem, statim copulamus actu; rursus unientes prius quam disjungamus, cognoscentes unum Christum esse ex diversis naturis constantem.

D IX. Etsi enim sunt diversæ naturæ ex quibus unitus est ad manifestationem mysterii, una tamen est hypostasis: eadem enim proprietas hypostasis mansit, Filio etiam incarnato. Filius enim rursus est etiam secundum carnem: quare natura quidem differunt assumens, & assumta; hypostasi vero minime. Sic dicimus, unam esse hypostasim natura differentium, omnibus theologis & Ecclesiæ doctoribus approbantibus, qui eumdem affirmant esse Deum & hominem. Hæ enim sunt naturæ, ex quibus compositus est: naturas vero nunc dicimus non principia, ut quidam dicunt, qui simplicioribus insidias ponunt ad decipiendum, dicentes naturas ex quibus facta est unio, esse Deum Patrem, E & virginem matrem, qui recte & inumbrate dicunt illud, *ex quibus*, ut nihil assumtionis in Christo confiteantur. Nos vero spectantes unionem naturarum secundum hypostasim Christi, qui non solum ex Deo & homine constat, sed idem Deus & homo est, salvis substantiis in unione, quæ per compositionem compositam hypostasim quam Christum vocamus, reddunt.

X. Idcirco sancti patres de Christo non solum tamquam ex Deo & homine, nec ex duabus naturis tamquam ex principiis loquuntur, sed tamquam de Deo & homine, & de duabus naturis; ut fallaciam longissime relegent, & veritatem pla-

a Isa. LIII. 6. b I. Cor. VII. 34. c Heb. II. 16.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



ne prædicent: atqui [1] ſimplex & *recta* erat prædicatio pietatis, niſi plerique varie conati fuiſſent eam verbis fallacibus depravare. Quamobrem ne qui in ſimplicitate animæ ingrediuntur, iſtorum laqueis indicta cauſſa caperentur, diverſis temporibus Spiritus ſanctus mentes ſanctorum adventu ſuo docuit, deditque illis ſermonem ad contradicendum, & ad tendiculas fallaciarum contra veritatem violentas effugiendum, qui nobis tradiderunt theſaurum magnum, ac præcipue quidem in vaſis fictilibus: hoc enim decebat divina dogmata & doctrinam: quia conveniebat, ut ſemper vaſa frangerentur in quibus magnus theſaurus reconditus eſt, propter infirmiores dedit prædicatoribus veritatis vim verborum ad reſiſtendum contradicentibus, & ad jacula adverſariorum temere emiſſa propulſanda. Quare verbum veritatis non vincitur mendacio, ſed potius fallaciam mendacii redarguit. Et ipſum omni eo quod alienum eſt, exploſo, manet, neque deponitur, neque circumfertur. Idcirco [a] *Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam* eſſe docet, unum ex cælo & ex terra Deum & ſervi forma indutum, ut lateret Deus principem ſæculi hujus cum quo erat ei certamen, & non defugeret luctam, tamquam non cum Deo certaturus; fortaſſe vero, ut per ſimile ſervaret ſimile. Non ferebat igitur aliquid externum & alienum præter id quod nos ſumus, ſed totam noſtram maſſam in uno relicto nobis ſemine aſſumſit, factus primitiæ naturæ noſtræ. Hac autem ratione dicitur [b] *primitiæ*.

XI. Etenim quia totum quod ceciderat, excitare propoſitum erat ei, ceciderat autem totum genus; ſe totum toti Adæ immiſcuit, vita mortuo, ut eum ſervaret, in eum totum penetrans cui unitus erat, ſicut anima magni corporis, totum animans, & toti vitam impartiens ſenſiliter. Sic dicitur genus humanum, [c] *corpus Chriſti, & * membra ex parte*, tamquam per omnes communiter permeantis, & tamquam in unoquoque habitantis ſeparatim ſecundum menſuram fidei. Membra enim proprium quid ſignificant, quatenus membrorum dignitates differentes ſunt; horum enim alia ſunt honorata; alia infirma, alia vero honeſta: aliis autem major honor adhibetur: atque hæc non de communitate corporis prædicantur. Quare cum Apoſtolus dixit *corpus*, & *membra* nominavit, docuit differre genus a parte: & cum non genus Chriſti vocavit, ſignificavit, communitati ſubſtantiæ noſtræ unitum eſſe, non autem particulari hypoſtaſi; alioqui membrum ejus, non membra, neque corpus eſſe diceremur.

XII. Poſtquam vero ſemel voluit Verbum fieri homo, & nos totos indumentum ſuum facere; cum utrumque ſit, alterum dicitur; & cum alterum dicitur, utrumque eſt, non nominibus commutatus: nec enim hæc per abuſionem dicuntur; ſed eum utrumque ſit, nominatur ſeparatim: eum enim nominamus Deum, non aliquem Deum; eumdem etiam nominamus hominem, non aliquem hominem. Eſt autem Deus ſimul & homo per nomina generaliora declaratus, ex quibus conſtat; ſcilicet non ex particularibus hypoſtaſibus conſtat, ſed ex generalibus ſubſtantiis. Exiſtimo enim neque partem ſubſtantiæ eſſe: ajunt enim qui in his ſe exercent, partes ſubſtantiarum ſubſtantias eſſe. An igitur pars ſubſtantiæ reperietur, quæ rationem ſubſtantiæ non recipit, ut ſubſtantiam particularem nominemus? ſin autem quam vocant partem, totam rationem recipit; totum erit, non pars: nec enim ſicut in ſectione circuli in duos ſemicirculos, aut in reliquas partes; neque ſicut in ſectione ſphæræ in quatuor partes, aut in hemiſphæria, ſic ſectio ſubſtantiæ intelligi poteſt. Quid enim faciet ſubſtantia ſecta? fortaſſe partes ſubſtantiæ: at dictum eſt partes ſubſtantiæ ſubſtantias eſſe; igitur individua eſt, impartibilis ſubſtantia: ſicut enim non poteſt ſecari ſphæra aut circulus, & facere rurſus ſphæras vel circulos; ſic non poteſt diviſa ſubſtantia facere particulares ſubſtantias [2] per ſe eſſe.

XIII. Ne igitur quis fruſtra laboret, ut vanis rationibus demonſtret quod demonſtrari non poteſt, eſſe ſcilicet unionem incarnationis Verbi factam in naturis particularibus, & non generalibus; quod quidem miror, quomodo non eos pudet, qui hoc dicunt: eſt enim non minus ad intelligendum difficile, quam difficile eſt griphos interpretari. Cum enim ſubſtantia ſignificet eſſe, & omnia ſcilicet quæ ſunt ſubſtantiæ, ſimiliter eſſentiam participent; quid eorum ſecundum rationem eſſentiæ minus eſt, ut illud particularis ac ſingularis ſubſtantia dicatur? cum alioqui ſubſtantia aliquid generale, non autem [3] *ſingulare* declaret: ac genus quidem generaliſſimum audivimus, & ſpeciem ſpecialiſſimam; genus vero ſingulariſſimum nunc primum diſcimus. Etſi enim quædam dicuntur genera ſpecierum, ſicut media quæ dicuntur ſpecies generum, & ipſa ſunt aliarum ſpecierum genera; verum hæc omnia de pluribus prædicantur: quod quidem magis eſt communitatis, quam particularitatis. Igitur quod commune eſt, non eſt particulare; & ſi retro commeat, id eſt, quod particulare eſt, eſt commune.

XIV. Denique quo magis ſit hoc abſurdum, quis tam demens eſt, ut eſſe & taliter eſſe; cujuſmodi ſunt ſubſtantiam eſſe & hypoſtaſim eſſe, alterum pro altero viciſſim accipiat? non enim ſubſtantia eſt particularis natura. Cum igitur naturarum ſive ſubſtantiarum unionem dicimus, ipſas ſubſtantias in unione contemplamur, non ſic facta unione, ut natura in naturam tranſeat, aut fiat confuſio vel mixtio; ſed naturalis copulatio. Has vero naturas ſive ſubſtantias, ſententia noſtra eſt eſſe inter ſe inſeparabiles: non enim ſecundum habitudinem, aut appoſitionem, aut proſopopœjam, aut dignitatem, aut alium modum ab iis excogitatum qui duas perſonas dicunt, dicimus factam eſſe incarnationem Salvatoris noſtri; ſed unionem ipſarum naturarum ſecundum hypoſtaſim contemplantes, unum & eumdem Chriſtum adoramus, qui erat ante incarnationem Deus, & manſit Deus poſt incarnationem; qui fuit unitus diverſæ ſubſtantiæ, ut ſalvum faceret quod erat ſibi conſubſtantiale: conſubſtantialis enim factus eſt diverſa ſubſtantia præditis; & ad capiendam generationem humanam proceſſit, qui erat alioqui ante ſæcula ex Patre nullo medio interjecto genitus.

XV. Unde duas generationes eſſe credimus: eumdem enim per duas naturas exiviſſe non ſimiliter, ſed diſſimiliter didicimus; aliter namque ex Patre genitus eſt, & aliter ex matre. Ceterum idem eſt, etſi non ſecundum idem: differentia enim ſubſtantiarum unitarum differentes generationes fecit; & utraque eſt excellentior & admirabilior, quam

a I. Cor. I. 24. b I. Cor. xv. 20. 23. c I. Cor. xii. 27.

1. *Simplex* cet.] *ἀποίκιλον τῆς εὐσεβείας κήρυγμα.*
2. *Per ſe eſſe*] *ὑποστῆσαι*, *ſuppoſitare*.
3. *Singulare*] *ἰδική*. *particulare*.

* *Membra ex parte*] Juxta Græcum, *μέλη ἐκ μέρους*. At Vulg. *membra de membro*.

ut intelligentia comprehendi queat: tametſi unus eſt, cui dignitas datur, ſicut in nobis, ut hac comparatione utamur, ex corpore & anima quæ diverſæ naturæ ſunt, unus exſiſtit: eum enim qui ante ſæcula eſt, & ſæculorum auctor vel mediocriter aſſequi impoſſibile eſt.

XVI. Nemo vero ex iis qui extra Eccleſiam ſunt, ea quæ diximus, carpat, & more ſuo hanc doctrinam laceret, & tamquam ſus fulgentes margaritas illotis pedibus proterat. Ignorantes enim quæ ſit certa & tuta doctrina de iis quæ didicerunt, audacter contra verbum veritatis inſiliunt, ajuntque, ſentire ſanctam Trinitatem carni unitam eſſe, qui quomodocumque dicit unam divinitatem ſubſtantiæ B eſſe, & hanc confitetur cum natura noſtra eſſe copulatam: & dum temeritatem mentis ſuæ patefaciunt & abſurditatem quam piis induxerunt, fugere videntur; ajunt habere Verbum propriam naturam, Patri & Spiritui ſancto connaturalem, quæ nobis per incarnationem ex caritate unita eſt. Miror ipſe hoc tam abſonum, velimque dicere in iſtum pro viribus, quæ conveniunt: non arguo nunc, poſſit ne Deus carnem indutus habere propriam naturam, an non; ſed demonſtro eum qui hæc dicit, non poſſe ſentire eſſe Filium Patri conſubſtantialem: omne enim quod eſt unius ſubſtantiæ, eamdem rationem ſubſtantiæ recipit; & viciſſim omne quod eamdem rationem ſubſtantiæ recipit, unius & ejuſdem ſubſtantiæ eſt: & contra, C quod non eſt ejuſdem ſubſtantiæ, nec eamdem rationem recipit; & quod non recipit eamdem rationem, nec ejuſdem ſubſtantiæ eſſe poteſt. Eligant igitur, utrum velint: undecumque occurret eis abſurdum. Si Filius eamdem rationem ſubſtantiæ cum Patre recipit, una ſubſtantia eſt Patris & Filii: & communis definitio eis reddetur. At quomodo quod communiter redditur, particulare erit? ſin autem non eamdem definitionem & rationem recipit, non erit una ſubſtantia: quorum autem non eſt ſubſtantia, conſubſtantialitas non erit. Sicut enim quæ ejuſdem ſubſtantiæ ſunt, conſubſtantialia ſunt: ſic quæ non ſunt ejuſdem ſubſtantiæ, non ſunt conſubſtantialia: quomodo igitur D ajunt Filium eſſe Patri conſubſtantialem, tribuentes ei particularem ſubſtantiam? particularis enim eſſe non poteſt, quæ cum altero facta eſt communis.

XVII. Quid ergo dicent eſſe hanc particularem ſubſtantiam? ſi dicant eſſe filiationem: primum non eſt filiatio ſubſtantia: deinde etſi detur & concedatur hoc; rurſus concludetur in eos diverſitas ſubſtantiæ. Sicut enim non eſt eadem ratio paternitatis & filiationis, ſic non erit Filius ſecundum ipſos unius & ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: quæ autem non ſunt ejuſdem ſubſtantiæ, nemo negabit, non E eſſe conſubſtantialia. Definat ergo iſta verborum vanitas eorum, qui communem & particularem ſubſtantiam dicunt: demonſtratum enim eſt copioſe, non eſſe ſubſtantiam particularem: qui enim nominat aliquorum ſubſtantiam, neceſſario communem ſignificat: ſupervacaneum igitur eſt addere ſubſtantiæ *commune*; perinde enim eſt, ut ſi quis dicat *communem communitatem*: & multo magis ſupervacaneum eſt dicere particularem ſubſtantiam; quod quidem non eſt aliud quam dicere communem particularitatem. Idcirco doctores Eccleſiæ proprie loA quentes, commune quidem vocaverunt ſubſtantiam; particulare vero ſive ſpeciale hypoſtaſim: ut homo commune eſt; aliquis homo particulare, hoc eſt hypoſtaſis; illud ſubſtantia: nec enim aliquis homo non eſt homo, ſed eſt quidem ἐνούσιος, id eſt, in ſubſtantia; non autem ſecundum ſubſtantiam particularem & ſeparatam a communi, ſed ſecundum eamdem, ſecundum quam ſinguli omnes ſub eadem ſpecie ſortiti ſunt ſubſtantiam: unuſquiſque enim eamdem cum reliquis rationem recipit: homo enim eſt communis homo, & aliquis homo, & neuter eſt plus, aut minus homo. Filiatio igitur habitudo quidem naturalis eſt ad eum, ad Patrem ſcilicet, ex quo Filius: Filius vero ejuſdem divinitatis eſt B cum Patre. Rurſus enim dicimus ſubſtantiam particularem habere characterem, filiationem: hac enim dicitur eſſe character paternæ, non quidem naturæ; illud enim ipſum eſt natura, quod Pater eſt; ſed hypoſtaſis, id eſt, perſonæ: utpote inferens ſecum Patrem, ſimul ut nominatus eſt Filius ſecundum habitudinem categoriæ ad aliquid; quæ eſt, cum id quod eſt, alterius eſſe dicitur, ut Filius Patris eſt filius, & Pater filii Pater, quia per ipſum habemus acceſſum ad Patrem; & ipſe eſt magiſter noſter, & auctor cognitionis ejus; ſicut idem dixit Patri: [a] *Manifeſtavi nomen tuum hominibus*; manifeſtavit autem nomen non ut Dei; hoc enim jam olim cognitum erat, ſed ut Patris: ipſe enim C cognitionem Patris revelavit.

XVIII. Uſus ſum tot digreſſionibus, quia volebam demonſtrare, quod pars ſubſtantiæ non eſt; ut dicat aliquis, factam eſſe incarnationem aſſumendo partem alterius ſubſtantiæ: & quia nolebam corrigere eorum opinionem qui putant, eum qui dicit ſubſtantiam [1] integram Verbi unitam eſſe carni, Patrem & Spiritum ſanctum ad œconomiam incarnationis deferre: quod quidem non eſſe neceſſarium, ſatis demonſtravimus iis qui non contentioſe, ſed benevole in Deum pia & divina veræ fidei noſtræ dogmata accipiunt: Filius enim non eſt ſubſtantia, ſed hypoſtaſis ἐνούσιος, id eſt, ſubſtan- D tiam habens. Quod ſi ſubſtantia eſt, ut hoc nunc concedamus; at non eſt ſubſtantia particularis: totam enim ſubſtantiam integre habet, qui ejus particeps eſt. Verum igitur eſt, quod dicitur, quod ex duabus ſubſtantiis perfectis exſtitit una hypoſtaſis Chriſti, qui eſt Deus, ſicut Pater, ſi pars eſſet, & non totum: atqui quod Deus appelletur, ſtatim docebimus; deinde quod homo; poſtea, quod compoſitus ex diverſis.

XIX. Dixit ergo Hieremias indicans hunc: [b] *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adverſus eum. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & dedit illam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.* E *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Quod autem hoc vaticinium de Chriſto dictum ſit, plane demonſtrat converſatio cum hominibus, quando carnem ſuſcepit Deus, de quo David plectro chordas percutiens canebat: [c] *Deus deorum Deus locutus eſt, & vocavit terram*; & : [d] *Deus manifeſte veniet*. Et ne forte exiſtimes de alio quopiam, quam de ipſo prædici, quod ſubjungit declarat eum eſſe, qui poteſtatem judicii a Patre accepit, quia filius hominis eſt; ſequitur enim: [e] *Ignis in conſpectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempeſtas valida: advocabit cælum deſurſum & ter-*

a Joan. XVII. 6. *b* Baruch. III. 36-38. *c* Pſalm. XLIX. 1. *d* Ibid. ℣. 3. *e* Ibid. ℣℣. 3. 4.

1. *Integram*] ἀκέραιον.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 570.

ram, discernere populum suum. Quod autem [a] *Pater non judicat quemquam*, ex ipso Domino audivimus. Deus igitur dijudicans populum suum, Christus est secundum humanitatem.

XX. In eamdem sententiam dictum est illud: [b] *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos dijudicabit.* Clamat præterea Oseas ex persona ejus prophetans, & dicens: [c] *Deus sum, & non homo; in te sanctus.* Et Esaias ad eum referens: [d] *In te*, inquit, *est Deus, & non est alius præter te. Tu enim es Deus, & nescivimus, Deus Israel salvator. Confundentur, & reverebuntur omnes qui adversantur ei.* Quod autem Judæi & legis doctores propter indumentum carnis ei adversati sunt; manifestum est. Cum enim ignoraretur quis esset qui in aliena forma cernebatur, audiebat ab iis qui ignorabant: [e] *Quare tu homo cum sis, facis te ipsum Deum?* Hi igitur confundentur aliquando, cum intelligent veritatem cum pudore superioris ignorantiæ. Atque hæc hactenus: nunc ex multis pauca quæ testimonium tribuunt divinitati Christi, & Deum esse eum cum carne demonstrant.

XXI. Quod autem homo est, rursus ex eisdem scripturis Spiritus sancti pro virili parte patefaciemus. Primo igitur Esaias postquam eum vocavit puerum, & virgam ex radice Jesse ortam, & Emmanuelem, & marem ex prophetissa natum, & postquam nominavit eum [f] *Celeriter spolia, & cito prædare;* hunc ipsum his verbis nominans hominem: [g] *Et vidimus*, inquit, *eum, & non habebat speciem neque pulcritudinem; sed species ejus inhonorata: deficiens præter omnes homines: homo in plaga exsistens, & sciens ferre infirmitatem.* Et rursus David Psalmorum scriptor, divinam lyram plectens: [h] *Quid*, inquit, *est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quia visitas eum? Minuisti eum paullo minus ab angelis.* [i] *Minoratus est* enim, ut Paullus ait, *paullo minus quam angeli*, factus homo, *propter passionem mortis: quamobrem gloria & honore coronatus est*, omnes gentes pro quibus mortem subiit, in hereditatem accipiens: hæc enim erat [k] *gloria quam apud Patrem habebat, ante quam mundus fieret.* Propter hanc scivit ferre infirmitatem, ut quæ universo mundo sanitatem afferebat. Hic igitur etsi videbatur non habere speciem vel pulcritudinem: [l] *Erat tamen speciosus forma præ filiis hominum.* Filius enim erat Dei, & filius hominis confirmatus, & *vir dexteræ* a Spiritu sancto vocatus. [m] *Fiat*, inquit, *manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi.* Dicitur vir Oriens, secundum prophetiam Zachariæ, cum ait: [n] *Ecce vir, Oriens nomen ejus*: marem enim ex prophetissa editum, ut Esaias evangelizavit [o], reliqui interpretes vocaverunt *virum*.

XXII. Demonstratum ergo est vocari etiam apud prophetas hominem, qui est alioqui Deus. Relinquitur, ut ex eisdem scripturis manifestum faciamus, quomodo idem Deus est simul homo; ut quæ diximus auctoritatem habeant, testimoniis scripturarum confirmata. Considera igitur mihi, an hoc compositum David in ænigmate significet in Psalmo quadragesimo quarto, qui inscriptus est: [p] *Pro immutandis ad intellectum canticum pro dilecto.* Dilectus autem est solus Filius, ut testatur Evangelium in quo vox Patris fertur quæ dixit Christus: [q] *Tu es filius meus dilectus.* Hic enim mutatus est factus homo, non mutatione naturæ immutabilis, sed assumtione alterius: [r] *Hæc enim est mutatio dexteræ Altissimi*, quæ facta est, quod non erat. Aut sic: *Pro immutandis gentibus* per ipsum. In hoc igitur Psalmo *pro dilecto*, vel *pro immutandis* ait David: [s] *Speciosus forma præ filiis hominum; diffusa est gratia in labiis tuis: propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis.* Quod manifestius fecit alius ex interpretibus, inquiens, *Unxit te, Deus, Deus tuus*: ungitur enim Deus a Deo, non quatenus Deus, sed quatenus filius hominis. Cum enim vocasset eum filium hominis, *speciosum forma præ filiis hominum*; ne qui forte per imperitiam hominem tantum esse suspicarentur, divina gratia præ aliis hominibus decoratum, eum deinceps Deum nominavit, inquiens: *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo exsultationis præ participibus tuis.* Similia his sunt, quæ Dominus a mortuis suscitatus dixit Mariæ: [t] *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.* Nemo autem est tantopere sensu mentis puer, ut suspicetur eum qui vere Deus est, proprie dici posse habere Deum; nec eum qui homo tantum sit, Patrem vocare proprie Deum suum. Sed quia hoc & illud est in eodem, Deus simul & homo, utrumque proprie esse cernitur: Filius enim est, & servus; idcirco proprie vocat Deum, simul Deum & Patrem: Patrem quidem ut Patrem Dei, Deum vero ut Deum hominis. Non enim potest quis separare, quæ separari non possunt, dum Christus est, qui ex his compositus est.

XXIII. Unde adversus eos, qui propter indumentum carnis decepti sunt, existimantque prophetam sanctum esse eum, viderique hominem tantum; ait Dominus per Zachariam Prophetam: [u] *Non sum ego propheta, quia homo genuit me ab adolescentia mea;* id est, Ne existimes, qui ex homine genitus sum, prophetam esse: meæ enim adolescentiæ est hæc generatio, non autem æternæ meæ essentiæ. Et per alium Prophetam clarius dixit: [x] *Deus sum, & non homo; in te sanctus:* non negat se hominem, sed potius ex eo quod principalius est, & quod non credebatur, quia oculis carnis non videbatur, se ipsum nominat: erat enim & est utrumque, ex quo instrumentum corporeum sibi aptavit naturæ divinæ vehiculum, quo salutem machinatus est, quibus opus erat. Idcirco post sacrificia legis quæ prodesse non poterant, ajebat: [y] *Ecce venio aptato mihi corpore* quo peccatum mundi tollam; hæc enim est voluntas Patris, ut omnes homines salvi fiant: *Venio*, inquit, *ut faciam voluntatem tuam.*

XXIV. Demonstrato igitur iis qui non sunt nimis ab audiendo & obedientia alieni, quod Deus est Christus, & quod homo; & quod Deus simul & homo est, testimonio legis & prophetarum: tametsi supervacuum sit testimonia novi Testamenti adhibere, tamen ex redundanti accedant ad vetera nova quæ illis ipsis consonent, tamquam ab uno & eodem Spiritu scripta. Quid autem est in his explanatius nomine *Emmanuel*, *quod interpretatum est*, ut ait Evangelista [z], *Nobiscum Deus?* non aliter nobiscum Deus dictus, nisi quia Deus erat simul & *homo*, ex nobis simul & ex Deo:

a Joan. V. 22. *b* Psalm. LXXXI. 1. *c* Osee XI. 9. *d* Isa. XLV. 14-16. *e* Joan. X. 33. *f* Isa. VIII. 1. *g* Isa. LIII. 2. 3. *h* Psalm. VIII. 5. 6. *i* Heb. II. 9. *k* Joan. XVII. 5. *l* Psalm. XLIV. 3. *m* Psalm. LXXIX. 18. *n* Zach. VI. 12. *o* Isa. VIII. 3. *p* Psalm. XLIV. 1. *q* Matth. III. 17. *r* Psalm. LXXVI. 11. *s* Psalm. LXXIV. 3. 8. *t* Joan. XX. 17. *u* Zach. XIII. 3. *x* Osee XI. 9. *y* Psalm. XXXIX. 8. 7. *z* Matth. I. 23.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

hujusmodi enim est compositio Salvatoris. Unde A cum pontifex jusjurandum ei proposuisset, dum judicium & calumniam subiret, nihilque ad falsas criminationes responderet, interrogatus an ipse Filius Dei esset, commodum respondit: [a] *Tu dixisti*; sane quidem non assensus fuisset percunctationi ejus, qui malitiose & veteratorie jusjurandum ei inferebat, nisi plane sciret se Deum esse simul & hominem. Etenim si homo solum erat, ut quidam de eo sentiunt, quomodo affirmabat se Deum de hoc interrogatus? Non enim servatur secundum istos ratio justi; siquidem qui divinitatis gloriam & opinionem sibi assumit, cum alioqui non sit Deus, non solum non est justus, sed valde blasphemus: atqui tamquam blasphemum fatui & cæci eum B ad mortem damnaverunt, non intelligentes, quod clare & vere dictum erat. Quare alterum ex duobus necessarium est, aut confiteri eum Deum; aut neque hominem quidem justum, qui se dixit Deum esse: sicut enim unius negatio alterius est recusatio; sic unius affirmatio alterius est confirmatio. Itaque confitentibus justum hominem esse, sequitur, ut necessario Deum esse confiteantur, qui dixit se esse Deum. Quid enim obstat, quin ita sit? si enim non facit, ut ajebat [b], opera ejus qui eum misit, non est credendum ei esse Deum; sin vero facit, necesse est operibus ejus credere: hæc enim demonstrant substantiam, secundum axioma quod ait, Quorum est operatio eadem, & substantia est eadem; & rursus quorum C est substantia una, eadem erit & suboperatio. Quocirca in carne latebat consubstantialis Patri, eademque illi faciens, qui ajebat: [c] *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*. Et iterum: [d] *Quæ videt Patrem facientem, hæc Filius similiter facit.*

XXV. Recte ergo de Deo sentientes [e] *videbimus eum sicuti est*, non quantus est: est autem [f] *Deus benedictus in sæcula*, ut Apostolus ait. Sed licet Deus est, tamen ex altera parte * a se ipse vocatus reperitur, quin etiam a discipulis suis: ajebat enim Judæis: [g] *Nunc quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis dico*; quæ quidem cum perfecte Paullus intelligeret, vocem quæ parem vim habet, in epistolis suis reliquit, cum dixit: [h] *Homo Christus Jesus, qui dedit se ipsum pro omnibus*. Sic igitur qui sine contentione quærit, non aberrabit a veritate, quæ iis qui eam desiderant, patefieri potest, cujus nos cupidi & studiosi pauca ex multis quæ in divinis scripturis disperse continentur, exposuimus, quantum memoria ex tempore obtulit. Possunt autem qui libros sacros in manibus habent, colligere omnia de re hac, & habere in promtu ad suam utilitatem & redarguendum mendacium: quod quidem ego nunc facere non potui in exsilio. Sed cum pauca habeant eamdem vim quam habent multa, paucitas eorum quæ exposita sunt, non obstabit iis qui voluerint certum & exploratum habere, in quo opus erat habere: quod enim fidem & auctoritatem habet in uno quod ab eo dicitur, non minus credibile facit, quam si a mille similis auctoritatis dictum esset; idem enim spiritus est in omnibus. Sed quid opus est pluribus verbis? siquidem ipse a quo Spiritus sanctus procedit, de se ipso aperte testimonium veritati præbet, qui se ipsum, & quod in se est, cognoscit: [i] *Ipse enim*, inquit Evangelista, *sciebat, quid esset in homine*. Satis hactenus: pergamus deinceps ad exponendum pro viribus, quæ ad passionem Salvatoris pertinent.

a Matth. xxvi. 64. *b* Joan. X. 37. 38. *c* Joan. V. 17. *d* Ibid. ℣. 19. *e* I. Joan. III. 2. *f* Rom. ix. 5. *g* Joan. viii. 40. *h* I. Tim. II. 5. 6. *i* Joan. II. 25.

* *Ex altera parte*] Ex contextu heic vox *homo* deesse videtur.

S. ANASTASII SINAITÆ

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI

ORATIO IV.

DE PASSIONE ET IMPASSIBILITATE CHRISTI.

I. Cum se Christus per ea quæ dicebat & faciebat, verum Deum & Dominum universi demonstrasset, dicebat discipulis suis ascensurus Hierosolymam: [a] *Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur gentibus & pontificibus & scribis, ad flagellandum & illudendum & crucifigendum*. Ajebat autem hæc quæ erant consentanea prædictionibus prophetarum, qui prædixerant exitum quem erat Hierosolymis facturus: unde tempore illius incursionis sceleratorum, quando cum gladiis & fustibus venerunt ad comprehendendum Jesum, duce illius turmæ Juda, quem melius fuisset non esse natum; cum Petrus districto gladio, & auricula cujusdam Malchi servi pontificis amputata injuriam magistri ulcisci vellet, ipse Dominus Petrum increpans: [b] *Converte*, inquit, *gladium in locum suum; omnes enim qui acceperint* D *gladium, gladio peribunt. An putas, quod non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?* Si ergo oportebat fieri, necesse prorsus erat fieri: quod autem necesse est ut fiat, non potest non fieri. Cum igitur divina scriptura a principio prædixisset mortem Christi, & passiones ante mortem; quæque post mortem corpori ejus mortuo acciderunt, & hunc Deum cui hæc acciderunt, impassibilem & immortalem prædicit: aliter enim numquam Deus fuerit, nisi in veritatem incarnationis intuentes, illinc caussas ducamus recte & juste utrumque confitendi, passionem scilicet & impassibilitatem; ac caussam quidem propter quam Verbum Dei, alioqui impassibile, ad passionem venit; quippe cum non posset aliter homo salvus fieri, ipse

a Matth. xx. 18. 19. Marc. X. 33. 34. Luc. xviii. 31 33. *b* Matth. xxvi. 52-54.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

solus novit, & quibus ipse aperuit: omnia enim novit quæ Patris sunt, sicut [a] *Spiritus scrutatur profunda* mysteria.

II. Verumtamen oportebat pati Christum; & non poterat penitus non fieri passio, sicut ipse affirmavit, cum [b] *tardos & stultos* vocavit eos, qui ignorabant sic oportere Christum pati, & ingredi in gloriam suam. Siquidem [c] *exivit ad salutem populi sui*, relicta gloria illa [d] quam habebat apud Patrem ante quam mundus fieret: salus autem consummatio erat, quæ oportebat ut per passionem fieret, & auctori vitæ nostræ adscriberetur, sicut Paullus docet, cum ait, [e] *ipsum esse auctorem vitæ per passiones consummatum*. Et videtur quodammodo gloria unigeniti, extra quam ad breve tempus propter nos fuerat, per crucem eidem restituta in carne assumta: ait enim filius tonitrui in evangelio suo, cum exponit, quæ esset aqua illa quam dixit Salvator fluxisse, [f] *tamquam flumina de ventre credentis. Hoc autem*, inquit, *dixit de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim datus erat Spiritus, quia Jesus nondum erat glorificatus*: gloriam vocat mortem in cruce. Unde Dominus, [g] cum preces, ante quam crucem subiret, adhiberet, Patrem precabatur, ut glorificaretur ea gloria quam habebat apud eum, ante quam mundus esset.

III. Post resurrectionem vero dum versaretur cum discipulis suis, hanc quam petebat, affirmavit accepisse, inquiens: [h] *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*: ut jam manifeste demonstratum sit, hujus gloriæ caussam esse crucem, & mortem per crucem: erat enim universum genus nostrum reum mortis, quia [i] *omnes peccaverunt*: [k] *stimulus autem mortis peccatum est*, quo nos mors vulneratos prostravit. Nec aliter qui armis expugnati & capti erant, nisi per mortem a vinculis servitutis liberari poterant: pretium enim liberationis in voluntate eorum qui captivos detinent, positum est. Non erat igitur, qui posset negotium suscipere & redimere genus; nullus humani generis liber erat: vix enim quis pro se moriens propria obligatione liberatur, qui minime potest vel unum secum liberare: quod si ne unum quidem potest; quis poterat totum mundum servitute liberare? Etsi enim, ut hoc ponamus, unusquisque idoneus fuisset ad liberationem suam; tamen non decebat, ut omnes morerentur, & omnes sub potestate mortis remanerent. Cujus ergo erat tam excellens officium? scilicet alicujus, qui peccare non potuisset. Quis autem ex omnibus erat qui peccare nequiret, nisi solus Deus? Igitur quia Dei erat hoc opus, idque sine morte & sine passionibus quæ morti antecedunt, perfici non poterat; Deus autem penitus non est capax mortis: assumsit naturam, nostræ consubstantialem & per omnia similem, quæ passiones & mortem capere posset; præbens simul occasionem morti oppugnandi carnem, & ipsam mortem per naturam morti subjectam decertando expugnaturus, ut neque mors dicere posset se non ab homine, sed a Deo superatam esse; neque nos molles efficeremur ad certamen, cum tempus vocaret: siquidem exemplum haberemus in carne ejusdem naturæ ac substantiæ, in qua peccatum damnatum

A fuisset, quod locum nullum in ea reperisset. Confixit enim per eam cum morte impassibiliter Verbum Dei, quia ipsam carnem propriam fecit, & cum ea unitum est, sicut anima cum corpore: hanc proprium corpus & carnem vocat. Et omnia quæ in ipsa facta sunt, propria ducit & reputat. Siquidem ex persona ejus clamat Propheta inquiens: [l] *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Vulnus suum vocat vulnus corporis sui; & partes corporis propria membra reputat, sicut & totum corpus: [m] *Dorsum meum*, inquit, *dedi in verbera, & genas meas in alapas; & faciem meam non averti a dedecore sputorum*. Et rursus: [n] *Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumeraverunt omnia ossa* B *mea*. Atque hæc quidem dicit de corpore, quod suum dicit. Et quæ illata fuerunt corpori, sibi qui corpus gestabat, illata dicit.

IV. Ceterum & ipse dicit, se passum esse, sine nominatione corporis, aut numeratione membrorum; ut cum ait propheta: [o] *Tamquam ovis ad occisionem ductus est*. Et: [p] *Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potaverunt me aceto*. Ne quis divise, sed potius conjuncte omnia de ipso dici putet; idcirco & humana & divina communiter de ipso prædicantur, mente distinguente quæ utramque naturam condecent. Divinitas enim impassibilis est; & non potest umquam passio attin- C gere impassibilem; nec quæcumque animæ conveniunt, aut quæcumque corpori aut corpori animato: animæ enim ratione præditæ est dolere, & turbari, & mærere, & tristia urgentia & adventantia cogitare; corporis vero secari, & conjungi: corporis animati esurire, sitire, laborare & sudare. Hæc omnia, & eorum singula patienti accidunt secundum mutationem dispositionis: [q] *Deus* autem, inquit, *ego sum, & non mutor*. Et ei alius theologus dicit: [r] *Tu autem idem ipse es*. Qualem igitur passionem suspicari aliquis potest accidere impassibili? An passionem corpoream? at quo pacto hæc accidat, quæ nec animæ quæ creata est, & recens, accidere queat? an passionem animalem, D id est, animæ ratione præditæ? at hoc valde absurdum est, si quis dicat, easdem passiones cadere in creatorem universi quæ in creaturas cadunt; & non hoc tantum, sed capere etiam mutationem & variationem: siquidem fieri non potest, ut ejusmodi passiones cadant sine mutatione; divina autem natura mutari non potest. At carnis animatæ passio attigit divinitatem. Apage, inquit propheta: [s] *Deus enim æternus non esuriet, neque laborabit: nec est* [1] *investigatio prudentiæ ejus*.

V. Cum igitur natura divina substantialiter sit expers passionis, & prædicetur passio & crux quibus salvi facti sumus; ait enim Paullus: [t] *Non ju-* E *dicavi quidquam scire in vobis, nisi Christum & hunc crucifixum*; necessario sequitur, passionem proprie quidem, & primo esse naturæ assumtæ, minime vero separata natura assumente, sed unita secundum hypostasim unione indissolubili; ita ut omnia sint unius Christi, tum divina, tum humana, non confundente ea cogitatione nostra, cum vult discernere, quid est divinum, & quid rursus humanum. Quin potius de uno & eodem oportet utraque prædicare, passiones dico & impassibilita-

a I. Cor. II. 10. *b* Luc. XXIV. 25. *c* Hab. III. 13. *d* Joan. XVII. 5. *e* Heb. II. 10. *f* Joan. VII. 38. 39. *g* Joan. XVII. 5. *h* Matth. XXVIII. 18. *i* Rom. III. 23. *k* I. Cor. XV. 56. *l* Psalm. LXVIII. 27. *m* Isa. L. 6. *n* Psalm. XXI. 17. *o* Isa. LIII. 7. *p* Psalm. LXVIII. 22. *q* Malach. III. 6. *r* Psalm. CI. 28. *s* Isa. XL. 28. *t* I. Cor. II. 2.

1. *Investigatio*] ἐξεύρεσις.

tem; quia ipse de quo prædicantur, ex utrisque compositus est: sicut sectiones corporis animati, & vibices in primis ad corpus pertinere cognoscimus; propter compositionem vero dicimus esse animæ, cum alioqui sciamus non posse fieri, ut his anima afficiatur. Deinde motus animæ, & scientias quæ ratione traduntur, cum sint alioqui animæ, dicimus tamen esse animalis compositi, quamvis natura corporea non sit apta ad capiendam cognitionem: sic in Christo qui Deus simul & homo est, omnia unius & ejusdem esse profitemur, passionem naturalem & impassibilitatem.

VI. Sic loqui & sentire Petrus princeps Apostolorum nos docuit, cum ait: [a] *Christo* * *ante passo pro nobis carne*; cum tamen clare & aperte [b] Filium Dei esse confessus esset, cum merito prædicatus est beatus, ut qui hujusmodi revelationem a Deo Patre accepisset. Oportet igitur ut nos Petrum sequentes qui de hac re cognitionem a Deo accepit, eadem regula utamur, & Christum dicamus passibilem esse, ut Paullus sapientissimus loquitur, non tamen secundum divinitatem; & eumdem impassibilem, verum non secundum humanitatem. Passus ergo est passiones naturæ, quas non sequitur vituperatio, sed magnifica contemplatio naturarum sibi inter se oppositarum. Et est quidem Deus qui patitur, non capiente passionem divinitate; idem vero homo non patiens divinitate quæ in ipso erat, habente secundum naturam impassibilitatem, licet composita cum corpore patiente: ipse vero modus passionis demonstrat differentiam naturarum compositarum, & naturæ passibilis innocentiam: non enim quod aliquid commisisset morte aut contumelia dignum, capite damnatus est: [c] *Peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus.*

VII. Hoc autem & ii qui eum capitis condemnarunt, testati sunt ei; siquidem Judæis congregatis & petentibus Barrabam latronem, Pilatus dixit: [d] *Vultis dimittam vobis Jesum, qui dicitur Christus? sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum. Responderunt: Non, sed Barrabam:* quibus rursus dixit Pilatus: *Quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Illi autem dixerunt: Crucifigatur:* atque iterum ut pudore eos Pilatus afficeret, dixit: *Quid enim male fecit?* Igitur cum nihil mali commisisset, traditus est in mortem per crucem. Unde Esaias ait: [e] *Propter peccata eorum*, scilicet hominum, *traditus est*. Et iterum: [f] *A peccatis populi mei actus sum ad mortem*. Re vera enim nos eramus, qui mortem habebamus adulterinam dominam, & honores nostros ab eo tuleramus, ac peccata ad mortem peccaveramus. Clamat igitur propheta arguens scelus venditionis, inquiens: [g] *Ecce peccatis vestris venditi estis*. Sed licet venditio scelerata fuerat, oportebat tamen justam & legitimam esse liberationem. [h] Emti enim sumus omnes *pretioso sanguine agni immaculati & incontaminati, Christi;* atque ita liberati a carcere ejus, qui nos primum in servitutem redegerat.

VIII. Opportune libertatem consecuti sumus. [i] Scidit igitur nostrum chirographum quo nos ipsi servituti mancipavimus, omnia propter nos perpessus, quæcumque dicunt esse signa integræ libertatis. Etenim verberatus est, & pugnis cæsus, perductis quidem ad effectum prædictionibus prophetarum quæ de his factæ erant; nobis vero liberationem servitutis ab illis prænuntiatam adeptus: nihil enim eorum quæ in passione ejus honorata acciderunt, frustra aut temere accidit; absit, ut hoc opinemur! sed ratione quadam meliore & necessaria, quam nulla vis verborum assequi possit.

IX. Cum enim nos venditi essemus, & facti servi mortis quæ in omnes imperium tenebat; & ipse voluit pro nobis vendi: verum nos pretio voluptatis, ipse vero argenti: ipse enim fortior erat voluptate. Et nos ipsi a nobis venditi sumus; ipse vero a nobis: qua ipse non est venditor libertatis, sed vindex. Et honoribus quos ab eo tuleramus, ad interitum abusi sumus. [k] Æstimatio autem liberi, fuit peregrinis sepultura, ut servet corpora eorum qui in terra aliena vivere desierunt; donec veniat qui corpora suscitet, quorum animæ pretioso sanguine redemtæ sunt: effusus enim est sanguis ejus, [l] ut esset pretium redemtionis pro multis. Fortasse autem melius esset dicere pro omnibus: omnes enim sunt, qui sunt multi. Et erat quidem primo aspectu homo qui mactatus est; hoc enim solum cernebatur: prodigia vero ab eo edita testabantur supra hominem esse naturam ejus, ex qua operatio proficiscebatur: non dico suscitationem mortuorum, aspectum cæcis restitutum, non leprosorum emundationem, non aliarum læsionum curationem: hæc enim omnes vulgo Salvatori tamquam Deo attribuebant; sed illud etiam, quod fortasse non multis in mentem venit. Quid hoc? nempe facere omnia cum potestate, supra omnia autem, ejicere ex templo sacrorum caupones, [m] qui domum orationis speluncam latronum faciebant: nisi enim potestas ejus nimia fuisset, numquam tam multa millia ementium & vendentium ex templo exturbasset; præsertim festo instante, & undique ad eum confluentibus, cum lex omnes ex omni loco ad diem azymorum convocaret, in quo ut pascha immolaretur, lege sancitum erat. Quis enim dux copioso exercitu militum armatorum immisso, tam multos ejicere potuisset, præsertim cum illa nefaria mercatura diuturno tempore confirmata esset? [n] Ipse vero solo flagello ex funiculis facto universos ejecit, appellans domum suam domum orationis, quam illi qui Deum cauponabantur, emporium fecerant ementes pullos columbarum, & divinas scripturas permutantes tamquam mensarii nummos, quorum mensæ merito evertuntur, & pecuniæ effunduntur divina virtute illius qui venerat ad repurgandum templum, in quo lex jubebat puras hostias Deo immolare, non autem ut nefaria ista fierent.

X. Quamobrem cum ** admirantur, qui hoc quod fiebat, spectabant, & cum hoc tam ingens miraculum, ut par erat, divulgaretur; congregaverunt cunctos quibus partes corporis læsæ erant, qui accesserunt ad eum in templo, & sanati sunt: majus priore miraculum secundum. Lex enim claudos & cæcos procul a templo arcebat: at cum hoc admirabile prodigium ejectionis eorum qui in mercatu erant, hi qui viderant & audierant, & majus quam pro viribus humanis hujusmodi opus docebant, audacter ingressi sunt: & cum in templo essent, accesserunt ad Jesum, & curavit eos: demonstrans per omnia, esse se Deum abditum in carne, quam Paullus [o] *velamen* vocat: velum au-

a I. Pet. IV. 1. *b* Matth. XVI. 16. 17. *c* I. Pet. II. 22. *d* Matth. XXVII. 17. 18. 21-23. *e* Isa. LIII. 8. *f* Ibid. sec. LXX. *g* Isa. L. 1. *h* I. Pet. I. 18. 19. *i* Coloss. II. 14. *k* Matth. XXVII. 7. *l* Matth. XX. 28. *m* Matth. XXI. 13. *n* Joan. II. 15. *o* Heb. X. 20.

* *Ante*] Legendum videtur *autem*.

** *Admirantur*] Ex contextu legendum *ad*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



tem integumentum sanctorum est & sanctorum sanctissimorum operculum; quo solus pontifex semel per annum ingrediebatur, ut Deum pro suis & populi ignorantiis propitium redderet. Quare sanctum primo velo tectum, & sanctum sanctorum secundo, sic interpretari audemus, ut dicamus primum quidem velum esse corpus Christi; secundum vero animam: anima enim corpore, tamquam primo velo tegitur; anima vero est secundum velum Verbi.

XI. Ceterum duo tabernacula commissa ac conjuncta fuerunt retinaculis & annulis, quæ mihi videntur symbolice significasse, quibus modis & rationibus, quæ sicut symbola obscura ad expediendum, valde difficiles ad explicandum contemplationes habent: tanta Dei erga nos caritas exhibita est. Unum enim tabernaculum, unum velum habet a summo ad imum: nec aliter licet ea vela contemplari, quam si quis ab extremis ad prima ascendens, evadat in principium. Compositio quidem tendit a summo deorsum; dissolutio vero, (hanc autem vocamus intelligentiam) ab imo ad summum eos qui digni sunt, evehit. Hoc [a] *tabernaculum* posuit Verbum *in circuitu latibulum suum*, primitias totius humanitatis; & hoc dedit pretium pro omnibus, tradens animam suam in mortem; ut fieret pro universo genere humano commutatum: pro omnibus enim gustavit mortem, a nullo per vim ad hoc invite tractus. Dixit enim: [b] *Nemo tollit animam meam a me; sed ego pono ipsam a me; potestatem habeo ponendi eam; & potestatem habeo iterum sumendi eam.* In quo etiam se supra quam hominem esse declarabat: siquidem omnis homo invite animam suam dimittit; & alii sunt qui animam tollant, qui sunt ad hoc ministri constituti: sicuti dictum est illi diviti, cujus ager uberes fructus tulerat, qui imprudens consilium ceperat: [c] *Hac nocte animam tuam a te repetent.* Animam vero Salvatoris nostri nemo abstulit, sed ipse potius eam sponte posuit ad breve, eadem divina providentia qua propter nos factus est homo; oportebat enim proficisci ad animas solutas corporibus, & [d] *prædicare captivis remissionem.* Qui igitur volens animam propriam dimittit, non est solum anima corpore utens: quid enim est, quod animam sponte solvit? non enim consentaneum rationi est existimare posse hoc facere corpus, quod non habet voluntarias appetitiones. Verum si hoc concedatur, reperietur esse corpus nobilius anima rationis participe; siquidem corpus dimittit animam; anima vero dimittitur. Idcirco necesse est omnino putare in compositione Christi, aliud quid præter corpus & animam, utroque quidem nobilius: præstantiore vero principalius; quod quidem pro auctoritate sua corpus in cibum discipulis dedit; & animam pro amicis posuit: atque hac ratione [e] nimiam caritatem in nos suam ostendit.

XII. Quid autem hoc erat? nempe divinum numen, compositum scilicet sine passione cum terreno corpore. Ac latebat quidem, & non cernebatur, propter [f] *tabernaculum* quod ut dixi, *in circuitu* erat; & quia natura est inaspectabili: verumtamen demonstrabat se Deum per ea, quæ faciebat. Clamabant enim opera quæ Deum in carne absconditum prædicabant: & erant passiones præcipue quidem & in primis carnis; quatenus vero eas sibi attribuebat, erant ejus qui carnem assumserat: miracula vero in primis erant Verbi Dei; simul autem cum his caro glorificabatur, quia scilicet Verbi Dei erat. Caro ipsa transfixa est clavis in cruce, & lancea vulnerata est, & aceto potata, & omne genus contumeliæ a scelestis illis sponte accepit, cum Verbum Dei secum secundum hypostasim unitum haberet. Unde sanguis qui ex ipsa fluebat, sanguis Verbi incorporei & sanguine carentis esse dicitur, quatenus unus est ex utrisque compositus Christus, Deus simul & homo. Hoc autem ita esse aperte declarat ipse, cum Deum in crucem Patrem & Deum suum vocat: [g] *Eloi*, inquit, *eloi, lamma sabachthani? quod interpretantur: Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti?* Et iterum: [h] *Pater meus, in manus tuas commendo spiritum meum.* Et illud, [i] aperto latere exisse sanguinem & aquam ex corpore jam mortuo, supra naturam hominis erat: quod quidem nonnullos ex infidelibus qui astabant, ad credendum adduxit, confitentes [k] *vere Filium Dei esse*, propter quem & per quem tot ac tanta prodigia edita essent. Quæ vero prodigia erant? nempe solis defectio decima quarta luna, cum fas erat Judæis immolare pascha: terræ motus, saxa scissa, sepulcra aperta, mortui suscitati, velum templi scissum a summo usque deorsum, & cetera ejusmodi, quæ vim ejus declarabant, qui in ligno pendebat, & peccatum nostrum in eo damnavit. Non enim consentaneum erat, ut propter eum qui homo solum esset, tantopere universum commoveretur; & si quis fortasse compassum esse dicat, non aberrabit: oportebat enim ut creaturæ creatori compaterentur. Neque sine probabili ratione hæc dicimus, quoniam cum plerique justi antea passi essent, nihil in universitate mundi ordinem suum reliquit: quid enim litteris proditum est evenisse lapidatis sanctis, occisione gladii peremtis, sectis? At quia universa creatura hoc patiente commota est, facta est prædicatrix iis qui aures audiendi habent, vere fuisse Filium Dei, ac Deum, non adoptatum filium, aut secundum gratiam Deum, sed natura filium, & natura Deum, & genitori consubstantialem, [l] ex quo *ante luciferum genitus est* Deus incorporeus, qui postea [m] *semen Abrahæ apprehendit*, & per unionem cum eo factus est homo, [n] qui carnem & sanguinem, sicut pueri, participavit. Hanc carnem in qua Deus erat, de cruce depositam posuerunt in sepulcro, & sindone munda involverunt; secesseruntque, qui præ nimia condolentia corpus petierant. Erat autem lapis qui ostium monumenti obstruebat, testimonio, veræ mortuum esse & sepultum.

a Psalm. XVII. 12. *b* Joan. X. 18. *c* Luc. XII. 20. *d* Isa. LXI. 1. *e* Ephes. IV. 2. *f* Psalm. XVII. 12. *g* Marc. XV. 33. *h* Luc. XXIII. 46. *i* Joan. XIX. 34. *k* Matth. XXVII. 54. *l* Psalm. CIX. 3. *m* Heb. II. 16. *n* Ibid. ℣. 14.

S. ANASTASII SINAITÆ

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI

ORATIO V.

DE RESURRECTIONE CHRISTI.

I. VErum res Salvatoris & Domini nostri non usque ad hæc tantum consummatæ sunt; opus enim erat plenissima œconomia, deeratque finis: propter resurrectionem enim ex mortuis ejus qui mortuus est, exstitit ortus ejusdem] qui ante sæcula genitus est, & mors per crucem ejus qui est immortalis: quæ quidem non accidit fortuito, ut aliquis fortasse dicat: multi namque sunt, & diversi mortis modi qui hominibus accidunt; alii quidem ex providentia, alii vero ex insidiis: sed ut apud omnes publica esset mors ejus, & neminem lateret quod factum fuerat, idcirco sic mortuus est: quis enim eum qui in cruce pependit & clavis transfixus est & sic vitam reliquit, mortuum esse neget, quamvis veritati magnopere repugnet? Solus enim Jesus ex iis qui cum eo in patibulo fuerunt, mortuus est, duos dico latrones, qui cum eo crucifixi nihil tale passi sunt. Testantur hoc, quæ deinceps gesta sunt: cum enim magno sabbato in festum azymorum incurrente Judæi a Pilato petiissent, ut corpora eorum qui crucifixi erant, deponerentur, concessissetque Pilatus eorum justum postulatum, jussissetque, ut eorum crura frangerentur, narrat historia [a], primi quidem & secundi qui cum eo fuerant in crucem acti, fregisse crura; ad Jesum autem cum venissent, eumque jam mortuum vidissent, non fregisse ejus crura.

II. Cum igitur testes sint, mortuum esse; nullus habebit locum negandi mortem suscitati: immo & Joseph cum petiisset corpus ad humandum, miratus est Pilatus, quod jam mortuus esset. Quid esse potest evidentius testimonio Judæorum, qui omni artificio resurrectionem Domini occultare volunt? Cum enim postero die apud Pilatum convenissent, dixerunt: [b] *Recordati sumus, quod seductor ille cum adhuc viveret, dixit: Post tres dies resurgam.* Cum ergo hi dicant, cum adhuc viveret, ajebat, & dicendo, *cum adhuc viveret*, plane declarant, mortuum fuisse: omne commentum convictum erit eorum, qui dicere audent non fuisse mortuum.


III. Deinde signatum fuisse sepulcrum, quod scelesti illi suggesserant, consultissimo factum est ad pudorem eorum, qui dicebant venisse discipulos nocte, & furatos esse eum. Signato enim monumento, & militibus signa custodientibus, quæ ratio probabilis videbitur ad inumbrandum veritatem? Sed nec illud ab ullo, ut arbitror, juste dici poterit, accusandos esse violati sepulcri propinquos; furto corpus sustulisse relictis signis integris: non enim constructum erat monumentum ex electis lapidibus inter se coagmentatis, sed potius erat petra nativa, quæ totam hanc suspicionem ejiciebat: ob hanc caussam novum erat monumentum, recenter in petra A factum, in quo nullum antea corpus conditum fuerat; ne in dubium veniret iis qui utcumque resurrectionem recipiunt, quisnam a mortuis excitatus esset.

IV. Hæc omnia & alia plura his provisa sunt, ad faciendam fidem resurrectionis Salvatoris nostri; ad quam ostendendam descendit angelus, qui lapidem ab ostio monumenti revolvit, non ut exitum humato pararet; jam enim prius die tertio surrexerat Dominus a nullo prohibitus, sed ut demonstraret locum, ubi corpus positum fuerat, ubi vestes tantum erant suscitati. Unde Angelus qui mulieribus quæ convenerant apparuit: [c] *Nolite*, ajebat, *ti-* B *mere vos: scio quod Jesum Nazarenum crucifixum quæritis: non est heic: resurrexit, sicut dixit: venite, videte locum ubi positus erat.* His gestis milites custodes metu perterriti jacebant tamquam mortui: vix autem terrore formidinis liberati fugerunt in civitatem, ut nuntiarent quæ accidissent. Scelerati vero sacerdotes Judæorum, quos oportebat tandem sensum capere, & eorum quæ fecerant pœnitere; contra potius in malitia perseverantes, studebant, ut resurrectionem celarent, & multam pecuniam militibus polliciti, suadent occulere & mendacia contexere, quæ ipsi valde fatue ipsis suggesserunt: [d] *Dicite*, inquiunt, *quod discipuli ejus venerunt noctu, & nobis dormientibus furto eum sustulerunt.* C Merito in istos dici potest: O magistros absurdi & repugnantis mendacii! quomodo fieri poterat, ut qui dormiebant, viderent quinam essent, qui furati sunt? Si autem vere cognoverunt fures; hoc enim ipsis ut dicerent, suggessistis; profecto videndo cognoverunt: quomodo igitur dormiebant, si viderunt? Cur non potius furtum prohibebant? ob hanc enim caussam remanserant in monumento, ut propositum fuerat impiis & falsis magistris, qui affirmaverant suasuros se præsidi Pilato, quod dormientes vera dicunt se vidisse.

V. Atque illi quidem sic se existimabant veritatem obscurare & contegere: Salvator vero vere tertio die surrexit, relicta corruptione in sepulcro, D & factus [e] *primogenitus ex mortuis*: [f] *descendit* enim *in inferiores partes terræ* & in cor ejus venit, tanto tempore illic commoratus, quanto oportuit, ut gratiam suam & utilitatem iis qui in inferno tenebantur, impartiret: non enim frustra illuc descendit, quia nihil incassum facit Deus, sed ut eos qui in carcere erant, educeret, & reduceret præeundo ante eos, ut pastor ante oves, quærendo quos perdiderat, & inveniendo quos quæsierat, ac reducendo eos propter quos descenderat: non enim solum interitum corporum dissolvit in sepulcro, sed & captivas animas ex inferno in quo per tyrannidem detinebantur, liberavit; & fortasse non per

a Joan xix. 32. 33. *b* Marc. xv. 43 44. *c* Matth. xxviii. 5. 6. *d* Ibid. ℣. 13. *e* Coloss. I. 13
f Ephes. iv. 9.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



tyrannidem, sed pro multis debitis detinebantur; quibus persolutis, qui propter liberationem descenderat, reduxit magnam copiam captivorum, promittens ipsum etiam aliquando qui captivos duxerat, captivum & servum habiturum; illum dico, qui paullo ante dominus putabatur. [a] Erunt enim (inquit) *captivi, qui vos captivos duxerunt; & dominatum subibunt, qui vobis dominantur.*

VI. [b] *Ad hoc Christus mortuus est & vixit, ut & mortuorum & vivorum Dominus sit.* Sed [c] *non est Deus, Deus mortuorum, sed viventium.* Igitur mortui quibus, qui vivit, dominatur, non sunt amplius mortui, sed viventes; & idcirco dominatur eis vita, ut vivant non amplius mortem metuentes, sicut [d] *Christus excitatus a mortuis, non amplius moritur*: sic suscitati & a corruptione liberati, non amplius mortem videbunt, futuri participes resurrectionis Christi, sicut ipse mortis eorum particeps fuit. Non enim alia de caussa descendit in terram, cujus vectes detinentes æterni, nisi ut [e] *æreas portas contereret & vectes ferreos confringeret*, & ut ex corruptione vitam nostram ad se ipsum educeret, pro servitute donata nobis libertate. Quod si hujus œconomiæ opus nondum perfectum videtur, adhuc enim homines moriuntur, & corpora interitu dissolvuntur; absit, ut hoc fiat occasio perfidiæ. Jam enim antea omnium * honorum quæ dicta sunt, arrabonem tulimus per primitias nostras, per quas ad altitudinem cæli evasimus, & consedimus ei qui nos secum in sublime sustulit, sicuti Paullus quodam loco ait: [f] *Et conresuscitavit, & considere nos fecit in cælestibus in Christo.* Feremus autem consummationem, cum aderit tempus a Patre præfinitum, cum nos pueritiam deponemus, & [g] *in virum perfectum* evademus. Hoc enim visum est Patri sæculorum, ut firmum sit datum munus, & non rursus contemnatur repuerascente adhuc mente.

VII. Ne quis igitur existimet, non esse datum arrabonem, ex eo, quod adhuc videt quosdam [1] prioribus debitis obligatos. Antea enim solutus est, ut diximus, arrabo, qui certos facit de solutione totius summæ: arrabo namque non est tota summa, sed pars, quam quidem Paullus vocat [h] *ænigma*. Hæc vero omnia tunc evacuabuntur, [i] *cum erit Deus omnia in omnibus.* Vides unde nos eduxit? sane quidem & educet; mors enim Christi facta est vita mortuis: contraria contrariis curat, qui potest sapienter morbis insanabilibus mederi. Sed etiam consummato mysterio mortis, ut dictum est, & morte quæ in corpora habebat imperium, interemta, potestate Dei corpus nostrum induti, postquam sepulcrum die tertio, qui vere humatus fuerat, reliquit, oportebat, ut rursus cum corpore assumto ad Patrem qui miserat, ascenderet, qui descenderat ad tollendum peccatum mundi. Non enim erat in posterum terra locus idoneus & aptus corpori, quod crassitudinem carneam deposuerat, & ex corruptibili factum erat incorruptibile, ex mortali immortale, ex animali spirituale. Sicut enim locus terrenus corporum crassorum domicilium est, sic locus cælestis spiritualium. Quod autem corpus Domini spirituale surrexit, quid opus est dicere, cum Paullus de corporibus universe testetur [k] *seminari animalia, & surgere spiritualia*: transfigurata scilicet ad gloriosam transfigurationem Christi ducis præeuntis? Siquidem & Apostolus hoc, quod plane sciebat, omni generi humano eventurum esse ait per Christum, [l] *qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ*, ut faciat illud *conforme corpori claritatis suæ*. Si igitur transfiguratio est mutatio in corpus spirituale; hoc autem conforme est corpori gloriæ Christi: cum corpore igitur spirituali surrexit Christus; quod non est aliud quam quod [m] *seminatum est in ignobilitate*, sed illud ipsum quod in honorem mutatum est. Quod quidem corpus vere mansit, caro vero minime, non quidem quod substantia subjecta interierit, sed quod facta fuerit gloriosior. Substantia enim contrarias qualitates capere potest, etsi non omnes simul; neque efficitur alia, sed varia; id est, aliis qualitatibus affecta, quam quibus prius affecta erat: variat autem & mutat has, quando placet creatori.

VIII. Nemo ergo cum audit spirituale factum ex animali, existimet non suscitatum esse prius corpus: error enim est hic, & inimici veritatis sententia. Substantia namque subjecta corpori, dicam iterum, perseverat quidem eadem semper, quamdiu creatori visum erit, ut persistat; mutata autem in spirituale, variata est, sed non alia facta. Sic enim & Christus surrexit: suntque ejus testimonia cum multa alia, tum hæc omnium potissima, reliquisse scilicet in monumento lintea; exisse signato monumento; ingressum esse januis clausis; non conversari amplius omni tempore cum discipulis, sicut prius, sed de repente adesse illis in aliis formis; non amplius cibo aut vestitu indigere: primas enim vestes milites partiti sunt; quæ ad sepulturam spectabant, ea reliquit in monumento, & surrexit. Et quando discipulis apparebat, colloquebatur quidem cum eis, non tamen agnoscebatur quis esset, donec præbuisset eis signa quod esset ipse; aliquando quidem ostensis manibus & pedibus clavis perforatis & latere lancea aperto; aliquando vero sumto cum ipsis cibo, & renovata memoria comprandendi cum eis ante passionem: quod perinde erat, ut si diceret dum hæc agebat, Ipse sum ille, quem in crasso corpore vobiscum versantem & conviventem cognovistis; quod nunc corpus ab omni infirmitate liberum gero, mutatione factum gloriosum. Numquam tot tantisque signis se discipulis, idque non ita diu a se absentibus, manifestum facere voluisset, nisi mutatio formæ corpus ejus variasset. Etenim si multum temporis præteriisset, fortasse quis dicere posset, oblitum se qualia essent corporis lineamenta, ex quibus nos inter nos naturas dignoscere solemus: tribus vero diebus lapsis, quæ oblivio capere potuit eos, qui tam diuturno tempore cum eo versati fuerant? Manifestum ergo est, & minime dubium, mutatum esse in gloriosius, ex animali factum spirituale, ex infirmo firmum. Ait enim Apostolus: [n] *Ex infirmitate crucifixus est, sed vivit ex virtute*, non amplius hanc infirmitatem habens. Est autem hæc infirmitas corpus illud crassum & terrenum sanctum corpus, quod post dies quadraginta ad cælum tamquam ad proprium lo-

a Jer. xxx. 16. *b* Rom. xiv. 9. *c* Luc. xx. 38. *d* Rom. vi. 9. *e* Psalm. cvi. 16. *f* Ephes. ii. 6. *g* Ephes. iv. 13. *h* I. Cor. xiii. 12. *i* I. Cor. xv. 28. *k* Ibid. ℣. 44. *l* Philipp. iii. 21. *m* I. Cor. xv. 43. *n* II. Cor. xiii. 4.


1. *Prioribus debitis oblig.*] τοῖς προτέροις ἐνέχεσθαι.

* *Honorum*] Forte, *bonorum*.

cum recessit, nube veluti vehiculo usum: non A enim corpus amplius deorsum nutu suo ferebatur, sicut gravia corpora natura feruntur, sed potius cum nube levius esset, super ipsam in sublime sublatum est, & consedit ad dexteram Dei Patris, profectus in cælum, subjectis ipsi angelis, & potestatibus, & virtutibus. Veniet autem iterum eodem corpore Christus judex vivorum & mortuorum, sicut Angeli dixerunt discipulis, cum in illo ad cælos ascensu mirabantur, & in eum aspiciebant: [a] *Viri*, inquit, *quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus qui assumtus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum*.

IX. Itaque iterum cum corpore resurrectionis aderit, sicut Angeli sancti voce sua dixerunt, cum quo nunc proprio Patri considet. Hoc autem cum ad Patrem adduxerit naturæ nostræ primitias, etiam universum in totum adducet: siquidem hoc promisit, cum dixit: [b] *Cum exaltatus fuero, omnes ad me ipsum adducam*. Tunc & inimici subjicientur sub pedibus ejus, sicut ei promissum est: [c] *Dixit enim Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*. Ponuntur autem partim invite, partim sponte: necessario enim oportet omnes peccatores sceleratos de terra deleri, ut non amplius exsistant. Tunc nova laudatio & perpetuus hymnus per omnium ora adhibebitur Patri temporum & sæculorum; & [d] *omne genu flectetur, cælestium, terrestrium & infernorum; & omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris*. Cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 570.



a Act. I. 11. *b* Joan. XII. 32. *c* Psalm. CIX. 1. *d* Philipp. II. 10. 11.



SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
570.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς παναχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας.

SANCTI PATRIS NOSTRI

ANASTASII

ARCHIEPISCOPI ANTIOCHIÆ

In Annuntiationem intemeratissimæ, Deique genitricis Mariæ.

Interprete FRANCISCO COMBEFISIO.

ΛΟΓΟΣ Α΄.

A

Σήμερον ὑμῖν, ὦ ἄριστοι παῖδες, λόγον ἐρῶ· καὶ ἄγων εἰς μέσον, τὴν ἐκκλησίαν εὐφραίνειν πεπίστευκα τῷ διηγήματι. σήμερον ὑμῖν τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν ἡμετέραν σάρκα συμπλοκήν τε καὶ σύμπηξιν ἀνακαλύπτων, χαίροντας ὑμᾶς ἐνθένδε ἀπολύσω, ἔχοντας ὕλην ἐπωφελῆ καὶ σωτήριον. τί γὰρ λόγου λόγῳ τιμιώτερον; ἢ πρὸς ὠφέλειαν ἐπιτηδειότερον; σήμερον ἐτέθη ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, ὁ συνδέων ἀλλήλοις ὧν ἐστιν ἡ φύσις ἀσύνδετος, καὶ ἑνοποιῶν τὰ κατ᾽ οὐσίαν ἀλλότρια. χαίρωμεν οὖν εἰκότως μετὰ τῆς τὴν χαρὰν δεξαμένης, καὶ προσφθεγγώμεθα σὺν τῷ Γαβριὴλ τὴν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μητέρα, λέγοντες· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ· ὅτι γέγονας ἡμῖν ὁδὸς σωτηρίας, καὶ ἀνάβασις πρὸς οὐρανὸν, καὶ τόπος ἀναπαύσεως, καὶ σκηνὴ ἀναψύξεως, ἐν ᾗ κατεσκήνωσεν ὁ κύριος. διὰ τοῦτο σὺν πάσαις ταῖς γενεαῖς μακαρίζομέν σε μόνην ἐν γυναιξίν· ἣν οὐκ ἐξέκαυσεν ἥλιος ἡδονῆς φλόγα ἐπάγων, οὐδὲ νυκτὸς σελήνης ῥοώδης ἔβλαψε δύναμις. οὐ γὰρ ἔδωκας εἰς σάλον τὸν πόδα τῆς ψυχῆς, ἀλλ᾽ ἔμεινας ἀκλινὴς, ἐπὶ τὴν πέτραν τοῦτον ἐρείσασα· καὶ ἐφύλαξέν σε ὁ κύριος, μόνος εἰσελθὼν ἐπὶ σοὶ, καὶ ἐκ σοῦ προελθὼν, καὶ κεκλεισμένην, καὶ ἐσφραγισμένην διατηρήσας σε εἰς τὸν αἰῶνα. χαίροις τοίνυν, ὦ μῆτερ καὶ παρθένε, καὶ τροφὴ τῆς ζωῆς, καὶ πηγὴ τῆς ἀθανασίας· ἐκ σοῦ γὰρ προῆλθεν ὁ φθορεὺς τῆς φθορᾶς, καὶ ὁ θανατώσας τὸν θάνατον. ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοὶ, ταῦτα πρὸς τὴν Θεομήτορα κατὰ δύναμιν εἰπόντες, νοήσωμεν λοιπὸν πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ γνῶμεν τῆς ἡμέρας τὴν δύναμιν, καὶ ἐγκαινίσωμεν σήμερον τὴν ἡμῶν γέννησιν. (α) καί ἐστιν ἡμῖν ἡ ἡμέρα αὕτη κλητὴ ἁγία, ἐν ᾗ ἐπλάσθημεν, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ζωὴν ἐπανήλθομεν. παράδοξον δὲ ὑμῖν ἴσως δόξη τὸ λεγόμενον· λεχθήσεται δ᾽ ὅμως, Θεοῦ δύναμιν διδόντος, καὶ χορηγοῦντος λόγον τῷ λέγοντι.

Ἀλλὰ πόθεν δὴ δῶμεν ἀρχὴν τῷ διηγήματι, ἢ ἐκ τῶν τοῦ εὐαγγελιστοῦ ῥημάτων; αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἀρχέτω τοῦ λόγου, ὁ καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην γνωρίσας. ἐν τῷ μηνὶ, φησι, τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς πόλιν τῆς Γαλιλαίας, ᾗ ὄνομα Ναζαρὲτ, πρὸς παρθένον μεμνηστευμένην ἀνδρὶ, ᾧ ὄνομα Ἰωσὴφ, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, καὶ τὸ ὄνομα τῆς παρθένου Μαριάμ. καὶ ἴσως ἀπορή-

SERMO I.

I. Vobis hodie, optimi filii, verbum sum narraturus, certusque sum fore, ut in medium proferens, Ecclesiam narratione lætificem. Vobis hodie Dei Verbi ad humanam carnem complexionem ac coalitionem retegens, gaudentes vos a concione dimittam, utilem ac salubrem habentes gaudii materiam. Quid enim Verbo rationi carius? Quidve ad utilitatem commodius? Hodie [a] positus est summus lapis angularis in fundamentis Sion, qui ea invicem connectat quorum natura inconnexa est, uniatque quæ sunt per substantiam diversa. Jure itaque merito, cum ea quæ gaudium suscepit, gaudeamus, Deique nostri matrem, in hæc verba cum Gabriele salutemus: [b] *Ave gratiosa; Dominus tecum*: quod facta sis nobis salutis via, ascensusque ad superos ac locus requietionis, refrigeriique tabernaculum in quo Dominus habitavit. Quamobrem cum omnibus generationibus te solam beatam in mulieribus dicemus; quam neque sol, voluptatis flammam immittens, adussit, neque fluxa vis lunæ noctu læsit. [c] *Non enim, dedisti in commotionem pedem* animi, sed eo fixo in petra, indeflexa mansisti; teque Dominus custodivit, [d] in te solus ingrediens ac ex te egrediens, clausamque ac obsignatam in æternum servans. Salve sis ergo, Mater pariter ac Virgo, vitæque cibus ac fons immortalitatis: ex te enim is prodiit, qui interemit corruptionem ac mortem destruxit. Nos itaque, fratres, iis ad Dei Matrem pro nostra facultate dictis, in nos ipsi deinceps spectemus, ac noverimus diei virtutem, nataleque nostrum hodie dedicemus. Ita plane, hic nobis dies vocatus est sanctus, in quo formati ad antiquam vitam postliminio reversi sumus. Porro vobis videatur forte novum quod dicitur: dicetur tamen, Deo largiente virtutem, ac dicenti subministrante sermonem.

II. Unde vero potius quam ab Evangelistæ verbis ordienda nobis narratio sit? Ipse nimirum sermonem auspicetur, qui & diem hanc notam fecit. [e] *In mense*, inquit, *sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo & familia David, & nomen Virginis Maria*. Forte vero quærat quis talium studiosus rima-

a I. Pet. II. 6. b Luc. I. 28. c Psalm. cxx. 3. d Ezech. xl. 4. e Luc. I. 26. 27.

(α) Καί] Leg. ναί.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

σειέν τις τῶν ἀκριβούντων τὰ τοιαῦτα· τί ἐστιν ὁ ἕκτος μὴν, καὶ πόθεν ἀριθμούμενος; ᾧ παραστῆν βουλόμενοι τὸ σαφὲς, ἀνατρέχωμεν εἰς τὰ μικρῷ πρότερον τῷ εὐαγγελιστῇ εἰρημένα. φησὶ γάρ· ª μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβὲτ, ἡ γυνὴ Ζαχαρίου, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν μῆνας πέντε, καὶ τὰ ἑξῆς. εἶτα ἐπάγει· ᵇ ἐν δὲ τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Γαβριὴλ πρὸς τὴν Μαριάμ. οὐδὲν δὲ ἧττον φήσειεν, ὅτι οὕτως ἔμεινεν ἡ ἀσάφεια. ἐν γὰρ τῷ τὸν εὐαγγελιστὴν εἰπεῖν· μετὰ δὲ ταύτας ἡμέρας συνέλαβεν ἡ Ἐλισαβὲτ, οὐκ ἐσήμανεν ποίας ἡμέρας. καὶ δοκεῖ μοι καλῶς ἀπορεῖν ὁ τοῦτο λέγων· μαθήσεται δὲ ὑπέχων τὸ οὖς πρὸς τὴν ἀκρόασιν, καὶ συνετῶς δεχόμενος τὰ λεγόμενα.

A tor: Quid velit sextus ille mensis, ac unde numerandus sit? Ut vero quod res habet aperte suggeramus, ad ea recurrendum quæ paullo superius dicta sunt ab Evangelista: ait enim: ª *Post hos dies concepit Elisabeth uxor Zachariæ, & occultavit se mensibus quinque*, &c. Tumque subdit: ᵇ *In mense autem sexto, missus est Angelus Gabriel ad Mariam*. Verum dicet, nihil minus his positis obscura manet narratio. Quod enim Evangelista dixerit: *Post hos autem dies concepit Elisabeth*; haud tamen quos velit dies, significavit. Ac certe videtur recte quærere, qui sic ait: docebitur autem, dummodo aurem auditioni accommodans, intelligenti animo quæ dicuntur acceperit.

B

Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ὁ κατὰ νόμον ἱερεὺς εἰσέρχεται εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἱλασκόμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ· ὅθεν καὶ ἱλασμὸς, ἤτοι ἡμέρα ἱλασμοῦ, καὶ ἡμέρα ταπεινώσεως, καὶ νηστεία μεγάλη, κέκληται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ἑορτή. ἐπιτελεῖται δὲ αὕτη τῇ δεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, ὅς ἐστιν Ὀκτώβριος, Θερσὶ παρ' Ἑβραίοις λεγόμενος. ἀπὸ γὰρ τοῦ Ἀπριλίου τὴν ἀρχὴν ἄγουσι τοῦ ἔτους Ἑβραῖοι. τῇ οὖν δεκάτῃ κατὰ σελήνην τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἱερατεύων ὁ Ζαχαρίας, τὴν ἀγγελικὴν ὀπτασίαν ἐθεάσατο, καὶ εὐαγγελίσθη τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ γέννησιν· μεθ' ἣν πληρώσας τὴν ἐφημερίαν αὐτοῦ, ἀνεχώρησεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. πληροῦται δὲ πλησιφαοῦς τῆς σελήνης γενομένης ἐν τῇ λεγομένῃ πανσελήνῳ. τότε συνέλαβεν ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἐλισαβὲτ, καὶ περιέκρυβεν ἑαυτὴν τοὺς πέντε μῆνας. ἴσως ἐρυθριῶσα, διὰ τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτῇ πολιὰν, ὅτι τοιαύτην ἄγουσα ἡλικίαν, συνῆλθεν ἀνδρὶ πρὸς κοινωνίαν εὐνῆς. περιέκρυβεν δὲ ἑαυτὴν τοὺς πέντε μῆνας, λέγουσα· ὅτι οὕτως μοι πεποίηκεν ὁ κύριος. τῷ οὖν ἕκτῳ τῆς συλλήψεως τῆς Ἐλισαβὲτ μηνὶ, ἀπεστάλη ὁ Γαβριὴλ, ὡς γέγραπται, πρὸς Μαρίαν· οὐ πάντως πεπερασμένου τοῦ ἕκτου μηνὸς, ἀλλ' ἐν τῷ πλάτει τοῦ παντὸς μηνός. οὔτε γὰρ ἡ εὐαγγελικὴ ἱστορία πληροῦσθαι λέγει τὸν ἕκτον μῆνα, ὅτε ὁ πρὸς τὴν παρθένον ἀσπασμὸς, ἤτοι εὐαγγελισμὸς, ἐγένετο· οὔτε οἱ λόγοι τοῦ Γαβριὴλ, οἱ πρὸς αὐτὴν, τοῦτο ἐμφαίνουσιν. ἀλλ' ἡ μὲν ἱστορία φησὶν, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος. ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς τὴν παρθένον φησί· καὶ ἰδοὺ ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφεν υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς, καὶ οὗτος μὴν ἕκτος αὐτῇ τῇ καλουμένῃ στείρᾳ.

A tandem cognoverunt Moysen ac Eliam interim cum Jesu colloquentes, dum transfigurati essent. Nisi enim essent transfigurati, non colloquerentur. Juxta autem Lucam, [a] *loquebantur* cum Jesu *de excessu, quem completurus erat in Hierusalem*: atque ab eis audiebant discipuli, quod quondam [b] non intellexerant, cum eis Jesus loqueretur: quando etiam [c] Petrus sapiens quæ sunt hominum, increpavit Jesum dicentem, fore ut ab hominibus occideretur, ac die tertia a mortuis resurgeret. Ut itaque dixi, loquuntur cum Jesu Moyses & Elias: hoc est, Lex & Prophetæ. Quando eorum rationes transfiguratæ fuerint, ac Legis umbræ motæ; tunc & Moyses fidelis servus qui universa ad Christum spectantia B scripserit, fidem habebit, ejusque perspicue exitum quem erat completurus in Hierusalem, ex suis ipse rationibus exhibebit. Quod autem aliqui percontantur, unde, aut quomodo, ex quibusve signis discipuli Prophetas cognoverint, haud mihi scita videtur percontatio, ac digna examine. Siquidem enim ad tantam celsitudinem provexerant, ut grandi adeo spectaculo digni haberentur, quod ipse se eis una cum Prophetis transfiguratum revelans, regnum cælorum appellasset, quomodo condiscipulos ignorare poterant? Plane & ipsi Apostoli, Prophetæ erant: Prophetæ autem una cum Prophetis versantes, unam ac eamdem obtinent scientiam: ac maxime præsente Jesu, principemque animi partem C illuminante, ac ad divinam suam formam mentem formante. [d] *Respondens autem Petrus Jesu, dixit: Domine, bonum est nos heic esse. Si vis, faciamus heic tria tabernacula; tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum.* Senserat Petrus, quid inter spiritalia ac sensilia interesset discriminis, ac potiora deterioribus eligendo præponit. Ceterum ne adhuc quidem perfecte sciebat ea quæ videbantur: nam alioqui in spiritalibus nullam tabernaculorum rationem habuisset. Forte vero ita loquitur, anxius adhuc pro Præceptore, ob mortem quam prædixisset, de qua etiam qui apparuerant loquebantur cum Jesu. Consona enim voce, exitum illum Hierosolymis futurum dicebant. Idcirco forte rogabat Præcepto- D rem, ut mallet illic manere, nec ullo se modo Pharisæis ac Scribis necare volentibus daret. Forsitan enim arbitrabatur fore, ut nullus ad eum insidiator in monte accederet: ac alioqui non poterat fieri, ut & in Hierusalem, & in alio loco esset. Præstat ergo nos cum Moyse & Elia heic esse, quam ad profanos ac homicidas ire sacerdotes. Ac si quidem sermoni annueris: *Faciamus*, inquit, *heic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum*. Quod autem parcens Præceptori, mundi se saluti impedimento esse nesciret, advertit Lucas dicens: [e] *Nesciens quid diceret*. Marcus vero ait: [f] *Non enim sciebat quid diceret*, nec quid cogitaret. Consistant in loco sublimiori, qui ascenderunt una cum Jesu.

Ετι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτοῖς· καὶ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. ἀκούσαντες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἔπεσον ἐπὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. καὶ προσῆλθεν ὁ Ιησοῦς, καὶ ἥψατο αὐτῶν, λέγων· ἐγείρεσθε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. ἐπάραντες δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐδένα εἶδον εἰ μὴ μόνον Ιησοῦν. ἔτι τοῦ

VI. [g] *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obum-* E *bravit eos. Et ecce vox de nube: Hic est Filius meus carissimus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Jesus, & tetigit eos dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Jesum*. Cum adhuc Petrus pro ea affectione

a Luc. IX. 31. b Luc. XVIII. 34. c Matth. XVI. 22. d Ibid. ℣. 4. e Luc. IX. 34. f Marc. IX. 5. g Matth. XVII. 5-8.

(α) Συμμεταμορφ.] Forte, συμμεταμορφωθέντες· vel ὅτε συμμεταμορφωθῶσιν.

Πέτρου λαλοῦντος τὰ τῆς προσπαθείας τῆς πρὸς τὸν διδάσκαλον ῥήματα, φωτεινή τις ἄνωθεν νεφέλη ἐπεσκίασε· καὶ φωνὴ παρῆν ἐκ τῆς νεφέλης διορθουμένη τὸν Πέτρον· ἴσως καὶ τοὺς συμμαθητὰς τὰ αὐτὰ θέλοντας ἴσως αὐτῷ, καὶ λέγοντας ἐν τῷ ὄρει μένειν· ὥστε μηδὲν ἐναντίον φρονεῖν τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ· ἀλλ' ἀκούειν αὐτοῦ, καὶ ἕπεσθαι τῷ θελήματι αὐτοῦ. σωτήριον γάρ ἐστι πάντων ἀνθρώπων. τί δὲ χρὴ νοεῖν τὴν νεφέλην ταύτην ἐκ τῶν ὁμοίων εἰρημένων ἐν τῇ γραφῇ ζητητέον. εὕρομεν γὰρ καὶ τὸν Μωϋσῆν εἰσελθόντα εἰς τὴν νεφέλην, ὅτε τὸ ὄρος ἐκάλυψεν ἐν τῇ ἐρήμῳ Χωρήβ· ὃς καὶ ἐμαρτυρήθη εἰσελθεῖν εἰς τὸν γνόφον, οὗ ἦν ὁ Θεός. εἶτα δὲ καὶ ὅτε τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου διαφόρως ἐκάλυψεν ἡ νεφέλη πάλαι, κἀκεῖθεν ἠκούετο λαλῶν τῷ Μωϋσεῖ ὁ Θεός. στύλος δὲ πάλιν νεφέλης προεπορεύετο τοῦ λαοῦ, δροσίζων μὲν ἡμέρας, ἐκπυρούμενος δὲ νυκτός. ἀλλὰ καὶ Ησαΐας προλέγει τὸν κύριον ἥξειν ἐπὶ νεφέλης κούφης εἰς Αἴγυπτον. ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ Σολομῶντος ἀκούομεν, ὅτε τὸν ναὸν ᾠκοδόμησε καὶ καθιέρωσεν, ὅτι τὸν οἶκον ἐπλήρωσεν ἡ νεφέλη, καὶ οὐκ ἠδύναντο εἰσελθεῖν καὶ ἱερουργεῖν οἱ ἱερεῖς ἀπὸ προσώπου τῆς νεφέλης. ταῦτα καὶ πλείω τούτων δυνατὸν ἀπὸ πάσης τῆς γραφῆς συναγαγεῖν, εἰς παράστασιν καὶ σαφήνειαν τοῦ προκειμένου νοήματος, καὶ τοῦ γνῶναι, τίς ἦν ἡ νεφέλη, ἅπαντας τοὺς ὀφθέντας σὺν τοῖς θεαταῖς ἐπισκιάσασα, ὅθεν ἠκούσθη καὶ ἡ φωνὴ λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

A loqueretur qua ad Præceptorem habebat, lucida quædam nubes desuper obumbravit; voxque de nube prodiit Petrum corrigens: forte vero etiam condiscipulos, qui & ipsi forsitan idem atque ille vellent, ac in monte manendum dicerent: ut ne scilicet contrarium aliquid dilecto Filio saperent; sed audirent eum, ac ejus sequerentur voluntatem, qua universorum constaret salus. Quid autem nubis hujus symbolo intelligi debeat, ex similibus in Scriptura dictis inquirendum sit. Nam & [a] Moysen in nubem ingressum invenimus, quando illa montem operuit in deserto Horeb: testanturque divina oracula [b], ingressum in caliginem ubi Deus erat. Tum etiam, cum olim nubes varie obtexit tabernaculum B testimonii, indeque [c] Deus audiebatur loquens cum Moyse. Rursus vero columna nubis præibat populo, interdiu quidem rorans; noctu autem ardens. Sed & Isaias [d] venturum prædixit Dominum in Ægyptum super nubem levem. Ad hæc quoque, audimus in Salomone, cum templum ædificasset ac dedicasset, [e] implesse nubem domum Domini, ut non possent sacerdotes ingredi ac sacrificare a facie nubis. Hæc, ac iis plura possumus colligere ex universa scriptura, quo sensus propositus explicetur ac illustretur; & ut intelligamus, quænam sit ista nubes, obumbrans omnes qui apparuerunt, ipsosque adeo spectatores, ex qua etiam vox illa audita sit: *Hic est Filius meus carissimus, in quo mihi bene* C *complacui: ipsum audite*.

Τὰς μὲν γὰρ εἰρημένας νεφέλας, συγγενεῖς εἶναι νομιστέον ἀλλήλων· μᾶλλον δὲ, μίαν τὰς πάσας λέγειν οὐκ ὀκνητέον· οὐ γῆς οὐδὲ ἀναθυμίασιν, ἢ ὕδατος ἐξαέρωσιν, ἢ πύκνωσιν ἀέρος οἰητέον αὐτὴν εἶναι· οὐδ' ὅλως τι τῆς σωματικῆς οὐσίας ἀέριον· ἀλλὰ ἡμῖν ἐφικτὴν, καὶ εἰς ἡμᾶς φθάνουσαν τῆς θείας φύσεως γνῶσιν, ἣν μεγαλοπρέπειαν, ὡς ὀνομάζει Δαβὶδ, εἰπεῖν οἰκειότερον. ἐπειδὴ γὰρ ἀνέφικτός ἐστι τοῖς ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ τῆς θείας οὐσίας ἡ κατάληψις, διὰ τῶν ἐνδεχομένων τρόπων, ὀπτάνεται ἡμῖν, καὶ ἐν τοῖς μετ' αὐτὸν πλησίον οὖσιν αὐτοῦ, καθὰ δὴ καὶ διὰ προφητῶν ἡμῖν ἐλάλησε. καὶ (α) ἀκούοντος ἀνθρώπου λέγοντος· ἐγὼ κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν· οὐ τὸν ἄνθρωπον, Θεὸν εἶναι πιστεύομεν, οἷον τὸν Ησαΐαν· ἀλλὰ τὸν ἐν αὐτῷ λαλοῦντα, Θεόν. οὐκοῦν, εἰ καὶ τῆς νεφέλης ἦν φωνὴ, ὅθεν καὶ ἠκούετο· ἀλλ' οὖν δηλονότι τοῦ πατρὸς προηγουμένως ἦν ἡ φωνὴ, τοῦ μαρτυρήσαντος αὐτῷ τὴν υἱότητα, διὰ φύσεως λογικῆς ἐγγιζούσης αὐτῷ βροντήσαντος. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ νεφέλαι ὑποδεέστεραι, φωνὴν διδοῦσαι καὶ ὑποφητεύουσαι τῷ λόγῳ· κατὰ τὸ, φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι. καὶ ἐντέλλονται τοῦ μὴ βρέξαι ὑετὸν εἰς τὸν ἀκανθοφόρον ἀμπελῶνα, τὸν σωματικὸν οἶκον τοῦ Ισραήλ. προφήτας δὲ τούτους εἶναι φημὶ, τὸν λόγον ὕοντας, καὶ ἄρδοντας τοὺς ποτισμοῦ δεομένους. ἡ δὲ νεφέλη αὕτη, πάσας ὑπεραίρει, καὶ σκιάζει πάντας· ἵνα εἴπωμεν, πρόνοιαν ποιεῖται πάντων. οὗτος οὖν, φησὶν, ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. οὐ λέγει, τὸν υἱὸν ἠγαπημένον. ἀλλὰ

VII. Præfatas nubes sibi ipsis cognatas existimare oportet: immo, unam omnes incunctanter dicere. Nec vero terræ exhalationem aliquam, aut aquæ evaporationem, vel condensationem aeris debemus reputare; aut omnino aereum quid corporeæ substantiæ: sed nobis possibilem, ac facultati nostræ coaptatam naturæ divinæ notitiam, quam congrua magis voce, [f] *magnificentiam* [1], Davidica phrasi dixerimus. Quia enim ortui ac interitui obnoxiis divinæ naturæ comprehensio impossibilis exsistit, per modos possibiles in iis nobis rebus apparet, quæ post ipsum, ipsi propinque habent: qua nimirum D ratione, per Prophetas quoque nobis locutus est; audientesque dicentem hominem: [g] *Ego Dominus Deus vester*: haudquaquam hominem Deum esse credimus, puta Isaiam: sed eum qui loquitur in ipso, Deus. Quamquam ergo vox nubis erat, unde & audiebatur; principaliter tamen Dei vox erat, testimonium perhibentis Filio, [2] ac tonantis per vicinam sibi rationalem naturam. Sunt enim etiam inferiores nubes, quæ vocem dent, sintque verbi interpretes, juxta illud: [h] *Vocem dederunt nubes*. Item [i] mandatur nubibus ne pluant super vineam spinas ferentem, corporalem Israelis domum ac familiam. Hos autem, Prophetas dico, qui verbum pluant, ac potatione indigentes irrigent. Porro E nubes hæc, universas præcellit, ac obumbrat omnes, velut dicamus; universorum agere providentiam. *Hic* ergo, inquit, *est Filius meus carissimus, in quo mihi bene complacui; ipsum audite*. Non ait, Filium

a Exod. xxiv. 18. *b* Num. xvi. 43. &c. *c* Exod. xiii. 21. *d* Isa. xix. 1. *e* II. Paralip. V. 13. *f* Psalm. cxliv. 5. seq. *g* Isa. xlviii. 17. seq. *h* Psalm. lxxvi. 18. *i* Isa. V. 6.

1. *Magnificentiam*] μεγαλοπρέπειαν. Vox est creberrima in Davidicis, ac aliis; pro qua, ac eadem significatione heic ab Anastasio posita, multis Scripturæ locis habetur δόξα. Chrysostomus & alii appellant συγκατάβασιν, velut quamdam accommodationem pro modo creaturæ ac ejus captu.

2. *Ac tonantis per vicinam sibi rationalem naturam*] διὰ φύσεως λογικῆς ἐγγιζούσης αὐτῷ βροντήσαντος· nempe per Angelos: cui omnino consonat illud Paulli Heb. II. 2. *Si enim per Angelos dictus sermo factus est firmus*: cum loquatur de legislatione, in qua item Angelus ex Dei persona loquitur de nube. Nolit vero Anastasius ejusmodi nubes, ipsos Angelos esse, seu unita illis corpora, sed potius iis symbolo designari, quod instar nubium verbum pluant ac Dei oracula: quomodo etiam prædicatores ac verbi divini interpretes nubes sunt.

(α) Ακούοντος] Leg. ἀκούοντες.

μᾶλλον, ἀγαπητόν. ὁ μὲν γὰρ ἀγαπώμενος, οὐ πάντως ἀγαπητός· ὁ δὲ ἀγαπητὸς, καὶ ἀγαπώμενός ἐστι. τὸ γὰρ ἀγαπητὸν, φύσει τοιοῦτόν ἐστι πάντως· τὸ δὲ ἀγαπώμενον, οὐ πάντως φύσει· εὐδοκίᾳ δέ. ὁ τοίνυν υἱὸς εἷς ὢν, ἔστιν ἀμφότερα· καὶ ἀγαπητός· καὶ ἵνα οὕτως εἴπω, εὐδόκητος· ἐπειδὴ προσέλαβέ τι ἑτεροούσιον ἑαυτοῦ, καὶ προσελήφθη τὸ μὴ ὁμοούσιον εἰς μιᾶς ὑποστάσεως ἀνάδειξιν. ὑπέδειξεν οὖν ἡμῖν ὁ πατὴρ ἐν τῇ μαρτυρίᾳ τὴν ἑτερότητα, οὐ διαστήσας τὰ ἡνωμένα· πῶς γὰρ ἅπερ ἥνωσεν ὁ Θεὸς, χωρισθήσεται; ἀλλὰ διδάξας τῶν ἑτεροφυῶν τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸν ἐκ τούτων συγκείμενον ἕνα υἱὸν Χριστὸν κύριον, ἕνα υἱὸν ἀγαπητὸν, ᾧ λατρεύειν πᾶσαν τὴν κτίσιν, καὶ αὐτοῦ ἀκούειν εὐδόκησε.

dilectum, sed magis, [1] *cariſſimum*. Qui enim diligitur, non ſtatim ipſe cariſſimus eſt: qui autem eſt cariſſimus, etiam dilectus eſt. Cariſſimum enim, omnino tale natura eſt: dilectum autem, non omnino eſt natura, ſed beneplacito. Filius ergo unus exſiſtens, utrumque eſt, cum cariſſimus, tum, ut ita loquar, beneplacitus: quod nimirum alienum aliquid a ſubſtantia ſua aſſumſerit; ſitque, quod non ejuſdem eſſet ſubſtantiæ, aſſumtum ad unius conſtitutionem perſonæ. Oſtendit itaque ſuo nobis Pater hoc teſtimonio, diverſas eſſe ſubſtantias; non ut ſeparet unita. Quei enim ſeparentur quæ univit Deus? ſed rerum natura diverſarum unionem doceat, ac unum ex eis compoſitum Filium, Chriſtum Dominum; Filium unum cariſſimum, cui complacuit omnem ſervire creaturam ac ipſum audire.

Ταύτης οὖν τῆς μεγαλοπρεποῦς φωνῆς ἀκούσαντες οἱ ἀπόστολοι, ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον, ὑποταγέντες τῇ ἄνωθεν ἐνεχθείσῃ φωνῇ· καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα. ἴσως διὰ τὴν φθάσασαν ἀπείθειαν, μαθόντες ὅτι τοὐναντίον τῇ τοῦ πατρὸς ἐφρόνουν εὐδοκίᾳ, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ ἀποτροπιαζόμενοι, δι᾽ οὗ πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ σωτηρία προεταμιεύετο, κατὰ τὴν ἀρχαίαν βουλὴν τοῦ πατρός. ἐμφόβων δὲ γενομένων αὐτῶν καὶ χαμαὶ κειμένων, ἐγγίσας ὁ Ἰησοῦς, ἥψατο αὐτῶν, λέγων· ἐγείρεσθε, καὶ μὴ φοβεῖσθε. οὐδενὸς γὰρ ἦν τὴν δειλίαν ἐκείνην διασκεδάσαι καὶ τὸν φόβον, εἰ μὴ μόνου τοῦ υἱοῦ, τὸ θαῤῥεῖν ἀεὶ κελευομένου τοῖς αὐτῷ πλησιάζουσιν.

VIII. Audientes itaque Apoſtoli magnificam hanc vocem, *ceciderunt in faciem*; ſubjecti, ſcilicet voci de excelſo emiſſæ: *Et timuerunt valde*. Fortaſſe propter præcedentem inobedientiam, ubi jam contrarium ſe Patris beneplacito ſapere didiciſſent, Filii mortem averſantes, cujus merito juxta Patris antiquum conſilium univerſo humano generi ſalus paranda eſſet. Territis porro illis, ac humi proſtratis, *accedens Jeſus, tetigit eos, dicens: Surgite, & nolite timere*. Nullius enim partium erat metum illum diſſipare atque timorem, præterquam ſolum Filii, qui ſemper omnes ad ipſum accedentes confidere jubet.

Οἱ πεισθέντες, ἐπῆραν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀμαυρωθέντας ἴσως τῷ φόβῳ· καὶ ἀπάραντες, μόνον τὸν Ἰησοῦν ἐθεάσαντο. καὶ μέχρι τούτου γέγονεν ἡ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἡ αἰνιγματώδης παράδειξις. καὶ καταβαινόντων αὐτῶν ἐκ τοῦ ὄρους, ἐνετείλατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, λέγων· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀναστῇ. ἆρα τίνος χάριν ἐκώλυσεν αὐτοὺς τὰ θεαθέντα διηγήσασθαι, καὶ μὴ φανερῶσαι μηδενὶ τὸ μυστήριον τῆς ἀναστάσεως; ὅτι πρῶτον ἔδει τὸν ἐκ νεκρῶν πρωτότοκον ἀναστῆναι, πιστούμενον ἔργῳ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τότε τὴν κοινὴν πάντων διὰ τῆς μαρτυρίας γνωσθῆναι. τίς γὰρ ἂν ἐπίστευσε λεγομένοις, οἷς οἱ ἔγκριτοι τῶν ἀποστόλων ἠπίστησαν; Πέτρος δὲ καὶ βλάσφημον ἐλογίσατο τὸ περὶ τοῦ θανάτου τοῦ σωτῆρος λεγόμενον, ἕως οὗ τῆς φωνῆς ἄνωθεν βοώσης ἤκουσαν, μαρτυρούσης τῷ ἀγαπητῷ υἱῷ, καὶ τὴν ὑπακοὴν προστταττούσης. ἀκούετε γὰρ αὐτοῦ, φησι, καὶ νόμον βέβαιον νομίζετε πᾶν τὸ παρ᾽ αὐτοῦ λεγόμενον. * Ἀναγκαίως οὖν ἐνετείλατο τοῖς μαθηταῖς σιωπῆσαι τὰ ὁραθέντα, μέχρις οὗ φθάσας αὐτὸς καταπαλαίσει τὸν θάνατον, ἵνα μὴ γένωνται ἐν ἔθει τοῦ ἀπιστεῖν τοῖς παρ᾽ αὐτῶν λεγομένοις οἱ ἀκούοντες. μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν τοῦ πρωτοτόκου σὺν παῤῥησίᾳ τὴν πάντων ἐδημοσίευον ἀνάστασιν, καὶ εἰς τὴν ἀπὸ τῶν παχυτέρων ἐπὶ τὰ πνευματικὰ σώματα μεταστοιχείωσιν, ἐντελλόμενοι ἅπασιν, ὅτι ὥσπερ ὁ Χριστὸς ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, οὐκ ἔτι ἀποθνήσκει, καὶ θάνατος αὐτοῦ οὐ κυριεύει· οὕτως καὶ ἡμᾶς συμμόρφους ποιήσει τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ μετασχηματίσει τὰ σώματα ἡμῶν ἐπὶ τὸ πνευματικὸν καὶ ἄφθαρτον· καὶ εἰ ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν, ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.


IX. Morem autem gerentes, levaverunt obſcuratos ac velut caligantes oculos: forte metu: *cumque levaſſent, viderunt ſolum Jeſum*. Hactenus proceſſit regni cælorum ænigmatica exhibitio. [a] *Deſcendentibus autem illis de monte præcepit eis Jeſus, dicens: Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis reſurgat*. Cur vero prohibuit, ne narrarent viſa, neve cuique declararent myſterium reſurrectionis? Quia nimirum oportebat prius reſurgere [b] *primogenitum illum ex mortuis*, ipſo opere adſtruentem reſurrectionem; tumque communem univerſorum reſurrectionem, ex teſtimonio palam fieri. Quis enim crediturus eſſet ſi ea dicerentur, quibus neque præcipui Apoſtoli fidem habuiſſent? (Sane Petrus ipſe blaſphemum arbitrabatur, quod diceretur de Salvatoris morte:) donec audiſſent vocem de cælo clamantem, ac cariſſimo Filio teſtimonium perhibentem eique obſequi mandantem: *Eum*, ſiquidem inquit, *audite*, certamque legem, quidquid ab eo dictum ſit, exiſtimate. Neceſſario igitur præcepit diſcipulis ut tacerent quæ viderant, donec præveniens ipſe vinceret mortem; ut ne audientes aſſueſcerent fidem non habere iis quæ ab ipſis dicebantur. Nam poſt reſurrectionem Primogeniti, cum fiducia vulgabant omnium reſurrectionem, & corporum e craſſioribus in ſpiritalia transfigurationem, præcipientes omnibus, quod ſicuti [c] *Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, & mors illi non dominatur*: ſic & nos [d] conformes faciet claritati ſuæ, & reformabit corpora noſtra in ſpiritale atque incorruptum. Et ſi [e] in novitate vitæ ambulaverimus, [f] *rapiemur in nubibus obviam Domino in aera; & ſic ſemper cum Domino erimus*. Cui gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

a Matth. XVII. 9. *b* Coloſſ. I. 18. *c* Rom. VI. 9. *d* Philipp. III. 21. *e* Rom. VI. 4. *f* I. Theſſ. IV. 16.

1. *Cariſſimus*] ἀγαπητός· Interpres Latinus non expreſſit vim vocis, quam urget Anaſtaſius, cum reddit, *dilectus*; idem enim ſonat atque ἠγαπημένος, quod ille minoris emphaſis exiſtimat, ut dicatur ἠγαπημένος, qui vel ut libere ac diligentis beneplacito diligitur: ἀγαπητὸς vero, qui in ſe habet rationes amoris, ac velut a ſe & natura, ad amorem inclinat, quod habet Filius Patris ratione ut Deus, ejuſdem cum eo ac infinitæ bonitatis: ipſe ut homo, ἠγαπημένος καὶ εὐδόκητος· qui ea ratione ſit bonum contingens, ac Dei ſola voluntate ac gratia exſiſtens. Reddidi ut plerumque reddit interpres. Græci ἀγαπητοὺς fere uſu communi vocant, quos Galli, *mon mignon*, *mon cœur*, ac ſimili voce blanda compellant.

* Ἀναγκαίως οὖν] Hæc cum reliquis uſque ad finem deerant in codice quo uſus eſt Combefiſius. At ea ex Lambecio VIII. pag. 717. ſupplevit Fabric[illegible] tom. IX. pag. 33. unde illa [illegible].

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.



* ΑΝΑΣΤΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΣΙΝΑΙΤΟΥ

Πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Αντιοχείας,

Περὶ τῶν ἁγίων τριῶν τεσσαρακοστῶν, πόθεν παρελάβομεν φυλάττειν αὐτὰς, καὶ ὅτι οἱ ταύτας παραβαίνοντες παρανομοῦσιν.

ANASTASII SINAITÆ

Patriarchæ Theopoleos magnæ Antiochiæ,

De ſanctis tribus Quadrageſimis, unde eas obſervare accepimus, quodque qui eas transgrediuntur legem violent.

Interprete JOANNE BAPTISTA COTELERIO.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς ἐξακολουθοῦντας ταῖς ἀποστολικαῖς παραδόσεσι καὶ διατάξεσι, καὶ ταῖς τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐγγράφοις νομοθεσίαις, μὴ δεῖσθαι ζητήσεις καὶ εὑρεσιλογίας ἐφευρίσκειν κενὰς καὶ ματαίας, πρὸς ἀθέτησιν τῶν ὑπ' ἐκείνων ὁρισθέντων, ἀλλὰ προσέχειν ἀκριβῶς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ὁρισθεῖσι, ἔν τε τοῖς ἑαυτῶν θείοις κανόσιν, ἔν τε τοῖς εὑρισκομένοις ἁγίοις τούτων συγγράμμασι, καὶ ταῖς ἐκ παραδόσεων τούτων ἁγίαις φωναῖς, καὶ ὡς Θεοῦ φωναῖς ἡγεῖσθαι καὶ σέβειν αὐτάς. ἀλλ' ἐπείπερ ὁ μισόκαλος καὶ ἀπατεὼν διάβολος, ὁ καὶ πρώην τὴν τῷ πρωτοπλάστῳ δοθεῖσαν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς νηστείας ἐντολὴν παραφθείρας, καὶ βρώσει τῇ τοῦ ξύλου τοῦτον ὑπαγαγὼν καὶ παραδοὺς τῷ θανάτῳ, οὐ παύεται μέχρι τῆς σήμερον διαβάλλων τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ γενόμενα ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, θεῖα προστάγματα· ἄρτι δέ γε καὶ μάλιστα ὑπεισῆλθέ τινας τῶν ἡμετέρων οὐ μόνον λαϊκῶν ἢ ἀγνώστων καὶ ἀγραμμάτων, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτῶν τῶν ἐπὶ λόγῳ σεμνυνομένων, καὶ ἐπὶ μεγίστῃ σοφίᾳ τὴν ὀφρὺν αἰρόντων, ἐπισκόπων φημὶ, μητροπολίτων, καὶ ἱερέων, καὶ διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν, καὶ αὐτῶν δήπου ἴσως τῶν μοναχῶν ὧν Θεὸς ἡ κοιλία λελόγισται, οἱ καὶ ἀπηρυθριασμένως οὑτωσὶ καὶ ἀναιδῶς διδάσκουσι μόνην εἶναι νηστείαν, ἔκ τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θείων πατέρων παραδεδομένην τὴν λεγομένην μεγάλην· τὴν δέ γε τῶν Χριστοῦ γεννῶν, ἣν καὶ τοῦ ἁγίου Φιλίππου τινὲς ὀνομάζουσι, δι' αἰτίαν ἣν παρακατιόντες εἴπομεν· καὶ τὴν πρὸ τῆς μνήμης τῶν ἁγίων κορυφαίων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, μὴ εἶναι, μήτε ἐξ ἀποστολικῆς καὶ πατρικῆς διαταγῆς· ἀλλά τινων εὑρέματα μοναχῶν καὶ θελήματα, τῶν ταύτας τὰς ῥηθείσας δύο νηστευόντων νηστείας. διὸ καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τῶν τῇ διαταγῇ τοῦ Θεοῦ ἀνθισταμένων, ὀκτωκαίδεκα ἡμέρας ἀπέχονται κρέατος μόνου καὶ τυροῦ καὶ ᾠοῦ, ἔνιοι δὲ αὐτῶν κρέατος μόνου, τὰ δὲ λοιπὰ ἐσθίουσιν ἐκτὸς ἡμέρας μιᾶς· ἄλλοι δὲ μόνας ἡμέρας δώδεκα ἀπέχονται ὁμοίως, ἕτεροί γε ἓξ, καὶ ἄλλοι τέσσαρας· καὶ οὐ μόνον ἑαυτοὺς θέλουσιν εἶναι μόνους πεπλανημένους, ἀλλὰ προσεπισύρονται καὶ πλήθη ἰδιωτικὰ, ἵνα μὴ μόνον ᾖ τούτων τὸ ἁμάρτημα· πλείονα δὲ πάντως καὶ τὴν τιμωρίαν ὑφέξουσιν, ὡς πολλοὺς σκανδαλίζοντες καὶ τῆς εὐθείας ἀπάγοντες. εἰ γὰρ ὁ ἕνα ἄξιον [1] ἐξ ἀναξίου, στόμα λογίζεται τοῦ εἰπόντος, πόσῳ μᾶλλον καταδίκης ἔσεται ἄξιος, ὁ πλήθη πολλὰ ἀπατῶν διὰ τῆς αὐτοῦ γαστριμαργίας καὶ φιληδονίας; ἡμεῖς οὖν ὅσαπερ εὕρομεν συντείνοντα καὶ διοριζόμενα περὶ τῶν ῥηθεισῶν νηστειῶν ἀποστολικά τε καὶ πατρικὰ διατάγματα, ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ ἐνετάξαμεν, εἰς φίμωτρον τῶν ταύτας οὕτως ἀναιδῶς ἀθετούντων καὶ καταψευδομένων, ἐξ οἰήσεως καὶ ὑπερηφανίας καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς οἰκούσης φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας, καὶ οὐδὲ τὴν τοῦ κυρίου τρεμόντων ἀπόφασιν, τὴν λέγουσαν· ὅστις σκανδαλίσει ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ μύ-

NOs quidem oportuit apoſtolicis traditionibus & conſtitutionibus, ſanctorumque patrum noſtrorum ſcriptis ſanctionibus obſequentes, neceſſarium non habere quæſtiones inanes & commenta ſermonum vana excogitare, ad infitiationem eorum quæ ab illis decreta ſunt; ſed potius attendere diligenter iis quæ definierunt, tum in ſuis divinis canonibus, tum in ſanctis ſuis libris qui exſtant, & ſanctis ſuis vocibus traditione acceptis, eaſque ut Dei voces putare ac venerari. Verum quia boni oſor fraudulentuſque diabolus, qui principio in paradiſo datum primo hominum creato mandatum jejunii labefactavit, eumque eſu illius ligni dejecit ac morti tradidit, non ceſſat huc uſque calumniari divina præcepta quæ a Deo Deique viris propter ſalutem generis noſtri tradita ſunt: modo vero præcipue irrepſit in quoſdam noſtrum, non tantum laicos, aut ignotos & illitteratos, ſed jam ipſos quoque qui de doctrina gloriantur, & de maxima ſapientia ſupercilium attollunt, epiſcopos, inquam, metropolitas, ſacerdotes, diaconos, ceteroſque clericos, nec non ipſos forſan utique monachos [a] quorum deus venter reputatus eſt; qui ſic abſque rubore & pudore docent, unicum eſſe jejunium, a ſanctis Apoſtolis diviniſque patribus traditum, illud quod vocatur magnum; jejunium autem natalis Chriſti, quod etiam nonnulli nominant ſancti Philippi, ob cauſſam quam inferius proferemus; atque jejunium quod præcedit feſtum & commemorationem ſanctorum principum apoſtolorum Petri & Paulli, non ortum habere ex apoſtolica vel patrum conſtitutione; ſed eſſe monachorum quorumdam inventa & placita, qui duo hæc dicta jejunia peragunt. Quocirca ex illis hominibus ordinationis Dei adverſariis nonnulli diebus octodecim abſtinent dumtaxat carne & caſeo & ovis; quidam vero carne ſola, qui reliqua comedunt, excepto uno die; alii autem pari modo abſtinent diebus duodecim tantum, alii ſex, alii quatuor: & non modo ſe ſolos volunt eſſe deceptos, ſed multitudinem quoque popularem ſimul poſt ſe trahunt; ut non ſolum ipſorum ſit peccatum; qui ſane graviores pœnas dabunt, quod multos ſcandalizaverint, atque a recta via abduxerint. Nam ſi ille [b] qui unum dignum ab indigno educit, os reputatur Dei qui hoc dixit; quanto magis condemnatione dignus erit is qui per ſuam ingluviem & intemperantiam decipit ingentem hominum multitudinem? Nos igitur *ideo* quæcumque reperimus Apoſtolorum patrumque conſtituta huc ſpectantia, & de prædictis jejuniis definientia, hoc in libro collocavimus, ad præcludendum os eorum qui adeo impudenter per elationem & ſuperbiam, inſitumque amorem voluptatis & ventris aviditatem, ea infitiantur ac mendaciter traducunt, nec Domini ſententiam metuunt, his verbis conceptam; [c] *Quicumque ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis,*

a Philipp. III. 19. *b* Jer. xv. 19. *c* Matth. XVIII. 6.

1. Ἐξ ἀναξίου.] Vel addendum ἐξαγάγων ex Jeremiæ textu, vel ſubintelligendum ἀπάγων, propter ἀπάγοντες quod præcedit. COTELER.

* Exſtat apud Cotelerium *Eccl. Gr. Monum.* tom. III. pagg. 424-431.

λον ὀνικὸν, καὶ τὰ ἑξῆς πάντες οἴδασιν. ὅταν γὰρ A ἰδιώτης καὶ ἄγροικος θεάσηταί σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐσθίοντα ἀναιδῶς ἐν τῇ νηστείᾳ, πάντως σκανδαλισθήσεται καὶ τὰ χείρονα ποιήσει. λοιπὸν ἀκουσάτωσαν τῶν προειρημένων ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν παραδόσεων, περὶ τῶν ῥηθεισῶν νηστειῶν. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν· λάλησον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λέγων: τρεῖς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ φυλάξατέ μοι, τὴν ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ἐν τῷ πρώτῳ μηνί· ἀπὸ δὲ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἡμέρας, ἑπτὰ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα * ἐπὶ πικρίδων ἄρτον κακώσεως· ἐν γὰρ τούτῳ ἐξήλθετε ἐξ Αἰγύπτου. καὶ ἀριθμήσετε ὑμῖν, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων ἑπτὰ ὁλόκληροι ἡμέραι. καὶ καλέσατε αὐτὴν ἁγίαν ἡμέραν. καὶ τὴν ιε. τοῦ ζ. μηνὸς μεσοῦντος τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἡμέρα ἐξιλασμοῦ. B καὶ ἑορτὴ σκηνοπηγίας κλητὴ ἁγία ἔσται ὑμῖν. ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. πᾶσα δὲ ψυχὴ ἥτις μὴ ταπεινωθήσεται, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. ἡμέρας ζ. προσάξατε ὁλοκαυτώματα, ἐν σκηναῖς κατοικοῦντες, ὅπως ἴδωσιν αἱ γενεαὶ ὑμῶν, ὅτι ἐν σκηναῖς κατῴκησα τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐξαγαγεῖν με ἐξ Αἰγύπτου. ἐγώ εἰμι κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν.

A *expedit ei ut mola asinaria*, & quæ sequuntur omnes norunt. Cum enim imperitus & rusticus viderit te qui scientia præditus es, manducare impudenter jejunii tempore, omnino patietur scandalum, atque pejora perpetrabit. De reliquo audiant memoratas Apostolorum & patrum traditiones circa dicta jejunia. Et dixit Dominus ad Moysen: [a] Loquere filiis Israel, dicens: Tria tempora anni servate mihi; festum azymorum primo mense; a decima quarta autem die, septem dies comedetis azyma super picrides panem afflictionis; in eo enim exiistis ex Ægypto. Et numerabitis vobis, a septem septimanis. Septem integri dies, Et vocabitis eam sanctam diem. Et decimam quintam septimi mensis B mediante anno. Dies propitiationis. Et solemnitas scenopegiæ vocata, sancta erit vobis. Humiliate animas vestras. Omnis autem anima, quæcumque non humiliabitur, exterminabitur de populo suo. Septem diebus afferetis holocaustomata, in tabernaculis habitantes, ut sciant progenies vestræ, quod in tabernaculis habitare feci filios Israel, cum educerem de Ægypto, Ego sum Dominus Deus vester.

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.

Κἀντεῦθεν, ὡς ἔοικε, καὶ παρ' ἡμῖν φυλάσσονται τρεῖς νηστεῖαι, ἃς προετύπουν αἱ ἑορταὶ ἐκεῖναι, προσθήκην τοῦ τριαδικοῦ βαθμοῦ οὐδαμῶς ἐπιδεχόμεναι. Καὶ ὁ κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων φη- C σίν· εἴ τις ἀναγνώστης, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ ἐπίσκοπος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν οὐ νηστεύει, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν ἐμποδίζοιτο. Περὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως, γέγραπται ἐν τῇ [1] περιόδῳ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ὅτι κηρύσσων τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, κατέλαβε διδάσκων καὶ τὴν τῆς Ἀσίας Ἱεράπολιν, σὺν τῷ Βαρθολομαίῳ, καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Μαριάμνῃ· ἡ δὲ πόλις ἐσέβετο τὴν ἔχιδναν. καὶ συλλαβόμενοι τοὺς ἀποστόλους, μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ἐπεὶ πάντῃ ἦσαν ἀπαράδεκτοι, μηδὲ ἀκοῦσαι ἀνεχόμενοι τοῦ θείου λόγου, χωρὶς τοῦ πρώτως ὑποδεξαμένου τοὺς ἀποστόλους· D ἐκεῖνος γὰρ ἐβαπτίσθη καὶ πᾶσα ἡ οἰκία καὶ συγγένεια αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνθυπάτου· τὸν μὲν Φίλιππον ἐξαγαγόντες καὶ τρυπήσαντες τοὺς ἀστραγάλους, ἐσταύρωσαν κατὰ κεφαλῆς· τὸν δὲ Βαρθολομαῖον ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησαν σύνεγγυς αὐτοῦ· τὴν δὲ Μαριάμνην κατέσχον ἐν φυλακῇ. ἐλθόντος δὲ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκεῖσε, εἶπε Φίλιππος πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν αἰτήσωνται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθῆναι καὶ καταναλῶσαι πάντας αὐτούς· ὅπερ ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης διεκώλυσε γενέσθαι. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν καὶ τριῶν ἡμερῶν παραδρομὴν, προσηύξατο ὁ ἅγιος Φίλιππος, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα, καὶ πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας ζῶντας εἰς ᾅδου κατήγαγε. καὶ μετὰ ταῦτα ἐφάνη αὐτῷ ὁ σωτὴρ, ἀναμιμνήσκων αὐτῷ E τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ λεγούσης, μὴ ἀποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν· εἶτα καὶ προσθείς· ἐπεὶ παρήκουσας τῆς ἐντολῆς μου, καὶ ἐκάκωσας τοὺς λυποῦντάς σε, σὺ μὲν κοιμηθήσῃ ἐνταῦθα, καὶ ἀπενεχθήσῃ ἐν δόξῃ ὑπὸ τῶν ἁγίων μου ἀγγέλων ἄχρι καὶ τοῦ παραδείσου· οὐκ εἰσελεύσῃ δὲ, ἀλλὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἔξω στήσῃ λυπούμενος καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας, ἀνθ' ὧν ἐλύπησας

CHRYSOSTOMI.

Atque inde, ut videtur, etiam a nobis servantur tria jejunia, quæ præfigurabant festa illa, additamentum ternarii gradus nequaquam admitten- C *tia.* Et Canon sanctorum Apostolorum ait: [2] *Si quis lector, aut diaconus, aut subdiaconus, aut presbyter, aut episcopus, aut omnino ex catalogo sacratorum, sanctam Quadragesimam non jejunaverit, vel quartam feriam, vel parasceven, deponatur; præterquam si per infirmitatem impediatur.* Porro de quadragesima nativitatis Christi, scriptum est in Periodo seu circuitu & Itineratio sancti Philippi, quod dum prædicaret verbum veritatis, docendo pervenit ad Hierapolim Asiæ, una cum Bartholomæo, & sorore sua Mariamne; urbs autem illa colebat viperam. Et cum Apostolos comprehendissent, post multa tormenta, quia nequaquam recipiebant, nec verbum divinum vel audire sustine- D bant, excepto illo qui primum Apostolos susceperat: ille enim baptizatus fuit, totaque ipsius domus & consanguinitas, nec non uxor proconsulis: Philippum quidem educentes, postquam talos ipsius perforavissent, crucifixerunt capite in terram verso; Bartholomæum autem in ligno prope eum suspenderunt; Mariamnem vero detinuerunt in carcere. Porro cum sanctus Joannes illuc advenisset, dixit ei Philippus, uti peterent ignem e cælo demitti qui cunctos illos consumeret; id quod Apostolus Joannes fieri prohibuit. Post ipsius porro discessum, tribus diebus interjectis, oravit sanctus Philippus, & terra aperuit os, cunctosque idololatras vivos in infernum deduxit. Postea ipsi appa- E ruit servator, & in memoriam ei revocavit præceptum suum, quod ait, [b] malum pro malo non esse reddendum; & reliqua similia; deinde etiam addidit: Quandoquidem mandatum meum violasti, & afflixisti eos qui te dolore affecerunt, tu quidem heic obdormies, & cum gloria auferreris a sanctis Angelis meis usque ad paradisum: non intrabis tamen, sed quadraginta diebus extra stabis, tristis, atque [c] prohibitus a flammeo gladio; propterea

[a] Exod. XIX. 34. Lev. XXIII. Num. IX. Deut. XVI. [b] Rom. XII. 17. I. Thess. V. 15. I. Pet. III. 9. [c] Gen. III. 24.

1. Περιόδῳ — Φιλίππου] Apocrypha sequuntur, falsa, fabulosa, insulsa, impia, hæretica, indigna plane quæ ab Anastasio proferrentur; dignissima contra quæ Gelasiano synodi Romanæ decreto æternum proscripta maneant. Quocirca pudentius alii visum lectumque Philippi Apocryphum repurgaverunt, scopulis diligenter vitatis. Ab aliis ignoratum est Philippi martyrium, post Clementem Alexandrinum Strom. IV. COTELER.

2. Can. LXIX.

* Ἐπὶ πικρίδων] Vulg. *cum lactucis agrestibus*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

τοὺς ἀδικοῦντάς σε· εἶτα εἰσελεύσῃ, καὶ ἀπολήψῃ A τὸν ἡτοιμασμένον σοι τόπον. ἀνενεγκὼν δὲ καὶ τοὺς κατενεχθέντας ἐν τῷ ᾅδῃ, ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς. εἶτα διεστείλατο ὁ Φίλιππος τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ, ὥστε εἰπεῖν Ἰακώβῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις, νηστεῦσαι καὶ προσεύξασθαι περὶ αὐτοῦ τεσσαράκοντα ἡμέρας. καὶ οὕτως οἱ ἀπόστολοι πᾶσι τοῖς πιστοῖς τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν καὶ προσευχὴν διωρίσαντο. καὶ ἐφυλάχθη παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τῶν ζʹ. οἰκουμενικῶν συνόδων. καὶ ἐνενομοθετήθη, οὐχὶ πέντε ἢ ὀκτὼ ἢ δέκα ἡμερῶν νηστεία, ἀλλὰ τεσσαράκοντα. τῶν Χριστοῦ γεννῶν δὲ λέγεται, ὅτι ἐν τῷ τέλει τῶν μʹ. ἡμερῶν συνέφθασε καὶ σωτήριος γέννησις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ γίνεται δύο τὰ καλά. πληροῦμεν γὰρ τὴν B τῶν ἀποστόλων παράδοσιν, καὶ προκαθαιρόμεθα εἰς ὑπαντὴν καὶ προσκύνησιν τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου ἀρρυπάρως καὶ ἀῤῥήτως γεννηθέντος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Ἡ δὲ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν νηστεία, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν ταῖς διατάξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων ῥηθεῖσα. φασὶ γὰρ ἐν ταύταις, ὅτι μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἑορτάσατε ἑβδομάδα μίαν, καὶ μετ' ἐκείνην νηστεύσατε. δίκαιον γὰρ εὐφρανθῆναι ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ, καὶ μετὰ τὴν ἄνεσιν νηστεῦσαι. καὶ γὰρ καὶ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας ἐνήστευσαν ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ Δανιὴλ ἑβδομάδας τρεῖς ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγε, καὶ κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐνηστεύετο τοιγαροῦν ἡ τοιαύτη νηστεία, μέχρι τῆς C κοιμήσεως τῆς θεοτόκου· ὑπὸ δὲ τῶν ἁγίων πατέρων δι' οἰκονομίαν ἐξεκόπη· τὸ μὲν, διὰ τὸ [1] παρεμπίπτειν ταῖς ἐθνικαῖς νηστείαις, ἤγουν Ἀρμενίων, Ἰακωβιτῶν, Νεστοριανῶν, ἔτι δὲ πολλάκις καὶ Ἰσμαηλιτῶν· τὸ δὲ, ὡς ἔμοιγε καταφαίνεται, καὶ διὰ τὴν ὀλιγωρίαν καὶ τὸ ἀπρόθυμον τῶν ἀνθρώπων. ἐτυπώθη δὲ, ἄχρι τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων νηστεύειν· εἶθ' οὕτως ἐπιλύειν· εἶτα ἀπ' ἀρχῆς Αὐγούστου νηστεύειν, ἄχρι τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου, καὶ πάλιν διαλύειν, καὶ τότε ἔχοντας παρακέλευσιν ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων.

quod eos qui te injuria affecere vexasti; postea introibis, atque præparatum tibi locum recipies. Tum eos qui in infernum deducti fuerant reducens, ascendit in cælos. Postea Philippus mandavit Bartholomæo ac Mariamnæ, dicere Jacobo ceterisque Apostolis, ut pro eo jejunarent ac orarent per quadraginta dies. Atque ita Apostoli quadraginta dierum jejunium & preces cunctis fidelibus statuerunt. Idque servatum fuit a sanctis patribus, & septem conciliis generalibus. Atque decretum fuit jejunium, non quinque, vel octo, aut decem dierum, sed quadraginta. Vocatur autem natalis Christi jejunium, quia in fine dierum quadraginta occurrit salutaris nativitas Domini nostri Jesu Christi. Duoque bona peraguntur. Nam exsequimur traditionem Apostolorum, simulque præpurgamur in occursum & adorationem Jesu Christi Domini nostri, qui ex sancta Dei genitrice semperque Virgine absque macula & ineffabiliter natus est. Ceterum quod subsequitur Pentecosten jejunium, ipsum est de quo agitur in Constitutionibus sanctorum Apostolorum. Ajunt quippe in illis: * *Post Pentecosten, celebrate hebdomadam unam, & post illam jejunate. Æquum enim est, ut de munere Dei lætemini, ac post remissionem jejunetis. Siquidem Moyses & Elias jejunaverunt quadraginta diebus; & Daniel tribus hebdomadis panem desideriorum non comedit, & caro ac vinum non introierunt in os ejus.* Jejunabatur ergo hoc jejunium, usque ad dormitionem seu mortem Deiparæ: verum a sanctis patribus per œconomiam & dispensationem intercisum est; partim quia incurrebat in jejunia ethnica, seu Armeniorum, Jacobitarum, Nestorianorum, adhucque sæpe etiam Ismaelitarum; partim mea quidem sententia, propter hominum negligentiam animique relaxationem. Sancitum autem fuit, usque ad festum sanctorum Apostolorum jejunare; sicque postea solvere jejunium: dein ab initio Augusti jejunare, usque ad obitum Deiparæ; iterumque solvere jejunium, etiam tunc juxta admonitionem Constitutionem Apostolicarum.

1. Παρεμπίπτειν] Συμπαρεμπ. Ιω.

* Lib. V. cap. ult.

SANCTI
MARTINI DUMIENSIS
ARCHIEPISCOPI BRACARENSIS
OPUSCULA VII.
SPARSIM HACTENUS ET INTERCISE VULGATA,

Nunc vero primum ſimul collecta & recenſita.

SANCTI MARTINI DUMIENSIS
ARCHIEPISCOPI BRACARENSIS
OPUSCULA VII.

OPUSCULUM I.

Formula honestæ vitæ.

[1] AD MIRONEM REGEM GALLICIÆ.

GLoriosissimo ac tranquillissimo, & insigni catholicæ fidei prædito pietate, MIRONI regi MARTINUS humilis episcopus. Non ignoro, clementissime rex, flagrantissimam animi tui sitim sapientiæ insatiabiliter poculis inhiare, eaque te ardenter quibus moralis [2] scientiæ rivuli manant, fluenta requirere. Et ob hoc humilitatem meam tuis sæpius litteris admones, ut dignationi tuæ crebro aliquid per epistolam scribens aut consolationis aut exhortationis alicujus, & qualiacumque sint [3] dicta offeram. Sed quamvis hoc a me exigat laudabile tuæ pietatis studium, scito tamen tenuitatis meæ insolentem continuo a cautis impingi proterviam, si regalis reverentiæ gravitatem aut assiduis aut vilibus, ut libet, dictis adjungam. Et ideo ne aut ego licentia piæ invitationis abuterer loquendo, aut vestro magis desiderio obsisterem reticendo; libellum hunc nulla sophismatum ostentatione politum, sed planitie puræ simplicitatis exceptum capacibus fidenter auribus obtuli recitandum. Quem non vestræ specialiter instituo potestati, cui naturalis sapientiæ sagacitas præsto est, sed generaliter his conscripsi, C quos ministeriis tuis adstantes hæc convenit legere, intelligere & tenere. Titulus autem libelli est, *Formula Vitæ Honestæ*; quem idcirco tali volui vocabulo superscribi, quia non illa ardua & perfecta, quæ a paucis & peregregiis Deicolis patrantur, instituit; sed ea magis commonet, quæ & sine divinarum scripturarum præceptis, naturali tantum humanæ intelligentiæ lege etiam a laicis recte honesteque viventibus valeant adimpleri.

QUatuor virtutum species multorum sapientium D sententiis definitæ sunt, quibus animus humanus componi ad honestatem vitæ possit. Harum prima est prudentia: secunda, magnanimitas: tertia, continentia: quarta justitia. Singulæ A tibi in officiis quæ subsunt, annexæ sunt, ac bene moratum virum efficiunt.

CAPUT I.

De Prudentia.

QUisquis prudentiam sequi desideras, tunc per rationem recte vives, si omnia prius existimes & perpenses, & dignitatem rebus non ex opinione multorum, sed ex earum natura constituas. Nam scire debes, quia sunt quæ videantur esse bona, & non sunt: & sunt quæ videantur non bona esse, & sunt. Quæcumque autem ex rebus B transitoriis possides, non mireris, nec magnum existimes quod caducum est: nec apud te quæ habes, tamquam aliena servabis, sed pro te tamquam tua dispenses & utaris. Si prudentiam amplecteris, ubique idem eris: & prout rerum ac temporum varietas exigit, ita te accommodes tempori: nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes: sicut manus quæ eadem est, & cum in palmam extenditur, & cum in pugnum adstringitur. Prudentis proprium est, examinare consilia, & non cito facili credulitate ad falsa prolabi. De dubiis non definias, sed suspensam teneas sententiam. Nihil inexpertum affirmes, quia non omne verisimile statim verum est: sicut & sæpius quod primum incredibile videtur, non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacii veritas retinet. Crebro mendacium specie veritatis occulitur. Nam sicut aliquando tristem frontem amicus, & blandam adulator ostendit: sic verisimilitudine coloratur veritas, & ut fallat vel surrepat, coloratur. Si prudens esse cupis, in futurum, prospectum intende: & quæ possunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed per otium ante conspicies. Nam qui prudens est, non dicit: Non putavi quidem hoc fieri: quia non dubitat, sed exspectat: nec suspicatur, sed cavet. Cujuscumque facti caussam require: cum initia inveneris, exitus cogitabis. Scito te in quibusdam debere perseverare, quia cœpisti: quædam vero nec incipere, in quibus perseverare sit noxium. Prudens fallere non vult, falli non potest. Boni est viri, etiam in morte neminem fallere. Opiniones tuæ judicia sint. Cogitationes vagas & inutiles, & velut somnio si-

1. *Ad* MIRONEM cet.] Hanc præfationem desumsimus ex Dacherii Spicilegio tom. III. pag. 312. Eam laudat Trithemius lib. de scriptor. eccl. cap. CCXXI.

2. *Moralis*] Sic ex editione Vineti Pictavis vulgata anno 1544. Baluzius: antea mendose legebatur *mortalis*. — EDITOR BACHERIANUS, qui ex eadem editione, mox *suis* addidit ante illa *sæpius litteris*.

3. *Dicta offeram*] Sic idem rescribit, ubi antea erat *afferam dictu*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.



miles, non recipies: quibus si animus tuus se oblectaverit, cum omnia disposueris, tristis remanebis: sed cogitatio tua stabilis, & certa sit: sive deliberet, sive quærat, sive contempletur, non recedat a vero. Sermo quoque tuus non sit inanis, sed aut suadeat, aut moneat, aut consoletur, aut præcipiat. Lauda parce, vitupera parcius. Nam similiter reprehensibilis est nimia laudatio, ut immoderata vituperatio. Illa siquidem adulatione, ista malignitate suspecta est. Testimonium veritati, non amicitiæ reddes. Cum consideratione promitte: plenius quæ promiseris præsta. Si prudens est animus tuus, tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina, futura prævide, præterita recordare. Nam qui nil de præterito cogitat, perdit vitam: qui nil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona; ut illa sustinere possis, & ista moderari. Non semper in actu sis, sed interdum animo tuo requiem dato; & requies ipsa plena sit sapientiæ studiis, & cogitationibus bonis: nam prudens numquam otio marcet. Habet autem aliquando remissum animum, numquam solutum. Accelerat tarda, perplexa expedit, dura mollit, exæquat ardua. Scit enim quid qua via aggredi debeat: & distincte cuncta videt. Consilium peritorum, ex apertis obscura æstimat, ex parvulis magna, ex proximis remota, ex partibus tota. Non te moveat dicentis auctoritas, nec quis, sed quid dicat, intendito. Nec quam multis, sed qualibus placeat, cogita. Id quære quod invenire possis. Id disce, quod potes scire. Id opta, quod optari coram bonis potest. Nec altiori te rei imponas, in qua tibi stanti tremendum, ascendenti cadendum sit. Consilia tibi salutifera advoca. Cum tibi alludit vitæ prosperitas, tunc te velut in lubrico retinebis ac sistes, nec tibi dabis impetus liberos, sed circumspicies quo eumdum sit, vel quousque.

CAPUT II.

De Magnanimitate.

Magnanimitas vero, quæ & fortitudo dicitur, si insit animo tuo, cum magna fiducia vives liber, intrepidus, alacer. Magni animi hominis bonum est non vacillare, constare sibi, & finem vitæ intrepidus exspectare. Nil aliud magnum in rebus humanis, nisi animus magna despiciens. Si magnanimus fueris, numquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit: & cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuisse. Scito enim, honestum & magnum genus vindictæ esse ignoscere. Neminem susurro appetas, neminem suffodias, palam aggredere: non geres conflictum nisi indixeris; nam fraudes & doli imbecillum decent. Eris magnanimus, si pericula nec appetas, ut temerarius, nec formides, ut timidus: nam nil timidum facit animum, nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

CAPUT III.

De Continentia.

Continentiam vero si diligis, circumcide superflua & in arctum desideria tua constringe. Considera tecum, quantum natura poscat, & non A quantum cupiditas expetat. Si continens fueris, eo usque pervenies, ut te ipso contentus sis. Nam qui sibi ipsi satis est, cum divitiis natus est. Impone concupiscentiæ tuæ frenum & modum, omniaque blandimenta quæ occultam voluptatem trahunt, rejice. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem. Observa ne in convivio aut in qualibet vitæ communitate, quos non imitaberis, damnare videaris. Nec præsentibus deliciis inhærebis, nec desiderabis absentes. Victus tibi ex facili sit, nec ad voluptatem, sed ad cibum accede. Palatum tuum fames excitet, non sapores. Desideria tua parvo redime, quia hoc tantum curare debes, ut desinant: atque quasi ad exemplar compositus divinum, a corpore ad spiritum, quantum potes te B festina reducere. Si continentiæ studes, habita non amœne, sed salubriter: nec dominum esse velis notum a domo, sed domum a domino. Non tibi adscribas quod non eris, nec quod es: nec majus quam es videri velis. Hoc majus observa, ne paupertas tibi immunda sit, nec parcimonia sordida, nec simplicitas neglecta, nec lenitas languida: & si tibi res exiguæ sunt, non tamen sint angustæ. Nec tua defleas, nec aliena mireris. Si continentiam diligis, turpia fugito ante quam accedant: nec quemquam alium vereberis plus quam te. Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede. A verbis quoque turpibus abstineto, quia eorum licentiam imprudentiam nutrit. Sermones utiles magis quam facetos & amabiles ama, rectos potius quam obsecundantes. Miscebis interdum seriis jocos, sed temperatos, & sine detrimento dignitatis ac verecundiæ. Nam reprehensibilis risus est, si immodicus, si pueriliter effusus, si muliebriter fractus. Odibilem quoque hominem facit risus, aut superbus, aut [1] clarus, aut malignus & furtivus, aut alienis malis evocatus. Si ergo ipsos jocos exigis, hoc quoque cum dignitate sapientiæ gere, ut te nec gravent tamquam asperum, nec contemnant tamquam vilem. Non erit tibi scurrilitas, sed grata urbanitas. Sales tui sint sine dente, joci sine vilitate, risus sine cachinno, vox sine clamore, incessus sine tumultu: quies tibi, non desidia erit; & cum ab aliis D luditur, tu sancti aliquid honestique tractabis. Si continens es, adulationes evita: sitque tibi tam triste laudari a turpibus, quam si lauderis ob turpia. Lætior esto, quoties displices malis, & malorum de te existimationes malas, veram tui laudationem adscribe. Difficillimum continentiæ opus est, assentationes adulatione repellere, quarum sermones animum voluptate resolvunt. Nullius per assentationem amicitiam merearis: nec ad tuam promerendam, per hanc aditum pandas. Non eris audax, nec arrogans: submittes te, non projicies; gravitate servata, admoneberis libenter, & reprehenderis patienter. Si merito objurgabit aliquis, scito quia profuit: si immerito, scito quia prodesse voluit. Non acerba, sed blanda timebis verba. Esto vitiorum fugax ipse; aliorum vero neque cu- E riosus scrutator, neque acerbus reprehensor, sed sine exprobratione correptor, ita ut admonitionem hilaritate prævenias: & errori facile veniam dato. Nec extollas quemquam, neque dejicias. Dicentium esto tacitus auditor: audientium promtus receptor. Requirenti facile responde, contemnenti facile cede: ne in jurgia exsecrationesque discedas. Si continens es, animi tui motus corporisque observa, ne indecori sint. Nec illos ideo contemnas quia latent: nam nil differt, si nemo videat, cum tu ipse illos videas. Mobilis esto, non levis; constans, non pertinax. Alicujus rei scientiam habere

1. *Clarus*] An *elatus*?

te nec ignotum sit, nec molestum. Omnes tibi A pares facies: sed inferiores superbiendo non contemnes. Superiores, recte vivendo non metuas. In reddenda officiositate, neque negligens, neque exactor appareas. Cunctis esto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Severior esto in judicio quam sermone, vita quam vultu: cultor clementiæ, detestator sævitiæ, bonæ famæ, neque tuæ seminator, neque alienæ invidus. Rumoribus, criminibus, suspicionibus minime credulus vel malignus, sed potius his qui per speciem simplicitatis ad nocendum aliquibus subrepunt, oppositissimus. Ad iram tardus, ad misericordiam pronus: in adversis firmus, in prosperis cautus & humilis: occultator virtutum, sicut alii vitiorum. B Vanæ gloriæ contemtor, & bonorum quibus præditus es, non acerbus exactor. Nullius imprudentiam despicias. Rari sermonis ipse, sed loquentium patiens. Severus, non sævus; sed hilarem non aspernens. Sapientiæ cupidus & docilis: quæ nosti, sine arrogantia postulanti imparties: quæ nescis, sine occultatione ignorantiæ tibi postula impartiri. Non conturbabit sapiens mores publicos, nec populum in se vitæ novitate convertet. Justitiæ post hæc virtus est.

CAPUT IV.

De Justitia.

QUid est justitia, nisi naturæ tacita conventio, in adjutorium multorum inventa? Justitia non nostra constitutio, sed divina lex est, vinculum societatis humanæ. In hac non est quod æstimemus quid expediat: expedit tibi, quidquid illa dictaverit. Quisquis ergo hanc sectari desideras, Deum time prius & ama, ut ameris a Deo. Amabilis eris Deo, si in hoc illum imitaberis, ut velis omnibus prodesse, & nulli nocere. Et tunc te justum virum appellabunt omnes; sequentur, venerabuntur & diligent. Justus enim ut sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis: nam nil nocere, non est justitia, sed abstinentia D alieni est. Ab his ergo incipe, ut non auferas, ut ad majora proveharis, & aliis ablata restituas. Raptores quoque ipsos ne aliis timendi sint, castiga & cohibe. Ex nulla vocis ambiguitate controversiam nectes, sed animi qualitatem speculare. Nihil tibi intersit, an * firmes, an jures. De fide & religione scias agi, ubicumque de veritate tractatur: nam si jurejurando Deus invocetur, & non invocanti testis est, tamen non transies veritatem, ne justitiæ transeas legem. Quod si aliquando coarcteris uti mendacio **, utere non ad falsi, sed ad veri custodiam: & si contigerit fidelitatem mendacio redimi, non mentieris, sed potius excusaberis: quia ubi honesta caussa est, justus secreta non prodit, E tacenda enim tacet, loquenda loquitur: atque illi aperta, & secura tranquillitas, ut dum alii vincantur a malis, vincantur ab illo mala. Hæc ergo si studere curaveris, lætus & intrepidus cursus tui finem exspectabis: prospicies hæc tristia hujus mundi hilaris: tumultuosa, quietus: extrema, securus.

CAPUT V.

De mensura, & moderatione prudentiæ.

HIS ergo institutionibus observatis, quatuor virtutum species perfectum te facient virum, si mensuram rectitudinis earum æquo vivendi fine servaveris. Nam si prudentia terminos suos excedat, callida & pavida commiseris, investigator latentium, & scrutator qualiumcumque noxarum ostenderis, notaberis timidus, [1] speciosus, attentus: semper aliquid quærens, semper aliquid timens, semper aliquid dubitans: & subtilissimas suspiciones suas ad animi tui apprehensionem impingas: monstraberis digito astutia plenus, versipellis, & simplicitatis inimicus, contemplatorque culparum, & postremo uno nomine vocaberis a cunctis, malus homo. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet: quicumque in illa mediocri lance persistit, nec obtusum in se aliquid habeat, nec versutum.

CAPUT VI.

De moderanda fortitudine.

MAgnanimitas autem si se extra modum suum extollat, faciet virum minacem, inflatum, turbidum, inquietum: & in quascumque extollentias dictorum, actorumque neglecta honestate festinum; qui momentis omnibus supercilia subrigens, & bestiarius etiam quieta excitat, alium ferit, alium fugat. Sed quamvis audax sit impugnator, tamen multa extra se valentia ferre non poterit. Sed aut miserum appetit finem, aut ærumnosam sui memoriam derelinquit. Mensura ergo magnanimitatis est, nec timidum esse hominem, nec audacem.

CAPUT VII.

De modo temperantiæ.

COntinentia deinde his terminis adstringat: cave ne parcus sis, ne speciose & timide manum contrahas. Ne in minimis quoque speculum ponas. Nam talis & tam circumcisa, vilis putabitur integritas. Hac ergo mediocritatis linea continentiam observabis, ut nec voluptati deditus, prodigus & luxuriosus appareas: nec avara tenacitate sordidus, aut obscurus exsistas.

CAPUT VIII.

Qualiter sit moderanda justitia.

JUstitia postremo eo mediocritatis tibi itinere regenda est, ut nec ductu [2] jugiter levi immotam semper animi rationem negligentia subsequatur. Dum neque de magnis, neque de minimis errantium vitiis corrigendi curam geris, sed neque licentiam peccandi, aut illudentibus tibi blande, aut illudentibus proterve permittis, neque rursus nimia rigiditate & asperitate, nil veniæ aut benignitati reservans, humanæ societati durus appareas. Ita ergo justitiæ regula tenenda est, ut reverentia disciplinæ ejus, neque nimia negligentiæ communitate despecta vilescat, neque severio-

1. *Speciosus*] Forte, *suspiciosus*.

2. *Jugiter*] Al. *turpiter*.

* Caute lege: nam multum interest inter simplicem assertionem & juramentum. Et hoc sane opus est religionis: illud non. Forsan hyperbolice ita locutus est, quod vir probus atque perfectus, Est est, Non non, nisi major adsit necessitas, contentus esse debet, ut Christus monet in evangelio.

** Caute ista lege: nam certum est, mendacium quantumvis officiosum, numquam esse licitum. Vide S. Thomam 2. 2. quæst. 110. art. 3. & Sixtum Senensem lib. V. Bibl. annot. 107.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.



ri atrocitate diuturna, gratiam humanæ amabilitatis amittat.

A

Conclusio præmissorum.

SI quis ergo vitam suam ad utilitatem non tantum pariat, sed multorum inculpabiliter componere desiderat, hanc prædictarum virtutum formulam pro qualitatibus temporum, locorum, personarum atque caussarum sequatur: eo mediocritatis insistens, quo per abrupta altrinsecus præcipitia, aut ruentem corporis devitet insaniam, aut [1] efficientem puniat ignaviam.

1. *Aut efficientem puniat ignaviam*] In ms. codice his verbis definit hoc opusculum: *aut deficientem contemnat invidiam*, ut observat laudatus editor Bucherianus.

OPUSCULUM II.

Libellus de Moribus.

I. OMne peccatum actio est. Actio autem omnis voluntaria est tam honesta quam turpis: ergo voluntarium est omne peccatum. Tolle excusationem; nemo peccat invitus. Educatio & disciplina mores faciunt; & id unusquisque sapit, quod didicit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit. Nihil interest quo animo facias, quod fecisse vitiosum est, quia facta cernuntur, animus vero non videtur. Nulla autem laus est, non facere quod facere non possis. Quid homini est inimicissimum? homo. Libenter feras, quod necesse est; dolor patientia vincitur. Exspecta quo numquam pœniteas. Non quam multis placeas, sed qualibus stude. In hoc tantum incumbe, ut libentius audias, quam loquaris. Multos vitam differentes mors juncta prævenit. Itaque omnis dies velut ultimus judicetur. Tristitiam si potes, ne admiseris: sin minus, ne ostenderis. Amicos secreto admone, palam autem lauda. Verba rebus, non personis æstimanda sunt. Oratorem te puta, si tibi ante omnes, quod oportet, persuaseris. Ut licentiosa mancipia animi, imperio coerce linguam, ventrem & libidinem. Quod tacitum esse velis, nemini dixeris. Si tibi non imperasti, quomodo ab alio silentium speras? Ridiculum est, aliquem odio nocentis, innocentiam perdere.

II. Monstro similis est avaritia senilis. Quid enim stultius est, quod dici solet, quam via deficiente viaticum augere? Omnes infantes terra nudos excipit. Non pudet te fortius nasci quam vivere? Quid dulcius, quam habere amicum, cum quo audeas ut tecum omnia loqui? Magnarum virium est, negligere lædentem. Quid sis, interest; non, quid habeas. Nondum es felix si te turba non deriserit. Si vis beatus esse, cogita hoc primum, contemnere, & contemni. Prius quam promittas, deliberes; & cum promiseris, facias. Id agas, ne quis merito te oderit; & si nullos inimicos tibi faciet injuria, multos facit invidia. Solitudinem quæret, qui vult cum innocentibus vivere: optimus ergo animus, & pulcherrimus cultor Dei est. Abstinebis ab alieno matrimonio. Præstabis parentibus pietatem, cognatis indulgentiam, omnibus æquitatem. Devitabis crudelitatem, & ministram crudelitatis iram. Non aliter vivas in solitudine, aliter in foro. Nihil petas, quod negaturus fuisti: nihil negabis, quod petiturus fuisti. Pacem cum hominibus habebis, cum vitiis bellum. Hoc habet omnis affectus, ut in quod ipse insanit, in id putet etiam ceteros furere. Maximum in eo vitium est, qui non melioribus vult placere, sed pluribus. Vis omnibus esse notus? prius effice ut neminem noveris. Bonum est non laudari, & esse laudabilem. Stultum est, timere quod vitare non potes.

III. Male opinentur de te homines, sed mali: Malis displicere, est laudari. Male de te loquuntur homines, bene autem loqui nesciunt: non quod
B
merearis; sed quod solent ipsi. Homines de te mala loquuntur? Si merito: non quod loquuntur molestum est, sed quod non mentiuntur. Si immerito? innocentia mea nunc maxime gaudeo: apparet enim illos vera objecturos, si possent. Non es in patria tua? Patria tua est, ubicumque bene es: illud enim per quod bene est, non est in loco, sed in homine. Nihil magnum, nisi magno animo despicias. Quæ sunt maximæ divitiæ? non desiderare divitias. Quis plurimum habet? is qui minimum cupit. Quid est dare beneficium? Deum imitari. Honestius est, cum judicaveris, amare; quam cum amaveris, judicare. Dissensio ab alio incipiat, a te autem reconciliatio. Succurre paupertati amicorum,
C
immo occurre. Amicos secundæ res parant, adversæ certissime probant. Pejora sunt tecta odia, quam aperta. Itaque te minus loquax inimicus offendit, quam tacitus. Mira ratio est, quæ non vult prædicari, quod gaudet intelligi. Ignosci amat, qui quod odit, ostendit. Eleemosyna non tam accipientibus, quam dantibus prodest. Et spes præmii, solatium sit laboris. Quæ est maxima egestas? avaritia. Pecuniæ imperare oportet, non servire. Nullum conscium peccatorum tuorum magis timueris, quam temet ipsum. Alium potes effugere, te autem numquam. Quis est pauper? qui sibi videtur. Qui a multis timetur, multos timet. Infelicem erige, submitte felicitatem. Vera felicitas, innocentia est. Ne-
D
quitia ipsa sui pœna est. Mala conscientia sæpe tuta est, secura numquam. Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit. Beneficii accepti numquam oportet oblivisci; dati, protinus.

IV. Inhonesta victoria est, suos vincere. Satis est pœnarum, potuisse punire. Inimicitias tarde suscipe, amicitias exerce moderate. Simultates depone. Imago animi, sermo est. Qualis vir, talis oratio. Magna res est vocis & silentii temperamentum. Qui æquo animo malis immiscetur, malus est. Neminem laudaveris, neminem cito accusaris: semper puta, te cum diis testimonium dicere. Vitium est, omnia credere: vitium, nihil credere. Utendum est
E
divitiis, non abutendum. Nullum putaveris locum sine teste. Excusationem quærere, vitium. Fortior est qui cupiditatem vincit, quam qui hostem subjicit. Est difficillimum, se ipsum vincere. Inique irascitur, qui suis irascitur. Amare sic incipe, tamquam non liceat desinere. Magnarum rerum etiam si successus non fuerit, honestus est ipse conatus. Nobilitas animi, est generositas sensus: nobilitas corporis, generosus animus. Honestior est, quem senectus ad otium retulit, quam quem in otio invenit, & tunc incipit laborare. Turpe spectaculum præbet animus

æger. Numquam fit triftis facies tibi in commodo alterius. Homo fum; quomodo devitabo fecundarum rerum invidiam? Si felicitatem jactaveris, cum multis dives eris. Quomodo optime potentiam tuebor? impotentia occafionis. Locum tenet innocentiæ proximum, confeffio. Ubi confeffio, ibi remiffio. Iræ feveritas in vitio eft. Boni judicis eft difpenfare, non tantum quid damnandum fit, fed quatenus. Proximus juftitiæ modus, feveritas.

V. Quietiffimam vitam agerent homines in terris, fi hæc duo verba a natura omnium rerum tollerent, meum & tuum. Qui paupertatem timet, timendus eft. Vires tuas amici magis fentiant beneficiis, quam injuriis. Pecunia non fatiat avaritiam, fed irritat. Homo femper indigens pecunia, fcit cum ejus moribus convenire. Mihi crede, non potes dives effe & felix. Auribus frequentius, quam lingua utere. Quidquid dicturus es, ante quam aliis, dixeris tibi. Nihil intereft inter iratum & infanum, nifi unus dies: alter non femper irafcitur, alter femper infanit. Facillime bonus fueris, fi ea vitaveris quæ vituperaveris. Cum alienos timueris, te ipfum verere: nam fæpe fine aliis effe potes, fine te numquam. Si bene te inftruxeris, pudeat deteriora facere. Quod perfuaferis, erit diuturnum: quod coegeris, erit in occafione. Alteri femper ignofcito, tibi ipfi numquam. Tantum ad virtutem adjicies, quantum ex voluptate abftraxeris. Stultum eft fomno dejectari, & quafi mortem moliri. Bonis nocet, qui malis parcit. Multi cum aliis maledicunt, fibi ipfis convicium faciunt. Nihil turpius, quam qui objicit alteri, fibi objiciendum. Ut licentiofa mancipia animi, imperio rege linguam, libidinem, ventrem: cupiditatemque comprime: fi non potes, paullulum remitte. Sæpe ea quæ fanari ratione non poterant, fanata funt tempore. Qui propter pecuniæ amorem & libidinum moritur, oftendit fe numquam fui cauffa vixiffe. Turpia ne dixeris, paullatim enim pudor per verba difcutitur. Sic habita, ut potius laudetur dominus quam domus: confuetudinaria res eft innocentia. Non damnatio, fed cauffa hominem turpem facit. Merito damnari, pœna eft: damnatio immerita, damnantis eft calamitas.

VI. Si aliquid cogitaveris, cito apparebit converfantibus. Videri vis ab omnibus? numquam bonæ honeftatis fimulatio longa eft. Quod de alienis tractas, ex tuis judices. Multi funt obligandi, pauci offendendi: nam memoria beneficiorum facilis eft, injuriarum tenax. Objurgationi femper aliquid blande admifce: facilius enim penetrant verba quæ molli vadunt via, quam afpera: nemo enim fe mutat, quia mutari fe defperet. Quoties fcribens aliquid dicturus es, fcito morum tuorum te hominibus chirographum dare. Qui in fervos irafcitur, & crudelis eft, fatis oftendit poteftatem adverfus alienos fibi defuiffe. Qui nefcit tacere, nefcit loqui. Facilius eft pauperi contemtum effugere, quam diviti invidiam. Bonus fruitur bona confcientia. Malis hominibus tutiffimum eft, cito fugere. Nulla pufilla domus, quæ multos amicos capit. Scire uti paupertate, maxima felicitas. Acuit intentio, frangit animum remiffio. Numquam fcelus fcelere vincendum eft. Bonus vir eft qui eo perduxit affectu animum, ut non tantum peccare non velit, fed etiam non poffit. Regnantibus, pejus multo periculum, quam his qui judicantur: hi enim fingulos timent, illi univerfos. Numquid fortis fortem fe gloriabitur, quem corporis ægritudo efficit infirmum? Numquid dives in opibus fuis gloriabitur, cujus fpem fur vel tyrannus abrupit? Numquid nobilitas gloriabitur affecta, nonnumquam indignis & miferabilibus ferviens? Diabolus aliquando fe gloriabatur interfectorem tuæ mifericordiæ, nunc intergemifcit focios tuæ beatitudinis. Fugienda funt omnibus modis & abfcindenda igni ac ferro, totoque artificio feparanda, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a mente, a civitate feditio, a domo difcordia, a cunctis rebus intemperantia. Dixit quidam, amicorum omnia effe communia, & amicum fe ipfum effe alterum. Duorum temporum maxime habendam curam, & eorum quæ acturi fumus, & eorum quæ geffimus. Poft Deum veritatem colendam, quæ fola homines diis proximos facit.

OPUSCULUM III.


* *Pro repellenda jactantia.*

I. MUlta funt vitiorum genera, quibus humana fragilitas infeftatur, & quorum vulneribus pæne omnes homines fauciantur. Nam, ut dicam pauca de multis aliis: qui ab iracundia vincitur, cædibus, homicidiis, clamori ac feditioni defervit. Alius qui avaritia impellitur, inhumanitatem, rapacitatem, falfa teftimonia, violentias, perjuria, furta, mendacium & fraudationes exercet. Alius qui a libidine fordidatur, turpiloquiis, ludibriis, fcurrilitatibus, adulteriis & fornicationibus fuccumbit. Alius qui gulæ ingluvie fuperatur, comeffationibus, crapulæ, ebrietati defervit. Et ut non multa profequar, quæcumque memorare perlongum eft, quum fingulos homines conftet: unus inter hæc omnia morbus eft, qui conditionis fuæ, non fingillatim quofdam, fed congregatim cunctos addicit: & quum cetera vitia particulatim fibi vindicent quos vicerint, hoc unum non nifi omnibus dominari contentum eft. Id autem eft inane laudis ftudium, quod Græci κενοδοξία, Latini *Vanam gloriam* feu *Jactantiam* vocant. Quod quale fit malum, & quomodo univerfos vulneret, dicam.

II. Quum in omnibus hujus vitæ ftudiis, aliqua plus, aliqua minus humano generi placeant; nihil magis delectabilius ab omni homine, quam ftudium humanæ laudis adpetitur. Et alia quidem quamvis ardentiffima cupiditatis ambitione funt adquifita; tamen poftquam haberi cœperint, ipfo quotidiano fui ufu, quamvis magna fint, continuo faftidiuntur. At vero inane hoc *Vanæ gloriæ* defiderium tanto amplius quæritur, quanto amplius inventum eft: ita ut nihil ex omni opere plus homo cupiat, quam laudari; nec aliud aliquid gratius fibi exiftimet reddi, quam fi quis illum quafi gloriofum fuerit admiratus. Hoc ergo reges, hoc judices, hoc urbani, hoc ruftici, hoc viri, hoc feminæ, pueri,

* Hæc & quæ fequuntur opufcula quinque primus edidit *Joannes Tamayus Salazar* in fuo *Martyrol. Hifp.* tom. II. pag. 317-328. quorum tria priora defcripfit e pervetufto codice ms. bibliothecæ D. *Garfiæ de Loayfa*. Reliqua vero duo unde defumferit, expreffe non indicat; quæ tamen ex eodem codice ille haufiffe videtur.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 572.



adolescentes, juvenes & senes hoc ambiunt. Omnes A laudari volunt, quamvis false laudentur. Nam pueri adolescentum sibi ingenium vindicant: adolescentes juvenum in se fortitudinem mentiuntur: juvenes senum sibi prudentiam adscribunt: senes, quia ulterius ire non possunt, redeuntes retro, gloriam sibi exigunt de transactis: feminæ quamvis sexu non possunt, animo se tamen virilitatis extollunt: rustici urbanos videri se gestiunt: judices hoc sibi quærunt deferri, quod regibus: reges hoc se somniant posse, quod Deus. Atque ita dum singuli se plus volunt videri, quam sunt; gloriam laudis quæ soli Deo veraciter debetur, hostiliter deprædati sunt. Et quod ad summum nefas pertinet, hinc illud sacrilegium exoritur blasphemum; B ut quia totum quod laudis est, homo diripit, nihil aliud Deo nisi sola vituperatio relinquitur. Excessit mensuras suas genus humanum, dum neminem invenias, qui non ità mirari se velit, ut Deus. Quis ergo modus potest esse talibus, a quibus & cælum est pignoratum, ad cujus altitudinem nisi quis fuerit humilis, non attingit?


III. His autem a quibus id quod supernum est usurpatur, ut mihi videtur, nihil aliud remanet quam infernum. Non enim habent quo ascendant: quia semper ascendendo, hoc illis tantum superest, quod descendant. Omnes enim ad gloriam, nec tamen una via concurrunt: alii enim de acceptis honoribus laudem C cupiunt; alii de relictis: quidam auro elati; quidam panno vilissimo gloriantur: alius quia deliciose vivit, placere vult; alius quia parce: postremo alter vitiis, alter virtutibus. Omnes ubique famam suam prorogare contendunt: & ideo difficillima est hujus *Jactantiæ* curatio, quia non vitiis tantum, sed etiam virtutibus se immiscet. Nec enim permittit hominem, qualis sit a semet ipso dignosci; quia dum laudibus alienis adgaudet, ejus exaltatio sequitur gaudium, exaltationem vero tumor & nimia æstimatio sui: plus siquidem in se æstimat, quam quod videt. Atque ita fit, ut non tantum aliena adulatione simus miseri, sed etiam nostra: nam dum nullus de se sibi hoc quod verum est D confitetur, gloriam suam ex aliena opinione suspendit: & quum dicitur beatus, magnificus, potens; non quia ita est de se, sed quia ita dicitur, credit. Hoc enim est mortiferum illud vitium, de quo Dominus in evangelio ita loquitur ad Judæos: [a] *Quomodo*, inquit, *vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis?* Ostendit enim Dominus, quia quisquis ab hominibus gloriam quærit, a Deo non habet quod exspectet. Unde etiam illud de hypocritis eleemosynam facientibus dicit: [b] *Ideo hoc faciunt, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam*: id est, laudem humanam solummodo in præsenti. Paullus E quoque Apostolus nos monet: [c] *Nolite*, inquit, *fieri inanis gloriæ cupidi*. Inanem appellans gloriam, quam fenerat mendice mendicus. Inanem dicens & vacuam, qua si quid boni agitur, dum sibi homo tribuit, omnium laborum fructus evacuat.

IV. Nec solum merita virtutum excludit, sed etiam reus efficitur æterni supplicii: quia opus bonum quod obtentu jubentis Dei debuit exerceri, adquirendæ laudis gratia exerceatur. Tolle favores, tolle admirationes humanas; paucos invenies qui aliquid boni aut amore Dei, aut (si hic non fuerit) timore perficiant. Unde non levior nos culpa commaculat, quia homines Deo, & gloriam humanam gloriæ cælesti præponimus. Acutus nimis hic elationis est morbus: ex utraque parte pestiferat, ac incautos exulcerat. Nam alii sibi, quia boni sunt; alii, quia mali sunt, gloriantur. Sed de bonis elatis dicitur: [d] *Quoniam Deus dissipavit ossa hominum sibi placentium*. De malis vero inflatis dicitur: [e] *Quoniam laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur*. Et illud apostolicum: [f] *Quorum deus venter, & gloria in confusionem*.

V. Ubique enim hoc *Jactantiæ* vitium serpit, & suas utrobique partes exercet. Sed si illos qui in bonis operibus viventes humanam gloriam aucupantur, auctoritas divina condemnat, eo quod se in illis magis voluerunt laudari, quam Deum: quid de illis fiet, qui & male vivunt, & tamen laudari volunt? ipsi considerent. Nullus igitur *Vanæ gloriæ* finis est: nec solum ea quæ gesta sunt requirit, sed etiam ea quæ gerenda sunt antecedit. Nam si quid boni operis ab aliquo destinatum est, continuo hæc alludit; & quantum ex eo admirabilis fiat ceteris, jam depingit. Si aliquid recte quosdam docere voluerit, prius quam ab aliis eruditus aut eloquentissimus appelletur; jam hoc præmissæ suspicionis delectatione aures depruriunt audire. Si quotiens aliquando dirigantur litteræ ad amicum, prius quam transmittantur, aut in manus ejus cui sunt scriptæ perveniant; quantum in eis apud illum doctissimus videntur, quantumque illi admirationis per quædam dictatus sui loca nascatur, sagaci quodam commendationis suæ cogitamine prædivinat. Si alicui in loco necessitatis beneficium promte præstetur; ante quam accipiat, qui præbet, quantum ex eo benignus omnibus aut largientissimus videatur, hic qui daturus est, metitur. Miles denique ipse sumtis armis pergit ad prœlium; dum adhuc, cui cedat victoria, nescitur, præsumta sibi fortitudinis arrogantia, ita typhosus, quasi jam victor ingreditur. Præludit ergo elatio in quibusdam, & velut dux quædam suadet omnibus. Nec solum magnis dat animum, sed & parvis. Nam in quovis operis conatu vel ponderis, quamvis invalidum mox laudaveris, plus valebit. Si parum ponderis portantem quasi admiratus fueris, majori succumbit. Si pigro dixeris, quia velox est, continuo evolabit. Postremo & cui vires *Vana gloria* dare non potuit, vel impetum commodavit. Itaque ergo quædam præcedit, quædam sequitur: ut nisi quis illam in omni opere suo circumspecte provideat; nihil Deo ex omni opere ejus, nihil proximo, nihil denique eidem ipsi proficiat; sed velut infelix mancipium, sub aura domina quamtumvis laboraverit, tamen semper est nudum.

VI. Sed dicet mihi aliquis: Ergo nihil caritati, nihil misericordiæ, nihil postremo quod gessimus, cuicumque deputabitur bonitati? Audacter dicam: nihil. Quia soli inanitati suæ *Vana gloria* vindicat, quidquid non bonitatis, sed ejus imperio est perfectum. Multa sunt quæ de hac contagione dicantur: sed quia jam multiformis subtilitas ejus potest sapienti viro his paucis judiciis perlucere, nunc ad reliqua transeam; & quid aliud pejus ex hoc malo generetur, expediam.

a Joan. V. 44. b Matth. VI. 2. c Gal. V. 26. d Psalm. LII. 6. e Psalm. X. sec. Heb. 3. f Philipp. III. 19.



OPUSCULUM IV.

De Superbia.

I. Qualis electus ſit David in populo Dei propheta & rex, quantaque miſericordia, ſummæ & manſuetudinis fuerit præditus dignitate, puto te, cariſſime, ſacrorum voluminum teſtimoniis agnoviſſe. Intendat ergo prudentia tua, quomodo ille Deo [1] placidus vir hunc nequiſſimum vanæ gloriæ ſpiritum, ne ſibi ſubreperet, formidavit. Conſpiciens enim qualia & quanta bona illi quotidie Dei gratia largiretur, id eſt, tot victorias alienigenarum, tantam divitiarum affluentiam, vindictam in æmulis, innumeroſitatem in civibus, manſuetudinem in judiciis, poſtremo prophetiam Spiritus ſancti in agnitionem omnium futurorum; tamen ne illum in his tantis bonis aliqua Vana gloria uſum inflaret elatio, orat Deum attentius, dicens: [a] *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moveat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Videamus ergo quid eſt hoc, quod dixit: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moveat me.* Pes ſiquidem in homine, quantum ratio indicat, quamvis extremitas corporis ſit, tamen quaſi fundamentum aliquod initium ſurgentis ſtatus eſt; a quo etiam veluti fabricata formatæ carnis altitudo conſurgit. Quod ergo ait: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*, tale eſt, ac ſi diceret: Non veniat mihi initium ſuperbiæ, id eſt, Vana gloria, ex cujus fundamento ruinoſa illa *Superbiæ* celſitudo producitur. Una enim generatur ex altera, & propinquitas earum vix paucorum forte diſcretione cognoſcitur. Nam ex quocumque bono nimium fuerint homines gloriati, hoc continuo ſubſequitur, ut ipſum bonum, non largitori Deo, ſed ſuæ tribuant poteſtati.

II. Vana gloria eſt ergo humanis laudibus delectari: *Superbia* vero eſt, bonum pro quo aliquis laudatur, ſibi hoc applicari, non Deo. Et Vana gloria quidem ex aliena æſtimatione nutritur: *Superbia* vero ex Vana gloria. Quum ſemel aliorum adſentationibus conſuevit homo, quod magnus ſit; neceſſe eſt, ut hoc ſibi & ipſe conſentiat. Quam miſeriam illud quod eſt pejus, adſequitur: quia quidquid apud ſe, etiam proprio teſtimonio roboravit, quamvis falſum ſit nulla id [2] ei poterit extorquere ſuaſio; & ob hoc inemendabilis ſtatus, ſpretis aliis, ſe tantum quotidie admiratur, id ſolum irreprehenſibile perfectumque judicans, quod ipſe ſapuerit. Hoc igitur erat, quod rex David, ne illi ſubreperet, exorabat; ne forte aliqua ſuaſione, vana laudis inductio, non hoc divinæ gratiæ, ſed ſuæ poteſtati, quia tam magnus erat, adſcriberet.

III. Quid autem *Superbiæ* ſpiritu inflatos homines ſubſequatur, proximis idem propheta verbis adjunxit. Quum enim dixiſſet: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ*, continuo addidit: *Et manus peccatoris non moveat me.* Sciebat enim, quia omnem Superbiam mobilitas ſtatim ſequitur peccatorum. Ita re vera eſt. Nam quiſquis Superbiæ [3] tumore diſtenditur,
A in hoc Dei gloriam imitatur; quod nemo illi ſit ſimilis: tamquam vere profanus, qui ad injuriam Dei conſurgit, derelictus ab eo, in manibus traditur peccatorum, in operibus actuum immundorum, ut ignominioſis paſſionum flagitiis incurvatus, diſcat ſe terram eſſe & cinerem, & quod inflatus in ſe videre non potuit, humiliatus agnoſcat. Unde & Salomon ait: [b] *Immundus eſt ante Deum, qui exaltat cor ſuum.*

IV. Quid autem poſt hæc rex David ſecutus ſit, videamus. *Ibi*, ait, *ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Evidenter oſtendit, quia in Superbia omnium iniquo-
B rum prima ruina eſt. Idemque etiam alibi ſcriptum eſt: [c] *Initium peccati ſuperbia.* Quod ut apertius demonſtretur, Angeli illius primi recordemur exitium, qui pro ſplendore decoris ſui Lucifer nominatus, ex illo ſublimi beatoque Angelorum loco, nullo alio niſi hoc ſolo ſuperbiæ vitio, ad inferna dilapſus eſt. Quia quum inter ceteras ſupernas virtutes clarioris pulcritudinis lumine præemineret, non hoc beneficio creatoris ſui, ſed propria virtute ſe credidit obtinere; & tamquam nullius non egeret auxilio, ſicut Deus, ita ſe illi ſimilem judicavit, dicens: [d] *Ponam ſedem meam ab aquilone, & ero ſimilis Altiſſimo.* Hæc enim cogitatio ſola illum dejecit: nam mox deſertus a Deo cujus ſe
C protectione credidit non egere, infirmus ſubito & miſer effectus, & mutabilitatem naturæ ſuæ quam non agnoverat, ſenſit; & Dei munus quod habebat, amiſit. Poſt hæc etiam videns a Deo hominem factum ex pulvere, in loco beatitudinis quem ipſe perdiderat, ſubrogari, inſtigatus invidia eodem Superbiæ illum telo quo ipſe eſt dejectus, adpetit. Sibi enim dixerat: *Ero ſimilis Altiſſimo.* Adæ & Evæ dixit: [e] *Eritis ſicut dii.* Quod illi concupiſcentes, non ob aliam cauſſam, ſed tantum ut dii fierent, mandatum Dei tranſgreſſi ſunt. O quanta eſt cæcitas in appetitu Vanæ gloriæ! Non vidit homo tam apertam fallaciam, in qua illi verſa vice ſimilitudo Dei non ex obedientia ejus, ſed ex con-
D temtu promittitur.

V. Ecce hic eſt primi illius veneni ſaporatus interitus, qui amariſſimo inanis Jactantiæ melle circumlitus, & Angelum fefellit & hominem. In hoc & cæleſtis & terrena cecidit creatura. Ob hoc de ſedibus ſuis, ille de cælo, hic de paradiſo expulſi ſunt; & non potuerunt ſtare, quia graviter ceciderunt. Quale ergo ſuperbiæ malum ſit quod rex David aperte timuit, ſubjectis ruinarum cauſſis ipſe monſtravit.

VI. Omnia peccatorum genera, id eſt, luxuria, avaritia, adulterium & ſi qua ſunt alia, quamvis
E & in his omnibus Deus iraſcatur; tamen aut per Angelos aut per homines talium etiamnum vindictas exſequitur. At vero Superbia, non per alium quempiam, ſed ipſum per ſe Deum meretur habere contrarium. Ita enim ſcriptum eſt: [f] *Superbis*

a Pſalm. xxxv. 12. 13. *b* Prov. xvi. 18. xviii. 12. *c* Eccli. X. 15. *d* Iſa. xvi. 13. 14. *e* Gen. III. 5. *f* I. Pet. V. 5. Jac. iv. 6.

1. *Placidus*] Forte *placitus*. 2. *Ei*] Edit. *eum*. 3. *Tumore*] Edit. *timore*: mendoſe.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.

autem ipse resistit. Cetera enim vitia vel in eos ipsos qui illa perpetraverint, retorquentur, vel in alios homines videntur admitti. Hic vero Superbiæ tumor proprie nititur contra Deum, & idcirco illum patitur inimicum; quia se in excelsum tendens, hic semper adpetit, quod illi soli est proprium. Quamvis autem generaliter hæc Superbiæ labes infesta sit, non plus tamen aliis metuenda est, quam his qui aut spiritaliter ad perfectionem virtutum, aut carnaliter ad divitiarum copiam & summos honorum titulos pervenerint. Tantum scilicet in illis major efficitur, quantum & major est qui superbit. Neque illa viles quoque aut populares subvertisse contenta est, sed & in illorum qui maximi, insidiis adsidet: quorum quantum altior gradus est, tantum altior & ruina. Unde etiam & illud de eodem Superbiæ spiritu scriptura commemorat; [a] *Et cibus*, inquit, *ejus electus*. Electos ille viros & sublimes adgreditur. Illis suggerit, quia magni sunt, quia nihil indigeant, quia quidquid agunt, cogitant vel loquuntur, totum id sapientia sit, totumque prudentia. Quibus si quid utile, Deo id gubernante, provenerit, suis illud continuo viribus suæque industriæ deputantes, clamant: Ego hæc feci: Ego dixi: Ego excogitavi: & quasi stupentibus cunctis, prærepta gloria Dei, ad ejus se similitudinem proferunt admirandos. Quibus justo Deus judicio præsidia sua subducens, *tradit illos*, sicut ait Apostolus [b], *in reprobum sensum, ut faciant* vel cogitent *quæ non conveniunt*. Quia quum in omnibus Dei providentiam adesse cognoscant, non ut Deum magnificant vel gratias agunt, sed gloriantes in semet ipsis evanescunt in cogitationibus suis. Dicentes se esse sapientes, stulti sunt: jactantes se esse stabiles, invictos, potentes; infirmi, victi & impotentes exsistunt.

VII. Quæ quum ita sint, satis manifestissime est compertum, quia omni vigilantia omnisque cordis industria adpetitus nobis Vanæ gloriæ est fugiendus, ne forte si virulentum vel semel morbi contagium in penetralibus nostri cordis irrepserit, in omni operum nostrorum prosperitate, subtilissima humanarum laudum delectatione succrescens, ex abundantia nequitiæ suæ deterrimum illum & crudeliorem Superbiæ proferat partum. Quæ quum utraque pestiferis fundatæ radicibus humanæ mentis arcana [1] suppleverint, undique mutata insidiarum specie improvisis occurrant. Nam his qui ad spiritualia se studia contulerunt, mox Vana gloria illis de jejunio, de vigiliis, de lectione, de solitudine eremi, de patientia, de taciturnitate blanditur. Et si statim hæc prima solicitatio circumspectæ mentis oculo deprehensa non fuerit, dirior illam e vestigio Superbia comes adsequitur; quæ illis mentiatur & sanctiores eos melioresque omnibus esse, & in summo perfectionis culmine, propria etiam virtutis stabilitate, quasi numquam casuros stare divendit. His vero qui adhuc carnalium passionum oblectationibus quibus subrepunt, quum semel sibi obtinuerint domicilia mentium humanarum; tum multiformem ex utraque fomitem pullulant vitiorum. Nam Vana gloria generat ex se præsumtionem omnium novitatum, adinventiones falsorum dogmatum, quæstionum torturas, contentiones, hæreses, sectas, schismata. Superbia vero parit indignationem, invidiam, contemtum, detractionem, murmurationem, & exsecrabiliorem his omnibus blasphemiam. Quorum malorum caussa si quis exstirpare in veritate desiderat, origines earum a se prius & radices excidat. Ita namque omnium vitiorum funditus poterunt soboles exstirpari, si ipsa quoque eorum semina, prius quam germinent, evellantur.

a Habac. I. 16. b Rom. I. 28.

1. *Suppleverint*] An *succreverint*? Malim tamen *supplantaverint*.

OPUSCULUM V.

Exhortatio Humilitatis.

I. Quisquis nutu Dei cujuslibet officii dignitate præluces, heic [1] providæ gubernationis utilitate ceteris præcedis hominibus, hanc Exhortatiunculam meam diligenter, quæso, recipias, nec pomposas in ea spumas rhetorum quæras; quia Humilitatis virtus non verborum elatione, sed mentis puritate requiritur. Et si forte durius aliquid videor loqui, veritatis hæc culpa, non mea est. Nam ideo quædam dura sunt, quædam mollia: sed & quamvis alterutrum sibi omnes homines debeant veritatem, libere tamen loquar: Nemini verius debere aliquid dici, quam ei qui præsidet multis. Cui etsi asperum aliquid ex veritate aliquando, ut assolet, offeratur, velut antidotum quoddam, quamvis forte sit; tamen quia salutiferum est, etiamsi amaricet, bibendum est.

II. Hoc ergo hortor in primis, ut semper delectabilia illa nimis hominum blandimenta pertimeas. Non enim in hac re tanta vigilantiæ industria adhibenda est, quantum in illis sermonibus repellendis; [2] qui si rigiditatem animi quadam simulationum delectatione subnervant, qui promerendæ gratiæ aditus, non laborum merito, sed adsentationum rimatur acumine. Utilia ergo potius, quam obsequentia verba recipies; recta magis quam affabilia & jucunda captabis. Adulanti siquidem adgaudere, regium vitium est: adulari vero servile est. Sed quamvis adulanti adgaudere regium sit; tamen vitium usu vernaculum hoc, & quasi proprium munus est, egregie verba potentum subsequi, & ex illorum voluntatibus formare sermonem. Nam si quid forte laudaverint, & id non libenter audiri prospexerint; continuo accusant, si quid paullo ante laudaverunt. Si quid vero vituperaverint, id iterum, si ita patrono visum fuerit, laudant. Atque ita inter hos tales adulati animus fertur tamquam navis inter varios aurarum flatus, quia non habet unde exeat, & fluctuatur. Inter hos ergo quorum uberrimus quæstus, hic maxime est, desideriis vivere alienis, animum tuum summa discretionis mensura constringe; ut quum multi adulantes hinc atque inde nihil aliud nisi tantum quod delectet insinuant, offerentes quædam gloriæ verba, in quibus hoc tibi dicitur, quod & Deo: agnoscas nihil aliud ex his proprium tuum

1. *Providæ — præcedis*] Forte, ut lectio constet, legendum, *ut providæ — præcedas*.

2. *Qui si*] Particula *si* redundare videtur: alioquin suspensa sententia.

esse, nisi hoc tantum quod & tecum, & quum de A hac vita excesseris, permansurum est.

III. In omnibus ergo in quibus adulationum nimietas etiam terminos homini competentes excessit, illud Davidicum recordaveris documentum, in quo ille venena adulationum devitans, ait: [a] *Corripiet me justus in misericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Oleum autem peccatoris adulatio est, quæ levi quadam & suavi unctione caput interioris hominis, quod est cor, quasi ungendo dinitidat. Melius ergo sibi ipsi esse dixit propheta David ab homine justo argui vel moneri, quam a quovis adulatore laudari. Recte autem adulatorem pecca- B toris nomine denotavit, cujus id maximum ante oculos Dei & detestabile est peccatum, aliud corde tenere, aliud ore proferre. De talibus enim & in alio Psalmo dicit: [b] *Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula.* De justo autem dicit: [c] *Loquitur veritatem in corde suo, & non egit dolum in lingua sua.* Ut autem in his rebus quævis hominum subtilitas nullo umquam laudationis [1] titillamento credulitatem mentis tuæ attrahat in consensu, ad ipsius Domini nostri Jesu Christi evangelica illa gesta convertere; & invenies illum [d] *dominantium Dominum*, magnum nobis dedisse inter humanas laudes humilitatis exemplum. Hanc ergo excole, hancque magistram ha- C beto, hanc tibi inter laudationum illecebras arbitram pone. Quanta portio ex his quæ homines adlaudando tribuunt, vel quanto tempore tua sit, hæc non permittas placidis auribus audire, quia ficta.

IV. Postremo hæc sancta Humilitas, subductis a te omnium simulationum illecebris, tunc tibi cælum aperiet, quum tibi in aure dixerit: [e] *Quia terra es*: tunc te in illa vera societate hereditatis Dei introducit, quum te in omnibus admonuerit: *Quia homo es & peccator.* Et quum universas rationes ex his quæ ad te pertinent, in hujus Humilitatis supputatione prospexeris, (miram rem dicam) invenies homines ad honoris tui cumulum D augmentando minuere: hanc vero solam minuendo plus addere. [f] *Quantum ergo magnus es*, ut ait Salomon, *tantum te humilia.* Quia & quum multos gubernaveris; non est tamen perfectio, si hoc quod majus est, tu solus restiteris, quem gubernare non possis. Tunc enim aliis vere præibis, quum prius præiveris tibi. Nec enim malis nunc ergo, sed quam maxime bonis hæc loquor. Nam si ad magisterium Dei respicias, non solum peccatori, sed sanctis data præcepta sunt. Dicitur & illis verbum veritatis, non tamen ut fiant boni, quod sunt; sed ne fiant mali, quod non sunt. Credo autem quia bonis plus hoc quod purum, quod sincerum est, placeat. Nam Deus noster non E tantum dulcibus adorantium se precibus, quantum innocentia & simplicitate placatur. Plus illis autem inclinans, qui sinceram puramque ei mentem offerunt, quam qui suavia orationum intulerint blandimenta. Non enim ad alium mihi de Vana gloria aut Superbia visum est loqui, nisi ad te, quicumque prior es aliis: qui etsi non recipias, tamen omues hæc ingerunt, omnes blandiuntur, omnes extollunt; nemo ex illis id offerens, quod ita dulce sit, ut tamen a periculo longe sit. Nec enim miror omnibus esse in promtu, quia laudare potentem, sicut nec labor, ita nec timor est.

V. Tibi igitur me oportuit hæc Humilitatis instrumenta porrigere, tibi gubernaculi, quamvis & ipse habeas, etiam hoc superfluum addere moderamen. Quia ibi semper elationis fortior ventus est, ubi honori fortior altitudo. Cupio ergo te ante oculos Dei quibus nuda est abyssus humanæ conscientiæ, humili corde semper incedere, quia scriptum est: [g] *Super quem*, inquit Dominus, *requiescet spiritus meus, nisi super humilem & trementem verba mea?* Cupio te omnia mandata Christi servare; & quum illa operibus bonis adimpleas, illud quod ipsis Apostolis dictum est, recordari. Ait enim illis: [h] *Et quum hæc omnia feceritis quæ mando vobis, dicite: quia servi inutiles fuimus: quæ debuimus facere, fecimus*: id est, non ex dono tamquam liberi, sed ex debito tamquam servi. Nullus enim quamvis perfectus in omnibus vir, ita aliquando hæc præoccupavit quæ Deo sunt placita, ut prius aliquid illi fenerans, non debitor fuerit, sed exactor. Quis enim aliquid habet, quod ab illo datum non est? Aut *quis*, sicut Apostolus ait [i], *prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam omnia ex ipso, & per ipsum, & in ipso: ipsi gloria in sæcula. Amen.*

VI. Ecce hæc est vera illa & Christiana Humilitas. In hac eos quibus præsides, optime gubernabis. In hac victoriam ex omni vitio poteris promereri: Deo hoc quod viceris tribuendo, non tibi. Nam, quod aliquotiens, patientia victa, vitia iterum vires accipiunt, nihil aliud est, mihi crede, nisi quia non dicimus Deo, quod belligerator ille David bella Domini bellans [k]: *In te*, inquit, *inimicos nostros ventilavimus, & in nomine tuo spernimus insurgentes in nos.* Et iterum: *Quia non virtute sua potens est vir: Dominus infirmum facit adversarium ejus.* Sed forte respondetur mihi: Ergo & Deo non agimus gratias, non referimus laudes? Credo, quia agimus gratias; potest fieri: sed verbo tenus, sed in sinu. Deo privatim gratias agimus, nobis publice: Deo in labiis laudem tribuimus; nobis & in labiis & in corde. Ecce hoc est, quod incurvatum sæpius erigit inimicum. Peccatum namque elationis nostræ, robur illius. Sola ergo Humilitas cordis est, quæ se infirmam dicendo, omnia potest; quæ totum quod boni est, obtinet, Deo hoc semper applicando, non sibi: in qua si quis ascenderit, non habet unde cadat. Omnes aliæ virtutes ad perfectionem suam, per excelsa quædam nos & ardua poterunt provocare: hæc sola in plano est; & quamvis humilior aliis videatur, cælo tamen est altior, quia in regno ejus hominem non ascendendo, sed descendendo perducit. Per hanc obtinuerunt sancti futuræ beatitudinis præmia, custodientes dominicum illud eloquium: [l] *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Ille scilicet est humilis, qui spiritu plenus est: flatu quodam elationis abundans elatus, ut uter est.

VII. Sed jam quomodo ipsa virtus obtineatur, caritas tua paullisper intendat. In primis si quid

a Psalm. cxl. 5. b Psalm. liv. 22. c Psalm. xiv. 3. d Apoc. xix. 16. e Gen. III. 19. f Eccli. III. 20. g Isa. lxvi. 2. h Luc. xvii. 10. i Rom. xi. 35. 36. k Psalm. xliii. 6. l Matth. V. 3.

1. *Titillamento*] Ita rescripsimus quo *titulamento* edit.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.

volueris boni operis inchoare, non hoc proposito A adquirendæ laudis, sed studio inchoationis faciendæ bonitatis incipies. Dehinc quum perfectum fuerit opus, illud quodcumque est opus, omni custodia serva cor tuum, ne forte humanis favoribus adquiescens, inde te existimans, tibi ipse complaceas, aut aliquam ex quovis actu gloriam quæras; quia natura gloriæ ita est, ut umbra corporis: Si illam sequeris, fugit; si fugeris, sequitur. Sed semper te minimum omnium æstima, & reminiscere: Quidquid tibi in omni vita boni successerit, totum hoc Deo qui dedit, non tibi qui accepisti, conscribas, convincens te illo testimonio Paulli: [a] *Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem* B *accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Similiter & illud apostolicum: [b] *Quia omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Quumque ex his pretiosissimis sanctæ Humilitatis lapidibus, in corde tuo Spiritui sancto templum ornaveris; tunc orans in eo adsumens canticum David prophetæ, non verbo tantum, sed & opere decantabis: [c] *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: nec ambulavi in magnis, nec in mirabilibus super me.* Quod carmen tunc in veritate offerre poteris Deo, quem te humiliando laudas; cui veraciter cum omnibus fidelibus & tu quotidie dicis: [d] *Te decet laus:* illum glorificans.

a I. Cor. IV. 7. b Jac. I. 17. c Psalm. CXXX. 1. d Psalm. LXIV. 2.

OPUSCULUM VI.

De Ira.

Domino ac beatissimo, mihi desiderantissimo in Christo patri,

VITIMIRO *episcopo*

MARTINUS *episcopus.*

PRÆFATIO.

Dum simul positi dudum mutuo conlationis C alloquio frueremur, illud inter cetera tuæ a me diligentiæ caritas elicuit, ut de passibilitate IRÆ, vel qualitatis ejus effectibus, brevi tibi aliqua libello digererem. Parui protinus libens, paucisque hæc tuo studio de fugienda Ira; saltem si id non eveniat, de lenienda, differui. Quidam de sapientibus Iram dixerunt, *Brevem esse insaniam.* Ea enim sui est impotens, obliviscitur honestatem, affectuum immemor, rationi consiliisque præclusa; dum variis agitata caussis, ad considerationem justitiæ inhabilis & ruinæ fit simul, superque id quod oppresserit, frangitur.

CAPUT I.

De habitu Iræ.

Habitus, audax & minax vultus, tristis frons, & torvus intuitus, faciei aut pallor aut rubor: æstuat ab imis præcordiis sanguis, flagrant & micant oculi, tremunt labia, comprimuntur dentes, crebro & vehementius acto suspirio quatitur pectus, gemitus anxius, & paullo explanato sono sermo est præceps, rabida vocis eruptio, colla distendit, inquietæ manus, sæpiusque compulsi coitus digitorum, dentes strident, citatus gradus, pulsataque pedibus humus, artus trepidi, & instabili fluctuatione totum concitatum corpus; magnas ex se E proferens iras horribilis Ira, depravat se atque intumescit; ita ut nescias, utrum magis detestabile sit vitium, an deforme. Qualem putas intus esse animum, cujus extra imago tam fœda est? Cetera vitia absconduntur & in abdito refugiunt: Ira se prodit, & in facie exit; quantoque major est, tanto manifestius exardescit. Nihil ergo minus, quam irasci prudentem decet.

CAPUT II.

De effectibus Iræ.

Ira omnia ex optimo & justissimo in contrarium mutat. Quemcumque obtinuerit, nullius eum meminisse officii sinit. Da eam patri; inimicus est: da filio; parricida est: da matri; noverca est: da regi; tyrannus est. Ira nec in prœliis utilis invenitur, quia in temeritatem prona est; & pericula dum inferre vult, non cavet; venitque in aliam potestatem, dum non est in sua. Ira ex proprio libito judicat; audire non vult, nec patrocinio relinquit locum. Judicium suum eripi sibi, etiamsi D pravum sit, non sinit. Amat & tuetur errorem suum, nec vult argui, etiamsi oculis manifesta veritas ingeratur. Honestior illi in male cœptis pertinacia, quam correctio æstimatur. Quamvis enim vanæ illam concitaverint res, perseverare vult, ne videatur sine caussa cœpisse. Et quod est iniquius, dum retinetur fit pertinacior & augescit, quasi hoc ipsum graviter irasci justæ iræ sit argumentum. Quod si quantum minatur, tantum valuerit; ob hoc etiam quia terribilis est, amplius est invisa. Si vero sine viribus est, contemtui est magis exposita: derisumque non fugit: sed periculosius est illud, tamen tutius, despici. Omnes alias passiones Ira sibi subditas facit; nullaque est ambitio animi, in qua Ira non dominetur; & avaritiam pessimum malum minimeque flexibile Ira calcat. Quotiens scilicet iratus animus opes suas adactus spargit? Quotiens magno æstimata pretio insignia projicit? Iræ violentia repentina, & universa est: non paullatim procedit; sed dum incipit, tota est; nec aliorum vitiorum more solicitat animos, sed abducit. Cetera vitia illiciunt: Ira vero, ut solent flumina procellæque, præcipitat, nullaque magis urget, sive valet superba, sive frustratur insana. Alia vitia a ratione; Ira autem a sanitate discedit: nam nec repulsa, in tædium agitur sui; sed ubi adversarius subtrahitur, morsus suos in semet ipsam convertit. Cetera vitia singulos quosque corripiunt; Ira autem

interdum multos publice invadit: nam numquam A populus universus simul fornicandi cupiditate succensus est; nec in lucrum pecuniæ spem suam tota simul civitas misit; nec honoris ambitus gregatim cunctos, sed viritim singulos occupat: at vero in Iram uno sæpe agmine curritur catervatim.

CAPUT III.

De tribus Iræ remediis.

IN Iram primum remedium est, non irasci: secundum cito desinere: tertium alienæ quoque iræ mederi. Primum est ergo, ne incidamus in Iram: quod si acciderit, secundum remedium est, B ne in Ira peccemus. Nam sicut in corporum cura, alia de conservanda sanitate præcepta sunt, alia de medendis morbo correptis: ita aliud est Iram cohibere ne insurgat, aliud compescere jam erectam. Sicut enim pars superior & propinqua sideribus, nec in nubem constringitur, nec in turbinem vertitur; inferior vero sæpius fulminatur: eodem modo sublimis animus, quietus semper & in tranquilla statione locatus, omnia infra se premens quibus Ira contrahitur, modestus ac venerabilis invenitur. Animus autem qui in negotia multa discurrit & varia tentat, in multis incidit querelis. Alius spem ejus fallit; alius differt; alius intercipit: atque ita omnium rerum exsistit impatiens: C & ex levissimis irascitur caussis, nunc personæ, nunc negotio, nunc tempori, nunc loco, nunc sibi. Ut ergo quietus sit animus, non est multarum rerum actu lassandus, nec magnarum ac supra vires appetitarum. Facile est enim levia applicare cervicibus, & in utramlibet partem sine lapsu transferre.

CAPUT IV.

De caussis quibus enascitur Ira.

COntra primas ergo caussas Iræ pugnandum est. Caussa autem Iræ, opinio est injuriæ: cui D non facile est credendum, nec apertis quidem manifestisque conjectationibus statim est accedendum; quia interdum falsa, veri speciem ferunt. Differendum semper est tempus: dilatus dies aperiet veritatem. Non facile aures criminantibus pateant: sed hoc humanæ naturæ vitium suspectum notumque sit nobis, quod ea quæ inviti audimus, facile credimus, & irascimur. Multi enim suspicionibus impelluntur, & ex vultu risuque alieno pejora interpretati, innocentibus irascuntur. Plurimum mali credulitas facit. Quamobrem sæpe nec audiendum quidem est, atque ex animo tollenda suspicio. Numquam argumentatio deest, & conjecturæ irritamenta fallacia. Simplicitate & benigna rerum E æstimatione opus est uti. Nihil credere oportet, nisi quod manifeste occurrit in oculos: & quotiens suspicio apparet in animo, credulitas objurgetur. Hæc enim objurgatio consuetudinem non facile credendi efficiet. Si non vis in Iram incidere, ne sis curiosus. Qui inquirit quid de se dictum est, & malignos sermones, etiamsi secreto dicti sint, eruit, ipse se inquietat. Dum enim perpetrantur, ad hoc producuntur, ut videantur injuriæ. Sed in ea perpetratione, alia defendenda sunt, alia donanda, alia deridenda: atque ita his modis prævenienda est Ira. Multas injurias transit prudens, & plerasque non accipit; quia aut eas nescit, aut si scierit, in lu-dum eas jocumque convertit. Nam si quereletur aut falsa suspicando aut levia adgravando, non Ira ad illum, sed ipse venit ad Iram; quæ numquam accersenda est, sed quum irrepserit refutanda. Magni animi est, despicere injurias; altius in se [1] demittere, dum vindicant; potius est non agnovisse, quam ignovisse injuriam. Enimvero ille magnus est & nobilis, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum securus exaudit. Sanctius siquidem est, dissimulare injuriam, quam ulcisci. Potentiorum vero injuriæ non tantum patientia, sed etiam hilari vultu ferendæ sunt. Facient iterum, si te passum, & se fecisse crediderint. Adeo enim injuriam sæpe vindicare non expedit, ut nec fateri quidem expediat. Abstinendum itaque ab Ira est, sive superior sit qui lacessit, sive par, sive inferior. Cum superiore contendere, furiosum est: cum pari, anceps: cum inferiore, jam sordidum.

CAPUT V.

Nihil susurronibus credendum: nec nobis, audiendo aut videndo.

EX his autem quæ solent offendere, alia renuntiantur nobis, alia ipsi audimus, alia & videmus. De his ergo quæ narrantur, cito non debent credi: quia alii mentiuntur, ut decipiant; alii mentiri non existimant, quia & ipsi decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat; & ut videatur loqui, finxit injuriam. Est etiam aliquis, qui hoc occulte loquitur & maligne, ut amicitias dirimat cohærentes, aut ut certe suum apud te insimulet inimicum. Dicitur aliquis de te male locutus. Cogita an prior hoc feceris. Cogita de quam multis ipse loquaris. Cogita non facere aliquos injuriam, sed reponere aliquos pro nobis facere; alios adversus nos, sed coacte; alios & ignoranter. Eos autem qui volentes scientesque faciunt, non ipsam injuriam appetere, sed aut dulcedine urbanitatis prolapsos; aut fecerunt aliquid, non ut nobis obessent, sed quia aliter consequi quæ volebant, non potuerunt. Ac in his quæ audiendo aut videndo cognoscis, naturam voluntatemque discuties facientis, peccantisque animum perpensabis: voluerit, an inciderit; deceptus sit, an coactus. Puerum excuset ætas, quia nescit, an peccet; extraneum libertas; domesticum familiaritas. Si primum offendit, cogita, quam diu placuerit. Si sæpe, fer quod sæpe tulisti. Jussus fecit; necessitate fecit: quare succenseas? Quod si injuriam recipis, non est injuria, quod superius feceris pati. Judex est, si nocentem punit: cede justitiæ. Amicus est: fecit quod noluit. Inimicus est: fecit quod debuit. Pater est: cogita quia tantum profuit, ut ipsi etiam injuriam facere fas sit. Mutum animal est: ipsum si irasceris, imitaris. Postremo si bonus vir est qui injuriam fecit, noli credere: si malus, noli imitari. Prudentiori cede, stulto remitte. Regis quisque intra se animum habet, ut licentiam sibi in alios dari velit, in se nolit. Qui ergo semper futurum aliquod quod se offendat, existimat, minime quum acciderit, irascetur.

CAPUT VI.

Aliæ in Iram censuræ.

QUin illud valde in hæc illiberale & fœdum, quum minimis sordidisque animus exacerbatur in rebus. Si parum agilis fuerit puer; si tepidior

1. *Demittere*] Edit. *demisere*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.

aqua poturo porrigitur; ſi turbatur torus, aut menſa neglectius poſita; ſi muſca parum furioſe fugata; ſi e manibus ſervi negligentius clavis elapſa; quum hæc non in tuam contumeliam fecit, nec ſic ut te offenderit, fecit, innocentibus parce. Sæpe etiam quam ſtulte his rebus iraſcimur, [1] quæ iram noſtram nec meruerunt, nec ſentiunt. Ecquid hac inſania dementius, quam bilem in homines collectam, in rebus effundere? Æger & infelicis valetudinis animus eſt, quem talium rerum levis cura conturbat. Ubi enim & animum ſimul & corpus voluptates corruperint, nihil eſt tolerabile; [2] quia illa dura, ſed quia qui patitur, mollis eſt. Nulla itaque res magis iracundiam alit, quam intemperans & impatiens luxus. Dure ergo tractandus eſt animus, ut ictum non ſentiat, niſi gravem. Ad coercitionem autem errantium, irato caſtigatore opus non eſt. Nam quum Iræ delictum animæ ſit, non oportet peccantem peccato corrigere. Quod ſi tantum iraſcatur ſapiens, quantum ſcelerum iniquitas exigit; non iraſcendum illi, ſed inſaniendum eſt. Furta, fraudes, infitiationes & ſi qua ſunt alia; omnia iſta tam propitius aſpicit ſapiens, quam medicus ægros ſuos. Numquam itaque iracundia admittenda eſt, aliquando ſimulanda. Si ſegnes audientium animi concitandi ſunt, aliquando incutiendus eſt his metus, apud quos non proficit ratio.

CAPUT VII.

Quo modo leniatur Ira.

HÆc dicta ſunt, ne veniat quis in Iram: quod ſi jam Ira proruperit, maximum illi remedium eſt, moræ dilatio. Hoc primum petatur, non ut ignoſcat, ſed ut judicet. Si exſpectaveris, deſinet; nec univerſam illam tentaveris tollere, [3] quæ graves habet impetus primos. Tota vincitur, ſi partibus capiatur; donec quod ex ejus imperio erat agendum, ipſi potius jubeamus. Agendum eſt enim, ut primus ejus fervor relangueſcat, & caligo quæ premit mentem, aliquantulum teneatur. Pugnet autem unuſquiſque ſecum, ut ſi vincere jam non poteſt, vel celare meminerit. Si exitus illi non datur, ſigna ejus obrui poſſunt, licet cum magna hoc moleſtia fit. Cupit enim exſilire Ira, & incendere oculos faciemque mutare; & ſi paullulum illi extra nos emittere licuerit, ſupra nos eſt ut in imo pectoris receſſu condatur; feraturque, non ferat. In contrarium omnia ejus flectantur judicia, vultus remittatur, vox lenior, graduſque fit lentior: & ita paullatim cum exterioribus interiora formantur. Sicque fiet, ut ſi aliquis Iram tuam intelligat, tamen ſentiat nemo. Faciunt ergo nos moderatiores reſpectus noſtri, ſi conſulamus nos: nam tale aliquid & ipſi aliquando commiſimus. Nam ſi ſic erravimus, expedit ne nobis, in aliis illa damnare, quæ effugere ipſi nequivimus? Faciet etiam nos mitiores, ſi cogitemus quid nobis ille cui iraſcimur, aliquando profuerit, & ſic præſens offenſa prioribus meritis redimatur. Illud quoque occurrat, quantum nobis commendationis allatura ſit fama clementiæ, quam multos inimicos venia fecerit utiles. Nihil glorioſius, quam Iram amicitia commutare. Iraſcitur aliquis? tu contra beneficiis provoca. Cadit ſtatim ſimultas ab alterutra parte deſerta, niſi paria non pugnant. Quod ſi utrumque certaverit, Ira concurritur. Ille eſt fortior, qui prior retulit pedem: victus eſt ſæpe, qui vicit. Percuſſit te? recede: nam referiendo, & occaſionem dabis ſæpius feriendi & excuſationem: poſtremo quum volueris reverti, non poteris.

CAPUT VIII.

Injuriam vindicare eſt vitium vitio opponere.

QUi iraſcitur injurianti ſe, vitium vitio opponit. Numquid non inſanire videtur, ſi mulum calcibus petat, aut canem a quo morſus eſt, lancinet? Eodem loco eſt, quiſquis conſilio caret. Quid enim refert, an alia multa diſſimilia habeat, ſi hoc ſimile habet, quod omni peccato munda defendit? Eo nos loco conſtituamus, quo ille eſt cui iraſcimur. Noſtram eſſe cauſſam illius adfingamus: nam fecit nos iracundos iniqua noſtra æſtimatio; quia ea quæ volumus facere, nolumus pati. Memento etiam, quia ſanctiſſimi quique viri multa delinquunt: quod ſi etiam prudentiſſimi viri peccant; cujus error cauſſam non habet ignoſcendi? Nemo eſt tam timidus offenſarum, qui non illas dum vitat, admittat. Æquiore enim animo feret ſe contemni, cuicumque venit in mentem, nullam eſſe tantam potentiam, in qua non incurrat injuria. Demus ſpatium peccanti, quo poſſit conſiderare quid fecerit, & ipſe ſe caſtigabit. Quid ergo, inquis, impune ille erit? Puta, velle te: nam non erit. Quia non magis gravius addicitur, quam qui ad ſupplicium pœnitentiæ datur. Reſpiciendum eſt deinde ad conditionem rerum humanarum, ut omnium accidentium æqui judices ſimus. Iniquus eſt autem qui communem vitium ſingulis objicit. Omnes inconſulti atque improvidi ſumus; omnes incerti, queruli, ambitioſi. Quid levioribus verbis publicum malum abſcondo? Omnes mali ſumus. Quidquid in alio deprehenditur, id unuſquiſque in ſinu ſuo inveniet. Mali vivimus inter malos.

CAPUT IX.

Alienæ Iræ curatio.

NUnc jam tertio in loco videamus, quo modo alienam Iram leniamus. Nec enim ſani tantum eſſe velimus, ſed ſanare. Primam ergo iram alterius non audebimus noſtra ratione mulcere: ſurda eſt enim & amens: dabimus illi ſpatium: nam remedia medicorum non in acceſſibus infirmitatum, ſed in remiſſionibus proſunt. Quod ſi tumentes oculos quis tentet inungere, recente vi magis incitat commovenda. Sapiens furenti amico omnia ultionis inſtrumenta occultius removebit, ipſeque iracundiam ſimulabit, ut tamquam auditor doloris & comes, plus auctoritatis in conſiliis habeat, moras nectet; & dum majorem pœnam quærat, præſentem interim differet, & omni arte furori requiem dabit. Quod ſi tu potentior es, aut pudorem illi cui vi reſiſtis, aut metum incuties. Alteri dices: *Indignum nimis; & non invenio dolendi modum: ſed exſpectandum eſt tempus: dabit pœnas. Serva iſtud animo tuo, & pro mora, quum poteris, reddes.* Alteri dices: *Vide ne iracundia tua voluptati ſit inimicis.* Alteri: *Vide ne magnitudo animi tui, & creditum apud pleroſque decidat robur.* Ita enim abſcondet & medicus ferramentum, & æger dolorem, dum ſperat, [4] feret: nam quædam non niſi decepta ſanantur. Caſtigare autem iraſcentem, & ultro iraſci, caſtigare eſt. Itaque vario mono Ira ſananda eſt.

1. *Quæ*] Edit. *qui*.
2. *Quia illa dura*] Sic edit. ſed legendum, NON *quia illa dura*.
3. *Quæ*] edit. *qui*.
4. *Feret*] Edit. *ferat*.

[redacted]

OPUSCULUM VII.

De Pascha.

I. Plerique mysterium Paschæ enarrare voluerunt ex ratione supputationis in Mense & Luna & Die: sed sive scientiæ, sive sermonis impossibilitate id reliquerunt obscurius, quasi nihil inde dixissent. Scio enim multos scrupulosius interrogare solitos, quare secundum morem Judæorum ad Lunæ computationem diversis generibus Pascha celebremus, dicentes, rectius sibi videri, si dominicæ passionis commemoratio agatur, ut unum anniversarium Natalis diem observemus, sicuti a plerisque Gallicanis episcopis usque ante non multum tempus custoditum est, ut semper VIII. Kal. April. diem Paschæ celebrarent, in quo facta Christi resurrectio traditur. Placuit autem mihi, inquirenti curiose quid majores nostri secuti essent, aperte exponere.

II. Passio Christi redemtio est creaturæ, de qua Apostolus ait [a], quod *subjecta fuerit servituti, non sua sponte, sed propter eum qui eam subjecit in spe: quia ipsa liberabitur a servitute interitus, cum libertate filiorum Dei.* Hæc creatura est spiritus vitæ, [1] qui creavit omnia terrenæ corporaturæ, subjectus in eam spem, ut de corruptelæ interitu cum libertate filiorum gloriæ liberetur: quæ utique in hodie subjecta est servituti, [2] in quo mundus effectus est, quam Christus liberare venisset, & servavit, ut in eo tempore pateretur, in quo creatura [3] subjecta erit; ut qui dies ille tristitiæ fuerat, jam lætitiæ redderetur. Quoniam vero Agni hujus sacramenta tanta essent, ut veritatis ipsius etiam umbra proficeret ad salutem liberandi, sicut de his, de servitute Pharaonis, quasi jam libertas creaturæ de servitute corruptelæ figuraretur. Figuræ passionis Christi imago in adventum salutis operata est; & ideo dictum est a Deo, ut in primo mense anni XIV. luna agnus immaculatus, anniculus, immolaretur, de cujus sanguine domos suas super limina obsignarent, ne a vastatore Angelo terrerentur; atque in ipsa domo, comesto per domos agno, quod est Paschæ celebratio, liberationem per fugam servitutis acciperent. Non obscura est figura, agnum immaculatum esse Christum: hujus immolationem, ad servitutem nostri interitus liberandam. Nam signo crucis ejus quasi sanguinis aspersione signati, usque ad consummationem mundi, a vastatoribus Angelis vindicabimur. Hoc breviter & strictim dixisse sufficiat, ut id quod quærere propositum est, rationem observationis, & Paschæ, & Mensis, & Lunæ, & Diei, sine molestia multiloquii aperiamus.

III. Quæsitum est ergo a majoribus nostris, secundum id quod scriptum erat, quis esset primus Dies, & in quo die decima quarta Luna efficeretur Pascha celebrari. In illo enim tempore in quo Judæis facta traditio est, necdum Mensis ad Lunæ cursum significatione nominum computabatur. Dedit autem illis argumentum, jam calculo computationis invento, tempus & dies passionis; ut ex eo intelligerent, quem primum Mensem anni, & quem primum ejusdem Diem, & quando [4] quartam decimam Lunam fuisse susciperent, & quare hoc mysterium Paschæ secundum Diem & Lunam observari deberet. Hoc autem in primis judicaverunt, quum per singulos annos Pascha, & tempus non conveniret ad Lunam & ad Diem, melius esse tempus extendere, quam non Lunam Diemque retinere. Primum quia duæ res justius præberentur. Deinde quia hæc viderentur in observatione potiora.

IV. Definiamus igitur, quis primus Mensis in mensibus anni: deinde quis primus ejus Dies. Diximus ergo argumentum habuisse majores nostros ex tempore passionis & resurrectionis Domini. Resurrexisse enim traditur Dominus VIII. Kal. Apr. dominica die. Quinta feria autem præcedente, Pascha cum discipulis comedisse: quod fuit XI. Kal. Apriles. Rationem hanc temporis hujus habuerunt, quod creatura quam liberarat in sanguine suo, in eo tempore servituti fuerat subjecta. Probandum itaque nobis est, in hoc tempore mundi initium [5] constituisse. Inchoasse mundum veris tempore Genesis docet. Quum primum appareret aridam quam [6] vocavit Deus, dictum est: [b] *Germinet terra omne fœnum & omne pabulum, & omne viride ligni quod ferat semen secundum genus suum.* In quo germinare omnia videmus; atque ita in eo esse principium mundi, non dubitamus. Sed quum tres menses vernum tempus habeat, horum trium medius est, qui initium mundo dedit. Nec solum Mensis medius, sed etiam Dies Mensium medii. Ex V. Id. Febr. veris est inchoatio: in V. Id. Mart. in VIII. Kal. Apr. quindecim dies sunt, id est, medietas Mensis: ita unus & dimidius Mensis subsequitur. VIII. enim Kal. Apr. æqualis est nox & dies, sicuti factum mundi initium Genesis docet, dicens: [c] *Divisit Deus inter lucem & tenebras: & vocavit lucem Diem, & tenebras vocavit Noctem.* Omnis enim divisio æqualitatem habet. Ita, in quo æqualitatem noctis & diei invenimus, in eo initium mundi constitutum intelligamus.

V. Sed non sine caussa majores nostri super VIII. Kal. Apr. tres dies addiderunt, ut primum Diem mundi invenirent. XI. Kal. Apr. primum Mensem mundi & Diem majores nostri existimaverunt: quia ante quam sol in principatum mundi conderetur, triduum ante præcesserat. Refert Genesis [d] quarta die facta luminaria solis & lunæ: propterea invenimus Christum VIII. Kal. Apr. resurrexisse. Verum XI. Kal. die Pascha cum discipulis inchoasse; quo die primum subjecta fuerat creatura servituti suæ, quam per passionem suam venerat liberare. Diem autem Dominicam, primam diem esse mundi, dubitari non potest; quia dicit Scriptura [e], sex diebus factum esse mundum, & septima die requievisse Deum: quam septimam diem Sabbatum appellavit. Unde est manifestum primam diem mundi Domini-

a Rom. VIII. 20. 21. b Gen. I. 11. c Ibid. ℣℣. 4. 5. d Ibid. ℣℣. 16. 19. e Gen. II. 2. 3.

1. *Qui*] Lege *qua*, respectu habito ad illud *vita*, id est, Christi, ut ipsemet de se ait: *Ego sum via, veritas & VITA.* Quæ quidem vita *creavit omnia*, ut ait auctor, *terrenæ corporaturæ*. Nam *omnia per ipsum facta sunt*. Absurdum quippe de *spiritu* hæc intelligere, qui auctori statim dicitur, *subjectus in eam spem, ut de corruptelæ interitu — liberetur.*

2. *In quo*] Forte, *ex quo*. Quæ sequuntur, manca videntur.

3. *Sub. erit*] An *sub. erat*?

4. *Quartam decimam Lunam*] Edit. *quarta decima Luna*.

5. *Constituisse*] Forte *constitisse*.

6. *Vocavit Deus*] Vox *terram* deesse videtur.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 572.

cam fuisse: & plenam Lunam factam intelligimus, quia facta est in inchoatione noctis & principatus. Sed hoc sicuti computatione ostenditur, percurrere sibi per singulos annos non potest: scilicet XI. Kal. Apr. die, semper & Luna XIV. die Dominica inveniatur. Sequenti autem anno, XI. Kal. Apr. invenitur Luna XXV. & feria II. Itaque quum duæ res, & Luna & Dies, commutatæ inveniantur, recte XI. Kal. Apr. natalis mundi observari visus est.

VI. Itaque majores nostri judicaverunt, Mensem integrum esse observandum ad natalem mundi, & Pascha celebrandum, in quacumque parte ejus & Dies & Luna concurrerent. Neque enim hoc sine Scripturæ auctoritate. Ait enim Moyses: [a] *Mensis hic vobis initium mensium est: primus erit in mensibus anni*. Quo verbo totum Mensem ad natalis mundi Diem consecravit. Ita majores nostri qui XI. Kal. Apr. die natalem mundi invenerunt, Mensem primum constituentes in XI. Kal. Majas definierunt. Sic Pascha nec ante XI. Kal. Apr. nec post XI. Kal. Majas celebrare licebit. Sed quum in hoc Mense & Luna & Dies convenissent, Luna scilicet XIV. & Dies Dominica; tunc Pascha celebraretur. Sane quia rursus frequenter Luna XIV. cum Dominica Die concurreret, extendi Lunam VII. dies maluerunt, dummodo Diem Dominicam in resurrectionis lætitia retinerent. Ita quando sic dies venerit usque ad XXI. Lunam, propter Dominicam Diem Pascha differimus semper, ut nec ante XI. Kal. Apr. nec post XI. Kal. Majas celebretur: sic inventum est, ut Mensis & Dies & Luna in celebratione Paschæ retineretur.

VII. Prudenter igitur, magis ad Lunam & Diem, quam ad XI. Kal. Apr. ad natalem mundi redigemur. Luna enim prima totas noctis illuminat tenebras, & Dominica Dies resurrectio est dierum: ad initium enim [1] rediit, & finem dierum renovat. Hæc magis erunt in natalis lætitia, & in creaturæ liberatione servanda, maxime quum intra primi Mensis terminos retinentur. Rursum majorem Diei religionem, quam Lunæ dicarunt. XIV. enim Lunam egredimur: Diem autem numquam egredimur, quia tota salus est in resurrectione diei. Dies autem Dominica & initium dierum habet & resurrectionem; propter quod in ipsa Dominus resurrexit: Luna vero, licet usque ad XXI. partem [2] extensam, non totam complet noctem: plurimum tamen noctis illuminat, & post se quidem relinquit tenebras, sed eas quæ in ante sunt, superat: in quo majores nostri maluerunt usque [3] ad XX. quam ante XIV. Pascha celebrari. Quia relinquere tenebras post tergum melius est, quam antecedentes non posse superare. Itaque hac summa & hac conclusione, [4] quæ a majoribus constitutum est, Pascha neque ante XI. Kal. Apr. nec post XI. Kal. Majas posse celebrari. Cujus pinacis constituendi quæ fuerit ratio, in quo mediocritas potuit, ediximus: per gratiam Salvatoris nostri Jesu Christi; cui est honor & gloria in sæculis, & in sæcula sæculorum. Amen.

a Exod. XII. 2.

1. *Rediit*] Forte, *redit*.
2. *Extensam*] An *extensa*?
3. *Ad* XX.] Ex antea dictis rescribendum videtur, *ad* XXI.
4. *Quæ ... constitutum est*] Aut delendum relativum *quæ*, aut rescribendum *constituta est*. Quod tamen posterius minus placet.

B. MARTINI DUMIENSIS

EPISCOPI

VERSUS IN BASILICA.

Post evangelicum bisseni dogma senatus,
Quod regnum Christi toto jam personat orbe:
Postque sacrum Paulli stilum, quo curia mundi
Victa suos tandem stupuit siluisse sophistas,
Arctous, MARTINE, tibi in extrema recessus
Panditur, inque via fidei patet invia tellus.
Virtutum signis, meritorum & laude tuorum,
Excitat affectum Christi Germania frigens,
Flagrat & accenso divini spiritus igne,
Solvit ab infenso strictas Aquilone pruinas.
Immanes, variasque pio sub fœdere Christi
Adsciscis gentes. Alamannus, Saxo, Toringus,
Pannonius, Rugus, Sclavus, Nara, Sarmata, Datus,
Ostrogothus, Francus, Burgundio, Dacus, Alanus,
Te duce nosse Deum gaudent. Tua signa Suevus
Admirans didicit fidei quo tramite pergat,
Devotusque tuis meritis hæc atria claro
Culmine sustollens, Christi venerabile templum
Constituit, quo clara vigens, MARTINE, tuorum
Gratia signorum votis te adesse precatur.
Electum, propriumque tenet te Gallia gaudens
Pastorem, teneat Gallæcia tota patronum.

EJUSDEM IN REFECTORIO.

Non heic auratis ornantur prandia fulcris:
Assyrius murex nec tibi sigma dedit.
Nec per multiplices abaco splendente cavernas,
Ponentur nitidæ codicis arte dapes.
Nec scyphus heic dabitur, rutilo cui forte metallo
Crustatum stringat tortilis ansa latus.
Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quæque Sarapteno palmite missa bibas.
Sed quidquid tenuis non complet copia mensæ,
Suppleat hoc petimus gratia plena tibi.

EPITAPHIUM EJUSDEM.

Pannoniis genitus, transscendens æquora vasta,
Galliciæ in gremium divinis nutibus actus,
Confessor Martine, tua hac [1] dicatus in aula
Antistes, cultum instituit ritumque sacrorum;
Teque, patrone, sequens famulus Martinus eodem
Nomine, non merito, heic in Christi pace quiesco.

1. *Dicatus*] Sic Bollandiadi Act. SS. Martii tom. III. pag. 89. num. 13. Al. *dicatur*.

SANCTI GREGORII

EPISCOPI ANTIOCHENI

SERMO

IN MULIERES UNGUENTIFAS:

Ejusque ORATIO ad Milites.



NEC NON

SANCTI EULOGII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

SERMO IN DIEM FESTUM PALMARUM.

ACCESSERUNT

EJUSDEM SANCTI PATRIS

CAPITA VII.

De duabus naturis Domini Deique ac Salvatoris nostri Jesu Christi.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ,

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
578.



Λόγος εἰς τὰς μυροφόρους. καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπ' Ἀριμαθαίας, καὶ εἰς τὴν τριήμερον ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

S. GREGORII

EPISCOPI ANTIOCHENI

Oratio in mulieres unguentiferas, inque ſepulturam divini corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Joſeph ab Arimathia, nec non in Domini noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem die tertia.

Interprete FRANCISCO COMBEFISIO.

ΕΠαινετὸς καὶ οὗτος τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος, παρακελεύων ἡμᾶς τοῦ τριημέρου θανάτου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τὴν μνήμην πανηγυρίζειν ἐν τῷ θησαυρῷ τῶν νεκρῶν. τίς γὰρ λογιζόμενος τὴν ζωηφόρον τοῦ σωτῆρος τελευτὴν οὐ νομίσει τοὺς νεκροὺς, ὡς ἐν σκηναῖς ἀνακεῖσθαι ταῖς θήκαις, περιμένοντας τὴν οὐράνιον σάλπιγγα, τὴν πάντας ἡμᾶς καλοῦσαν ἐκ τῶν μνημάτων πρὸς τὴν φοβερὰν τῆς κρίσεως ἡμέραν; τίς δὲ ἀποβλέπων πρὸς ἐκεῖνον τὸν σωτήριον τάφον, οὐ προσέρχεται τοῖς τάφοις ὡς θαλάμοις ζωῆς; τίς δὲ πιστεύων ἐκ νεκρῶν ἐγηγέρθαι τὸν κύριον, οὐχ οὕτως διάκειται ὡς ἀναστήσων ἑαυτὸν, καὶ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενος δι' αὐτοῦ; ἐπεὶ οὖν τῷ καλῷ νόμῳ τῆς ἐκκλησίας πειθόμενοι, πρὸς τοὺς καθεύδοντας ἐν τάφοις οἱ γρηγοροῦντες ἐδράμετε· ἐπειδὴ τῷ τόπῳ στενοχωρούμενοι, τῷ πόθῳ πλατύνεσθε· ἐπειδὴ καθάπερ βότρυς φιλόχριστος ὄχλος ὑπάρχει· οὕτω συνεσφιγμένοι τυγχάνετε· ἀκούσατε τὸ ποθούμενον ὑμῖν τοῦ θανάτου μυστήριον, ὃ καὶ μετὰ τὸ μαθεῖν οὐδεὶς δύναται καταλαβεῖν.

A I. HÆc quoque Eccleſiæ lex, laude digna eſt; qua triduanæ mortis Salvatoris noſtri memoriam ſolemni [1] in mortuorum theſauro conventu celebramus. Quis enim ſecum reputans vivificam Salvatoris mortem, non putet mortuos, velut tabernaculis, ita loculis repoſitos cæleſtem exſpectare [a] tubam, cujus clangore omnes e monumentis ad judicii tremendum diem ſumus evocandi? Quis vero ſalutare illud ſepulcrum reſpiciens, non jam ſepulcra velut vitæ thalamos adeat? Quis autem credens, Dominum a mortuis ſuſcitatum, non ita afficiatur, [2] ut qui ſe ipſum ipſe excitavit utque per eum reſurrectionem conſecuturus? Quoniam igitur pulcræ obſecuti Eccleſiæ legi, vigilantes vos, ad B eos qui in ſepulcris dormiunt, acceſſiſtis; quando preſſi loci anguſtia, deſiderio dilatamini; quando plebs Chriſti amans, velut botrus ſpecioſus exſiſtit, ſic mutuo adſtricti eſtis atque conjuncti; audite deſideratum vobis mortis myſterium, quod nemo, poſtquam etiam didicit, comprehenderit.

Ο δεσπότης Χριστὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ μονογενὴς, ἀπὸ γνώμης οἰκείας, (α) ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸν σταυρὸν ἀνελθὼν, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει πᾶσαν ἐκδικήσας τὴν κτίσιν, καὶ πάσας τὰς ἀοράτους καὶ πονηρὰς δυνάμεις στηλιτεύσας τῷ οἰκείῳ πάθει τοῦ σώματος, ἠθέλησε τὴν ἁγίαν αὐτοῦ σάρκα γεύσασθαι τῆς τριημέρου νεκρώσεως ὑπὲρ πάσης τῆς φύσεως, ἵνα δι' αὐτῆς τῷ νενεκρωμένῳ γένει τὴν ἀθανασίαν χαρίσηται· C καὶ δὴ κλίνας τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κεφαλὴν, ἐκέλευσεν ὡς θεραπαινίδι τῇ τελευτῇ προσελθεῖν τῇ σαρκί· καὶ παραχρῆμα παρεγένετο καθάπερ δοῦλος ὁ θάνατος, διακονῶν τῷ δεσποτικῷ διατάγματι· καὶ λαβὼν, κατεῖχεν, ὅπερ ἐπετράπη σῶμα λαβεῖν. τοῦ δὲ σώματος ἐκείνου τοῦ φοβεροῦ τοῖς χερουβὶμ, καὶ φρικτοῦ τοῖς σεραφὶμ, ὑπὸ τοῦ θανάτου κρατηθέντος, οὕτως, ὡς ἠθέλησεν ὁ τοῦ σώματος κύριος, καὶ τῆς ψυχῆς τοῦ σωτῆρος δραμούσης εὐαγγελίσασθαι ταῖς ψυχαῖς τὴν ἀπο-

II. Chriſtus Dominus, Dei Filius unigenitus, ſua ipſe voluntate, nulla vero neceſſitate, crucem conſcendens, manibuſque extenſis univerſam ulciſcens creaturam, ac [b] inviſibiles omnes malignaſque virtutes propria corporis paſſione traducens, ſanctam carnem ſuam mortem triduanam pro naturæ totius ſalute guſtare voluit: atque adeo inclinans ſanctum ſuum caput, mortem ceu ancillam ad carnem accedere juſſit. Actutum vero humili famulatu mors adfuit dominicæ obſequens juſſioni; corpuſque quod juſſa erat accipere, accipiens tenuit. Cum ſic ergo corpus illud tremendum Cherubinis ac Seraphinis horrendum a morte teneretur, quemadmodum voluit corporis Dominus, animaque Salvatoris evangelizatura animabus earum redemtionem ocyus abiiſſet; eſſetque ejus deitas utrique comes; (nuſquam enim aliquando deitas poſt unio-

a I. Theſſ. IV. 16. b Coloſſ. II. 16.

1. *Mortuorum theſauro*] In Martyrio, uti ex duabus orat. Chryſoſtomi quæ exſtant tom. V. Ducæi, haberi poteſt. At neque aliorum fidelium videatur illic defuiſſe ſepulcra. COMBEF.

2. *Ut ſe ipſum excitaturus*] ὡς ἀναστήσων ἑαυτόν. De animi ſola reſurrectione accipi poſſit, ut quis ſe ipſum exſuſcitet: tametſi in ea quoque Deus auctor eſt. Sic forte littera minus integra ac ſana. ID.

(α) Ἐξ ἀναγκ.] Deeſt οὐ.

* Index librorum Palatii, τοῦ ἁγίου Γρηγορίου· Sic quoque celebrant Manæa. COMBEF.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.

λύτρωσιν αὐτῶν· καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦ σώματος οὔσης καὶ μετὰ τῆς ψυχῆς· οὐ γὰρ ἐχωρίσθη μετὰ τὴν ἕνωσιν ἡ θεότης τῆς ἀνθρωπότητος οὐδαμῶς οὐδαμοῦ· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἦν· καὶ ἐν τάφῳ παρῆν ἀπαθῶς, ἄφθαρτον φυλάττουσα τὸ ἑαυτῆς περιβόλαιον· τούτων οὕτως οἰκονομηθέντων, Ἰωσήφ τις ἀνὴρ εὐγενής τε καὶ πλούσιος, ἀπὸ Ἀριμαθαίας ὁρμώμενος, τοῦ ἐσταυρωμένου μαθητὴς γεγονὼς, πλατεῖαν τῷ διδασκάλῳ μετὰ τὴν πλάτην ἀποδίδους ἀμοιβὴν, προσῆλθε τῷ Πιλάτῳ, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ λέγων· ὑπὲρ νεκροῦ ταύτην ποιοῦμαι τὴν δέησιν, παρὰ μὲν τῶν ἐχθρῶν συκοφαντηθέντος, παρὰ δὲ τῶν φίλων καταλειφθέντος, τῷ τοῦ πάθους καιρῷ. ὑπὲρ νεκροῦ ἱκετεύω, μὴ κεκτημένου μήτε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον· μήτε στρατιώτας· μήτε συμμάχους· μήτε δορυφόρους, εἰ μὴ μόνον μητέρα πενιχρὰν, τῷ αὐτοῦ τόκῳ πλουτήσασαν. ὑπὲρ νεκροῦ πρεσβεύω ἑκουσίως ἀποθανόντος· εἰ μὴ γὰρ ἠθέλησεν, οὐκ ἂν ἐτελεύτησε. καθαιρείσθω τοίνυν ἀπὸ τοῦ σταυροῦ λοιπὸν, ὁ μηδένα μηδὲν ἠδικηκὼς, εὐεργεσίαις δὲ μυρίαις τετιμηκώς. χάρισαί μοι χάριν, ἧς οὐκ ἔχεις ἄλλην ἀμείνω· χάριν μοι χάρισαι, μακάριον ποιοῦσάν με, τὸν ταύτην δεχόμενον. δώρησαί μοι τὸν ζωοποιὸν τοῦτον νεκρὸν, ἵνα λαβὼν αὐτὸν, καλύψω τῇ γῇ. δώρησαί μοι τὸ τρισμακάριον σῶμα, ὅπερ νεκρούμενον ἡ κτίσις ἐπένθησεν ἰδοῦσα. δώρησαί μοι σῶμα ὅπερ ἀποπνέον ὁ ναὸς θεασάμενος, τὸ ἑαυτοῦ περιέσχισε καταπέτασμα. δώρησαί μοι σῶμα, δι' οὗ αἱ πέτραι σχισθεῖσαι, τῷ ῥήγματι τὸ πένθος ἐμήνυσαν. καταφιλήσω τὰ τραύματα τῶν ἁγίων χειρῶν, δι' ὧν τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἐθεραπεύθη τὰ τραύματα. ψηλαφήσω τὴν ἄχραντον ἐκείνην πλευρὰν, ἀφ' ἧς ἐπήγασεν αἷμα μυστικὸν, καὶ ὕδωρ ἀναγεννήσεως. ἐνταφιάσωσιν αἱ χεῖρες αὗται τὸν μέλλοντα λύειν τοῦ θανάτου τὰ σπάργανα. κηδεύσωσιν οὗτοι οἱ ἁμαρτωλοὶ δάκτυλοι, τὸν πάσης δικαιοσύνης ἐργάτην καὶ παιδευτήν. ἅψωμαι τῆς ἀναμαρτήτου σαρκὸς, ἧς πᾶς ὁ μετὰ πίστεως ἁπτόμενος, τρισμακάριος. προπέμψω ἐπὶ τῷ μνήματι, τὸν μέλλοντα τοῖς νεκροῖς ἀνοίγειν τὰ μνημεῖα· ἐπαγάγω τοῖς κατοιχομένοις, τὴν τῆς ἀναστάσεως πηγήν. ἅψω καὶ τοῖς ἐν τῷ ᾅδῃ κατεχομένοις, τὸν λύχνον τῆς ἀναστάσεως.

Ταῦτα Ἰωσὴφ μὲν ἔλεγεν εὐσεβῶς· ὁ δὲ Πιλᾶτος ὑπήκουσεν εὐμενῶς. ἡ γὰρ θεία δύναμις τοῦ παρ' αὐτοῦ ζητουμένου νεκροῦ, ἐνήργει τοῖς πράττουσι θεοπρεπῶς, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου ψυχὴν πρὸς ὑπακοὴν κατεμάλαττε· καὶ παραχρῆμα ὁ πρεσβευτὴς, καὶ ἐνταφιαστὴς ἐδείκνυτο. λαβὼν γὰρ ὅπερ ἐπόθει σῶμα, κατεφίλει (α) τοῦτο περιχυθεὶς· καὶ τὰ ἑαυτοῦ χείλη, τοῖς ὁσίοις προσήρμοττε μέλεσι· λογιζόμενος καθ' ἑαυτὸν, ὅτι εἰ ἡ τοῦ ἱματίου αὐτοῦ γυνὴ αἱμόῤῥους ἁψαμένη πιστῶς, κατεξήρανε τοῦ αἵματος τὴν πηγὴν, ἐγὼ αὐτοῦ τοῦ θείου σώματος ἁπτόμενος, ποίων οὐ τεύξομαι δωρεῶν; εἶτα σινδόνι καθαρᾷ περιβαλὼν τὸν καθαρὸν μαργαρίτην, ἐν τῷ μνήματι αὐτοῦ τῷ καινῷ τοῦτον τίθεικε· καὶ λίθον ἐπιβαλὼν τῷ στόματι τῆς θήκης, μετὰ δακρύων ὑπέστρεψε· πυκνὰ πρὸς τὸν τάφον ὑποστρεφόμενος, καὶ τὴν στέρησιν τοῦ διδασκάλου θρηνῶν. ἀλλ' ἔφθασε τὴν τοῦ Ἰωσὴφ εὐσέβειαν, ἡ τῶν Ἰουδαίων δυσσέβεια. πάλιν γὰρ οἱ θεομάχοι συναθροισθέντες ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου, προσῆλθον τῷ Πιλάτῳ λέγοντες· κύριε, ἐμνήσθημεν, ὅτι ὁ πλάνος ἐκεῖνος ἔτι ζῶν εἶπε· μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας· μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ νυκτὸς, κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νε-

nem ab humanitate discessit:) quin & erat in cælis aderatque impatibiliter sepulcro, suum ipsius indumentum a corruptione servans innoxium: his, inquam, ita dispensatione gestis, vir quidam nobilis pariter ac dives, Joseph nomine, ab Arimathia, qui fuisset Crucifixi discipulus, supremam post mortem Magistro vicem reddens, accessit ad Pilatum, obsecrans ac dicens: [3] *Hanc pro mortuo petitionem facio; pro mortuo, inquam, calumniam passo ab hostibus, & ab amicis passionis tempore derelicto. Pro mortuo supplico, non habente neque aurum neque argentum neque milites neque auxiliarios neque stipatores, præter quam tantum pauperculam matrem, ejus partu divitem effectam. Oratum venio pro mortuo, sponte sua morte defuncto: nisi enim voluisset, minime gentium mortuus esset. Ceterum ergo deponatur de cruce is qui nihil quemquam injuste læsit, sed innumerabilibus omnes beneficiis honoravit. Gratiam mihi largire, qua tibi nulla suppetit melior. Mihi gratiam largire, quam qui suscipiam ipse beatus efficiar. Dona mihi mortuum hunc vivificum, ut accipiens humi abscondam. Dona mihi ter beatum corpus, quod videns exstinctum creatura luxit. Dona mihi corpus, quod exspirans contuens templum, suum ipsum velamen conscidit. Dona mihi corpus, per quod scissæ petræ ruptura luctum prodiderunt. Deosculabor sacrarum manuum vulnera, quibus animæ meæ vulnera curata sunt. Palpabo latus illud intemeratum, a quo sanguis mysticus ac aqua regenerationis, ceu fonte manarunt. Sepeliant manus hæ, eum qui mortis fascias est soluturus. Justa reddant peccatores hi digiti ei, qui justitiam omnem operatus est atque docuit. Tangam carnem innocentem, quam ter beatus, quisquis cum fide tangit. Illum deducam ad monumentum, qui mortuis aperturus est monumenta. Inferam defunctis resurrectionis fontem. Iis etiam qui detinentur in inferno, lucernam resurrectionis accendam.*

III. Hæc quidem pie Joseph; acquievitque clementer Pilatus ac benigne: divina quippe virtus mortui quem is requirebat, qua Deum ratione decet, præsto efficax conatui adfuit, atque Pilati animum ad acquiescendum mollivit atque inflexit; actutumque qui postulaturus accesserat, pollinctor evasit. Accipiens enim corpus desideratum, exosculabatur ei circumfusus; suaque ipsius labia membris sanctis coaptans, ita apud se reputabat: *Si quidem* [a] *mulier fluens sanguine, ubi fide vestem ejus tetigisset, exsiccavit sanguinis fontem;* tangens ego divinum ipsius corpus, quæ non munera obtinebo? Tum vero munda sindone mundum involvens margaritum, posuit eum in monumento suo novo; advolvensque lapidem ad ostium sepulcri, lugens reversus est; crebro revertens ad monumentum, ac se privatum Præceptore lugens. Enimvero occupavit religiosam Josephi solicitudinem, irreligiosa Judæorum impietas. Rursus enim congregati Dei hostes in die sabbati, accesserunt ad Pilatum, dicentes: [b] *Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium: ne forte venientes discipuli ejus nocte, furentur eum, & dicant plebi, Surrexit a mortuis: & erit noviss-*

a Matth. IX. 20. 21. b Matth. XXVII. 63. 64.

3. *Hanc pro mortuo*] Simili fere prosopopœja, ac similia loquentem Josephum inducit Epiphanius, Orat. eodem argumento, quam edita multis vitiosam repræsentant, posteaque vix non alia prodire ex regio cod. num. 343. ID.

(α) Τοῦτο] Scribe τούτῳ.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.

κρῶν· καὶ ἔσαι ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης. A τί λέγει σὺ ὦ πλάνε, καὶ παράνομε Ἰουδαῖε. πλάνος ἦν ὁ τοὺς ὁμοέθνους σου λεπροὺς ἰασάμενος; πλάνος ἦν ὁ τοὺς ὁμοφύλους σου τυφλοὺς ἀπαλλάξας τῆς συγγεννηθείσης αὐτοῖς νυκτός; πλάνος ἦν, ὁ τοὺς δαιμονιῶντας ἐλευθερώσας τῆς τῶν δαιμόνων μανίας; πλάνος ἦν, ὁ κατὰ τὸν ἔρημον παραθείς σοι τράπεζαν ἀγεώργητον; πλάνος ἦν, ὁ τὸν Λάζαρον ἐκ τάφου μεταπεμψάμενος, καὶ τὸν νεκρὸν ὡς ὑπνοῦντα ἀφυπνώσας τῷ ῥήματι; πλάνος ἦν ὁ Χριστός; καὶ τίς ἕτερος ἀληθής; πλάνος ἦν ὁ Χριστός; τί οὖν δέδοικας ἅπερ ὁ πλάνος ἐφθέγξατο; πλάνος ἦν; τί οὖν φοβῇ τοῦ νεκροῦ τὴν φωνήν; ὅλως εἶπέ τι περὶ τῆς ἀναστάσεως ἔτι ζῶν; ὅλως πιστεύεις αὐτοῦ ταῖς προῤῥήσεσι; τί οὖν εἰκῇ ταλαιπωρεῖς πρὸς τὴν ἔκβασιν; ἐὰν οὖν μὴ ἀναστῇ B οὗτος ὁ νεκρὸς ὁ παρὰ σοῦ μεριμνώμενος, πλάνος ἐστὶν ὡς σὺ βλασφημεῖς.

simus error pejor priore. Quid tu ais, seductor ac scelefte Judæe? Num seductor, qui tuæ gentis leprosos sanavit? Num seductor, qui cæcos contribules tuos a congenita eis nocte liberavit? Num seductor, qui obsessos a dæmonibus a dæmoniaco furore absolvit? Num seductor, qui in deserto mensam ultro instructam apposuit? Num seductor, qui Lazarum accersivit e sepulcro, mortuumque, velut dormiret, verbo expergefecit? Ergo ne fuit Christus seductor? Ecquis vero alius verax? Fuit seductor Christus? Quid ergo metuis quod pronuntiavit seductor? Fuit seductor? Quid ergo mortui vocem times? Prorsus aliquid de resurrectione dixit, dum adhuc viveret? Prorsus fidem habes iis quæ prædixit? Quid ergo frustra pro eventu affligeris? Si quidem igitur non resurrexerit mortuus hic de quo es sollicitus, utique seductor est, juxta quod ipse blaspheme ais.

Τί οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ Πιλάτος; ἔχετε κουστωδίαν, ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. εἰ τὸν ἀντίθεον καὶ παράνομον, ὃν ὑμεῖς οὕτω ἀποκαλεῖτε, τοσοῦτον πεφρίκατε· εἰ τὸν νεκρὸν οἱ ζῶντες οὕτω δεδοίκατε, ἔχετε κουστωδίαν· ἔχετε στρατιώτας· στρατεύσατε κατὰ τοῦ ἑνὸς οἱ πολλοί· ἀσφαλίσασθε τὸν φοβερὸν ὑμῖν νεκρόν, ὡς οἴδατε. θέλετε σφραγίσαι τὸν τάφον; σφραγίσατε. θέλετε σιδηραῖς ἁλύσεσι περιβαλεῖν; περιβάλετε. μὴ εἴπητε τελευταῖον, εἰ συνεχωρήθημεν φρουρῆσαι τὸν τάφον, οὐκ ἂν ἀπολέσαμεν τὸν νεκρόν. C ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε ὡς οἴδατε. ἐὰν ὀφθῇ Πέτρος ἐκεῖ, τοῖς ὅπλοις αὐτὸν διαχειρίσασθε. ἐὰν παραγίνηταί τις τῶν τοῦ Ναζαραίου μαθητῶν, ἀναστάντες εὐθὺς ἀποκτείνατε. ἐπιμείνατε γρηγοροῦντες καὶ φυλάττοντες ἀκριβῶς, ἵνα μηδεὶς τῶν ὑπόπτων ὑποκλέψαι τὸν ὑμέτερον ἐχθρὸν δυνηθῇ. τοιούτοις οὖν λόγοις τε καὶ ὅπλοις καὶ στρατιώταις ἐφοδιασθέντες οἱ τοῦ σωτῆρος ἐχθροί, μετὰ πολλῆς προθυμίας τε καὶ μανίας, τὸν τάφον κατέλαβον· καὶ σιδηρᾶς σφραγίδας ἐπιθέντες τῷ μνήματι, παρεκάθηντο φυλάττοντες, ἕως ὁ παρ᾽ αὐτοῖς φυλαττόμενος ἠβουλήθη.

IV. Quid ergo Pilatus ad eos? [a] *Habetis custodiam; ite, custodite sicut scitis. Si quidem Dei hostem ac scelestum, quem appellatis, usque adeo horretis; si quidem viventes ipsi, adeo mortuum timetis*; habetis custodiam; *habetis milites: multi aciem adversus unum instruite; custodite tremendum vobis mortuum sicut scitis. Vultis obsignare sepulcrum? obsignate. Vultis circumdare catenis ferreis? circumdate. Ne ad extremum dixeritis; Si nobis licuisset præsidio tenere sepulcrum ac custodire, non amisissemus mortuum*. Ite, custodite, sicut scitis. *Si quidem illic visus sit Petrus, manus in eum violentas injicite. Si quis accesserit e discipulis Nazaræi, statim exsurgentes eum occidite. Permanete vigiles ac diligenter custodientes, ut ne quis non fidus hostem vestrum suffurari possit*. Talibus itaque verbis pariter armisque ac militibus Christi Salvatoris hostes instructi, multa alacritate furoreque ad sepulcrum venerunt: cumque adhibuissent signacula ferrea, assederunt custodientes, quamdiu is quem illi custodiebant, voluit.

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ καιρῷ, δευτέρας ἐπιγενομένης ἡμέρας, ὁ θάνατος κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, ἐν ἑαυτῷ D τὸ θήραμα περιέστρεφε· καὶ τοῦτο μασήσασθαι τοῖς ὀδοῦσι τῆς διαφθορᾶς θέλων, οὐκ ἴσχυσε. καὶ πάλιν κατὰ τὴν δευτέραν ὁμοίως ἀπογεύσασθαι βουλόμενος, οὐκ ἠδύνατο, ἠπόρει τοίνυν καθ᾽ ἑαυτόν, καὶ πρὸς ἑαυτόν, ὡς εἰκός, τοιοῦτος ἦν διαλογιζόμενος· τίς ἐστιν οὗτος ὁ ἀκαταμάχητος καὶ ξένος νεκρός; τίς ἐστιν ὁ κατὰ νόμον νεκρός, καὶ ὑπὲρ νόμον φυλαττόμενος ἄφθαρτος; Θεὸς οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἀπέθανεν ἀσώματος ὤν. ἄγγελος οὐκ ἔστιν· ἀνθρωπείαν γὰρ ἔχει μορφήν. ὡς Ἀδὰμ ὑπόκειταί μοι, καὶ ὡς Ἀδὰμ οὐχ ὑπόκειται τῇ φθορᾷ. ὡς ἄνθρωπος ὑπέμεινε τελευτήν, παθεῖν ὡς θνητὸν οὐκ ἀνέχεται. ἡ σὰρξ αὐτοῦ κρείττων ὑπάρχει διαφθορᾶς. οὐδεὶς τῶν ἐξ αἰῶνος ὑπ᾽ ἐμοῦ βασιλευθέντων νεκρῶν, τοιοῦτον σῶμα κεκτημένος, παρεγένετο E πρός με. ἆρα μὴ τοῦτο τὸ σῶμα, φόρημά ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο κατὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος οὕτως ἐστόμωται; ἆρα μὴ αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ λόγου σκηνή; ἆρα μὴ οὗτός ἐστιν ὁ ναὸς τοῦ εἰπόντος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους, λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν; ἆρα μὴ πρὸς ἀνάστασιν, ἀδιάφθορος οὗτος φυλάττεται; ἆρα μὴ κατάσκοπός ἐστι τῶν νεκρῶν, ὁ παράδοξος οὗτος νεκρός; ἆρα μὴ καὶ τοὺς πάλαι παρ᾽ ἐμοῦ καταποθέντας νεκροὺς, λαβὼν ἐντεῦθεν ἀνάξει σὺν αὐτῷ; ἆρα μὴ καθάπερ Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους ἀκινδύνως ἐπολιτεύσατο, οὕτω καὶ οὗτος παρ᾽ ἐμοὶ διατρίβει, καὶ περιμένει τὴν τρίτην ἡμέραν, ἵνα τό τε πρῶτος ἀναστάς, ὑποδείξῃ καὶ τοῖς ἄλλοις νεκροῖς τὰς

V. Interea vero cum dies altera advenisset, mors in se ipsa, velut prima die circumversabat prædam; volensque corruptionis dentibus eam mandere, minime valuit: ac rursus similiter, velut altera die volens degustare, non potuit. Anceps itaque consilii apud se hærebat, ac secum ipsa, ut videri potest, talia cogitabat. *Quis iste est inexpugnabilis ac novus mortuus? Quis, inquam, qui juxta legem mortuus sit, ac supra legem servetur incorruptus? Plane, non est Deus: non enim mortuus esset qui esset incorporeus. Neque item est Angelus; quippe humanam formam est indutus. Mihi velut Adam subjectus est, neque ut Adam corruptioni subjacet. Mortem sustinuit tamquam homo, nec affici sustinet tamquam mortalis. Ejus caro, corruptione fortior est. Nullus mortuorum quos a sæculo habui subjectos, tali ad me venit corpore. Num corpus illud, Dei est gestamentum, eoque ita adversus os meum obduruit? Num Dei Verbi hoc tabernaculum est? Num hoc ejus est templum, qui dixit ad Judæos*: [b] Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud? *Numquid hic, immunis a corruptione, ad resurrectionem servatur? Numquid novus hic mortuus, mortuorum explorator venit? Num vero etiam, quos olim deglutivi mortuos, secum assumens reducturus est? Numquid* [c] *sicut Jonas nullo salutis discrimine in ventre ceti moratus est, ita & hic apud me moratur, ac diem tertium resurrectionis exspectat; ut tunc primus ipse resurgens, aliis quoque mortuis quibus emer-*

a Matth. XXVII. 65. b Joan. II. 19. c Matth. XII. 40. Luc. XI. 30.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.

πύλας; τοῖς πράγμασιν, οὐ τοῖς ῥήμασιν [οὕτως] ὁ θάνατος ἀπεφθέγγετο.

[Τούτων δὲ] οὕτως γεγενημένων, καὶ τῶν Ἰουδαίων μετὰ τῶν φυλάκων παρακαθημένων τῷ μνήματι, ὀψὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, μελλούσης ἐπιλαμβάνεσθαι κυριακῆς· ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον. ὢ ξένων καὶ παραδόξων θαυμάτων. Πέτρος ὁ πρῶτος στρατηγὸς τοῦ Χριστοῦ, φοβηθεὶς γλῶτταν παιδίσκης, ἠρνήσατο ζῶντα τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην, καὶ γυναῖκες ἀσθενέσταται καὶ δειλαὶ, (α) μετ' αὐτῆς παρεγένοντο τιμῆσαι τὸν οἰκεῖον διδάσκαλον. ἦλθον θεωρῆσαι τὸν τάφον. οὐδέπω γὰρ ἀκριβῶς ἐπίστευον τῷ λόγῳ τῆς ἀναστάσεως. ἦλθον θεωρῆσαι τὸν τάφον, ὥστε λαβεῖν παραμυθίαν τινὰ τῆς ἀθυμίας τῇ θέᾳ τοῦ μνήματος. οἶδε γὰρ ψυχὰς ὀδυνωμένας παραμυθεῖσθαι, τάφος ὑποφαινόμενος, καὶ δάκρυον ἐκκαλούμενον. ἦλθον θεωρῆσαι τὸν τάφον, καὶ ἐπλησίαζον μὲν ὅσον ἐπόθουν· οὐκ ἐτόλμων δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. ὑποκλέπτουσαι οὖν λαθραίως τὴν εἴσοδον, ἐπέπαττον τῷ τάφῳ μῦρα, καὶ πάλιν ἀνεχώρουν λανθάνουσαι, καὶ πόῤῥωθεν οὕτως ἱστάμεναι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς δεδακρυμένους εἰς τὸν τάφον ἐκτείνουσαι, τοῖς στεναγμοῖς, καὶ τοῖς ὀδυρμοῖς ἐνόμιζον θεραπεύειν τὸν κύριον. καί που καὶ τῶν Ἰουδαίων κατεβόων ἠρεμαίᾳ φωνῇ πρὸς ἀλλήλας τὰς κατηγορίας ποιούμεναι, τοιάδε φάσκουσαι ὡς εἰκός. πῶς ἐτόλμησαν κατὰ τοιούτου δεσπότου τοιαῦτα, μηδὲν αὐτῷ δίκαιον ἔχοντες ἐγκαλεῖν; πῶς οὐκ ἔφριξαν σταυρῷ προσηλῶσαι, ὃν σταυρούμενον ἰδὼν ὁ ἥλιος ἔφυγε; πῶς οὐκ ἐφοβήθησαν θανάτῳ παραδοῦναι, τὸν μηδὲν ἄξιον θανάτου ποιήσαντα; πῶς οὐκ ἔλαβον κόρον τῆς οἰκείας ὠμότητος οὐδὲ μετὰ θάνατον, τοῦ μάτην ὑπ' αὐτῶν ἐπιβουλευθέντος; ἔστω, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ζωῆς, τοσαύτην κατ' αὐτοῦ μανίαν ἐμάνησαν· τί καὶ μετὰ τελευτὴν τῷ μνήματι προσεδρεύουσι, καὶ τοὺς εὐεργετηθέντας κωλύουσι προσελθεῖν, καὶ μετὰ παῤῥησίας προσκυνῆσαι τῷ τάφῳ, καὶ τῆς ἐφ' οἷς ἔλαβον χάριτος, ἕκαστον ἀποδοῦναι μικράν τινα ἐν δάκρυσιν ἀμοιβήν;

Οὕτως ὀδυρομένων τῶν γυναικῶν καὶ πενθουσῶν ὡς νεκρὸν τὸν Χριστὸν, αὐτὸς ὁ παρ' αὐτῶν πενθούμενος δεσπότης, λαθὼν τῶν φυλάκων τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τὸν τάφον ἐσφραγισμένον καταλιπὼν, καὶ τούτου ὑπεκδραμὼν ὡς οἶδε μόνος αὐτός· ἄγγελον μετεστείλατο λέγων πρὸς αὐτόν· ἄπελθε πρὸς ταύτας τὰς γυναῖκας τὰς ἀνδρείας τὲ καὶ πιστάς· τὰς πενθούσας καὶ νομιζούσας ἔτι με νεκρὸν εἶναι, καὶ δίδαξον αὐτὰς ὡς νενίκηκα τὸν θάνατον, καὶ ζῶ καθάπερ ὁρᾷς. μετάστησον αὐτὰς ἐκ σκυθρωπότητος πρὸς φαιδρότητα. μετάθες τῇ σῇ δεξιᾷ τὸν λίθον, ὃν ἠσφαλίσαντο τῶν πολλῶν αἱ δεξιαί. πεῖσον αὐτὰς πόσα δύναται στρατιώτης εἷς ἔννομος βασιλέως ἐννόμου, κατὰ στρατιωτῶν τυραννικῶν ἀνόμων πολλῶν. εἰσάγαγε τὰς γυναῖκας εἰς τὸν τοῦ τάφου θάλαμον· ἵνα καταμαθοῦσαι τὸν τόπον τῆς ἑκουσίου μου νεκρώσεως, ἀνυμνήσωσί μου τὴν δύναμιν. φάνηθι καὶ

A gant portas ostendat? Ita mors, rebus loquebatur, non verbis.

VI. His porro ita gestis, ac Judæis una cum custodibus assidentibus monumento, [a] *Sero* [1] *sabbatorum, ex die quæ lucessit in primam sabbatorum*; cum jam dominica dies exceptura esset; *venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulcrum*. O res novas ac mirabiles! Primus Christi ducum Petrus, ancillæ veritus linguam, viventem negavit Dominum; imbecillimæque ac timidæ mulieres, prima statim luce adfuerunt, Magistrum suum honoraturæ. Venerunt videre sepulcrum. [2] Nondum enim accurate credebant sermoni resurrectionis. Ve- B nerunt videre sepulcrum, ut viso monumento aliquam mæroris consolationem captarent. Solet siquidem mæstos animos solari, conspectum sepulcrum ac provocatæ lacrymæ. Venerunt videre sepulcrum; ac accedebant quidem quantum cupiebant, sed non audebant propter metum Judæorum. Clanculum vero suffuratæ ingressum, unguenta sepulcro aspergebant, rursumque furtim recedebant; ac ita a longe stantes, oculosque lacrymis plenos in sepulcrum intendentes, gemitibus sibi & ululatibus videbantur fovere Dominum. Quandoque etiam adversus Judæos clamantes, voce submissa apud se querelas movebant, atque verba ejusmodi, ut videri potest, dicebant: *Quomodo talia adversus talem Dominum* C *patrare præsumsere, cui nihil criminis juste objicere possent? Quei non horruerunt, eum affigere cruci, quem sol fugit cruci affixum videns? Quei non timuerunt, eum morti tradere, qui nihil dignum morte fecisset? Quomodo nec post mortem satiati sunt in eum desævire, cui frustra insidiati essent? Esto, dum viveret, tanto in eum furore debacchati sunt; quid etiam post mortem monumento assident, nec sinunt propius beneficiis affectos accedere, ac liberius sepulcrum adorare; atque ut quisque pro ea quam accepit gratia, modicam aliquam in lacrymis vicem retribuat?*

VII. Cum sic mulieres lugerent ac Christum la- D mentarentur velut mortuum, Dominus ipse quem talibus prosequerentur lamentis, custodum latens oculos, ac relinquens sepulcrum signatum, seque illo substrahens, qua novit ipse ratione, Angelum misit verba ejuscemodi ad eum dicens: *Vade ad mulieres illas fortes atque fideles; ad mulieres, inquam, lugentes meque adhuc mortuum arbitrantes, ac doce eas, vicisse me mortem ac vivere, sicut vides. Earum transmuta animos a mæstitia ad lætitiam. Transfer tua dextera quem multorum dexteræ lapidem munierunt. Fac noverint quam multa possit unus ac legitimus miles, justi ac legitimi Regis adversus tyrannicos improbos multos milites. Induc mulieres in sepulcri thalamum, ut ubi locum ultro mi-* E *hi susceptæ a morte sepulturæ didicerint, meam potentiam laudent. Etiam militibus sepulcri custodibus*

a Matth. XXVIII. 1.

1. *Sero sabbatorum*] ὀψὲ σαββάτων. Velut tarde, ac longe jam transacto sabbato: ut jam satis in Joan. Thessalon.

2. *Nondum accurate credebant*] Primus iste ad monumentum accessus ad videndum, quemadmodum habet Matthæus, ex sola devotione, nulla infidelitate potuit esse; sed aliqua ad summum ignorantia circumstantiæ primæ resurrectionis intra diem tertium, cujus nullam Dominus distincte horam signasset. Videtur tamen Gregorius iis verbis universim notare infidelitatis. Nihil explicat quam intelligat alteram Mariam. Fuit forte & ipse in sententia Gregorii Nysseni, Chrysostomi &c. ut illa fuerit sancta Dei Genitrix: proindeque fuerit in sententia Origenis hom. XIII. in Lucam, Cyrilli, & Amphilochii homiliis de occursu: quam pietas Christiana non admittit: nisi forte ita infidelitas exponitur, ut absque ullo peccato, in sola velut inconsideratione ab absorbente dolore posita fuerit, ita Deo permittente ad auctiorem cruciatum ac meriti cumulum. Sic enim negativa ejusmodi infidelitas videri posset nec Mariam dedecere, per quam illa œconomiam suam ac martyrium acerbissimum compleret. Georgius Nicom. in Mariæ assiduitatem in Domini sepulcro, multis refellit eam de Maria Domini matre dicta Maria Jacobi, sententiam.

(α) Μετ' αὐτῆς] Forte deest ἡμέρας. ID.

τοῖς τῦ μνήματος φύλαξι φοβερός. κατάπληξον πάντας τῷ φόβῳ σȣ τῆς ὄψεως, ἵνα μάθωσιν ἐκ τῆς σῆς ἰσχύος, ὡς ἐκ ἐξ ἀσθενείας, ἀλλ' ἐκ φιλανθρωπίας θρασυνομένȣς αὐτȣ̀ς ὑπήνεγκα. σὺ συμβάδιζε φέρων ἐπὶ τȣ̃ ςόματος τῆς βασιλείας τὸ σύνθημα· κἀγὼ σὺν σοὶ παραγενόμενος, σαλεύσω πάλιν τὴν γῆν, ἵνα τῆς σῆς ἐπαγγελίας ὁ σεισμὸς συνήγορος γένῃ.

A *terribilis appare. Omnes adſpectus tui terrore perterre, ut ex tua noverint fortitudine, non ex imbecillitate, ſed clementia, eorum me facinus ſuſtinuiſſe. Tu ſimul incede,* [1] *regni teſſeram ferens in ore; unaque ego tecum veniens, iterum movebo terram, quo terræ motus annuntiationi tuæ patronus accedat.*

Κατέλαβε δὲ ταχέως τὸν δεσποτικὸν τάφον ὁ ἄγγελος· ȣ̓ γὰρ ἐτόλμησε παρακȣ̃σαι δεσπότȣ προστάξαντος. καὶ πρῶτον μὲν παραγενόμενος, ἐτίναξεν ἐκ θεμελίων τὴν γῆν, ἵνα τȣ̀ς φύλακας ἐξυπνίσας, ὑπὸ μάρτυσιν αὐτοῖς, εἴπῃ τὴν αἰτίαν δι' ἣν παραγέγονεν. εἶτα βλεπόντων αὐτῶν, ἀνεκύλισε τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τȣ̃ μνημείȣ, καὶ ἐκαθήσεν ἐπάνω αὐτȣ̃ καταγελῶν τῶν σιδηρῶν σφραγίδων, ὡς ἀσθενῶν, καὶ ἐπεμβαίνων τοῖς Ιȣδαίοις, ὡς λίθῳ πιςεύσασι τὴν ἀσφάλειαν. ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτȣ̃ ὡς ἀςραπή. ὅπου γὰρ νέφος ἁμαρτίας οὐκ ἐπισκιάζει, ἐκεῖ μορφὴ λαμπρότητος πολλή. καὶ τὸν ἔνδυμα αὐτȣ̃ λευκὸν ὡσεὶ χιών. ὧν γὰρ ἔμελλε κηρύττειν πραγμάτων, τȣ́των καὶ μορφὴν καὶ στολὴν ἀξίαν ἐκέκτητο. ἔδει γὰρ, ἔδει, τὸν τȣ̃ φαιδροῦ πράγματος ἄγγελον, ἐν ἅπασιν εἶναι φαιδρόν. καταπλήξας δὲ τῷ πολλῷ φόβῳ τȣ̀ς φύλακας, καὶ μικροῦ δεῖν πάντας τȣ̀ς παρόντας Ιουδαίους ποιήσας νεκρούς· τί δεδοίκατε, πρὸς αὐτȣ̀ς ἔλεγεν, ὦ φαρισαῖοι· τί τρέμετε, καὶ πεπτώκατε πάντες ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν καθάπερ νεκροί; ἐπ' ἐμοῦ τȣ̃ δούλου νεκροί· καὶ ἐπὶ τοῦ δεσπότου τολμηροί; ὁ ςρατιώτης ὤφθην ὑμῖν φοβερός· καὶ τῶν οὐρανῶν ὁ βασιλεὺς ἀκαταφρόνητος; ἑνὸς ἀγγέλου παρουσίαν ἀκινδύνως οὐ φέρετε· καὶ πῶς τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἀγγέλων, τὴν ἐνέργειαν ἀμβλύνειν ὑπολαμβάνετε; ἐμὲ τὸν οὐράνιον ἐργάτην, τὸν λίθον μετατιθέντα οὐ δυνάμενοι κωλύειν; πῶς τὸν τεχνίτην ὅλης τῆς κτίσεως βουλόμενον ἀνακτίσαι τοῦ σώματος αὐτοῦ τὸν ναὸν κωλύειν ἠδύνασθε; (a) τῷ δημιȣργήματι κωλύειν οὐκ ἰσχύοντες, πῶς ἀνταίρειν ἐπιχειρεῖτε τῷ ποιητῇ; ἀλλ' ἀνάςητε καὶ περιβλέψατε πανταχόθεν ἀκριβῶς· μὴ Πέτρος ἐςὶ νῦν μετ' ἐμοῦ; μὴ τῶν ἁλιέων τις κλέπτει σὺν ἐμοὶ τὸν νεκρόν; μὴ χρείαν ἔχει ὁ Θεὸς βοηθοῦ; μὴ δεῖται συνεργοῦ τινος ὁ Θεὸς λόγος, πρὸς τὴν ἀνάστασιν τῆς οἰκείας σαρκός;

VIII. Statim vero Angelus ad ſepulcrum dominicum venit: non enim auſus eſt non obedire præcepto dominico. Ut autem primum veniſſet, terram a fundamentis concuſſit, ut a ſomno excitatis cuſtodibus, ipſis coram teſtibuſque, cauſſam ſui adventus ediceret. Tum vero, videntibus illis B revolvit lapidem ab oſtio monumenti, ac ſedit ſupra illum irridens ſignacula ferrea ut imbecilla, Judæiſque inſultans tamquam qui cuſtodiam lapidi crediđiſſent. [a] *Erat autem adſpectus ejus ſicut fulgur.* Ubi enim non obumbrat nubes peccati, illic multa forma ſplendoris eſt. *Et veſtimentum ejus album ſicut nix.* Quarum enim rerum erat prædicator futurus, iis congruam ſpeciem ſtolamque habuit. Plane enim oportebat; par plane erat, ut lætæ rei nuntius, per omnia lætus appareret. Ubi porro nimio metu perterruiſſet cuſtodes, parumque abeſſet, ut ne velut mortuos præſentes omnes Judæos effeciſſet, ait ad illos: *Quid vos timetis, o Phariſæi? Quid tremitis, omneſque velut mortui in* C *facies concidiſtis? Ita ne, me coram ſervo, mortui; coram autem Domino feroces ac temerarii? Sic ne miles, vobis viſus ſum terribilis; Rex autem cælorum contemtibilis? Non poteſtis citra periculi anſam, militis unius præſentiam ferre; ac Angelorum creatoris, obſcuraturos vos ac retardaturos efficacitatem exiſtimatis? Qui me cæleſtem operarium minime potuiſtis probibere, ut ne transferrem lapidem; quomodo creaturæ totius artificem probibueritis, ut ne volens proprii corporis templum inſtauret? Qui creaturam nequidquam impedire valuiſtis, quomodo creatori reſiſtere tentatis? Ceterum ſurgite, ac accurate undique circumſpicite; Num modo Petrum ſocium habeam? Num piſcatorum aliquis, conjunctis mecum* D *operibus, furetur mortuum? Num Deus auxiliante egeat? Num Deus Verbum ad carnis ſuæ reſurrectionem cujuſquam operam neceſſariam habeat?*

Ταῦτα πρὸς φύλακας, καὶ τοὺς φαρισαίους ὁ ἄγγελος λαλήσας, καὶ τούτȣς καταλιπὼν ἐῤῥιμμένȣς καὶ τρέμοντας, ἐπέςρεψε πρὸς τὰς γυναῖκας τὸ πρόσωπον· καὶ πρῶτον μὲν, δέδωκεν αὐταῖς κατατρυφῆσαι βλέμματος ἡμέρȣ καὶ προσηνοῦς· ἔπειτα, τῶν ψυχῶν αὐτῶν τὸν φόβον ἐξέβαλε βοῶν πρὸς αὐτάς· μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς. ȣ̃τοι δειλιάτωσαν καὶ φοβείσθωσαν· ἐχθροὶ γάρ εἰσι καὶ πολέμιοι. ὑμεῖς δὲ, μὴ φοβεῖσθε· ἀλλὰ σκιρτᾶτε καὶ χαίρετε. ἄξια γὰρ ςεφάνων ἐπράξατε. μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· μιᾶς γὰρ δεσποτείας ἐσμέν· τὸν αὐτὸν δοξάζομεν κύριον. οἶδα ὅτι Ιησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε. ȣ̓κ εἶπεν, Ιησȣ̃ν τὸν νεκρόν· ȣ̓ γὰρ ἦν τότε νεκρός· ἀλλ' Ιησȣ̃ν τὸν ἐσταυρωμένον· τὸν δι' ὑμᾶς τοῦ σταυροῦ τὴν αἰσχύνην πατήσαντα. ζητεῖτε τὸν ἐπιζητȣ̃ντα τȣ̀ς ζητȣ̃ντας αὐτόν. ζητεῖτε τὸν ἐγγὺς ὄντα τῶν ἐπικαλουμένων αὐτόν. οἶδα ὅτι Ιησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὧδε· ȣ̓κ ἔστιν ὅπου νομίζετε· οὐκ ἔστιν

IX. Hæc ubi Angelus locutus eſſet ad cuſtodes ac Phariſæos, dejectos eos ac trementes relinquens, vultum ad mulieres convertit: ac primum quidem, leni obtutu ac blando recreavit; tumque ab animis depulit metum, ita inclamans: [b] *Nolite timere vos. Iſti paveant timeantque; quippe hoſtes ſunt ac inimici. Vos autem, nolite timere; quin immo, tripu-* E *dio gaudete: digna quippe coronis egiſtis. Nolite timere vos: Unius enim dominatui ſubjicimur: eumdem clarificamus Dominum.* [c] *Scio quia Jeſum crucifixum quæritis.* Non dixit, Jeſum mortuum: non enim tunc temporis erat mortuus; ſed, *Jeſum crucifixum; eum, qui veſtri cauſſa* [d] *crucis* [2] *confuſionem proculcavit. Eum quæritis,* [e] *qui quærit quærentes ſe: eum,* [f] *qui prope eſt invocantibus eum. Scio quia Jeſum quæritis crucifixum:* [g] *Non eſt heic: non eſt ubi putatis: non eſt quo loco poſitus jace-*

a Matth. XXVIII. 33. *b* Ibid. ℣. 4. *c* Ibid. ℣. 5. *d* Heb. XII. 2. *e* Prov. VIII. 17. *f* Pſalm. CXLIV. 18. *g* Matth. XXVIII. 6.

1. *Regni teſſeram*] τῆς βασιλείας τὸ σύνθημα. Puta fauſtam illam vocem, *Surrexit Dominus*, &c. quæ plane teſſera ſit novi regni Chriſti. ID.

2. *Confuſionem proculcavit*] πατήσαντα αἰσχύνην: quod ait Paullus Hebr. XII. 2. αἰσχύνης καταφρονήσας. ID.

(a) Τῷ δημιουργήματι] Forte, τὸ δημιούργημά τι. ID.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.



ὅπου κατέκειτο. τί λέγεις ὦ ἄγγελε; οὐκ ἔστιν ὧδε ὁ ἡμέτερος δεσπότης καὶ κύριος; οὐκ ἔστι τῶν ἡμετέρων δακρύων ἡ πρόφασις; μάτην αὐτὸν ἐπενθήσαμεν; μάτην αὐτῷ προσηνέγκαμεν τὰ ξένια τῶν νεκρῶν; οὐκ ἔστιν ὧδε; μετέθηκαν αὐτὸν πάλιν ἀλλαχόσε οἱ πονηροί; ἐφθόνησαν αὐτῷ καὶ τῆς ταφῆς, οἱ φθονήσαντες τῆς ζωῆς αὐτοῦ; οὐκ ἔστιν ὧδε; ἀλλὰ ποῦ ἐστιν; εἰπὲ ἡμῖν, δεόμεθά σου, ταχύ. στῆσον τρεμούσας ἡμῶν τὰς ψυχάς· μὴ τῷ πένθει πένθος ἐπιβάλλῃς ἕτερον. ὑπόδειξον ἡμῖν τὸν τόπον τοῦ ἐπιζητουμένου νεκροῦ, ἵνα δραμοῦσαι ταχέως ἐκεῖ, κενώσωμεν τὴν λύπην διὰ τῶν ὀφθαλμῶν.

A bat. *Quid hoc ais, o Angele? Non est heic Dominus noster ac herus? non est, nostrarum argumentum lacrymarum? Ergo frustra eum luximus? Frustra ei mortuorum xenia obtulimus? Non est heic? Ergo iterum eum alio maligni transtulerunt? Etiam sepulturæ honorem inviderunt, qui vitam inviderant? Non est heic? Ubinam vero est? cito, rogamus, edicito. Seda trementes animos nostros: ne luctui addere velis luctum alium: ejus nobis mortui locum ostende, quem quærimus, ut quantocius eo currentes, oculorum rivulis tristitiam vacuemus.*

Καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη· βούλεσθε μαθεῖν ποῦ ἐστιν ὁ ζητούμενος παρ᾽ ὑμῶν, καὶ πῶς ἀνέστη; ἐγὼ διηγήσομαι· διὰ τοῦτο γὰρ ἀπεστάλην πρὸς ὑμᾶς παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ παρ᾽ ὑμῶν ζητουμένου νεκροῦ, ἵνα καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ διδάξω, καὶ τὰς ὑμετέρας ψυχὰς θεραπεύσω, καὶ τὰ δάκρυα στήσω, καὶ πρὸς εὐφροσύνην ὑμᾶς ἐπάρω τῷ διηγήματι. ἠγέρθη καθὼς εἶπεν. ἠλήθευσε καὶ νῦν συνήθως ἡ ἀλήθεια, καὶ ἅπερ τοῖς λόγοις εἶπε, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπλήρωσεν. ἡ ἀθάνατος αὐτοῦ θεότης ἔμεινεν ἀθάνατος· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς τῆς σαρκὸς, τὸ θνητὸν αὐτοῦ σῶμα, τοῖς σωματικοῖς αὐτοῦ ὀφθαλμοῖς, τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον ἐδέξατο. ἀναπεσὼν γὰρ ἐκοιμήθη ὡς λέων βασιλικῶς· ἀναδραμὼν δὲ, προῆλθεν ἐντεῦθεν θεοπρεπῶς. οὐκ ἔγνωσαν οἱ φύλακες τοῦ φρουρουμένου τὴν πρόοδον· οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν πολεμούμενον κατιδεῖν ἀναστάντα. οὐκ ἐπέσχον αἱ σιδηραὶ σφραγίδες τοῦ δεσπότου τὴν ἔκβασιν. οὐκ ἐκώλυσεν ὁ τάφος τοῦ παντοδυνάμου τὴν ἔγερσιν. οὐκ ἴσχυσε καταδῆσαι τὸν μὴ δεδεμένον ταῖς ἁμαρτίαις, ὁ θάνατος. παρεχώρησεν ἄκων ὁ τύραννος, τῷ βασιλεῖ· αὐτὸς ὁ ᾅδης δειλιάσας ἐγένετο σύντρομος. οἱ πυλωροὶ τοῦ ᾅδου τὰς κλεῖς ῥίψαντες, καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, οὐκ ἐτόλμησαν οὐδὲν εἰπεῖν οὐδενὶ τῶν συναναστάντων αὐτῷ. ἠγέρθη οὖν καθὼς εἶπε. πῶς ὑμῖν διηγήσομαι τὰ ἀπόῤῥητα; πῶς κηρύξω τὰ νικῶντα πάντα λόγον καὶ νοῦν; πῶς ἑρμηνεύσω τῆς δεσποτικῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον; καὶ ὁ σταυρὸς μυστήριον· καὶ ὁ τριήμερος αὐτοῦ θάνατος μυστήριον· καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸν σωτῆρα, μυστήρια. ὥσπερ γὰρ ἐγεννήθη τῶν τῆς παρθενίας θυρῶν κεκλεισμένων, οὕτως ἀνέστη κεκλεισμένου τοῦ τάφου· καὶ ὥσπερ ἐγένετο πρωτότοκος ἐκ μητρὸς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἐγένετο πρωτότοκος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. ὥσπερ οὖν οὐκ ἔλυσε τὴν παρθενίαν τῆς παρθένου μητρὸς γεννηθεὶς, οὕτως οὐκ ἔλυσε τὰ σήμαντρα τοῦ μνήματος, ἀναστάς. οὔτε οὖν τὸν τόκον αὐτοῦ δύναμαι λόγῳ περιλαβεῖν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ μνήματος δρόμον ἰσχύω καταλαβεῖν. βλέπω τὸν τόπον τῆς ἀναστάσεως, καὶ προσκυνῶ τὴν ἀνάστασιν· οὐ πολυπραγμονῶ τὴν ἀνάστασιν. προσκυνῶ τὸν τόπον τοῦ θαύματος, εἰ καὶ μὴ καταλαμβάνω τὸν τρόπον τοῦ πράγματος. ἃ βλέπω, ταῦτα καὶ ὑμῖν ὑποδείκνυμι· δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ὅπου ἔκειτο κύριος. διὰ τοῦτο γὰρ τὸν λίθον τοῦτον μετέθηκα, οὐχ ἵνα χαρίσωμαι πύλην ἐξόδου τῷ Ἰησοῦ· οὐδὲ γὰρ ἐδέετο τῆς ἐμῆς βοηθείας ἡ πάντων βοήθεια· πρὶν γὰρ ἀποκυλίσαι τὸν λίθον, ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος, ὡς ἠθέλησεν, ἀνεπήδησεν· ἀλλ᾽ ἵνα τὸν τόπον ὑμεῖς καταμάθητε, καὶ τὸν ἀναστάντα Χριστὸν ἀνυμνήσητε. δεῦτε, ἴδετε τόπον ὅπου ἔκειτο ὁ κύριος. τέως τὸν τόπον θεάσασθε, καὶ κατὰ μικρὸν ὄψεσθε καὶ τοῦ τόπου τὸν ξένον καρπόν. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, ἐν ᾧ ὁ διάβολος ἐδέξατο καιρίαν τὴν πληγήν. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, ἐν ᾧ τῆς ὑμετέρας ἀναστάσεως ἐγράφη τὰ σύμβολα. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, ἐν ᾧ κατέκει-

X. At Angelus: *Vultis*, inquit, *scire, ubi sit* B *quem quæritis, ac quomodo resurrexit? Vobis ego referam: Propterea enim ad vos missus sum, ab ipso quem quæritis mortuo, ut & ipsius resurrectionem doceam, vestrosque curem animos ac lacrymas sistam, adque animi lætitiam ex narratione erigam.* [a] *Surrexit, sicut dixit. Nunc etiam solito Veritas verax fuit, & quæ verbis protulit, etiam opere implevit. Immortalis ejus divinitas, immortalis permansit; ac quo tempore caro mortua est, mortale corpus ejus corporeis suis oculis mortis somnum suscepit.* [b] *Recumbens enim dormivit ut leo regie; rediens vero, processit inde ut Deum decet. Non cognoverunt custodes, ejus quem custodiebant processum: minime siquidem digni erant, ut quem impugnabant, resurgentem viderent. Non probibuerunt signacula ferrea Domini exitum: nequi-* C *vit sepulcrum impedire resurrectionem Omnipotentis: non valuit mors eum vincire, qui minime peccatis vinctus fuisset. Loco, nolens tyrannus, Regi cessit. Infernus ipse pavens, terrore fuit correptus. Inferni janitores projectis clavibus, ac januis apertis, nulli quidquam ausi sunt dicere, eorum qui simul resurrexerunt. Surrexit igitur, sicut dixit. Quomodo vobis narrem arcana? Quo præconio celebrem, quæ sermonem omnem superant sensumque? Quomodo resurrectionis dominicæ sacramentum explicem? Etiam crux sacramentum est; triduana quoque ejus mors sacramentum; omnia denique spectantia ad Salvatorem, sunt sacramenta. Quemadmodum enim natus est clausis virginalibus claustris, ita & resurrexit clauso* D *sepulcro: ac sicut unigenitus Dei Filius, primogenitus factus est ex matre; ita resurgens, factus est* [c] *primogenitus* [1] *ex mortuis. Sicut ergo natus, haudquaquam matris Virginis virginitatem solvit; ita nec resurgens solvit signacula sepulcri. Neque igitur partum ejus sermone complecti possum, neque ejus e monumento valeo comprehendere cursum. Video resurrectionis locum, ac adoro resurrectionem; non curiosius resurrectionem exploro. Miraculi locum veneror, quamquam rei gestæ modum non comprehendo. Quæ video, ea quoque vobis commonstro:* [d] Venite, videte locum, ubi positus erat Dominus. *Propterea enim removi istum lapidem, non ut januam aperirem qua Jesus exiret: non enim egebat meo auxilio,* E *qui est universorum auxilium: ante quam enim revolverem lapidem, resilierat lapis ille summangularis pro sua voluntate; sed ut vos doceremini locum, ipsumque qui resurrexit Christum, laudibus celebraretis:* Venite, videte locum ubi positus erat Dominus. *Hactenus contuemini locum, brevi post etiam visuræ loci mirabilem fructum. Venite, videte locum, in quo diabolus letale vulnus accepit. Venite, videte locum, in quo vestræ resurrectionis symbola scripta sunt. Venite, videte locum, in quo mor-*

[a] Matth. XXVIII. 6. [b] Gen. XLIX. 9. [c] Coloss. I. 18. [d] Matth. XXVIII. 6.

1. *Primogenitus factus ex matre*] Ex Patre omnino Unigenitus, ex quo non possit nasci alius Filius: secus ex matre, ex qua nobis similis homo natus est. Ita docte Estius Matth. 1. Vide Coloss. I. 15. 16. in illud, *Primogenitus omnis creaturæ*. ID.

το νεκρούμενος ὁ θάνατος. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον ἐν ᾧ παρεὶς ὁ ἄσπορος κόκκος τοῦ σώματος, πολύχουν ἄσταχυν ἀθανασίας ἐβλάστησε. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, τὸν παντὸς παραδείσου τερπνότερον. δεῦτε, ἴδετε τὸν τόπον, τὸν πάσης βασιλικῆς παστάδος λαμπρότερον. δεῦτε, ἴδετε τὸν τάφον ἀφώνως βοῶντα τοῦ ταφέντος τὴν δύναμιν. παρακύψατε εἰς τὴν θήκην, τὴν γενομένην πύλην τῆς ἀφθάρτου ζωῆς. παρακύψατε εἰς τὸ σπήλαιον, ἀφ' οὗ πρὸς οὐρανὸν μετοικισθήσεσθε. παύσατε τοὺς στεναγμοὺς, καὶ τὰ δάκρυα. παύσασθε ζητοῦσαι τὸν ζῶντα μετὰ νεκρῶν. λέγετε κατὰ τοῦ θανάτου χορεύουσαι· ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; καὶ ταχὺ πορευθεῖσαι, εἴπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν B ὄψεσθε· ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν. ὁρᾶτε μὴ κρύψητε τὸ θαῦμα τῇ σιωπῇ. οὐ γὰρ ἀκίνδυνον δούλοις, δεσποτικῶν θαυμάτων σιγή. καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μνημείου μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. καὶ ἰδοὺ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν· ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε, ἰδοὺ εἶπεν ὑμῖν.

A tificata jacebat mors. *Venite, videte locum, in quo granum non satum solutum corpore, numerosam immortalitatis spicam germinavit. Venite, videte locum, paradiso omni jucundiorem. Venite, videte locum, regali omni triclinio splendidiorem. Venite, videte locum, muta voce clamantem ejus qui sepultus fuerat, virtutem. Paullisper in sepulcrum inspicite, quod vitæ incorruptibilis porta factum est. Paullisper in speluncam inspicite, unde transferemini in cælestes sedes. Temperate gemitus atque lacrymas: Ne jam ultra quæsieritis viventem cum mortuis: Dicite, gaudio salientes adversus mortem:* [a] *Ubi est mors aculeus tuus? ubi tua, inferne, victoria?* [b] Et cito euntes dicite discipulis ejus, quia surrexit B a mortuis: Et ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis: Ecce dixi vobis. *Videte ne miraculum silentio occultetis. Non enim servis extra aleam est, ut dominica siluerint miracula.* [c] Et cito exeuntes de monumento cum timore & gaudio magno cucurrerunt nuntiare discipulis ejus, quia surrexit a mortuis. *Et ecce præcedet vos in Galilæam; ibi eum videbitis: Ecce dixit vobis.*

Ταύτας τὰς γυναῖκας πρὸς δρόμον ὀξύτερον προτρέπον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐβόα διὰ τοῦ προφήτου Ησαΐου· γυναῖκες ἐρχόμεναι ἀπὸ θέας, δεῦτε· οὐ γὰρ λαός ἐστι ἔχων σύνεσιν. τρεχουσῶν δὲ τῶν μυροφόρων γυναικῶν φόβῳ καὶ πόθῳ πολλῷ, καὶ φιλονεικουσῶν ἀλλήλων περὶ τὴν κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ταχύτητα, καὶ C βουλομένης ἑκάστης πρώτης φθάσαι καὶ κομίσαι τοῖς ἀποστόλοις τὸ ἐμπιστευθὲν αὐταῖς εὐαγγέλιον· ἀθρόον ἐπιστὰς αὐταῖς ὁ σωτὴρ, ἐπεσφράγισε τοὺς λόγους τοῦ ἀγγέλου τῇ σφραγῖδι τῆς οἰκείας μορφῆς· καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐπτέρωσεν εἰπὼν αὐταῖς· χαίρετε. ἡ κατάκριτος Εὔα δεδικαίωται· ὁ ἐξόριστος Ἀδὰμ ἀνακέκληται· ἡ ἀπόφασις λέλυται· ὁ πονηρὸς ὄφις πεπάτηται· ὁ διάβολος καταπέπτωκεν· οἱ τοῦ διαβόλου συνήγοροι κατησχύνθησαν· οἱ πολέμιοι καθῃρέθησαν· Ἰουδαῖοι πενθοῦσιν ἀπαραμύθητα· Φαρισαῖοι θρηνοῦσι τὸ τόλμημα· ὁ σταυρὸς, ὁ ἐμὸς ὤφθη συνήγορος. ὁ τάφος, τῆς ἐμῆς δυνάμεως μάρτυς ἐγένετο· ὁ θάνατος τὴν ἧτταν ὁμολογεῖ· ἡ ἀθανασία τοῖς ἀνθρώποις ὑπογέγραπται. ἐν ἐμοὶ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀνακεD καίνισται· ἐν ἐμοὶ πάντες οἱ νεκρωθέντες ἀνέζησαν· ἐν ἐμοὶ βασιλεύει τὸ φύραμα· ἐν ἐμοὶ ἡ ἐμὴ εἰκὼν ἐστεφάνωται. οὗτοι τῆς τριημέρου μου ταφῆς οἱ καρποί· οὗτοι μου τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης στέφανοι· οὗτοι τῆς ἐμῆς βασιλείας οἱ βασιλικοὶ μαργαρῖται, οὓς ἐκ τοῦ βυθοῦ τοῦ ᾅδου λαβὼν, ἐκόμισά μου τοῖς ἐρασταῖς. ἐπὶ τούτοις οὖν χαίρετε· χορεύετε· ἀγαλλιᾶσθε· πανηγυρίζετε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς μαθηταῖς μου. βλέπετε πῶς ἀμνησίκακός εἰμι καὶ φιλάνθρωπος. ἀδελφοὺς καλῶ, τοὺς καταλιπόντας με παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ. οἶδα γὰρ μακροθυμεῖν ὑβριζόμενος· οἶδα φέρειν ἀγνωμονούμενος· οἶδα ταῖς ἀσθενείαις τῶν ἐμῶν φίλων συμπεριφέρεσθαι· οἶδα τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ δακρύοντας ἐλεεῖν E καὶ προσίεσθαι. ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, κἀκεῖ με ὄψονται. ἀπαγγείλατε τοῖς ἐμοῖς μαθηταῖς ἅπερ ὑμεῖς ἐθεάσασθε μυστήρια. πρῶται γίνεσθε τῶν διδασκάλων διδάσκαλοι. μαθέτω Πέτρος ὁ ἀρνησάμενός με, ὅτι F δύναμαι καὶ γυναῖκας ἀποστόλους χειροτονεῖν. ἀπελθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ ἴδωσι τὴν πενιχρὰν λίμνην, ἀφ' ἧς αὐτοὺς ἐπὶ τῶν λογικῶν ἰχθύων ἁλείαν ἠλίευσα. ἴδωσι τὴν λίμνην, ἀφ' ἧς αὐτοὺς [εἰς] τὴν τῶν ἀνθρώπων θάλασσαν μετεστράτευσα.

XI. Mulieres istas ad velociorem cursum adhortans Spiritus sanctus, clamabat per Isaiam Prophetam: [d] *Mulieres venientes a spectaculo, venite: non est enim populus habens intelligentiam.* Cum porro mulieres unguentiferæ multo cum timore ac desiC derio currerent, ac altera cursus velocitate præire alteri contenderet, velletque quælibet prima venire ac faustum nuntium qui creditus esset, ad Apostolos perferre; en tibi subito adstans Salvator sermones angelicos suæ ipsius formæ sigillo obsignavit; ac earum animis velut addidit alas, dicens eis: [e] *Avete. Rea Eva justificata est; revocatus est exsul Adam; soluta est sententia; proculcatus est malignus serpens; diabolus concidit; confusi sunt patroni diaboli; deleti sunt hostes; Judæi inconsolabiliter lugent; Pharisæi audax facinus lamentantur; crux se mihi patronam exhibuit; sepulcrum virtutis meæ testimonium tulit; mors confitetur se victam; immortalitatis jura subscripta sunt hominibus. In* D *me renovata est humana natura; in me revixerunt mortui omnes; in me concretio regnat; in me coronata est imago mea. Sunt hi triduanæ meæ sepulturæ fructus; hæc serta meæ adversus mortem victoriæ; hi regales imperii mei margariti, quos expiscatus ex inferni profundo mei amantibus attuli. Idcirco igitur gaudete; choros agite; exsultate; festum diem ac conventum agite: Ite, meis discipulis annuntiate. Videte ut sim immemor injuriarum ac clemens! Eos appello fratres, qui me dereliquerunt sub passionis tempus. Novi quippe injuria affectus ferre longanimis: novi, ingrati animi ac improbi vitia sustinere; novi me amicorum meorum infirmitatibus præbere facilem; novi flentes peccatores mise*E *ricordia prosequi ac recipere.* [f] Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam; ibi me videbunt. *Nuntiate discipulis meis quæ vos vidistis mysteria. Estote magistrorum primæ magistræ. Discat Petrus* F *qui me negavit, posse me etiam mulieres Apostolas creare. Eant in Galilæam; videantque vile stagnum ex quo ad rationalium piscium piscationem eos piscatus sum. Videant stagnum illud, unde eos ad hominum mare bello lacessendum assumsi.*

Ταῦτα πρὸς τὰς γυναῖκας ὁ κύριος ἐφθέγγετο. αὐτὸς δὲ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας τοῖς πιστεύουσιν ἀο-

XII. Hæc Dominus, mulieribus locutus est. Idem vero ipse, etiam nunc in piscina invisibiliter assi-


a Osee XIII. 14. I. Cor. XV. 59. *b* Matth. XXVIII 7. *c* Ibid. ℣. 8. *d* Isa. XX... 11. *e* Matth. XXVIII. 9.
f Ibid. ℣. 9.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.

ράτως ἐφίσταται· αὐτὸς περιπτύσσεται τοὺς νεοφωτίστους ὡς φίλους καὶ ἀδελφούς· καὶ λέγει πρὸς αὐτούς, χαίρετε. αὐτὸς εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἐμπίπλησιν αὐτῶν τὰς καρδίας καὶ τὰς ψυχάς. αὐτὸς τοὺς ῥυπῶντας ἀποπλύνει, τοῖς τῆς χάριτος νάμασιν. αὐτὸς τοὺς ἀναγεννωμένους χρίει τῷ μύρῳ τοῦ πνεύματος, αὐτὸς τροφεὺς αὐτῶν γίνεται καὶ τροφή· αὐτὸς παρέχει τοῖς οἰκείοις δούλοις τὸ πνευματικὸν σιτηρέσιον· αὐτὸς λέγει πρὸς πάντας τοὺς εὐσεβεῖς· λάβετε, φάγετε τὸν οὐράνιον ἄρτον· λάβετε τῆς ἐμῆς πλευρᾶς τὴν πηγὴν τὴν ἀντλουμένην ἀεὶ καὶ μὴ κενουμένην ποτέ. οἱ πεινῶντες, κορέσθητε· οἱ διψῶντες, μεθύσθητε μέθην σώφρονά τε καὶ σωτήριον. ἀλλ' ὦ βασιλεῦ τῶν οὐρανῶν· ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς· ὁ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων κύριος· ὁ τὴν κτίσιν ὡς θέλεις ἡνιοχῶν· ὁ τὴν B ἀνθρωπότητα χρηστότητι κυβερνῶν· ὁ τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν ἡμῖν δωρησάμενος, ἐλέησον ἡμᾶς ὡς ἠλέησας τὴν πόρνην· μὴ διώξῃς ἡμᾶς, ἐὰν θαῤῥήσαντες τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ, τολμήσωμεν χερσὶν ἁμαρτωλαῖς κρατῆσαί σου τὸ ἅγιον σῶμα. καὶ ὥσπερ οὐκ ἀπεδίωξας ἐκείνην τὴν ἁμαρτωλόν, τὴν πόρνην, ἁπτομένην τῶν ἀχράντων σου ποδῶν, ἀνάσχου καὶ παρ' ἡμῶν τῶν ἀναξίων κρατούμενος, καὶ ὡς φιλάνθρωπος περιποίησον πάντας ἡμᾶς· καὶ ὡς φιλάνθρωπος, σαγήνευσον καὶ ἡμᾶς εἰς τὸν φόβον τὸν σόν. ὥσπερ τὸν τρισμακάριον Παῦλον εἰς τὴν ἀποστολὴν, οὐρανόθεν ζωγρήσας, ἀπέστειλας, παρασκεύασον καὶ ἡμᾶς μετὰ καθαροῦ συνειδότος ἐπιτελεῖν τὴν ἡμέραν τῆς σοῦ τριημέρου καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως. σὺ γὰρ εἶ μόνος δεσ- C πότης ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀχράντῳ σου πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A stit fidelibus. Ipse recens baptizatos, ut amicos ac fratres amplexatur; aitque ad eos, *Avete*. Ipse eorum corda ac animos lætitia gaudioque implet. Ipse sordidos gratiæ fluentis abluit. Ipse regeneratos Spiritus sancti unguento ungit. [1] Ipse eorum & nutritius efficitur, & cibus. Suis ipse servis spiritale præbet congiarium. Universos pios ita affatur: *Accipite, comedite panem cælestem: Accipite mei lateris fontem, quem semper haurientes numquam evacuetis. Esurientes, saturamini. Sitientes, inebriamini sobria ebrietate ac salutari*. Enimvero, o cælorum Rex, qui in dextera sedes majestatis in excelsis; tu Dominus incorporearum Virtutum; qui creaturam pro nutu moderaris; qui humanam naturam bonitate regis; qui nobis diem hanc celebremque donasti conventum, nostri miserere, uti misertus es meretricis: ne nos repellas, cum de tua freti clementia, scelestis manibus sacrum tuum corpus tenere ausi fuerimus. Ac sicut non repulisti peccatricem illam meretricem, intemeratos tuos complexam pedes, etiam a nobis teneri sustine, universosque nos velut misericors ac clemens tuere: ut, inquam, clemens & misericors, etiam nos tui timoris sagena conclude. Quemadmodum ter beatum Paullum, cum de cælo eum venatu cepisses, ad apostolicum destinasti munus; ita & nos, pura tibi conscientia triduanæ tuæ ac vivificæ resurrectionis diem, fac celebrare. Tu quippe, solus es bonus Dominus ac clemens, Christe Deus noster; teque decet gloria & imperium cum intemeratissimo Patre tuo & vivifico Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.


1. *Nutritius & cibus*] Egregie pro Eucharistia. Paucis cuncta docte perstringit, quæ circa baptizandos & in baptismo, præcipua habet antiquus Ecclesiæ ritus, a Dionysio aliisque expositus.



*ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ

Δημηγορία πρὸς τὸν στρατόν.



GREGORII

ANTIOCHENSIS EPISCOPI

Oratio ad exercitum.

Interprete HENRICO VALESIO.

ΕΓὼ μὲν, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι τὴν προσηγορίαν D καὶ τὰ πράγματα, ᾤμην ἐκ παλαιοῦ τὴν ὑμῶν παρ' ἡμᾶς ἄφιξιν ἔσεσθαι, κοινωσομένων τὰ παρόντα, βουλήν τε ληψομένων ἣν ἡ πρὸς ὑμᾶς εὔνοια κατεπαγγέλλεται, τοῖς προλαβοῦσιν οὐκ ἐνδοιαστῶς βεβαιωθεῖσα, ὅτε τὸν ναυτικὸν ὑμῶν κλόνον καὶ τὸν ἐντεῦθεν σάλον, τοῖς ἐπιτηδίοις ἐδεξιούμεν. ἀλλ' ἐπεὶ μέχρι τοῦδε παρῶπται, ἴσως ἄνωθεν οὐκ ἐνδοσίμου γενομένου, ἵνα Πέρσαι μὲν τὴν Ῥωμαίων τέλεον ἀνδρείαν ἐκμάθοιεν, πρὸς ἀνδρῶν ἀστρατηγήτων ἐκπολεμηθέντες· ἡ δέ γε ὑμῶν ἀκραιφνὴς εὔνοια διὰ πάντων βεβαιωθείη, τῷ καιρῷ βασανισθεῖσα, καὶ τοῖς ἔργοις μαρτυρηθεῖσα. δεδείχατε γὰρ ὡς εἰ καὶ πρὸς τοὺς στρατηγήσαντας

I. EGo quidem existimabam, viri & nomine & rebus ipsis Romani, vos jam pridem ad me venturos esse, tum de his quæ acciderant, mecum communicaturos, tum ejusmodi capturos consilium *. quod mea erga vos benevolentia pollicetur. Quæ quidem superioribus officiis certissime confirmata est, tunc quum navalem vestrum tumultum & tempestatem inde excitatam, missis alimentis sublevavi. Sed quoniam hactenus id neglectum est, divina fortasse providentia ejus rei copiam minime tribuente, tum ut Persæ a viris duce destitutis superati, Romanorum fortitudinem penitus perspicerent, tum ut vestra in rempublicam sincera benevolentia opportuno tempore explorata & rebus ipsis comprobata

* Exstat apud Evagrium *Hist. Eccl.* lib. VI. cap. XII.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 578.

ὑμῶν τὴν λύπην ἐκληρώσασθε, οὐδὲν ὑμῖν τοῦ πολιτεύματος προυργιαίτερον. φέρε νῦν περὶ τῶν πρακτέων σκοπήσωμεν. βασιλεὺς ὑμᾶς προσκαλεῖται, πάντων τῶν ἡγησαμένων ἀμνηστίαν κατεπαγγελλόμενος, τὴν ἐς τὴν πολιτείαν ὑμῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν παρὰ τὸν πόλεμον ἀνδρείαν ἐς ἱκετηρίαν καὶ θαλλοὺς δεξάμενος· ταῦτα δοὺς ὑμῖν τῆς ἀφέσεως ἐνέχυρα πάντων ἀσφαλέστατα· καὶ φησίν· ὡς εἰ ὁ Θεὸς τῇ εὐνοίᾳ τὸ πλέον δέδωκε, καὶ τῶν ἁμαρτάδων ἐξωσθεισῶν ἡ ἀνδρεία διεφάνη, σαφὴς ἔλεγχος τῆς συγχωρήσεως γενομένη· πῶς οὐχ ἕψομαι τῇ θείᾳ κρίσει; καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὗ ἂν θέλῃ κλίνει αὐτήν. ὑπείξατέ μοι οὖν, ὦ Ῥωμαῖοι, τάχιστα· καὶ μὴ καταπροδῶμεν τὸν παρόντα καιρὸν, μηδὲ παρολισθεῖσοι διαμάρτων. μισεῖ γὰρ κρατεῖσθαι διαδραμὼν, καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε [1] παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται.

A omnibus modis confirmaretur. Perspicue enim declarastis, licet adversus duces vestros caussas doloris ac simultatis habeatis, nihil tamen republica antiquius vobis esse. Nunc igitur quid agendum sit consideremus. Invitat vos imperator, omnium præteritorum oblivionem promittens: vestram in rempublicam benevolentiam & in prœlio fortitudinem, tamquam ramos & verbenas supplicum suscipiens; & indulgentiæ suæ pignora omnium certissima vobis donans, quum ita dicit: Si Deus vestræ in rempublicam benevolentiæ victoriam concessit, & depulsis peccatis fortitudo vestra eluxit, quod certissimum est argumentum indultæ veniæ: quomodo ipse Dei præjudicium non sequar? [a] *Cor regis in manu Dei* B *est, & quocumque voluerit Deus, illud inclinat*. Obtemperate itaque mihi quam citissime, Romani: nec occasionem nobis oblatam dimittamus, nec elabi patiamur. Nam postquam effugerit, comprehendi se non patitur: & quasi indigne ferens quod neglecta fuerit, numquam se bis capi sinit.

Κληρονομήσατε οὖν τοὺς πατέρας τῆς εὐηκοΐας, ὥσπερ τῆς ἀνδρείας ἐκληρονομήσατε, ἵνα διὰ πάντων Ῥωμαῖοι δειχθῆτε, καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἅψηται μῶμος, ἢ νενοθευμένους παῖδας δείξῃ. ὑπὸ τοῖς ὑπάτοις καὶ βασιλεῦσι ταττόμενοι, οἱ ὑμᾶς φύσαντες, πειθοῖ καὶ ἀνδρείᾳ τὸ οἰκούμενον ἅπαν προσεκτήσαντο. Μάλλιος Τουρκουᾶτος τὸν παῖδα στεφανώσας ἀνεῖλεν, ἀνδρισάμενον μὲν, ἀπειθήσαντα δέ. τῶν γὰρ ἀγόντων [2] εὐβουλίᾳ καὶ τῶν ἀγομένων εὐπειθείᾳ μεγάλα πεφύκασιν ἀγαθὰ κατεργάζεσθαι· θάτερον δὲ τοῦ ἑτέρου χηρεῦον, χωλεύει τε καὶ περιτρέπεται, καὶ σφάλλεται πάντως, τῆς ἀρίστης ξυνωρίδος διαλυομένης. μὴ οὖν μέλλετε· πείσθητε δέ μοι, ἱερωσύνης βασιλείᾳ καὶ στρατῷ μεσιτευούσης· καὶ δείξατε ὡς οὐ τυραννὶς τὰ ὑμέτερα, ἀλλὰ δικαία πρὸς μικρὸν ἀγανάκτησις κατὰ τῶν ἀδικησάντων ὑμᾶς στρατηγῶν. εἰ γὰρ μὴ τὴν ταχίστην προσδράμοιτε, ἐγὼ μὲν ἐξοσιώσομαι καὶ τὴν ἐς τὴν πολιτείαν εὔνοιαν, καὶ τὴν ἐς ὑμᾶς φιλίαν. ὑμεῖς δὲ σκοπεῖτε ποῖα τῶν τυράννων τὰ τέλη. ποῖ γὰρ καὶ περανεῖτε τὰ παρόντα; ἀθρόους εἶναι, τῶν ἀδυνάτων. πόθεν γὰρ ἡ τῶν ὡραίων συγκομιδὴ, ἢ ὧν ἐς ἀντίληψιν ἡ θάλασσα τῇ ἠπείρῳ δίδωσιν, εἰ μή γε πολεμοῦντες Χριστιανοὺς, καὶ πολεμούμενοι, τὰ πάντων αἴσχιστα δράσοιτε καὶ πείσοισθε; καὶ ποῖ τὸ τέλος; σποράδες γενόμενοι βιοτεύσοιτε. αὐτόθεν παρὰ πόδας ἡ δίκη, συγγνώμην τοῦ λοιποῦ νέμειν οὐκ ἀνεχομένη. δόντες οὖν δεξιὰς, καὶ ἑαυτοῖς καὶ τῷ πολιτεύματι τὸ συνοῖσον σκοπήσωμεν, ὅτ' ἂν καὶ τὰς ἡμέρας τοῦ σωτηρίου πάθους, καὶ τῆς παναγίας ἀναστάσεως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ συνεπιλαμβανομένας ἔχωμεν.

II. Heredes estote obedientiæ majorum vestrorum, sicut fortitudinis eorum heredes fuistis; ut vos Romanos undecumque ostendatis, nec ulla reprehensionis nota nomini vestro inuratur, vosque degeneres esse filios arguat. Majores vestri sub consulum atque imperatorum regimine constituti, obedientia ac fortitudine orbem terrarum subegerunt. Manlius C Torquatus filium suum, qui fortiter quidem se gesserat, imperio tamen minime paruerat, coronatum securi percussit. Ducum enim prudentia & militum obedientia res maximæ perfici solent. Quod si alterum alterius ope destituatur, claudicat statim atque eversum labitur, disjuncto duarum illarum virtutum præstantissimo jugo. Nolite igitur amplius cunctari: sed mihi obtemperate, qui tamquam sacerdos, inter imperatorem & exercitum reparandæ concordiæ interpres sum. Ostendite nullam esse perduellionem in eo quod egistis, sed justam indignationem ad breve tempus susceptam adversus duces vestros, a quibus injuria affecti estis. Nisi enim quam celerrime ad imperatorem accurreritis, ego quidem D tum benevolentiæ quam debeo in rempublicam, tum meæ erga vos amicitiæ satisfacero. Vos vero considerate quæso, quinam sint exitus tyrannorum. Qua enim ratione præsentium rerum statum terminabitis? Ut in unum collecti permaneatis, fieri nullo modo potest. Unde enim fruges ad vos convehentur, aut ea commoda quæ mare continenti subministrare solet; nisi Christianis bellum inferentes, & ab iisdem vicissim bello appetiti, res omnium teterrimas faciatis ac sustineatis? Quis autem horum finis futurus est? Hac illac dispersi, vitam transigetis. Aderit e vestigio vindex justitia, non sinens ut veniam amplius consequamini. Datis igitur dextris, ea quæ & nobis & reipublicæ profutura sunt perpendamus: quando & salutaris passionis & sanctissimæ resurrectionis Dei nostri Jesu Christi festos dies, nobis ad id suffragantes habemus.

[a] Prov. XXI. 1.

1. Παρώφθη δύσληπτος] In optimo codice Florentino totus hic locus ita legitur: Καὶ ὥσπερ ἀγανακτῶν ὅτι γε παρώφθη, δύσληπτος εἶναι καθάπαξ οὐκ ἀνέχεται. Optime, dummodo disjunctis vocibus legamus δὺς ληπτὸς, quemadmodum legitur apud Nicephorum lib. XVIII. cap. XV. Facessat igitur Christophorsoni & Savilii conjectura, qui εὔληπτος hoc loco restituebant. VALES.

2. Εὐβουλίᾳ — εὐπειθείᾳ] Scribendum est procul dubio εὐβουλία — εὐπείθεια, absque subscripto. Id enim postulant leges grammaticæ: atque ita etiam legitur apud Nicephorum. ID.


SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΛΟΓΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

Λόγος εἰς τὰ βαΐα, καὶ εἰς τὸν πῶλον.



SANCTI PATRIS NOSTRI

EULOGII

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

Sermo in diem festum Palmarum, & in pullum asini.

Interprete FRANCISCO COMBEFISIO.

A I. Βασιλικὴν οἱ πιστοὶ σήμερον ἐπιδημίαν ἑορτάζοντες, θεοπρεπῶς τῷ βασιλεῖ ὑπαντήσωμεν. ὥρα λοιπόν· μὴ καθεύδωμεν· τὸν νοῦν πρὸς τὸν Θεὸν ἀνυψώσωμεν· τὸ πνεῦμα μὴ σβέσωμεν· τὰς λαμπάδας ἡμῶν φαιδρῶς ἐξανάψωμεν· τὸν χιτῶνα τῆς ψυχῆς ἐξαλλάξωμεν· τὰ βαΐα ὡς νικηφόροι βαστάξωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· μετὰ τῶν παίδων, ὡς οἱ παῖδες ὑμνήσωμεν· ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. ἰδοὺ γὰρ ἦλθεν· ἰδοὺ ἐπέφανεν· ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς ἐπέστη. πάλιν εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσέρχεται· πάλιν σταυρὸς εὐτρεπίζεται· πάλιν τοῦ Ἀδὰμ τὸ χειρόγραφον ῥήγνυται· πάλιν παράδεισος ἀνοίγεται· πάλιν λῃστὴς εἰσοικίζεται. πάλιν ἡ ἐκκλησία χορεύει. πάλιν ἡ πονηρὰ συναγωγὴ χηρεύει· πάλιν οἱ δαίμονες αἰσχύνονται· πάλιν οἱ Ἰουδαῖοι μαίνονται· πάλιν οἱ πιστοὶ διασώζονται. πάλιν τὰ τῆς B ἑορτῆς πάντα (α) τῆς ἑορτῆς κοινωνεῖ· πάντα τὸν δεσπότην ὑμνεῖ. οἱ οὐρανοὶ εὐφραίνονται· τὰ ὄρη ἀγάλλονται. οἱ ποταμοὶ κροτήσατε, προσέλθετε, βοήσατε, ὁρῶντες τὰ (β) ἡμῶν ῥήματα γενόμενα πράγματα. οἱ βουνοὶ σκιρτήσατε· οἱ ὄχλοι ἀλαλάξατε· τὰ νήπια ὑμνήσατε· μαθηταὶ κηρύξατε· ἱερεῖς λαλήσατε· θεολόγοι δοξάσατε· οἱ ἐν Σιὼν ὑπαντήσατε· τὰ ἔθνη συνάχθητε, τὰ οὐράνια, τὰ ἐπίγεια, τὰ καταχθόνια, πᾶσα ἀξία καὶ ἡλικία· πάντας γὰρ εὐεργετήσων ἔρχεται· πάντας ἐλεήσων ἐπέφανε· πᾶσι χαριζόμενος τὴν ἀγαλλίασιν. Θεὸς ὤν, γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. μετὰ τῶν δούλων ὁ δεσπότης· μετὰ τῶν χρεωφιλετῶν ὁ πληρωτὴς· μετὰ τῶν ἀσώτων ἡ σωτηρία· C μετὰ τῶν καταδίκων ὁ (γ) ἀγοραστής· μετὰ τῶν ἀπεγνωσμένων ἡ ἐλπίς· μετὰ τῶν κάτω κειμένων ἡ ἀνάστασις· μετὰ τῶν ἀγνωμόνων ὁ ἐλεήμων· μετὰ τῶν δραπετῶν ὁ (δ) ἐλευθερωτής· μετὰ τῶν ὑπευθύνων ὁ ἀνεύθυνος. μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ ἀναμάρτητος· πρὸς τοὺς ἀχαρίστους, ὁ ἀφθόνως πᾶσι χαριζόμενος.

QUI regium adventum, fideles, hodierna die celebremus, Regi, pro eo ac Deum decet, occurramus. [a] *Tempus est*; ne dormiamus: mentes ad Deum attollamus: [b] Spiritum ne exstinguamus: lampades nostras læte accendamus: animi tunicam mutemus: palmas ut victores gestemus: cum turba, turbæ in modum clamemus: cum pueris, puerorum instar canamus: [c] *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ecce enim venit: ecce apparuit: ecce Rex adstitit. Rursum Hierosolymam ingreditur: rursum crux præparatur; rursus Adami [d] chirographum rumpitur: rursum paradisus aperitur: rursum latro introducitur: rursum Ecclesia choros ducit: rursum improba synagoga viduatur: rursus dæmones confunduntur: rursus furunt Judæi: rursus fideles salvantur. In festi partem cuncta veniunt: cuncta Dominum celebrant. [e] *Lætantur cæli:* montes exsultant. [f] *Flumina plaudite:* accedite; clamate videntia [1] Prophetarum verba jam res esse facta. [g] *Colles gestite*: turbæ jubilate: infantes hymnos dicite: discipuli prædicate: sacerdotes loquimini: [2] theologi glorificate: incolæ Sion occurrite: gentes congregamini; cælestia, terrestria & inferna; omnis ordo & ætas. Venit enim erga omnes munificus: apparuit omnes miseraturus: universos gaudio imperiturus. Qui Deus esset, factus est homo, [h] *estque visus in terra, & conversatus cum hominibus.* Cum servis Dominus: cum debitoribus summus ac princeps erogator: cum perditis salus: cum damnatis redemtor: cum desperatis spes: cum dejectis erectio: cum scelestis misericors: cum fugitivis liberator: cum reis innocens: cum peccatoribus omni peccato vacans: cum ingratis, abundè in omnes liberalis.

a Rom. XIII. 9. *b* I. Thess. V. 19. *c* Matth. XXI. 9. *d* Coloss. II. 19. *e* Psalm. XCV. 11. *f* Psalm. XCVII. 8. *g* Psalm. CXIII. 4. *h* Bar. III. 38.

1. *Prophetarum verba*] Ita plane scripserit Eulogius: nihil enim τὸ, ἡμῶν, quadrat ut se ipse Prophetis accenseat, qui futura in Christo ejusque passione impleta prænuntiaverit. Ac neque τὸ, ὑμῶν, ut flumina referat, quæ nec ipsa Christi res prædixerunt, quamquam refertur eorum vox in Dei laudem effusa Psalm. XCII. 3. COMBEF.

2. *Theologi glorificate*] δοξάσατε· ut id ipsum fere incul- D cet quod præcesserat, ἱερεῖς λαλήσατε. Ipsi enim theologi ac doctores, qui sacerdotes, ac præcipue primi: nec auctor ad alios heic sermones provocat, quam laudis ac glorificationis. Insolens est quod reddidit interpres Cyrilli: *Theologi decernite*, nec aptum satis. Quid enim heic ad opiniones ac doctorum sententias? ID.

(α) Τῆς ἑορτῆς] Codex Oxon. τῇ ἑορτῇ.

(β) Ἡμῶν] Leg. προφητῶν.

(γ) Ἀγοραστής] Oxon. ἐλευθερωτής.

(δ) Ἐλευθερωτής] Oxon. δίκαιος.

Ἴδες, ἀγαπητὲ, τῆς ἑορτῆς τὸ μυστήριον; ἴδες τῆς παρούσης ἡμέρας τὰ θαύματα; χθὲς ἡ Βηθανία ἑώρταζε, σήμερον πᾶσα ἡ ἐκκλησία ἀπήλαυσε τῆς θεϊκῆς παρουσίας. χθὲς ἄλλῳ τὸ ζῆν ἐχαρίσατο· σήμερον αὐτὸς ἐπὶ τὸν θάνατον ἔρχεται. χθὲς ὁ τετραήμερος ἀνίστατο· σήμερον ὁ τριήμερος ἐφίσταται. τετραήμερον ἀνέστησε Λάζαρον, ἵνα τῆς ἐκ τεσσάρων στοιχείων συγκειμένης ἡμῶν φύσεως, τὴν κοινὴν ἀνάστασιν προπιστώσηται. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἡ Μάρθα περισπᾶται, τύπον τῆς νομικῆς λατρείας ἔχουσα· ἐνταῦθα δὲ, Μαρία τοῖς ποσὶ τοῦ δεσπότου προσκάθηται, τῆς ἐκκλησίας τὸ πρὸς αὐτὸν φίλτρον καὶ προσεδρείαν ὑπογράφουσα. καὶ ὁ πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα, διὰ τῶν πέντε τοῦ σώματος αἰσθήσεων, τὸν τετραήμερον Λάζαρον ἐν ταῖς δυσὶ τὸν ἕνα χαρισάμενος ἀδελφὸν, ἐκείνου μὲν τὰ δεσμὰ ἐπιτρέπει λυθῆναι· αὐτὸς δὲ νῦν παραγίνεται δεσμευθῆναι. καὶ παραγίνεται, οὐ σοβῶν, οὐδὲ θορυβῶν, οὐδὲ δυνάμεις, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας ἀοράτως δορυφορούσας περικείμενος· οὐκ ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ ἐπηρμένου καθήμενος· οὐ πτέρυξί τισι, καὶ πυριμόρφοις τροχοῖς, καὶ (α) πολυομματοις συγκαλυπτόμενος· οὐ σάλπιγξι, καὶ δυνάμεσι, καὶ τέρασι (β) κατασιωπῶντα, ἀλλ' ἐν ἀνθρωπείᾳ φύσει κρυπτόμενος. φιλανθρωπίας γὰρ ἡ παρουσία, οὐκ ἐξουσίας [συγχωρήσεως] οὐ δικαιοκρισίας· συγκαταβάσεως, οὐ κολάσεως. οὐκ ἐν τῇ τοῦ πατρὸς δόξῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ταπεινώσει τῆς μητρὸς ἐπιφαίνεται. τὴν παρουσίαν πόῤῥωθεν ἡμῖν ὁ θαυμάσιος Ζαχαρίας διηγόρευσε, καὶ πρὸς εὐφροσύνην συγκαλούμενος τὴν κτίσιν, εἰς πρόσωπον ὥσπερ τῆς ἐκκλησίας τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνακέκραγε, λέγων· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών. ταύτῃ τῇ φωνῇ καὶ Γαβριὴλ (γ) τῇ παρθένῳ κέχρηται, λέγων· χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ. τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς ταῖς γυναιξὶ κέκραγε, λέγων· χαίρετε· ἵνα μάθῃς, ὅτι διὰ τὴν πάλαι φωνὴν, ἣν ἡ Εὔα ἤκουσε· τὸ, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· διὰ τοῦτο πρὸς τὰς γυναῖκας, τὸ, χαίρετε ἀνεβόησε, καθὰ καὶ ὁ Ζαχαρίας ἐκήρυξε, λέγων· χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών· κήρυττε θύγατερ Ἱερουσαλήμ. τί τὸ κήρυγμα; εἰπὲ προφανῶς, ὦ προφῆτα. ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος Σιών· ὕψωσον τὴν φωνήν σου· τί λέγων τῇ Σιών; ἰδοὺ ὁ βασιλεὺς ἔρχεταί σοι πραΰς· πῶς; εἶπες τὴν παρουσίαν, εἰπὲ καὶ τὸν τρόπον. ἆρα ἐφ' ἁρμάτων καὶ ὀχημάτων; ἆρα μετὰ δυνάμεως, καὶ στρατοπέδων, καὶ τῆς λοιπῆς τῶν βασιλέων φαντασίας; οὐχί, φησιν. ἀλλὰ πῶς; ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον νέον. τί λέγεις; βασιλεὺς ποτὲ ἐπὶ πῶλον (δ) ἀναγῆ καὶ ἄδοξον καθήμενος παραγίνεται; ναί φησιν. οὐ γὰρ τὴν ἴσην ἔχων ἄλλοις ὑπεροψίαν ἔρχεται· ἀλλὰ τί; ἐν δούλου μορφῇ, ὡς νυμφίος, οὕτως πραΰς, καὶ ὡς ἀμνὸς ἥμερος καὶ ὡς σταγὼν ἥσυχη ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν, καὶ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὕτω παραγίνεται τὴν ἄλογον φορῶν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, καὶ ἐν ἀλόγῳ καθήμενος, παιδεύων ἀνθρώπους μὴ ἐπαίρεσθαι· καθαιρῶν δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὑψῶν ταπεινούς· πεινῶντας ἐμπιπλῶν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαποστέλλων κενούς· δώδεκά τινας, καὶ τούτους οἰκτροὺς συνεπομένους αὐτῷ φέρων, καὶ διὰ τούτων τὰ ἔθνη συγκαλούμενος. οὗτός ἐστιν ὁ ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ βλαστήσας κλάδος, ᾧ προσυπαντῶντες σήμερον τῶν Ἑβραίων οἱ παῖδες, κλάδους ἐλαιῶν ὡς ἐλεήμονι ἐπισείουσι, καὶ βαΐοις ὡς νικητῇ τοῦ θανάτου ἀνευφημοῦσι, καὶ λέγουσιν· ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. τί γάρ φησιν ὁ εὐαγγελιστής;

Καὶ ἐγένετο ὅτε ἤγγισεν ὁ Ἰησοῦς εἰς Βηθφαγῆ

II. Vidistin', cariffime, festivitatis mysterium? Vidistin' præsentis diei miracula? Heri Bethania festum diem agebat; hodie cuncta Ecclesia divina fruitur præsentia. Heri vitam alii largitus est: hodie ipse ad mortem venit. Heri quatriduanus ille excitatus est; hodie triduanus adest. Quatriduanum Lazarum ad vitam revocavit, ut humanæ naturæ ex elementis quatuor compositæ communem resurrectionem prævie confirmaret. Enimvero illic quidem Martha distrahitur, legalis cultus figuram gerens: heic autem Maria Domini pedibus assidet, Ecclesiæ in eum amoris vim ac assiduitatem præferens. Quique ante sex dies Paschæ per quinque corporis sensus quatriduanum Lazarum, unum in duabus fratrem largitus, illius vincula solvi jubet: ipse nunc venit vincula experturus. Venit autem, non cum turba aut tumultu; neque Virtutes, ac Principatus, Potestatesque undique invisibiliter satellitio circumfusas habens: non [a] *sedens in throno excelso & elevato:* non alis quibusdam ac igniformibus rotis & multioculis contectus; non tubis ac virtutibus, prodigiisque concutiens omnia territansque; sed in humana occultatus natura. Benignitatis enim adventus est, non potestatis: indulgentiæ, non districtionis; condescensionis, non ultionis. Non in Patris gloria apparet, sed in matris humilitate. Eum nobis adventum dudum prædicans Zacharias, universaque creata ad lætitiam provocans, velut in Ecclesiæ persona ad Hierusalem clamavit, dicens: [b] *Gaude vehementer filia Sion.* Hac quoque Gabriel voce usus ad Virginem ait: [c] *Gaude gratiosa, Dominus tecum.* Hac & Salvator ipse, cum a mortuis surrexisset, mulieribus inclamavit, dicens: [d] *Gaudete:* ut intelligas, idcirco quia olim Eva audiisset: [e] *In doloribus paries filios*; voce illa, *Gaudete*, mulieres compellasse, quemadmodum & Zacharias prædicavit, dicens: *Gaude vehementer filia Sion: prædica filia Jerusalem.* Quodnam præconium? expone palam, o propheta. [f] *Super montem excelsum ascende, qui evangelizas Sion: exalta vocem tuam.* Quid dicturus Sion? *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Quomodo? Adventum dixisti; modum expone. An in curribus ac vehiculis? An cum copiis ac exercitibus, equitibusque ac reliquo regum apparatu? Nequaquam, inquit. Quei ergo? *Sedens super asinam & pullum novum.* Quid ais? Rex ne umquam venit immundo ac ignobili invectus pullo? Ita, inquit. Non enim cum eo fastu venit, quo ceteri. Quid ergo? In servi forma, ut sponsus, [g] mitis ille ac agnus mansuetus; & sicut stilla placida in vellus: & sicut ovis ad occisionem, atque ut agnus innocens qui adducitur ad victimam; ita venit irrationalem hominis indutus naturam, & bruto insidens, docens homines ne efferantur: [h] *deponens potentes de sedibus, & exaltans humiles: esurientes replens bonis, & divites dimittens inanes:* duodecim, eosque miserabiles in suo comitatu habens, per quos gentes convocet. Hic est ramus ille qui germinavit ex Jesse, cui hodie occurrentes pueri Hebræorum ramos olivarum ut misericordi prætendunt, palmisque ovant tamquam victori mortis, ac dicunt: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini.* Quid enim ait Evangelista?

III. [i] *Et factum est cum appropinquasset Jesus ad*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

[a] Isa. VI. 6. [b] Zach. IX. 9. [c] Luc. I. 28. [d] Matth. XXVIII. 9. [e] Gen. III. 16. [f] Isa. XL. 9. [g] Isa. LIII. 7. seqq. [h] Luc. I. 52. 53. [i] Luc. XIX. 29-31. Matth. XXI. 1-3. Marc. XI. 1-3.

(α) Πολυομμάτοις] Oxon. πολυόμμασι.
(β) Κατασιωπῶντα] Leg. κατασείων πάντα.
(γ) Τῇ παρθένῳ] Oxon. πρὸς τὴν παρθένον.
(δ) Αναγῆ — παραγίν.] Oxon. παραγίνεται καὶ ἄδοξῳ καθήμενος.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

καὶ εἰς Βηθανίαν, πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον ἐλαιῶν, A ἀπέστειλε δύο τῶν μαθητῶν αὐτοῦ λέγων· ὑπάγετε εἰς τὴν κατέναντι κώμην, καὶ εἰσερχόμενοι εἰς αὐτὴν, εὑρήσετε ὄνον καὶ πῶλον νέον, ἐφ᾽ ᾧ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐκάθισε· λύσαντες αὐτὸν ἀγάγετέ μοι· καὶ ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, ἐρεῖτε, ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει. εἶτα ἄγουσιν εἰς ἔργον τὸν τοῦ λόγου λόγον, καὶ ἤγαγον τὴν ὄνον, καὶ τὸν πῶλον, καὶ ἐπέθηκαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκάθισεν ὁ Ἰησοῦς. τύπος μὲν οὖν ἡ κατέναντι κώμη τοῦ βίου τοῦ παρόντος, ἀντικρὺ γάρ ἦν, καὶ οὐ πλησίον τοῦ Θεοῦ. ὅτε οὖν ἤγγισε πλησίον ταύτης τῆς κώμης· ὅτε σαρκωθεὶς γέγονε μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεὸς, τότε λοιπὸν ἀποστέλλει τοὺς δύο μαθητάς· ἤγουν τὰς δύο διαθήκας· ἀγαγέσθαι αὐτῷ τοὺς δύο λαούς· τὴν παλαιὰν B ὄνον, καὶ γεγηρακυῖαν συναγωγήν· καὶ τὸν νέον πῶλον, καὶ τὸν ἀγύμναστον τῶν ἐθνῶν λαόν. διὰ δὲ τοῦ κατέναντι εἰπεῖν, σημαίνει, ὅτι τὸν κατέναντι τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου κατοικισθέντα, ἔπεμψε λῦσαι τοῦ ἐπιτιμίου, καὶ πρὸς οὐρανὸν καλέσασθαι· ὃν ἀνασωζόμενον λοιπὸν ὁρῶντες οἱ πάλαι προφῆται, ἀπόστολοι, καὶ ἱεροκήρυκες, τὸν ἐπὶ τὸ ἑκούσιον πάθος ἐν Σιὼν, ἐκ τοῦ ἄνωθεν ὄρους ἑαυτὸν ταπεινώσαντα, ἱεροπρεπῶς προσυπαντῶσι, καὶ τὰς θεολέκτους αὐτῶν φωνὰς ὡς ἐμψύχους οἱονεί πως ἐλαιῶν κλάδους εὐφημικῶς ἀναμέλπουσιν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.

Bethphage ac Bethaniam ad montem qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos dicens: Ite in castellum quod contra est, in quod introeuntes, invenietis asinam [1] *& pullum novum, supra quem nemo hominum sedit. Solvite illum, & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicetis: Quia Dominus eo opus habet.* Tum illi Verbi mandatum exsequuntur, ac asinam ac pullum adducunt; imposueruntque ei vestimenta sua, & sedit Jesus. Sane vero castellum illud contra positum, vitæ præsentis typum gerit. Quippe contra erat ac opposita, non prope Deum. Postquam igitur appropinquavit huic castello; cum nimirum assumta carne factus est [a] *Nobiscum Deus*, tunc demum mittit duos discipulos suos; id est duo testamenta, ut adducant sibi duos populos; veterem asinam, ac exsoletam synagogam; pullumque juvenem, ac inexercitatum & rudem populum gentium. Dicendo autem *contra*, significat misisse solutum pœna, ac vocatum in cælum eum qui in adversa parte [b] paradisi deliciarum positus erat: quem deinceps salutem adeptum videntes antiqui Prophetæ Apostolique ac sacri præcones, ei qui se ad spontaneam passionem in Sion ex superno demisit monte, sacra quadam pompa occurrunt, divinasque suas voces ceu quodammodo animatos olivarum ramos faustis omnibus submittentes, canunt: *Benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis.*

C

Τί λέγεις; ἐπὶ πώλου οἰκτροῦ καθήμενον ὁρᾷς, καὶ ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις βοᾷς; μορφὴν δούλου βλέπεις, καὶ ἐν ὀνόματι κυρίου, Θεὸν κύριον λέγεις; ναί φησιν· ἐπὶ πῶλον καθέζεται, καὶ τοῦ πατρικοῦ κόλπου οὐ χωρίζεται· ὑπὸ παίδων ὑμνεῖται, καὶ ἄνω ὑπὸ Σεραφὶμ θεολογεῖται· εἰς Ἱερουσαλὴμ εἰσέρχεται, ἀλλὰ τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ οὐ κατέλιπε. καὶ ὁρᾷ τοῦτον ἅμα, καὶ ὑπαντᾷ, καὶ βοᾷ Ἰωάννης· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. καὶ ἄλλος· ἰδοὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἰδοὺ κύριος, αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς, (α) δι᾽ οὗ ὀφθαλμοὶ τυφλῶν ἠνοίχθησαν σήμερον. ὁ μὲν πρὸς ἀνατολὰς τῷ δεσπότῃ βοᾷ· ἰδοὺ ἄνθρωπος, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ· καὶ ἄλλος πρὸς δύσιν διακελεύεται· D ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ δυσμῶν, κύριος ὄνομα αὐτῷ. ὁ μὲν λέγει· ἐξεγέρθητι βορρᾶ. ὁ δὲ βοᾷ· ἔρχου νότε. Δαβὶδ δὲ, περιεκτικώτατον καὶ σταυροφανώτατον, συγκαλεῖται τὸ κήρυγμα, ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν, καὶ βορρᾶ, καὶ θαλάσσης. Ἱερεμίας ᾄδει, ὡς δακτύλῳ τινὶ τοῖς ἔθνεσι δεικνύων τὸν ἐρχόμενον, καὶ λέγων· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης. μετὰ δὲ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ὁ μὲν πρὸς τὴν Ἱερουσαλὴμ λέγει· τέρπου καὶ εὐφραίνου θύγατερ Σιών. ὁ δὲ τοῖς παισὶν ἐπιτρέπει· αἰνεῖτε παῖδες κύριον. οἱ παῖδες ἀποκρίνονται· ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. E

IV. Quid ais? Misero pullo insidentem vides, clamasque, *Hosanna in altissimis?* Formam servi aspicis, atque in nomine Domini, Deum Dominum dicis? Plane, inquit: sedet super pullum, nec separatur a Patris sinu: laudatur a pueris, inque cælis Deus a Seraphim prædicatur: Hierusalem ingreditur, nec tamen relinquit supernam Hierusalem. Videt eum, moxque occurrit ac clamat Joannes: [c] *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi*: Et alius: [d] *Ecce Deus noster: ecce Dominus; ipse veniet & salvabit nos;* per quem hodie oculi cæcorum aperti sunt. Unus quis ad orientem clamat Domino: [e] *Ecce homo, Oriens nomen ei.* Alius ad occidentem jubet: [f] *Iter facite ei qui ascendit super occasum; Dominus nomen illi.* Atque hic quidem ait: [g] *Surge Aquilo.* Ille clamat: *Veni Auster.* David autem summa complexione, [2] ac perspicue omnibus partibus crucem explicans, prædicationem convocat ab oriente & occidente & aquilone & mari. [3] Jeremias velut quadam digiti indicatione venientem monstrans gentibus, canit dicens: [h] *Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Adinvenit omnem viam scientiæ. Post hæc autem, in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Ait quidam ad Hierusalem: [i] *Gaude & lætare filia Sion.* Alter pueros hortatur: [k] *Laudate pueri Dominum.* Pueri respondent: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini.*

a Matth. I. 2. b Gen. III. 23. c Joan. I. 29. d Isa. III. 4. e Hach. V. 12. f Psalm. LXVII. 5. g Cant. IV. 6. h Baruch III. 36-38. i Zach. II. 10. k Psalm. CXII. 1.

1. *Et pullum novum*] πῶλον νέον. Juxta LXX. sive illi ita scripserint, sive factum est vitio scribarum ἀντὶ τοῦ πῶλον ὄνου· *pullum asinæ:* quomodo legerunt Evangelistæ, & habent Hebræa. Male edita ex Oxon. pro ἐφ᾽ ᾧ· quod sequitur, refertque solum pullum, qui solus ut juvenis necdum sarcinas aut quemquam hominum portaverat, repræsentant, ἐφ᾽ ὧν· referendo etiam asinam, tamquam ipsa quoque neminem umquam gestasset, quod & reddit interpres: *quibus nemo hominum sedit*: contra quod ipsa res clamat, ac indicant Matthæus & Lucas. COMBEF.

2. *Ac perspicue omnibus partibus crucem explicans*] Longa hac paraphrasi conor reddere τὸ σταυροφανώτατον· nec video quid auctor aliud eo velit, quam ut crux quatuor extremis suis, quatuor velut mundi partes designet, a quibus omnibus David uno contextu prædicationem convocet. Haud certe placet quod reddidit interpres Cyrilli: *ac veluti septo comprehensis omnibus*: quo modo est durior metaphora, nec sit facile talem ejus vocis usum ostendere; quidquid sit de voce σταύρωμα· apud Plutarchum & alios. ID.

3. *Hieremias*] Liber Baruch, ceu appendix quædam ad Jeremiæ librum, ipsius heic Jeremiæ dicitur. Etiam sanctus Basilius Seleuciensis Orat. in sanctam Deiparam, Jeremiam citat in Baruch: sicque potuit Eulogius citare. ID.

(α) Δι᾽ οὗ] Oxon. διό.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

A ὁ ὑμνῳδὸς τούτων ἀκούσας, τῷ δεσπότῃ βοᾷ· ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. ὁ δεσπότης τοῖς λαοῖς ἐπιτρέπει· ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με. καλῶς ἠκολούθησαν τῇ φωνῇ τῆς Ελιζάβετ οἱ παῖδες. ἐκείνης γὰρ τῇ παρθένῳ καὶ θεοτόκῳ εἰπούσης· εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· αὐτοὶ τῷ ἐξ αὐτῆς γεννηθέντι λέγουσιν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. τί ἐστιν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου; ὁ ἐρχόμενος· πόθεν; ἐξ οὐρανοῦ, ἢ ἐκ τῆς παρθένου; ὁ ἐρχόμενος, καὶ προερχόμενος· ποῦ; ἐπὶ τὸ πάθος. ἐν ὀνόματι κυρίου· τοῦ πατρὸς δηλονότι, καθάπερ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω.

B Ιδες δόγμα (α) θεολόγων ἐξ ἀπειρολόγων παίδων; οἱ παῖδες τὸν δεσπότην τῆς κτίσεως, (β) [ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως] ἐγνώρισαν· οἱ δὲ πατέρες αὐτῶν ἠγνωμόνησαν. οὗτοι ὡς Θεὸν ὕμνησαν, καὶ ἐκεῖνοι ὡς ἐχθρὸν ἐσταύρωσαν. οὗτοι, ὡσαννὰ ψάλλουσι· ἐκεῖνοι σταυρωθήτω κράζουσιν. ἡ νέα καὶ ἀδαὴς ἡλικία σοφίζεται, καὶ οἱ φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν καὶ σκοτίζονται. οἱ παῖδες τὰ ἑαυτῶν ἱμάτια ὑπέστρωσαν, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, τὰ ἱμάτια αὐτοῦ διεμερίσαντο. οὗτοι τοὺς ἑαυτῶν χιτῶνας ἐκδύονται, τὴν τῆς συναγωγῆς γύμνωσιν προμηνύοντες· ἅμα τε καὶ ἡμᾶς ἐκδύεσθαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ Χριστῷ ὑποταγῆναι ὑποδεικνύοντες· [(γ) ἐκεῖνοι περὶ τοῦ χιτῶνος αὐτοῦ ἔλαχον.] οἱ παῖδες τὸν Χριστὸν μετὰ βαΐων ὑποδέχονται· οἱ πατέρες πρὸς αὐτὸν μετὰ μαχαιρῶν καὶ C ξύλων ἔρχονται. οὗτοι εὐλογοῦσιν· ἐκεῖνοι βλασφημοῦσιν. οὗτοι ὡς ἄρνες ποιμένα ἐδέξαντο· ἐκεῖνοι ὡς λύκοι τὸν ἀμνὸν ἐσφαγίασαν. οἷον ἦν εἰκὸς ξένον καὶ παρὰ φύσιν τὸ θέαμα, ἰδεῖν νήπια θηλάζοντα ἐν ἀγκάλαις μητέρων γαλουχούμενα, τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ τὸν μαζὸν τῆς ἑαυτῶν μητρὸς κατέχοντα· τῇ δὲ [δευτέρᾳ], ᾧ ἐκ παρθένου μητρὸς τεχθέντι Θεῷ, τοὺς κλάδους τῶν βαΐων ἐπισείοντα, καὶ γάλα μητρικὸν, καὶ δόγμα δεσποτικὸν ἐκ τοῦ στόματος προχέοντα· καὶ (δ) πρὸ τῶν λόγων, τῷ Θεῷ λόγῳ καρπὸν χειλέων προσαναφωνοῦντα, καὶ λέγοντα· ὡσαννά· τοῦτ᾽ ἔστι, σῶσον δή· ἐν τοῖς ὑψίστοις.

D Τίς ὁ παιδεύσας ὦ παῖδες; τίς ὁ σοφίσας; τίς ὁ πρὸ καιροῦ τοῦ λόγου, τὸν λόγον μυσταγωγήσας; καὶ παρέστω (ε) Ιουδαῖος ὁ ἀχάριστος· παρέστω μοιχαλὶς ἡ συναγωγή. εἰπὲ, ὦ Ιουδαῖε, οὐχὶ Χριστὸν ἡμῖν ἅπαντες οἱ προφῆται ἐρχόμενον ἐκήρυξαν; ναί φησιν· τὸ δὲ ἀμφιβαλλόμενον τοῦτό ἐστιν (ζ). ἦλθεν· ἢ οὔπω; οὔπω, φησί. καλῶς. ἴδωμεν οὖν τὸ τοῦ ἐρχομένου ἀξίωμα, καὶ τότε γνωσόμεθα, εἰ ἦλθεν, ἢ οὔπω. Θεὸν τὸν ἐρχόμενον λέγεις, ἢ ψιλὸν ἄνθρωπον; ψιλὸν ἄνθρωπον, φησὶν, ὡς τὸν Δαβίδ· ἢ αὐτὸν τὸν Δαβίδ; ὡς τὸν Δαβίδ. ὦ σοφιστὰ τῆς κακίας! ὦ ἀσύνετε τῇ καρδίᾳ! πῶς οὖν αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, κύριον παρὰ κυρίου τὸν ἐρχόμενον λέγει; καθὼς ἀρτίως τῶν σῶν παίδων ἀνυμνούντων ἤκουσας· εὐλογημένος ὁ ἐρ- E χόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέ-

A Iis Psaltes auditis Domino clamat: [a] *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem*. Dominus populis præcipit: [b] *Sinite parvulos venire ad me*. Recte pueri affectati sunt vocem Elisabethæ. Nam dicente illa Virgini ac Deiparæ: [c] *Benedictus fructus ventris tui*; ajunt illi ejus Filio: *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Quid est; *Benedictus qui venit in nomine Domini? Qui venit*. Unde? De cælo, aut ex Virgine. *Qui venit*, & procedit. Quo? Ad passionem. *In nomine Domini*: Patris nimirum, quemadmodum ipse quoque Christus dicebat: [d] *Ego a Patre exivi, & ad Patrem meum vado*.

B V. Vidisti theologorum dogma a rudibus sermonis pueris? Pueri, creaturæ Dominum [1] ex ipsa natura agnoverunt; eorum autem patres ingrati exstiterunt: Hi laudaverunt ut Deum; illi ut inimicum crucifixerunt: Canunt hi *Hosanna*; clamant illi, *Crucifigatur*. Juvenilis ac rudis ætas sapiens efficitur; iique [e] *qui se dicunt sapientes, stulti facti sunt*, ac tenebris offunduntur. Pueri suas vestes substraverunt; eorumque patres, ejus vestes partiti sunt. Hi tunicas suas exuunt, synagogæ nuditatem præsignantes; simulque nobis quoque operæ pretium exuere veterem hominem ac Christo subjici exemplo monstrantes: illi [f] sortiti sunt de ejus tunica cujus foret. Pueri cum ramis palmarum Chri- C stum suscipiunt; patres in eum gladiis ac lignis instructi procedunt. Hi benedicunt; illi blasphemant. Hi velut agni novelli Pastorem susceperunt; illi tamquam lupi Agnum jugularunt. Quam plane admirabile ac præter naturam spectaculum illud lactentium infantum, maternis in ulnis sugentium ubera, una quidem manu tenentium matrum mammam, altera autem nato Deo matre Virgine protendentium ramos palmarum, lacque maternum ac dominicam doctrinam ab ore fundentium: necdumque concesso verborum usu, Deo Verbo labiorum acclamantium fructum, ac dicentium, [2] *Hosanna*: hoc est; *Salva quæso*, qui es in altissimis.

D VI. Quis vos, o pueri, docuit? Quis vobis sapientiam indidit? Quis necdum per ætatem libero sermonis usu, secretiori doctrina ad sermonem formavit? Accedat ingratus Judæus; adsit synagoga adultera. Dic sodes, Judæe, nonne Prophetæ omnes Christum nobis venturum prædicavere? Plane, inquit: quod autem in dubium vertitur, illud est, An venerit. Venisse ais, an nondum venisse? Nondum, inquit. Præclare. Videamus ergo venturi dignitatem; tumque intelligemus, an adhuc venerit, nec ne. Deum ne dicis eum qui venit, an nudum hominem? Nudum, inquit, hominem, similem Davidi. An ipsum Davidem? Davidi similem. O maligne cavillator! O insipiens corde! Quomodo E igitur David ipse, Dominum a Domino venientem dicit? quemadmodum paullo ante pueros tuos au-

a Psalm. VIII. 3. b Matth. XIX. 14. c Luc. I. 42. d Joan. XVI. 16. e Rom. I. 22. f Joan. XIX. 24.

1. *Ex ipsa natura*] ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως· Accipit naturam, non ut distinctam contra gratiam ac affusum animo cæleste lumen, in quo pueri Messiam & Regem Israel agnoverunt; sed ut contra externam ac hominum doctrinam: quomodo etiam loquitur Paullus ad Rom. II. 14. dum ait gentes facere *natura*, φύσει· quæ sunt legis: Spiritu sancto velut instinctu movente, atque ad legis opera, sine lege ac externa insinuatione formante. COMBEF.
2. *Hosanna*] Bene Cyrillus: σῶσον δή· haud ita Cyrilli interpres, *Salva nos*: cum potius fuisset dicendum, *Salva eum*. Est enim populi votum in Christum ceu Regem ac Messiam; perinde ac si dixissent, *Vivat Rex*. Sumtum est ex illo Psalmi CXVII. 25. *O Domine salvum me fac*, cet. Quod sequitur, ὁ ἐν τοῖς ὑψίστοις· positum est ab Eulogio ut glossa; ut τὸ, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, idem sit atque, *Salva tu Deus qui es in altissimis*. Alioqui exponi potest: Reboet fausta hæc acclamatio, *Salva quæso, in altissimis*. Vide Franc. Lucam, & alios Matth. XXI, 9. Io.

(α) Θεολόγων] Oxon. θεολόγοι.
(β) Εξ αὐτῆς τῆς φύσεως] Hæc desunt cod. reg.
(γ) Εκεῖνοι — ἔλαχον] Addo ex conject.
(δ) Πρὸ τῶν λόγων] Oxon. πρῶτον λόγοι.
(ε) Ιουδαῖος] Oxon. Ιουδαῖε.
(ζ) Τοῦτό ἐστιν] Deest, ἐν ἄλλ.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.



φανεν ἡμῖν. καὶ πάλιν· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. καὶ πάλιν· ἐβασίλευσεν ὁ κύριος ἐπὶ τὰ ἔθνη. καὶ, εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι κύριος ἐβασίλευσε. τίς δὲ οὗτος ὁ βασιλεύς; Ἡσαΐου ἄκουσον περὶ ὑμῶν βοῶντος· καὶ θελήσουσιν, εἰ ἐγενήθησαν πυρίκαυστοι. διατί, ὦ προφῆτα; ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν· υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. τί λέγεις, ὦ Ἰουδαῖε; ἰδοὺ σαφῶς Θεὸν τὸν ἐρχόμενον οἱ προφῆται προεκήρυξαν.

Συναρπάζει τὸ ῥῆμα ὁ αἱρετικός· εἰσπηδᾷ θᾶττον ὁ Μανιχαῖος, καὶ φησίν· ἰδοὺ δὴ σαφῶς Θεὸν ὁμολογήσας τὸν ἐκ παρθένου σαρκωθέντα, πῶς οὐχ ὁμολογεῖς αὐτὸν Θεὸν παθόντα καὶ σταυρωθέντα, εἴ ἄρα ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λέγεις τὸν γεννηθέντα, καὶ (α) ταφέντα (β) καὶ παθόντα; ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ, τοῦ πιστεύειν ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἐλάλησαν οἱ προφῆται! ἀκούσατε, καὶ πείσθητε, καὶ αἰσχύνθητε. ὁ ἐνούσιος λόγος τοῦ πατρὸς, ἑνωθεὶς τῇ ἐπὶ γῆς οὐσίᾳ τῆς μητρὸς, τὴν πάλαι κεχωσμένην ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας εἰκόνα ἀνακαινίσαι βουλόμενος, γέγονεν ἄνθρωπος, τὸ ὑψηλὸν φυλάξας τῆς θεότητος, ἐν τῷ ταπεινῷ τῆς ἀνθρωπότητος· οὐ μεταβαλὼν εἰς πάθος τὸ ἀπαθὲς τῆς θεότητος· οὐ (γ) μεταβαλὼν ἁμαρτίαν ἐκ τῆς ἁμαρτησάσης φύσεως, ἵνα μὴ τὸ ἡμῖν σωτήριον, γένηται αὐτῷ ἀτιμαστήριον· καὶ ἡ ἡμῶν ὕψωσις εὑρεθήσεται αὐτῷ ἔκπτωσις. οὐ θεότητι πάσχων, κἂν ὁ Μανιχαῖος, καὶ Ἄρειος, καὶ Μαρκίων μαίνωνται. ἐπεὶ, τίς ἦν χρεία σαρκώσεως; (δ) οὐ ψιλῷ σώματι σταυρούμενος· κἂν ὁ Παῦλος ὁ Σαμωσατεὺς καταράσσηται, ἵνα (ε) ἡμεῖς ὡς αἷμα ἀνθρώπου πιστεύσωμεν. ἐπικατάρατος γὰρ, φησὶν ἡ γραφὴ, πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου, καὶ πᾶς ὃς ἔχει ἐλπίδα ἐπὶ ψιλὸν ἄνθρωπον. ἄνθρωπος σῶσαι ἡμᾶς οὐκ ἴσχυεν· ἐπεὶ Μωϋσῆς ἄρα, ἤ τις ἐκ τῶν προφητῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθνήσκειν ἔμελλεν· ἀλλὰ πάντες ὑπὸ ἁμαρτίαν ἐτύγχανον· διὸ ἐδεήθημεν τοῦ Θεοῦ ἀναμαρτήτου σεσαρκωμένου, καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον σαρκὶ καταδεχομένου. διὰ τοῦτο ὁ ἄσαρκος σαρκοῦται, ἵνα ὅπερ ἔχει διὰ τῆς θεότητος ἀδύνατον, τοῦτο σχῇ δι' ἀνθρωπότητος δυνατόν.

Πάσχει, καὶ οὐ πάσχει· τὸ πρῶτον, οὐ τῷ λόγῳ λογίσαι· τὸ δεύτερον, τῆς σαρκὸς τοῦ λόγου μὴ νόμιζε· [ὅμως δὲ τὴν σάρκα τοῦ λόγου μὴ χώριζε.] οὐ γὰρ χωρίζω, ἀλλὰ γνωρίζω, τῆς ἑκατέρας οὐσίας τὸ ἴδιον. συμμένοντα, ἀλλ' οὐχὶ συμπαθόντα τὸν λόγον λέγω· συγκρεμάμενον, ἀλλ' οὐχ ἥλους εἰς ἰδίαν φύσιν δεξάμενον· συνθαπτόμενον, ἀλλ' οὐ συνθανατούμενον· συγκλειόμενον, ἀλλ' οὐ συμπεριγραφόμενον· ψυχὴν ἐκ σώματος χωριζομένην, ἀλλὰ τὸν λόγον οὐδενὸς αὐτῶν ἀφιστάμενον. ὅθεν ὁ μὲν ᾅδης ἐσκυλεύθη, τῆς ἐνθέου ψυχῆς ἐκεῖ κατελθούσης. πορευθεὶς γὰρ ἐκήρυξε καὶ τοῖς ἐν ᾅδῃ πνεύμασιν· ἐν δὲ τῷ τά-

A disti canentes, atque laudantes: [a] *Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis.* Et iterum: [b] *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et iterum: [c] *Regnavit Dominus super gentes.* Et: [d] *Dicite in nationibus quia Dominus regnavit.* Quis vero Rex iste? Audi Isaiam de vobis clamantem: [e] *Et cupient, esse igni combusti.* Cur ita, o Propheta? *Quia Parvulus natus est nobis; Filius & datus est nobis, cujus principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus, Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Quid ais, o Judæe? Ecce Pro-
B phetæ eum qui venit, clare Deum prædixerunt.

VII. Corripit hæreticus quod dictum fuit. Insilit statim Manichæus, & ait: Hem, cum tu clare eum sis confessus Deum, qui carnem ex Virgine assumsit; quomodo non ipsum fateris Deum mortuum & crucifixum, si utique unum eumdemque dicis, qui natus, & crucifixus, & mortuus est? [f] *O stulti & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ!* Audite, & credite, & confundimini. Subsistens illud Verbum Patris, terrenæ Matris unitum substantiæ, cum obrutam olim peccato imaginem renovare vellet, factus est homo, servato in abjecta hominis conditione divinitatis
C fastigio; non mutata in passionem deitatis impatibilitate; nec assumto peccato ex peccatrice natura, ne quod nobis esset saluti, ei fieret dehonestamentum; nostraque exaltatio, ejus inveniretur prolapsio. Haudquaquam mortuus deitate; quidquid Manichæus, & Arius ac Marcion insaniant. Nam quid opus fuisset incarnatione? [1] Non nudo corpore crucifixus; quamquam rumpatur Paullus Samosatensis, ut nos credamus tamquam puri hominis sanguinem. [g] *Maledictus* enim, inquit Scriptura, *omnis qui pendet in ligno*, ac quisquis *spem habet in* puro *homine*. Homo nos salvare non poterat. Nam utique Moyses, aut unus quis Prophetarum pro nobis habebat mori: at [2] omnes peccato obnoxii
D erant; proinde necessum fuit impeccabilem Deum incarnari, ac mortem carne pro nobis suscipere. Ideoque ipse carnis expers incarnatur, ut quod non potest per divinitatem, id possit per humanitatem.

VIII. Patitur, & non patitur: Noli primum Verbo tribuere: secundum, ne carnis Verbi putes: at nec carnem a Verbo separes: Non enim separo; sed quod utriusque naturæ proprium est, designo. Conjunctum manere Verbum dico; non simul pati ac affici: simul pendere; haud tamen clavos in naturam suam accepisse: consepultum; sed non commortuum: una clausum; sed non pariter definitum: animam a corpore separatam; Ver-
E bum tamen a neutro recessisse. Quamobrem spoliatus quidem fuit infernus cum divina anima illuc descendisset. Profectus enim, [h] etiam positis in inferno spiritibus prædicavit: at in sepulcro [i] san-

a Psalm. CXVII. 26. 27. b Psalm. CIX. 1. c Psalm. XLVI. 9. d Psalm. XCV. 10. e Isa. IX. 5. 6. f Luc. XXIV. 24. g Deut. XXI. 23. h I. Pet. III. 19. i Act. II. 31.

1. *Non nudo corpore crucifixus*] Nudo Deitate. οὐ ψιλῷ· Perperam Oxon. ὑψηλῷ· quod devorat interpres: *Sublimi corpore crucifixus*. Quid enim hoc ad Samosatensem, quem Eulogius exagitat? Nota ejus hæresis, ut purum hominem Christum contenderet, cujus vel modo utinam contentio omnis exstincta esset. COMBEF.

2. *Omnes peccato obnoxii erant*] Cum Moyses, tum Prophetæ alii, quibus ut sanctioribus reparationis nostræ negotium videbatur debere committi, ut ulli puræ creaturæ fuisset committendum. Interpres non bene ad redemtos refert. ID.

(α) Ταφέντα] Oxon. φανέντα.
(β) Καὶ παθόντα] Cod. reg. σταυρωθέντα.
(γ) Μεταβ. ἁμαρτίαν] Forte μεταβ. ἁμαρτίας.

(δ) Οὐ ψιλῷ] Male edita, ὑψηλῷ.
(ε) Ἡμεῖς ὡς αἷμα] Oxon. μὴ εἰς αἷμα.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.



φῳ, διαφθορὰν οὐκ εἶδε τὸ (α) ἅγιον σῶμα. καὶ γὰρ ἦν ἀχώριστος ὁ λόγος τῆς ἰδίας σαρκὸς, ἐν ἑκάστῳ καιρῷ, οὐδαμοῦ ψιλὸν ἢ ἔρημον ἀφῶν ταύτην, ἢ ἄθεον, ἢ ὡς ἑνὸς τῶν καθ' ἡμᾶς τυγχάνουσαν σωμάτων. ὅμως εἰ καὶ ἡνώθη καθ' ὑπόστασιν τῷ λόγῳ ἡ λογικὴ ἡμῶν φύσις, ἀλλ' οὐκ ἰσώθη. πῶς γὰρ (β) σωθήσεται τῷ προαιωνίῳ τὸ πρόσφατον; ἢ πῶς ὁμοιωθήσεται τῷ ἀνάρχῳ, τὸν ἔναρχον; διὸ καὶ ὁρᾷς αὐτὸν ἐπὶ πῶλον σήμερον· ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον· διπλοῦς γὰρ ἦν. ἐπεὶ, καὶ ηὔξησε, καὶ ἐθήλασε, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ ἠγωνίασε νόμῳ τῆς ἡμετέρας φύσεως. οὐ γὰρ ἠρνήσατο τὰ τῆς φύσεως ἡμῶν ἀδιάβλητα πάθη σαρκωθεὶς ὁ Θεὸς λόγος· ἐπεὶ ἄρα αὐτὴν πρὸ τούτων ἠρνήσατο. οὐχ ὑπνοῖ ἐν τῷ πλοίῳ ὁ Θεὸς λόγος· οὐ νυστάξει γὰρ, οὐδὲ ὑπνώσει ὁ φυλάσσων τὸν Ισραήλ· ἀλλ' ὑπνοῖ ἡ σὰρξ ἡ ἡμετέρα, ἣν ἐνεδύσατο ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. οὐ πεινᾷ, οὐ κοπιᾷ ἐκ τῆς ὁδοιπορίας ἡ θεία φύσις, ὡς Ησαΐας φησίν· ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ἰσχυρὸς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει. πῶς οὖν πεινᾷ; σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. πῶς πάσχει; σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. πῶς δακρύει; σαρκὶ τῇ ἐξ ἡμῶν. πῶς ἐθανατώθη; σαρκί· ζωοποιεῖται δὲ πνεύματι. πῶς γῆν σαλεύει; θεότητι τῇ ἐκ πατρός. πῶς τὸν ᾅδη πατεῖ; θεότητι, οὐκ ἐξ ἡμῶν. πῶς φησιν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν; τῇ ἄνω πρὸ αἰώνων γεννήσει. πῶς· ὁ πατὴρ μείζων μού ἐστιν; τῇ κάτω, ἐκ παρθένου γεννήσει. πῶς, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα; τῇ ἀκτίστῳ τοῦ λόγου φύσει. πῶς, οὐ δύναμαι ποιεῖν ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδέν; τί οὖν; ἀδύνατος ὁ λόγος, (γ) παρὰ τὸν πατέρα; ἄπαγε τῆς Αρειανικῆς φρενοβλαβίας. τί τὸ λέγον· δόξασόν με πάτερ; τὸ σῶμα τοῦ λόγου. τίς ὁ λέγων· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί; ὁ ἐν τῷ σώματι λόγος. πῶς, πατέρα μου, καὶ πατέρα ἡμῶν; πατὴρ μὲν ὁ πατὴρ, οὐ τῆς σαρκὸς, ἀλλὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου. Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν; Θεὸς, οὐ τοῦ λόγου· πῶς γὰρ ἔσται τοῦ ἴσου αὐτοῦ Θεοῦ Θεός; ἀλλὰ Θεὸς τῆς ἐν τῷ λόγῳ μορφῆς τοῦ δούλου. πρὸ τοῦ Αβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι; ὁ ἐν τῇ σαρκὶ Θεὸς λόγος. κύριος εἶπε πρός με· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; τῇ προσφάτῳ τοῦ λόγου σαρκώσει. οὐ γὰρ ἄλλος ἦν ὁ πρὸ ἑωσφόρου ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ ἄλλος, ὁ ἐν Βηθλεὲμ ἐκ μητρὸς σαρκωθείς. εἰ γὰρ καὶ Παῦλος ὁ Σαμωσατεὺς ταῦτα παραφρονεῖ· ἀλλ' οὐ Παῦλος ὁ Ταρσεὺς ταῦτα νουθετεῖ. ἀλλ' ὅτε μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ μορφὴν ἐν τῇ τοῦ δούλου μορφῇ σημαίνει, βοᾷ· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης· ὅτε δὲ πάλιν τῆς ἐν τῷ λόγῳ ἑνωθείσης σαρκὸς τὴν διαφορὰν σημαίνει, λέγει· ὁ δὲ Θεὸς καὶ τὸν κύριον ἤγειρεν· ἵνα ἀμφοτέρων τῶν ἐν τῷ σώματι μορφῶν ἀποδείξας τὴν διάγνωσιν, καὶ Μανέντα τὸν φαντασιομάχον, καὶ Παῦλον τὸν ἀνθρωπολάτρην, Παῦλος ὁ ἀπόστολος καταβάλλῃ.

Σὺ δὲ τί λέγεις; τί νομοθετεῖς, ὦ νέε Μανιχαῖε, καὶ καθαρὲ τῆς ἐκείνου μανίας ὑπέρμαχε; οὐ δίδως τὸ ὀνομάζειν τὴν σάρκα φύσιν; ἀλλ' ἐκεῖ δειλιᾷς φό-

ctum ejus corpus corruptionem non vidit. Nullo enim tempore Verbum ſeparari potuit a ſua carne; ut eam nudam ac ſolam, aut ſine Deo, vel quaſi corpus unum noſtris ſimile habentem, relinqueret. Ceterum, licet rationalis noſtra natura unita ſit Verbo ſecundum hypoſtaſim, haud tamen eſt ei adæquata. Quei enim quod nuper editum eſt, ei adæquetur quod eſt ante ſæcula? Aut quomodo ſimile ſit quod habet initium, ei quod principio caret? Idcirco etiam vides hodie pullo inſidentem, ſed ut hominem. Duplex quippe erat. Nam & crevit, & ſuxit ubera, & flevit, & eſt contriſtatus, pro ratione naturæ noſtræ. Non enim incarnatus Deus Verbum inculpatas naturæ noſtræ renuit paſſiones; [1] alioqui priorem illis ipſam renuiſſet. [a] Non dormit in navigio Deus Verbum: [b] *Non dormitabit* enim, *neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael*: ſed dormit caro noſtra, quam Dei Verbum induit. Non eſurit, nec fatiſcit ex itinere divina natura, quemadmodum ait Iſaias: [c] *Deus magnus & fortis, non eſuriet, neque laborabit*. Quomodo ergo eſurit? Carne, quam ſumſit ex nobis. Quomodo patitur? Carne noſtra. Quomodo flet? Humana carne. Quomodo fuit occiſus? Carne ex nobis ſumta: verum ſpiritu vivificatur. Quomodo terram concutit? Divinitate quam habet a Patre. Quomodo conculcat inferos? Divinitate, non humana virtute. Quomodo ait: [d] *Ego & Pater unum ſumus*? Superna illa nativitate ante ſæcula. Quomodo, [e] *Pater major me eſt*? Nativitate in inferioribus ex Virgine. Quomodo, [f] *Qui vidit me, vidit & Patrem*? Increata Verbi natura. Quomodo, [g] *Non poſſum facere quidquam a memet ipſo*? Quid ergo? Verbum ne minori præ Patre potentia eſt? Procul ſit Ariana illa veſania. Quid eſt quod dicit: [h] *Clarifica me Pater*? Corpus Verbi. Quis dicit: [i] *Ego in Patre, & Pater in me eſt*? Verbum quod eſt in corpore. Quomodo ait: [k] *Patrem meum, & Patrem veſtrum*? Pater quidem Pater eſt, non carnis, ſed Dei Verbi quod eſt ex ipſo. Quomodo, *Deum meum, & Deum veſtrum?* Deus eſt, non Verbi. Quomodo enim Deus exſiſtat æqualis ſibi Dei? ſed Deus illius quæ eſt in Verbo, formæ ſervi. [l] *Ante quam Abraham fieret, ego ſum?* Deus Verbum quod eſt in carne. [m] *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego bodie genui te*? Nimirum nova incarnatione Verbi: non enim alius erat, qui [n] ante luciferum ex Patre genitus eſt, aliuſque qui ex Matre in Bethlehem incarnatus eſt. Tametſi enim Paullus Samoſatenſis hæc delirat; haud tamen Paullus Tarſenſis iſta docet: ſed cum Dei formam in ſervi forma ſignificat, clamat: [o] *Qui cum ſit ſplendor gloriæ*: cumque rurſus carnis Verbo unitæ differentiam deſignat, ait: [p] *Deus autem & Dominum ſuſcitavit*: ut utriuſque formæ in corpore diſcrimen oſtendens, cum Manetem illum œconomiam phantaſia diſcernentem ac inani ſpecie, tum Paullum hominicolam Paullus Apoſtolus proſternat.


IX. Tu vero quid ais? Quid ſtatuis, nove Manichæe ac pure puteque illius defenſor amentiæ? Non concedis carnem naturam nominari? At [q] *il-*

a Matth. VIII. 24. b Pſalm. CXX. 4. c Iſa. XL. 8. d Joan. X. 30. e Joan. XIV. 28. f Ibid. ℣. 9. g Joan. V. 19. h Joan. XVII. 5. i Joan. XIV. 1. k Joan. XX. 17. l Joan. VIII. 58. m Pſalm. II. 7. n Pſalm. CIX. 3. o Heb. I. 2. p I. Cor. VI. 14. q Pſalm. XIII. 5.

1. *Alioqui priorem illis eam renuiſſet*] Pulcra ſententia in novos Eutychianos humana interimentes in Chriſto homine. Interpres Cyrilli: *quandoquidem ipſam ante iſtas renuit*: quibus abſurdum ab Eulogio aſſumtum, ejus aſſertum facit.

(α) Ἅγιον] Oxon. ἴδιον. (β) Σωθήσεται] Scribe ἰσωθήσεται. (γ) Παρὰ τὸν] Oxon. πρὸς τόν.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.



βοι οὐκ ἦν φόβος. οὐδὲ τὸν δεσπότην (α) ᾔδεσθα λέγοντα ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους· τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής; εἰ πρόθυμος, πῶς ἀσθενής; ποία Χριστοῦ μορφή; ποία σὰρξ ἀσθενής; πάντως ἡ τοῦ ἀσθενήσαντος Ἀδάμ. πῶς δὲ καὶ κλίνων τὰ γόνατα προσεύχεται; ἄρα ὁ λόγος εὔχεται; καὶ πῶς Θεὸς ὤν, Θεοῦ δέεται; εἰ μὲν οὖν ἴσος τῷ πατρί, ὥσπερ καὶ ἴσος· οὐ θεότητι εὔχεται, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν; ὁ ἐξουσίαν ἔχων, πῶς ἄλλου πρὸς βοήθειαν δέεται; ὁ λέγων· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον· ἤγουν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα· καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· πῶς, ὦ θεομάχε, τὸν ναὸν τὸν ἑαυτοῦ ἐγείρων, σὺν τῷ ναῷ λύεται; εἰ γὰρ αὐτὸς λέλυται, ἀλλ' οὐ πάντως τοῦ ἐγείροντος δέεται; σὺ μὲν γὰρ φοβῆσαι ὡς δοκεῖς, μὴ σῶμα Θεοῦ ἀκούων παθόν τι, ψιλῷ κτίσματι προσκυνήσῃς καὶ κοινωνήσῃς· ἐγὼ δὲ τοῦτο τρέμω, μὴ θεότητα παθοῦσαν καὶ θανοῦσαν εἴπω, καὶ τὸ πᾶν τῆς τριάδος ἀτιμάσω μυστήριον. εἰ μὲν γὰρ ὁ λόγος ἔπαθεν, ὁ δὲ πατὴρ ἀπαθοῦς ἐστι φύσεως, πάντως ἄλλη ἦν οὐσία τοῦ λόγου, καὶ ἄλλη ἡ τοῦ Θεοῦ πατρός. καὶ τί λοιπὸν Ἀρειανοῖς μάχεσθαι διὰ τοῦτο; εἰ δὲ μία οὐσία πατρὸς, καὶ τοῦ λόγου, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔπαθε δὲ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ἐν σαρκὶ, παθητῆς πάντως οὐσίας καὶ θνητῆς, καὶ ὁ πατὴρ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἰ γὰρ συνέπασχε τῇ σαρκὶ ὁ λόγος, πάντως καὶ συντέθνηκε, καὶ εἰ συντέθνηκε, πῶς τὸν ᾅδην ἐσκύλευσε; πῶς τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν; εὑρεθήσεται δὲ καὶ θανὼν χωρισθεὶς πάντως τοῦ ζῶντος πατρός. καὶ εἰ τοῦτο, οὐκ ἔτι λοιπὸν τριὰς ἐν οὐρανῷ κατὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν, ἀλλὰ δυὰς, ἀναμένουσα τὸν λόγον, ἵνα ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀναστῇ, καὶ ἐν οὐρανῷ ἀνέλθῃ. ὢ τῆς ἀθεμίτου τόλμης; ποῖος ὄφις ψιθυρίσας ἠπάτησε τοὺς θεομάχους παθητὸν τὸν ἀπαθῆ ἀποφήνασθαι; οἱ τὸν κτίστην ποιοῦσι τῶν κτισμάτων ἀσθενέστερον. οὐκ ἐντρέπῃ, ὦ αἱρετικὲ, ἥλιον ἐν δένδρῳ τυγχάνοντα, καὶ τὸ μὲν δένδρον τεμνόμενον, τὸν δὲ ἥλιον οὐδὲ χωριζόμενον, οὐδὲ συντεμνόμενον· τὸν δὲ τῆς δικαιοσύνης ἥλιον παθητὸν λέγων ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι γενόμενον; οὐδὲ φονέα τινὰ ἢ κακοῦργον, ὦ κακοῦργε, ἑώρακας κεφαλὴν ἢ χεῖρας στερούμενον, τὴν (β) δὲ ἀθάνατον ψυχὴν αὐτοῦ μὴ συναποθνήσκουσαν τῷ σώματι; (γ) εἶτα ἔλαβον οὗτοι καιρίαν τὴν πληγὴν ὑπὸ τοῦ λόγου, καὶ πέπτωκεν ὁ θεομάχος· πάλιν ἀνέπνευσεν ὁ χριστομάχος· πάλιν ἀναισχυντεῖ ὁ Ἰουδαῖος. τί λέγων;

Ορα, φησὶν, ὅτι οὐ Θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον ἀπεκτείναμεν. πρὸς ὃν εὐθέως καλὸν εἰπεῖν, σιώπα· πεφίμωσο· λάβε κατόχιον ἐπὶ τῷ στόματι. ἔστω· νόμον ἠθέτησας· ἔστω, προφήτας ἀπέκτεινας· οὐδὲ τὸν Δαβὶδ ἐρυθριᾷς περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγοντα· ἐκ γαστρὸς πρὸς ἑωσφόρου ἐγέννησέ με ὁ πατὴρ ἄνω; καὶ πάλιν· κύριος εἶπε πρός με· υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. δύο ἔχει γεννήσεις ὁ εἷς καὶ μόνος Χριστός· μίαν ἐκ πα-

A *lic trepidas timore, ubi non erat timor.* Nec vero Dominum revereris in tempore passionis dicentem: [a] *Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma?* Si *promtus*, quomodo *infirma*? Quænam Christi forma? qualis caro infirma? Omnino illa Adami, qui infirmatus est. Qui vero etiam positis genibus orat? Ergo ne Verbum precatur? Quomodo autem cum Deus sit, precatur Deum: siquidem est æqualis Patri, uti certe æqualis est? Plane precatur haud deitate, sed qua est homo. Nam alioqui quomodo dicit; [b] *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam?* Qui habet potestatem, quomodo alterius auxilio indiget? Qui dicit: [c] *Solvite templum hoc*: id est, suam B ipsius carnem: *& in triduo excitabo illud*; quomodo, o deitatis oppugnator, qui templum suum excitat, cum templo solvitur? Si quidem enim [1] ipse solutus est, omnino eget excitante? Tu quidem metuere videris, ne cum Dei corpus passum aliquid audis, nudam creaturam adores, eique communices: at ego illud reformido, ne deitatem passam atque mortuam dicam, totumque Trinitatis mysterium probro afficiam. Si quidem enim Verbum passum est, Pater autem est impatibilis naturæ, omnino erit alia Verbi essentia, ac alia Dei Patris. Quid vero jam eo nomine habeamus cum Arianis pugnare? Quod si una est essentia Patris & Verbi ac Spiritus sancti, passum autem est Dei C Verbum in carne; utique erunt & Pater, & Spiritus sanctus, patibilis ac mortalis substantiæ. Si enim Verbum una cum carne passum est, omnino etiam cum illa mortuum est. Quod est pariter mortuum, quomodo spoliavit inferos? Quomodo mortuos excitavit? Sed & quod mortuus sit, plane invenietur a Patre vivente separatus. Quod si ita est, non amplius erat in cælo Trinitas tempore passionis, sed binitas, exspectans ut Verbum excitaretur a Patre, & rediret in cælum. O nefandam audaciam? Quis serpens sibilo suo deitatis hostes decepit, ut patibilem esse, impatibilem Deum assererent, qui creatorem, creatis rebus facient infirmiorem? Non te pudet, o hæretice, ut solem quidem in arbore D exsistentem, cæsa arbore, nec separari ab illa, nec pariter cædi, dicas; Solem vero justitiæ, in suo asseras corpore factum patibilem? Neque, o perdite, vidisti, sic homicidam aut facinorosum aliquem, capite aut manibus truncari, ut tamen immortalis ejus anima [2] haud interiret una cum corpore? Quamquam hi letale vulnus argumento hoc acceperunt, corruitque Dei oppugnator; rursum tamen animos resumsit oppugnator Christi: rursus impudenter Judæus aggreditur. Quibus verbis?

X. Vide, inquit, ut non Deum, sed hominem interfecerimus. Cui continuo operæ pretium dicemus: [d] *Tace, obmutesce*; ori frenum adhibe. Esto: E legem aspernatus sis: Esto, *prophetas occideris*: non revereris Davidem dicentem de Christo: [e] *Ex utero ante luciferum genuit me?* Nempe supernus Pater. Et rursum: [f] *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te.* Duas habet nativitates, unus ipse ac singularis Christus; unam ex

a Matth. XXVI. 41. *b* Joan. X. 18. *c* Joan. II. 19. *d* Marc. IV. 39. *e* Psalm. CIX. 3. *f* Psalm. II. 6.

1. *Ipse solutus est*] αὐτὸς ὁ ἐγείρων· qui habet excitare: non αὐτὸς ὁ ναός· templum ipsum; uti male refert interpres Cyrilli. Levi mutatione crassissimum errorem verbis sequentibus corrigas, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ, restituto ἆρα interrogativo, cum quo clara omnino ac solida procedit Cyrilli ratio. Vel sine interrogatione legendo ἄρα ἂν· eodem sensu.

2. *Haud interiret una cum corpore*] μὴ συναποθνήσκουσαν τῷ σώματι· Quam bona Græca, tam mala Latina novi interpretis Cyrilli, omissa negativa, ut animam una cum cum corpore interire dicat; seu potius prelum ut ejus repræsentet, quod saltem collectis vel ad calcem mendis, iisque sic enormibus ac periculosis, voluissem castigatum.

(α) Ηδεσθα] Oxon. αἰδῆσαι. (β) Δὲ ἀθάνατον] Male Oxon. διὰ θάνατον. (γ) Εἶτα] Forte, ἔτι.

τρὸς ἀχρόνως, καὶ ἄλλην ἐκ μητρὸς ἀσπόρως. ὅταν οὖν λέγει· τὸν νῶτόν μου δέδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα· ταῦτα ἐκ τῆς Μαρίας τῆς ἐξ Ἰούδα ἔλαβε· καὶ ἅπερ ἐξ Ἰούδα ἔλαβε, ταῦτα Ἰουδαίοις ῥαπίζειν καὶ μαστίζειν δέδωκεν· ἃ δὲ ὡς Θεὸς κατὰ φύσιν ἔχει, οὐκ ὄψεται ἄνθρωπος ἐκεῖνα, καὶ ζήσεται. ἀλλ᾽ ὁ Ἰουδαῖος πάλιν· πῶς οὖν ὁ προφήτης περὶ τοῦ σταυρωθέντος λέγει· καὶ (α) εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος οὐδὲ κάλλος; ἀλλ᾽ ὁρᾷς πάλιν, ὦ ἀγνώμων, ὅτι περὶ αὐτοῦ γέγραπται· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. εἰ δὲ λέγεις· ποῖος Θεὸς δύναται εἶναι πρόσφατος; κἀγώ σοι ἐρῶ· ποίου ἀνθρώπου πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει τὸ ὄνομα, καὶ πρὸ τῆς σελήνης γενεᾶς γενεῶν; καὶ, καταβήσεται ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον, καὶ ὡς ἡ σταγὼν ἡ στάζουσα ἐπὶ τῆς γῆς. πάλιν δὲ ἴσως ἐρεῖς· ποῖος Θεὸς τριάκοντα ἀργυρίων πιπράσκεται; κἀγώ σοι ἐρῶ· ποίου ἀνθρώπου αἷμα κόσμον ὅλον ἐξηγόρασε καὶ ἡγίασεν; εἰ δὲ ἐκείνῳ προσκόπτεις, ὅτι ἐπὶ πώλου ὁρᾷς καθήμενον σήμερον, πῶς δὲ οὐ κἀκεῖνο λέγεις, ὅπερ οἱ παῖδες, ὦ ἀδίδακτε, ἀδιδάκτως ἔμαθον ἅμα καὶ ἔκραζον· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. ὅτι δὲ κύριος καὶ Θεὸς ὁ ἐπὶ πώλου ὡς ἄνθρωπος καθήμενος, παρέστω μοι ὁ σὸς, ἀλλ᾽ οὐ σὸς Δαβὶδ, περὶ τῶν σῶν παίδων διερχόμενος, καὶ τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν ἀνυμνούμενον· εἰπάτω τίς ἐστιν ὁ θεολογούμενος· [καὶ] αὖον κατάντικρυ τοῦ πώλου ἑστηκὼς, καὶ οὑτωσὶ βοῶν· σὺ ὁ ἐπὶ τοῦ ἄνω θρόνου, καὶ ἐπὶ τοῦ κάτω πώλου καθήμενος· κύριε ὁ κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου ἐν πάσῃ τῇ γῇ! ὅτι ἐπήρθη ἡ μεγαλοπρέπειά σου ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν, τὸν διάβολον. σὺ ὁ ἐπὶ πώλου ὡς ἄνθρωπος, Θεὸς εἶ ἀληθινός· καὶ ὀψόμεθα τοὺς οὐρανοὺς ἔργα τῶν δακτύλων σου. σὺ ὁ ἐπὶ πώλου, σελήνην καὶ ἀστέρας ἐθεμελίωσας· σὺ ἠλάττωσας τὸν ἄνθρωπον βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους, καὶ φορέσας τὸν ἄνθρωπον, ὕψωσας αὐτὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν. σὺ ὁ ὁρώμενος ἐπὶ πώλῳ, ὁ θρόνος σου, ὦ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καὶ, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. σὺ ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ μόνος ἐμίσησας ἀνομίαν. διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ὅτι δούλου μορφὴν ἀνέλαβες. ἔχρισέν σε, οὐκ ἐλαίου χρίσματι, ἀλλ᾽ ἁγίῳ πνεύματι. αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ ἔλαιον τῆς ἀγαλλιάσεως. διὸ καὶ ἔλεγεν ἡ σε τεκοῦσα, παρθένος· ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου, ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου, ἡνίκα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ᾽ αὐτὴν ἐπεσκίασε. σὺ δέ μοι σκόπει ὁ πιστὸς ἀκροατὴς, πῶς ἡ παναγία παρθένος Θεὸν τὸν υἱὸν αὐτῆς προσηγόρευσε. καί φησι· Θεός μου, κατὰ τὴν θείαν αὐτοῦ οὐσίαν· υἱός μου, κατὰ τὴν ἑαυτῷ ὑποστᾶσαν ἐξ ἐμοῦ οὐσίαν. οὐ γὰρ ἔτεκον τῷ κόσμῳ ψι-

A Patre sine tempore, aliamque ex Matre sine semine. Cum ergo ait: [a] *Dedi dorsum meum in flagella, & genas meas ad alapas*: hæc ex Maria ex tribu Juda suscepit: & quæ ex Juda suscepit, hæc Judæis percutienda ac flagellanda tradidit. Quæ autem ut Deus per naturam habet, ea [b] *homo non videbit, & vivet*. Sed instat rursum Judæus: Quomodo ergo Propheta de Crucifixo ait: [c] *Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem*? Atqui vides iterum, o scelefte, ut scriptum sit de illo: [d] *Speciosus forma præ filiis hominum*. Quod si quæris; quisnam Deus possit esse recens? Ego vicissim abs te percontabor: Cujusnam hominis [e] *ante solem permanet nomen, & ante lunam*, [1] *generatione generationum*? Et: [f] *Descendit sicut pluvia* B *in vellus; & sicut stilla stillans super terram*. Rursus forsan dices: Quisnam Deus triginta argenteis venditur? Ego vero ex te vicissim quæram: Cujusnam hominis sanguis orbem totum redemit ac sanctificavit? Jam si te illud offendat, quod eum pullo insidentem hodie aspicis; quomodo non etiam illud dicis, o indocte, quod pueri nullo docente didicerant pariter, ac clamabant: *Benedictus qui venit in nomine Domini*? Ut autem Deus sit ac Dominus, qui pullo insidet qua est homo, adsit mihi tuus, sed non tuus David, de tuis edisserens pueris, dicatque quis ille sit quem ii hymnis prosequuntur, & quem Deum prædicant: C David, inquam, velut ex adverso pulli stans, inque hunc modum clamans: Tu qui in superno throno sedes, quique in terra sedes in pullo: [g] *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra! Quoniam elevata est magnificentia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem*: nimirum, diabolum. Tu, qui pullo insides qua homo, Deus es verus: *Et videbimus cælos opera digitorum tuorum*, Tu, qui pullo insides, [2] *lunam & stellas fundasti*: Tu [h] *minuisti hominem paullo minus ab Angelis*; gestansque ac induens hominem, extulisti eum super omnem Principatum & Potestatem, & *gloria &* D *honore coronasti eum*. Tu, qui super pullo conspiceris, [i] *Thronus tuus, o Deus, in sæculum sæculi*: Et, *Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, ac solus odisti iniquitatem: propterea unxit te, Deus, Deus tuus*: eo quod formam servi acceperis. Unxit te, non unctione olei, sed Spiritu sancto: Ipse enim est *oleum exsultationis*. Idcirco etiam dicebat Genitrix tua Virgo: [k] *Exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo*; cum eam Spiritus sanctus obumbravit. Tu vero mihi pensa, fidelis auditor, quomodo sanctissima Virgo Filium suum, Deum appellarit. Utique, inquit, *Deus meus*, secundum divinam ejus substantiam: Filius meus, secundum eam substantiam quam sibi E de me assumsit. Non enim mundo peperi purum

a Isa. L. 6. *b* Exod. XXXIII. 20. *c* Isa. LIII. 3. *d* Psalm. XLIV. 3. *e* Psalm. LXXI. 5. *f* Ibid. ℣. 6.
g Psalm. VIII. 2-4. *h* Ibid. ℣. 6. *i* Psalm. XLIV. 7. 8. *k* Luc. I. 47.

1. *Generatione generationum*] γενεᾶς γενεῶν· quod clarius Latinus interpres præfixa propositione *in*, *in generatione*. Agellius putat deesse ἕως· seu subintelligi, ut fit, ἕως γενεᾶς, *usque in generationem*. Copulativam, quam addit Augustinus, & interpres Cyrilli probat, cum margine scribit, ἴσ. καὶ· non admodum probo. Syxtina habent accusandi casu & plurali. γενεὰς γενεῶν· *generationes generationum*: quomodo est durior constructio; vide Agellium. Valde favet Eulogius ejus expositioni, ut τὸ, πρὸ τῆς σελήνης, fit velut; *in conspectu lunæ, ac quamdiu luna duratura sit*: cum τὸ, σὺν· LXX. interpretum, reddit τῷ, πρό· τὸ, συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ· τῷ, πρὸ τοῦ ἡλίου διαμένει· tamquam idem valeant.

2. *Lunam & stellas*] Lapsu calami interpres, pro *luna* posuit *solem*. Haud ita demutanda auctorum verba, cum maxime illa sacra sunt, ac ipsa scriptura. Sic paullo post, τὸ, σὺ ὁ ὁρώμενος ἐπὶ πώλῳ, reddit: *qui super equo conspiceris*: quasi pullus, ille cui Dominus insedit, equinus fuerit, non pullus asini; sintque equus & asinus idem animal: vel displiceat Christi illa humilitas, velitque officiosior homo, pro asello ei equum sternere. Apage sis tanta illa libertas. Parco plura notare; quamquam plura sane succurrebant.

(α) Εἴδομεν] Male item Oxon. οἴδαμεν.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

λὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν σεσαρκωμένον. καὶ μάρτυς ἀξιώπιστος, ἡ σφραγὶς τῆς παρθενίας μου. μὴ ἀτιμάσῃς, ὦ ἄνθρωπε, ὅπερ ἐξ ἐμοῦ ἔλαβεν ὁ Θεὸς περιβόλαιον, ἵνα μὴ τὸν περιβαλλόμενον καθυβρίσῃς. μὴ ὑβρίσῃς τὴν σκηνὴν, ὅτι ὄντως ἄνευ χειρὸς συνερράφη τῷ σκηνώσαντι. μὴ μερίσῃς τὸ φῶς ἐκ τῆς σαρκικῆς μου λαμπάδος, ἵνα μὴ σβέσῃ κακῶς τὸν τῷ κόσμῳ λάμψαντα ἥλιον, καὶ γενόμενον χωρὶς ἀνθρώπου ἄνθρωπον. οὐ γὰρ ἐπέγνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ ἔγνων Θεὸν ἐν ἐμοὶ γενόμενον ἄνθρωπον.

A hominem, sed Deum incarnatum. Cujus rei testis est locuples, constans virginitatis signaculum. Ne dedecores, o homo, quam ex me Deus sumsit vestem, ne ei qui illam induit, contumeliam irroges. Ne injuria afficias tabernaculum; re vera enim nulla manuum opera habitanti in eo fuit consutum. Ne lumen a carnali mea lampade separes, ut ne male solem exstinguas qui illuxit mundo, quique sine homine homo factus est. Non enim cognovi hominem, quamquam Deum novi in me factum hominem.

Ἔχεις ὦ πιστότατον καὶ ἱερώτατον, Χριστοῦ ποίμνιον, τὰ τῆς ἑορτῆς ἐγκώμια· σκίρτησον. ἔχεις τὰ θεῖα καὶ ἄμωμα τῆς ἐκκλησίας διδάγματα· τρύφησον. ἔχεις τὰ ὅπλα τὰ πνευματικά· κατὰ τῶν λύκων τῆς ποίμνης πολέμησον· παίδευσον μὴ βλασφημεῖν· δίδαξον ὑπὲρ ἀληθείας ἀγωνίσαι· ἀπόδειξον ὅτι καθαρὰ ἀπὸ πάντων τῶν ζιζανίων τῆς ἡμῶν καὶ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἡ ἄρουρα. εἰ μὲν οἷόν τε Λάζαρός τις εἶ, σειραῖς πταισμάτων ἢ ἐναντίων δογμάτων δεσμούμενος, σήμερον ὑπὸ τοῦ λόγου ἄκουσον φωνοῦντός σου· δεῦρο ἔξω, καὶ λύθητι, καὶ ἀνάστηθι. εἰ δὲ μαθητής τις εἶ, καὶ τῶν πρὸς διδασκαλίαν (α) ἐπιτήδειος, ἀποστάλθητι, καὶ λύσας ἄγαγε Χριστῷ πῶλον καὶ πώλους, καὶ πολλοὺς τοὺς ἐν πλάνῃ προσδεμένους, καὶ εἰς τὴν κατέναντι πίστιν, καὶ κώμην ἀντικειμένους. κἂν τινες ἀντιλέγουσι, καὶ τὴν λύσιν τῶν πεπεδημένων κακῶς ἐμποδίζειν δοκιμάζουσι, φάσκοντες· τί λύεις τὸν πῶλον; καθὰ καὶ τοῖς τυφλοῖς ἐπετίμων μὴ κράζειν· εἰπὲ καὶ σὺ, ὅτι ὁ κύριος αὐτῶν χρείαν ἔχει. κύριος γὰρ λύει πεπεδημένους· κύριος σοφοῖ τυφλοὺς, καθὼς σήμερον τοῦ εὐαγγελίου ἤκουσας. ἐπειδὴ γὰρ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐπιδημήσαντα ἔγνωκαν, εἰκότως πρὸς αὐτὸν ἔκραζον· ἐλέησον ἡμᾶς κύριε υἱὲ Δαβίδ. ὢ ξένων καὶ παραδόξων θαυμάτων! οἱ τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, καὶ οἱ βλέποντες Ἰουδαῖοι τυφλώττουσιν. οὗτοι κύριον ὁμολογοῦσι, κἀκεῖνοι· τίς ἐστιν οὗτος; ἐπερωτῶσι. φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστής· οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, ἔκραζον· ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. καὶ εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, λέγουσα· τίς ἐστιν οὗτος; ἴδες τὸ ξένον τοῦ βασιλέως μυστήριον; ἐπὶ πώλου καθήμενος σείει τὴν πόλιν, καὶ ἐν σταυρῷ καθηλούμενος σείει τὴν οἰκουμένην· ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι τὴν πολύθεον τῶν εἰδώλων πλάνην σεῖσαι καὶ καταλῦσαι ἐλήλυθεν.

XI. Habes fidelissime ac sanctissime Christi grex, festivitatis encomia: exsulta. Habes divinam ac B inculpatam Ecclesiæ doctrinam: deliciare. Habes arma spiritalia: contra gregis lupos depugna: doce eos non blasphemare: doce certare pro veritate: ostende, Ecclesiæ nostræ ac Christi agrum a zizaniis omnibus mundum esse. Si in modum Lazari cujusdam habes, peccatorum vinculis aut contrariorum dogmatum revinctus, audi hodie a Verbo, [a] *Veni foras*, ac solvere, & resurge. Sin autem quidam discipulus es, & ad doctrinam idoneus, vade mittente Domino, solvensque adduc Christo pullum, ac pullos plurésque in errore ligatos, atque in adversa fide ac castello oppositos. Si qui autem reluctentur, ac male, ne compediti solvantur, impedire velint, dicentes: [b] *Quid pullum solvis?* C eorum instar qui cæcos increpabant ne clamarent: dic tu quoque: *Quia Dominus his opus habet:* [c] *Dominus enim solvit compeditos; Dominus sapientes facit cæcos*, quemadmodum hodie audisti in Evangelio. Cum enim solem justitiæ advenisse cognovissent, merito ad eum clamabant: [d] *Miserere nostri Domine, fili David*. O inaudita & insolita miracula! Cæci visum recipiunt. Hi Dominum confitentur; illique: [e] *Quis est hic?* percontantur. Ait enim Evangelista: [f] *Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini. Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas dicens: Quis est hic?* Vidisti novum ac D admirabile Regis mysterium? Pullo insidens civitatem commovet, ac cruci affixus orbem terrarum concutit; ut docearis venisse ad idolorum, plurium numinum cultu impium errorem convellendum ac evertendum.

Ὅρα δέ μοι τοῦ κατ' αὐτὸν τῆς οἰκονομίας μυστηρίου τὸ ἄγνωστον. ἐν τῷ ᾅδῃ σείοντος αὐτοῦ τὸ ἐκεῖ δεσμωτήριον, ὡς ἔκραζον αἱ ἄνω δυνάμεις πρὸς τὰς κάτω δυνάμεις· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ἵνα εἰσέλθῃ ὁ λέγων· εἰμὶ ἐγὼ ἡ θύρα· ἐκπληττόμεναι αἱ ἐναντίαι δυνάμεις ἀντιφθέγγονται· τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; εἰς τὴν ἐπὶ γῆς Ἱερουσαλὴμ ξενιζόμενοι πύθονται· τίς ἐστιν οὗτος [ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης;] εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἀνερχομένου αὐτοῦ, ὁρῶντες αὐτὸν μετὰ σώματος, αἱ οὐδέποτε ἰδόντες αὐτὸν, διὰ τὸ ἀσώματον, νοεραὶ δυνάμεις, θαυμάζουσαι τοῦ ξένου τρόπου τὴν ἄνοδον, διηπόρουν πρὸς ἀλλήλας, λέγουσαι· τίς ἐστιν οὗτος παραγενόμενος ἐν τοῖς ἀσωμάτοις χωρίοις ἐνσώματος; θαυμάσαι δὲ ἄξιον, πῶς πύθονται, τίς ἐστιν οὗτος ὁ παραγενόμενος, αἱ βασιλικαὶ δυνάμεις, αἱ ἐν τῇ κάτω γεννήσει αὐτοῦ, βοήσασαι ἅμα καὶ ὑμνήσασαι· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ· καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. οἷς γε καλῶς ἐμαθήτευσαν τῶν Ἑβραίων οἱ θεολόγοι παῖδες σήμερον λέγοντες·

XII. Cerne autem abstrusum ac reconditum œconomiæ ejus mysterium. Cum in inferno positus ejus loci carcerem pulsaret, clamantibus supernis Virtutibus ad infernas: [g] *Tollite portas principes vestras*, ut ingrediatur, qui dicit: [h] *Ego sum ostium:* attonitæ adversæ Virtutes respondebant: *Quis est iste Rex gloriæ?* in terrenam introeunte Hierusalem, rei novitate stupefacti, quærunt: *Quis est iste?* Cælestem E Hierusalem repetente, cernentes intellectuales Virtutes cum corpore eum quem numquam vidissent propter incorpoream rationem, ascensus modum admiratæ, ambigebant invicem, dicentes: *Quis est iste, qui corpore præditus in loca incorporea venit?* Sed & illud mirandum, quomodo regiæ illæ Virtutes percontentur, [i] *Quis est iste qui venit?* cum in ejus in terra nativitate pariter clamaverint ac cecinerint: [k] *Gloria in altissimis Deo; & in terra pax; in hominibus bona voluntas:* a quibus certe præclare edocti sunt Hebræorum theologi pue-

a Joan. XI. 44. *b* Matth. XXI. 3. *c* Psalm. XLV. 8. *d* Matth. XX. 30. *e* Matth. XXI. 10. *f* Ibid. ℣℣. 9. 10. *g* Psalm. XXIII. 7. *h* Joan. X. 7. *i* Isa. LXIII. 1. *k* Luc. II. 14.

(α) Επιτήδειος] Forte ἐπιτηδείων.

ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. οὕτως γὰρ ὁ Λουκᾶς εἴρηκε. καὶ ἦν ἐν Σιὼν ἰδέσθαι ὥσπερ ἀντιφθεγγόμενα καὶ ἀντασπαζόμενα ἄλληλα τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια. οἱ ἄνω λέγουσι· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· οἱ κάτω ἀποκρίνονται· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. οἱ ἄγγελοι, ἐπὶ γῆς εἰρήνη εἰρήκασιν· οἱ ἄνθρωποι, εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, κεκράγασι. διατί; ἐπειδὴ ἐπέστη ὁ πᾶσι βοῶν· εἰρήνη ὑμῖν· περὶ οὗ ὁ προφήτης ηὔχετο, λέγων· κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν· τοῦτ᾽ ἔστι, τὸν υἱόν σου, τὸν μονογενῆ ἀπόστειλον, ἵνα δι᾽ αὐτοῦ καταλλαγῇς πρὸς ἡμᾶς, ὁρῶν τὴν ἡμετέραν φύσιν ἑνωθεῖσαν σοὶ δι᾽ αὐτοῦ· ἥνπερ εἰρήνην ὁρῶντες οἱ τῶν ἄνω χοροὶ, ἐβόων· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἤγουν Θεοῦ πρὸς ἐχθροὺς τελεία καταλλαγὴ, ἣν καὶ οἱ παῖδες μαθόντες ἔκραζον· ὡσαννά· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. γεγόνασι γὰρ τὰ ποτὲ ἐχθρὰ, νῦν ἀδελφά· μίαν τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια Χριστῷ τῷ οὐρανίῳ καὶ ἐπιγείῳ θεολογίαν προσάγοντα, καὶ προσκύνησιν. ὅθεν θεολογίαν προσάγειν οἱ ἄνω τοῖς κάτω διακελεύονται· προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· οἱ κάτω τοῖς ἄνω ἀντιφθέγγονται· προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι Θεοῦ. ὁ Δαβὶδ τοῖς ἀμφοτέροις βοᾷ· εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. οἱ παῖδες ἀπεκρίνοντο· ὡσαννά· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Μεθ᾽ ὧν καὶ ἡμεῖς ἀνυμνήσωμεν, καὶ ἑορτάσωμεν σήμερον· μὴ πανηγυρικῶς, ἀλλὰ θεϊκῶς· μὴ μόνον τῇ χειρὶ, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ, βάϊα κατέχοντες· καὶ ταύτην ὑπὲρ χιόνα λευκάναντες, πᾶσαν ἐξ αὐτῆς τοῦ παλαιοῦ, καὶ δερματίου χιτῶνος τὴν νέκρωσιν ἀποδυσώμεθα, πάντα τῦφον καὶ ἔπαρσιν ἀπορρίψαντες. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ βασιλεὺς τῶν ἀσωμάτων, οὐκ ἐφ᾽ ἁρμάτων καὶ στρατευμάτων παραγίνεται· ἀλλ᾽ ἐπὶ πώλου οἰκτροῦ καὶ μικροῦ καθήμενος ἔρχεται, σὲ παιδεύων μὴ ἐφ᾽ ἵππων καὶ ἡμιόνων, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις, ἐπαίρεσθαι. διὸ καὶ ἡμεῖς συμμετριάσωμεν Χριστῷ, ἵνα καὶ συνέλθωμεν· μετὰ ἀγγέλων ὑμνήσωμεν· μετὰ τῶν παίδων δοξάσωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· μετὰ Βηθανίας σκιρτήσωμεν· μετὰ Λαζάρου τῶν νεκρῶν ἔργων ἀναστῶμεν· μετὰ τῶν ἐν Σιὼν χορεύσωμεν· μετὰ τῶν ἀναβλεψάντων τυφλῶν κράξωμεν· μετὰ νηπίων, καὶ γερόντων αἰνέσωμεν· μετὰ μαθητῶν κηρύξωμεν· ἐλαιῶν κλάδους δι᾽ ἐλεημοσύνης ἐν τῇ τοῦ βίου ὁδῷ καλῶς ὑποστρώσωμεν· κατὰ τοὺς παῖδας περικόψωμεν τῆς πολυΰλου ὑμῶν ὑπάρξεως τὸν ὄγκον· καὶ ἐλεημοσύνῃ ἑαυτοὺς ὑποστρώσωμεν ἐν τῇ ὁδῷ τῇ λεγούσῃ· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός· ὅπως καὶ ἡμεῖς δι᾽ αὐτῆς εὕρωμεν ἔλεος παρ᾽ αὐτῆς, καὶ σὺν αὐτῇ εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ. εἰς τὸ ἱερὸν τὸ μέγα συνεισέλθωμεν, καὶ οἱ προάγοντες, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες· οἱ προάγοντες μὲν, οἱ ἐν τῇ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην· καὶ οἱ προάγοντες διὰ πράξεων, καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες διὰ προθέσεως, ἅπαντες [σὺν] (α) Χριστῷ, οἱ αὐτοὶ συνακολουθοῦντες, καὶ ἀκολουθήσαντες συμβασιλεύοντες αὐτῷ, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαύοντες, δόξαν καὶ μεγαλοσύνην ἀναπέμψωμεν, ἅμα τῷ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ, καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A ri dicentes: [a] *Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in altissimis:* Sic enim Lucas habet. Eratque videre in Sion, cælestia pariter ac terrestria vicariis sibi respondentia vocibus, seque mutuo salutantia. Dicunt superi: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax*; inferi respondent: *Pax in cælo, & gloria in altissimis.* Dixerunt Angeli: *In terra pax*; homines clamarunt: *Pax in cælo*, Quamobrem? Quod nimirum ille adsit, qui omnibus clamat: [b] *Pax vobis*. Pro quo Propheta precabatur, dicens: [c] *Domine Deus noster pacem da nobis:* hoc est; mitte Filium tuum unigenitum, ut per eum nobis reconcilieris, videns naturam nostram per eum tibi unitam. Quam pa- B cem videntes cælestes chori clamabant: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax*: id est, perfecta Dei cum inimicis reconciliatio, quam & pueri cum docti essent, clamabant: *Hosanna: pax in cælo, & gloria in altissimis*. Nam quæ olim infense habebant, fraterna nunc caritate conserta sunt; unam cælestia pariter ac terrena, Christo cælesti simul ac terreno, divinitatis confessionem ac adorationem offerentia. Quamobrem jubent superi, ut ei inferi divinitatis offerant confessionem: [d] *Adorent eum omnes familiæ gentium*. Inferi superis respondent: [e] *Adorent eum omnes Angeli Dei*. David utrisque clamat: [f] *Lætentur cæli, & exsultet terra*. Respondent pueri: *Hosanna: Benedictus qui venit in nomi-* C *ne Domini*.

XIII. Cum quibus nos quoque laudemus, ac festam nunc agamus lucem, non pompatice, sed divine: nedum manu, sed & animo, palmarum ramos tenentes, eumque supra nivem dealbantes, omnem ipsum veteris ac pelliceæ tunicæ mortalitatem, omni fastu ac elatione deposita, exuamus. Idcirco enim spirituum Rex, non in curribus & exercitibus venit, sed misero ac vili pullo insidens, quo doceat, ut ne in equis & mulis, [g] *quibus non est intellectus*, efferaris. Proinde nos etiam una cum Christo modestiam colamus, ut & simul ascendamus: cum Angelis personemus hymnos: cum pue- D ris glorificemus: cum turba, eadem ac ipsa clamemus: cum Bethania exsultemus: cum Lazaro, ab operibus mortuis resurgamus: cum Sionis incolis choros agitemus: cum cæcis quibus visus restitutus fuit, clamemus: cum pueris & senibus laudemus: cum discipulis prædicemus: ramos olivarum per misericordiam in vitæ itinere puerorum more rite sternamus: circumcidamus longe materialis nostræ substantiæ molem, nosque misericordiæ in via substernamus, quæ dicit: [h] *Ego sum via*: ut & nos per eam & cum ea misericordiam inveniamus in superna Hierusalem. In magnum illud templum pariter ingrediamur, tum qui præcedimus, tum qui sequimur: qui præcedimus; qui nimirum hora tertia: E & qui sequimur; qui circa undecimam: qui, inquam, per acta præcedimus; quique sequimur per propositum animi; omnes Christo, ei nunc ac olim comites, cum ipso regnantes, ac sempiternis bonis fruentes, gloriam ac magnificentiam submittamus, una cum Patre, sanctissimoque ac vivifico Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a Luc. xix. 38. b Luc. xxiv. 35. c Isa. xxvi. 12. d Psalm. xcv. 7. e Psalm. xcvi. 8. f Psalm. xcv. 11. g Psalm. xxxi. 9. h Joan. xiv. 6.


(α) Χριστῷ] Leg. τῷ Χριστῷ.

Saecul. VI. circa Ann. Chr. 580.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΟΥ ΕΥΛΟΓΙΟΥ

ΠΑΠΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

* Κεφάλαια ἑπτὰ περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.



BEATISSIMI EULOGII

PAPÆ ALEXANDRINI

Capita septem de duabus naturis

DOMINI DEIQUE AC SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI.

Interprete FRANCISCO COMBEFISIO.

Εἰ μιᾶς φύσεως μετὰ τὴν ἕνωσιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν, εἰπὲ, ποίας; τῆς λαβούσης, ἢ τῆς ληφθείσης; καὶ τί γέγονεν ἡ ἑτέρα; εἰ δὲ ὑπάρχουσιν ἀμφότεραι, πῶς μία, εἰ μὴ ἐξ ἀμφοτέρων μία ἀπετελέσθη σύνθετος; εἰ δὲ τοῦτο, πῶς οὐχ ἑτερούσιος ὁ Χριστὸς, τοῦ πατρὸς ἀσυνθέτου ὑπάρχοντος;

A I. Si unius naturæ post unionem est Dominus noster Jesus Christus; rogo, cujusnam? ejus quæ assumsit, aut quæ assumta est? quidve altera factum est? Sin autem exsistant ambæ, quomodo sunt una, nisi ex ambabus una composita facta est? Sin autem se res sic habet, quomodo non diversæ substantiæ Christus a Patre, qui omnis expers compositionis est?

Εἰ οὐδέποτε δύο φύσεων ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὡμολόγηται ὢν, πῶς δυνατὸν λέγειν μιᾶς μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸν Χριστὸν, ἢ καὶ ὅλως λέγειν ἕνωσιν; εἰ δὲ ὡμολόγηται ὁ Χριστὸς δύο φύσεων γεγονέναι, εἰπὲ, πότε δύο φύσεων ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ πότε γέγονεν ἐκ μιᾶς;

II. Si numquam duplicis naturæ Dominus noster Jesus Christus agnitus est, quomodo potest dici Christum post unionem unius esse naturæ, aut etiam prorsus nuncupari unio? Sin autem fides est fuisse Christum duplicis naturæ, dic, rogo, quandonam B Christus erat duplicis naturæ, ac quando unius factus?

Ὁμοούσιος ὁ Θεὸς λόγος τῇ παρ' αὐτοῦ ληφθείσῃ σαρκὶ, ἢ ἑτερούσιος; ἀλλ' εἰ μὲν ὁμοούσιος, πῶς οὐ γέγονε τετρὰς ἡ τριάς; εἰ δὲ ἑτερούσιος ἡ σὰρξ τοῦ Θεοῦ λόγου, πῶς οὐ δύο φύσεων ὁ Χριστός;

III. Ejusdem ne Deus Verbum cum carne ab eo assumta substantiæ est, an diversæ? At, si quidem ejusdem est, quomodo Trinitas non effecta Quaternitas est? Sin autem caro diversæ substantiæ a Deo Verbo est, quomodo Christus non duplicis est naturæ?

Μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην φασί τινες· οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς οὕτω λέγειν. ἀλλ' εἰ μὲν μιᾶς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς σαρκὸς τοῦτο νοητέον, πῶς οἷόν τε τὸ κτιστὸν τῷ ἀκτίστῳ, καὶ τὸ ἀΐδιον τῷ ὑπὸ χρόνον εἶναι ταυτόν; εἰ δὲ ὡς μιᾶς φύσεως ἐχούσης ἑτέραν, ἢ ἐχομένης ὑφ' ἑτέρας, τίς ὑποίσει μίαν καὶ μίαν, οὐ δύο, ἀλλὰ μίαν εἰπεῖν;

IV. Sunt qui unam Dei Verbi naturam incarnatam dicunt [1]: arbitror autem vos quoque sic dicere. At enim, si hoc ita intelligendum, ut una sit Dei ac carnis substantia; quonam modo fieri potest, ut idem creatum sit cum increato, & quod est sempiternum cum eo quod tempori subjectum est? Sin C autem idcirco, quod una natura habeat alteram, aut ab altera habeatur; quis unam & unam non duas, sed unam appellari ferat?

Εἰ μία φύσις τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τοῦ πατρὸς, πῶς οὐ μία φύσις τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς σαρκός;

V. Si una natura Dei Verbi & Patris, quomodo non una natura Dei Verbi & Patris & carnis?

Εἰ κατ' οὐδὲν δύο ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σάρξ; καὶ εἰ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐκ ἔσται ὁ λόγος σὰρξ, καὶ ἡ σὰρξ λόγος, καὶ συναΐδιος τῷ πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ὡς ὁ Θεὸς λόγος; εἰ δὲ οὐ κατὰ πάντα ἓν ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σὰρξ, πῶς οὐ κατά τι δύο ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σάρξ;

VI. Si nulla ratione Deus Verbum & caro sunt duo, quomodo non omni ratione Deus Verbum & caro unum sunt? Ac, si quidem Deus Verbum & caro omni ratione idem sunt, quomodo Verbum caro non erit, & caro Verbum, Patrique coæterna & consubstantialis haud secus ac Deus Verbum? Sin autem non omni modo Deus Verbum & caro unum D sunt, quomodo non quadam ratione Deus Verbum & caro duo sunt?

Εἰ ἀδύνατον πλέον ἡνῶσθαι τὸν Θεὸν λόγον καὶ τὴν σάρκα, οὗ ἥνωται ὁ Θεὸς λόγος καὶ ὁ πατὴρ, πῶς ἡνωμένος ὁ Θεὸς λόγος καὶ ἡ σὰρξ κατ' οὐδέν εἰσι δύο;

VII. Si fieri non potest, ut magis uniantur Deus Verbum & caro, quam Deus Verbum & Pater, quomodo Deus Verbum unitus & caro nulla ratione sunt duo?

1. Athanas. Cyrill.


* Exstant hæc septem Capita S. Eulogii inter opuscula theologica S. Maximi Confessoris, opp. tom. II. pagg. 145. seq. edit. Combefisianæ.

MARII
AVENTICENSIS EPISCOPI
CHRONICON,
A tempore quo PROSPER AQUITANUS desinit
usque ad annum vulgaris æræ DLXXXI.
Cum Appendice incerti Auctoris.

EX PERVETUSTO CODICE MS.
PETRI FRANCISCI CHIFFLETII
SOC. JESU

Primum in lucem editum inter *Historiæ Francorum Scriptores*,
studio ANDREÆ DU CHESNE collectos.

ACCESSIT
VENANTII FORTUNATI
EXPOSITIO
FIDEI CATHOLICÆ,
Inter *Anecdota Latina* L. A. MURATORII evulgata.



M A R I I
AVENTICENSIS EPISCOPI
C H R O N I C O N.

USque heic Proſper: quæ ſequuntur MARIUS A epiſcopus.

Conſule ſupra ſcripto levatus eſt Avitus imperator in Gallias: & ingreſſus eſt Theodoricus rex Gothorum Arelato cum fratribus ſuis in pace.

Joanne & Varana.

His conſulibus dejectus eſt Avitus imperator a Majoriano & Ricimere Placentia: & factus eſt epiſcopus in civitate.

Eo anno Burgundiones partem Galliæ occupaverunt, terraſque cum Gallis ſenatoribus diviſerunt.

Conſtantino & Ruſo.
Majoriano & Leone.
Ricimere & Patricio.
Magno & Apollonare [1]. B

His conſulibus Majorianus imperator profectus eſt ad Hiſpanias.

Eo anno captæ ſunt naves a Vandalis ad Elecem, juxta Carthagine Spartaria.

Severino & Dagalaiſo.

His conſulibus dejectus eſt Majorianus de imperio in civitate Bertona a Ricimere Patricio, & interfectus eſt ſuper Ira fluvio: & levatus eſt Severus imperator Ravenna.

Leone II. & Severo.
Baſilio & Bibiano.

His conſulibus pugna facta eſt inter Ægidium & Gothos, inter Ligere & Ligerecino, juxta Aurelianis; ibique interfectus Fredericus rex Gothorum. C

Olybrio & Ruſticio.
Ermenerico & Baſiliſco.
Leone III. & Taſſiano.
Poſeo & Joanne.

His conſulibus levatus eſt Anthemius imperator.

Eo anno interfectus eſt Theodoricus rex Gothorum a fratre ſuo Euthorico Tholoſa.

Anthemio Auguſto.
Marciano & Leone.
Severo & Jordano.
Leone IV. & Probiano.
Feſto.
Leone V.

Hoc conſule levatus eſt Glycerius imperator Ravenna. D

Leone Juniore.

Hoc conſule depoſitus eſt Glycerius de imperio, & levatus eſt Nepos imperator.

P. C. Leonis Junioris Auguſti.
Baſiliſco & Armato.

His conſulibus levatus eſt Odovacer rex.

P. C. Baſiliſci & Armati.
Illone.
Zenone.
Baſilio Juniore.
Placido.
Severino Juniore.
Fauſto.
Venantio & Theodorico.
Symmacho.
Decio & Longino.
Boetio.
Dinamico & Siſidio.
Probino & Euſebio.

His conſulibus ingreſſus Theudoricus rex Gothorum in Italia Ponte Iſonti.

Longino & Fauſto.
Olybrio.
Anaſtaſio & Ruſo.
Albino & Euſebio.

His conſulibus occiſus eſt Odovacer rex a rege Theuderico in Laureto.

Aſterio & Præſidio.
Viatore.
P. C. Viatoris.
P. C. Viatoris anno II.
Paullino.
P. C. Paullini.
Patricio & Hypatio.

His conſulibus pugna facta eſt Divione inter Francos & Burgundiones, Godegeſelo hoc doloſe contra fratrem ſuum Gundobagaudum machinante. In eo prœlio Godegeſelus cum ſuis, adverſus fratrem ſuum cum Francis dimicavit: & fugatum fratrem ſuum Gundobagaudum, regnum ipſius paulliſper obtinuit: & Gundobagaudus Avinione latebram dedit.

Eo anno Gundobagaudus reſumtis viribus Viennam cum exercitu circumdedit, captaque civitate fratrem ſuum interfecit; pluresque ſeniores ac Burgundiones qui cum ipſo ſenſerant, multis exquiſitiſque tormentis morte damnavit: regnumque quod perdiderat, cum eo quod Godegeſelus habuerat, receptum, uſque in diem mortis ſuæ feliciter gubernavit.

Abieno & Pompejo.
Abieno Juniore, & Probo.
Voluſiano.
Cethego.
Saviniano & Theudoro.
Meſſala & Ariobinda.
Venantio & Celere.
P. C. Venantii.
Importuno.

Hoc conſule Mammo dux Gothorum partem Galliæ deprædavit.

Boetio.
Felice & Secundino.
Paullo & Muſciano.
Clementino & Probo.
Senatore.
Florentio & Anthemio.

His conſulibus monaſterium Acauno a rege Sigiſmundo conſtructum eſt.

Petro.

E Hoc conſule rex Gundobagaudus obiit, & levatus eſt filius ejus Sigiſmundus rex.

Anaſtaſio & Agapeto.
Magno.
Juſtino & Eutecio.
Ruſticio & Vitaliano.
Juſtiniano & Valerio.
Symmacho & Boetio.

1. *Apollonare*] Ex Faſtis leg. *Apollonio*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 581.

His consulibus Segericus filius Sigismundi regis, A jussu patris sui injuste occisus est.

Maximo. Indictione I.

Hoc consule Sigismundus rex Burgundionum a Burgundionibus Francis traditus est, & in Francia in habitu monachali perductus: ibique cum uxore & filiis in puteo est projectus.

Justino II. *& Opilione. Ind.* II.

His consulibus Godemarus frater Sigismundi, rex Burgundionum ordinatus est.

Eo anno contra Chlodomerem regem Francorum Viseroncia prœliavit: ibique interfectus est Chlodomeres.

Eo anno interfectus est Boetius patricius in territorio Mediolanense.

Probo Juniore & Philoxeno. Ind. III.

His consulibus occisus est Symmachus patricius Ravennæ.

Olybrio. Ind. IV.

Hoc consule defunctus est Theudoricus rex Gothorum in urbe Ravenna, & levatus est rex Atalaricus nepos ejus.

Matario. Ind. V.

Justiniano II. *Ind.* VI.

Decio Juniore. Ind. VII.

Lampadio & Oreste. Ind. VIII.

P. C. Lampadii & Orestis. Ind. IX.

Item P. C. Lampadii & Orestis. Ind. X.

His consulibus Hypatius patricius, seditione populi imperator levatus, & jussu Justiniani Augusti interfectus est, & cum eo Pompejus, & pæne triginta millia hominum in Circo gladio necati sunt.

Justiniano Augusto III. *Ind.* XI.

Paullino juniore. Ind. XII.

Hoc Consule reges Francorum Childebertus, Chlotarius & Theudebertus Burgundiam obtinuerunt; & fugato Godomaro rege, regnum ipsius diviserunt.

Eo anno Africa Romano imperio post nonaginta & duos annos per Belesarium patricium reducitur: & Gelimer rex Vandalorum captivus Constantinopoli exhibetur, & Justiniano Augusto cum uxoribus & thesauris a supra scripto patricio præsentatur.

Belesario. Ind. XIII.

Hoc consule, eo anno quo consulatum dedit, Siciliam ingressus, eam imperio Romano restituit.

P. C. Belesarii. Ind. XIV.

Item P. C. Belesarii. Ind. XV.

Joanne. Ind. I.

Hoc consule Mediolanus a Gothis & Burgundionibus effracta est: ibique senatores & sacerdotes cum reliquis populis, etiam in ipsa sacrosancta loca interfecti sunt; ita ut sanguine eorum ipsa altaria cruentata sint.

Appione. Ind. II.

Hoc consule Theudebertus rex Francorum Italiam ingressus, Liguriam Æmiliamque devastavit; ejusque exercitus loci infirmitate gravatus valde contribulatus est.

Justino. Ind. III.

Hoc consule Persi Antiochiam vastaverunt, universamque Syriam, depopulantes.

Eo anno Belesarius patricius Wittegis regem Gothorum, de Ravenna captivum abductum, Constantinopoli cum uxore & thesauris, [1] Justino Augusto præsentavit.

Basilio. Ind. IV.

P. C. Basilii anno I. *Ind.* V.

P. C. Basilii anno II. *Ind.* VI.

P. C. Basilii anno III. *Ind.* VII.

P. C. Basilii anno IV. *Ind.* VIII.

P. C. Basilii anno V. *Ind.* IX.

P. C. Basilii anno VI. *Ind.* X.

Hoc anno Vigilius Papa Romanus Constantinopoli properavit.

Eo anno Baduila rex Gothorum Roma capta depopulavit, dejectisque muris partem civitatis incendit.

Eo anno resumtis viribus Belesarius dux Romam ad Romanum dominium revocavit.

P. C. Basilii anno VII. *Ind.* XI.

Eo anno Theudebertus rex magnus Francorum obiit: & sedit in regno ejus Theudebaldus filius B ipsius.

Eo anno Lanthacarius dux Francorum in bello Romano transfossus obiit.

P. C. Basilii anno VIII. *Ind.* XII.

P. C. Basilii anno IX. *Ind.* XIII.

P. C. Basilii anno X. *Ind.* XIV.

P. C. Basilii anno XI. *Ind.* XV.

P. C. Basilii anno XII. *Ind.* I.

Hoc anno Baduila rex Gothorum ab exercitu reipublicæ per Narsetem charthularium eunuchum interficitur: & Teja accepit regnum ejus.

P. C. Basilii anno XIII. *Ind.* II.

Hoc anno Teja rex Gothorum a supra scripto Narse interficitur.

C *P. C. Basilii anno* XIV. *Ind.* III.

Hoc anno Theudobaldus rex Francorum obiit, & obtinuit regnum ejus Chlothacarius, patruus patris ejus.

Eo anno Chramnus filius Chlothacarii regis, solicitante Childeberto patruo suo, ad ipsum latebram dedit.

Eo anno Saxonibus rebellantibus, Chlothacarius rex cum gravi exercitu contra ipsos dimicavit; ubi multitudo Francorum & Saxonum ceciderunt: Chlotarius tamen rex victor abscessit.

Eo tempore Buccelenus dux Francorum in bello Romano cum omni exercitu suo interiit.

P. C. Basilii anno XV. *Ind.* IV.

D Eo anno iterum rebellantibus Saxonibus Chlotarius rex pugnam dedit; ibique maxima pars Saxonum cecidit.

Eo anno Franci totam Toringiam, pro eo quod cum Saxonibus conjuraverat, vastaverunt.

Ipsis diebus Chramnus collecto exercitu regionem patris sui devastat.

Eo anno exercitus Francorum reipublicæ Romanæ exercitum vastavit; atque effugatum devastavit, cum illis & divitiis multis abductis.

Eo anno exercitus reipublicæ resumtis viribus partem Italiæ, quam Theudebertus rex adquisierat, occupavit.

P. C. Basilii anno XVI. *Ind.* V.

E *P. C. Basilii anno* XVII. *Ind.* VI.

Hoc anno Childebertus rex Francorum transiit: & obtinuit regnum ejus Chlotarius rex, frater ejus.

P. C. Basilii anno XVIII. *Ind.* VII.

P. C. Basilii anno XIX. *Ind.* VIII.

Hoc anno, serenitate cæli, inter stellas splendidas obscurata est luna XVI. ut vix conspici posset.

Eo anno Chramnus post sacramenta quæ patri dederat, ad Britannos petiit; & moliens regnum patris invadere, adversus ipsum cum Britannis movere ausus est, multaque loca graviter deprædavit. Ad cujus insaniam reprimendam pater cum exercitu properavit; & interfecto comite Britannorum, Chramnum vivum cepit, incensumque cum

1. *Justino*] Sic edit. mendose. Rescribe *Justiniano*. Atque ita legit Pagius ad annum 540. §. xı.

uxore & filiis, totius regionis incidit excidium. A

P.C. Basilii anno XX. *Ind.* IX.

Hoc anno Chlothacarius rex mortuus est: & diviserunt regnum ejus filii ipsius, id est, Charibertus, Guntecramnus, Hilpericus & Sigibertus.

P. C. Basilii anno XXI. *Ind.* X.

P.C. Basilii anno XXII. *Ind.* XI.

Hoc anno mons validus Tauretunensis, in territorio Vallensi, ita subito ruit, ut castrum cui vicinus erat, & vicos cum omnibus ibidem habitantibus oppressisset: & lacum in longitudine LX. millium, & latitudine XX. millium, ita totum movit, ut egressus utraque ripa vicos antiquissimos cum hominibus & pecoribus vastasset; etiam multa sacrosancta loca cum eis servientibus demolisset: & pontem Genavacum, molinas & homines per vim dejecit; & Genava civitate egressus plures homines interfecit. B

P.C. Basilii anno XXIII. *Ind.* XII.

P.C Basilii anno XXIV. *Ind.* XIII.

Hoc anno monachi Agaunenses iracundiæ spiritu incitati, noctis tempore episcopum suum Agricolam cum clero, & cives qui cum ipso erant, occidere nitentes, domum ecclesiæ effregerunt: & dum episcopum suum clerici vel cives defensare conati sunt, graviter ab ipsis monachis vulnerati sunt.

Eo anno transiit Magnacarius dux Francorum.

P.C. Basilii anno XXV. *Ind.* XIV.

Hoc anno signum apparuit in cælo per dies LXX.

Eo anno mortuus est Justinianus Augustus, & suscepit Iustinus nepos ipsius imperium.

Eo anno hiems valentissima fuit, ut quinque aut eo amplius mensibus propter nivis magnitudinem terra videri non posset: ipsaque asperitas multa animalia necavit.

Eo anno Sindewala Erolus tyrannidem assumsit, & a Narseo patricio interfectus est.

Anno primo Consulatus Justini junioris Aug. Ind. XV.

A principio mundi usque ad hunc consulem fiunt anni quinquies mille DCCLXVIII.

Anno II. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* I.

Hoc anno Narses ex præposito & patricio, post tantos prostratos tyrannos, id est Baduilam & Tejam reges Gothorum; & Buccelenum ducem Francorum, nec non & Sindewalem Erolum; Mediolanum vel reliquas civitates quas Gothi destruxerant, laudabiliter reparatas, de ipsa Italia a supra scripto Augusto remotus est.

Anno III. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* II.

Hoc anno Alboenus rex Langobardorum cum omni exercitu relinquens atque incendens Pannoniam, suam patriam, cum mulieribus vel omni populo suo, ut fera Italiam occupavit: ibique alii morbo, alii fame, nonnulli gladio interemti sunt. Eo anno etiam in finitima loca Galliarum ingredi præsumserunt, ubi multitudo captivorum gentis ipsius venumdata est.

Anno IV. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* III.

Hoc anno morbus validus, cum profluvio ventris & variola, Italiam Galliamque valde afflixit: & animalia bubula per loca supra scripta maxime interierunt.

Eo anno mortuus est Celsus patricius.

Anno V. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* IV.

Hoc anno infanda infirmitas atque glandula, cujus nomen est pustula, in supra dictis regionibus innumerabilem populum devastavit.

Anno VI. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* V.

Hoc anno Albuenus rex Langobardorum a suis, id est, Hilmegis cum reliquis, consentiente uxore sua, interfectus est: & supra scriptus Hilmegis, cum ante dicta uxore ipsius quam sibi in matrimonium sociaverat, & omni thesauro, tam quod de Pannonia exhibuerat, quam quod de Italia congregaverat, cum parte exercitus, Ravennæ reipublicæ se tradidit.

Anno VII. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* VI.

Hoc anno dux Langobardorum, nomine Cleb, genti ipsius rex ordinatus est, & plures seniores & mediocres ab ipso interfecti sunt.

Eo anno Væfarius dux Francorum obiit, & ordinatus est Theodofridus in locum ejus dux.

Anno VIII. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* VII.

Hoc anno Clebus rex Langobardorum a puero suo interfectus est.

Eo anno iterum Langobardi in Valle ingressi sunt, & Clusas obtinuerunt, & in monasterio sanctorum Acaunensium diebus multis habitaverunt: & postea in Baccis pugnam contra exercitum Francorum commiserunt, ubi pæne ad integrum interfecti sunt, pauci fuga liberati. Sed & Mauri & aliæ C gentes, qui in Provincia eorum ingredi præsumserunt, ab ipsis Francis devicti sunt.

Anno IX. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* VIII.

Anno X. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* IX.

Hoc anno Sigibertus rex Francorum, bellum contra fratrem suum Hilpericum movet; & quum eum jam inclusum haberet, & de ejus interfectione cogitaret, ab hominibus Chilperici per fraudem interfectus est: & suscepit regnum ejus Childebertus filius ipsius.

Anno XI. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* X.

Eo anno mortui sunt regii atque egregii adolescentes, Chlotacarius & Chlodomeris, filii Gunthegramni regis.

D *Anno* XII. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* XI.

Hoc anno Meroveus filius Hilperici regis occisus est.

Anno XIII. *Cons. Justini jun. Aug. Ind.* XII.

Hoc anno duo germani, Salonius & Sagittarius, episcopi a synodo quæ Cabalonno collecta est, pro diversis criminibus ab episcopatus honore dejecti sunt.

Eo anno mortuus est Justinus Augustus, & successit Tiberius in loco ejus.

Anno I. *Cons. Tiberii Constantini Augusti. Ind.* XIII.

Eo anno, mense Octobre, ita in Vallensi territorio Rhodanus exundavit, ut copias messium E denegaret: & intra Italiam ita fluvii exundaverunt, ut damna agricolæ paterentur.

Anno II. *Cons. Tiberii Constantini Augusti. Ind.* XIV.

Ea Indictione, mense Septembri, Austregildis regina obiit; propter cujus transitum interfecti sunt duo medici, Nicolaus & Donatus.

Eo anno Mummolus patricius cum uxore & filiis, & multitudine familiæ ac divitiis multis, in marca Childeberti regis, id est, Avinione, confugit.



SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 581.

APPENDIX
AD MARII CHRONICON.

Auctore ignoto, sed perantiquo.

Usque heic Marius episcopus.

Anno III. *Tiberii Aug. Ind.* XV.
Anno IV. *Tiberii Aug. Ind.* I.
Anno V. *Tiberii Aug. Ind.* II.
Anno VI. *Tiberii Aug. Ind.* III.
Anno VII. *Tiberii Aug. Ind.* IV.

Gothi sub Ermengildo Leubegildi regis filio bifarie divisi, mutua cæde vastantur.

Indictione V.

Mauricius annis XXI. Svevi a Leubegildo rege obtenti, Gothis subjiciuntur.

Indictione VI.

Gothi Recarido rege intendente, a fide catholica revertuntur.

Avares adversus Romanos dimicantes, auro magis quam ferro pelluntur.

Phocas annos novem. Iste seditione militari imperator factus, Mauricium Augustum nobiliumque multos........ *

Hujus tempore Parisini & Veneti per orientem vel Ægyptum civile bellum faciunt, ac se mutua cæde prosternunt. Prœlia quoque Persarum gravissima adversus rempublicam excitantur, a quibus Romani fortiter debellati, plurimas provincias & ipsam Hierosolymam amiserunt.

Heraclius quinto imperii sui dum fungitur anno, Sisebotus Gothorum rex in Spania plurimas Romanæ militiæ urbes, quarto regni sui sibi bellando subjicit; & Judæos sui regni subditos, præter eos qui fuga lapsi sunt ad Francos, ad Christi fidem convertit.

Hujus imperatoris temporibus, ad XIV. usque imperii sui annum, & Chlotacarii gloriosissimi Francorum principis quadragesimum regni sui annum, multa reipublicæ partibus, ubique pæne a diversis gentibus dispendia inlata fuere.

Hujus tempore Persi Calcidoniam usque pervenerunt.

Huni murum longum interrumpentes, & ad mœnia Constantinopolis peraccedentes, cum prædicto imperatore, mutuo in muro [1] stante conlocuntur: qui acceptum ab eo pacis pretium, ad tempus recedunt.

Per idem tempus divisa in tribus olim regnis Francia, in uno a præfato rege Francorum regnum conjungitur: atque persequente Theuderico rege germanum suum Austrasiorum regem Theudebertum, vincentes Franci in Burgundiam moventes Austrasios, ad extremum ipsum occiderunt. Nec mora: victor Theudericus Mettis quum obiisset, Sigoberto filio parvulo eum avia sua Brunihilde, regnum male usurpatum reliquit: qui vivente adhuc germano suo, nepotem suum ad petram in albis elidi jussit.

Per idem tempus victi filii sui a rege præfato Chlotacario capiuntur; ac præfata regina, prædictorum avia, ab eo capta, diversoque pœnarum genere afflicta, deinde camelo imposita, multis suis spectaculum præbuit: postremo [2] ferocissimo conligata pedibus equi tergo, extremum spiritum exhalavit. Cujusque deinceps corpusculum incendentes populi, sepulcrum ignis fuit: ac deinceps judicium paternum sine misericordia in germano & nepote quondam datum, in filiis redundavit: eosque a quibusdam, ut ajunt, interemtos, monarchiam prænuncupatus rex in tribus regnis obtinuit; quam feliciter religioseque gubernans, quadragesimo nunc cum prioribus regni sui anno vitam ducit.

Fiunt igitur ab exordio mundi usque in Heram præsentem, id est, XIV. Heraclii & XL. Chlotacarii regis annum, anni quinquies mille DCCCXXII.

1. *Stante*] Forte, *stantes*.

2. *Ferocissimo*] Forte, *ferocissimi*.

* Leg. *interfecit*.

FINIS.

VENANTII FORTUNATI

EXPOSITIO FIDEI CATHOLICÆ.

I. *Quicumque vult esse salvus ; ante omnia opus est, ut teneat catholicam Fidem ; quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit*. Primo ergo omnium Fides necessaria est, sicut Apostolica docet auctoritas dicens : [a] *Sine Fide impossibile est placere Deo*. Constat enim neminem ad veram pervenire posse beatitudinem, nisi Deo placeat ; & Deo neminem placere posse, nisi per Fidem. Fides namque est bonorum omnium fundamentum, Fides humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum Dei potest consortium pervenire, quia sine ipsa nec in hoc sæculo quisquam justificationis consequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et si quis heic non ambulaverit per Fidem, non perveniet ad speciem beatam Domini nostri Jesu Christi. *Catholica* universalis dicitur ; id est recta, quam universa Ecclesia tenere debet. Ecclesia quippe congregatio dicitur Christianorum, sive conventus populorum. Non enim sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum terrarum orbem dilatata diffunditur. *Ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur*, & credamus, & colamus, & confiteamur Trinitatem in personis, unitatem in substantia. Hanc quoque Trinitatem personarum, atque unitatem naturæ Propheta Esajas revelatam sibi non tacuit, cum se dicit Seraphim vidisse clamantia : [b] *Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus sabaoth*. Ubi prorsus in eo, quod dicitur tertio *Sanctus*, personarum Trinitatem, in eo vero, quod semel dicimus *Dominus Deus sabaoth*, divinæ naturæ cognoscimus unitatem. *Neque confundentes personas*, ut Sabellius errat, qui ipsum dicit esse Patrem in persona, quem & Filium ipsum, & Spiritum sanctum. Non ergo confundentes personas, quia tres personæ omnino sunt. Est enim gignens, genitus & procedens. Gignens est Pater, qui genuit Filium ; Filius est genitus, quem genuit Pater ; Spiritus sanctus est procedens, quia a Patre & Filio procedit. Pater & Filius coæterni sibi sunt, & coæquales, & cooperatores, sicut scriptum est : [c] *Verbo Domini cæli firmati sunt*, id est a Filio Dei creati, *Spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Ubi sub singulari numero Spiritus ejus dicitur, Trinitatem personarum aperte demonstrat, quia tres unum sunt, & unum tres. *Neque substantiam separantes*, ut Arius garrit, quia tres personas esse dicit, si & tres substantias esse mentitur, Filium dicit minorem quam Patrem, & creaturam esse ; Spiritum sanctum adhuc minorem quam Filium, & Patris & Filii eum administratorem esse adserit. Non ergo substantiam separantes, quia totæ tres personæ in substantia deitatis unum sunt. *Alia est enim persona Patris*, quia Pater ingenitus est, eo quod a nullo est genitus ; *alia persona Filii*, quia Filius a Patre solo est genitus ; *alia Spiritus sancti*, quia a Patre & Filio procedens est. *Sed Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas*, id est deitas, *æqualis gloria*, id est claritas, *coæterna majestas*. Majestas gloria est, claritas, sive potestas. *Qualis Pater, talis Filius, talis & Spiritus sanctus*, id est in deitate & omnipotentia. *Increatus Pater, increatus Filius, increatus & Spiritus sanctus*, id est a nullo creatus. *Immensus Pater*,
A *immensus Filius, immensus & Spiritus sanctus*. Non est mensurabilis in sua natura, quia inlocalis est & incircumscriptus, ubique totus, ubique præsens, ubique potens. *Æternus Pater, æternus Filius, æternus & Spiritus sanctus*, id est non tres æterni, sed in tribus personis unus Deus æternus, qui sine initio & fine sine æternus permanet. *Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens & Spiritus sanctus*. Omnipotens dicitur, eo quod omnia potest, & omnium obtinet potestatem. Ergo si omnia potest, quid est quod non potest ? Hoc non potest quod omnipotenti non competit posse. Falli non potest, quia sanctus est ; mori non potest, quia immortalis vita est ; finiri non potest, quia infinitus
B & perennis est. *Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus & Spiritus sanctus*. Proprium nomen est Patris Pater, & proprium nomen Filii Filius, & proprium nomen est Spiritus sancti Spiritus sanctus. *Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus & Spiritus sanctus*. Dominus dicitur, eo quod dominetur creaturæ cunctæ, vel quod creatura omnis dominatui ejus deserviat. *Quia sicut singillatim*, id est, sicut distincte, *unamquamque personam Deum & Dominum confiteri Christiana veritate compellimur*. Quia si me interrogaveris, quid est Pater ? ego respondebo : Deus & Dominus. Similiter si me interrogaveris, quid est Filius ? ego dicam : Deus & Dominus. Et si dicas : quid est Spiritus sanctus ? Ego dicam : Deus
C & Dominus. Et in his tribus personis non tres Deos, nec tres Dominos, sed in his tribus, sicut jam supra dictum est, unum Deum & unum Dominum confiteor. *Unus ergo Pater, non tres Patres*, idest quia Pater, semper Pater, nec aliquando Filius. *Unus Filius, non tres Filii*, id est quia Filius semper Filius, nec aliquando Pater. *Unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti*, id est quia Spiritus sanctus semper est Spiritus sanctus, nec aliquando Filius, aut Pater. Hæc est proprietas personarum. *Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius*. Quia sicut numquam Filius sine Patre, sic numquam fuit Pater sine Filio, sic & numquam fuit Pater & Filius sine Spiritu sancto. Coæterna ergo Trinitas, & insepa-
D rabilis unitas sine initio, & sine fine. *Nihil majus aut minus*. Æqualitatem personarum dicit, quia Trinitas æqualis est, & una deitas, Apostolo docente & dicente : [d] *Per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*, & per creaturam Creator intelligitur secundum has comparationes, & alias quamplures. Sol, candor & calor, & tria sunt vocabula, & tria unum. Quod candit, hoc calet, & quod calet, hoc candit. Tria hæc vocabula res una esse dignoscitur. Ita Pater, & Filius, & Spiritus sanctus tres personæ in deitate substantiæ unum sunt, & individua unitas recte creditur. Item de terrenis vena, fons, fluvius, tria sunt vocabula, & tria unum in sua natura. Ita trium personarum Patris,
E & Filii, & Spiritus sancti, substantia & deitas unum est.

II. *Est ergo Fides recta, ut credamus & confiteamur, quia Dominus Jesus Christus*. Jesus Hebraice, Latine Salvator dicitur, eo quod salvat populum ; Christus eo quod Spiritu sancto divinitus sit delibutus, sicut in ipsius persona Esajas ait : [e] *Spiritus*

a Heb. xi. 6. b Isa. vi. 3. c Psalm. xxxii. 6. d Rom. I. 20. e Isa. lxi. 1.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 586.

Domini super me, propter quod unxit me cet. Ita & Psalmista de Christo Domino dicit: [a] *Unxit te, Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Dei Filius, Deus pariter & homo est.* Filius a felicitate parentum dicitur; Homo ab humo dicitur, id est de humo terræ factus est. *Deus ex substantia Patris ante sæcula genitus*, id est Deus de Deo, lumen de lumine, splendor de splendore, fortis de forti, virtus de virtute, vita de vita, æternitas de æternitate. *Per omnia*, id est quod Pater in divina substantia, hoc est & Filius. Deus enim Pater Deum Filium genuit non voluntate, neque necessitate, sed natura. Nec quæratur quomodo genuit Filium, quod & Angeli nesciunt, & Prophetis est incognitum. Unde & isdem eximius Propheta Esaias dicit: [b] *Generationem ejus quis enarrabit?* Ac si dixisset; Angelorum nullus, Prophetarum nemo. Nec inenarrabilis, & inæstimabilis Deus a servulis suis discutiendus est, sed fideliter credendus, & pariter diligendus. *Et homo ex substantia matris in sæculo natus.* Dei Filius Verbum caro factum, & non quod divinitas mutasset deitatem, sed adsumsit humanitatem. Hoc est, [c] *Verbum caro factum est*, ex utero Virginis veram humanam carnem traxit. Et de utero virginali verus homo, sicut & verus Deus, in sæculo natus est, salva virginitatis gratia, quia mater genuit, & Virgo mansit ante partum, & post partum. *In sæculo*, id est in isto sexto milliario, in quo nunc sumus; sæcula enim generationibus constant, & inde sæcula, quod sequantur, abeuntibus enim aliis alia succedunt. *Perfectus Deus, perfectus homo*, id est verus Deus, & verus homo ex anima rationali, & non, ut Apollinaris hæreticus dixit, primum quasi deitas pro anima fuisset in carne Christi; postea cum per Evangelicam auctoritatem fuisset convictus dixit: *Habuit quidem animam, quæ vivificavit corpus, sed non rationalem.* Et e contrario iste dicit, qui catholice sentit: *Ex anima rationali, & humana carne subsistens*; id est, plenus homo atque perfectus. *Æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem*; id est, secundum formam servi, quam adsumere dignatus est. *Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus.* Id est, duæ substantiæ in Christo, deitas, & humanitas; non duæ personæ, sed una est persona. *Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed adsumtione humanitatis in Deum.* Id est, non quod divinitas quæ incommutabilis est, sit conversa in carnem; sed ideo unus, eo quod humanitatem adsumsit, cœpit esse, [1] quod erat, & non amisit quod erat; cœpit esse homo, quod antea non erat; non amisit deitatem, quia incommutabilis in æternum permanet. *Unus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.* Id est, divinitas incommutabilis cum homine, quem adsumere dignata est, sicut scriptum est: [d] *Verbum tuum Domine in æternum permanet*, id est, divinitas cum humanitate, ut diximus, duas substantias, unam personam esse in Christo; ut sicut ante adsumtionem carnis æterna fuit Trinitas, ita post adsumtionem humanæ naturæ vera maneat Trinitas, ne propter adsumtionem humanæ carnis dicatur esse quaternitas: quod absit a fidelium cordibus, vel sensibus dici, aut cogitari; cum ita, ut supra A dictum est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate veneranda sit. *Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.* Etsi Dei Filius nostram luteam & mortalem carnem nostræ conditionis adsumserit, sed tamen se nullatenus inquinavit, aut naturam deitatis mutavit; quia [2] si sol aut ignis aliquid immundum tetigerit, quod tangit purgat, & se nullatenus coinquinat, ita deitas sarcinam quam ex nostra humanitate adsumsit, nequaquam coinquinavit, sed nostræ naturæ carnem quam adsumsit, purgavit, & a maculis & sordibus peccatorum ac vitiorum expiavit, sicut Esajas ait: [e] *Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portavit.* Ad hoc B secundum humanitatem natus est, ut infirmitates nostras acciperet & ægrotationes portaret, non quod ipse infirmitates vel ægrotationes in se haberet, quia salus mundi est, sed ut eas a nobis tolleret, [3] dum suæ sacræ passionis gratiam & sacramenta, chirographo ademto, redemtionem pariter ac salutem animarum nobis condonaret. *Qui passus est pro salute nostra*, id est, secundum id quod pati potuit, quod est secundum naturam humanam; nam secundum divinitatem Dei Filius impassibilis est. *Descendit ad inferos*, ut protoplastum Adam, & Patriarchas, & Prophetas, & omnes justos, qui pro originali peccato ibidem detinebantur, liberaret, & de vinculo ipsius peccati absolutos de eadem C captivitate & infernali loco, suo sanguine redemtos ad supernam patriam & ad perpetuæ vitæ gaudia revocaret. Reliqui vero qui supra originali peccato principalia crimina commiserunt, ut asserit Scriptura, in pœnali tartaro remanserunt, sicut in persona Christi dictum est per Prophetam: [f] *Ero mors tua, o mors*; id est, morte sua Christus humani generis inimicam mortem interfecit, & vitam dedit: *Ero morsus tuus, inferne.* Partem momordit infernum pro parte eorum quos liberavit, partem reliquit pro parte eorum qui pro principalibus criminibus in tormentis remanserunt. *Surrexit a mortuis primogenitus mortuorum.* Et alibi Apostolus dicit: [g] *Ipse primogenitus ex multis fratribus*; id est, primus a D mortuis resurrexit. [h] *Et multa corpora Sanctorum dormientium cum eo surrexerunt*, sicut Evangelica auctoritas dicit; sed ipse, qui caput est, prius; deinde qui membra sunt, continuo. Postea *ascendit ad cælos*, sicut Psalmista ait: [i] *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem*; id est, humanam naturam, quæ prius sub peccato venumdata fuit & captiva, eamdemque redemtam captivam duxit in cælestem altitudinem, & ad cælestis patriæ regnum sempiternum, ubi antea non fuerat, & collocavit in gloriam sempiternam. *Sedet ad dexteram Patris*; id est prosperitatem paternam, & in eo honore, quod Deus est. *Inde venturus est judicare vivos & mortuos.* Vivos dicit eos, quos tunc adventus E dominicus in corpore viventes invenerit, & mortuos jam antea sepultos. Et aliter dicit vivos justos, & mortuos peccatores. *Ad cujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est Fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.*

a Psalm. XLIV. 8. *b* Isa. LIII. 8. *c* Joan. I. 14. *d* Psalm. CXVIII. 89. *e* Isa. LIII. 4. *f* Osee XIII. 14. *g* Rom. VIII. 29. *h* Matth. XXVII. 52. *i* Psalm. LXVII. 19.

1. *Quod erat*] Sic edit. Sed videtur legendum, *quod* NON *erat*: ut paullo post *cœpit esse homo, quod antea non erat.*

2. *Si sol*] Forte, *sicut sol*, propter sequentia, *ita deitas*.

3. *Dum suæ*] Forte, *dum ob suæ*.

S A N C T I
COLUMBANI ABBATIS
O P E R A


QUÆ EXSTANT OMNIA

PER

PATRICIUM FLEMINGUM

SÆCULO SUPERIORE CONGESTA:

Nunc vero in meliorem ordinem digesta, recensita & aucta.



INCIPIUNT CAPITULA REGULÆ S. COLUMBANI ABBATIS ET CONFESSORIS.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT REGULA COENOBIALIS.

CAPUT I.

De obedientia.

PRimo omnium docemur [a] Deum diligere ex toto corde & ex tota mente & ex totis viribus, & proximum tamquam nosmet ipsos. Deinde ad primum verbum senioris omnes ad obediendum audientes surgere oportet: quia obedientia Deo exhibetur; dicente Domino nostro Jesu Christo: [b] *Qui vos audit, me audit.*

Si quis igitur verbum audiens non statim surrexerit, inobediens judicandus est. Qui autem contradixerit, contumaciæ crimen incurrit: & ideo non solum inobedientiæ reus est, sed etiam contra- B dictionis aditum aliis aperiens, multorum destructor æstimandus est.

Si quis vero murmuraverit, & ipse tamquam non ex voto obediens, inobediens putandus est; idcirco opus ejus abjiciatur, donec illius bona voluntas cognoscatur. Obedientia autem usque ad quem modum definitur? usque ad mortem certe præcepta est; quia Christus usque ad mortem obedivit Patri pro nobis, quam ipse nobis per Apostolum insinuat, dicens: [c] *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, & specie inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis.* Nihil itaque recusandum est obedientibus, veris Christi discipulis, quamvis durum & arduum sit; sed cum fervore & lætitia accipiendum est. Quia si talis non fuerit obedientia, non erit acceptabilis Deo, qui ait: [d] *Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Et ideo dicit de digno discipulo: [e] *Ut ubi ego sum, ibi & minister meus mecum.*

CAPUT II.

De silentio.

SIlendi regula diligenter custodienda decernitur; quia scriptum est: [f] *Cultus autem justitiæ silentium, & pax.* Et ideo, ne reatus de verbositate conquiratur, exceptis utilitatibus & necessariis, opus est ut taceatur; quia juxta scripturam: [g] *In multiloquio non deerit peccatum.* Et idcirco Salva- A tor ait: [h] *Ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Juste damnabuntur, qui justa dicere noluerunt cum potuerunt; sed mala, injusta, impia, inania, injuriosa, incerta, falsa, contentiosa, contumeliosa, turpia, fabulosa, blasphema, aspera ac flexuosa loqui garrula verbositate maluerunt. Tacendum igitur est de eis & talibus, & cum cautela & ratione loquendum est monachis; ne aut detractiones, aut tumidæ contradictiones in loquacitatem vitiosam prorumpant.

CAPUT III.

De cibo, & potu.

CIbus sit vilis & vespertinus monachorum, satietatem fugiens, & potus ebrietatem: ut & sustineat, & non noceat. Olera, legumina, farina aquis mixta, cum parvo panis paximatio, ne venter oneretur, & mens suffocetur. Etenim utilitati & usui tantum consulendum est, æterna desiderantibus præmia; & ideo temperandus est ita usus, sicut temperandus est labor: quia hæc est vera discretio, ut possibilitas spiritalis profectus cum abstinentia carnem macerante retentetur. Si enim modum abstinentia excesserit, vitium, non virtus erit: virtus enim multa sustinet bona & continet. Ergo cotidie jejunandum est, sicut coti- C die orandum est, cotidie laborandum, cotidieque est legendum.


CAPUT IV.

De paupertate, ac de cupiditate calcanda.

MOnachis quibus pro Christo [i] mundus crucifixus est, & ipsi mundo, cupiditas calcanda est: nimirum dum non solum superflua eos habere damnabile est, sed etiam velle: quorum non census, sed voluntas quæritur: qui relinquentes omnia, & Christum Dominum [k] cum timoris cruce quotidiani sequentes, in cælis habent thesauros. D Idcirco dum in cælis multum sunt habituri, parvo & extremo necessitatis censu in terris debent esse contenti; scientes lepram esse cupiditatem monachis, imitatoribus filiorum prophetarum, ac discipulorum Christi proditionem atque perditionem, Apostolorum quoque dubiis sectatoribus mortem. Ideo ergo nuditas & facultatum contemtus prima

a Matth. XXII. 37. *b* Luc. X. 16. *c* Philipp. II. 5-8. *d* Luc. XIV. 27. *e* Joan. XII. 25. *f* Isa. XXXII. 17. *g* Prov. X. 19. *h* Matth. XII. 37. *i* Gal. VI. 14. *k* Matth. XVI. 24.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr 589



perfectio est monachorum; secunda vero purgatio vitiorum; tertia perfectissima Dei continuata dilectio, ac divinorum jugis amor, qui terrenorum succedit oblivioni. Quæ cum ita sint, paucis nobis opus est, juxta verbum Domini [a], aut etiam uno. Pauca namque sunt necessaria vera, sine quibus non transigitur, aut etiam uno, quasi cibo juxta litteram; puritate autem sensus indigemus per gratiam Dei, ut intelligamus spiritaliter, quæ sunt illa pauca caritatis, quæ Marthæ a Domino suggeruntur.

CAPUT V.

De vanitate calcanda.

VAnitas quoque quam sit periculosa, brevibus demonstratur verbis Salvatoris; qui suis discipulis lætantibus vanitate dixit: [b] *Vidi satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Et Judæis aliquando se justificantibus ait: [c] *Quod autem altum est hominibus, abominatio est in conspectu Domini.* His, & illius [d] Pharisæi famosissimi se justificantis exemplo colligitur, quod interemtrix sit omnium bonorum vanitas, & gloriatio elata: dum bona vane laudata Pharisæi perierint, & peccata publicani accusata evanuerint. Non exeat igitur verbum grande de ore monachi, ne suus grandis pereat labor.

CAPUT VI.

De castitate.


CAstitas vero monachi in cogitationibus judicatur; cui nimirum cum discipulis ad audiendum accedentibus a Domino dicitur: [e] *Qui viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo.* Dum enim vultum illius considerat ille cui consecratus est, verendum est ne inveniat in anima, quod abominetur: ne forte juxta sententiam sancti Petri [f], habeant oculos luxuriæ plenos atque adulterii. Et quid prodest virgo corpore, si non sit virgo mente? [g] *Deus* enim *spiritus est*, & in spiritu habitat ac mente, quam immaculatam viderit; in qua nulla sit adultera cogitatio, nulla spiritus coinquinati macula, nulla peccati labes.

CAPUT VII.

De cursu psalmorum.

DE synaxi vero, id est, de cursu psalmorum, & orationum modo canonico quædam sunt distinguenda, quia varie a diversis memoriæ de eo traditum est. Ideo juxta vitæ qualitatem ac temporum successionem varie a me quoque litteris insinuetur hoc idem. Non enim uniformis esse debet pro reciproca temporum alternatione: longior enim per longas noctes, breviorque per breves esse convenit. Inde & apud seniores nostros ab octavo kalendas Julii, cum noctis augmento sensim incipit crescere cursus, a duodecim choris brevissimi modi, in nocte sabbati sive dominicæ, usque ad initium hiemis, id est, kalendas Novembris, in quibus viginti quinque canunt antiphonas psalmorum ejusdem numeri; qui semper tres loco duobus succedunt psaltis: ita ut totius psalterii inter duas supra dictas noctes numerum cantent duodecim cho-A ris, ceteras temperantes tota hieme noctes; qua finita per ver sensim per singulas hebdomadas terni semper decedunt psalmi, ut duodecim in singulis noctibus tantum antiphonæ remaneant, id est, quotidiani hiemalis triginta sex psalmi cursus; viginti quatuor autem per totum ver & æstatem, & usque ad autumnale æquinoctium, id est, octavo kalendas Octobris, in quo similitudo synaxeos est, sicut in vernali æquinoctio, id est, octavo kalendas Aprilis, dum per reciprocas vices paullatim & crescit, & decrescit. Igitur juxta vires considerand a vigilia est, maxime cum ab auctore salutis nostræ jubemur [h] vigilare, & orare omni tempore; & Paullus præcipit [i] sine intermissione ora-B re. Sed quia orationum canonicarum noscendus est modus, in quo omnes simul orantes horis conveniant statutis, quibusque absolutis unusquisque in cubiculo suo orare debet; per diurnas terni psalmi horas, pro operum interpositione, statuti sunt a senioribus nostris, cum versiculorum augmento intervenientium, pro peccatis primum nostris, deinde pro omni populo Christiano, deinde pro sacerdotibus & reliquis Deo consecratis sacræ plebis gradibus, postremo pro eleemosynas facientibus; postea pro pace regum, novissime pro inimicis; ne [k] illis Deus statuat in peccatum, quod persequuntur & detrahunt nobis, quia nesciunt quid faciunt. Ad initium vero noctis duodecim psalmi,
C ad mediumque noctis duodecim similiter psalluntur; ad matutinum vero bis deni, bisque bini per tempora brevium, ut dictum est, noctium, sunt dispositi; pluribus, jam ut dixi, semper nocti dominicæ ac sabbati vigiliæ deputatis, in quibus sub uno cursu septuaginta quinque singillatim cantantur. Hæc juxta communem dicta sunt synaxim. Sed vera, ut dixi, orandi traditio, ut possibilitas ad hoc destinati sine fastidio voti prævaleat, sive sua perfectio possibilitatis permittat, vel capacitas mentis illius cum necessitatum consideratione, vel vitæ qualitas possit admittere; & quantum uniuscujusque fervor exegerit, si liber ac solus sit, aut eruditionis ejus quantitas postulaverit, aut status
D otium, aut magnitudo studii, aut operum qualitas, aut ætatum diversitas permiserit; ita varie licet unius rei perfectio æstimanda est, quia cum labore adorationis partitur: & ideo, licet longitudo standi aut cantandi sit varia, unius tamen perfectionis erit æqualitas orandi in corde, ac mentis cum Deo jugis intentio. Sunt autem quidam catholici, quibus idem est canonicus duodenarius psalmorum numerus, sive per breves, sive per longas noctes; sed per quaternas in nocte vices hunc canonem reddunt, ad initium noctis, ad mediumque ejus, pullorum quoque cantus, ac matutinum. Cursus hic, ut in hieme parvus aliis videtur, ita in æstate satis onerosus & gravius invenitur, dum cre-
E bris in noctis brevitate expeditionibus, non tam lassitudinem facit, quam fatigationem. Noctibus vero reverentissimis dominicæ scilicet vel sabbati, ad matutinum ter idem volvitur numerus, id est, ter denis & sex psalmis. Quorum pluralitas ad sanctam conversationem hunc numerum canonicum multis dulci indixit suavitate, tamquam & reliquam disciplinam, sub quorum nimirum regula nullus invenitur lassus: & cum tanta pluralitas eorum sit, ita ut mille Abbates sub uno Archimandrita esse referantur, nulla ibi a conditione cœnobii inter duos monachos rixa fuisse fertur visa: quod sine Dei ibi habitatione, dicentis: [l] *Ego in*

a Luc. X. 42. b Ibid. ℣. 18. c Luc. xvi. 15. d Luc. xviii. 11. seqq. e Matth. V. 28. f II. Pet. II. 14.
g Joan. iv. 24. h Luc. xxi. 36. i I. Thess. V. 17. k Act. vii. 59. l II. Cor. vi. 16. Lev. xxvi. 12.



eis habitabo, & inter illos ambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi eruntmibi populus, esse non posse manifestum est. Merito itaque creverunt, & quotidie, Deo gratias, crescunt, in quorum medio Deus habitat; quorum meritis mereamur salvari a Salvatore nostro. Amen.

CAPUT VIII.

De discretione.

DIscretio monachis quam sit necessaria, multorum error ostendit, & aliquorum ruinæ demonstrant: qui sine discretione incipientes, & absque moderatrice scientia degentes, vitam finire laudabilem non potuerunt. Quia sicut sine via tendentibus error evenit; ita sine discretione viventibus excessus in promtu est, qui semper virtutibus in medio inter utramque nimietatem positis contrarius est. Cujus impactio periculi res est, dum juxta semitam discretionis directam inimici pravitatis offendicula ac diversorum errorum scandala ponunt. Orandus est igitur Deus, qui lumen veræ discretionis largiatur ad illuminationem hujus vitæ, tenebris sæculi utrimque obscurissimis circumdatæ; quo sui ad se sine errore veri adoratores possint has evadere tenebras. Discretio igitur a discernendo nomen accepit, eo quod ipsa in nobis discernit inter bona & mala, inter media quoque ac perfecta. Divisa namque sunt ab initio, sicut lux & tenebræ, utraque, id est, bona & mala, postquam mala per diabolum boni depravatione esse cœperunt; sed per Deum illuminantem prius, ac postea dividentem. Inde Abel prius bona elegit, Cain vero impius [1] mala incidit. Bona Deus fecit cuncta quæ creavit, mala vero diabolus superseminavit dolosa calliditate, ac subdola ambitionis intutæ suasione. Quæ sunt igitur bona illa? scilicet quæ integra sunt ac incorrupta, sicut creata, permanserunt: quæ solus creavit Deus, [a] *& præparavit*, juxta Apostolum, *ut in illis ambulemus*: quæ sunt opera bona, *in quibus in Christo Jesu creati sumus*; bonitas scilicet, integritas, pietas, justitia, veritas, misericordia, caritas, pax salutaris, lætitia spiritalis, cum spiritus fructu. Hæc omnia cum fructibus suis bona sunt: his vero contraria mala sunt, scilicet malitia, corruptela, impietas, injustitia, mendacium, avaritia, odium, discordia, amaritudo, cum fructibus eorum multiplicibus qui ab eis nascuntur. Innumerabilia enim sunt, quæ de utrisque contrariis, id est, bonis & malis procreantur. Quod autem declinat a bonitate condita & integritate, hoc primum malum est, ut est superbia malitiæ primæ; cui contra est piæ bonitatis humilis existimatio, suum creatorem agnoscentis & glorificantis; quod est rationabilis creaturæ primum bonum. Sic & cetera per duplices sensim partes in immanem nominum silvam crevere. Quæ cum ita sint, tenenda sunt fortiter bona, Dei habentibus auxilium, quod semper orandum est per prospera & adversa; ne aut extollamur in prosperis in vanitatem, aut dejiciamur in adversis in desperationem. Ideo continendum ab utroque periculo, id est, ab omni nimietate per temperantiam gloriosam, & veram discretionem, quæ Christianæ humilitati adhæret, & viam perfectionis veris Christi militibus ac Deum timentibus aperit. Discer-

A nendum scilicet semper est in dubiis recte, ac inter bona & mala ubique dividendum juste, sive inter utraque foris, sive intus inter corpus & animam, sive inter opera & mores, sive inter curam & quietem, sive inter publica & secreta. Mala itaque cavenda sunt similiter, superbia, invidia, mendacium, corruptela, impietas, mala morum, transgressio, gula, fornicatio, cupiditas, ira, tristitia, instabilitas, vana gloria, elatio, detractio. Bona quoque virtutum sectanda sunt; humilitas, benignitas, puritas, obedientia, abstinentia, castitas, largitas, patientia, lætitia, stabilitas, fervor, impigritia, vigilantia, taciturnitas: quæ per fortitudinem sufferentem, & temperantiam moderan-
B tem, quasi in quadam ponderatrice discretionis statera statuenda in actu sunt operis assueti, pro captu conatus nostri sufficientia ubique quærentibus. Nam cui sufficientia non sufficiunt, excessisse discretionis modum nulli dubium est: & quidquid ipsum modum excesserit, vitium esse manifestum est. Igitur inter parvum & nimium rationabilis est in medio mensura, revocans semper ab omni utrimque superfluo, in omni re posita, certum ubique necessitatis procurans, ac irrationabile superfluæ voluntatis declinans. Et hæc mensura veræ discretionis, omnes nostros pondere trutinans justo actus, nequaquam nos deviare ab justo permittet; neque si illam vice ducis per directum semper sequamur,
C errorem pati. Dum enim de utraque parte semper est continendum, juxta illud dictum: [b] *Continete vos a dextris & sinistris*: in directum semper per discretionem tendendum est; id est, per lumen Dei, dicentibus sæpius, atque Psalmistæ victoris versiculum cantantibus: [c] *Deus meus illumina tenebras meas, quoniam in te eripiar a tentatione.* [d] *Tentatio enim est vita hominis super terram.*

CAPUT IX.


De mortificatione.

D MAxima pars regulæ monachorum mortificatio est, quibus nimirum per sacram scripturam præcipitur: [e] *Sine consilio nihil facias.* Ergo si nihil sine consilio faciendum, totum per consilium est interrogandum. Inde etiam per Moysen præcipitur: [f] *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.* Sed licet duris dura videatur hæc disciplina, ut scilicet homo semper de ore pendeat alterius; ceteris tamen Deum timentibus dulcis ac secura invenietur, si ex integro, & non ex parte conservetur: quia nihil dulcius est conscientiæ securitate, & nihil securius est animi impunitate, quam nullus sibi ipsi per se potest tradere, quia proprie aliorum est examinis. Hoc namque defendit a timore judicii,
E quod jam examinaverit judicantis censura, cui alieni ponderis imponitur moles, & totum portat quod suscipit, periculum. [g] *Majus enim*, ut scriptum est, *periculum judicantis, quam ejus qui judicatur.* Quicumque itaque semper interrogaverit, si servaverit, numquam errabit. Quia si alterius erraverit responsum, fides credentis & labor obedientis non errabunt, neque mercede interrogantis carebunt. Nam si per se aliquid discusserit, qui debuit interrogare; in hoc ipso arguitur errasse, quod judicare præsumsit, qui interrogare debuit: & si rectum

a Ephes. II. 10. *b* Deut. V. 32. II. Cor. VI. 7. *c* Psalm. XVII. 29. 30. *d* Job. VII. 1. *e* Eccli. XXXII. 24. *f* Deut. XXXII. 7. *g* Sap. VI. 6. 7.

1. *Mala*] Legendum videtur, *in mala*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



fuerit, pravum illi reputabitur, dum per hoc a A recto declinavit; quia nihil audet per se judicare, cujus officium est tantum obedire. Cum igitur hæc ita sint, cavenda ubique est monachis superba libertas, ac vera humilitas discenda; sine murmuratione & hæsitatione obedientibus: quo juxta Domini verbum [a], *jugum* Christi *suave*, & *onus* ejus *leve* sentiant; alioquin donec Christi humilitatem discant, suavitatem jugi ejus & oneris illius levitatem non sentient. Humilitas enim cordis, requies animæ est vitiis ac laboribus fatigatæ, ac unicum illius de tot malis refrigerium: & quantum ad hanc considerationem tuta de tantis foris vagis ac vanis attrahatur, tantum intus requiescit ac refrigeretur; ita ut etiam amara illi sint dulcia, ac dura & ar- B dua ante habita, plana ac facilia esse sentiat. Mortificatio quoque, superbis ac duris intolerabilis, illi est consolatio, cui hoc solum placet, quod humile ac mansuetum est. Sciendum autem est, quod neque hanc martyrii felicitatem, neque aliud quid utile superveniens poterit perfecte complere quis, nisi qui in hoc studium singulare posuerit, ut non inveniatur imparatus. Si enim juxta hoc studium suas aliquas sectari aut nutrire voluerit intentiones, continuo interpositorum occupatione detentus, turbatus totus sequi, quo jussio ducit, gratus semper non poterit; neque ut competit complere potest, qui turbulentus est & ingratus. Mortificatio- C nis igitur triplex est ratio; non animo discordare, non lingua libita loqui, non ire quoquam absolute. Suum semper est dicere seni, quamvis contraria jubenti: [b] *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* juxta exemplum Salvatoris, qui ait: [c] *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me Patris.*

Usque heic manu scripti codices & exemplar sancti Galli: Bobiense autem hoc loco auctius inclusa subjungit.

De perfectione monachi.

MOnachus in monasterio vivat sub unius disciplina Patris, consortioque multorum, ut ab alio discat humilitatem, ab alio patientiam: unus eum silentium, alter doceat mansuetudinem: non faciat quod vult; comedat quod jubetur; habeat quantum acceperit; operis suis pensum persolvat; subjiciatur cui non vult; lassus ad stratum veniat; ambulansque dormitet, nec dum expleto somno surgere compellatur; passus injuriam, taceat; præpositum monasterii timeat ut dominum, diligat ut parentem: credat sibi hoc esse salutare quidquid ille præceperit, nec de majorum sententia judicet, cujus officium est, obedire & implere quæ justa sunt, dicente Moyse: [d] *Audi Israel*, & reliqua.

a Matth. XI. 30. *b* Matth. XXVI. 39. *c* Joan. VI. 38. *d* Deut. VI. 4.

E X P L I C I T.

INCIPIT POENITENTIALIS EJUSDEM.

CAPUT X.

De diversitate culparum.

DIversitas culparum diversitatis pœnitentiæ medicamento sanari debet. Itaque, fratres, hujus- D modi statutum est a sanctis patribus, ut demus confessionem de omnibus, non solum capitalibus criminibus, sed etiam de majoribus negligentiis: quia confessio & pœnitentia de morte liberat. Ergo nec ipsa parva a confessione sunt negligenda peccata: quia ut scriptum est: [a] *Qui parva negligit, paullatim defluit:* ut detur confessio ante mensam, ante introitum lectulorum, vel cuicumque fuerit facile dare.

Igitur qui non custodierit benedictionem ad mensam, & non responderit, Amen, sex percussionibus emendare statuitur. Si locutus fuerit comedens, non necessitate alterius fratris, sex percussionibus. Qui dixerit suum proprium aliquid, sex percussio- E nibus: & qui non signaverit cochleare quod lambit, sex percussionibus. Si locutus fuerit in plausu, id est, altiore sono solito, sex percussionibus. Si non signatur lucerna, hoc est, cum accensa fuerit a juniore fratre, & non exhibeatur ad seniorem ad signandum, sex percussionibus. Si aliquod opus vanum fecerit, sex percussionibus emendetur.

Quicumque de fratribus cui solicitudo coquinandi vel ministrandi commissa est, quantulum quid effuderit, oratione in Ecclesia post expletum cursum, ita ut fratres pro eo orent, emendari statuitur. Qui humiliationem in synaxi, id est, in cursu oblitus fuerit, (hæc est humiliatio in Ecclesia post finem cujuscumque psalmi) similiter pœniteat: simili modo qui perdiderit micas, oratione in Ecclesia emendetur. Ita tamen hæc parva pœnitentia ei indicetur, si parvum quid effuderit: si negligentia, aut oblivione, seu transgressione securitatis tam in liquidis quam in aridis amplius solito perdiderit, longa venia in Ecclesia, dum duodecim psalmos ad duodecimam canunt, prostratus nullum membrum movens pœniteat. Vel certe, si multum est quod effudit, quadranos de cervisia aut mensuras qualiumcumque rerum intercedente negligentia effundens perdidit, subputatis tot diebus illo quod in sumtus proprios vitæ accipere consueverat, sibi eam perdidisse sciat, ut pro cervisia aquam bibat. Diffuso supra mensam, decidenteque extra eam, veniam in discubito sufficere.

Qui egrediens domum ad orationem poscendam non se humiliaverit, & post acceptam benedictionem non se signaverit, crucem non adierit, duodecim percussionibus emendari statuitur. Similiter qui orationem ante opus, aut post opus oblitus fuerit, duodecim percussionibus. Et qui comederit sine benedictione, duodecim percussionibus: & qui regrediens domum orationem petens non se curvaverit intra domum, duodecim percussionibus emendetur. Qui vero frater hæc omnia confessus fuerit, & cetera usque ad suppositionem semipœnitentiæ, id est, media pœnitentia, & de his similia sit temperare.

Interim qui tussim in exordio psalmi non bene caverit, sex percussionibus emendari statuitur: similiter qui percusserit dentibus calicem salutaris, sex percussionibus. Ordinem sacrificii qui non custodierit ad offerendum, sex percussionibus. Sacerdos offerens qui ungulas non demserit, & diaconus cui

a Eccli. XIX.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

barba tonsa non fuerit : de rastro sacrificium accipientes, ad calicem accedentes, sex percussionibus. Et qui subridens in synaxi, id est, in cursu, sex percussionibus : si in sonum risus eruperit, suppositione; nisi veniabiliter contigerit. Sacerdos offerens, & diaconus sacrificium custodiens cavere ne vagis oculis oberrent: quod si neglexerint, sex percussionibus emendari.

Qui oblitus fuerit chrismal, pergens procul ad opus aliquod, quinis quinquies percussionibus. Si super terram in agro dimiserit, & invenerit statim, denis quinquies percussionibus: si in ligno illud levaverit, ter denis: si ibi maneat nocte, suppositione. Eulogias immundus accipiens, duodecim percussionibus : oblivifcens oblationem facere, usque dum eat ad offerendum, centum percussionibus. Fabulas otiosas proferens ad alienum, statim semet ipsum reprehendens, venia tantum: si autem se non reprehenderit, sed detractaverit, qualiter eas excusare debeat, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus. Excusationem proferens cum simplicitate, quando in aliquo discutitur, & non dicit statim veniam petens, mea culpa, pœnitet me, quinquaginta percussionibus. Consilium contra consilium cum simplicitate promens, quinquaginta percussionibus. Qui altare concusserit, quinquaginta percussionibus. Proferens sermonem altum sine suppressione, nisi ubi necessitas fuerit, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus: excusans ad veniam, quinquaginta percussionibus.

Qui fratri aliquid indicanti responderit : non ita est ut dicis, præter seniores junioribus dicentes simpliciter, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus. Nisi hoc tantum licet coæquali fratri suo, si veracius est aliquid quam ille dicit, & recordatur: si bene recolis frater: & alter hoc audiens non affirmet sermonem suum, sed humiliter dicat: spero quod tu melius recorderis; ego per oblivionem in verbo excessi; pœnitet me quod male dixi. Ecce verba filiorum Dei: * *Nihil per contentionem*, ut ait Apostolus, *neque per inanem gloriam, sed per humilitatem spiritus, alter alterum existimantes superiorem sibi*. Ceterum qui se excusaverit, non filius Dei spiritalis, sed Adam carnalis judicetur. Qui si non cito ad portum requiei humilitatis dominicæ confugerit, nimiarum contradictionum aditum aliis aperiens, in superbia persistens, de libertate sanctæ Ecclesiæ in cellula ob pœnitentiam agendam separetur; usque dum bona ejus voluntas cognoscatur, atque per humilitatem denuo sanctæ congregationi inseratur. Qui profert sermonem vel modicum ad reprehendendum opus ostiarii, aut ostiarius si horas bene non custodierit, suppositione silentii, aut quinquaginta percussionibus.

Proferens correctionem contra correctionem; hoc est, castigans castigantem se, tribus suppositionibus. Et qui abscondit aliquod crimen videns in fratre suo, usque dum corrigatur de alio vitio, vel de ipso, & tunc profert illud adversus fratrem, tribus suppositionibus. Reprehendens aliorum fratrum opera, aut detractans, tribus suppositionibus. Qui detrahit alicui fratri, aut audit detrahentem, non continuo corrigens eum, tribus suppositionibus. Qui aliquam contentionem cum tristitia promit, simili modo tribus suppositionibus pœniteat. Qui aliquid reprehendens Præposito suo non vult indicari, usque dum Abbati indicet, tribus suppositionibus; nisi hæc omnia confessione verecunda fiant. Si quis frater tristis fuerit, si fieri potest, consolationem accipiat: si sustinere valet, supprimat interim con-

A fessionem, ut verecundius dicat: quando tristitia cessaverit, orent pro eo fratres.

Si quis dicat ad consanguineum suum, solicitans eum in alio loco habitantem, melius est ut nobiscum habites aut cum aliquibus, tribus suppositionibus. Et qui vituperat aliquem fratrem obsequium dantem, tribus suppositionibus. Qui consanguineum docet aliquam discentem artem, aut aliud quidlibet a senioribus impositum, ut melius lectionem discat, tribus suppositionibus.

Qui ad Præpositum audet dicere: Tu non judicabis caussam meam, sed noster Abbas, aut ceteri fratres, sive, ad Abbatem ibimus omnes, quadraginta diebus castigari oportet in pœnitentia in pane &

B aqua: nisi ipse dicat prostratus coram fratribus, pœnitet me, quia male dixi. Frater quilibet in aliquo opere detentus, quamvis fatigatus sit, ita tamen ad œconomum dicat in propria caussa: Si tibi placet, dicam ad Abbatem; sin autem, non dicam: in alterius caussa: Si tu iteras, non tibi difficile videatur, si forte ad Abbatem dicam; ut obedientia custodiatur.

Qui non reportat quod commodat usque in crastinum, si ipse reportat recordatus, sex percussionibus: si oblitus fuerit usque dum quæratur, duodecim. Si quis oblitus fuerit interrogare debitum pœnitentiæ usque in crastinum, sex percussionibus. Qui murmurat, aut dicit : Non faciam nisi dicat

C Abbas, vel secundus, tribus suppositionibus. Cursus non necessarius, aut saltus, duodecim plagis. Prohibetur ne quis alterius teneat manum.

Procuret œconomus de humanitate advenientibus exhibenda, tam peregrinis, quam reliquis fratribus: & omnes fratres parati sint ad ministrandum cum omni famulatu propter Deum. Quamvis œconomus non censuerit, aut præsens non fuerit, ceteri faciant diligenter quod necesse est, & custodiant utensilia eorum, donec assignent ea parata custodi. Sin autem neglexerint, pœnitentiam de his, ut videatur, adhiberi ad judicium sacerdotis.

Qui non postulat veniam correctus, suppositione. Qui visitaverit alios fratres in cella seorsum sine

D interrogatione, simili modo pœniteat; aut in coquina post nonam sine ordinatione vel jussione ierit, suppositione: aut extra vallum, id est, extra septum monasterii sine interrogatione ierit, suppositione. Juvenibus quibus imponitur terminus, ut non se appellent invicem, si transgressi fuerint, tribus suppositionibus: hoc tantum dicant: Scis quod nobis non licet loqui tecum. Et si quis præceperit eis quod non licet, ipsi dicant : Scis quod nobis non licet. Et si ipse præceperit ultra, ipse damnetur tribus suppositionibus : ipsi tamen dicant ; faciemus quod dicis; ut bonum obedientiæ servetur. Illud vero specialius cavendum est, ut quomodo inter se mutuo non loquuntur, sic nec per os alterius loquantur :


E quod si scientes transgressi fuerint, simili modo quasi inter se locuti fuissent pœniteant.

Cui chrismal ceciderit, & nihil confringens, duodecim percussionibus. Qui profert sermonem otiosum, silentio inter duas horas consequentes condemnari, aut duodecim percussionibus. Pœnitentes fratres, quamvis opera difficilia & sordida efficiant, non lavent capita, nisi in die dominica, id est, octava. Sin autem quinto decimo die, aut certe propter fluentium capillorum incrementum, arbitrio senioris unusquisque in lavando utatur. Declinatio de via sine interrogatione aut benedictione, sex percussionibus.

Pœnitentias minutas juxta mensam si fecerit Præ-

* Philipp. II. 3.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



positus, mensæ imponat: & amplius viginti quinque percussiones simul non dentur.

Pœnitentes fratres, & indigentes pœnitentia psalmorum, hoc est, cui necesse fuerit, ut psalmos adhuc pro visione nocturna decantet: quia pro illusione diabolica, ac pro modo visionis, alii viginti quatuor psalmos in ordine, alii quindecim, alii duodecim indigentes pœnitentia psalmos decantare debent. Quamvis ergo in nocte dominica, & in tempore quinquagesimæ pœnitentes genua flectant.

Si cui injunxerit Abbas aut Præpositus de fratribus iter agere, ita observandum est, ut seniori junior obediat: si tamen rectum fuerit, quod eis indicaverit, observare studeat. Si quid præceperit Abbas vel œconomus major, & alius humilior iteraverit œconomus, ipse obedire debet; indicans tamen in silentio, quod præceperit alius major. Infra monasterium vero nullus tamen alio imperio præcellente imperet, nisi qui præest.

Ab initio diei usque noctem commutatio vestimenti, & altera in nocte interrogentur separatim. Qui ministrat in die dominica, aut in alia solemni, ad lavacrum aut ad quamcumque necessitatem, una oratione ante exitum & introitum eget: interroget tamen, si non procul exeat, signo crucis indiget. Quamvis ambulans signet se: non est [1] autem necesse ad orientem se vertere. Exiens autem extra domum quilibet festinans & se signans, non eget ad orientem conversione. Ita & in ambulando conveniens quidquam faciat, si festinet postulans orationem, & se humilians in domo in qua non congrua fiat genuflexio, curvatio tantum statuetur. Si quis voluerit, in die sabbati præparet oblationem dominicæ, consummato lavacro commutare sacerdotes, si facile fuerit: diacones autem, aut ante præceptum, aut post præceptum ministerium opportunum perficient.

Si quis viderit somnium immundum, aut coinquinatus fuerit, aut pœnitens, quando detur præceptum, stare præcipitur. In magnis autem solemnitatibus, quando audiunt sonum, sedere; in quotidiano præcepto, pæne mediante jubetur sedere. Deinde sonum omnes audientes ad synaxin incitantem diei conventus, lavent ante oratorii introitus, nisi prius laverint.

Primarius ut primus psallat statuetur, & secundus; & non flectatur genu, sed tantum curvatio fiat. Ordines qui priores, in medio fiant oratorii: ceteri dextra lævaque assistant, præter offerentem eidemque adhærentem. In omnique dominica solemnitate hymnus diei cantetur dominici, & in die inchoante Paschæ. Aut qui ad altare inchoaverit, inter sacrificium accepturus ter se humiliet. Et novi, quia indocti, & quicumque fuerint tales, ad calicem non accedant: & quando offertur oblatio, nullus cogatur coactus accipere sacrificium, præter necessitatem. In omnique dominica die & solemnitate, qui non fuerit in cœtu fratrum ad Dominum fundentium preces, oret ipse aliqua necessitate cogente; & quamdiu offeratur, non multum discurratur. Pœnitens quoque necessitate itineris occupatus, ambulansque cum ceteris utentibus licito cibis, si advenerit hora tertia, & longe proficiscantur; accipiat & ipse quiddam cibi pro modo quodam, & quod ei defuerit accipiat ubi quiescat.

In commune autem omnes fratres omnibus noctibus tempore orationum in fine omnium psalmorum genua in oratione, si non infirmitas corporis hoc fecerit, flectere æquo animo debent, sub silentio dicentes: [a] *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina*. Quem versiculum postquam ter in oratione tacite decantaverint, æqualiter a flexione orationis surgant, exceptis diebus dominicis, & a die primo sancti Paschæ usque ad quinquagesimam diem: in quibus moderate se in tempore psalmodiæ humiliantes, genua non flectentes, sedulo Deum orent.

Si quis frater inobediens fuerit, duos dies unum paximatium & aquam. Si quis dicat: Non faciam, duos dies unum paximatium & aquam. Si quis murmurat, duos dies unum paximatium & aquam. Si quis veniam non petit, aut dicit excusationem, duos dies unum paximatium & aquam. Si duo fratres contendentes aliquid & ad furorem venientes, duos dies unum paximatium & aquam. Si aliquis contendens mendacium & distinctionem confirmat, duos dies unum paximatium & aquam. Si quis contradicit fratri, & non petit ei veniam, duos dies unum paximatium & aquam. Si quis contradicit, mandatum aut Regulam frangit, duos dies unum praximatium. Si quis injungit ei opus, & negligenter facit, duos dies unum paximatium. Si quis detraxerit Abbatem suum, septem dies unum paximatium: si fratrem suum, viginti quatuor psalmos; si sæcularem, duodecim psalmos.

Si quis obliviscitur aliquid foras, si minus, duodecim psalmos: si majus, triginta psalmos. Si quis perdiderit, vel deciderit aliquid, sicut pretium ejus, ita pœnitentia ejus. Si quis facit colloquium cum sæculari sine jussu, viginti quatuor psalmos. Si quis quando consummaverit opus suum, & aliud non requirit, & aliquid sine jussione fecerit, viginti quatuor psalmos cantet.

Si fuerit aliquis bilinguis, & conturbet fratres, duos dies unum paximatium. Si quis manducaverit in domo aliena sine jussu, & venerit domui suæ, uno die paximatium. Si quis enarraverit præteritum peccatum, uno die paximatium. Vel qui ambulaverit in sæculo, & dicit de sæculi peccato, uno die in pane & aqua. Et tepidus qui audierit aliquem murmurantem & detrahentem, aut facientem aliquid contra Regulam, & consensit a confessione, uno die paximatium.

Si quis suscitat furorem fratri suo, & satisfacit ei postea, & ipse non remittit ei, sed dimittit suo seniori, viginti quatuor psalmos, & illo die in pane & aqua. Si quid voluerit aliquis, & prohibet œconomus, & jubet Abbas, quinque dies. Si quis non venerit ad orationem supra mensam & post cibum, duodecim psalmos cantet. Si quis dormierit cum oratur, si frequens, duodecim psalmos cantet: si non frequens, sex psalmos. Si quis non dicit, Amen, triginta verbera. Si transgressus fuerit horam, duodecim psalmos; si canticum graduum, nisi matutina hiems, duodecim psalmos. Et qui non audierit sonitus orationis, duodecim psalmos. Si quis veniat ad sacrificium cum nocturno cingulo vel veste circa eum, duodecim psalmos.

Si quis ante horam nonam quarta sextaque feria manducat, nisi infirmus, duos dies in pane & aqua vivat. Si quis dixerit mendacium nesciens, quinquaginta verbera: si sciens & audax, in pane & aqua. Si denegatur mendacium ejus, & ille contendit, septem dies in pane & aqua. Si quis monachus dormierit in una domo cum muliere, tres dies in pane & aqua: si nescivit quod non debet, uno die.

Si quis non claudit Ecclesiam, duodecim psalmos. Si quis emittit sputa, & contingit altare,

[a] Psalm. LXIX, 2.

[1] *Autem*] Forte, *tamen*.



viginti quatuor psalmos: si parietem attingit, sex. A Si quis oblivifcitur psallendo, seu lectiones, quatuor psalmos. Si quis tardius veniat ad orationem, quinquaginta, vel plagis quinquaginta: vel segnius exsequitur quod jubetur ei, quinquaginta. Si post pacem sonaverit, quinquaginta. Si contumaci respònderit, quinquaginta.

Si veniat velato capite in domo, quinquaginta verbera. Si non petit orationem cum intrat in domum, quinquaginta. Si manducat sine oratione, quinquaginta. Si locutus est aliquid in ore suo, quinquaginta. Si sonum fecerit dum oratur, quinquaginta verbera. Si quis iracundiam, vel tristitiam, vel invidiam tenet contra fratrem suum; ut tempus tenuerit, ita erit pœnitentia ejus in pane & aqua: si vero prima die confessus fuerit, viginti quatuor psalmos.

Quicumque sacrificium perdiderit, & nescit ubi sit, anno pœniteat. Qui negligentiam fecerit erga sacrificium, ut siccetur, & a vermibus consumatur, ita ut ad nihilum devenerit; dimidio anno pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium incurrerit, ut inveniatur vermis in eo, & tamen plenum sit; igne comburat juxta altare, & abscondat cinerem ejus intra sub altare, & ipse pœniteat quadraginta diebus. Qui negligit sacrificium, & immutatum fuerit, & panis amiserit saporem; si rubro colore, viginti dies pœniteat; si hyacinthino, quindecim dies pœniteat. Si autem non immutatum fuerit colore, sed conglutinatum, septem dies pœniteat. Qui autem merserit sacrificium, continuo bibet aquam. Qui in chrismal fuderit sacrificium comedat. Si de cymba, vel de ponte, seu de ligno ceciderit, & non per negligentiam, sed casu aliquo, uno die pœniteat.

[a] Qui scit fratrem suum peccare peccatum ad mortem, & non arguit eum, legis Evangelii transgressor notetur, donec arguat eum, cujus malum reticuit, & fateatur sacerdoti; ut quamdiu conscientia mala reticuit, tamdiu in afflictione pœniteat. Qui parvum peccatum reticuit, simili correptione, non eadem afflictione pœniteat, sed plagis triginta, aut quindecim psalmos canat. Si de reliquo spernens minima neglexerit, in pane & aqua pœniteat, ut peccans juxta mandatum Domini [b] corripiatur. Qui vero arguit non leniter, notetur, donec petat veniam a fratre correpto, & plagis triginta, aut quindecim psalmos. Qui peccatum pudendum alicui exprobrat, prius quam inter se & ipsum solum arguat, sicut Dominus dicit [c], corripiatur donec exprobrato satisfaciat, & tribus diebus pane & aqua pœniteat.

Qui transgreditur regulam jussionis vel disciplinæ generalis, maneat expulsus sine cibo, ut in crastinum recipiatur. Qui solus cum sola femina sine personis certis familiariter loquitur, maneat sine cibo, vel duobus diebus in pane & aqua, vel ducentis plagis. Qui præsumit facere 'ambasciam, non permittente eo qui præest, libera & effrenata processione absque necessitate, quinquaginta plagis inhibeatur. Operis peculiaris præsumtio centum plagis: possessio alicujus rei, quam non necessitas generaliter fratribus concessit, amissione ejusdem, & centum plagis coerceatur. Necessarium vero ac licitum aliquid facere, dare, accipere sine jussione, duodecim plagis: nisi ratio aliqua defendat, ut supplex satisfactio remittat.

Qui comedens loquitur, sex plagis. Et cujus vox obstrepit de mensa ad mensam, sex plagis. Si de domo foras, vel de foris in domum sonuerit, duodecim plagis. Egredi vel ingredi in domum, aut opus facere sine oratione & signo crucis, duodecim plagis. Si aliter fuerit, quinque plagis. Meum vel tuum dixisse, sex plagis. Verbum contra verbum simpliciter dictum, sex percussionibus: si ex contentione, centum plagis vel suppositione silentii. Si ordinem psallendi non servaverit, sex percussionibus. Si statuto tempore taciturnitatis loqui præsumserit sine necessitate, decem & septem plagis.

Si quis de supellectile monasterii per contemtum amiserit, vel dissipaverit quid, proprio sudore & operis adjectione restituat, vel pro æstimatione, B arbitrio sacerdotis, suppositione pœniteat, aut uno die in pane & aqua. Si non contemtu, sed casu aliquo amiserit aut fregerit, non aliter negligentiam suam quam publica diluat pœnitentia; cunctis in synaxi fratribus congregatis tamdiu prostratus in terram veniam postulabit, donec orationum consummetur solemnitas; impetraturus eam, cum jussus fuerit Abbatis judicio de solo surgere. Eodem modo satisfaciat quisquis ad orationem vel opus aliquod accersitus, tardius occurrerit.

Si decantans psalmum titubaverit; si superfluo sit durus; si contumacius responderit, suppositione. Si negligentius obsequia injuncta impleverit, suppositione. Si vel leviter murmuraverit, suppositio- C ne. Si lectionem operi obedientiæve præferens, suppositione. Si officia statuta segnius fuerit exsecutus, suppositione. Si dimissa synaxi non continuo ad cellam recurrerit, suppositione. Si cum aliquo ad modicum substiterit, suppositione. Si ad modicum temporis uspiam secesserit, suppositione. Si cum ullo qui cellæ suæ cohabitator non est, confabulari quantulumcumque præsumserit, suppositione. Si alterius tenuerit manum, suppositione. Si oraverit cum illo qui est ab oratione suspensus, suppositione.

Si parentum quempiam vel amicorum sæcularium viderit, vel collocutus fuerit ei sine jussione; si epistolam cujuscumque susceperit, si tribuere D præsumserit sine suo Abbate, suppositione. Si impedierit aliquem a necessarii facti expletione, suppositione. Si per ardorem mentis legitimum religionis excesserit modum, suppositione. Si alium ferventem a legitimo facto retinere temporis sui gratia præsumserit, suppositione.

Huc usque & in similibus commissis procedit animadversio spiritalis, ut increpatio quæ fit a pluribus, peccanti proficiat ad salutem, & de cetero cautior & diligentior emendatione morum Deo propitio salvatus exsistat.


Qui autem rixam commiserit, septem diebus pœniteat. Qui vero suum Præpositum despexerit, aut regulam blasphemaverit, foras repellendus est, E nisi ipse dicat: pœnitet me quod dixi. Si autem se non humiliaverit, quadraginta diebus pœniteat, quia superbiæ morbo detinetur. Verbosus taciturnitate damnandus est, inquietus mansuetudine, gulosus jejunio, somnolentus vigilia, superbus carcere, destitutor repulsione. Unusquisque juxta quod meretur coæqualia sentiat, ut justus juste vivat. Amen.

In omni loco & opere silentii regula magnopere custodiri censetur; ut omni, quantum valuerit humana fragilitas, quæ prona ad vitia, unde præcipitare solet, mundemur vitio, ædificationemque

a I. Joan. V. 16. b Matth. xviii. 15. c Ibid.


Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 589.

potius proximorum, pro quibus salvator noster Jesus sanctum effudit sanguinem, quam dilacerationem absentium in pectore conceptam, & otiosa passim verba, de quibus justo sumus rationem retributori reddituri, ore promamus.



Hæc superum volentibus carpere iter tendens alti A ad fastigia summa, relictaque humo cum flagitiis, ultro ambientibus uni adhærere Deo hanc in tellurem misso, statuimus; qui immortalia nimirum sunt præmia accepturi, cum gaudio summo numquam decidente ævum.

EXPLICIT REGULA CŒNOBIALIS
S. COLUMBANI ABBATIS.



S. COLUMBANI ABBATIS
LIBER
De Pœnitentiarum mensura taxanda.

I. PŒnitentia vera est, pœnitenda non admittere, sed admissa deflere. Sed quia hanc multorum fragilitas, ut non dicam omnium, rumpit, mensuræ noscendæ sunt pœnitentiæ; quarum sic ordo a sanctis traditur patribus, ut juxta magnitudinem culparum etiam longitudo statuatur pœnitentiarum.

II. Si quis igitur per cogitationem peccaverit, id est, concupierit hominem occidere, aut fornicari, aut furari, aut clam comedere, & inebriari; vel certe aliquem percutere, sive discedere, vel alia his facere similia, & paratus ad hæc corde complenda fuerit; majora dimidio anno; minora quadraginta diebus, in pane & aqua pœniteat.

III. Si quis autem peccatis prævalentibus facto peccaverit; si homicidium, aut sodomiticum fecerit peccatum, decem annis pœniteat: si fornicaverit semel tantum, tribus annis monachus pœniteat; si sæpius, septem annis. Si discesserit & vota fregerit, si cito pœnitens redierit, tribus quadragesimis: si autem post annos, tribus annis pœniteat.

IV. Si quis furatus fuerit, anno pœniteat.

V. Si quis percusserit per rixam fratrem suum, & sanguinem fuderit, tribus annis pœniteat.

VI. Si quis autem inebriaverit se, & evomuerit, aut saturatus nimis, sacrificium per hoc evomuerit, quadraginta diebus pœniteat: si vero per infirmitatem sacrificium vomere cogatur, septem diebus pœniteat. Si ipsum sacrificium quis perdiderit, anno pœniteat.

VII. Si quis se ipsum coinquinaverit, anno pœniteat, si junior sit.

VIII. Si quis falsum testimonium testificatus fuerit sciens, duobus annis pœniteat cum illius rei perditione, vel redintegratione.

Hæc de caussis casualibus: ceterum de minutis morum inconditorum.

IX. Qui facit per se aliquid sine interrogatione; vel qui contradicit & dicit: *Non facio*, vel qui murmurat; si grande sit, tribus superpositionibus; si parvum, uno anno pœniteat; verbum vero contra verbum simpliciter promtum, quinquaginta plagis vindicandum; vel si ex intentione silentii, superpositione; nam si rixa, septimana pœniteat.

X. Qui autem detrahit, aut libenter audit detrahentem, tribus superpositionibus pœniteat: si de eo qui præest, septimana pœniteat.

XI. Qui autem per superbiam suum præpositum B despexerit, aut Regulam blasphemaverit, foras repellendus est, nisi confestim dixerit: *Pœnitet me quod dixi*. Si autem se non bene humiliaverit, quadraginta diebus pœniteat, quia superbiæ morbo detinetur.

XII. Verbosus vero taciturnitate damnandus est, inquietus mansuetudine, gulosus jejunio, somnolentus vigilia, superbus carcere, destitutor repulsione: unusquisque juxta quod meretur, quo æqualia sentiat, ut justus juste vivat.

Diversitas culparum diversitatem facit pœnitentiarum; nam & corporum medici diversis medicamenta generibus componunt: aliter enim vulnera, aliter morbos, aliter tumores, aliter livores, aliter putredines, C aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curant. Ita igitur etiam spirituales medici diversis curationum generibus animarum vulnera, morbos, culpas, dolores, ægritudines, infirmitates, sanare debent. Sed quia hæc paucorum sunt, ad pura scilicet cuncta cognoscere, curare ad integrum salutis statum, debilia revocare; vel pauca juxta seniorum traditiones, & juxta nostram ex parte intelligentiam (*ex parte* [a] *namque prophetamus, & ex parte cognoscimus*) aliqua proponamus. De capitalibus primum criminibus quæ etiam legis animadversione plectuntur, sanciendum est.

XIII. Si quis clericus homicidium fecerit, & D proximum suum occiderit, decem annis exsul pœniteat. Post hos recipiatur in patriam, si bene egerit pœnitentiam in pane & aqua, testimonio comprobatus episcopi vel sacerdotis, cum quo pœnituit, & cui commissus fuit, ut satisfaciat parentibus ejus quem occidit, vicem filii reddens, & dicens: quæcumque vultis, faciam vobis. Si autem non satisfecerit parentibus illius, numquam recipiatur in patriam, sed more Caïn vagus & profugus sit super terram.

XIV. Si quis ruina maxima ceciderit, & filium genuerit, septem annis peregrinus, in pane & aqua pœniteat: tunc primum sacerdotis judicio jungatur altario.

XV. Si quis autem fornicaverit sicut Sodomitæ E fecerunt, decem annis pœniteat; tribus cum pane & aqua; septem vero aliis abstineat se a vino & carne; & non maneat cum alio in æternum.

XVI. Si quis vero fornicaverit quidem cum mulieribus, sed non filium generaverit, & in notitiam hominum non venerit; si clericus, tribus an-

a I. Cor. XIII. 9.

nis: si monachus vel diaconus, quinque annis; si sacerdos, septem; si episcopus duodecim annis.

XVII. Si quis perjuraverit, septem annis pœniteat, & numquam juret postea.

XVIII. Si quis maleficio suo aliquem perdiderit, tribus annis pœniteat cum pane & aqua per mensuram, & tribus aliis annis abstineat se a vino & carnibus; & tunc demum in septimo anno recipitur in communionem. Si autem pro amore quis maleficus sit, & neminem perdiderit, annum integrum cum pane & aqua, clericus ille pœniteat, laicus dimidium, diaconus duos, sacerdos tres, maxime si per hoc mulieris partum quisquam deceperit: Ideo sex quadragesimas unusquisque insuper augeat, ne homicidii reus sit.

XIX. Si quis clericus furtum fecerit, id est, bovem, aut equum, aut ovem, aut aliquod animal proximi sui furatus fuerit, si semel, aut bis fecit, reddat proximo suo primum, & anno integro in pane & aqua pœniteat: si hoc consuevit, & reddere non potuerit, tribus annis pœniteat cum pane & aqua.

XX. Si quis autem clericus, aut diaconus, vel alicujus gradus, qui laicus fuit in sæculo cum filiis & filiabus, post conversionem suam, iterum suam cognoverit [1] clientelam, & filium iterum de ea genuerit, sciat se adulterium perpetrasse, & non minus peccasse, quam si ab juventute sua clericus fuisset, & cum puella aliena peccasset; quia post votum suum peccavit, postquam se Domino consecravit, & votum suum irritum fecit; idcirco similiter septem annis in pane & aqua pœniteat.

XXI. Si quis clericus per rixam proximum suum percusserit, & sanguinem fuderit, annum integrum pœniteat: si laicus, quadraginta diebus.

XXII. Si quis per se ipsum fornicaverit, aut cum jumento, duobus annis pœniteat, si gradum non habet: si autem gradum aut votum, tribus annis pœniteat, si ætas non defendit.

XXIII. Si quis concupiscit mulierem, & non potest facere; id est, non suscipit eum mulier; dimidium anni in pane & aqua pœniteat, & toto se abstineat anno a vino & carnibus, & communione altaris.

XXIV. Si quis sacrificium perdiderit, anno pœniteat: si per ebrietatem aut voracitatem illud evomuerit, & negligenter illud dimiserit, tribus quadragesimis in pane & aqua pœniteat: si vero per infirmitatem, septem diebus pœniteat.

Sed hæc de Clericis & Monachis mixtim dicta sint. Ceterum de Laicis.

XXV. Quicumque fecerit homicidium, id est, proximum suum occiderit, tribus annis inermis exsul, in pane & aqua pœniteat, & post tres annos revertatur in sua reddens vicem parentibus occisi, pietatis & officii; & sic post satisfactionem judicio sacerdotis jungatur altario.

XXVI. Si quis laicus de alterius uxore filium genuerit, id est, adulterium commiserit, toro proximi violato, tribus annis pœniteat, abstinens se a cibis succulentioribus, & a propria uxore; dans insuper pretium pudicitiæ marito uxoris violatæ; & sic culpa illius per sacerdotem abstergatur.

XXVII. Si quis vero laicus fornicaverit sodomitico ritu, id est, cum masculo, coitu femineo peccaverit, septem annis pœniteat: tribus primis cum pane & aqua & sale & fructibus horti siccis: quatuor reliquis abstineat se a vino & carnibus, & ita

A dimittatur illi sua culpa; & sacerdos oret pro illo, & sic jungatur altario.

XXVIII. Si quis autem fornicaverit de laicis cum mulieribus a conjugio liberis, id est, viduis, vel puellis: si cum vidua, uno anno: si cum puella duobus annis (reddito tamen humiliationis ejus pretio parentibus ejus) pœniteat. Si autem uxorem non habuit, sed virgo virgini conjunctus est: si volunt parentes ejus, ipsa sit uxor ejus; ita tamen, ut anno ante pœniteant ambo; & ita fiant conjugales.

XXIX. Si quis autem laicus cum jumento fornicaverit, anno pœniteat, si uxorem habuit: si autem non habuit, dimidio anno: sic & qui uxorem habens propriis membris se ipsum violaverit, B pœniteat.

XXX. Si quis laicus infantem suum oppresserit, vel mulier, anno integro in pane & aqua pœniteant, & duobus aliis abstineant se a vino & carnibus: & ita primum altario sacerdotis judicio jungantur, & suum torum tunc licito maritus ille cognoscat. Sciendum est enim laicis, quod tempore pœnitentiæ illis traditæ a sacerdotibus, non illis liceat suas cognoscere uxores, nisi post pœnitentiam transactam; [2] de media namque pœnitentia.

XXXI. Si quis laicus furtum fecerit, id est bovem, aut equum, aut ovem, aut aliquod animal proximi sui furatus fuerit: si semel, aut bis fecit, reddat primum proximo suo damnum quod fecit, C & tribus quadragesimis in pane & aqua pœniteat. Si autem sæpe furtum facere consuevit, & reddere non potuerit, anno & tribus quadragesimis pœniteat, & deinceps nequaquam facere promittat; & sic in Pascha alterius anni communicet, id est, post duos annos (data tamen ante pauperibus de suo labore eleemosyna, & sacerdoti pœnitentiam judicanti epula) & ita abremittatur illi malæ consuetudinis culpa.

XXXII. Si quis laicus perjuraverit; si per cupiditatem hoc fecerit, totas res suas vendat, & donet pauperibus, & convertatur ex integro ad Dominum, & tundatur omni dimisso sæculo, & usque ad mortem serviat Deo in monasterio. Si au- D tem non per cupiditatem, sed mortis timore hoc fecit, tribus annis inermis exsul pœniteat in pane & aqua; & duobus adhuc abstineat se a vino & carnibus: & ita animam pro se reddens, id est, servum aut ancillam de servitutis jugo absolvens, & eleemosynas multas faciens per duos annos (in quibus illi licito uti facile cibis est cunctis, excepta carne) post septimum commmunicet annum.


XXXIII. Si quis laicorum per scandalum sanguinem fuderit, aut proximum suum vulneraverit, aut debilitaverit; quantum nocuit, tantum reddere cogatur: si autem non habet unde solvat, opera proximi sui primum agat, quamdiu ille infirmus est, medicumque quærat, & post sanitatem ejus quadra- E ginta dies in pane & aqua pœniteat.

XXXIV. Si quis laicus inebriaverit se, aut usque ad vomitum manducaverit aut biberit, septimana in pane & aqua pœniteat.

XXXV. Si quis laicus adulterare voluerit, aut fornicare cum sponsa, & concupierit mulierem proximi sui, & non fecerit, id est, non potuerit, quia mulier eum non suscepit, tamen ille paratus fuit ad fornicandum; confiteatur culpam suam sacerdoti, & ita quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat.

XXXVI. Si quis autem laicus manducaverit, aut biberit juxta fana; si per ignorantiam fecerit, pro-

1. *Clientelam*] Forte [illegible]. 2. *De media — pœnitentiæ*] Forte, *dimidiat namque pœnitentiam*.



mittat deinceps, quod numquam reiteret, & quadraginta diebus in pane & aqua pœniteat: si vero per contemtum hoc fecerit, id est, postquam sacerdos illi prædicavit, quod sacrilegium hoc erat, & postea mensæ dæmoniorum communicaverit; si gulæ tantum vitio hoc fecerit aut repetierit, tribus quadragesimis in pane & aqua pœniteat: si vero pro cultu dæmonum, aut honore simulacrorum hoc fecerit, tribus annis pœniteat.

XXXVII. Si quis laicus per ignorantiam cum Bonosiacis aut ceteris hæreticis communicaverit, stet inter catechumenos, id est, ab aliis separatus Christianis quadraginta diebus, & duabus aliis quadragesimis in extremo Christianorum ordine, id est, inter pœnitentes, insanæ communionis culpam diluat: si vero per contemtum hoc fecerit, id est, postquam denuntiatum illi fuerat a sacerdote, ac prohibitum, ne se communione sinistræ partis macularet, anno integro pœniteat & tribus quadragesimis, & duobus aliis annis abstineat se a vino & carnibus; & ita post manus impositionem catholici episcopi, altario jungatur.

Postremo de minutis monachorum agendum est sanctionibus.

XXXVIII. Si quis vallum apertum in nocte dimiserit, superpositione pœniteat: si vero in die, viginti quatuor percussionibus, si non aliis supervenientibus apertum dimiserit: si quis hunc ipsum absolute præcesserit, superpositione pœniteat.


XXXIX. Si quis jumentum petens solus [1] absolute lavaverit, superpositione pœniteat: si quis vero lavans licito coram fratribus stando hoc fecerit, si non necessitate luti largius abstergendi, viginti quatuor plagis emendetur.

XL. Si quis vero etiam sedendo in jumento genua, aut brachia discooperuerit absque necessitate luti lavandi, sex diebus non lavet; id est, usque ad alteram diem dominicam inhonestus ille lavator pedes non lavet. Soli autem monacho secrete stando pedes lavare licet: seniori vero, etiam publice, sed altero pedes suos lavante licet stando lavari.

XLI. Ante prædicationem vero die dominica toti, exceptis certis necessitatibus, simul sint conglobati, ut nullus desit numero præceptum audientium, excepto coco ac portario; qui & ipsi, si possint, satis agant, ut adsint quando tonitruum Evangelii auditur.

XLII. Confessiones autem dari diligentius præcipitur, maxime de commotionibus animi, ante quam ad Missam eatur, ne forte quis accedat indignus ad altare, id est, si cor mundum non habuerit: melius est enim exspectare, donec cor sanum fuerit, & alienum a scandalo ac invidia fuerit, quam accedere audacter ad judicium tribunalis: tribunal enim Christi, altare: & corpus suum inibi cum sanguine judicat indignos accedentes. Sicuti ergo a peccatis capitalibus & carnalibus cavendum est, ante quam communicandum sit; ita etiam ab incertioribus vitiis & morbis languentis animæ abstinendum est, ac abstergendum ante veræ pacis conjunctionem, & æternæ salutis compaginem.

1. *Absolute*] Lege *absque luto*.



S. COLUMBANI ABBATIS

Sermones, sive Instructiones variæ.

INSTRUCTIO I.

De Deo Uno & Trino.

I. Instructionis valde necessariæ curam gerens, primum ante omnia, quod omnibus scire primum est, dicere breviter licet; cupio, ut quod est fundamentum salutis omnium, nobis crepido sermonis sit; & inde nostra doctrina ordiatur, unde omne quod est, oritur, & quod non fuit, initiatur; ostiumque nobis sermonis cordis credulitas aperiat, quæ in salutem confessionis omnium Christianorum recte credentium ora aperuit. De initio ergo humanæ salutis, Christo adjuvante, recte nostra dicta sumant exordium.

Credat itaque primum omnis qui vult salvus esse, in primum & in novissimum Deum unum ac trinum, unum subsistentia, trinum substantia; unum potentia, trinum persona; unum natura, trinum nomine; unum numine, qui est Pater & Filius & Spiritus sanctus, Deus unus, totus invisibilis, incomprehensibilis, ineffabilis, in quo est semper esse, quia æternus est Deus Trinitas, cui initium non quæras, qui finem non habet, & qui semper fuit quod est & erit; quia in Deo iteratio non est, sed semper Trinitatis perfectio. Quod unus est Deus Trinitas, Deus ipse in lege de se testatur dicens: [a] *Audi Israel; Dominus Deus tuus unus est.* Quod autem unus ille Deus Trinitas est, Salvator in Evangelio docuit, dicendo: [b] *Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* His duobus testimoniis duarum legum quasi quibusdam fulcris firmissimis fides credentium firmata est. Ubi habes in veritate Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate. Pro rei igitur magnitudine breviter quod credimus diximus, & fides cordis oris produxit confessionem; & hoc firmiter contra omnes hæreses tenendum est, quod Deus unus dividi vel separari non potest, quia quod fuit totus, semper fuit ut est. Cesset ergo venenosa & insana omnium hæreticorum vesania, quando ipso Deo teste audimus & credimus: *Audi Israel; Dominus Deus tuus unus est*; quia qui unus est, hoc semper fuit quod est; sed ut scias quantus, pluraliter dixit in mundi conditione: [c] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Ne vero erres in numero, Christus tibi indicat Patrem & Filium & Spiritum sanctum, in cujus Dei, quasi unius Dei nomine, omne humanum genus baptizandum est. Quid plura de Trinitatis coæternitate? Quod dicitur *Unus est*, sufficienter nos docet. De veritate autem personarum Patris & Filii & Spiritus sancti, distinctio Christi, præcepti auctoritate, abundanter instruxit audientes. Ex his inquam testimoniis omnis errorum exclusa perversitas est; quibus no-

a Deut. VI. 4. b Matth. XXVIII. 19. c Gen. I. 26.

minando, Trinitas atque unitas atteſtando appro- A batur.

II. Cum rei igitur magnitudo nos de his, quaſi de ineffabilibus amplius loqui prohibet, firma fide ſupra dicta conſervemus. Quia cui hæc pauca de Deo Trinitate non ſufficiunt, plura juxta ſcripturam non proderunt. De eo enim tantum quod unus in Trinitate, & Trinus in unitate eſt, diximus. De eſſentia vero ejus quis dicere poterit? quomodo ubique præſens, & inviſibilis eſt, vel quemadmodum cælum & terram, & omnem creaturam repleat, juxta illud; [a] *Nonne cælum & terram ego impleo, dicit Dominus*? Et alibi: [b] *Spiritus Dei*, ſecundum Prophetam, *replevit orbem terrarum*. Et B iterum: [c] *Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum*. Deus ergo ubique eſt, immenſus totus, & ubique proximus juxta ſuum de ſe teſtimonium: [d] *Ego ſum*, inquit, *Deus proximans, & non Deus de longe*. Non ergo longe a nobis manentem quærimus Deum, quem intra nos ſumere habemus; in nobis enim habitat quaſi animæ in corpore, ſi tamen nos membra ſana ſumus ejus, ſi mortui non ſumus peccatis, ſi putridæ voluntatis corruptione immunes ſumus: tunc vere ille habitat in nobis, qui dixit: [e] *Et habitabo in eis*, *& inter illos ambulabo*. Si autem digni ſumus, ut ille in nobis ſit, tunc in veritate ab illo vivificamur quaſi viva ejus membra: [f] *In ipſo* C *enim*, ut ait Apoſtolus, *vivimus*, *& movemur*, *& ſumus*. Quis inquam juxta hanc ineffabilem & incomprehenſibilem eſſentiam ejus [1] altiſſimam inveſtigabit? Quis Dei profunda perſcrutabitur? Quis æternum univerſitatis principium tractare audebit? Quis infinitum Deum omnia implentem & omnia circumdantem, omnia penetrantem & omnia excedentem, omnia capientem & omnia effugientem ſcire gloriabitur? [g] *Quem nemo vidit umquam*, ut eſt. Nullus itaque præſumat quærere inveſtigabilia Dei, quid fuit, quomodo fuit, quo fuit. Hæc ſunt ineffabilia, inſcrutabilia, inveſtigabilia: ſimpliciter tantum; tamen fortiter, crede quod ſic eſt Deus, & ſic erit, quomodo fuit, quia inconvertibilis D Deus eſt.

III. Quis eſt ergo Deus? Pater, Filius & Spiritus ſanctus, unus Deus eſt. Amplius non requiras de Deo; quia volentibus altam ſcire profunditatem rerum de Deo, ante natura conſideranda eſt. Trinitatis enim ſcientia profunditati maris merito comparatur, juxta illud Sapientis: [h] *Et alta profunditas, quis inveniet eam*? Si quis ergo ſcire voluerit profundiſſimum divinæ cognitionis pelagus, iſtud viſibile ante, ſi poſſit, pervideat; & quanto minus cognoſcere ſe noverit de his quæ intra mare latent, tanto plus intelligat minora ſe ſcire poſſe de auctoris profunditate; & ſicut debet, & decet, minus de creatore, quam de creatura tractare præ- E ſumat: quia in majoribus idoneus eſſe non poteſt, qui prius minora non inveſtigavit; & cui in minoribus non creditur, in majoribus quomodo credendum eſt? Qui enim, rogo, terrena ignorat, cæleſtia cur ſcrutatur? Oh qui vana loquuntur [i] *non intelligentes*, juxta Apoſtolum, *neque quæ loquuntur*, *neque de quibus affirmant*. Quam multi enim, quibus eſt væ, fragili licet penna, in altum volare nitentes, & in cælum os ſuum ponentes, creaturæ, vel per partes, ut non dicam omnes, ratione ante [2] non collecta, primum de ſumma profunditate immundo corde & impuro ore docere præſumunt, non intelligentes, quod non verbis, ſed fide Deus Trinitas agnoſcitur, qui cordis mundi pia fide, & non impuris vaniloquiis intelligitur. Pie ergo credenda eſt, & non impie diſcutienda eſt magna Trinitas: quoddam enim inſuperabile, & inveſtigabile pelagus eſt Deus unus Trinitas. [k] Altum cælum, & lata terra, & profundum mare, longaque ſæcula: ſed altior & latior, ac profundior, longiorque eſt ſcientia [3] quia naturam aſcematus eſt, qui eam ex nihilo creavit.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 589.



IV. Intellige, ſi vis ſcire creatorem, creaturam: ſi nec illam, tace de creatore; ſed crede in creatorem: melior eſt enim, & plus ſcit pietas tacens, quam impia loquacitas: ſatis enim ineptum eſt & impium, de fide tranſire ad tractantis inviſibilem, inæſtimabilem, inconſpicabilem Dominum, vacua verba. [l] *Alta* enim *profunditas*, ut ſcriptum eſt, *quis inveniet eam*; quia ſicut maris profunditas ab humanis eſt viſibus inviſibilis, ita Trinitatis divinitas ab humanis ſimiliter ſenſibus incomprehenſibilis deprehenditur; & ideo ſi quis, inquam, ſcire voluerit quid credere debuerit, non putet ſe plus poſſe intelligere loquendo, quam credendo: magis enim longe refugiet quæſita divinitatis ſapientia, quam erat. Quære ergo ſcientiam ſummam, non verborum diſputatione, ſed morum bonorum perfectione; non lingua, ſed fide, de cordis ſimplicitate procedit, non quæ de impietatis doctæ conjectura colligitur. Si ergo tractationibus quæſieris ineffabilem, [m] *longius recedet a te* magis quam erat: ſi fide, [n] *ſtabit*, ubi deget, *in portis ſapientia*; & ubi verſatur vel ex parte videbitur: ſed tunc in veritate etiam aliquatenus attingitur, quando inviſibilis incomprehenſibiliter creditur: Deus enim credendus eſt inviſibilis ut eſt, licet ex parte a mundo corde videatur. Quamobrem ipſum ubique præſentem inviſibilem Deum noſtrum, fratres cariſſimi, deprecemur, ut vel fidei ejus timor, vel caritas quæ neſcit cadere, in nobis perſeveret; qui timor junctus caritati ſapientes nos faciat in omnibus: & pietas nos ſilere de hoc quod dictu majus eſt, ſuadeat, quia quoddam inſcrutabile & inenarrabile eſt, Deum quod eſt, noſſe. Qui eſt, & quantus eſt, ſibi ſoli notus eſt. Sed quia noſter Deus eſt, inviſibilis licet nobis, a nobis tamen pulſandus eſt, ſæpe pulſandus, ſemper tenendus eſt profundus Deus, immenſus, ſecretus, excelſus, omnipotens Deus; & per ſanctorum ſuorum merita & interventus orandus eſt, ut vel aliquam ſui luminis particulam noſtris tenebris largiatur, quæ nobis ſtolidis & ignaris in via tenebroſa hujus mundi luceat, ut nos ad ſe ducat, donante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt gloria in ſæcula ſæculorum.

a Jer. xxiii. 24. b Sap. I. 7. c Iſa. lxvi. 1. d Jer. xxiii. 23. e II. Cor. vi. 16. Lev. xxvi. 12. f Act. xvii. 28. g I. Tim. vi. 16. h Eccle. vii. 25. i I. Tim. I. 7. k Job xi. 8. 9. l Eccle. vii. 25. m Ibid. v. 24. n Prov. I. 21.

1. *Altiſſimam*] Forte, *Altiſſimum*. 2. *Non co...*] Codex mendoſe, *enim coli*. 3. *Quia*] *qua*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

INSTRUCTIO II.

De mortificatione vitiorum & acquisitione virtutum.

I. DIvinæ profunditatis magnitudo emenso sermone, prælibando quasi gustata est, & cum honore debito pulsata, magis quam enarrata est, quia illud Dei ineffabile meditandum est magis, quam eloquendum [1] sit; & exceptis his, quæ aut Lex, aut Prophetæ, aut Evangelium, aut Apostoli loquuntur, grande debet esse ab aliis de Trinitate silentium. Dei enim tantum de Deo, hoc est, de se ipso credendum est testimonium, qui aut in Lege, aut in Propheta, aut in Evangelio, aut in Apostolo, aut in speciali cuique de se, per se, aut per Angelum, testimonium perhibuit. Ceterum disputatio, seu ingenium humanum, aut aliqua superba sapientia, quæ vel mundi in ratione fallitur, de Deo magistra esse non potest, sed sacrilega & impia in Deum præsumenda est. Unde enim re vera, quæso fratres, illi vani, & illi nimis mali & impii, qui vel se ipsos ignorant, vel quod vivunt non sapiunt; ut [2] enim dicam opera cetera (quorum rationem vel minimam consequi non possunt) potuissent invisibilem Deum unum, Trinitatem coæternam, omnia sub, super, in, extra, amplectentem, vel usque ad tractationis modum scire, ut non loquar definitionis de Deo finem? His itaque quasi [3] innarrabilibus cum debito honore silendis, de manifesta re, & ineffabili Deo placita loqui incipiamus, non præsumentes, ut alii de quibus erubescendum est, de altioribus quærere, juxta illud Sapientis: [a] *Altiora te ne quæsieris*, sed potius de ædificatione animarum nostrarum sermocinantes, non primum nostræ parvitatis fundamenta jacere præsumimus, alicujus majoris doctoris auctoritatem quærentes, sancti scilicet *Fausti* luculentissimam elegantissimamque doctrinam, de cujus dictis pauca ad imitandum opus nostrum, satis convenienter elegimus, utpote qui de ejusdem monitionibus de quibus dicere cupimus, & nos, viles licet, commissos sibi docuit, & quasi tempore & merito & scientia me prior, quasi pro me impugnaturus ignaros quosque & ignavos, prius loquatur.

II. Inquit [4]: Si ruris cultor & terræ agricola, quia agrum suum seminibus præparat jactandis, non sibi sufficere putat, terram ipsam forti vomere proscidisse, ac frequenti aratro duras edomuisse glebas, sed insuper studet agrum ipsum infecundis graminibus emundare, noxiis evacuare ruderibus, spinarum ac stirpium fomites excussos radice convellere, nequaquam credens terram suam boni esse germinis futuram, nisi mali graminis vacuam, ad se dictum putans illud propheticum: [b] *Novate vobis novalia, & nolite seminare super spinas*; quanto magis nos oportet agrum cordis nostri vitiorum passionibus emundare, & non sufficere credamus nobis, terram corporis nostri jejuniorum & vigiliarum labore conficere, nisi in primis studeamus vitia corrigere, moresque componere, qui spem fructuum non terræ credimus, sed cælo repositam? Studeamus ergo in primis vitia eradicare, virtutesque insinuare; eradicemus superbiam; plantemus humilitatem; eruamus iram; fundemus patientiam; excidamus invidiam; insinuemus benevolentiam. Ceterum si caro conteratur, & anima non fructificet, sic est, quasi arari campus non desinat, & numquam tamen messis appareat; aut si quis statuam de foris auream, de intus luteam ædificaret. Quid enim prodest, si extra civitatem bellum geratur, & intus excidium patiatur? velut si quis extra vineam & in circuitu ejus foderet, & intus incultam spinis ac tribulis relinquatur. Quid ergo prodest exterioris hominis religio, [5] nisi interioris quoque non adhibeatur emendatio? fictus esse & latro potest, fictus & hypocrita est quicumque aliud habitu ostendit, aliud moribus. Ne simus ergo tamquam sepulcra dealbata: de intus, non de foris, speciosi ac ornati apparere studeamus; vera enim religio, non in corporis, sed in cordis humilitate consistit. In quo enim alio Dominus habitat, nisi in veri humilis corde, juxta illud Isaiæ; [c] *Ad quem autem respiciam, aut cum quo requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* Quicumque ergo se habitaculum Dei effici voluerit, humilem & quietum se facere contendat, ut non verborum [6] aviditate & corporis flexibilitate, sed humilitatis veritate cognoscatur esse deicola: cordis enim bonitas non verborum fictis indiget religionibus. Vana est ergo nutibus colorata corporis religio, vana similiter corporalis sola afflictio, & cassa hominis exterioris diligentia, nisi comitetur animi fructuosa temperantia. Quid prodest passiones impugnari a famulo, quæ inveniuntur pacem habere cum domino? Ideo ne forte sine fructu laboremus, liberari a vitiis operam Deo auxiliante demus, ut postea virtutibus ornari possimus. Mundemus itaque nos quantum prævalemus, ab omni vitiorum labe, a superbia primum, ab invidia, ab iracundia, a blasphemia, ab iniquitate, a malitia, a tristitia, a vana gloria, a cupiditate, a malignitate, ab omni amaritudine; ut humilitate & lenitate, ac benignitate, mansuetudine, temperantia, misericordia, justitia, lætitia, caritateque possideamur.

III. Sed quid facimus? Hæc quasi similia recitamus, & quasi similiter innoxia, inculta ac indiscreta relinquimus. Legendo ea delectamur, expellendo dissolvimur. Numquid nos salvabit ea audire, quæ intra nos comprobamur non habere? Numquid si semper nobis legantur, & numquam emendantur a nobis, crebra nos adjuvabit lectio eorum quæ tarde a nobis expelluntur? Numquid solo sermone quis suam domum a quolibet squalore mundabit, aut sola loquela pulverulentos aggeres immundi ruderis submovebit? Aut numquid sine sudore vel quæ ad vitam quotidianam pertinent, quis efficere potest? Patientia ergo, & diligentia, & labor ac studium infatigabile, interioris hominis nobis domum mundantibus, necessaria sunt, ut in injuriis patientiam, in religione diligentiam, in operibus laborem, in profectibus studium demonstremus. Crebro nobis prædicantibus tarde emendamur; crebro offensi, raro patientes; crebro victi, raro victores; crebro seducti, raro intelligentes sumus. Quid ergo nobis quasi infirmis ac indoctis pugnatoribus quibus arma vertuntur in vulnera, subveniet, dum non hæc audire, sed complere laus est? Non enim auditu Lex sanctificat, sed facto procul dubio; unusquisque [7] non verbis tantum &

[a] Eccli. III. 22. [b] Jer. IV. 3. [c] Isa. LXVI. 2.

1. *Sit*] *est*.
2. *Ut enim*] *Ut non*.
3. *Innarrabilibus*] Idem quod *inenarrabilibus*.
4. *Inquit*] Deest forte *enim*. Quæ sequuntur, verba sunt Congalli primi abbatis Benchorensis, qui alio nomine dicebatur *Faustus*.
5. *Nisi*] Lege *si*.
6. *Aviditate*] Forte, *ariditate*.
7. *Non*] Codex *enim* habet mendose.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



corporali labore, sed morum maturitate & cordis A puritate Dominum honoret. Nec dicatur de nobis: [a] *Hic populus labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me*: & quando audis pugnam, crede vulnera, & [1] fugas interesse; & dum unusquisque pacem possidere a septem gentibus hostilibus se impugnantibus non potest, tamdiu accinctus dimicare non cessat, donec septem gentium rex & rector, Dei dono viriliter dimicando, exsistat. [b] Nullus enim coronatur, nisi qui legitime certaverit, & nemo legitime in primo certamine certat. Primum itaque certandum est, deinde standum est, & in bello studendum est, ut postea legitime certandum sit. Utinam & nos legitime certaremus, ut & coronari mereamur; & sicut in eodem apparatu B & sub iisdem armis sumus, ita cum hostibus nostris quotidie dimicaremus, ut non in nosmet ipsos, sed in adversarios nostros tela torqueremus. Hoc longus bellandi usus cum Dei gratia præstabit, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui est honor, & gloria, & virtus in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO III.

De sectando mundi contemtu & cælestium bonorum amore.

I. Quid in mundo optimum est? Auctori ejus C placere. Quid est ejus voluntas? Complacere quod jussit, hoc est, recte vivere & pie æternum quærere: pietas enim, & æquitas, pii & recti voluntas est. Ad id quomodo pervenitur? Studio. Studendum est ergo in pietate, & æquitate. Ad hoc conservandum quid juvat? Intellectus, qui cetera alia euentilans, nihil cui inhæret, firmum inveniens, de his quæ mundus habet, ad unum quod æternum est, ratione convertitur. Mundus enim transibit, & quotidie transit, & rotatur ad finem (quid enim habet, quod fini non assignet?) & quodammodo vanitatis columnis fulcitur. Quando autem vanitatis finis adfuerit, tunc ille cadet, & non subsistet. Quod autem non D finitur, de mundo non dicitur. Morte ergo & occasu omnia transeunt, & non stant. Quid ergo sapiens diligere debet? Mortuam imaginem ex parte mutam & ex parte sonoram, quam videt & non intelligit? Si enim intelligeret, forsitan diligeret; sed & in hoc offendit, in quo se non ostendit. Quis enim intelligit, vel semet ipsum, vel alterum, florem terræ & terram de terra factum, qua dignitate Dei filium, & cælicolam facit terra & pulvis post modicum futurus, & nisi anima mediante numquam profuturus?

II. Si quis hoc intelligit, cui Deus donavit, qua vita vivere oportet, ut æternus sit de morta- E li, sapiens de stolido, cælestis de terreno, primum sensum habeat purum quo utatur ad bene vivendum, & non quid est, sed quid erit, videat. Id enim erit, quod non est; & per ea quæ videt, ea quæ non videt, cogitet, & nitatur esse quod creatus est, & Dei gratiam suo advocet conamine: impossibile est enim solum per se unumquemque adipisci quod perdidit in Adam. Quid autem prodest sensum accipere, & non eo bene uti? Bene utitur ille, qui sic vivit, ut numquam aut pœniteat, aut pœnituerit: pœnitentia enim sera male usum arguit, & bona conscientia vitam laudat. Quid ergo sensus purus diligere sapit? Illud certe quod diligere, & cetera omnia fecit, semperque manet, & numquam senescit. Nihil aliud extrinsecum diligendum est secundum veri rationem, nisi æternum, & æterna voluntas, quæ ab æterno mirabili, ineffabili, invisibili, incomprehensibili, omnia implente, & omnia excedente, præsente, & fugiente, inspiratur & animatur. Nihil heic sapiens diligere debet, quod nihil durat; æterna enim illic cum æterno, & caduca heic cum mortali sunt. Periculosum est ergo habitare inter fallentia & falsa, & non vera videre quæ debes amare, & videre insuper quæ fugiendo provocant, & quasi in somnio te cum eis peccare persuadent, & re odiosa tibi blanditiis rident; & jure diligenda, ac si non essent, sed subducunt.


III. Constat ergo solicitum esse debere eum qui inter fallentes habitat, velut qui non evadet, si non eos fugerit, cauteque si bene egerit. Nos quomodo fugiemus mundum, quem diligere non debemus, qui in mundo sumus, quique ei mori docemur; & e contrario eum intra nos quadam livida cupidine [2] cludimus, quem sub pedibus quasi nostris conculcare debuimus. Conculcat mundum, qui se ipsum vincit, qui vitiis ante quam natura, [3] mente, quam corpore moritur: nemo [4] semet ipsi parcens, mundum odire potest; in se enim solo mundum aut diligit, aut odit. Nihil habet quod amet de mundo, qui corporis voluptatibus mortuus est. Tali morte moriamur, quia mors illa corporalis cunctos, ista paucos tenet. Paucorum enim sic vivere, quasi [5] mortui quotidie; & dum non semper fuit, nec esse potest in mundo, sed in quadam brevi medietate, debet unusquisque sic vivere, quasi quotidie moriatur, ut æterna tantum & cælestia, in quibus, si meruerit, æternus & cælestis futurus sit, hujus mortis dubius, cogitet. Quæ enim ante mundum fuerant, ipsa erunt & post mundum, & in perpetuum, & adhuc sunt, sed non apparent, & a nobis in tantum celata sunt, ut non liceat ea loqui hominibus: [c] in cor enim, aut in aures hominis non ascendunt, neque intrant, neque humano visu perspici queunt. O quam dolenda conditio! Quæ amare debuimus, sic ea nobis sequestrata & incomperta & ignota sunt, ut quamdiu homines sumus, & in hoc corporis ergastulo constituti, omnino nobis impossibilia sunt videri, audiri, cogitari ea quæ vera bona sunt & æterna. Quid ergo faciemus? Vel ignota amemus, & quæramus, ne forte in perpetuum ea ignoremus & perdamus: sine caussa enim natus est, qui illa perpetua & in perpetuum ignorabit, & illa æterna in æternum nesciet. O te miserum hominem! quod vides debes odire, & quod amare te convenit, ignoras. Loquens tibi tua vita, irretiris, velis, nolis; in te habes, quo compediris; in te non habes quo solveris. Cavebis ne te miser, in teque ne confides, qui a te laquearis, nec a te solveris? oculos habens cæcus ligaris, libensque morti duceris.

IV. O intolerabilis cæcitas! o dolor incomparabilis! o infelicissima miseria! Qui favet adversariis, qui libenter se tradit persecutoribus sibi numquam parcentibus, qui se alligantibus & morti

[a] Isa. xxix. 13. Matth. xv. 8. Marc. vii. 6. [b] II. Tim. II. 5. [c] Isa. lxiv. 4. I. Cor. II. 9.

1. *Fugas*] An *fugas*? 2. *Cludimus*] Forte *claudimus*.
3. *Mente*] Forte, *tam mente*.
4. *Semet ipsi*] Forte *sibimet ipsi*.
5. *Mortui*] Forte *morituri*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



tradentibus gaudens consentit. Quis umquam lætus ad mortem pergit? Quis ad jugulandum vel decollandum libens ducitur? Væ tibi humana miseria! utinam tantum jugulareris vel decollareris, & non in æternum cruciareris. Quid te cæcius o misera humanitas! Quæ sic erras videns, licet vides usque ad cælum, non ultra; citra cælum sapis, ultra cælum non sapis. Dura, incomprehensibilisque ignorantia, quis tibi narrabit inenarrabilia? Infelix humanitas, quid tibi subveniet? Audi quid Sapiens dixit: Cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt. Audisti, credo, Dominum in Evangelio dicentem: [a] *Ite maledicti in ignem æternum*; & propter quid, scis, itur in ignem, miser homo. Esto misericors, forte a filio perditionis te sic abstrahere poteris: ne parcas cibo, ne fragili parcas vestimento, ne tibi tua præferas; plus te ames quam tua; plus animam, quam res tuas: tu met enim tantum es miser, & non tuæ res: plus te met amare debes quam aliena. Quid enim tuum est, præter animam? Noli ergo animam tuam perdere pro nihilo. Ne parcas caducis, ne æterna perdas; alienum tibi totus mundus est, qui nudus natus, nudus [1] sepeliris. O irremediabilis dementia! quid alienum caducum tanto amore diligis, ut æternum proprium in æternum perdas? Cogita itaque mortem, quæ finem dat mundi [2] voluntatibus; & vide quo amœna divitum abiit lætitia. Luxus, jocus, libido, luxuria conticuere; & cadaver nudum, vermibus & putredine dissolvendum, limus suscepit, miserrima anima pœnis æternis reddita. Quid hac conditione lacrymabilius? Quid hac miseria infelicius? Qui usque ad corruptionem & interitum perpetuum hujus vitæ vana sectatur. Vere melior fuit unius horæ patientia, quam æterni temporis sera pœnitentia. Time ergo citra cælum mortem; ultra cælum ignem æternum; hoc quod vides, illud quod non vides, sed tamen credis ei, qui vidit. Verax enim est Dominus noster Jesus Christus, cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTO IV.

Quod in præsenti vita laborandum, ut in futura quiescamus.

I. *Omnis disciplina*, juxta Apostolum [b], *in præsenti videtur non esse gaudii, sed mæroris; postea vero jucundum fructum, placidumque mercedis fenus his qui per eam exercitati sunt, reddet*. Quid enim re vera heic sine mærore vel labore discitur in tempore vel maximæ stoliditatis & fragilitatis nostræ? Si vero temporalia disciplinarum genera præsentis gaudii suavitatem adimunt, quid de hac nostræ scholæ disciplina sperandum est? Quæ etiam disciplina disciplinarum est, quæque æterni temporis jucunditatem, & æterni gaudii amœnitatem præsenti mærore comparat. Quod enim est disciplinæ genus, quod castigationis mærore careat? Quantum tristitiæ vel mæroris in artificiis fabrilibus inest? Quantum laboris? Quantum industriæ fabricantibus, vel etiam ædificantibus imminet? Quantis verberibus, quibus doloribus [3] musicarum discentes imbuuntur? Quantisve fatigationibus, vel quantis mæroribus medicorum discipuli vexantur? Qualibus vero inquietudinibus sapientiæ amatores, vel quantis paupertatis angustiis [4] philosophici coarctantur? Postremo quantis periculis gubernacula appetuntur? In quibus omnibus post licet innumerabilium miseriarum labores, pacatissimus finis patienter exspectatur, cujus consideratione supra dictæ calamitates, licet non sine mærore, licet cum multa amaritudine, tolerantur. Etenim si cum mærore disciplina comitatur, finis tamen ejus in lætitia agit, & labor in securitate versatur, & mirum in modum pro lætitia tristitia, pro suavitate amaritudo, pro securitate labor, pro quiete inquietudo patientissime toleratur. Licet enim ignorant, si ad cujusque disciplinæ finem perveniant, tamen vel pro incerta spe futuri gaudii præsentem mærorem [5] sustinent, non aspernantur, & dum [6] laborem non segniter, adsequuntur. Quis enim eorum certus est, si vel magister illius [7] umquam disciplinæ cujus laborem sustinet, futurus sit? Vel si hujus gaudii pro quo mærorem tolerat, particeps exsistet?

II. Quod si itaque pro temporalibus & incertis tanta & talia infatigabiliter tolerantur, quid nos pro æternis & veris certisque sustinere debemus, quorum finis æternus est? Etenim si incertum est apud temporalium disciplinarum appetitores, quanto tempore adepta disciplina frui eis licebit; nulla tamen segnitia eam [8] sequendi dissolvuntur; & sic dupliciter nobis dubii pertinaciores sunt: quia si ad disciplinæ finem perveniant, ut dixi, incerti, pro vitæ scilicet incerto & sensus stoliditate; nihilominus adepta disciplina denuo dubitant, quam longe eadem utantur: quanto enim incerti de profectu, tanto certi de amittenda in brevi disciplina sunt. Temporalia ergo, ut diximus, studia, & defectiva ingenia, mærores ac tristitias, angustias ac labores, pericula ac peregrinationes, injurias ac fatigationes, cum quidem apud illos constat incerta esse & fragilia hæc pro quibus tantæ calamitates sustentantur, tolerant nostræ scholæ disciplina si tribulationes habeat, si molestias, si mærores, si amaritudines habeat, mirabitur, fugienda putabitur? Nonne sine disciplina aliqua perfecta magistratio, ut aliqua [9] malitia acquiri impossibile est? Aut disciplina sine amaritudine adipisci queat? Cum hæc ergo ita se habeant, præparemus animum, non ad lætitiam, non ad securitatem, ut Sapiens ait [c], sed ad tentationes & tribulationes, ad tristitias atque labores. Christus tribulatus est, injuriatus, contumeliatus, passus est; tu in terra securitatem putas? Vide & intellige quam difficile est [10] vinci sæculum, dum non aliter, nisi Christi morte sanctus de eo liberatur: [d] *Si vix justus sic salvatur, peccator & impius ubi parebit?* Audi Dominum dicentem discipulis: [e] *In mundo pressuram habebitis*. Et iterum: [f] *Vos autem flebitis & lugebitis, mundus autem gaudebit, & vos tristes eritis*.

III. Vide mærorem disciplinæ nostræ; intellige quod non de lætitia ad lætitiam, neque de securitate ad securitatem, sed de luctu ad lætitiam, ac de tribulatione ad securitatem transitur. Patienter ergo tolerandus est brevis mæror, ut æterna acquiratur lætitia; & leve tribulationis nostræ cum alacritate sustinendum est, ut æternam immensæ gloriæ vitam apprehendamus. Si enim pro caducis rebus hæc (ut diximus persæpe) accidunt, & non vincunt; quid

a Matth. xxv. 41. *b* Heb. xii. 11. *c* Eccli. II. 1. *d* I. Pet. IV. 18. *e* Joan. xvi. 33. *f* Ibid. ℣. 20.

1. *Sepeliris*] *Sepelieris*.
2. *Voluntatibus*] Forte, *voluptatibus*.
3. *Musicarum discentes*] Forte *musicorum*, ut mox *medicorum*. *Discentes* vero, id est, *discipuli*.
4. *Philosophici*] An *philosophi*?
5. *Sustinent, non asp.*] Forte, *sustinere non asp.*
6. *Laborem*] Forte *laborant*.
7. *Umquam*] Forte, *etiam*. 8. *Sequendi*] An *assequendi*?
9. *Malitia*] Legendum videtur *militia*.
10. *Vinci*] Forte, *vincere*.

nos regnorum cælestium negotiatores fatigabit, aut vincet? Nullis lætis vel tristibus, blandis vel amicis cedere debemus: utrisque enim mundus plenus est, & utraque dux belli nostri vincit. Et videamus quam periculose immundus cedit his, quibus mundus & immaculatus non cessit: cum Christo respiciamus mundi honores, & diaboli regna cum omni gloria eorum. Quidquid diaboli est, dedignemur accipere, eique brevis lætitiæ regi dicamus: [a] *Tua sint tecum in perditione*: tristes simus usque ad mortem cum Christo, ut tristitia nostra in gaudium convertatur. Rideat mundus cum diabolo: absit a nobis eorum lætitia: si volumus gaudere nunc, ex parte gaudeamus in spe, verum gaudium postea habituri in re; tristes pro peccatis nostris, læti propter spem vitæ æternæ; tristes propter Christi absentiam, exsultantes similiter, quia legimus: [b] *Videbimus eum sicuti est*. Licet enim præsentium miseriarum mæroribus repleamur, licet peccatorum nostrorum frequentia tristemur; victoria tamen utrorumque liberalis lætitia & nobile gaudium est: & licet pro tempore peregrinemur a Domino, ut pro brevis temporis bello in æternum coronemur; nimium tristes esse non debemus, scientes mox esse ad Deum nos ituros, & cum eo semper mansuros: ad hoc enim nos creavit, ut cum eo semper regnantes in sæcula sæculorum, laudemus, & gratias ei agere perseveremus. Hæc ergo scientes nullis laboribus, nullis tribulationibus deficiamus, nullis mæroribus vincamur, nullis bellis fatigemur, nullis disciplinarum anxietatibus destituamur, nullis rursum deliciis dissolvamur, nullis blanditiis decipiamur, &, ut Apostoli voce dicamus [c], nullus nos, nihil nos a Christi caritate separet; nulla tribulatio, nulla angustia, nulla persecutio, nulla fames, nulla nuditas, nullum periculum, nulla vel mors gladii, ignis, crucis, necis; nihil triste, nihil suave, nihil durum, nihil blandum, nihil mundi [1] verorum nos a Christo separet, ut ei heic & in æterna sæcula hæreamus sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO V.

Quod præsens vita non sit dicenda vita, sed via.

I. O Tu vita quantos decepisti, quantos seduxisti, quantos excæcasti! quæ dum fugis, nihil es; dum videris, umbra es; dum exaltaris, fumus es; quæ quotidie fugis, & quotidie venis; veniendo fugis, quæ fugiendo venis; dissimilis eventu, similis ortu; dissimilis luxu, similis fluxu; dulcis stultis, amara sapientibus. Qui te amant, non te sciunt; & qui te contemnunt, ipsi te intelligunt. Ergo non es verax, sed fallax: te ostendis tamquam veram, te reducis tamquam fallacem. Quid ergo es humana vita? Via es mortalium, & non vita; a peccato incipiens usque ad mortem: vera enim esses si te peccatum primæ transgressionis humanæ non interrupisset, & tunc [2] cassabunda & mortalis devenisti, cum omnes tuos viatores morti assignasti. Via ergo es ad vitam, & non vita: vera enim non es: via, sed non plana, aliis longa, aliis brevis, aliis lata, aliis angusta, aliis læta, aliis tristis, omnibus similiter festinans, & irrevocabilis. Via es, inquam, via es, sed non omnibus manifesta es: multi enim te vident, & pauci te viam esse intelligunt. Sic enim subtilis es & sic seductrix, ut paucorum sit te scire viam. Interroganda ergo es, & non credenda, nec vendicanda; transeunda, non habitanda, misera humana vita: nullus enim in via habitat, sed ambulat; ut qui ambulant in via, habitent in patria.

II. Quare ergo tu mortalis vita habitaris, diligeris, vindicaris? Diligeris, vindicaris a stultis & a perditis, contemneris a sensatis, caveris a salvandis. Timenda itaque es humana vita, & multum cavenda, quæ sic fugitiva es, sic lubrica, sic periculosa, sic brevis, sic incerta, ut quasi umbra, aut imago, aut nubes, aut nihil, aut inane dissolveris. Dum ergo nihil es, o mortalis vita, sive imago, fugitiva ut avis, ut nubes incerta, & fragilis ut umbra, ut somnium, sic per te iter agendum est, tam solicite, tam caute, tam expedite, ut viatorum more ad veram patriam [3] omnibus intelligentibus festinandum sit. De transacto securus, de eo quod restat solicitus: nihil enim tibi prodest ascendere, quod ascenderis, nisi quod restat, evaseris: via enim & ascensus quidam putanda est [4] via hæc. Ne quæramus in via quod in patria futurum est: labor enim & fatigatio in itinere versatur, in patria requies & securitas paratur. Cavendum est itaque nobis, ne forte per viam securi simus, & ad veram nostram patriam non perveniamus. Sunt enim re vera nonnulli in hoc itinere desides, securi, lividi, ut non tam in via, quam in patria esse videantur: & non tam voluntarii, quam inviti eunt ad patriam, nimirum jam perditam. Heic enim in via præusi sunt patria, & de brevi vita æternam mortem mercati sunt. Infelices de frustrato commercio læti sunt, aliena caduca dilexerunt, & propria æterna neglexerunt. Quapropter quamvis sint læta, quamvis blanda, quamvis sint speciosa, aliena terrena devitemus, ut propria æterna non perdamus: fideles in alienis inveniamur, ut in propriis ac nostris heredes efficiamur, donante Domino nostro Jesu Christo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO VI.

Præsentem vitam similem esse umbræ.

I. DOnante Domino de humana vita diximus, quod viæ similitudo est, in qua unusquisque iter ad æterna agens de alienis cupiditatibus securus, quasi viatici tantum paupertate contentus esse debeat, ut nullis hærens illecebris terrena cuncta sibi esse aliena intelligat. Nunc umbram esse eamdem, ut jam ante diximus, ostendamus vitam. Non tibi videtur umbra esse & imago vita hominis super terram? quæ sic dubia, quamdiu sit & incerta, ut res umbræ æquetur. Vides enim & non vides; ipsa, nec ipsa, dicamus: quod fuit; non vides; quod erit, nec ipsum videre potes. Vides tantum quod est, quod diu stat: tolle [5] quod es, nihil vides; sic est invisa, ac si non esset: ergo umbram videt unusquisque vitam suam, & a mane usque ad vesperam, quasi in quodam speculo vanitatem suæ vitæ circumspicit. Sed qualibet alia similia tantum in somnis videt: similiter enim falsa pro veris speculatur, & pro veri imagine vanis

a Act. VIII. 20. b I. Joan. III. 2. c Rom. VIII. 38. 39.

1. *Verorum*] Forte, *vanorum*.
2. *Cassabunda*] Forte, *casabunda*: caduca, lubrica, instabilis.
3. *Omnibus intell. — solicitus*] Goldastus *Parænet. vet.* part. I. pag. 153. hunc locum, corruptum sane, ita restituit: *omni intelligenti festinandum sit, de transactis securo, de eo quod restat solicito*
4. *Via*] Forte, *vita*.
5. *Quod es*] Forte, *quia est*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 580.

[1] includitur. Quid enim rogo intereſt quod heſterno vidiſti, ac nocte ſomniatur? Nonne hodie ſimiliter vana eſſe tibi videntur? Etenim utique me non plus ſatiant pro veris quæ videndo fugiunt, quam quæ ſomnianda includunt: utraque enim vana eſſe invenio. Quod enim ſum, non fui, & non ero; & unaquaque hora aliud ſum, & numquam ſto. Semper enim curro a die nativitatis uſque ad diem mortis, & per ſingulos dies vitæ meæ mutor; & quæcumque mutantur, vel quomodo mutantur, non video; & totam ſimul in uno vitam meam numquam videre poſſum; & quod heri fui, hodie non ſum; ſic quod hodie ſum, cras non ero; & ſic ſemper mobilis & mutabundus per cetera vitæ meæ ſpatia ero, ut de momento in momentum, de momentis in horas, de horis in dies, cum incertis ætatis meæ ſpatiis concurram ad mortem, ut ibi videam certa & vera, & tota ſimul in uno, quod heic mihi impoſſibile eſt.

II. O me miſerum! ſi ibi vitam non videro, quam numquam veram video; veram enim eſſe ibi eam neceſſe eſt, ubi æternitas agit. Fuge ergo, fuge o tu vitæ mortalis umbra; fuge tu nos, & nos te: tu fuge ut facis; ſemper enim fugis, ut cito vera vita veniat: nos te, ne nos decipias, fugiamus: tardos enim blandis decipere ſoles impedimentis. Fuge, inquam, & feſtina quæ multos ſeduxiſti, & nos ſeducere inſtas, & alios poſt nos deduces, & morti aſſignabis. O quam cæca es tu, quam ſeducens, incerta vita! me exſpectas, ut rapias; me provocas, ut ſuadeas; me rogas, ut ſeducas; me ſuades, ut decipias. Quis tam inſipiens eſt, ut te credat, quæ decipis amantes, & ſeducis credentes? Qui enim te diligunt, decepti ſunt; & qui te credunt, ſeducti ſunt: qui autem te negligunt, ditati ſunt; & qui te fugiunt, ſalvati ſunt. Deum quærunt, qui te contemnunt. Fugiamus itaque nos te, ante quam tu nos: & quia ſic mortalis, brevis, caduca, incerta, inſtabilis, mobilis, mutabilis, convertibilis es; nos Dei & vitæ æternæ amatores & negotiatores potius, quam tui nos habeamur, & te fluentem & fugientem fugiamus, ne nos cum tuis amatoribus vindices. Fugiendum eſt enim nobis quod fugit, & ſic in eo vivendum eſt, quaſi quotidie moriendum eſſet. Quid enim intereſt nobis hodie, ſive cras mori? Dum enim mori nobis neceſſe eſt, ſic nobis eſt mors conſideranda, quaſi jam diu præteriret; & dum nihil durat ante mortem, feſtinandum eſt ad mortem, ut poſſimus vera æterna videre poſt mortem. Quamobrem non tardandum eſt, ſed feſtinandum eſt de umbra imaginatæ vitæ, ad veritatem veræ vitæ. Et quia alia via vitæ carnalis, alia via profectus ſpiritualis; currat animus profectibus, ſicut vita curſibus, & ita animi augeatur maturitas, ut ætatis plenitudo; & ſicut vitæ circuli minuuntur, ſic vitiorum numerus decreſcat, ut cum ſæculo ſua relinquamus, & nihil de ejus moribus nobiſcum feramus ad Dominum, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTRUCTIO VII.

De cæcitate hominis, qui neglecto ſpiritu inſervit corpori.

I. O Te cæcam inſaniam! o te cæcam foveam humanam voluntatem, quæ accepta celas, & data non reddis! fruſtra placaris, quæ ingrata paſceris; fruſtra voras, quæ ſic importuna [2] ſenſum tuæ voracitatis exigas. O protuſata, ſanguiſuga impatiens, immitis ſaturata, blanda jejuna, vorax, inverecunda, edax, quid habes recti? quid honeſti? nihil. Quæ fruſtrata quæris, quæ vituperata iteras, quæ turpia ornas, quare te ipſam non conſideras? o miſera humanitas, intus putrida, felle, humore, liquore, ſanguine, flegmate plena: foris vero pellem [3] lavatam, ſed numquam tamen mundatam; ſemper enim de intimo immunditiæ cœno coinquinaris, pollueris: licet quotidie lavaris, quotidie violaris. O pullatam pellem! fruſtra lavaris, quæ natura immunda es. O inverſam cæcitatem! quod lavas, quod ornas, natura, putredo: quod autem violas & polluis, natura, nitor. Quid munda coinquinas, & immunda lavas, quæ animam corrumpis & corpus ornas? Satis ne te diligis, an ſatis te ignoras? Si enim te ſcis, quare horrida & immunda flegmatis & ſtercoris domicilia diligis? Si videris in veſtimento tuo immunditiam, ſi flegmata, horreſcis, & aſpectum retro torques, & te in tuis veſtimentis immundum ſterquilinium, & olidum ac putridum volutabrum non fugis, non deteſtaris? Non vides quid tua fiſtulata pellis per ſua foramina foveat? pudet referre, quod amare non pudet. Quare horrida non horreſcimus? quare pudenda non deteſtamur? quare fœtida non fugimus? Nonne quia non ſapimus, & quia mundi non ſumus? Ideo immundus immunda quærit, & turpia turpis, & inhoneſta inhoneſtus; & quia cæci, inhoneſti ſumus, idcirco nulla verecunda declinamus. Si enim cæci non ſumus, quare noſmet ipſos primam noſtram immunditiam non deſpicimus? quare nos vel noſtram verecundiam, vel noſtram turpitudinem non contemnimus? Nonne turpia eſſe honeſta tibi non videntur? quæ crebris lamentis & ornatibus variis indigent, & ingrata ſuis non ſatiantur impendiis, & ſatiata non juvant futuris, & transacta voluntas præſentem non ſatiat, nec futuram repellit [4].

II. In vanum ergo laborat qui talia paſcit, & in ventum ſeminat, qui vanæ voluntati huic ſervit, ubi expenſum non expedit ſervitium. Eſuriant itaque iſta, quæ ſic ingrata, ſic moleſta ſunt, ut ſemper eſurire videantur. Qui iſta paſcunt, ſe ipſos decipiunt. O inhoneſta ſervitus, qua [5] carne fruitur! o dura! o inexorabilis! o fera, licet domeſtica, dominatio! quæ quotidie ſolvitur & quotidie exigitur; ſub die vadit & venit; ſaturata exit, eſuriens redit. Væ his qui heic paſcuntur, ubi fames dominatur, nec divitiis vincitur, & dum hæc ſolvuntur, alia exiguntur. Redde enim prima, ſecunda cogeris exſolvere; gulam paſce, libidinem exigeris. Cum Suſanna ergo clamandum eſt: [a] *Anguſtiæ mihi undique.* Et cum Paullo ejulandum eſt & dicendum eſt: [b] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Si neceſſaria ſolvas, non

a Dan. XIII. 22. b Rom. VII. 24.

1. *Includitur*] Forte, *illuditur*. Sic paullo poſt pro *includunt* legendum videtur *illudunt*.
2. *Senſum*] Forte, *cenſum*.
3. *Lavatam — mundatam*] Forte *lavata — mundata*.
4. *Repellit*] Deeſt forte *eſuriem*, *famem*, vel quid ſimile.
5. *Carne fruitur*] Forte, *carni ſervitur*.

neceſſaria reddere cogeris. Si ergo miſer homo ſecunda reddere times, prima nega ſi potes; ſi non, parce redde, avare exſolue; nihil niſi invitus exſoluas; nihil libenter dones. Sed non potes; video, quod pejus & gravius eſt, quia exactores diligis. Et amicus eſt tibi inimicus tuus. Quid dicam, neſcio; quid ſuadeam, ignoro. Unum dicam quod ſcio: qui heic paſcitur, heic ſaturatur, heic jucundatur, heic ridet, heic inebriatur, heic ludit: illic eſuriet, illic ſitiet, illic lugebit, illic lamentabit, illic ululabit, ſicut Dominus dixit: [a] *Væ his qui rident, quia ipſi lugebunt*; &: *Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis*. Duo enim tempora ſuccedunt, & duæ vitæ, & duo ſæcula ſunt: una vita brevis, & altera longa; & qui in una eſurit, in alia paſcetur; qui vero heic vorat, ſaturatur, conſolatur in una; in altera eſuriet & ſitiet juxta illud Iſaiæ: [b] *Propter hoc dicit Dominus: Ecce qui ſerviunt mihi, manducabunt & bibent; vos autem eſurietis & ſitietis*. Et poſt pauca: [c] *Ecce, qui ſerviunt mihi, exſultabunt in jucunditate; vos autem propter dolorem cordis clamabitis, & præ contritione ſpiritus ululabitis*. Cum hæc ergo ita ſint, parcendum eſt divitiis, & brevi [1] voluntati minime ſerviendum, ne paſcamur ad eſuriem, ne forte ſatiemur ad famem, & bibamus ad ſitim: videmus enim aut heic, aut illic, unum e duobus neceſſe experiri. Quamobrem ſi ſaturemur, ſi bibamus, o nos miſeri! ex parte, non ex toto heic comedamus, neceſſaria, non ſuavia; cum paupere manducemus, cum paupere bibamus, cum paupere participemus, ut vel ſic cum paupere illic participare mereamur, ubi [d] ſaturabuntur qui heic pro Chriſto eſuriunt & ſitiunt juſtitiam. Quorum enim [e] regnum cælorum eſt, niſi pauperum, qui animis humiles, & divitiis pauperes pro Chriſto ſunt? cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

INSTRUCTIO VIII.

Quod ad cæleſtem patriam, viæ præſentis finem, feſtinandum ſit.

I. Ecce nunc de fine vitæ dicendum eſt: jam enim diximus viam eſſe humanam vitam, & quam ſit dubia & incerta, & non eſſe quod eſt, umbræ ſimilitudine monſtravimus: ſimiliter, quam improviſa & quam cæca eſt, ante diximus, de fine vero vitæ noſtræ, Spiritu ſancto nos adjuvante, noſter ſermo producendus eſt. Viatorum eſt feſtinare ad patriam: eorum ſimiliter eſt in via ſolicitudo, in patria ſecuritas. Feſtinemus ergo ad patriam, qui in via ſumus; tota enim vita noſtra, quaſi iter unius diei eſt. Primum nobis eſt, nihil heic amare; ſed ſurſum amemus, ſurſum deſideremus, ſurſum ſapiamus, ſurſum quæramus patriam: ibi enim, [2] ubi Pater eſt. Patriam ergo non habemus in terra, quia [f] Pater noſter in cælis eſt. Etenim ſi poteſtatis virtute, & deitatis magnitudine ubique eſt, [g] quam mare profundior, terra ſtabilior, mundo latior, aere purior, cælo altior, ſole clarior eſt; in cælis tamen manifeſte eſt, in quibus panis Angelorum eſt, qui ut domeſtici beatam cæli primi regiam incolunt, & Dei fruuntur conſpectu. Sed quia inconſpicabilis Dei [3] natura ſinceram natura infirmior ferre non poterat; ideo Deus pius, intra quem omnia, & extra quem nihil, primam regionem cognitionis ſuæ quam primo cælo incluſit (quod aquis elevatis temperavit) ſupernis virtutibus deputavit: niſi enim illa primi cæli natura ſupra dictis aquis temperaretur, ſuperni Dei accenſa virtute, nequaquam ab inferioribus eſſet patienda naturis; ac ſic omnibus ubique præſens, inconſpicabilis Deus eſt. Plus enim eſt, quam totus conſpici queat, & plus omnibus, qui omnia ex nihilo creavit; & ideo cum videtur, inviſibilis eſt, quia quis ſit & quantus ſit, ſibi ſoli notus eſt. Pulſemus tamen illum, quia unicuique pro merito puritatis notus adeſt, inviſibilis licet, inæſtimabilis licet, Deus Trinitas. Pulſemus inquam vel hinc, vel illuc familiarius, vel intremus, vel manifeſtius intelligamus, & nos in via cantantes dicamus: [h] *Poſt te in odorem unguentorum tuorum curremus*; & [i] *Poſt te adhæſit anima mea*; &: [k] *Trahe me poſt te*; ut cum his canticis mundum feſtinanter tranſeamus, ac de ſupernis gubernati, præſentia negligamus, & de cæleſtibus ſemper cogitantes, terrena deſpiciamus: niſi enim cæleſtibus deſideriis impatientibus inhiemus, terrenis neceſſe eſt hærebimus.

II. Occupemus itaque nos divinis, ne forte humanis; & quaſi peregrini ſemper patriam ſuſpiremus, ſemper patriam deſideremus; finis enim viæ ſemper viatoribus optabilis & deſiderabilis eſt: & ideo quia ſumus mundi viatores & peregrini, de fine viæ, id eſt, vitæ noſtræ ſemper cogitemus; viæ enim finis noſtræ, patria noſtra eſt. Sed ibi omnes ſæculi [4] iterantes pro meritis diverſa ſortiuntur; & boni viatores in patria requieſcunt, mali vero de ea peribunt; multi enim patriam veram perdunt, quia plus viam diligunt. Non plus viam nos, quam patriam diligamus, ne æternam patriam perdamus; talem enim habemus patriam, quam amare debemus. Duret igitur apud nos iſta diffinitio, ut heic vivamus in via; ut viatores, ut peregrini, ut hoſpites mundi, nullis hærentes cupiditatibus, nullis terrenis inhiantes deſideriis, ſed cæleſtibus & ſpiritualibus formis animos noſtros repleamus, virtute & opere pſallentes: [l] *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? Sitivit* enim *anima mea Deum fortem vivum*; & [m] *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*; & cum Paullo dicentes: [n] *Cupio diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*, ſciamus [o] nos licet peregrinos a Domino quamdiu ſumus in corpore, præſentes tamen eſſe oculis Dei. Quapropter omni ignavia calcata, & omni depoſito tepore, nitamur ei qui ubique præſens eſt, placere, ut cum bona conſcientia & via hujus ſæculi ad beatam patriam noſtri Patris æternam, & æterni tranſire feliciter poſſimus, de præſentibus ad abſentia, de triſtibus ad læta, de caducis ad æterna, de terrenis ad cæleſtia, de regione mortis ad regionem vivorum, ubi facie ad faciem cæleſtia videmus, & Regem regum recto regimine regna regentem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

a Luc. VI. 25. b Iſa. LXV. 13. c Ibid. ℣. 14. d Matth. ℣. 6. e Ibid. ℣. 3. f Matth. VI. 9. g Job XI. 8. 9. h Cant. I. 3. i Pſalm. LXII. 9. k Cant. I. 3. l Pſalm. XLI. 3. m Pſalm. CXLII. 6. n Philipp. I. 23. o II. Cor. V. 6. 8.

1. *Voluntati*] Forte, *voluptati*.
2. *Ubi*] Forte, *ibi*.
3. *Natura*] Forte, *naturam*.
4. *Iterantes*] Forte, *itinerantes*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

INSTRUCTIO IX.

De extremo judicio.

I. ADhuc de fine dicamus, fratres cariffimi: finis enim viæ noftræ, ut diximus, noftra patria eft. Sed quia alii heic patriam poffidentes, illic finem viæ in patria non habebunt; fed de via in viam vadunt, id eft, de pœna in pœnam animo remordente mutabuntur, & requiem non habebunt; ideo viæ, id eft, vitæ illorum finis patria non eft, fed pœna; non eft requies, fed inquietudo. Juftorum autem vitæ finis eft vita æterna, requies, pax perennis, patria cæleftis, æternitas beata, lætitia infinita. Diverfus itaque finis viæ humanæ vitæ eft; quia licet fragilitate & volubilitate lubrica, ac incerta fugacitate via vitæ humanæ fimilis, ftudiis tamen ac profectibus diffimilis eft. Sed diffimilem vitam heic fors fimilis premit, & incerti itineris incurfus manifeftat: fimiliter enim omnes nafcuntur, crefcunt, decrefcunt, infirmantur, tribulantur, moriuntur; fed quando ad finem veniunt, ibi difcernuntur, & quos fimilis incurfus fatigavit, diffimilis ordo fegregavit: ibi enim vera probatio & diligens examinatio fimilis miferiæ erit, qua omnes viatores viæ, quam mortales fimiliter terræ premunt. Illic enim, ut Apoftolus ait: [a] *Uniufcujufque opus quale fit, ignis probabit.* Videte ordinem miferiæ humanæ vitæ de terra, fuper terram, in terram, a terra in ignem, de igne in judicium, de judicio aut in gehennam, aut in vitam: de terra enim creatus es, terram calcas, in terram ibis, a terra furges, in igne probaberis, judicium exfpectabis, æternum autem poft hæc fupplicium aut regnum poffidebis; quia illic [b] *oportet nos*, ut ait Apoftolus, *manifeftari ante tribunal Chrifti, ut referat unufquifque propria corporis fui, prout geffit, five bonum, five malum*; quam rem etiam Dominus in Evangelio denuntiat: [c] *Filius hominis venturus eft in gloria fua, & tunc reddet unicuique fecundum opera fua.* Expavefcite quæfo dictorum pondus, & cum timore & tremore fufpecta femper mente illum tremendum divini judicii adventum indefinenter cogitate, ubi ante illud tribunal Chrifti judicis horrificum, *uniufcujufque opus quale fit, ignis probabit*, & *propria uniufcujufque corporis, five bonum, five malum quifque ut geffit referet*; & ubi *Filius hominis veniens unicuique fecundum opera fua reddet.*

II. Satis tremenda fententia eft, fratres, quia non dixit, *fecundum mifericordiam fuam*, fed *fecundum opera fua unicuique reddet*: heic enim mifericors, illic juftus judex. Idcirco timendum eft, tremendum nobis eft multum, qui hæc legimus & audimus cariffimi, quando Deo prædicante cognofcimus, juxta opera fua unicuique reddendum effe. Quid durius dicere potuit? quid fpei reliquit humanæ? quis enim poteft per ignem juftificari & Judicis mifericordia non egere, qui in corpore peccati habitat? Quis, rogo, humani generis carnem geftans, hæc non rimeat, quibus nos omnes manifeftandos & quodammodo affignandos effe ante tribunal Chrifti, & ibi opera noftra per ignem probanda prædicatur? Cum dolore pro perditis dicendum eft: Ut quid limus fenfum accipit? quare fenfus factus eft de pul-
A vere? qui de terra creati, paullulum fuper eam ftantes in eamdem paullo poft intraturi, eadem nos iterum, juffu Dei, reddente ac projiciente, noviffime per ignem probabimur, ut quadam arte terram & lutum ignis diffolvat; & fi quid auri aut argenti habuerit, aut ceterorum terræ utilium [1] paracaraffimo liquefacto demonftret. Mortuorum ergo animorum eft & defperabilium ifta non timere: nam cuivis vel femel hæc audire, cautelæ fufficere debuit. Quapropter nihil nobis utilius fciamus, quam ut omnibus diebus vitæ noftræ vitam ancipitem retractanres, nofmet ipfos quotidie difcutiamus; & verborum cogitatuumque noftrorum rationem agentes, & humanam vitam perhorrefcentes,
B hunc fupra dictum iftius viæ, id eft, vitæ noftræ, finem, cunctis fpretis mundi hujus voluptatibus, fine intermiffione cogitemus. Videmus vitam, fed umbram & imaginem fugientem & fallentem advertimus. Ne ergo nos fallax & feductrix, brevis & temporalis, caduca & fragilis, amara ac triftis vita decipiat; de vera & æterna femper cogitemus, quæ poft mortem immortales juftos habitura fit. Vide viciffitudinem rerum: vita ante mortem, & poft mortem vita: juftus prius duas poffidet, & peccator impius unam infeliciter habuit, alteram felicem perdidit: poft brevem enim vitam, de morte in mortem vadit in interitum, de quo Dei pii bonitas nos dignetur eripere per Dominum no-
C ftrum Jefum Chriftum, cui gloria in fæcula fæculorum. Amen.

INSTRUCTIO X.

De terribili venturi Judicis ira declinanda.

I. MUltum nobis de fine, fratres cariffimi, timorem Dominus in fuperioribus per Evangelium & Paullum incuffit. Quod nobis poft hæc tam tremenda divini canonis teftimonia refugium eft? quibus lacrymis, quantis fufpiriis opus eft? qualibus compunctionibus durum & lapideum cor
D conterendum eft, ut iram Judicis tantam effugere poffimus? quam univerfitatis creator Deus ac Dominus nofter per fe ac Apoftolum Prophetafque minatur, qui eafdem minas non tacent dicendo: [d] *Ecce dies Domini venit, ardens ut clibanus, & exuret eos: & erunt omnes alienigenæ & omnes qui faciunt iniquitatem, ut ftipula; & incendet eos dies illa quæ venit, dicit Dominus omnipotens; & non relinquet radix & germen.* Similiter & alius dicit Propheta: [e] *Ecce venit Dominus omnipotens: & quis fuftinebit diem adventus ejus? Aut quis fupportabit confpectum ejus? Quia ipfe ingredietur ut ignis conflatorii.* Sed & Ifaias dicit: [f] *Ecce dies Domini veniet infanabilis, dies iræ & furoris, dies nu-*
E *bis & nebulæ.* Et paullo poft: [g] *Cælum enim quatietur, & terra movebitur a fundamentis fuis, propter furorem iræ Domini fabaoth in die, qua fupervenerit furor ejus.* Et iterum dicit: [h] *Movebuntur fundamenta terræ, perturbatione perturbabitur terra, ftupore ftupebit terra, inclinatione inclinabitur terra, & commotione commovebitur terra: ficut ebrius & crapulatus excutietur.* Afaph quoque fimilia loquitur: [i] *Deus manifefte veniet, Deus nofter & non filebit: ignis in confpectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempeftas valida.* Et David confona huic

a I. Cor. III. 13. *b* II. Cor. V. 10. *c* Matth. XVI. 27. *d* Malach. IV. 1. *e* Malach. III. 1. 2. *f* Sophon. I. 15. *g* Ifa. XIII. 13. *h* Ifa. XXIV. 19. 20. *i* Pfalm. XLIX. 3.

1. *Paracaraffimo*] *paracaximo*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

loquitur dicens: [a] *Ignis ante ipsum ardebit, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.*

II. Post hæc, inquam, tam tremenda veteris, & novi Testamenti præconia, quibus heri & hodie pauca commemoravimus; qua satisfactione iram tanti Judicis evadere possimus, videamus. Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi meminisse debemus dicentis: [b] *Qui vult animam suam salvam facere, perdet eam: nam qui perdiderit animam suam propter me, inveniet illam.* Perdendum ergo est libenter quidquid diligimus præter Christum, pro Christo: vita primum qua corpus animæ societate vivificatur, si ita necesse sit, pro Christo martyrizantibus prodatur; aut si talis beatitudinis desit occasio, non tamen voluntatum deerit mortificatio; [c] *ut qui vivit, non sibi vivat, sed ei qui pro ipso mortuus est.* Vivamus ergo ei, qui cum moritur pro nobis, vita est; nosque nobis moriamur, ut Christo vivamus: ei enim vivere non possumus, nisi nobis ante, hoc est, nostris voluntatibus, moriamur. Christi sumus, non nostri: [d] *non enim sumus nostri; emti enim sumus pretio magno*, & vere magno, quando Dominus pro servo, Rex pro ministro, Deus pro homine datur. Quid debemus nos reddere, si creator universitatis immerito pro nobis impiis (creatura tamen sua) mortuus est? Putas ne non debeas mori peccato? certe debes. Moriamur ergo, moriamur pro vita, quia vita moritur pro mortuis, ut cum Paullo dicere possimus: [e] *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus*, ille qui pro me mortuus est: electorum enim est ista vox. Nullus autem potest sibimet mori, nisi Christus in illo vivat: si autem Christus in illo sit, sibimet vivere non potest. Vive in Christo, ut Christus in te.

III. Sed quæris quomodo sensus vivat in illo, ut te doceat tibimet mori & Christo vivere: vel, ut verius dicendum est, tibi vivere: qui enim moritur pro Christo, ipse vivit; & qui sibi vivit, moritur. Mortalis est enim, si voluntatibus suis vivit juxta illud Apostoli: [f] *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.* Videtis ergo, carissimi, quia in alienis habitamus, dum vel vita nostra non est nostra; & non nobis vivere debemus; & grandis violentia est, per laborem quærere, & per studium habere, quod natura vitiata non servaverit. Sed tamen arbitrii electionem, amissa licet beatitudine, non amisit. Inde nunc per vim & violentiam regnum rapimus cælorum, & illud quodammodo quasi inter medias hostium manus e medio agonis campo, & ceu certaminis sanguineo solo, abstrahimur, dum non solum ab adversariis, sed a nobis ipsis durius impugnamur, dum unusquisque male se ipsum diligit, & in eo quo diligit, se ipsum nocet: ille enim bene diligit, qui se ipsum salubriter odit, hoc est, affligit; qui vero suis adversariis consentit, non recte se diligere dicitur. Grandis ergo miseria est, qui se ipsum nocens non sentit. Cum enim ipse sibi homo contrarius est, non est omnium sic illum pacare, ut vere qui se ipsum diligat. Pugnandum ergo heic est & certandum cum vitiis nostris, ut alibi coronemur. Tempus enim hoc, tempus belli est: ideo enim nemo putet securitatem in bello, quia nullus dormit in bello, & nullus securus ingreditur aciem. Acies itaque nobis dirigenda est contra omne vitiosum, voluptuosum, male blandum. Sufficit autem pugnantibus adversarios vincere: si te ipsum viceris, omnium victor es; si vero tui victor proprius est tibi mortuus, Deo vivus comprobaris; quando autem mortuum audis, qua audacia intraturus ad judicium Christi, suæ caussæ advocatum & sui desiderii suggestorem, & sui contemtus ultorem, unusquisque pro Christo martyrizans se ipsum facit. Si enim vere Christi crucem assumsisset, nihil ei horum licere animadverteret, quia & Christus in hoc exemplum dedit, ut nullus quod suum est, quærat, dicendo: [g] *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis*, &: [h] *Descendi non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.*

II. Se unusquisque consideret, ne liber & vivus in loco servi & crucifixi inveniatur; & unusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat apud Deum, & sicut Apostolus dixit: [i] *Sive liber, sive subjectus* sub jugo humilitatis, quasi servi in Christo sint. Contra se ergo unusquisque nostrum, carissimi, veniat: nam si non contra nosmet ipsos, sed contra fratres vivamus, & si loquamur ut libet, non est vera, sed falsa religio nostra. Nihil itaque liberum in servis Christi esse debet, & nihil altum in Christi esse humilitate oportet. Non simus ergo superbi, non simus protervi, non liberi; sed simus humiles, lenes, affabiles, communes, ut Rex humilis, alius tamen, in nobis Christus regnet. Sed ut hanc salubrem mortem quadam spei suavitate diligamus, finem ejus audiamus. Quis enim re vera felicior est illo, cujus mors vita est; cujus vita Christus est, & Salvator merces est; cui cælum humiliatur & paradisus patet; cui terra cælestis, & infernus clusus est; cui janua aperitur & vita non finitur; cui Deus Pater, & Angelus minister; qui de brevi longum, de misero beatum, de caduco æternum, de tristi lætum, de humili excelsum, de terra cælum, de mortali Deum, felici commercio acquirit? Si itaque præsentia despiciamus & futura solummodo quæramus, hæc omnia supra dicta in melius commutamus. Sed si (quod absit) potiora inferioribus postponamus, utraque sine dubio perdemus. Quamobrem si cum Jesu vitam quæramus, [1] ut mortificationem ejus ante in nobis habeamus; quod nobis Deus Christus præstare dignetur, qui cum Patre semper & Spiritu sancto est unus Deus in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO XI.

De dilectione Dei & proximi.

I. MOyses in Lege scripsit: [k] *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Considerate quæso dicti hujus dignitatem. Deus omnipotens, invisibilis, incomprehensibilis, innarrabilis, inæstimabilis, de limo hominem fingens, imaginis suæ dignitate nobilitavit. Quid homini ad Deum? Quid [2] limoso, & spiritui? [l] *Deus enim spiritus est.* Grandis dignatio, quod Deus suæ æternitatis imaginem, & morum suorum similitudinem homini donavit. Magna dignitas homini Dei similitudo, si conservetur; sed grandis iterum damna-

a Psalm. xcvi. 3. *b* Matth. xvi. 25. *c* II. Cor. V. 15. *d* I. Cor. vi. 19. 20. *e* Gal. II. 20. *f* Rom. viii. 13. *g* Matth. xxvi. 39. *h* Joan. vi. 38. *i* I. Cor. xii. 13. *k* Gen. I. 26. *l* Joan. iv. 24.

1. *Ut mortif.*] Præmittendum, *opus est*, aut quid simile sensum complens. 2. *Limoso*] Forte, *limo*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



tio, Dei imaginis violatio. Quod enim homo accipit de flatu Dei, si in contrarium depravaverit usum, & beneficium naturæ contaminaverit; tunc Dei similitudinem corrumpit, & quantum in se est delet: si autem animæ insitis virtutibus usus fuerit in rectum, tunc Deo erit similis. Quascumque ergo Deus in nobis in prima nostra conditione virtutes seminavit, ipsas ei reddere nos præceptis docuit. Hoc est primum: [a] *Diligere ex toto corde Deum nostrum,* [b] *quia ipse prior dilexit nos* ab initio & ante quam essemus. Dei enim dilectio, imaginis ejus renovatio. Deum autem diligit, qui ejus mandata custodit; dixit enim: [c] *Si diligitis me, mandata mea servate;* hoc est mandatum ejus, dilectio invicem, juxta illud: [d] *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut & ego dilexi vos.* Dilectio autem vera [e] *non verbo* est tantum, *sed opere & veritate.* Reddamus itaque Deo nostro, Patri nostro, suam imaginem inviolatam in sanctitate, quia ille sanctus est, juxta illud: [f] *Sancti estote, quia ego sanctus sum:* in caritate, quia caritas est juxta illud Joannis: [g] *Deus caritas est:* in pietate & veritate, quia ille pius & verax est.

II. Ne simus alienæ imaginis pictores: tyrannicæ enim imaginis pictor est, qui ferus est, qui iracundus est, qui superbus est. Sicut enim falsa scientia legitur, sic falsa etiam imago umbrata deprehenditur. Divisa est enim veritas a falsitate, justitia ab iniquitate, caritas a malignitate, diligentia a securitate, æquitas a pravitate, dilectio a simulatione: & utraque imagines quasdam in nobis pingunt, sibi invicem contrarias. Pietas enim & impietas, pax & discordia contraria sibi sunt. Ne forte itaque nobis tyrannicas introducamus imagines, Christus in nobis pingat suam imaginem, qui pinxit dicendo: [h] *Pacem meam de vobis, pacem meam relinquo vobis.* Sed quid prodest quod scimus quia pax bona est, si non bene servetur? Solet enim optimum quodque fragilissimum fieri; & pretiosa quæque majori cautela & diligentiori custodia indigent: nimium enim fragile est, quod levi sermone perditur, & minima fratris læsione deperit. Nullum enim lædis, quando ei adularis; & nulli blandiris, quando eum despicis. Dic enim [i] *Fatue,* & pacem violasti, & reus factus es gehennæ. Cavendum est itaque dilectionem fraternam studentibus complere, loqui ut libet, & pro animi motu linguam movere; dum non solum de injuriosis, sed etiam [k] de otiosis sermonibus rationem reddemus. Quapropter studendum est in multis sermonibus non immorari, sed necessaria quæque loqui. Nihil enim suavius hominibus, quam aliena loqui & aliena curare, & otiosa passim verba proferre, & de absentibus detrahere; & ideo qui non possunt dicere: [l] *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut possim sustinere eum qui lassus est, verbo,* taceant, & si quid dicant, pacificum sit. Quamvis enim sapiens, minus paucis offendit sermonibus, quam multis: quando enim unusquisque mentitur, maledicit, detrahit, se ipsum proprio mucrone jugulat. Quid autem aliud nobis inimici optassent, nisi ut nostris armis propriis succumberemus? [m] *Noli detrahere,* ait Scriptura, *ne eradiceris.* Vide quid laboratur in operibus impietatis: habitatio & plantatio, quam vix magnis ac divinis laboribus plantamus, uno detractionis verbo eradicatur; & quod longo labore vix queat stabiliri, unius sermonis impetu subruitur. Caveat ergo unusquisque, ne sua radix de terra viventium eradicetur pro odii detractione. Nullus enim umquam detrahit ei, quem diligit; detractio enim, odii primogenitus est, & ideo talis patris filius merito eradicandus erit.

III. Periculosa habitatio, carissimi, in qua ista non vitantur. [n] *Si enim,* ut ait Apostolus, *invicem invidetis & invicem mordetis, invicem detrahitis,* dico, *videte ne ab invicem consumamini.* Si enim [o] *qui non diligit, in morte est;* ubi erit qui detrahit? Lacrymis in his opus magis, quam verbis est. Quid enim diligentius, quidve abundantius lex Dei mandavit, quam dilectionem? Et raro invenis quemquam sic facientem. Quid dicemus pro excusatione? Numquid possumus dicere: laboriosum est? durum est? Non est labor dilectio: plus suave est, plus medicale est, plus salubre est cordi dilectio. Si enim vitiis languidum non fuerit cor, ipsius sanitas dilectio est, & quod Deo carum sit: nihil autem Deo plus carum est, quam dilectio, spiritualis maxime; cum suæ legis & omnium mandatorum suorum summa sit juxta illud Apostoli: [p] *Qui autem diligit proximum, legem implevit.* Qui vero legem implevit studio dilectionis, habet vitam æternam, sicut & Joannes dicit: [q] *Fratres, scimus quoniam de morte ad vitam transivimus, quia diligimus fratres: qui* enim *non diligit, in morte est. Si quis autem odit, homicida est. Scitis autem, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Aut ergo nihil agendum est, nisi dilectio; aut nihil sperandum est, nisi pœna: [r] *Plenitudo enim legis caritas,* quam nobis ille pius abundanter inspirare dignetur Dominus noster & Salvator Jesus Christus, qui dignatus est dare, pacis conditor & caritatis Deus, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO XII.

De compunctione & vigilantia qua Judicis adventus exspectandus est.

I. Compunctionis necessariæ insinuationem superioribus sermocinationibus utcumqne suggerere tentavimus, & quasi soliloquus, proprii licet, omnis [1] tam cordis ignaviam suscitare voluimus: sed quia fidei paupertas & carnis voluntas cum mundi cupiditatibus hæc castigationum documenta tepide audiens contemnit, persæpe eadem iteranda sunt: si enim fides dubia non esset, vel unum de supra dictis divini oraculi testimoniis abunde sufficeret. Credunt ergo & non credunt, qui audita negligunt; alioquin si tibi hodie, Utare, quidam diceret, quod judex sæculi hujus vult te crastino vivum exurere; quid, rogo, tibi solicitudinis, quid timoris immineret? Et his auditis, si esset tibi unius diei spatium liberum, quanta faceres? quomodo acclamares? & per quos discurreres? quam humilis & quam lugens & sordidus oberrares? Nonne effunderes omnem pecuniam tuam in eos, quorum intercessione evadere posse te crederes? nonne omnia bona tua faceres redemtionem animæ tuæ & nihil reservares, licet parcus & avarus esses; sed

a Matth. XXII. 37. Marc. XII. 30. *b* I. Joan. IV. 10. *c* Joan. XIV. 15. *d* Joan. XIII. 34. *e* I. Joan. III. 18. *f* Lev. XI. 44. I. Pet. I. 16. *g* I. Joan. IV. 8. *h* Joan. XIV. 27. *i* Matth. V. 22. *k* Matth. XII. 36. *l* Isa. L. 4. *m* Psalm. XXXVI. 8. 9. *n* Gal. V. 15. *o* I. Joan. III. 14. *p* Rom. XIII. 8. *q* I. Joan. III. 14. 15. *r* Rom. XIII. 8.

1. *Tam*] Forte, *tamen*.

omnia disperderes, omnia donares pro vita tua? Et si aliquis te retardare aut impedire tentaverit, nonne diceres: Pereant omnia pro salute mea, [1] ne quidquam remaneat; tantum vivam? Hoc quare faceres? Quia non dubitares [2] juxta severissimi Judicis sententiam arderes. Heic vero dubitas, quod quam cito futurum sit, ignoras; non nescis tamen futurum, licet negligis. Expergiscendum ergo est, vigilandum est, orandum est, juxta Salvatoris nostri Jesu Christi Dei nostri præceptum dicentis: [a] *Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ, & superveniat in vos dies illa repentina: tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore, ut digni habeamini effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.*

II. Si hæc audiamus & credimus, fidem nostram vigilantia nostra ostendet, ac discussis squalentibus atque torpentis mortiferi teporis torporibus, sensus nostros Domini Salvatoris sententia vibret, ut omnibus curis mortalibus depositis, parati semper simus; exspectantes scilicet ultimi diei adventum, quo aut pœna aut gloria nos suscipiet; acuatque animorum nostrorum acies supra dictus Domini sermo, quo nos vigilantes & orantes jugiter esse docuit, ut non simus quasi credentes, & non credentes, & quasi audientes & non audientes: & Dei pii & boni ineffabilem misericordiam de profundo cordis nostri per Jesum Christum filium suum infatigabiliter deprecemur, rogemus, oremus, ut ita nobis suam dilectionem inspirare dignetur, ut nos ei in æternum conjungat, inseparabiliter conglutinet, humo elevet, cælo societ interim sensus nostros, quamdiu simus in hoc mortis corpore constituti; atque sic ejus adventum sine querela exspectemus, quo ei cum apparuerit, cum gaudio & magna caritatis fiducia placentes occurramus. Quam beati, quam felices [b] *servi illi, quos cum venerit Dominus, inveniet vigilantes!* Beata vigilia, qua ad Deum universitatis auctorem, omnia implentem & omnia excedentem, vigilatur. Utinam me quoque, vilem licet, suum tamen servulum, ita dignaretur de somno inertiæ excitare, ita illo divinæ caritatis igne accendere, quo supra sidera exardesceret suæ caritatis flamma, suæ nimiæ dilectionis desiderium, semperque divinus ignis intra me arderet. Utinam illud lignum haberem, quo ille ignis jugiter [3] alteretur, pasceretur, succenderetur; & illa flamma nutriretur, quæ exstingui nesciret, & augeri non nesciret. Utinam talis essem meritis, ut mea lucerna semper nocte in templo Domini mei arderet, ut omnibus domum Dei mei intrantibus luceret.

III. Domine da mihi, rogo te, in nomine Jesu Christi filii tui, Dei mei, illam quæ nescit cadere caritatem, ut mea lucerna accendi sciat, exstingui nesciat; mihi ardeat, aliis luceat. Tu Christe lucernas nostras accendere digneris, dulcissime nobis Salvator noster, quæ perpetuo luceant in templo tuo, ac perenne lumen a te perenni lumine accipiant, ut tenebræ nostræ illuminentur, mundi autem tenebræ a nobis fugiant. Sic lumen tuum meæ largiaris, rogo, Jesu mi, lucernæ, ut illius luce illa Sancta Sanctorum mihi appareant, quæ te æternum Pontificem æternorum in antibus magni illius tui templi illic intrantem habeant, quo te jugiter tantummodo videam, aspiciam, desiderem; tantum te amans conspiciam, desiderem, exspectem, ac coram te mea semper lucerna luceat, ardeat. Tuum sit, quæso, te nobis pulsantibus monstrare, amantissime Salvator, ut te intelligentes, tantum te amemus, te solum amemus, te solum desideremus, te solum meditemur die ac nocte, semper te cogitemus; & in tantum nobis tuum inspirare digneris amorem, quantum te amari Deum decet ac diligi; ut omnia interiora nostra tua occupet dilectio, totosque nos tuus possideat amor, totos nostros sensus tua impleat caritas, ut præter te aliud amare nesciamus, qui sempiternus es; quo tanta caritas aquis multis hujus aeris, & hujus terræ, & hujus maris exstingui in nobis nequeat juxta illud: [c] *Et aquæ multæ non potuerunt exstinguere caritatem.* Quod in nobis quoque compleri vel ex parte possit, te donante Domino nostro Jesu Christo, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO XIII.

De fonte vivo Christo Jesu adeundo & potando.

I. Quotidianæ experientiæ ratiocinationibus humanæ vitæ miseria collecta, ac divinis simul territi oraculis, temerarie licet, parvitatem ingenioli nostri in superioribus jam diu ostendimus; & licet forte superflua aliis videatur ista nostra loquacitas, a nobis tamen opportune nobis sermo ortus esse ducitur: non enim tam alienam, quam propriam excitare conamur ignaviam; ac insuper quamvis minus perfectis sapientibus satisfecerit ista excogitata ex parte sapientia, incipientibus tamen, ac nostræ mensuræ tepidis necessaria & satis apta videbitur. Quia quod nocet abscondi quod nocet sileri, non expedit tegere, neque expedit tacere; inde enim melius nobis loqui visum est, quamlibet impolite, quam silere: etenim re vera tutius de istis, quam aut de frivolis aliis, aut de otiosis sermocinare judicavimus. Itaque adhuc, fratres carissimi, dictis nostris aures præbete, quasi aliquid necessarium audituri, & animi vestri sitim divini fontis undis de quo nunc dicere cupimus, refocillate, sed non exstinguite; bibite, sed non satiamini; jam enim vocat nos ad se Fons vivus, Fons vitæ, & dicit: [d] *Qui sitit veniat ad me, & bibat.* Quid bibatis, intelligite. Dicat vobis [4] Isaias, dicat vobis Fons ipse: [e] *Me autem dereliquerunt Fontem aquæ vivæ, dicit Dominus.* Dominus ergo ipse, Deus noster Jesus Christus, est Fons vitæ; & ideo invitat nos ad se Fontem, ut illum bibamus. Bibit eum qui amat; bibit qui Dei verbo satiatur, qui satis diligit, satis desiderat; bibit qui sapientiæ amore flagrat. Avide ergo nos gentes bibamus, quod Judæi dereliquerunt. De nobis enim cum gentibus forte dictum est: *Præcidit in stupore mentis, capita potentium movebuntur, nec ad adaperientes maxillas suas, quasi pauper edens, in absconso;* & quasi de nobis quoque cum perfectis quibusque de quibus hoc scriptum est, diceretur. *Aperiamus* (tamquam panem illum qui de cælo descendit, edendo) *interioris hominis nostri maxillas, ut edaciter edamus, & quodammodo velociter, ne nos qui videat, quasi in absconso comedamus.* Ut

a Luc. XXI. 34. 36. b Luc. XII. 37. c Cant. VIII. 7. d Joan. VII. 37. e Jer. II. 13.

1. *Ne quidq.*] Forte, *nec quidq.*
2. *Juxta*] Præmittendum *quin*.
3. *Alteretur*] Forte, *aleretur*.
4 *Isaias*] Leg. *Jeremias*.



panem ergo edamus, ut fontem bibamus, eumdem A Dominum nostrum Jesum Christum, qui se ipsum, nobis quasi sumendum, [a] *panem* dicit *vivum*, *qui dat vitam* huic *mundo*; seque similiter fontem demonstrans ait: [b] *Qui sitit*, *veniat ad me*, *& bibat*. De quo fonte & Propheta dicit: [c] *Quoniam apud te est fons vitæ*.

II. Videte unde iste fons manat: inde enim unde & panis descendit; quia idem est qui Panis & Fons, Filius unicus, Deus noster Christus Dominus, quem semper esurire debemus; licet eum edamus amando, devoremus licet desiderando, adhuc eum quasi esurientes desideremus. Simili modo ut fontem, eum semper dilectionis nimietate, biba- B mus; eum semper desiderii plenitudine bibamus, & suavitate quadam ejus dulcedinis delectemur: dulcis enim & suavis Dominus: licet eum edamus, & bibamus; tamen semper esuriamus & sitiamus, quia cibus noster & potus, non totus umquam sumi potest & bibi; qui licet sumitur, non consumitur; licet bibitur, non adimitur, quia panis noster æternus est, & fons noster perennis est, fons noster dulcis est; unde dicit Propheta: [d] *Qui sititis*, *ite ad Fontem*; sitientium enim, non saturantium iste Fons; & ideo esurientes, quos alibi [e] beatificavit, ad se vocat; quibus numquam bibere satis sit, sed quanto plus hauserint, tanto plus sitient. Merito fratres [f] *Fons sapientiæ Verbum Dei in ex-* C *celsis* a nobis desiderandus, quærendus semper amandus sit, in quo sunt, juxta Apostoli dictum [g], *omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, quos haurire vocat qui sitiunt. Si sitis, bibe Fontem vitæ; si esuris, ede Panem vitæ. Beati, qui esuriunt hunc Panem, & sitiunt hunc Fontem; semper enim edentes & bibentes, adhuc edere & bibere desiderant. Dulce enim nimis est, quod semper editur & bibitur, & semper esuritur & sititur, semper gustatur & semper desideratur; unde rex Propheta dicit: [h] *Gustate & videte*, quam dulcis est, *quam suavis est Dominus*. Propterea fratres vocationem hanc sequamur, qua ad vitæ Fontem vocamur a Vita, qui est Fons, non solum aquæ vivæ, sed & D Fons æternæ vitæ, Fons lucis, idem & Fons luminis: ab illo enim hæc omnia sunt, sapientia, vita, lux æterna. Auctor vitæ, Fons vitæ est, lucis creator, Fons luminis est: & ideo contemtis his quæ videntur, [1] transscenso in superioribus cælorum, Fontem luminis, Fontem vitæ, Fontem aquæ vivæ, ut rationabiles & sagacissimi pisces quæramus, ut bibamus aquam vivam [i] & salientem in vitam æternam.

III. Utinam me illuc dignares adciscere ad illum Fontem, Deus misericors, pie Domine, ut ibi & ego cum sitientibus tuis vivam undam vivi Fontis aquæ vivæ biberem, cujus nimia dulcedine E delectatus sursum semper ei hærerem & dicerem: Quam dulcis est Fons aquæ vivæ, cujus non deficit [k] aqua saliens in vitam æternam! o Domine tu es ipse iste Fons semper & semper desiderandus, [2] semper licet semper hauriendus. Nobis semper [l] da Domine Christe *hanc aquam*, ut sit in nobis quoque Fons aquæ vivæ & salientis in vitam æternam. Magna quidem posco, quis nesciat? Sed tu Rex gloriæ magna donare nosti & magna promisisti: nihil te majus, & te nobis donasti, te pro nobis dedisti. Unde te rogamus, ut sciamus quod amamus, quia nihil aliud præter te nobis dari postulamus: tu es enim omnia nostra, vita nostra, lux nostra, salus nostra, cibus noster, potus noster, Deus noster. Inspira corda nostra, rogo, Jesu noster, illa tui Spiritus aura, & vulnera nostras tua caritate animas, ut possit uniuscujusque nostrum anima in veritate dicere: [m] *Indica mihi quem dilexit anima mea*, quoniam vulnerata caritate ego sum. Opto illa vulnera in me sint Domine. Beata talis anima, quæ caritate sic vulneratur: talis Fontem quærit, talis bibit, semper tamen sitit bibendo, semper haurit desiderando, quem semper bibit sitiendo; sic semper quærit amando, quæ sanatur vulnerando; quo salutari vulnere animæ nostræ interiora Deus & Dominus noster Jesus Christus, pius ille salutarisque medicus vulnerare dignetur, cui cum Patre & cum Spiritu sancto unitas est in sæcula sæculorum. Amen.


INSTRUCTIO XIV.

Varia spiritualis vitæ documenta.

I. CUM jam de moribus moralibusque disciplinis diu dixerim, iterum rogas, fili imbuende, doceri. Audisti quid scriptum est: *Cui pauca non sufficiunt*, *plura non proderunt*. Scripsi tibi antea de serietate ac pudicitia, cui nimirum, ut apte quidam, *etiam tuta timeo*. Sed quia admonitio quibusdam custodia, quibusdam consolatio, quibusdam perfectio efficitur, intellecta scilicet complentibus; ideo frequenter docendi sunt ac imbuendi filii dulcissimi, ut per quasdam delectiones litterarum, suas vincere possint de intestino amaritudines bello. Bellum igitur & belluinum vince, concupiscentias scilicet ac superciliosum, [3] utilis esto in humilitate, infirmusque in auctoritate, simplex in fide, doctus in moribus, mordax in alienis, remissus in propriis, purus in amicitia, callidus in insidiis, durus in mollibus, mollis in duris. Varius in planis, planus in variis, jocundus in amaris, tristis in jocundis. Discors in necessariis, æqualis in veris. Severus in suavibus, dulcis in amaritudinibus. Fortis in tribulationibus, & imbecillis in discordiis, tardus ad irascendum, velox ad discendum, [n] *tardus* quoque *ad loquendum*, ut sanctus ait Jacobus, *velox* similiter *ad audiendum*. Efficax in profectu, hebes in vindicta, cautus in verbo, promtus in opere. Amabilis probis, squalidus inhonestis, lenis infirmis, durus stolidis, rectus erectis, humilis dejectis. Sobrius ubique, castus ubique, pudicus semper, patiens tenus zelo, cupidus numquam, largus semper, sin ope, vel animo. Opportunus in jejuniis, importunus in vigiliis. Discretus in officiis, tenax in studiis, constans in fragoribus, lætus in mæroribus. Audax in caussa veritatis, timidus in contentionibus, supplex bonis, insuperabilis malis, mitis in liberalitate, infatigabilis in caritate, justus in omnibus, pius dignis, misericors pauperibus. Memor beneficiorum, immemor injuriarum. Amator mediocrium, nolus opum, animi depressor, cogitationum publicator. Senioribus obediens, junioribus concurrens, coæqualibus coæquans. Perfectis concertans, melioribus non invidens, præcurrentibus non dolens, remorantibus non detrahens, provocantibus consentiens,

a Joan. VI. 33. *b* Joan. VII. 37. *c* Psalm. XXXV. 10. *d* Isa. LV. 1. *e* Matth. V. 6. *f* Eccli. I. 5. *g* Coloss. II. 3. *h* Psalm. XXXIII. 9. *i* Joan. IV. 14. *k* Ibid. *l* Ibid. ℣. 15. *m* Cant. I. 6. *n* Jac. I. 19.

1. *Transscenso*] Forte, *transscensu*. 2. *Semper*] Addenda forte vox *libendus*. 3. *Utilis*] Forte, *virilis*.



lassus licet non deficiens, flens simul & gaudens, pro fervore ac spe; timens semper pro fine licet proficiens, incerto.

II. En tuum o puer amande, ministerque dulcis monimentum; talis si sis, nimis beatus eris, quia per prospera & adversa, idem eris, paratus ad cuncta, singulis occurrens, temperans gestus, nutriens crescenda, interimens decrescenda, levigans [1] disperata, exasperans vituperata, semper solicitus, semper crescens, semper adquirens, semper tendens ad superna, semper currens ad bravium, semper cælestia desiderans, semper divina sitiens. Ecce doctrinam: da sequacitatem si potes, ut habeas felicitatem & potestatem, cum puerilia desideria fugiens, corpus sic in potestatem spiritus redegeris, & te vadem pro tuis tradideris peccatis, in brevi militantem pro æternis stipendiis. O te felicem! o te beatum! oque mirabilem te puerum, si hæc compleveris universa! si enim in his diligenter omnibus fueris sensu & opere occupatus, non vacabis neque vanis vagisque, neque turpibus cogitationibus; sed quasi incipiens semper tibi ipsi congregabis, quibus in perpetuum fruiturus eris, unius vir vocandus animi, & singularis emolumenti quæsitor, egregius regni negotiator æterni. Convertere igitur te totum in hæc, quia habes in quibus tuam exerceas juventutem, virtutem, efficaciam, strenuitatem; ne in contrariis hæ fuerint exercitatæ, pereant quæ [a] per vim rapiunt regnum cælorum.

INSTRUCTIO XV.

De fervore serviendi Deo.

I. IN Ecclesia Dei, fratres mei, summum locum per Dei misericordiam sumus obtinentes: curare summopere debemus, ut quod semel proposuimus, sedula intentione teneamus, & quod exterius promittimus, per studium boni operis exhibeamus. Qua in re necesse est, ut remotis de cordibus nostris fatuis & ineptis cogitationibus, secundum perfectionis vitæ regulam viam Dei ingrediamur, & [b] gradiendo in ea quæ ante sunt, obliti posteriorum, id est, temporalium, cum Apostolo nos extendamus, dicentes conditori nostro: [c] *Trahe nos post te: curremus* simul *in odorem unguentorum tuorum*. Per nos quidem ad viam veritatis pertingere, vel in ea proficisci non possumus, atque ideo gratiam prævenientem petamus dicentes: *Trahe nos post te*, ut sic curramus ad te: & congrue prius dicitur: *Trahe nos post te*, & deinde sequitur: *Curremus*; quia nisi divina gratia nos præveniente, opus bonum inchoare, & eadem subsequente, ipsum consummare non valemus; unde dicitur in oratione illa: [2] *Et tua nos Domine gratia præveniat & sequatur*. Bene autem congruit, quod dicitur: *Curremus*: nam in via Dei non est nobis lento gradu incedendum, sed cum magna exsultatione vel festinatione currendum. Sed Apostolus admonet dicens: [d] *Sic currite ut comprehendatis*. Currit vero, qui totis viribus ad Deum proficiscitur: currit qui in bono opere non lassatur, sicut & de Christo dicit Propheta: [e] *Exsultavit ut gigas ad currendam viam*. [3] Currit quippe Christus viam Dei, A quia [f] *in via peccatorum non stetit*, id est, nulla gravedine peccati est remoratus.

II. Currendum vero nobis est; sed quomodo currendum? Audite quomodo. *Curramus*, inquam, *in odorem unguentorum tuorum*. Quæ sunt unguenta, in quorum odorem post Christum currimus? Unguenta sunt sanctorum præcedentium exempla. Unguenta de variis simul mixtis floribus vel speciebus fiunt. Diversæ species, diversæ sunt sanctorum virtutes, quæ quasi redolentia aromata per virtutem caritatis rediguntur, & nobis in usum munde componuntur. De tali unguento dicitur: [g] *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti*. B Muscæ morientes sunt vanæ cogitationes cordi nostro irruentes, quas nimirum per studium orationis, quasi quodam flabello abjicere debemus, ne perdant in nobis suavitatem unguenti. Suavitatem etenim & odorem unguenti muscæ morientes perdunt, quando vanæ cogitationes jucunditatem virtutum & regulas obsequii divini quas ab antiquis patribus didicimus, perimunt. Nos igitur diligentissime sanctorum præcedentium exempla intuentes, [h] *festinemus ingredi in illam requiem*. Curramus & in cœpto non deficiamus, quatenus cum Apostolo dicere valeamus: [i] *Bonum certamen certavimus, cursum consummavimus*, ut *de cetero reposita sit* nobis *corona justitiæ, quam reddet nobis in* C *illum diem justus Judex* Christus, qui est super omnia benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

INSTRUCTIO XVI.


Quid est, aut quid eris?

I. COgita, [4] numquid es miser homo, sed quid eris? quia quod es momentum est, & quod eris semper. Non sis ergo ipse tibi piger, exerce in brevi quod in æternum possidebis; repellat pigritationem laboris temporalis desiderium præmiorum. Spiritualis esto, si piger non es; sed si mundus te irritat, vide quod fugias, quod sequaris, & D quod numquam fugit, cur non sequaris. Quare impatiens es in vilioribus, qui pretiosior poteras esse in melioribus? Noli esse incertus de certis melioribus, & noli esse certus de caducis. Respicis in aliis quod alii in te videbunt. Quid prodest in aquis umbram videre oblectantem? Quid tibi exsultare aut gaudere per somnia? Sed tamen hæc somnia, longa licet, unicuique brevia sunt, [5] ea di enim totius mundi quasi unius noctis [6] obscurrimæ est; noctes vero somnia sunt. Expergiscere ergo, o fili, de nocte; lumen quære ut videaris & videas; accende lucernam & lege; cave ne dormias, ne a somniis seducaris, & falsitate imaginata decipiaris, ut credas vera esse, quæ falsa sunt, E & surgens postea deceptum te doleas. Tua vita rota est, quotidie currit, non te exspectat: vade cum ea. Igitur hinc præpara tibi sumtus; ex agro alieno secedere juberis; vide ne tuum vendas. Heic nihil habes, o homo, in terra de qua nudus natus es, & in qua pulvere dissolveris; ne vendas cælum, ubi æterna hereditas est, tamen si non perdidisti. Alioquin si perdidisti, te ipsum vende ut possis recipere. Quid dixi, te ipsum vende? vitia tua vende, & eme vitam. Quæris forte quæ

a Matth. XI. 12. b Philipp. III. 13. c Cant. I. 3. d I. Cor. IX. 24. e Psalm. XVIII. 6.
f Psalm. I. 1. g Eccle. X. 1. h Heb. IV. 11. i II. Tim. IV. 7. 8.

1. *Disperata*] Forte, *aspera*.
2. Orat. Dom. XVI. post Pentec.
3. *Currit*] Forte, *succurrit*.
4. *Numquid*] Forte, *non quid*: sequitur enim *sed*.
5. *Ea di enim*] Forte, *& dies*.
6. *Obscurimæ*] Forte, *obscurissimæ*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



sint? superbiam primum quasi vitium primo ante omnia vende, & eme inde feliciter humilitatem, qua sis Christo similis dicenti: [a] *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde*. Breviori compendio ista ex integro vendita vendentur, & minora cupiditate habendi contemta, quia radice excisa cujuslibet arboris, non magni penduntur rami. Scito quæ vendas ad hujus interitum carnis, [b] *ut spiritus salvus sit in diem Domini nostri Jesu Christi*; gulam, cupiditatem, fornicationem, iram, tristitiam, acediam, vanam gloriam, invidiam; quæ melius fuerat si perdidisses, licet si nihil accepisses.

INSTRUCTIO XVII.

De octo vitiis principalibus.

OCto sunt vitia principalia, quæ mergunt hominem in interitum: gula, fornicatio, cupiditas, ira, tristitia, acedia, vana gloria, superbia. De gula castiganda dicitur: [c] *Nolite duci in saturitate ventris*. De fornicatione: [d] *Fornicatores autem & adulteros Deus judicabit*. De cupiditate autem legitur: [e] *Radix omnium malorum cupiditas est*. De ira: [f] *Qui irascitur fratri suo, reus erit gehennæ ignis*. De tristitia: [g] *Tristitia autem sæculi mortem operatur*. De acedia: [h] *Multa mala docuit otiositas*. De vana gloria: [i] *Ascendet fœtor illius, qui magnificat opera sua*. De superbia: [k] *Superbis Deus adversatur*. Et: [l] *Qui se exaltaverit humiliabitur*. Hæc igitur omnium origines & caussæ sunt malorum; quæ sic sunt sananda per contraria. Gula triplex vincenda est per abstinentiam jejunii de hora nona in horam nonam, & parcitatem cibique [1] utilitatem. [m] *Fornicatio autem & omnis immunditia nec nominanda in vobis sint, sicut decet sanctos*, per castitatem & continentiam solicitam, & semper timentem. Cupiditas vero nihil habendo proprium vincitur, & omnia communia possidendo. Ira patientia & mansueta lenitate superanda est. Tristitia vero lætitia spirituali & spe futuræ beatitudinis vincenda est. Instabilitas autem acediæ, mansuetudine stabili, & unius loci habitatione corrigenda est per sobrietatem, Scriptura dicente: [n] *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris*. Vana gloria quoque & elatio immunda atque superbia, vera humilitate & cordis contritione per Dei timorem vincuntur.

a Matth. XI. 29. *b* I. Cor. V. 5. *c* Eccli. XXXVI. 20. *d* Heb. XIII. 4. *e* I. Tim. VI. 10. *f* Matth. V. 22. *g* II. Cor. VII. 10. *h* Eccli. XXXIII. 29. *i* Joel. II. 20. *k* Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5. *l* Matth. XXIII. 12. *m* Ephes. V. 3. *n* Eccle. X. 4.

1. *Utilitatem*] Lego *vilitatem*.



SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



S. COLUMBANI ABBATIS

EPISTOLÆ VI. AD DIVERSOS.

Nunc primum pro temporum ratione digestæ.

EPISTOLA I.

Ad S. Gregorium Papam.

Domino sancto, & in Christo Patri [1] Romano, pulcherrimo Ecclesiæ Decori, totius Europæ flaccentis augustissimo quasi cuidam Flori, egregio Speculatori, theoria utpote divina [2] castulitatis potito.

Ego [3] bargoma vilis COLUMBA *in Christo mitto salutem.*

I. GRatia tibi & pax a Deo Patre nostro Jesu Christo. Libet me, o sancte Papa, hyperbolicum tecum non sit interrogandum de Pascha juxta illud Canticum: [a] *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi; majores tuos, & dicent tibi.* Licet enim mihi, nimirum micrologo, illud cujusdam egregium sapientis elogium, quod dixisse fertur quamdam videns [4] contupictam: *Non admiror artem, sed admiror frontem*; ad te clarum a me vili scribendo potest inuri: tamen tuæ evangelicæ humilitatis fiducia fretus, tibi scribere præsumo, & mei doloris negotium injungo. Vanitas namque scribendi nulla est, ubi necessitas cogit quamvis majoribus scribi. Quid ergo dicis de Pascha XXI. aut XXII. Lunæ, quod jam ([5] tua tamen pace dictum sit) non esse Pascha, nimirum tenebrosum a multis comprobatur [6] calcalenteris? Non latet enim, ut credo, efficaciam tuam, quantum Anatolius, miræ doctrinæ vir, ut sanctus ait Hieronymus, cujus Eusebius Cæsariensis episcopus in ecclesiastica excerpta inseruit Historia, & sanctus Hieronymus in suo hoc idem de Pascha opus collaudavit Catalogo, de hac Lunæ ætate vituperando disputet; qui contra Gallicanos Rimarios de Pascha, ut ait, errantes, horrendam intulit sententiam: *Certe*, inquiens, *si usque ad duarum vigiliarum terminum quod noctis medium indicat, ortus Lunæ tardaverit, non lux tenebras, sed lucem tenebræ superant; quod certum est in Pascha non esse probabile, ut aliqua pars tenebrarum luci dominetur, quia solemnitas dominicæ resurrectionis lux est, & non est communicatio luci cum tenebris. Et si in tertia vigilia Luna excanduerit, non est dubium Lunam XXI. vel XXII. exortam esse, in qua verum Pascha non est possibile immolari. Nam qui hac Lunæ ætate Pascha definiunt possibile celebrari, non solum illud auctoritate divinæ scripturæ affirmare non possunt, sed & sacrilegii & contumaciæ crimen & animarum periculum incurrunt; dum affirmant veram lucem posse immolari cum aliqua dominatione tenebrarum, quæ omnibus*

A *tenebris dominatur.* Nec non in sancti dogmatis legimus libro: *Pascha*, id est, *Solemnitas dominicæ resurrectionis ante transgressum vernalis Æquinoctii* XVI. *initium non potest celebrari, ut scilicet Æquinoctium non antecedat*; quod utique Victorius in suo transgressus est Cyclo, & per hoc Galliæ jam dudum invexit errorem seu, ut humilius dicam, confirmavit inolitum. Quippe qua ratione utraque stare possunt, ut scilicet resurrectio Domini ante suam celebretur passionem, quod vel putari absurdum est; aut septem dies, Domini jussione in Lege sanciti, in quibus tantum legitime Phase Domini comedi mandatum est (qui a XIV. Luna usque ad XX. numerandi sunt) contra jus fasque trans-
B scendantur? Luna autem XXI. aut XXII. extra jus lucis est, utpote post medium noctis tunc temporis exorta; & tenebris lucem superantibus, lucis solemnitas nefas est, ut ajunt, agi.

II. Quare ergo tu tam sapiens, nimirum cujus clarissima per orbem, ut antiquitus, sacri ingenii diffusa sunt lumina, Pascha tenebrosum colis? Miror, fateor, a te hunc Galliæ errorem, ac si Schynteneum, jam diu non fuisse rasum; nisi forte putem, quod vix credere possum, dum eum constat a te non fuisse emendatum, apud te esse probatum. Aliter tamen & honestius tua excusari potest peritia, dum forte notam subire [7] times Hermagoricæ
C novitatis, antecessorum, & maxime Papæ Leonis auctoritate contentus es. Noli te quæso in tali quæstione humilitati tantum aut gravitati credere, quæ sæpe falluntur. [b] *Melior* forte *est canis vivus* in problemate *leone mortuo*. Vivus namque Sanctus emendare potest, quæ ab altero majore emendata non fuerint. Scias namque nostris magistris & Hibernicis antiquis, philosophis & sapientissimis componendi calculi computariis, Victorium non fuisse receptum, sed magis risu vel venia dignum, quam auctoritate. Idcirco mihi timido peregrino magis, quam sciolo, tuæ dirige fulcrum sententiæ, & [8] mature punctum tuæ placabilitatis huic tempestati nos circumdanti compescendæ, transmittere non dedi-
D gneris; quia non mihi satisfacit post tantos quos legi auctores, una istorum sententia episcoporum dicentium tantum: *Cum Judæis Pascha [9] facere non debemus.* Dixit hoc olim & *Victor* episcopus; sed nemo orientalium suum recepit commentum; sed hoc soporans spina Dagonis, hoc imbibit bubum erroris. Qualis, rogo, hæc frivola & tam impolita, nullis scilicet divinæ scripturæ fulta testimoniis sententia: *Cum Judæis Pascha facere non debemus?* Quid ad rem pertinet? Numquid Judæi reprobi Pascha facere credendi sunt nunc, utpote sine tem-

a Deut. XXXII. 7. b Eccle. IX. 4.

1. *Romano*] Forte mendo librarii omissum *Papæ*.
2. *Castulitatis*] Ita ms.
* 3. *Bargoma*] Sic ex ms. Flemingus. Cangius in Glossario ad hanc vocem, putat legendum *Barginna*, id est, peregrinus. Ipsum consule v. BARGINNA
* 4. *Contupictam*] Editor conjicit *compte pictam*. Cangius vero vel *corpeam*, vel *acu comptam*.
5. *Tua*] Ms. *a*
* 6. *Calcalenteris*] Si Cangium audias, legendum forte *calculatoribus*, nisi malis *chalcenteris*, id est, viris doctis: quo titulo cognominatum fuisse Origenem novimus. At neutra conjectura eruditis Benedictinis probatur; qui mallent *calendariis*, qui supputant Kalendas & tempora.
7. *Times*] Forte *timens*.
8. *Matare*] Ms. *matura*.
9. *Facere*] Deest hoc verbum in ms

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 589.



plo, extra Jesusalem, Christo tunc figurato, ab iis crucifixo? Aut, numquid ipsorum est recte credendum est 14. [1] Luna e Pascha; & non potius Dei ipsius instituentis Phase esse fatendum est, scientisque solius ad purum quo mysterio 14. luna ad transscensum electa est? Quod forte sapientibus & tui similibus aliquantulum præluceat. Qui hoc opponunt; licet sine auctoritate, Deo improperent, quare non sua præscientia antea tunc præcaverit Judæorum contumaciam, ut si nollet nos cum eis Pascha facere, novem dies azymorum in Lege præciperet, ut vel nostræ solemnitatis initium finem solemnitatis eorum non excederet? Nam si 21. aut 22. Pascha celebrandum, a 14. usque ad 22. novem dies computabuntur; septem scilicet a Deo præcepti, & duo ab hominibus aucti. Sed si licet hominibus augere per se aliquid divinæ censuræ, interrogo, ne forte videatur contrarium esse illi Deuteronomii sententiæ: [a] *Ecce*, inquit, *verbum quod tibi do, neque adjicias ad illud, neque auferas ab eo.*


III. Sed hæc magis procaciter, quam humiliter scribens, scio turipum præsumtionis difficillimæ mihi nexisse, enavigandum fore [2] irogus. Nec loci namque, nec ordinis est, ut magnæ tuæ auctoritati aliquid quasi discutiendo inrogetur, & ridiculose te mei (nimirum Petri cathedram Apostoli & Clavicularii legitime insidentem) occidentales apices de Pascha solicitent. Sed tu non tam me vilem in hac re, quam multos & defunctos & viventes, hæc eadem quæ notavi, firmantes magistros, considerare debes, & quasi cum eis te trahere colloquium crede: pie namque me, scito licet saltuatim & hyperbolice, chilosum os aperire. Tuum itaque aut excusa aut damna Victorium, sciens si illum laudaveris, inter te & supra dictum Hieronymum fidei futurum fore negotium, qui nimirum Anatolium laudavit huic contrarium; ita ut qui unum secutus fuerit, alterum recipere non poterit. Tua itaque consideret vigilantia, ut in fide duorum auctorum supra dictorum, sibi invicem contrariorum, probanda, nulla sit inter te & Hieronymum in sententia promenda dissonantia; ne nobis undique sint angustiæ, ut aut tibi, aut illi consentiamus. Parce in hoc infirmis, ne scandalum diversitatis ostendas. Simpliciter enim ego tibi confiteor, quod contra sancti Hieronymi auctoritatem veniens, apud occidentis ecclesias hæreticus seu respuendus erit: illi enim per omnia indubitatam in scripturis divinis accommodant fidem. Sed hæc de Pascha sufficiant.

IV. Ceterum de episcopis illis quid judicas, interrogo, qui contra canones ordinantur, id est, quæstu: Simoniacos & Giltas auctor pestes scripsistis. Numquid cum illis communicandum est? Quia, quod gravius est, multi in hac provincia tales esse noscuntur: aut de aliis, qui in diaconatu violati, postea ad episcoporum gradum eliguntur? Sunt enim quorum in his novimus conscientias, & cum nostra parvitate id conferentes, certum scire volebant, si sine periculo post hoc [3] possint, id est, aut post gradum solidis emtum, aut post in diaconatu adul- A terium: absconsum tamen dico cum clientelis adulterium: quod apud nostros magistros non minoris censetur esse facinoris. Tertio interrogationis loco responde adhuc quæso, si non molestum est, quid faciendum est de monachis illis, qui pro Dei intuitu & vitæ perfectionis desiderio accensi contra vota venientes, primæ conversionis loca relinquunt & invitis abbatibus, fervore monachorum cogente, aut laxantur aut ad deserta fugiunt. Vennianus auctor Giltam de his interrogavit, & elegantissime illi rescripsit; sed tamen discendi studioso semper major metus adcrescit.

V. Humilius & purius hæc omnia & multo plura quæ epistolaris brevitas non admittit, per præ- B sentiam interroganda erant, nisi corporis infirmitas, & meorum cura comperegrinorum domi me vinctum [4] ad te eundi, ut illam spiritualem vivi fontis venam, vivamque undam scientiæ cælitus fluentis, ac in æternam vitam salientis haurire [5]. Et si animum corpus sequeretur Roma sui iterum rem sustineret contemtus, ut quomodo, docto narrante Hieronymo, legimus, quosdam de ultimis Heulini litoris finibus olim venisse Romam, [6] in, & mirum dictu, aliud extra Romam quæsisse; ita & ego nunc te, non Romam desiderans, salva sanctorum reverentia cinerum expeterem; licet enim non me sapientem, sed esse sitientem fateor hoc idem facere si vacaret. Legi librum tuum Pastora- C le regimen continentem stilo brevem, doctrina prolixum, mysteriis refertum, melle dulcius egenti opus esse fateor; mihi idcirco tua sitienti largire, precor opuscula, quæ in Ezechielem miro, ut audivi, elaborasti ingenio. Legi Hieronymi sex in illum libros; sed nec medium exposuit. Sed si dignaris aliqua nobis de tuis transmitte relictis in civitatem, extrema scilicet libri exposita transmitte, & Cantica Canticorum ab illo loco in quo dicit ..... [b] *Ibo ad montem myrrhæ & collem turis*, usque in finem; aut aliorum, aut tuis brevis deposco tracta sententiis; & ut totam exponas obscuritatem Zachariæ, absconsam propala, ut tibi occidentalis in his gratias agat cæcitas. Importuna D postulo & magna sciscitor; quis nesciat? Sed & tu magna [7] habens, quia de parvo minus, & de multo plus bene scis esse fenerandum. Rescribere te persuadeat caritas, exponere non impediat chartæ asperitas, quia æra in errorem fuit, & honor debitus cordi est a me tibi dari: meum fuit provocare, interrogare, rogare; tuum, si gratiis accepta non negare, talentum fenerari, petenti te panem doctrinæ, Christo præcipiente dare. Pax tibi, tuisque; meæ indulge quod sic audacter scripsi, rogo, procacitati beate Papa, & oro ut pro me vilissimo peccatore vel semel in tuis sanctis orationibus ad communem Dominum ores. Persuperfluum puto commendari tibi meos, quos Salvator quasi in suo E nomine ambulantes, recipiendos esse decernit; & si, ut audivi a sancto Candido tuo, hoc respondere volueris, temporis antiquitate roborata mutari non posse, manifeste antiquus error est; sed semper antiquior est veritas quæ illum reprehendit.

a Deut. IV. 2. b Cant. IV. 6.

1. *Luna e Pascha*] Forte *Luna Pascha*, aut *Luna & Pascha*. — Non placet.
2. *Irogus*] Forte *ignorans*.
3. *Possint*] Deest aliquid quod sententiam compleat: forte, *ministrare*.
4. *Ad te eundi*] Deest heic aliquid: forte, *teneret*, *cupidum ad te*, cet.
5. *Haurire*] Forte addendum, *possem*.
6. *In*, &] Forte, *dein*, &.
7. *Habens*, *quia*] Forte, *habes*, *qui*.



EPISTOLA II.

Ad patres synodi cujusdam Gallicanæ super quæstione Paschæ congregatæ.

Dominis sanctis, & in Christo patribus, vel fratribus episcopis, presbyteris, ceterisque sanctæ Ecclesiæ ordinibus.

COLUMBA *peccator salutem in Christo præmitto.*

I. GRatias ago Deo meo, quod mei caussa in unum tanti congregati sunt sancti de fidei & bonorum operum veritate tractaturi, & ut tales decet, per exercitatos sensus ad discretionem boni ac mali, de discutiendis justo judicio judicaturi. Utinam sæpius hoc ageretis: & licet juxta canones semel aut bis in anno pro tumultuosis hujus ævi dissensionibus semper sic servare vos non vacat, vel quam celerrime quamvis rarius potissimum hoc debuit vobis inesse studium, quo negligentes, quique timorem haberent, & studiosi ad majorem provocarentur profectum. Ecce inquam, Deo gratia, quod vel pro me de Paschate discutiendo occasio vobis sancta effecta est synodus. Dominus noster Jesus Christus, ille Princeps pastorum præstet, ut ad suæ Ecclesiæ utilitatem vestrum prosit consilium; & ipse Deus, qui stare solet [a] *in synagoga deorum*, præsens inspiret corda suorum, ad suam ex integro voluntatem sequendam ex virtute mandatorum; ut non de solo Paschæ negotio (quod jam diu ventilatum, ac diu varie a diversis auctoribus judicatum est) tractetis; sed etiam de universis necessariis observationibus canonicis, quæ a multis (quod gravius est) corruptæ sunt: & dum dies judicii propior nunc est, quam tunc, aliquid adhuc districtius evangelicæ religionis & apostolicæ traditionis consilium iniretis: si enim evangelica mandata diligenter inquiratis, non miror quod in eis aliquantorum moribus contraria inveniantur. Sed sufficiat significasse unumquemque ad sui redemtoris exemplum, ac veri Pastoris formam fore informandum; qui humilitatem primum prædicans, septemque beatitudines primæ paupertatis spiritus jungens in tantum docuit hominem sua sequi vestigia, ut ad veram octavi diei circumcisionem, justitiam sequendo perveniret; quia beatitudo octava martyrio terminatur, eo quod non solum agendo justus, sed etiam pro justitia sustinendo martyr, regni nimirum cælestis cupidus, aut [1] non similiter certantibus coronatur.

II. Dum ergo sicut scriptum est: [b] *Qui dicit se in Christo credere, debet & ipse ambulare, sicut & Christus ambulavit*, id est, & pauper, & humilis, & veritatem semper cum persecutione hominum prædicans. Et iterum: [c] *Qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur*. Et quia [d] *Fides sine operibus mortua est in semet ipsa*, & Dominus fatuis sola fide contentis respondet: [e] *Quia non novi vos*: & bene credentibus, & [f] *Domine, Domine* dicentibus promisit, quod non intrabunt in regnum cælorum. Et dum non possunt, vel sui esse discipuli, vel digni se, qui non renuntiaverit omnibus

A quæ possident, unusquisque se consideret; & si hæc fixe complevit aut sustinuit, ne alienus sit a discipulis Domini nostri Jesu Christi, quia non debet degener esse filius, & discipulus Magistro non debet contraria prædicare. [g] *Qui enim non intrat per januam in ovile ovium, ille fur est & latro*. Et qui fugit castigandi, & vitiosis resistendi laborem, mercenarius est, non filius semper in Ecclesia mansurus. Hæc idcirco breviter tetigi, ut si volueritis, nos quasi inferiores, vos patres docere, hanc vocem veri Pastoris & in opere, & in ore habeatis, quam suæ agnoscunt oves: [h] *non enim audiunt vocem alienorum, sed fugiunt ab eo*, cujus vocem non agnoscunt, quæ nisi actualis sit, voci veri non concor-
B dat pastoris. Nec poterit sermo efficaciter penetrare animos disciplinatorum ab ore prolatus mercenarii, hoc signum habens, quod ipse primus non audit quod ab eo non auditur. Et quod prior actibus contemsit Magister nudo non potest tradere verbo ad conservandi exemplum.

III. Simul ergo omnes, sive clerici, sive monachi istos primum canones veros ac singulares Domini nostri Jesu Christi similiter compleamus, & sic postea tumore superbiæ deposito, unum in reliquis scribere. Si omnes humiles simus & pauperes pro Christo voluntarii, [i] *qui pro nobis pauper factus est, cum dives esset*; postea per humilitatem
C de terra vitiorum, ac per voluntariam evangelicæ admonitionis paupertatem diversis cupiditatibus depositis, curisque mortalibus detrusis, velut amputatis diversitatis ac discordiæ caussis, omnes filii Dei veram pacem & integram caritatem per morum similitudinem, & unius voluntatis æqualitatem inter se invicem habebunt. Multum namque nocuit nocetque ecclesiasticæ paci morum diversitas, & varietas traditionum; sed tamen si, ut dixi, venena superbiæ & invidiæ, vanæ gloriæque per Salvatoris nostri præceptum ad exemplum dicentis: [k] *Discite a me quia mitis sum & humilis corde*, & reliqua, humilitatis veræ exercitiis curare primum festinemus, sine ullo deinceps scandalo, omnes per-
D fecti, odio [2] deleti, sicut discipuli Domini nostri Jesu Christi, nos invicem ex toto corde diligemus. Etsi aliqua sit traditionum diversitas, sicut & de Paschate, dum non possunt humiles contendere, [l] *neque talem consuetudinem habet Ecclesia*; dum cito veriora cognoscent qui eodem proposito, eodemque desiderio veritatis agnoscendæ similiter quærunt quod rectius sequantur, quando nemo vincitur nisi error, & quando nullus in se, sed in Domino gloriatur; quæramus itaque simul quæso vos, o amantissimi patres ac fratres, & videamus qualis verior sit traditio, vestra an fratrum vestrorum in occidente. Omnes enim ecclesiæ totius occidentis (sicut in tomo responsionis meæ quem vobis nunc
E misi, licet ante triennium scriptum, indicavi) non [3] respiciunt fieri debere Resurrectionem ante Passionem, id est, ante æquinoctium Pascha, & vigesimam lunam non excedunt, ne sine auctoritate veteris Testamenti sacramentum novi Testamenti agant. Sed hæc alias, alioquin quid quidem illi sentiunt de Pascha sive Papæ per tres tomos innotui, & adhuc sancto fratri vestro Arigio brevi libello hoc idem scribere præsumsi.

a Psalm. LXXXI. 1. b I. Joan. II. 6. c II. Tim. III. 12. d Jac. II. 17. 20. 26. e Matth. VII. 23. f Ibid. ℣. 21. g Joan. X. 1. h Ibid. ℣. 5. i II. Cor. VIII. 9. k Matth. XI. 29. l I. Cor. XI. 16.

1. *Non sim.*] Leg. *cum sim.* 2. *Deleti*] Forte, [illegible]. 3. *Respiciunt*] An [illegible]

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 589.



IV. Unum itaque deposco a vestra sanctitate, ut A cum pace & caritate meam comportetis insipientiam, ac superbam, ut ajunt quidam, scribendi præsumtionem, quam necessitas extorsit, non vanitas, ut ipsa probat [1] vilitas; & quia hujus diversitatis auctor non sim, ac pro Christo Salvatore communi Domino ac Deo in has terras peregrinus processerim, deprecor vos per communem Dominum, & per eum [a] *qui judicaturus est vivos ac mortuos* adjuro, si mereamini ab eo agnosci, qui multis dicet: [b] *Amen dico vobis, quia numquam novi vos*, ut mihi liceat cum vestra pace & caritate in his silvis silere & vivere juxta ossa nostrorum fratrum decem & septem defunctorum, sicut usque nunc licuit nobis inter vos vixisse duodecim annis, ut pro B vobis, sicut usque nunc fecimus, oremus ut debemus. Capiat nos simul, oro, Gallia, quos capiet regnum cælorum, si boni simus meriti. Unum enim regnum habemus promissum, & unam spem vocationis in Christo, [c] cum quo conregnabimus, si tamen prius heic cum eo patiamur, ut & simul cum eo glorificemur. Ego scio quod multis superflua videbitur hæc mea loquacitas; sed melius judicavi, ut & vos sciretis quæ nos & heic tractamus & cogitamus inter nos. Hi sunt enim nostri canones, dominica & apostolica mandata: [2] in fides nostra est: hæc arma, scutum & gladium: hæc apologia: hæc nos moverunt de patria: hæc & heic servare contendimus, licet tepide; in his usque ad mortem C perseverare & oramus, & optamus, sicut & seniores nostros facere conspeximus.

V. Vos vero patres sancti videte quid faciatis ad istos veteranos pauperes & peregrinos senes: ut ego arbitror, melius vobis erit illos confortare, quam conturbare. Ego autem ad vos ire non ausus sum, ne forte contenderem præsens contra Apostoli dictum dicentis: [d] *Noli verbis contendere*; & iterum: [e] *Si quis contentiosus est, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.* Sed confiteor conscientiæ meæ secreta, quod plus credo traditioni patriæ meæ juxta Do...... & calculum LXXXIV. annorum & Anatolium, ab Eusebio Ecclesiasticæ hi- D storiæ auctore episcopo, & sancto Catalogi scriptore Hieronymo laudatum, Pascha celebrare, quam juxta Victorium nuper dubie scribentem, & ubi necesse erat, nihil definientem, ut ipse in suo testatus est prologo: qui post tempora D. Martini, & D. Hieronymi, & Papæ Damasi, post centum & tres annos sub Hilaro scripsit. Vos vero eligite ipsi quem sequi malletis, & cui melius credatis juxta illud Apostoli: [f] *Omnia probate; quod bonum est, tenete.* Absit ut ego contra vos contendam congrediendum, ut gaudeant inimici nostri de nostra Christianorum contentione, Judæi scilicet, aut hæretici, sive pagani gentiles. Absit sane, absit; alioquin [3] aliter nos potest convenire, ut aut [g] *unusquisque* E *in quo vocatus est, in eo permaneat* apud Dominum, si utraque bona est traditio: aut cum pace & humilitate sine ulla contentione libri legantur utrique; & quæ plus veteri & novo Testamento concordant, sine ullius invidia serventur. Nam si ex Deo est, ut me hinc de loco deserti quem pro Domino meo Jesu Christo de transmare expetivi, propellatis; meum erit illud propheticum dicere: [h] *Si propter me hæc tempestas est super vos, tollite me, & mittite me in mare, ut commotio hæc quiescat a vobis.* Vestrum tamen prius sit more illorum nautarum naufragum conari eripere visceribus pietatis, & ad terram navem trahere, sicut illi, licet ethnici, fecerunt Scriptura narrante: [i] *Et conabantur viri redire*, inquit, *ad terram, & non poterant, quia mare ibat, & exsurgebat magis fluctus.* Postremo in calce dicti, licet præsumtuose, suggero, ut quia [k] in via hujus sæculi spatiosa, lata, & multi ambulantes currunt ad [4] computa arcta, si aliqui pauci inveniuntur, qui per angustam portam & arctam quæ ducit ad vitam, juxta præceptum Domini gradiantur, potius a vobis ad vitam transmittantur, quam prohibeantur; ne forte & vos cum Pharisæis sermo Domini sugillet dicentis: [l] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, quia clauditis regnum cælorum ante homines, & nec vos intratis, nec sinitis introeuntes intrare.*

VI. Sed dicet aliquis: Numquid nos non intramus in regnum cælorum? Quare non potestis juxta gratiam Domini, [m] *si efficiamini sicut parvuli*, humiles scilicet & casti; [n] *simplices* & innocentes *in malo, prudentes tamen in bono*, placabiles & iram in corde non tenentes? Sed complere hæc omnia mulieres sæpe videntes, & circa mundi facultates sæpius rixantes & irascentes difficillime possunt. Idcirco nostri semel mundo renuntiantes, & caussas vitiorum ac fomites jurgiorum in primis amputantes, facilius nudos, quam divites sermonem Domini posse complere arbitrantur. Ante istas etenim quatuor res regnum cælorum non intratur, sicut S. Hieronymus trium testis est, & quarti Basilius, qui juxta evangelici vim dicti mores exponunt infantium. Infans enim humilis est, non læsus meminit, non mulierem videns concupiscit, non aliud ore, aliud corde habet. Quæ, sicut dixi, melius servabit vacans, & videns quod Deus ipse sit Dominus, quam diversa videns & audiens. Nullus detrahat silentii bonis; nisi enim tepescant, secreti melius vivunt, quam publici, excepta austeriore adhuc vita, [5] quæ majorem licet mercedem. Ubi enim durior pugna, ibi gloriosior invenitur corona. Ipsi ergo non credunt bonis secretis, (ut sanctus ait Gregorius) qui publica mala non devitant. Inde sanctus Hieronymus hæc sciens jussit episcopos imitari Apostolos; monachos vero docuit sequi patres perfectos. Alia enim sunt & alia clericorum & monachorum documenta, & longe ab invicem separata. Unusquisque quod arripuit, servet, sed toti Evangelium & utrique, ac si unius corporis membra una consonantia Christum omnium caput sequantur per sua propria mandata, quæ sunt ab eo ostensa in pace & caritate perfecta esse. Quæ duo perfici perfecte non possunt nisi a veris humilibus, & ab unanimiter spiritualibus Christi mandata complentibus, Domino ipso testante: [o] *Si diligitis me, mandata mea servate.* [p] *Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut & ego dilexi vos.* [q] *In hoc enim scient omnes, quia mei discipuli estis, si vos invicem diligatis.* Tunc ergo potest certa esse unio animorum, & pax & caritas per Spiritum sanctum diffusa visceribus credentium, quando similiter mandata divina complere omnes desiderant: nam quanta sit dissimilitu-

a II. Tim. IV. 1. *b* Matth. VII. 23. *c* II. Tim. II. 11. 12. *d* Ibid. ℣. 14. *e* I. Cor. XI. 16. *f* I. Thess. V. 21. *g* I. Cor. VII. 20. *h* Jon. I. 12. *i* Ibid. ℣. 13. *k* Matth. VII. 13. & 14. *l* Matth. XXIII. 13. *m* Matth. XVIII. 3. *n* Rom. XVI. 19. *o* Joan. XIV. 15. *p* Joan. XV. 12 *q* Joan. XIII. 35.

1. *Vilitas*] An *utilitas*?
2. *In fid.*] Vox *in* importuna. Legendum arbitror *hæc* ut sequentia docent.
3. *Aliter nos*] Leg. *inter nos*.
4. *Computa*] Rectius *compita*.
5. *Quæ* cet.] Deesse aliquid videtur.

dinis in actualibus studiis mensura, tanta erit pacis & caritatis inter imperfectos fictura. Ut ergo in caritate non ficta nos invicem amemus, Domini nostri Jesu Christi præcepta diligenter consideremus, & intellecta complere festinemus, ut per suam doctrinam uno impetu fervoris nimii tota ad cælestia festinet Ecclesia. Præstet hoc nobis sua gratuita gratia, ut omnes mundum horreamus, & illum solum amemus, illumque cum Patre & Spiritu sancto desideremus, cui gloria in sæcula sæculorum Amen. De cetero patres orate pro nobis, sicut & nos facimus, viles licet, pro vobis; & nolite nos a vobis alienos reputare; unius enim sumus corporis commembra, sive Galli, sive Britanni, sive Iberi, sive quæque gentes. Ideo gaudeamus omnes gentes [a] *in cognitione fidei, & agnitione Filii Dei*; & festinemus omnes *occurrere in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis* Jesu *Christi*; in quo nos invicem amemus, invicem laudemus, invicem emendemus, invicem visitemus, invicem oremus, ut cum eo regnemus invicem, & exsultemus. Date quæso veniam meæ loquacitati ac procacitati supra vires laboranti, patientissimi atque sanctissimi patres quique & fratres.

EPISTOLA III.

Ad Bonifacium IV.

Domino sancto & in Christo apostolico Patri Papæ.

COLUMBA *peccator in Christo salutem.*

JAM diu omnes sedi apostolicæ præsidentes, dulcissimos omnibus præsules fidelibus, ac merito apostolici honoris reverendissimos patres visitare spiritu & consolare cupiens, nunc usque votis pro diversis hujus ævi frigoribus, & tumultuosis gentium seditionibus interjacentium, ac si marina trabe interclusus, satisfacere non potui, insuravi scilicet, intransmeabilique, non tam thetis visibilis, quam intelligibilis dorso, quod optime nostis, nobis opposito. Idcirco semel & bis satanas impedivit portitores nostrorum ad bonæ memoriæ Papam conscriptorum Gregorium olim apicum in subjectis positorum, qui tibi quoque offerendi discutiendique a nostra transmittuntur vilitate, non tam superba, ut per verba demonstratur, diabolica præsumtione, quam nostræ regionis ritus [1] observantiæ, quæ calcarent veræ computationis necessaria probatione, dum non eosdem terminos scandunt libri nostræ provinciæ, & istorum liber Gallorum, qui a nostris viris non recipitur per duo loca magistris, sicut in epistolis nostræ parvitatis, quantum potuimus, ad supra dictum beatum Papam, licet præsumtuose, indicare pro viribus studuimus. Itaque ne si eadem iterarem, ad te quoque scribendo fastidium potius generarem, quam ingenium probare utrorumque auctorum tibi, ut decet, reservarem, cum salutationum condignis officiis preces tantum ad te per Dominum nostrum Jesum Christum & Spiritum sanctum, & per unitatem fidei nostræ quæ invicem est, qua unum [b] *Patrem* nostrum qui est in cælis, *ex quo omnia*, & unum Redemtorem nostrum Filium Dei, *per quem omnia*, & unum Spiritum sanctum *in quo omnia*, corde credimus, & ore confitemur, unum Dominum esse in Trinitate, & Trinitatem in Unitate, unamquamque scilicet personam plenum Dominum, & totas tres personas unum Dominum fundimus, ut nobis peregrinis laborantibus tuæ piæ sententiæ præstes solatium, quo, si non contra fidem est, nostrorum traditionem robores seniorum, quo ritum Paschæ, sicut accepimus a majoribus, observare per tuum possimus judicium in nostra peregrinatione. Constat enim nos in nostra esse patria dum nullas istorum suscipimus regulas Gallorum, sed in desertis sedentes, nulli molesti, cum nostrorum regulis manemus seniorum, pro quibus defendendis, sive ad vos, ut dixi, apostolicos patres; sive ad istos nostros vicinos fratres, nostros in Christo patres scripsimus istas, quas hæc chartula tibi commendat epistolas; [2] ut quia dum meritis satisfacere non potuimus, utpote tumultuantibus potius, quam ratiocinantibus, vestræ [3] mata punctum auctoritatis postulamus, [4] cum judicio inter justos possimus vivere cum ecclesiasticæ pace unitatis, sicut sancti patres, Polycarpus scilicet & Papa Anicetus sine scandalo fidei, immo cum integra caritate separantes, unusquisque quod [5] accipit servans, & in quo vocatus est, permanens, docuerunt. Vale dulcissime in Christo Papa, memor nostri in sanctis orationibus juxta sanctorum cineres, & in piissimis sanctionibus juxta Constantinopolitanæ synodi centum quinquaginta auctores, ecclesias Dei in barbaris gentibus constitutas, suis vivere legibus sicut edoctas a patribus judicantes.

EPISTOLA IV.

Ad discipulos & monachos suos.

Dulcissimis suis filiis, discentibusque carissimis, fratribus frugalibus, cunctis simul monachis suis,

COLUMBA *peccator in Christo salutem mittit.*

I. PAx *vobis*, sicut Dominus optans dixit discipulis suis [c], sit & salus & sempiterna caritas. Hæc tria tribuat vobis Trinitas [6] cum eo, & inter vos custodiat cum voto meo. Studii mei magnitudinem erga salutis vestræ intuitum solus novit qui dedit, & desiderium meum erga doctrinæ vestræ profectum; sed quia juxta sermonem Domini orta est tribulatio & persecutio propter verbum, nulla nunc alia admonitio vobis congruit, nisi ut caveatis, ne sitis terra illa petrosa, quæ semina non potest, sui tenuitate cæspitis, accepta nutrire; ne & de vobis dicat Dominus: [d] *Orta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizantur*. Nos ipsi scimus, quod cum gaudio & fervore [7] suscepimus verbum Domini: caveamus nunc, ne simus [e] *temporales*. [f] *Patientia* nobis *necessaria est*, [g] *ut probatio fidei nostræ*, sicut scriptum est, *sit pretiosior auro*. Scitote quod [8] circa caduca contentio est, circa regnum cælorum est: non est novum pugna sit & contentio circa regnum. Neque speretis quod homines per se vos

a Ephes. IV. 13. *b* I. Cor. VIII. 6. Rom. XI. 36. *c* Joan. XX. 19. 21. *d* Matth. XIII. 21. *e* Ibid. Marc. IV. 17. *f* Heb. X. 36. *g* I. Pet. I. 7.

1. *Observantia*] Forte, *observantia*.
2. *Ut quia dum*] Al. *& quandoquidem*.
3. *Mata*] Lege *maturæ*.
4. *Cum jud.*] Forte, UT *cum jud.*
5. *Accipit*] Lege *accepit*.
6. *Cum eo*] Forte, *cum ea*.
7. *Suscepimus*] Ms. *suscipimus*.
8. *Circa cad.*] Leg. NOS *circa cad.* Et mox, UT *pugna*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

perſequantur: dæmones ſunt in his qui invident bonis veſtris; contra quos arma Dei arripite, quæ demonſtrat Apoſtolus [a], & viam facite in cælum, jugulatis illis orationum ferventium ac ſi quibusdam ſagittis. Quidquid enim cum fide & unanimitate oraveritis, dabitur vobis: ſed videte, ut unum cor & anima una ſitis, ut mercede præſenti accipiatis quidquid ſalutiferum petieritis a Patre Domini noſtri Jeſu Chriſti, noſtroque communi omnium Patre, juxta promiſſum Domini noſtri dicentis: [b] *Si convenerint duo ex vobis ſuper terram, de omni re quamcumque petierint, fiet eis a Patre meo qui in cælis eſt*. Alioqui ſi non unum velle & unum nolle habetis, melius eſt, ut non ſimul habitetis. Ideo mando ego vobis, ut omnes qui mihi ex corde volunt conſentire, & ſenſum agnoſcunt meum & amant, ſint cum vero ſequace meo *Attala*, qui [1] aut ſit ibi, aut poſt me velit venire, ſuæ ſit electionis: ſub enim ſenſui animarum veſtrarum periculum, vos illi obedite. Sed ſi ille venire voluerit, *Valdolenus* ſit præpoſitus, quia cito Deo auxiliante poterit intelligere certum. Sed interim cavete, ne ſit inter vos, qui unum votum habeat inter vos, quicumque ille fuerit: plus enim nobis nocuerunt, qui apud nos unanimes non fuerunt.

II. Tu ſcis, amantiſſime *Attala*, qui ſenſui tuo onerosi ſint; depone continuo, tantum cum pace deponas & cum Regulæ unitate, tantum *Libranum* honora, & ſemper *Valdolenum* tene, ſi illic ſit cum congregatione; bene illi Deus faciat, humilis fiat, & meum illi da oſculum, quod tunc feſtinans non habuit. Tu vero indolis imbuendæ ſcis diu votum meum; ſi videris illic profectum animarum, ſta ibi; ſi videris pericula, veni inde: pericula autem dico, diſcordiæ pericula; timeo enim ne & illic propter Paſcha ſit diſcordia, ne forte, diabolo inſidiante, vos alienare velint, ſi cum eis pacem non teneatis: infirmius enim nunc ſine me ibi ſtare videmini. Idcirco cauti eſtote, conſiderantes tempus, quo [c] ſanam non ſuſtinent doctrinam. Vos ipſos docete, & qui velint audire: tantum inter vos non ſit qui unum non ſit. Paci enim maxime provide, ſolicitus ſemper [d] *ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis*. Quid enim prodeſt habere corpus, & non habere cor? Fractus ſum, fateor, hac cauſſa, dum volui totos adjuvare, qui [e] *cum loquebar illis, impugnabant me gratis*: & dum omnibus credidi, pæne factus ſum ſtultus. Ideo tu prudentior eſto: nolo ſubeas tantum onus, ſub quo ego ſudavi: ſcis jam guttulæ, ſeu meæ ſcientiæ parvitatem: didiciſti omnia omnibus convenire monita; quia mores diverſi ſunt, & qualitates hominum longe diſtant inter ſe. Sed quid facio? Jam te ad laborem illum immenſum provocabo, quod ego fugio ipſe: ſi aperuero doctrinæ diverſitatem, temperabo. Ergo diverſus eſto, & multiplex ad curam eorum, qui tibi obedierint cum fide & amore; ſed tu & ipſum eorum time amorem, quia tibi periculoſus erit.

III. Sed anguſtiæ undique ſunt, cariſſime; periculum ſi oderint; periculum, ſi amaverint. Scito utraque vera eſſe; inde vel odire, vel amare: in odio pax, in amore integritas perit. Tene igitur te ad unius deſiderii impetum, quo meum ſcis cor deſiderare. Scis me amare multorum ſalutem, & ſecretum mihimet ipſi; unum pro profectu Domini, id eſt, Eccleſiæ ejus; alterum pro ipſius deſiderio: ſed hæc vota ſunt potius in me, quam acta; in te vero ſint perfecta oro, quia me abſente, utraque potes vel ex parte cognoſcere: non jubens tamen ſcribo. Scito igitur meum ad totos juſſum; ut quia diverſa ſenſi multorum vota ad firmitatem Regulæ retinendam, ad radicem ramos ligavi, qui ſui fragilitate a mea parva [2] declinaverint firmitate, id eſt, a doctrinæ receſſerunt veritate. Qui enim ſenſum meum ſervaverint, ſic Deo ſerviant, eligentes ſemper ſibi ſapientiores & religioſiores, ſi tamen humiles ſint & miſericordes. Quicumque ſint rebelles, foras exeant: quicumque ſint obedientes, ipſi fiant heredes. Hæc tu obſerva; & quicumque mei ſunt ex integro, & propter unitatem & humilitatem, quamvis multi, Chriſto vos dilatante & multiplicante, ſitis, ad eum qui juxta altare quod ſanctus *Aidus* epiſcopus benedixit, Deo ſervierit, omnes aſpiciant. Idcirco & tu, ſi me iſtorum perſecutio....

IV. Hæc ſcripſi propter incertos exitus rerum. Mei voti fuit gentes viſitare, & Evangelium eis a nobis prædicari; ſed fel modo referente eorum teporem, pæne meum tulit inde animum. Lacrymoſam tibi volui ſcribere epiſtolam; [3] quia ſcio cor tuum idcirco neceſſariis tantum allegatis, duris & ipſis arduiſque, altero ſtilo uſus ſum, malens obturare, quam provocare lacrymas. Foris itaque actus eſt ſermo mitis, intus incluſus eſt dolor. En [4] promunt lacrymæ: ſed melius eſt obturare fontem; non enim fortis militis eſt in bello plorare. Non eſt hoc novum quod nobis contigit: hoc maxime quotidie prædicebamus. Quidam philoſophus olim, ſapientior ceteris, eo quod contra omnium opinionem unum Deum eſſe dixerit, in carcerem truſus eſt. Evangelia plena ſunt de hac cauſſa, & inde ſunt maxime conſcripta: hæc eſt enim veritas Evangelii, ut vere Chriſti crucifixi diſcipuli eum ſequantur cum cruce. Grande exemplum oſtenſum eſt, grande ſacramentum declaratum eſt: Dei Filius voluntarius (*oblatus eſt* [f] enim, *quia ipſe voluit*) crucem aſcendit ut reus, [g] *relinquens nobis* (ut ſcriptum eſt) *exemplum, ut ſequamur veſtigia ejus*. Beatus igitur eſt, qui hujus paſſionis & iſtius confuſionis ſit particeps. Ineſt enim aliquid admirabile celatum: [h] *Quod* enim *ſtultum Dei eſt, ſapientius hominibus; & quod infirmum Dei eſt, fortius hominibus eſt*. Mirum in modum cernitur in ſtultitia ſapientia innumerabilis, & in infirmitate fortitudo incomparabilis. Ergo ibi abſconſa ſunt omnia deſiderabilia refrigeria, ſalutis myſteria; ſed dura ſunt, ut pretioſa ſint; obſcura ſunt, ut paucis ſint digna; paucis vero digna, quia nimis mira ſunt. Itaque patienter ſuſtineamus omnia adverſa pro veritate, ut ſimus participes Domini paſſionum: [i] *Si enim compatiamur, conregnabimus*. Quid his adjiciendum eſt, niſi perſeverantia? [k] *Qui* enim *perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit*. In fine enim judicium conſiſtit, & in exitu laus canitur. Sed ut ſit perſeverans, oret jugiter quiſque auxi-

a Epheſ. VI. 13-17. *b* Matth. XVIII. 19. *c* II. Tim. IV. 3. *d* Epheſ. IV. 3. *e* Pſalm. CXIX. 7. *f* Iſa. LIII. 7. *g* I. Pet. II. 21. *h* I. Cor. I. 25. *i* II. Rim. II. 12. *k* Matth. X. 22.

1. *Aut ſit — aut poſt*] Pro *aut*, forte utrobique legendum *an*.
2. *Declinaverint*] Al. *declinaverunt*.
3. *Quia*] Leg. *ſed quia*.
4. *Promunt*] Forte, *promanant*.

lium Dei cum omni mentis humilitate: [a] *Non enim, inquit, volentis, neque currentis, sed Dei miserentis est*; quia major & [b] *melior est Dei misericordia super vita*, quamvis bona hominis; non enim digni sunt misericordia nisi qui se miseros confitentur coram Deo, & indignos se sentiunt salute per se, nisi sola Domini misericordia de tantis periculis eripiantur. Qui licet bonorum conscii sibi sint operum, tamen Dei judicia timentes, & multa perpetrasse injusta gementes, in Dei solius pietatem humiliter confidunt: quorum timor perfectus plus placat, quo plus humilitati studet: [c] *Beneplacitum enim Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia ejus.*

V. Nullum itaque salvabit dextera sua, juxta verbum Domini ad Job (quo justificationem illius quibusdam potentiæ experimentis quodammodo derisit, dicens: [d] *Et tunc confitebor quod salvare te poterit dextera tua*) nisi qui humiliter suam possibilitatem, & ipsam datam exercuerit cum timore & tremore in voluntate Dei, orans frequenter: [e] *Ne projicias me a facie tua*; & [f] *Ne repellas me a mandatis tuis*: quia sæpe, ut ait quidam, *magnitudo virtutis quibusdam fuit occasio perditionis*; qui nimirum ex quo pulcriores sunt virtutibus, ab humilitatis gradu descendunt. Inde scriptum est: [g] *Quo pulcrior es, descende, surge, & dormi cum incircumcisis*; ac si aliis verbis animæ diceret superbæ: quia tua sanctitate te elevasti in superbiam, descende inde modo, & esto inter peccatores computanda, quia nihil apud me est quod cum superbia efficitur. Angusta, vides, porta est, & paucis degressa perfectionis via, quæ a læva vitia; a dextera vanitatis & superbiæ mala declinat. Gradiendum igitur est via regia ad civitatem Dei viventis, per afflictionem carnis, & contritionem cordis; per corporis laborem, & spiritus humiliationem; per studium nostrum, officii rem legitimi, non meriti dignitatem, &, quod his majus est, per Christi gratiam, fidem, spem & caritatem. Multa carne pericula; cognosce caussam belli, gloriæ magnitudinem, fortem non nescias hostem, & libertatem in medio arbitrii, portam intellige hostibus apertam ab Aquilone: ideo & Hierusalem ab Aquilone aperitur; inde illa parte observat in Aquilone inimicus habitans. Inde scriptum est: [h] *Ab Aquilone exardescunt mala super omnem terram.* Si tollis hostem, tollis & pugnam; si tollis pugnam, tollis & coronam: si hæc sint, ubi fuerint, virtus, vigilantia, fervor, patientia, fidelitas, sapientia, stabilitas, prudentia sint necesse est; si non, strages. Et ut inferam; Si tollis libertatem, tollis dignitatem.

VI. Ecce quibus circumdamur diversitatibus, & quibus circumluimur; ac si [1] vortigum fragoribus, carissime discens, exceptis quæ intrinsecus latent, & intra nosmet ipsos quotidie militant contra nos. Ideo in tantis periculis velle & currere; licet tuum, non est tuum: non enim sufficit infirmitas humana inter tantas contrarietates pervenire ad quod vult, nisi misericordia Domini & velle faciat vota gaudentis compleri, & currere prosperitate, lapsus & offendicula, casusque contrarios evadente, cursus inoffense finiri. Quapropter mentis humilitas meriti est caussa; sine auxilio enim non potest adjuvari: non meretur superbus, induratur derelictus; ingratus non orans, indevotus est servus. Piger flagellatur in vita, contemnitur famulatio; desperatus etiam fastidio, dignus viris esse minime reputatur. Quid ergo dicemus ad hæc o nos miseri, qui ante quam malis carere meremur, bonis nobis blandimur, & ante vitiorum depositionem, perfectionem habere speramus. Totum scire cupimus, totum facere quod scimus piget, sperantes dicta pro factis rependere. Forsan hoc heic; nam illic non posse manifestum est ante Dominum; quia ibi non qui dixerit, sed qui fecerit, salvus erit.

VII. Nunc mihi scribenti nuntius supervenit, narrans mihi navem parari, qua invitus vehar in meam regionem; sed si fugero, nullus vetat custos: nam hoc videntur velle ut ego fugiam. Si in mare projiciar more Jonæ, qui & ipse in Hebræo *Columba* dicitur, orate ut vice ceti sit quidam felici revocans remigio tutus celator, qui Jonam vestrum terræ reddat optatæ. Sed jam nunc finem epistola [2] pergaminæ sumere cogitur, licet materiæ magnitudine protendi longius [3] compellitur: amor non tenet ordinem; inde missa confusa est. Totum dicere volui in brevi; totum non potui. Quæ volui scribere, nolui pro diversitate voluntatum. Voluntas mea forte lenocinio non caret; fiat voluntas Dei per omnia: ille si voluerit, votum sciet meum. Vos videte conscientias vestras, si puriores & sanctiores sunt me absente, nolite me quærere per amorem, sed per necessitatem tantum. Non sitis occasione hac destitutores, neque hac separatione libertatem quæratis, quæ vos in servitutem vitiorum redigat. Meus est, qui amat unitatem; non est meus, qui separat: [i] *Qui* enim *non congregat*, ait Dominus meus, *dispergit*. Alioquin si videatis perfectionem a vobis plus elongari, quam ante, & me sors a vobis separaverit, & non sufficiat *Attala* ad gubernationem vestram, quia fratres vestri heic in vicinia Brittonum sunt; vos totos insimul adunate in una parte quæ melior sit, quo facilius contra vitia & insidias diaboli dimicetis: & quem toti elegeritis, interim vobis præsit: quia si mihi liberum sit, Deo volente, pertinebit mihi de vobis. Si vero vobis placent loca, & Deus illic vobiscum ædificat, [k] crescite ibi benedictione in mille millia. Orate pro me viscera mea, ut Deo vivam.

EPISTOLA V.

Ad Bonifacium Papam IV.


Pulcherrimo omnium totius Europæ, ecclesiarum Capiti, Papæ prædulci, præcelso Præsuli, pastorum Pastori, Reverendissimo speculatori: humillimus celsissimo, maximo, agrestis urbano, micrologus eloquentissimo, extremus primo, peregrinus indigenæ, pauperculus præpotenti, (mirum dictu! nova res) rara avis, scribere audet Bonifacio Patri PALUMBUS.

I. QUis poterit glaber audire? quis non statim dicat? Quis est iste garrulus, præsumtuosus, qui non rogatus talia scribere audet? Quis

a Rom. IX. 16. b Psalm. LXII. 4. c Psalm. CXLVI. 11. d Job XL. 9. e Psalm. L. 13. f Psalm. CXVIII. 10. g Ezech. XXXII. 19. h Jer. I. 14. i Luc. XI. 23. k Gen. XXIV. 60.

1. *Vortigum*] Al. *verticum*. 2. *Pergaminæ*] *Pergamenæ*. 3. *Compellitur*] Al. *compellatur*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



talionis incentor non confestim in illud antiquum probrosum erumpat elogium, quo Moysi Hebræus ille, qui faciebat injuriam fratri suo, respondit: [a] *Quis te constituit principem, aut judicem super nos?* Cui ego prior respondeo, non esse præsumtionem, ubi constat esse necessitatem ad Ecclesiæ ædificationem; & si in persona cavillatur, non quis dico, sed quid dico, consideret. Quid enim tacebit peregrinus Christianus, quod jam diu declamat vicinus Arianus? [b] *Meliora* namque *sunt vulnera amici, quam fraudulenta oscula inimici.* Alii detrahunt læti in secreto; ego tristis ac dolens arguam in publico; sed schismatis noxii mala, non impiorum pacificorum bona. Non igitur pro vanitate aut procacitate scribere vilissimæ qualitatis homunculus tam præcelsis viris præsumo: dolor enim potius me, quam elatio compellit vobis indicare, humillima, ut decet, suggestione, quod nomen Dei per vos contendentes utrimque blasphematur inter gentes.

II. Doleo enim, fateor, de infamia Cathedræ S. Petri: scio tamen super me esse negotium, & quod prima fronte sub prunas ut dicitur, faciem ponam; sed quid mihi facies coram hominibus, ubi [1] zelus fidei prodi necesse est? Coram Deo & Angelis non confundar; laus est pro Deo coram hominibus confundi; si exaudiar, commune lucrum erit: si despiciar, mea merces erit. Ego enim, ut amicus, ut discipulus, ut pedisequus vester, non ut alienus loquar; ideo libere eloquar nostris utpote magistris, ac spiritualis navis gubernatoribus, ac mysticis proretis dicens: Vigilate, quia mare procellosum est, & flagris exasperatur feralibus, quia non sola minax unda, quæ etiam permota pontum [2] semper cautis spumosis concavæ vorticibus, hyperbolice licet de longe turgescens extollitur, & ante se calabra sulcatis octo millibus trudit; sed tempestas totius elementi, nimirum undique consurgentis, & undique commoti, mysticæ navis naufragium intentat; ideo addo timidus nauta clamare: Vigilate, quia aqua jam intravit in Ecclesiæ navem, & navis periclitatur. Nos enim SS. Petri & Paulli & omnium discipulorum, divinum canonem [3] Spiritu sancto scribentium, discipuli sumus, toti Heberi, ultimi habitatores mundi, nihil extra evangelicam & apostolicam doctrinam recipientes: Nullus hæreticus, nullus Judæus, nullus schismaticus fuit; sed fides catholica, sicut a vobis primum sanctorum scilicet Apostolorum successoribus, tradita est, inconcussa tenetur. Qua fiducia roboratus ausus sum, ac si stimulatus suscitare vos contra eos qui blasphemant tuos, & hæreticorum receptores clamant ac schismaticos vocant; ut gloriatio mea qua pro vobis fidus illi respondens locutus sum, non sit inanis, & illi confundantur, non nos. Ego enim pro vobis promisi, quod nullum hæreticum Ecclesia Romana defendat contra catholicam fidem, sicut discipulos ita decet sentire de magistro. Idcirco libenti animo, & piis auribus necessariæ insinuationem præsumtionis meæ suscipite: quidquid enim dixero aut utile, aut orthodoxum, vobis reputabitur; laus enim magistri in discipulorum suorum doctrina est; ideo si sapienter locutus fuerit filius, lætificabitur pater, & vestra laus erit, quia a vobis, ut dixi, processit; non enim rivo puritas, sed fonti reputanda est. Si vero aliqua tamquam zeli modum excedentis, verba, aut in hac aut in altera contra *Agripp.* ... qui me movit ad scribendum epistola inveneritis incondita, meæ indiscretioni, non elationi deputetis.

III. Vigilate itaque pro Ecclesiæ pace, subvenite ovibus vestris, jam tamquam luporum terroribus pavidis; quæ vos ipsos insuper nimio utpote pavore in alternantem circumactæ convertibulum timent. Ideo dubitantes partim venientes, partim vero recedentes, sicut veniunt, sic revertuntur, & semper in pavore sunt. Quamobrem utere veri, o Papa, pastoris sibilis, notaque voce, & sta inter illas & lupos, ut deposito pavore, tunc primum te ex integro cognoscant Pastorem. Populus enim quem video, dum multos sustinet hæreticos, zelosus est, & cito tamquam grex pavidus turbatur, & inde non cito securus est quia tantos Italia lupos habuit, quorum catuli vix possunt toti elidi: dum nimirum inter antra tanti nutriti sunt. Antra deleat Deus, [4] tale semen, & nutriat grege suo, teque compungat: vigilanter insistas officio tuo pastorali, stans super custodiam tuam die ac nocte, ut videas baculum illum nuceum, quem [c] uncinum postea videre merearis tempore fructus colligendi veros. Ut ergo honore apostolico non careas, conserva fidem apostolicam, confirma testimonio, robora scripto, muni synodo; ut nullus tibi jure resistat. Noli despicere consiliolum alienigenæ, tamquam doctor illius zelantis pro te. Mundus jam declinat; Princeps pastorum appropinquat: cave ne te negligentem inveniat, & conservos pugnis mali exempli percutientem, manducantemque cum Hæbræis, & bibentem, ne contingat sequentia securitati; [d] *Qui enim ignorat, ignorabitur.* Non sufficit tibi quod pro te ipso solicitus sis, qui multorum curam suscepisti: cui enim plus creditur, plus ab eo exigitur.

IV. Vigila itaque quæso Papa, vigila; & iterum dico: vigila; quia forte non bene vigilavit *Vigilius*, quem caput scandali isti clamant, qui vobis culpam injiciunt. Vigila primo pro fide, deinde pro operibus fidei jubendis, vitiisque calcandis, quia tua vigilantia multorum erit salus, sicut e contrario tua securitas multorum erit vastatio. Mittat te Isaias in montem [e] *qui evangelizas Sion*; immo per Isaiam Deus, juxta tui nominis interpretationem, in speculam veræ contemplationis ponat; in qua, quasi cunctis mortalibus altior positus vicinusque cælestium effectus, [f] *exaltans quasi tuba vocem tuam annunties populo* Domini tui, tibi ab eo commisso, *peccata eorum, & domui Jacob iniquitates eorum.* Noli timere culpam mendacii: habes enim quod annuntiare debeas; multi enim, quod gravius est, per securitatem pastorum in his regionibus dejecti sunt, & multi per prosperitatem infelicissimæ abundantiæ decepti sunt. Inde quia juxta minas Domini, sanguis sanctorum de manibus requirendus erit pastorum, vigilandum est diligenter, id est, prædicandum est frequenter verbum Domini a pastoribus, scilicet Ecclesiæ, speculatoribus & magistris, ut nullus pereat per ignorantiam. Si enim per socordiam perierit, suus sanguis in suum caput reputabitur.

V. Sed cur hæc mordacius diu omnibus nota commemoraverim, in subjectis subnectam. Faciunt

a Exod. II. 14. *b* Prov. XXVII. 6. *c* Amos VIII. 1. 2. *d* I. Cor. XIV. 28. *e* Isa. XL. 9. *f* Isa. LVIII. 1.

1. *Zelus*] Forte, *zelum*.
2. *Semper*] Forte, *super*.
3. *Spiritu sancto*] Deest *dictante*, aut quid simile.
4. *Tale sem.*] & *tale sem.* Mox vero leg. *greges suos*.

enim & hæc ad propofita fuggeftionis primæ genera: A ligata namque funt fimul utraque: ex his enim pendent illa; & ideo ifta primum amputanda funt; non enim curat de errore, qui non curat de religione: heic namque totus confiftit agon, heic tota ftat cauffa; heic ille [a] *gladius bis acutus* [b] *pertingens usque ad divifionem carnis & animæ, compagum, medullarum, qui eft difcretor cordis & cogitationum*, ufque ad os debet fecare nervos. Hinc [c] *fale* divino *fermo* nofter *conditus eft* (omne nempe facrificium fale afpergi præceptum eft:) hinc fcintillæ de illo divino [1], quem [d] Dominus in terram mittere venit, defcendentes comburant [e] lignum, fœnum, ftipulam, quæ male fuperædificantur a multis fuper fundamentum. Hoc admirandum, cur toties fuperædificamur Chriftiani, B præter quod [f] *nemo aliud poteft ponere, præter id quod pofitum eft, quod eft Jefus Chriftus*. Heu quanta gehennæ fomenta ubique præparantur de his infelicibus ædificiis, fuper quæ comburenda fermo ille fcintillans Domini defcendens de incendii illius femper vivi immenfitate cecidit dicendo: [g] *Attendite vobis, ne forte aggraventur corda veftra in crapula & ebrietate & curis hujus vitæ, & fuperveniat in vos dies illa repentina: tamquam laqueus enim fuperveniet in omnes, qui fedent fuper faciem univerfæ terræ*.

VI. Vides quo terrore Dominus noftrum foporem ac noxium teporem ad vigilantiam fufcitat, C ne imparati inveniamur. Ideo ego dixi: Papa vigila: [h] *tempus eft de fomno furgere*: Dominus appropinquat, & prope jam in fine confiftimus inter tempora periculofa. Ecce conturbantur gentes, inclinantur regna: ideo cito dabit vocem fuam Altiffimus, & movebitur terra. Ego quafi timidus, dum non fim fortis bellator, quia hoftem adverfariorum circumdediffe nos video, te licet importunis clamoribus, tamquam ducum principem fufcitare conor; ad te namque totius exercitus Domini, in campo potius torpentis, quam pugnantis; & partim (quod lacrymabilius eft) adverfariis potius manus dantis, quam refiftentis, periculum pertinet. Te totum exfpectat, qui poteftatem habens omnia ordinandi, D bellum inftituendi, duces excitandi, arma corripi jubendi, aciem conftruendi, tubas undique fonandi, certamen demum, te in fronte gradiente, ineundi. Quia væ diu apparet, in hac regione: in hoc fpirituali bello victi fumus, etiam Chriftiani, vitiis primum carnalibus ac pompofa converfatione, deinde fidei vacillantis tepore, qua infirmata, inimicis noftris, dum non fenfimus, circumdati fumus triplicibus, qui dati funt nobis ad vindictam noftræ luxuriofæ fecuritatis. Omnium enim malorum cauffa eft cæcæ profperitatis fecuritas.

VII. Miror, fateor, talem fecuritatem; & unde hic letalis fopor totos pæne cooperit, nefcio quæ E corda, quæ aures, qui fenfus; quos nequaquam ignita ipfius Domini verba fufcitaverunt ad vigilantiam zeli jugiter ferventis, ad contemtum mundi, ad paupertatem Chrifti ficut multas gentes ita afferuerunt. Ego enim de extremo mundo veniens, ubi bella Domini prœliari fpirituales duces confpexi, & fperans in antea videre fortiores peritioresque hujus fancti conflictus duces; & ita inveniens, ac fi quidam campi bellici rufcidus cadaverum ac madidus poft pugnam contemplator, ftupeo, & dolens ac timens, ad teque tantum qui unica fpes de principibus es, per honorem potens Petri Apoftoli fancti, refpiciens plango tanti exercitus ftragem. Sed quia fragilis ingenii cymba, non tam in altum juxta verbum Domini [i] ducta eft, quam adhuc in uno hæreat loco: non enim charta totum comprehendere poteft, quod animus variantibus cauffis, Epiftolæ anguftiis concludere voluit, a rege rogor, ut fingillatim fuggeram tuis piis auribus fui negotium doloris: dolor namque fuus eft fchifma populi pro regina, pro filio, forte & pro fe ipfo; fertur enim dixiffe, fi certum fciret, & ipfe crederet.

VIII. Redeamus ad librum, quem juxta ripam dimifimus. Ne igitur hoc fune erroris longiffimo liget latro antiquus homines, cauffa fchifmatis incidatur, quæfo, confeftim a te cultello quodammodo fancti Petri, id eft, vera in fynodo fidei confeffione, & hæreticorum omnium abominatione ac anathematizatione, ut mundes cathedram Petri ab omni errore, [2] horrore, fi quis eft, ut ajunt, intromiffus; fi non puritas agnofcatur ab omnibus. Dolendum enim ac deflendum eft, fi in fede apoftolica fides catholica non tenetur. Sed ut totum dicam (ne adulari ultra fas, etiam vobis videar) dolendum quoque eft, quod non vos priores pro zelo fidei, ut decebat, diu parte a vobis recedente, (utpote qui poteftatem legitimam habuiftis) continuo, oftenfa prius veftræ fidei puritate condemnaftis, nec excommunicaftis, [3] quare vel infamare auderet *fidei orthodoxæ fedem principalem*. Scitis enim quam fæva animadverfione a patribus in fynodo Nicæna fancta damnati funt innocentium criminatores. Sed hæc dicens, non nefciens multas effe cauffas in multitudine clamofa & acuta, tumultuofa, quæ non permittunt hæc ad purum ufque inveftigari, non quia crederem, fed quia nunc fieri debeant, dixi. Si qui funt rebelles contra veritatem veftri comprovinciales, tantum culpa includat hos; non enim ignem flare poteft os farina aut aliqua materia plenum: omnis enim res læditur vicina contrarietate. Idcirco precor vos pro Chrifto: fubvenite famæ veftræ, quæ laceratur inter gentes, ne perfidiæ veftræ reputetur ab æmulis, fi amplius taceatis. Nolite itaque amplius diffimulare, nolite tacere; fed potius emittite vocem veri Paftoris, quam [k] agnofcunt fuæ oves quæ alienorum vocem non audiunt, fed fugiunt ab eo.

IX. Ego inftigo vos, meos patres ac proprios patronos, ad depellendam confufionem de facie filiorum veftrorum ac difcipulorum, qui pro vobis confunduntur: & quod his majus eft, ut caligo fufpicionis tollatur de Cathedra S. Petri. Inde conventum coge, ut ea quæ vobis objiciuntur, purgetis; non enim lufus currus vobis objicitur. Hæreticorum enim receptio, ut audio, vobis reputatur, quod abfit, credi verum fuiffe, effe vel fore. Dicunt enim Eutychen, Neftorium, Diofcorum, antiquos, ut fcimus, hæreticos a Vigilio in fynodo, nefcio [4] quam, in quinta receptos fuiffe. Ecce cauffam totius, ut ajunt, fcandali; fi & vos fic recipitis, ut dicitur, aut fi & ipfum Vigilium fcitis fic in-

a Apoc. I. 16. *b* Heb. IV. 12. *c* Coloff. IV. 6. *d* Luc. XII. 49. *e* I. Cor. III. 12. *f* Ibid. ℣. 11. *g* Luc. XXI. 34. 35. *h* Rom. XIII. 10. *i* Luc. V. 4. *k* Joan. X. 4. 5.

1. *Divino*] Suppl. *igne*.
2. *Horrore*] Hæc vox videtur mendo irrepfiffe.
3. *Quare*] *Quia*, vel *quod non* quare. — Non placet.
4. *Quam*] Forte, *qua*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.

fectum defunctum fuiſſe, quare illum contra conſcientiam recitatis? [a] *Omne* enim, *quod non ex fide, peccatum eſt*. Jam veſtra culpa eſt, ſi vos deviaſtis de vera fiducia, & [b] *primam fidem irritam feciſtis*: merito veſtri juniores vobis reſiſtunt, & merito vobiſcum non communicant, donec perditorum memoria deleatur, & oblivioni tradatur. Si enim hæc certa magis quam fabuloſa ſunt, verſa vice [c] filii veſtri *in caput* converſi ſunt, *vos vero in caudam*; quod etiam dici dolor eſt: ideo & veſtri erunt judices qui ſemper orthodoxam fidem ſervaverunt, quicumque illi fuerint, etiamſi juniores veſtri videantur. Ipſi autem orthodoxi & veri catholici, qui neque hæreticos, neque ſuſpectos aliquos aliquando receperunt neque defenderunt, ſed in zelo veræ fide permanſerunt. Si igitur & iſti non tales ſint, ut ſeniores ordine, culpa tamen majores juſte judicent, certatim invicem veniam pro tam longa diſcordia poſtulantes, & utrique nullum contra rationem defendentes, nec vos hæreticos, nec illi ſuſpectos, quo utrique culpabile celerius concordate.

X. Sed indulgete mihi talia confragoſa loca [1] transnanti, ſi qua forinſecus verba aures pias offenderunt, quia [2] conſequentiæ ratio hiſtoriæ nihil me de quæſtione præterire permittit, & libertas paternæ conſuetudinis, ut ita dicam, me audere ex parte facit. Non enim apud nos perſona, ſed ratio valet: amor autem pacis evangelicæ totum me dicere cogit, ut vobis ſit ſtupor ambobus, qui unus chorus eſſe debuiſtis, [3] magnitudo ſolicitudinis meæ pro concordia, pace veſtra. [d] *Si enim patitur unum membrum*, [4] *compatimur omnia membra*. Nos enim, ut ante dixi, devincti ſumus Cathedræ S. Petri: licet enim Roma magna eſt & vulgata; per iſtam Cathedram tantum apud nos eſt magna & clara. Quamquam enim Auſonici decoris, ac ſi auguſtiſſimum quoddam, ac ætheris procul ſejunctum climatibus promiſcuis, urbis quondam conditæ nomen, nimio favore omnium prope gentium, totis per orbem, uſque in occidua tranſmundialis limitis loca, triundalibus faltuatim, licet hyperbolice pelagi vorticibus undique conſurgentibus, (mirum dictu!) non prohibentibus longe lateque vulgatum eſt; ex eo tamen tempore, quo Deus & Dei Filius eſſe dignatus eſt, ac in duobus illis ferventiſſimis Dei Spiritus equis, Petro ſcilicet & Paullo Apoſtolis, (quorum cara pignora vos felices fecerunt) per mare gentium equitans, turbavit aquas multas, & innumerabilium populorum millibus multiplicavit quadrigas; ſupremus ipſe auriga currus illius, qui eſt Chriſtus, Pater verus, agitator Iſrael, trans Euriporum rheuma, trans Delphinum dorſa, trans turgeſcentem dodrantem, ad nos uſque pervenit. Ex tunc vos magni eſtis & clari, & Roma ipſa nobilior & clarior eſt; & ſi dici poteſt, propter Chriſti geminos Apoſtolos (dico ipſos [e] cælos a Spiritu ſancto dictos, Dei gloriam enarrantes, de quibus infertur: [f] *In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba illorum*) vos prope cæleſtes eſtis, & Roma orbis terrarum caput eſt eccleſiarum, ſalva loci dominicæ reſurrectionis ſingulari prærogativa. Et ideo ſicut magnus honor veſter eſt pro dignitate Cathedræ, ita magna cura vobis neceſſaria eſt, ut non perdatis veſtram dignitatem propter aliquam perverſitatem.

A Tamdiu enim poteſtas apud vos erit, quamdiu recta ratio permanſerit: ille enim certus regni cælorum clavicularius eſt, qui dignis per veram ſcientiam aperit, & indignis claudit. Alioquin, ſi contraria fecerit, nec aperire, nec claudere poterit.

XI. Cum hæc igitur vera ſint & ſine ulla contradictione ab omnibus vera ſapientibus recepta ſint (licet omnibus notum eſt, & [5] nemo qui neſciat qualiter Salvator noſter ſancto Petro regni cælorum contulit claves) & vos per hoc forte ſuperciliosum neſcio quid, præ ceteris vobis majoris auctoritatis, ac in divinis rebus poteſtatis vindicatis; noveritis minorem fore poteſtatem veB ſtram apud Dominum, ſi vel cogitatis hoc in cordibus veſtris: quia unitas fidei in toto orbe unitatem fecit poteſtatis & prærogativæ; ita ut libertas veritati ubique ab omnibus detur, & aditus errori ab omnibus ſimiliter abnegatur: quia confeſſio recta etiam ſancto privilegium dedit claviculario communi omnium Nonno, liceat etiam junioribus veſtris ſolicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, pro Eccleſiæ unitate communis matris, quæ nimirum intra viſcera more [g] Rebeccæ diſcerpitur materna, & dolet pro rixa ac inteſtino bello filiorum ſuorum, & mæſta luget diviſionem viſcerum ſuorum. Lacrymis in his opus eſt magis, quam verbis. Quomodo præC valuit inimicus Chriſtiani nominis poſt Filii Dei viva verba, poſt Evangeliorum plenitudinem, poſt apoſtolicam doctrinam, poſt neotericam orthodoxorum auctorum ſcripturam, qui de novo ac veteri ſacramenta fidei diverſo ſermone aperuerunt? Corpus Chriſti dividere, & membra ſeparare, & ipſius Filii Dei Salvatoris mundi tunicam ſcindere, quæ eſt unitas? Tuum eſt hoc artificium diabole, quem Chriſtus [h] *pax noſtra, qui fecit utraque unum*, vincat.

XII. Ideo cito cariſſimi concordate, & convenite in unum, & nolite contendere pro antiquis litibus; ſed magis tacete, & æterno ſilentio ac obliD vioni eas tradite; & ſi qua dubia ſunt, divino judicio reſervate. Quæ autem manifeſta ſunt, de quibus homines judicare poſſunt, juſte ſine perſonarum acceptione judicate; ſitque judicium pacificum in portis veſtris, & agnoſcite vos invicem, ut ſit gaudium in cælo & in terra pro pace & conjunctione veſtra. Quid vobis aliud defendere, præter fidem catholicam, ſi veri Chriſtiani eſtis utrique? Non enim ego poſſum ſcire, unde Chriſtianus contra Chriſtianum de fide poſſit contendere; ſed quidquid dixerit orthodoxus Chriſtianus, qui recte Dominum glorificat, reſpondebit alter *Amen*, quia & ille ſimiliter amat & credit. [i] Unum itaque omnes dicite, & unum ſentite, ut utrique unum ſitis toti ChriE ſtiani. Nam ſi, ut audivi, aliqui in Chriſto duas ſubſtantias non credunt, hæretici potius, quam Chriſtiani credendi ſunt: Chriſtus enim Salvator noſter verus Deus, æternus ſine tempore, & verus homo abſque peccato ex tempore eſt; qui juxta divinitatem coæternus eſt Patri, & juxta humanitatem junior eſt matre. Qui natus in carne, nequaquam deerat cælo: manens in Trinitate, vixit in mundo. Et ideo ſi ſcriptum eſt in V. ſynodo, ut quidam mihi dixit, quod qui duas ſubſtantias

a Rom. XIV. 3. *b* I. Tim. V. 12. *c* Deut. XXVIII. 44. *d* I. Cor. XII. 26. *e* Pſalm. XVIII. 2. *f* Ibid. ✠. 5. *g* Gen. XXV. 22. *h* Epheſ. II. 14. *i* I. Cor. I. 10.

1. *Tranſnanti*] Ita reſcripſimus pro *tranſlanti* edit.
2. *Conſequentiæ*] *Conſequentis*.
3. *Magnitudo*] ET *magnitudo*. Sic mox, ET *pace veſtra*.
4. *Compatimur*] *Compatiuntur*.
5. *Nemo*] *Nemo ſit*.

adorat, orationem suam divisam habeat; ille divisus est a sanctis, & separatus est a Deo, qui scripsit. Nam nos pro unitate Personæ, in qua [a] *complacuit plenitudinem divinitatis inhabitare corporaliter*, unum Christum credimus, divinitatem ejus & humanitatem, quia [b] *qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia*. Si qui aliter de Incarnatione Domini senserit, hostis est fidei, & abominandus est omnibus Christianis, ac anathematizandus, cujuscumque ordinis, aut status, aut gradus fuerit; nullus enim ad injuriam Dei hominem honorare debet. Ideo quæso vos pro Christo, nulli parcite, qui vos a Christo separare tentaverit; sed potius ei in faciem resistite, si quis nolens recte credere, vos a fide catholica revocare voluerit.

XIII. Date quæso veniam mihi nimis injurioso, asperoque cuidam loquaci, qui de tali caussa aliter scribere non potui. Dum enim veritati per omnia placere volui, azyma cum amaritudine non nesciens comedenda, soli Deo servivi, qui est benedictus in sæcula. Ego germanitatem meam probavi & zelum fidei meæ, dum malui reprehensoribus locum dare, quam in tali caussa os, quamvis ineruditum, non aperire. Idcirco quamvis trisulcus arcuato vulnere scorpius insurgat, in his de quibus scriptum est, extendere linguam suam, sicut arcum mendacii; qui nova quæque, licet epicroca, judicant, copes nimirum effecti, hyperbolice; quique oliginosis celotes palearibus, scriptis quibusque non lepidis, invidæ refragationis semper opponunt pellaces. Sed quando rex gentilis peregrinum scribere Longobardus, Scotum hebetem rogat, quando unda torrentis antiqui retro redundat; quis non mirabitur potius quam calumniabitur? Ego tamen non trepidabo, neque in caussa Dei linguas hominum formidabo, quæ frequentius mentiuntur, quam vera loquuntur; cum potius verecundiæ resistendum, quam ignaviæ subjiciendum sit, ubi necessitas cogat.

XIV. Igitur, ut ad id loci regrediar, unde digressus sum, rogo vos, quia multi dubitant de fidei vestræ puritate, ut cito tollatis hunc nævum de sanctæ Cathedræ claritate; non enim decet Romanæ Ecclesiæ gravitatem hæc instantis levitatis fama, ut qualibet vi possit moveri a soliditate veræ fidei, pro qua tot martyres sui suum sanguinem fuderunt, malentes mori, quam convelli. Numquid enim si in nostris temporibus persecutio venerit ultima squammæ illius invisæ, cujus corium vix universæ naves poterunt portare, non usque ad sanguinem [c] restitemus adversus peccatum repugnando, sicut patres nostri fecerunt, Apostolos dico, & tot martyres? Si gravis fuit persecutio in initio fidei, quanto magis in fine, de quo Dominus dicit: [d] *Putas ne veniens Filius hominis inveniat fidem in terra?* Et iterum: [e] *Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret omnis caro salva*. Felix quem mors ante tollat, quam infirmus neget. Dicit tamen electos ibi futuros; de quibus nimirum prædixit discipulis suis: [f] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Cum itaque electi futuri in diebus illis periculosioribus ceteris, ante [1] etenim ac retro incomparabilibus, sustinebunt, Domino roborante, majora; cur nos in tutioribus adhuc ac securioribus, vel pro fide nostra qua [2] ethnicis ac Judæis ac hæreticis differimus, non sustinebimus, Domino adjuvante, minora?

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 589.



XV. Sed talia suadenti, utpote torpenti actu, ac dicenti potius, quam facienti mihi, *Jonæ* Hebraice, *Peristeræ* Græce, *Columbæ* Latine, potius [3] tantum vestræ idiomate linguæ [4] nancto, licet prisco [5] inter Hebræo nomine, cujus & pæne subivi naufragium, veniam quæso, sicut sæpe rogavi, date; quia necessitate magis, quam cenodoxia scribere coactus sum, dum quidam litteris suis quibus me primo pæne ingressu in hujus regionis terminos arripuit, vos mihi cavendos, tamquam in Nestorii sectam decidentes, significavit. Cui attonitus respondi in brevi, ut potui, non credens suæ allegationi: sed ne ullo modo veritati essem contrarius, juxta suam epistolam, & juxta meam bonam de vobis æstimationem (ego enim credo semper columnam Ecclesiæ firmam esse in ramo) responsum variavi, quod vobis direxi relegendum, ac concertandum, sicubi contra veritatem venit; non enim me inter irreprehensibiles profiteri audeo.

XVI. Post hanc autem scribendi occasionem, insuper regis insistit jussio * *Agilulfi*: cujus postulatio me in stuporem ac in solicitudinem posuit multiplicem: quippe quia non sine miraculo reor esse quod video. Reges namque Arrianam hanc labem in hac diu regione, calcando fidem catholicam, firmarunt; nunc nostram rogant roborari fidem. Forte Christus pio [6] nos tunc respicit, cujus favore omne nascitur bonum. Nos valde miseri sumus, si nostra de parte scalon amplius fiat. Rogat itaque rex, rogatque regina, rogant te toti, ut quam celerrime possit fieri, fiant omnia unum, fiat ut patria pax, pax fiat mox fidei, ut toti deinceps, grex unus fiat Christi. [7] Rex regum tu Petrum, te tota sequatur Italia. Quid suavius pace [8] per bella? Quid dulcius conjunctione fratrum diu separatorum? Quam alacer post annos supervenit Pater [9] post multos? Quam suave diu exspectanti matri narratur adventus? Ita Deo patri pax filiorum, gaudium erit in ævum sæculorum, & lætitia Ecclesiæ matris tripudium fiet sempiternitatis. De cetero sancte Papa & fratres orate pro me vilissimo peccatore & meis comperegrinis, juxta loca sancta & sanctorum cineres & præcipue juxta Petrum & Paullum, viros similiter & magnos magni Regis duces, ac fortissimos campi felicissimi bellatores, Dominum crucifixum cum cruore sequentes; ut mereamur Christo hærere, placere, gratias agere, eumque cum Patre & Spiritu sancto sine fine laudare vobiscum [10] omnibus sanctis heic & in æterna sæcula sæculorum. Amen.

a Coloss. II. 9. *b* Ephes. IV. 10. *c* Heb. XII. 4. *d* Luc. XVIII. 8. *e* Matth. XXIV. 22. *f* Matth. XXVIII. 20.

1. *Etenim*] Al. *etiam*.
2. *Ethnicis*] *Ab ethnicis*.
3. *Tantum*] Al. *tamen*.
4. *Nancto*] Al. *nuncupato*.
5. *Inter*] Al. *iter*.
6. *Pio nos*] Leg. *pio nos* OCULO.
7. *Rex regum*] Leg. *Regis regum*.
8. *Per bella*] Forte *post bella*.
9. *Post multos*] Redundat *post*.
10. *Omnibus s.*] *& cum omnibus s.*

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
589.

* EPISTOLA VI.

Ad quemdam suum discipulum.

I. MUndus iste transit: & cotidie decrescit. Nemo vivens manebit: nullus vivus remansit: totum humanum genus ortu utitur pari, & de simili vita fine cadit æquali: [1] deferentibus vitam mors incerta subripit: omnes superbos [2] vagos mæror mortis corripit: quod pro Christo largiri nolunt, omnes avari inopportune amittunt: post se colligunt alii: parvum ipsi viventes Deo dare vix audent, morti cuncta relinquunt: nihil de ipsis habent. Cotidie decrescit vita præsens quam amant: indeficiens manebit sibi pœna, quam parant. Lubricum quod labitur [3] conantes colligere, & hoc quod se se ducit, minus [4] timent credere. [a] *Dilexerunt tenebras* tetras *magis, quam lucem.* Imitari contemnunt vitæ Dominum ducem. Velut in somnis regnent, una hora lætantur; sed æterna tormenta adhuc illis parantur. Cæci nequaquam vident, quid post obitum restat peccatoribus, impiis [5] quod impietas præstat.

II. Cogitare convenit te hæc cuncta, amice. Absit tibi amare hujus formulam vitæ. [b] *Omnis enim caro fœnum*, flagrans licet, florida: sicque *quasi flos fœni omnis* est *gloria*. [c] *Orto sole arescit fœnum, & flos deperit*: sic est omnis juventus, virtus quum defecerit. Pulcritudo hominum fenescens delabitur: vultus Christi radius præ cunctis amabilis, magis diligendus est, quam flos carnis fragilis. Caveto, filiole, seminare species, quas mors ingreditur non parva pernicies. Plerique perpessi sunt pœnarum incendia, voluntatis lubricæ nolentes dispendia. Poculum impiissimæ noli umquam bibere: inde multos plerumque vides lætos ridere: nam quoscumque videris ridere inaniter, scito in novissimis quod flebunt amariter.

III. Conspice, carissime, sic esse libidinem, ut morsum mortiferum, [6] quod vincit dulcedinem. Noli pronus pergere per vias mortalium: [7] quam multis evenisse conspicis naufragium. Perge inter laqueos cum suspensis pedibus, per quos captos ceteros incautos comperimus. De terrenis eleva tui cordis oculos: ama amantissimos Angelorum populos. Beata familia quæ in altis habitat, ubi senex non gemat, neque infans vagiat: ubi laudes Domini nulla vox [8] retinet: ubi non esuritur, ubi numquam sititur: ubi cibo superno plebs cælestis pascitur: ubi nemo moritur, quia nemo nascitur: ubi aula regia cælestis pascitur, in qua male resonans nulla vox audita est: ubi vita viridis veraque futura est, quam nec mortis nec mæroris metus consumturus est. Læti leto transacto lætum Regem videbunt: cum regnante regnabunt: cum gaudente gaudebunt. Tunc dolor, tunc tædium, tunc labor delebitur: tunc Rex regum, Rex mundus a mundis videbitur.

a Joan. III. 19. b Isa. XL. 6. c Jac. I. 11.

1. *Deferentibus*] Goldastus legit *differentibus*: quod minus placet.
2. *Vagos*] Peregrinantes in hac terra. An *divagos*? Ita Goldastus.
3. *Conantes*] Ms. *conantur*: quod mutandum non erat.
4. *Timent credere*] Diffidunt. GOLD.
5. *Quod*] Forte *quid*.
6. *Quod vincit dulcedinem*] Goldastus emendat, *qui vincit dulcedine*. Mea quidem sententia, minus recte.
7. *Quam multis*] Corrigit Goldastus *per quas multis*. Nihil equidem muto, junctim legens *quammultis*.
8. *Retinet*] An *reticet*?

* Hanc Epistolam primus & unus edidit Golstadus ex ms. codice bibliothecæ monasterii S. Galli, exstatque in ejus *Pareneticorum veterum* part. I, pagg. 146-148.



S. COLUMBANI ABBATIS CARMINA.

LECTORI COLUMBANUS.

QUæ facere meliora nequii, utor pro meis,
Nam dicta vetera invertere, impietas mera est.

I.

Ad *Hunaldum*.

EPISTOLA.

Casibus innumeris decurrunt tempora vitæ. A
Omnia prætereunt: menses volvuntur & anni.
Labitur in senium momentis omnibus ætas.
Ut tibi perpetuam liceat comprehendere vitam,
Molles illecebras vitæ nunc sperne caducæ.
Blanda luxuria virtus superatur honesta.
Ardet avaritia, cæcaque cupidine pectus.
Nescit habere modum vanis mens dedita curis.
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
Summa quies, nil velle supra quam postulat usus.
Hos ego versiculos misi tibi sæpe legendos:
Ut mea dicta tuis admittas auribus, oro.
Nec te decipiat vana & peritura voluptas.
Aspice quam brevis est procerum regumque potestas. B
Lubrica mortalis cito transit gloria vitæ.
Da veniam dictis: fuimus fortasse loquaces.
Omne quod est nimium, semper vitare memento.

SUSCIPE Hunalde libens, & perlege mente serena
Dicta Columbani fida te voce monentis.
Quæ licet ornatu careant sermonis honesti,
Vota tamen mentisque piæ testantur amorem.
Vive Deo fidens, Christi præcepta sequendo,
Dum modo vita manet, dum tempora certa salutis.
Tempus & hora volat, momentis labitur ætas.
Despice quæ pereunt fugitivæ gaudia vitæ. C
Non fragiles secteris opes & inania lucra,
Nec te solicitet circumflua copia rerum.
Sint tibi divitiæ, divinæ dogmata legis,
Sanctorumque patrum casta moderamina vitæ,
Omnia quæ dociles scripserunt carmine vates.
Has cape divitias: semper contemne caducas,
In mentemque tibi veniat tremebunda senectus,
Quam gelidæ tandem sequitur violentia mortis.
Ultima jam sapiens meditatur tempora vitæ,
Torpentes senio vires, morbosque frequentes,
Incertumque diem leti, certosque dolores.
Multa senem fragilis vexant incommoda carnis:
Nam macie turpi tabescunt languida membra. D
Tunc genuum junctura riget, venasque per omnes
Illius in toto frigescit corpore sanguis.
Sic baculo nitens artus sustentat inertes.
Quid tristes memorem gemitus? quid tædia mentis?
Somnus abest oculis: illum sonus excitat omnis.
Quid tunc argenti, fulvi quid proderit auri
Improba congeries multos collecta per annos?
Munera quid procerum? ditis quid prandia mensæ?
Quid meminisse juvat transactæ gaudia vitæ,
Venerit extremi tandem cum terminus ævi?
Hæc dum vita volat, vigili qui mente retractat,
Spernit avaritiam, vanosque refutat honores.
Quid modo terrenis mentes intendere curis
Mortales cupiunt? quid turpia lucra sequuntur?
Semper avarus eget nummo, testante Poeta:
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Indiget inter opes, nec habet quod habere videtur.
Ille domi solus nummos abscondit in arca,
Divitias cumulans, dum se se nescit amare,
Plus amat heredem, servat cui cuncta fidelis.
O nimium felix, parcus cui sufficit usus,
Corporis ut curam moderamine temperet æquo!
Non misera capitur, cæcaque cupidine rerum,
Nec majora cupit, quam quæ natura reposcit.
Non lucri cupidus nummis marsupia replet,
Nec molles cumulat tinearum ad pabula vestes.
Pascere non pingui procurat fruge caballos,
Nec trepido tales volvit sub pectore curas,
Ne subitis pereat collecta pecunia flammis,
Aut fracta nummos rapiat fur improbus arca.
Vivitur argento sine jam, sine vivitur auro.
Nudi nascuntur, nudos quos terra receptat.
Divitibus nigri referantur limina Ditis,
Pauperibusque piis cælestia regna patescunt.
Temnere divitias monuit Salvator avaros.
Quisquis amat Christum, sequitur vestigia Christi.
Nam brevis & fragilis moriturae gloria carnis
Quidquid habet, rapidi velox fuga temporis aufert.
Pulcre veridici cecinit vox talia Vatis,
Tempora dinumerans ævi vitæque caducæ,

V. 2. *Et anni*] Ita Sirmondus. At Goldastus *Paranet. vet.* pag. 47. *in annis*: minus recte.
V. 12. *Admittas*] Sic recte Goldastus. Apud Sirmondum male *admittens*.
V. 13. *Nec te*] Sirm. lectio. Sed Gold. *Ne te*.
V. 18. *Suscipe, Hunalde*] Sic optime Canisius: est enim una eadem epistola cum acrostichide præcedentis. Al. *Suscipe quæso*. Al. *Suscipe, Sethe*.
V. 29. *Sanctorumque*, cet.] Deest hic versus apud Goldastum.
V. 30. *Carmine Vates*] Sic Sirmondus. Goldastus & Canisius, *ante magistri*.
V. 70. *Nudos quos*] Goldastus, *nudos quoque*.

Sæcul. VI.
circa
Ann. Chr.
589.



Omnia tempus agit, cum tempore cuncta A
trahuntur.
Alternant elementa vices, & tempora mutant:
Accipiunt augmenta dies, noctesque vicissim.
Tempora sunt florum, retinet sua tempora
messis:
Sic iterum spisso vestitur gramine campus.
Tempora gaudendi, sunt tempora certa dolendi.
Tempora sunt vitæ, sunt tristia tempora mortis.
Omnia dat, tollit, minuitque volatile tempus.
Ver, æstas, autumnus, hiems, redit annus in
annum.
Omnia cum redeunt, homini sua non redit ætas.
Hæc sapiens omni semper reminiscitur hora,
Atque domum luctus epulis præponit opimis.
Ultimo nunc humili concludam verba precatu!
Sis memor ipse mei, versus cum legeris istos:
Tempora sic habeas optatæ longa senectæ.

V. 80. *Elementa*] Pessime Canisius, *alimenta*.
V. 89. *Hæc sap.*] Ita lego cum Goldasto. Al. *Hanc sap.*
V. 91. *Ultimo*] Gold. & Bibl. PP. Paris. *ultima*. Hi tres postremi versus, apud Goldastum & Sirmondum exstantes, nec non in Biblioth. PP. Paris., desunt in edito Canisiano.

II.

MONOSTICHA.

Hæc præcepta legat devotus, & impleat B
actu,
Virtutum titulis vitam qui quærit honestam,
Vel homines inter cupiat præclarus haberi,
Vel morum meritis cælestia regna mereri,
Atque Deo Christo socius sine fine videri.

Impleat ipse Dei, qui vult sua vota venire.
Vive Deo fidens, Christi præcepta sequutus.
Sint tibi divitiæ, divinæ dogmata legis.
Divitias Domini faciet benedictio claras.
Corporis exsuperat vires prudentia mentis.
Omnibus est mundi melior sapientia gazis.
Semper amanda quidem est rerum doctrina bo-
narum. C
Optimus est animus Christi vestitus amore.
Dæmonas adversus magna est oratio virtus.
Ut moneas carum noli desistere amicum.
Morbi caussa mali nimia est quæcumque voluptas.
Tu dare ne claudas palmas, & prendere pandas.
Semper in ore tuo resonent bona verba salutis.
Ne, rogo, vindictam tua mens meditetur amaram.
Sint tibi pacifici magna dulcedine mores.
Ne tua pœniteat, caveas, victoria temet.
Fer patris imperium, dum verbis exit in iras.
Quisque dies vitæ est velut ultimus ecce putandus.
Quod dare non possis, noli promittere verbis.
Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.
Ostenas studeas vitiorum vincere turmas. D
Te ferat ad cælum quadriga repleta salutis.
Linguas suos habeat frenos in corde ligatos.
Vir bonus esse nequit, nisi qui fiet omnibus æquus.
Qui scelera abscondit, veniam non forte meretur.
Qui bona desuescit, mox hic consuescit iniqua.
Non tu, quæso, jocis lædas nec carmine quem-
quam.
Sæpius auditu instrueris, quam voce fruaris.
Sit servus mentis venter; sit serva libido.
Non perdit pietas quidquid largire videtur.
Non opibus bona fama datur, sed moribus almis.
Fac ne te merito verbis irrideat alter.
Pro misero miserans lacrymas effunde sodali.
Eripe, si valeas, non suggere tela furenti. E
Sæpe nocet puero miseratio blanda magistri.
Ignotum noto numquam præponas amico.
Omnia quæ dicunt homines, tu credere noli.
Non sibi quis vivat, Christo sed vivat ubique.
Non tua, sed Christi quæras, qui diligis illum.
Non te, non mundum, Christum sed dilige solum.
Cum sapiente loquens perpaucis utere verbis.
Nil oculi prosunt, quibus est mens cæca videndi.
Divitis opprobrium gemitus est pauperis ingens.
Plurima discenti semper sapientia crescit.
Judicium restat cunctis certissime factis.
Adveniet Judex cunctis qui justa rependat.
Inclyta perpetuam præstat patientia vitam.
Te feritate magis faciet moderatio clarum.
Egregios faciet mentis constantia mores.
Consilio facias, rogo, sit tibi quidquid agendum.
Omnis quippe ætas aliquo sub fasce laborat.
Vera quidem veterum juvenis paradigmata rere.
Felix qui caussam loquitur prudentis in aurem.
Tantum verba valent, quantum mens sentiat illa.
Omnibus est locuples qui rebus abundat honestis.
Non erit antiquo novus anteferendus amicus.
Difficile invenies verum fortassis amicum.
Moribus egregiis facias tibi nomen honestum.
Nemo quidem plures habuit, quam perdit amicos.
Cui prodest, socio qui non prodesse probatur?
Sola fides fidei dono ditabitur almo.
Levis non animam torquentis cura fatiget.
Res severa quidem semper declarat honeste.
Quid pejus, quam se ut jungat habitator iniquus?
Actibus, aut verbis noli tu adsuescere pravis.
Est non esse quidem satius quam vivere prave.
Mens bona thesauros præcellit munere cunctos.
Vitam quippe tuam tota virtute tuere.
Omnia pro vita sunt amittenda tuenda.
Præmeditata quidem levius sufferre valebunt.
Quæ subito adveniunt, multo graviora videntur.
Gaudia sunt populi rector pius atque benignus.
Mors aliena monet propriæ nos mortis ubique.
Felix alterius cujus documenta flagella.
Præmia non capiet, ingrato qui bona præstat.
Sit tibi carus homo, ut frater; Deus ut pater almus.
Omnis paullatim leto nos applicat hora.
Ante diem mortis nullus laudabilis exstat.
Quælibet ex fructu proprio cognoscitur arbor.

V. 9. *Divitias* cet.] Hic versus repetitur infra v. 97. Neque hunc in suo codice legit Goldastus pag. 60. l. c.
V. 24. *Non possis*] Ms. Leod. apud Goldastum, *non cogites*.
V. 25. *Qui prod.*] Deest hic versus apud Goldastum.
V. 27. *Repleta salutis*] Goldasto præferenda videtur lectio ms. Leod. *repleta triumphis*.
V. 29. *Qui fiet omn.*] Ms. Leod. *qui fit in omnibus*. Sed, judice Gold. non est temere spernendus archaismus.
V. 35. *Largire vid.*] *Largio* verbum est ex illis, quæ tam activa quam passiva voce unum atque idem significant, ait Priscianus lib. VI. Gold.
V. 53. *Faciet*] Gold. *faciat*. Sic & v. seq.
V. 63. *Perdit*] Ms. S. Galli apud Gold. *pendit*. Nihil equidem mutarim.
V. 67. *Torquentis*] Suspicatur Goldastus legendum *torquendo*.
V. 68. *Severa*] Ms. Leod. *te vera*.
V. 70. *Noli tu*] Legit Gold. *nolito*.
V. 79. *Cujus doc.*] Gold. legit cum ms. Leod. *cui sunt doc.*

Doctor erit magnus, factis qui quod docet implet. A
Quod tibi vis fieri, hoc alii præstare memento.
Pauperibus justis cælestis gloria restat.
Quod tibi non optes, alii ne feceris ulli.
Æquum pondus habe, teneas & statera justum.
Non tibi sit modius duplex, nec statera dupla.
Corripe prudentem: reddetur gratia verbis.
Si tu recta facis, ne cures verba malorum.
Utile consilium dominus ne despice servi.
Inter convivas fac sis sermone modestus.
Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde.
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
Divitias Domini faciet benedictio claras.
Æternam tribuit felix clementia vitam.
Utere quæsitis opibus, fuge nomen avari. B
Disce, sed a doctis; indoctos ipse doceto.
Contra verbosos noli contendere verbis.
Sermo datur multis, animi sapientia paucis.
Non læta extollant animum, non tristia frangant.
Proximus esto bonis, si non potes optimus esse.
Quanto major eris, tanto tu cautior esto.
Cumque alium censes, propriam prior inspice vitam.
Plus tua, quam alterius damnabis crimina judex.
Sis bonus atque bonis; læsus nec læde nocentem.
Qui prodesse potest, non est fugiendus amicus.
Cum fueris felix, quæ sunt adversa caveto.
Quæ culpare soles, hæc tu ne feceris ipse.
Vita aliena tuæ tibi sit cathegita vitæ. C
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Sit sale jam Sophiæ sermo tibi conditus omnis.
Magna quidem virtus nostræ est moderatio linguæ.
Crede Deo, & proprios tunc tu tibi dirige gressus.
Lux, timor est Domini, cordis: hunc dilige semper.
In Domino sperans nullus confunditur umquam.
Vir prudens animo est melior, quam fortis in armis.
Corporis excellit vires sapientia mentis.
Divitias animo injustas attendere noli.
Verbum dulce quidem tibi multiplicabit amicos.
Converti ad Dominum ne tardes tramite recto.
Doctrinis etiam variis non flexilis esto.
Te via nam Domini teneat firmissima semper. D
Justitiæ & pacis placeant tibi verba loquendo.
Pax, precor, alma tuo placeat tibi semper in ore.
Semper in ore tuo resonent pia verba salutis.
Rex sapiens populum melius defendit ab hoste.
Insipiens rector populum dispersent omnem.
Gloria magna quidem regi est sapientia justa.
Injuriasque tuas in fratrem ulciscere noli.
Semper avarus amat mendacia, furta, rapinas.
Sufficiat rerum dederat tibi quod Deus ipse.
Quid terrenus homo, pulvis & terra superbit?
Principium sceleris proh dira superbia constat
Sit tibi cura tuæ, tota virtute, salutis.
Una dies, quales fuerint, ostendit amicos.
Peccasti solus, ignoscere tu tibi noli.
Quod tacitum cupias, tacito committe sodali. E
Invidiam nimio cultu vitare memento.
Invidiæ maculat famam mala pestis honestam.
Nil sine consilio facias: sic facta probantur.
Qui Domino credit, servat mandata salutis.
Semper enim sapiens metuit sibi judicis iram.
Instanter facias, sors quæ tibi tradat agenda.
Cum homine injusto nolito manere frequenter.
Nec redit unda fluens, nostrum nec tempus in annis.
Omnia finis edax devastat gaudia mundi.
Qui pius & clemens, Dominus miserebitur illi.
Infer nullatenus benefactis mente querelas.
Improperes numquam, dederis munuscula si qua.
Omnis pertractet primum mens verba loquelæ.
Corporis auxilium medico permitte fideli.
Dum poteris, benefac caro tu semper amico.
Sic novus atque novum vinum veterascat amicus.
Rebus in adversis numquam dimittis amicum.
Semper amicus amat, duratque fidelis amicus.
Alma dies noctem sequitur; sic dona labores.
Tempora dum variant, animus sit semper honestus.
Consilio mentis quodque imminet ante videto.
Dum tibi vita viget, lacrymis mala crimina purges.
Noli iterare scelus, lacrymis dum diluis illud.
Luxuriis animo noli servire malignis.
Qui modica spernit, minuit majora per horas.
Tollitur ex numero sanctorum perfidus omnis.
Oderit insipiens sapientis verba magistri.
Excitat in risus fratres verbosus amaros.
Nil illo pejus, sceleri qui gaudet iniquo.
Cui secreta quidem credas cautissime cerne.
Corripe peccantem; noli & dimittere amicum.
Corripere est melius notum quam perdere amicum.
Qui fratri ignoscit, ignoscit Christus & illi.
Observat sapiens sibi tempus in ore loquendi.
Insipiens loquitur spretum sine tempore verbum.
Multiloquax animam meritis denudat honestis.
Gloria quippe Deum Dominumque est magna timere.
Radix est sophiæ Dominum de mente timere.
Aurum flamma probat; homines tentatio justos.
Sperate in Domino, & veniet miseratio vobis.
Dilige, qui cupias cæli bona gaudia, Christum.
Felices faciet natos benedictio patris.
Pauperis & miseri mentem ne afflixeris umquam.
Diligit Sophia se semper Christus amantem.
Ne citus in lingua fueris, nec segnis in actu.
Non erit innocuus falsus per famina testis.
Divitias addit Domini benedictio plures.
Jam magnum reddas modico tu munus amico.
Semper amicus amat: amor est pretiosior auro.
Dives erit, dure semper qui operatur in agro.
Otia qui sequitur, veniet huic semper egestas.
Omnibus est opibus melior vir mente fidelis.
Exsuperat numerus justorum regna potentum.
Ecce timens Dominum vivet felicibus annis.
Exspectat lætus cælestia gaudia justus.
Impius horrendas spectat pro crimine pœnas.
Corruit in præceps populus rectore nefando.
Præparat æternam mitis clementia vitam.
Qui bona sectatur, prima bene surgit in hora.

V. 86. *Hoc alii*] Ms. S. Galli, *hoc alio*. Quæ lectio Goldasto magis placet. Nec sane desunt exempla, quæ *alio* pro *alii* perhibent.

V. 106. *Censes*] Gold. *causes*.

V. 109. *Qui prod.*] Hunc versum relatum habes supra ✠. 25.

V. 112. *Cathegita*] Doctrix, magistra.

V. 114. *Conditus*] Ita ne tibi nullum discrimen inter *condere* & *condire*? Gold.

V. 136. *Constat*] Leg. *conflat*.

V. 153. *Omnis*] Aptius & commodius legit *omnia* Gold.

V. 154. *Permitte*] Leg. *committe*.

V. 157. *Dimittis*] Leg. *dimittito*.

V. 158. *Fidelis amicus*] Legit Canisius, *fid. ubique*. Sed nihil mutandum censet Goldastus: dictum nempe *κατ' ἐπανάληψιν*, eo modo atque illud Juvenalis:

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.


V. 174. *In ore*] Legit *more* Canisius. Sed lectionem haud solicitandam putat Goldastus. Vide supra ✠. 153.

V. 184. *Diligit Sophia*] Ms. S. Galli: *Diligit en Sophia*. Nihil verius. Christus Sophia numquam non redamat se amantem. Prov. VIII. 17. *Ego diligentes me diligo*. Gold.

V. 187. *Divitias cet.*] Vide supra ✠. 9.

V. 193. *Exsuperat cet.*] Ms. Leod.

Exaltat numerus justorum regna potenter.



Multorum profert sapientis lingua salutem.
Hostibus in bello dominatur dextera fortis.
Serviet & segnis duro sub fasce laborum.
Lingua placata sibi multos acquirit amicos.
A Pone tuis verbis vectes serasque loquelis.
Qui præcepta Dei metuit, in pace moratur.
Nam bona perpetuam tribuet doctrina salutem.
Diligit hic natum, virga qui corrigit illum.

V. 207. *Corrigit*] Ms. S. Galli, *corripit*.

III.

Ad Fedolium

Epistola.

Accipe quæso
Nunc bipedali
Condita versu
Carminulorum,
Munera parva:
Tuque frequenter
Mutua nobis
Obsequiorum
Debita redde.
Nam velut æstu
Flantibus Austris
Arida gaudent
Imbribus arva;
Sic tua nostras
Missa frequenter
Lætificabit
Pagina mentes.
Non ego posco
Nunc perituræ
Munera gazæ;
Non, quod avarus
Semper agendo
Congregat, aurum;
Quod sapientum
Lumina cæcat,
Et velut ignis
Flamma perurit
Improba corda.
Sæpe nefanda
Crimina multis
Suggerit auri
Dira cupido;
E quibus ista
Nunc tibi pauca,
Tempore prisco
Gesta retexam.
Exstitit ingens
Caussa malorum
Aurea pellis.
Corruit auri
Munere parvo
Cœna dearum,
Ac tribus illis
Maxima lis est
Orta deabus.
Hinc populavit.
Trojugenarum
Ditia regna
Dorica pubes.
Juraque legum
Fasque fidesque
Rumpitur auro.
Impia quippe
Pygmalionis
Regis ob aurum
Gesta leguntur.
Sic Polydorum
Hospes avarus
Incitus auro
Fraude necavit.
Femina sæpe
Perdit ob aurum
Casta pudorem.
Non Jovis auri
Fluxit in imbre;
Sed quod adulter
Obtulit aurum,
Aureus ille
Fingitur imber.
Amphiaraum
Prodidit auro
Perfida conjunx.
Hectoris heros
Vendidit auro
Corpus Achilles.
Et reserari
Munere certo
Nigra feruntur
Limina Ditis.
Nunc ego possem
Plura referre,
Ni brevitatis
Caussa vetaret.
Hæc tibi, frater
Inclyte, parva
Litterularum
Munera mittens,
Suggero vanas
Linquere curas.
Desine, quæso,
Nunc animosos
B Pascere pingui
Farre caballos,
Lucraque lucris
Accumulando,
Desine nummis
Addere nummos.
Ut quid iniquis
Consociaris,
Munera quorum
Crebra receptas?
Odit iniqui
Munera Christus.
Hæc sapienti
C Despicienda,
Qui fugitivæ
Atque caducæ
Cernere debet
Tempora vitæ.
Sufficit autem
Ista loquaci
Nunc cecinisse
Carmina versu.
Nam nova forsan.
Esse videtur
Ista legenti
Formula versus.
Sed tamen illa
Trojugenarum
D Inclyta Vates
Nomine Sappho
Versibus istis
Dulce solebat
Edere carmen.
Si tibi cura
Forte volenti
Carmina tali
Condere versu,
Semper ut unus
Ordine certo
Dactylus istic
Incipiat pes.
Inde sequenti
Parte trochæus
Proximus illi
Rite locetur.
Sæpe duabus
Claudere longis
Ultima versus
Jure licebit.
Tu modo, frater
Alme Fedoli,
Nectare nobis
Dulcior omni,
Floridiora
Doctiloquorum
Carmina linquens,
Frivola nostra
Suscipe lætus.
Sic tibi Christus
Arbiter orbis,
Omnipotentis
Unica proles,
Dulcia vitæ
Gaudia reddat:
Qui sine fine
Nomine Patris
Cuncta gubernans
Regnat in ævum.

Hæc tibi dictatam morbis oppressus acerbis,
Corpore quos fragili patior, tristique senecta.
Nam dum præcipiti labuntur tempora cursu,
Nunc ad Olympiadis ter senos venimus annos.
Omnia prætereunt, fugit inreparabile tempus.
Vive, vale lætus, tristisque memento senectæ.

V. 39. *Aurea pellis*] Plerisque *aureum vellus*.
V. 46. *Populavit*] Archaismus.
V. 66. *Adulter*] Edit. Bibl. PP. Lugd. *ad inter*. Pessime.
E V. 67. *Obtulit aurum*] In eadem edit. improvide omittitur hic versus.
V. 163. *Ter senos*] Alter ms. *ter senæ*.

IV.

In Mulieres.

Omnis mente pius fugiat mortale venenum,
Quod mulieris habet lingua superba malæ.
Conlatum vitæ destruxit femina culmen:
Femina sed vitæ gaudia longa dedit.

F I N I S.

INDEX OPERUM
S. COLUMBANI ABBATIS

I. REGULA COENOBIALIS

II. POENITENTIALIS.

III. DE POENITENTIARUM MENSURA TAXANDA.

IV. SERMONES, SIVE INSTRUCTIONES VARIÆ.

V. EPISTOLÆ VI. AD DIVERSOS.

Nunc primum pro temporum ratione digestæ.

VI. CARMINA.

JOANNIS

ABBATIS BICLARIENSIS

CHRONICON,

CONTINUANS

UBI

VICTOR DESINIT.

Nunc pluribus in locis restitutum.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
590.



J O A N N I S
ABBATIS BICLARIENSIS
C H R O N I C O N,
CONTINUANS
UBI
VICTOR DESINIT.

POst Eusebium, Cæsariensis ecclesiæ episcopum, Hieronymum toto orbe notum presbyterum, nec non & Prosperum, virum religiosum, atque Victorem Tununensis ecclesiæ Africanæ episcopum, qui historiam omnium pæne gentium summa brevitate & diligentia contexere visi sunt, & usque ad nostram ætatem congeriem perduxerunt annorum, & quæ acta sunt in mundo ad agnitionem nostram transmiserunt: nos ergo in adjutorio D. N. Jesu Christi, quæ temporibus nostris acta sunt, ex parte quod oculata fide pervidimus, & ex parte quæ ex relatu fidelium didicimus, studuimus ad posteros notescenda brevi stilo transmittere.

Quinta decima ergo Indictione, ut dictum est, Justiniano mortuo, Justinus junior nepos ejus Romanorum efficitur imperator.

ROMANORUM LIII. regnat Justinus junior annis XI. qui Justinus anno primo regni sui, ea quæ contra synodum Chalcedonensem fuerant commentata, destruxit symbolumque sanctorum CL. patrum Constantinopoli congregatorum, & in synodo Chalcedonensi laudabiliter receptum, in omni catholica Ecclesia a populo concinendum intromisit, prius quam dominica dicatur oratio.

Armenorum gens & Iberorum, qui a prædicatione Apostolorum Christi susceperunt fidem, dum a Cosdra Persarum imperatore ad culturam idolorum compellerentur, renuentes tam impiam jussionem, Romanis se cum provinciis suis tradiderunt: quæ res inter Romanos & Persas pacis fœdera rupit.

Anno II. memorati principis, in regia urbe Ætherius & Additus patricii, dum Justino mortem vellent veneno potius quam ferro per medicos inferre, detecti capitali sententia puniri jussi, prior a feris devoratus, secundus incendiis concrematus interiit. Justinus filius Germani patricii, consobrinus Justini imperatoris, factione Sophiæ Augustæ in Alexandria occiditur. His temporibus Athanaildus rex Gothorum in Hispania vitæ finem suscepit, & Luiba pro eo in regnum provehitur.

Anno III. Justini imp. Garamantes per legatos, paci R. P. & fidei Christianæ sociari desiderantes poscunt: qui statim utrumque impetrant. Theodorus præfectus Africæ a Mauris interfectus est. Mauritarum gens his temporibus fidem recipit. Hujus imperii anno III. Leovigildus germanus Luibani regis, superstite fratre, in regnum citerioris Hispaniæ constituitur: Gosuintham relictam Athanaildi in conjugium accipit: & provinciam Gothorum quæ jam pro rebellione diversorum fuerat diminuta, mirabiliter ad pristinos revocat terminos.

A Anno IV. Justini imp. qui est Leovigildi regis secundus annus, Theoctistus magister militum provinciæ Africanæ a Mauris bello superatus interiit.

Leovigildus rex loca Bastaniæ & Malacitanæ urbis, repulsis militibus, vastat: & victor solio redit. Justinus imper. per Tiberium excubitorum comitem in Thracia bellum genti Barbarorum ingerit, & victor Tiberius Constantinopolim redit. In provincia Gallæciæ, Miro post Theodomirum Suevorum rex efficitur.

Anno V. Justini imper. qui est III. Leovigildi regis annus, Justinus imperator Armeniam & Iberiam, repulsis Persis, Romanas provincias facit: & B bellum Persarum imperator per duces [1] parcit. Amabilis magister militiæ Africanæ a Mauris occiditur. Leovigildus rex Asinodam fortissimam civitatem, proditione cujusdam Frainidanei nocte occupat: & militibus interfectis, memoratam urbem ad Gothorum revocat jura. Donatus abbas monasterii Pernitani mirabilium operator clarus habetur.

Anno VI. Justini imp. qui est Leovigildi regis IV. annus, Gepidarum regnum finem accepit, qui a Longobardis prœlio superati, Cunicmundus rex campo occubuit: & thesauri ejus per Trasaricum Arrianæ sectæ episcopum, & Reptilanem Cunicmundi nepotem Justino imp. Constantinopolim ad integrum C perducti sunt. Leovigildus rex Cordubam civitatem diu Gothis rebellem nocte occupat, & cæsis hostibus propriam facit: multasque urbes & castella, interfecta rusticorum multitudine, in Gothorum dominium revocat. Miro Suevorum rex bellum contra Aragones movet. Domnus Helenensis ecclesiæ episcopus clarus habetur.

Anno VII. Justini imp. qui est Leovigildi V. annus, Alboinus Longobardorum rex factione conjugis suæ a suis nocte interficitur. Thesauri vero ejus cum ipsa regina in reip. Romanæ ditionem obveniunt: & Longobardi sine rege & thesauro remansere. His diebus Luiba rex vitæ finem accepit: & D Hispania omnis in regno & potestate Leovigildi regis Galliaque Narbonensis concurrit. Justinus imperator gravi infirmitate concutitur: quæ infirmitas ab aliis quidem cerebri motio, ab aliis dæmonum vexatio putabatur. In regia urbe mortalitas inguinalis plagæ exardescit: in qua multa millia hominum vidimus defecisse. Leovigildus rex Sabariam ingressus Sabos vastat, & provinciam ipsam in suam redigit ditionem: duosque filios suos ex amissa conjuge, Ermenegildum & Recaredum, consortes regni facit. Legati gentis Macuritarum Constantinopolim veniunt: dentes elephantinos & camelopardalim Justino principi munera afferentes

1, *Parcit*] *peragit*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 590.



fibi cum Romanis amicitias conciliant. Poft Joannem Romanæ ecclefiæ Benedictus ordinatur epifcopus. Præfuit annis IV. Maufona Emeritenfis ecclefiæ epifcopus in noftro dogmate clarus habetur. A

Anno VIII. Juftini, qui & Leovigildi VI. annus, Perfæ cum Romanis pacis fœdera rumpunt: & congreffione facta Daras civitatem fortiffimam bello fuperant, & cæfa multitudine Romanorum memoratam urbem ingreffi depopulati funt.

His diebus Leovigildus rex Cantabriam ingreffus provinciæ pervafores interficit: Amaya occupat: opes eorum pervadit, & provinciam in fuam revocat ditionem.

Juftinus imp. Tiberium quem fuperius excubitorum comitem diximus, Cæfarem facit, & non multo poft imperiali faftigio provehit & reip. principem defignat. Hujus Tiberii Cæfaris die prima in regia urbe inguinalis plaga fedata eft. B

Anno IX. Juftini imperatoris, qui eft Leovigildi regis VII. annus, Cofdroes Perfarum imperator cum nimia multitudine exercitus ad vaftandos Romanorum terminos promovet: cui Juftinianus dux Romanæ militiæ & magifter militum orientis a Tiberio deftinatus bellum parat: & in campis qui inter Daras & [1] Nezinios ponuntur, forti pugna congreffus, habens fecum gentes fortiffimas quæ barbaro fermone Hermam nuncupantur, memoratum imperatorem bello fuperat. Quo cum fuo exercitu in fugam verfo, caftra ejus pervadit: & provinciæ Perfidæ fines victor Juftinianus vaftat, exuviafque eorum pro triumpho Conftantinopolim dirigit, XXIV. elephantos inter cetera, qui magnum fpectaculum Romanis in urbe regia exhibuerunt. Prædam vero de manubiis Romanorum ..... Perfarum multitudo ob nimiam vilitatem nummo publico venumdata funt. Leovigildus rex Aregenfes [2] montibus ingreditur. Afpidium loci feniorem cum uxore & filiis captivos ducit, opefque ejus ac loca in fuam redigit poteftatem. Aramundarus Saracenorum rex Conftantinopolim venit, & cum ftemmate fuo & donis Barbariæ Tiberio principi occurrit. Qui a Tiberio benigne exceptus & donis opimis exornatus ad patriam abire permiffus eft. C D

Anno X. Juftini imp. qui eft Leovigildi regis VIII. annus, Bandarius gener Juftini principis a Longobardis prœlio vincitur: & non multo poft vitæ finem accipit. Romanus filius Anagafti patricii magifter militiæ, gentis Suevorum regem vivum cepit: quem cum fuo thefauro, uxore & filiis Conftantinopolim adducit, & provinciam eorum in Romanorum dominium redigit. Leovigildus rex in Gallæcia Suevorum fines conturbat, & a rege Mirone per legatos rogatus pacem eis pro parvo tempore tribuit. Sclavini in Thracia multas urbes Romanorum pervadunt: quas depopulatas vacuas reliquere. Abares litora maris captiofe obfident, & navibus litora Thraciæ navigantibus fatis infefti funt. Poft Benedictum Romanæ ecclefiæ Pelagius junior ordinatur epifcopus. Præeft ann. XI. E

Anno XI. regni fui Juftinus diem claufit extremum, & Tiberius fingulare obtinuit imperium.

ROMANORUM LIV. Tiberius regnat annis VI.

Anno ergo primo imperii Tiberii, qui eft Leovigildi annus IX. Abares Thracias vaftant, & regiam urbem a muro longe obfident. Leovigildus rex Orofpedam ingreditur, & civitates atque caftella ejufdem provinciæ occupat, & fuam provinciam facit: & non multo poft inibi Ruftici rebellantes a Gothis opprimuntur: & poft hæc integra a Gothis poffidetur Orofpeda.

Anno II. Tiberii imperatoris qui eft Leovigildi annus X. Gennadius magifter militum in Africa Mauros vaftat: Gafmulem fortiffimum regem qui jam tres duces fuperius nominatos Romani exercitus interfecerat, bello fuperat, & ipfum regem gladio interficit. Tiberius Mauricium excubitorum comitem magiftrum militiæ orientis inftituit, & ad repugnandum Perfis direxit. Romani contra Longobardos in Italia lacrymabile bellum gerunt.

Leovigildus rex, extinctis undique tyrannis & pervaforibus Hifpaniæ fuperatis, fortitus requiem propria cum plebe refedit, & civitatem in Celtiberia ex nomine filii condidit, quæ Recopolis nuncupatur: quam miro opere & mœnibus & fuburbanis adornans privilegia populo novæ urbis inftituit. Joannes presbyter ecclefiæ Emeritenfis clarus habetur.

Anno III. Tiberii imp. qui eft Leovigildi XI. annus, Abares a finibus Thraciæ pelluntur, & partes Græciæ atque Pannoniæ occupant. Leovigildus rex Hermenegildo filio fuo filiam Sisberti regis Francorum in matrimonium tradit: & provinciæ partem ad regnandum tribuit. Leovigildo ergo quieta pace regnante adverfariorum domeftica rixa conturbat. Nam eodem anno filius ejus Hermenegildus factione Gofuinthæ reginæ tyrannidem affumens, in Hifpali civitate rebellione facta recluditur, & alias civitates atque caftella fecum contra patrem rebellare facit. Quæ cauffa in provincia Hifpaniæ tam Gothis, quam Romanis majoris exitii, quam adverfariorum infeftatio fuit. Novellus Complutenfis epifcopus clarus habetur.

Anno IV. Tiberii, qui eft Leovigildi XII. annus, Mauricius magifter militum orientis contra Perfas bellum movet, & repulfa Perfarum multitudine in oriente hiemavit. Leovigildus rex in urbem Toletanam fynodum epifcoporum fectæ Arrianæ congregat, & antiquam hærefim novello errore emendat, dicens de Romana religione ad noftram catholicam fidem venientes non debere baptizari, fed tantummodo per manus impofitionem & communionis [3] præceptionem pollui, & gloriam Patri per Filium in Spiritu fancto [4] dare. Per hanc ergo feductionem plurimi noftrorum cupiditate potius impulfi in Arrianum dogma declinant.

Anno V. Tiberii, qui eft Leovigildi XIII. annus, Longobardi in Italia regem fibi ex fuo genere eligunt vocabulo Antarich, cujus tempore & milites Romani omnino funt cæfi, & terminos Italiæ Longobardi fibi occupant. Sclavinorum gens Illyricum & Thracias vaftant.

Leovigildus rex partem Vafconiæ occupat, & civitatem quæ Victoriacum nuncupatur, condidit. Ti-

1. *Nezinios*] *Nezivios.*
2. *Aregenfes montibus*] *Aragonenfes montes.*
3. *Præceptionem pollui*] *Perceptionem ablui.*
4. *Dare*] *Dari.*

berius imperator magiſtro militum orientis filiam ſuam in conjugium tradit.

Anno VI. Tiberii qui eſt Leovigildi XIV. annus, Tiberius vitæ terminum dedit, & Mauricius pro eo Romanorum imperator efficitur.

ROMANORUM [1] XV. Mauricius regnat annos XX. Leovigildus rex exercitum ad expugnandum tyrannum filium colligit.

Anno ergo primo Mauricii imperatoris, qui eſt Leovigildi regis XV. annus, Leovigildus rex civitatem Hiſpalenſem congregato exercitu obſidet, & rebellem filium gravi obſidione concludit: in cujus ſolatio Miro Suevorum rex ad expugnandam Hiſpalim devenit, ibique diem clauſit extremum: cui Eburicus filius in provincia Gallæciæ in regnum ſuccedit. Interea Leovigildus rex ſupra dictam civitatem, nunc fame, nunc ferro, nunc Bætis concluſione omnino conturbat.

Anno II. Mauricii imperatoris, qui eſt Leovigildi XVI. annus, Leovigildus muros Italicæ antiquæ civitatis reſtaurat: quæ res maximum impedimentum Hiſpalenſi populo exhibuit. His diebus Andeca in Gallæcia Suevorum regnum cum tyrannide aſſumit: & Siſeguntiam relictam Mironis regis in conjugium accepit: Eboricum regno privat, & monaſterii monachum facit. Leovigildus rex filio Hermenegildo ad rempubl. commigrante, Hiſpalim pugnando ingreditur: civitates & caſtella quas filius occupaverat, cepit, & non multo poſt memoratum filium in Cordubenſi urbe comprehendit, & regno privatum in exſilium Valentiam mittit.

Mauricius imperator contra Longobardos Francos per conductelam movet: quæ res utrique genti non parva contulit damna.

Eutropius abbas monaſterii Servitani diſcipulus ſancti Donati clarus habetur.

Anno III. Mauricii, qui eſt Leovigildi XVII. annus, Mauricius per duces bellum infert. Leovigildus rex Gallæcias vaſtat. Andecanim regem comprehenſum regno privat. Suevorum gentem, theſaurum & patriam ſuam in poteſtatem redigit, & Gothorum provinciam facit. Hermenegildus in urbe Tarraconenſi a Sisberto interficitur.

Franci Galliam Narbonenſem occupare cupientes cum exercitu ingreſſi: in quorum congreſſionem Leovigildus Recaredum filium obviam mittens, & Francorum eſt ab eo exercitus repulſus, & provincia [2] Gallæciæ ab eorum infeſtatione eſt liberata. Caſtra vero duo cum nimia hominum multitudine, unum pace, alterum bello occupat. Caſtrum vero quod Hodierno vocatur, tutiſſimum valde in ripa Rodani fluminis ponitur: quod Recaderus rex fortiſſima pugna aggreſſus obtinuit: & victor ad patrem patriamque redit. Andeca vero regno privatus tondetur, & honore presbyterii poſt regnum honoratur. Non dubium quod in Eiborico regis filio rege ſuo fecerat, patitur: & exſilio Pacenſi urbe relegatur. Malaricus in Gallæcia tyrannidem aſſumens, quaſi regnare vult: qui ſtatim a ducibus Leovigildi oppreſſus comprehenditur, & Leovigildo vinctus præſentatur. Leander Hiſpalenſis eccleſiæ epiſcopus clarus habetur.

Anno IV. Mauricii imperatoris, qui eſt Leovigildi regis XVIII. annus, Anthane Longobardorum rex cum Romanis congreſſione facta ſuperat, & cæſa multitudine militum Romanorum Italiæ fines occupat.

Hoc anno Leovigildus rex diem clauſit extremum: & filius ejus Recaredus cum tranquillitate regni ejus ſumit ſceptra.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 590.

Anno V. Mauricii imperatoris Romanorum, qui eſt Recaredi regis primus feliciter annus, Mauricius Theodoſium filium ſuum ex filia Tiberii imp. natum Cæſarem facit. Pelagio juniore mortuo, Romanæ eccleſiæ Gregorius in epiſcopatum ſuccedit. Præeſt annis XV. Romani per Francorum adjutorium Longobardos vaſtant, & provinciæ Italiæ partem in ſuam redigunt poteſtatem. Sisbertus interfector Hermenegildi morte turpiſſima perimitur. Recaredus primo regni ſuo anno, menſe X. catholicus, Deo juvante, efficitur, & ſacerdotes ſectæ Arrianæ ſapienti colloquio aggreſſus ratione potius, quam imperio converti ad catholicam fidem facit: gentemque omnium Gothorum & Suevorum ad unitatem & pacem revocat Chriſtianæ eccleſiæ. Sectæ Arrianæ, gratia divina, in dogmate veniunt Chriſtiano.

Deſiderius Francorum rex dux Gothis ſatis infeſtus a ducibus Recaredi regis ſuperatur: & cæſa Francorum multitudine in campo moritur.

Recaredus rex aliena a prædeceſſoribus direpta & fiſco ſociata placabiliter reſtituit. Eccleſiarum & monaſteriorum conditor & ditator efficitur.

Anno VI. Mauricii, qui eſt Recaredi II. annus, quidam ex Arrianis Sunna epiſcopus, & Seggo cum quibusdam tyrannidem aſſumere cupientes, deteguntur. Convicti, Sunna exſilio truditur, & Seggo manibus amputatis Gallæciam exſulans mittitur. Mauricius Theodoſium filium quem ſupra Cæſarem diximus, Romanorum imperatorem facit.

Anno VII. Mauricii, qui eſt Recaredi Regis III. annus, Uldila epiſcopus cum Goſuintha regina inſidiantes Recaredo manifeſtantur: & fidei catholicæ communionem quam ſub ſpecie Chriſtiana quaſi ſumentes projiciunt, publicantur. Quod malum in cognitionem hominum deductum, Uldila exſilio condemnatur: Goſuintha vero catholicis ſemper infeſta vitæ tunc terminum dedit. Francorum exercitus a Gonterano rege tranſmiſſus, Boſone duce, in Galliam Narbonenſem obveniunt, & juxta Carcaſſonenſem urbem caſtra metati ſunt. Cui Claudius Luſitaniæ dux a Recaredo rege directus obviam inibi occurrit: cum quo congreſſione facta, Franci in fugam vertuntur, & direpta caſtra Francorum: & exercitus a Gothis cæditur. In hoc ergo certamine gratia divina, & fides catholica quam Recaredus rex in Gothis fideliter adeptus eſt, eſſe noſcitur operata: quoniam non eſt difficile Deo noſtro, [3] ſi in paucis una [4] in multis detur victoria. Nam Claudius dux cum CCC. viris LX. millia ferme Francorum noſcitur infugaſſe, & maximam eorum partem gladio trucidaſſe. Non immerito Deus laudatur temporibus noſtris in hoc prœlio eſſe operatus, qui ſimiliter ante multa temporum ſpatia per manum ducis Gedeonis [5] MCCC. viris multa millia Madianitarum Dei populo infeſtantium noſcitur exſtinxiſſe.

1. XV.] Lege IV.
2. Gallæciæ] Galliæ.
3. *Si in paucis*] *Si paucis*.
4. *In multis*] *Multis*.
5. MCCC.] Reſcribe CCC. Vid. *Jud.* VII. 9. Locum iſtum prætereere Scaliger & Cariſius.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 590.

Anno VIII. Mauricii imperatoris, qui est Recaredi IV. annus, sancta synodus episcoporum totius Hispaniæ, Galliæ & Gallæciæ in urbe Toletana, præcepto principis Recaredi congregatur episcoporum numero LXII. in qua synodo intererat memoratus Christianissimus Recaredus, ordinem conversionis suæ & omnium sacerdotum, vel gentis Gothicæ confessionem tomo scriptam manu sua episcopis porrigens, & omnia quæ ad professionem fidei orthodoxæ pertinent, innotescens; cujus tomi ordinem decrevit sancta episcoporum synodus canonicis applicare monumentis. Summa tamen synodalis negotii penes sanctum Leandrum Hispalensis ecclesiæ episcopum, & beatissimum Eutropium monasterii Servitani abbatem fuit. Memoratus vero Recaredus rex, ut diximus, sancto intererat concilio renovans temporibus nostris antiquum principem Constantinum magnum sanctam synodum Nicænam sua illustrasse præsentia: nec non & Marcianum Christianissimum imperatorem, cujus instantia Chalcedonensis synodi decreta formata sunt. Siquidem & in Nicæna urbe hæresis Arriana & initium sumsit & damnationem meruit, radicibus non amputatis. Chalcedone vero Nestorius & Eutychius una cum Dioscoro ipsorum patrono, & hæresibus propriis condemnati sunt. In hac vero sancta Toletana synodo Arrii perfidia post longas catholicorum neces atque innocentium strages ita radicitus amputata est, insistente principe memorato Recaredo rege, ut ulterius non pullulet, catholica ubique pace data ecclesiis. Hæc ergo nefanda hæresis, secundum quod scriptum est, *De domo Domini exiet tentatio ab Alexandria, &c.* detegente sancto Alexandro ejusdem urbis episcopo, per A Arrium presbyterum inolevit: qui in Nicæna synodo CCCXIIX. episcoporum judicio, vigesimo imperii Constantini senioris anno synodaliter damnationem cum proprio errore suscepit. Quæ post hæc non solum Orientis & Occidentis partem maculavit, sed & Meridianam & Septemtrionis plagam, & ipsas insulas sua perfidia irretivit. A vigesimo ergo Constantini principis anno, quo tempore hæresis Arriana initium sumsit, usque in octavum annum Mauricii principis Romanorum, qui est Recaredi quartus regni annus, anni sunt CCLXVI. quibus Ecclesia catholica hujus hæresis infestatione laboravit. Sed favente Deo vicit, quoniam fundata est super petram. In his ergo temporibus quibus omnipotens B Deus, prostrato veternosæ hæresis veneno, pacem suæ restituit Ecclesiæ, imperator Persarum Christi suscepit fidem, & pacem cum Mauricio imperatore firmavit. Recaredo ergo orthodoxo quieta pace regnante, domesticæ insidiæ prætenduntur. Nam quidam ex cubiculo ejus, etiam provinciæ dux, nomine Argimundus, adversus Recaredum regem tyrannidem assumere cupiens, ita ut, si posset, eum & regno privaret & vita. Sed nefandi ejus consilii detecta machinatione, comprehensus, & in vinculis ferreis redactus, habita discussione, socii ejus impiam machinationem confessi condigna sunt ultione interfecti. Ipse autem Argimundus qui regnum assumere cupiebat, primum verberibus interrogatus, deinC de turpiter decalvatus, post hæc dextra amputata, exemplum omnibus in Toletana urbe, Asino sedens pompizando dedit, & docuit famulos [1] dominii non esse superbos.

1. *Dominii*] Ita Scaliger. At Canisius in edit. Basnag. *Domini*. Quæ quidem haud paucis & lacunis laborat.

B. DOROTHEI
ARCHIMANDRITÆ
EXPOSITIONES ET DOCTRINÆ XXIV.

EX INTERPRETATIONE

HILARIONIS VERONEI

RECOGNITA ET EMENDATA.

****

Nunc autem opus integrum recensitum, notisque nonnullis illustratum.

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΔΩΡΟΘΕΟΥ

Διδασκαλίαι ψυχωφελεῖς διάφοροι.

SANCTI PATRIS NOSTRI

DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ

Expositiones & Doctrinæ diversæ, animabus perutiles.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΔΩΡΟΘΕΟΥ.

A

Ἴσεον ὅτι δύο γεγόνασι Δωρόθεοι καὶ δύο Βαρσανούφιοι· οἱ μὲν, τὰ Σεβήρου νοσήσαντες, οἱ δὲ ὀρθοδοξίαν καὶ τελείαν ἄσκησιν ἀσπασάμενοι. καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ ἐμφερόμενοι τῇδε τῇ βίβλῳ· ὅθεν καὶ ἀποδεκτέαν ταύτην ἔχομεν καὶ ἐνάρετον καὶ ψυχωφελῆ ὅτι μάλιστα, ὡς τοῦ μακαρίου Δωροθέου, τοῦ ὀρθοδόξου καὶ ἐπισήμου φανέντος ἐν τοῖς πατράσι, τῷ ὄντι ὑπάρχουσαν πόνημα, καὶ οὐ τοῦ ἑτερόφρονος καὶ σκαιοῦ. καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ἡμῶν καὶ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητὴς Θεόδωρος ὁ τῶν Στουδίου πεφηνὼς πάνσοφος ἡγούμενος, ἐν τῇ διαθήκῃ τῇ πρὸς ἑαυτοῦ μαθητὰς δὴ μάλα ἐδίδαξε μετὰ τὸ ὑποσημειώσασθαι τῆς ἑαυτοῦ πίστεως τὸ φρόνημα, καὶ ἀποκηρύξαι συλλήβδην τοὺς ἀθέους αἱρετικοὺς, φήσας οὕτως προσέτι· καὶ πᾶσαν βίβλον θεόπνευστον παλαιᾶς τε καὶ νέας διαθήκης ἀποδέχομαι· ἔτι γε μὴν καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν θεσπεσίων πατέρων, διδασκάλων τε καὶ ἀσκητῶν τοὺς βίους τε καὶ τὰ θεῖα συγγράμματα. τοῦτο δὲ εἴρηκα διὰ τὸν φανεροβλαβῆ Πάμφιλον τὸν ἀπὸ ἀνατολῆς φοιτήσαντα, καὶ τούσδε τοὺς ὁσίους διαβαλόντα, λέγω δὲ Μάρκον, Ησαΐαν, Βαρσανούφιον, Δωρόθεόν τε καὶ Ησύχιον· οὐ μὲν Βαρσανούφιον καὶ Ησαΐαν καὶ Δωρόθεον, τοὺς τῶν ἀκεφάλων συνακεφάλους, καὶ τοὺς λεγομένους δεκακεράτων συνωμοκεράτους, καὶ ὑπὸ τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου ἐν τῷ λιβέλλῳ αὐτοῦ ἀναθεματιζομένους· ἑτέρων δηλονότι παρὰ τούσδε ὄντων τῶν προειρημένων· οὓς ἐγὼ πατροπαραδότως ἀποδέχομαι διὰ ἐρωτήσεως τοῦ ἤδη ἀρχιερατεύσαντος Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου· ἑτέρων τε ἀξιοπίστων προσώπων αὐτοχθόνων τε καὶ ἀνατολικῶν. καὶ τὰ τὸ καὶ τὴν εἰκόνα Βαρσανουφίου ἐν τῇ θείᾳ ἐνδυτῇ τῇ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας συνίστασθαι ἁγίοις πατράσιν, Αντωνίῳ, Εφραὶμ καὶ ἑτέροις· καὶ ὡς μήτι ἐν ταῖς διδασκαλίαις αὐτῶν εὑρηκὼς ἀσέβημα, τοὐναντίον δὲ καὶ πολλὴν ψυχικὴν λυσιτέλειαν· ἰδοὺ τοίνυν διακεκρινήσατο ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Θεόδωρος τὴν τῶν ἑκατέρων Δωροθέων δόξαν, καὶ τὴν τοῦ ἐνταῦθα ἐμφερομένου διδασκαλίαν, ὡς ὠφελιμωτάτην εἶναι ἀπεφήνατο· ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν ἀληθῶς ψυχωφελὴς πάνυ· καθ' ἣν ὁ ἀκριβαζόμενος τὸν ἑαυτοῦ βίον, εἰς τὸ τέλειον μέτρον ἐν Χριστῷ τῆς ἀρετῆς ἐλάσειε· καὶ τῷ τῆς ἀπαθείας στεφάνῳ ἐφθακὼς ἐγκοσμηθήσεται, καὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς μετὰ τῶν ἁγίων ἀξιωθήσεται.

PRÆFATIO SANCTI DOROTHEI.

Cum duo Dorothei, totidemque Barsanuphii fuerint, quorum alteri Severi errores defenderunt, alteri sanam doctrinam & pietatis exercitia retinuerunt; sciendum est eorum ipsorum qui recte senserunt, in hoc libello mentionem fieri. Quem & virtutum præcepta tradentem, & quæ animam quoque meliorem reddere possint, docentem, nobis amplectendum esse sciamus. Idque eo magis, quod beati ejus Dorothei, qui inter sanctos patres & recte sentientis & laudati viri nomen tulit, citra B controversiam hic labor est: ac nequaquam alterius illius nova atque aliena opinantis ac male consiliati hominis. Cujus rei Theodorus pater noster Christique confessor, qui studiorum omnium eruditione & sapientia præcellere putatur, testis est locupletissimus. Qui cum in supremo suo elogio quod inter discipulos condiderat, suæ fidei confessionem edidisset, & impiarum de Deo & vera religione opinionum auctores ad unum omnes sua hereditate indignos judicasset, inter cetera inquit: Omnia quidem a Deo tradita novi ac veteris testamenti volumina agnosco: ac præterea sanctorum divinorumque patrum & doctorum vitam ac scripta approbo. Quæ quidem propter aperte perniciosam Pamphili do- C ctrinam dico, qui ex oriente adventitans, sanctos illos viros, Marcum, Esajam, Barsanuphium, Dorotheum nomino, illos Acephalorum propugnatores qui & ipsi sine capite sunt, aut eorum qui δεκακεράται dicuntur, conjuratos, a sancto Sophronio tabella anathematis confixos, intelligo. Ab his enim longe diversissimi sunt superiores illi: quos non solum ex sanctissimo patriarcha Tarasio qui hoc tempore summo sacerdotio præest, sed ex aliis quoque fide dignis hominibus tam indigenis quam in oriente natis, per manus parentum nobis quasi traditos audiens, amplector venerorque. Accedit his quod Barsanuphii imago in maximo templo juxta sanctos patres Antonium, Ephraim aliosque rite dicata & D collocata visitur. Quamobrem cum in horum doctrina nullam impietatem, sed contra potius adjumenti ad animi perfectionem plurimum magnus parens noster Theodorus deprehenderet, certis limitibus utriusque Dorothei doctrinam distinxit: ac ejus qui in hoc libro celebratur, dogmata, ut re vera ad animi salutem commodissima, ita utilissima esse demonstravit: ad quorum normam, qui suam ipsius vitam diligenter instruxerit & examinarit, ad virtutis Christianæ perfectam mensuram facile perveniet & tranquillitate omniumque perturbationum vacuitate ornabitur unaque cum sanctis vitam æternam consequetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΙΤΗΣΑΝΤΑ ΑΔΕΛΦΟΝ

πεμφθῆναι αὐτῷ τοὺς εὑρεθέντας λόγους τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου.

EPISTOLA INVENTORIS SERMONUM DOROTHEI,

ad fratrem qui petebat ſibi mitti Doctrinas inventas ſancti patris Dorothei.

Επαινῶ σου τὴν προαίρεσιν, μακαρίζω τῆς περὶ τὸ ἀγαθὸν σπουδῆς τὴν εὐλογημένην σου καὶ φιλόκαλον, ὡς ἀληθῶς, ψυχὴν ἀδελφὲ ποθεινότατε. τὸ γὰρ οὕτω φιλοπόνως ἐρευνᾷν καὶ γνησίως ἐπαινεῖν τὰ κατὰ τὸν ὄντως μακάριον καὶ ἀξιόθεον ἡμῶν πατέρα, τὸν τῆς δωρεᾶς τοῦ Θεοῦ φερώνυμον· ἀρετὴν ἐστιν ἐπαινεῖν, τὰ μετὰ τὸν οὕτως μακάριον, καὶ Θεὸν ἀγαπᾷν, καὶ μεριμνᾷν περὶ τῆς ὄντως ζωῆς· ζήλου γὰρ κατὰ τὸν μακάριον Γρηγόριον, ὁ ἔπαινος πρόξενος· ζῆλος δὲ, ἀρετῆς· ἀρετὴ δὲ, μακαριότητος. χαίρειν οὖν ἐστι καὶ συγχαίρειν, ὡς ἀληθῶς, ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ σου προκοπῇ· ἐκεῖνον γὰρ ἔοικας ἰχνηλατεῖν, τὸν τοῦ πρᾳέος μιμητὴν καὶ ταπεινὸν τῇ καρδίᾳ· ὃς τὴν νοητὴν Πέτρου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἀποταγὴν θεωρήσας, οὕτως ἑαυτὸν τῆς τῶν ὁρωμένων ἐξέδυσε προσπαθείας, οὕτω τοῖς ἑαυτοῦ κατὰ Θεὸν ἑαυτὸν ἐξέδωκε πράγμασιν, ὡς μετὰ παῤῥησίας, εὖ οἶδα, καὶ αὐτὸν πρὸς τὸν σωτῆρα λέγειν· ὅτι ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· ὅθεν ἐν ὀλίγῳ σὺν Θεῷ τελειωθεὶς, ἐπλήρωσεν χρόνους μακρούς· οὐκ αἰσθηταῖς μὲν ἐρημίαις, καὶ ὄρεσιν ἐνδιαιτώμενος· οὐδὲ τὸ ἄρχειν σωματοβόρων θηρίων ἐν μεγάλῳ τιθέμενος· τῆς δὲ ψυχῆς τὴν ἐρημίαν ἀσπαζόμενος, καὶ ὄρεσιν ἐγγίζειν ἐπιποθῶν αἰωνίοις, φωτίζειν θαυμαστῶς ἐπιστάμενος, καὶ ψυχοκτόνων κεφαλὰς πατεῖν ὄφεων καὶ σκορπίων· ὧν καὶ συντόμως τῇ τοῦ Χριστοῦ συνεργίᾳ τυχεῖν ἠξιώθη διὰ τῆς τοῦ ἰδίου θελήματος ἀθλητικῆς ἀναιρέσεως· ἥτις αὐτῷ τὴν ἀπλανῆ τῶν πατέρων ὁδὸν προεξένισεν· ἥτις, ἐλαφρὸν αὐτῷ τὸ μακάριον ἀπέδειξε φορτίον, καὶ τὸν σωτήριον καὶ χρηστὸν ζυγόν· χρηστὸν ὡς ἀληθῶς ἐφανέρωσεν.

Ἐξ ἧς, ἀρίστην ἔμαθεν ὕψους ὁδὸν, τὴν ταπείνωσιν, καὶ τὸ, ἐλεήμων γίνου καὶ πρᾶος, ἔργῳ, καὶ κατὰ τὸν λόγον τῶν ἁγίων γερόντων παραλαβὼν, πάσαις διὰ τούτων ἐκοσμήθη ταῖς ἀρεταῖς· ὅθεν ἐπὶ στόματος ἐκεῖνο ἀεὶ τὸ γεροντικὸν ἔφερεν ὁ μακάριος· ὁ φθάσας, λέγων, εἰς τὸ κόψαι τὸ ἴδιον θέλημα, ἔφθασεν εἰς τὸν τόπον τῆς ἀναπαύσεως. ἐπειδὴ γὰρ εὗρε, καθὸ καὶ ἀξίως ἐζήτησεν, πάντων μὲν ῥίζαν οὖσαν τῶν παθῶν τὴν φιλαυτίαν· ταύτην δὲ, τῷ γλυκυπίκρῳ ἡμῶν συνισταμένην θελήματι, τῷ δραστηρίῳ τούτῳ φαρμάκῳ χρησάμενος, συνολομαραίνει τῇ ῥίζῃ, καὶ τὰ πονηρὰ βλαστήματα, καὶ γίνεται ἀθανάτων εἰλικρινὴς γεωργὸς, καὶ καρποφορεῖ τὴν ὄντως ζωὴν, τὸν ἐγκεκρυμμένον τῷ ἀγρῷ θησαυρὸν καλῶς ὑπ' αὐτοῦ ζητηθέντα καὶ εὑρεθέντα κτησάμενος, καὶ πλουτήσας ὄντως, τὰ μὴ κενούμενα. ἐβουλόμεν μὲν οὖν, ἱκανὸς εἶναι καὶ γλώσσῃ καὶ διανοίᾳ, ὡς ἀξιωθῆναι καὶ τὸν ἅγιον αὐτοῦ κατὰ μέρος ἐκθέσθαι βίον, εἰς κοινὸν ὄφελος καὶ τύπον ἀρετῆς ἀκριβέστατον· ὅπως τε τὴν στενὴν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν καὶ παράδοξον ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνέδραμε· τὸ μὲν, διὰ τὸ ἀπλανὲς καὶ ἀδιάχυτον, καὶ τῆς κρημνώδους ἐφ' ἑκάτερα παρεκβάσεως φυλακτικόν. οὕτω γὰρ τοῦ Θεοῦ φίλος, καὶ μέγας ὄντως Βασίλειος,

A I. Laudare cogor propoſitum tuum, prædicare ſtudium & diligentiam, benedicere decoram inquam & pulcram animam tuam, frater optatiſſime. Tam ſtudioſe enim ſcrutari, tam ſincere laudare beatiſſimum ac Deo digniſſimum patrem noſtrum, Dei donum nomine referentem; hoc utique virtutem laudare eſt, hoc Deum amare, & rationem alterius ac veræ vitæ habere. Æmulationis enim cauſſa laus eſt, (ut ait divus Gregorius) æmulatio autem virtutis, virtus vero beatitudinis. Congaudendum igitur & congratulandum eſt huic tanto profectui tuo. Illum enim viſus es imitari, qui æmulator eſſet veri manſueti atque humilis corde, qui & Petri mentem & ejuſdem abdica- B tionem ſecutus, ita harum quæ videntur rerum affectu & amore omni ſe exuit, ut pari fiducia, quod ipſe novi, poſſet cum Petro ad Dominum dicere: [a] *Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Quare divina ope ad ſummam perfectionem brevi perveniens, longos annos explevit: Non deſerta loca peragrans, non montibus victitans, non feris crudelibus imperare pro magno reputans, non in vaſta ſolitudine degens, ſed animæ quietem ſuſpirans, ardenſque propius accedere ad montes illos æternos, conſuetos mirabilem in nos lucem fundere, & ſerpentum ſcorpionumque capita qui animas perimunt, conterere. Ad quos tandem Dei auxilio promeruit feliciter pervenire, peſſumdata prius tamen & hu- C miliata agonico certamine propria voluntate, quæ rectum illi patrum & majorum noſtrorum callem præmonſtraret, quæ leve beatitudinis onus & ſalutiferum ac ſuave jugum oſtenderet.

II. Et verum inquam bonum quærenti præmonſtratum eſt, humilitas ſcilicet: ex qua directam & optimam cæli ſemitam potuit prænoſcere, juxta illud: Miſericors eſto & manſuetus, opere ſermonem ſanctorum ſeniorum excipiens. His itaque tantis ornatus virtutibus, ſemper illud in ore gerebat beatus ille vir quod a ſenioribus ſanctis acceperat, Quicumque ſcilicet ad præcidendam propriam voluntatem ſtudioſe intendiſſet, in locum quietis per- D venturum. Ut enim invenit quod diligenter quæſivit, omnium quidem malorum radicem, amorem proprium & affectum, voluntati noſtræ complicatam, efficaci hac medicina uſus emaceravit radicem & mala germina: factuſque incorruptibilium frugum cultor, immortalis vitæ fructus produxit. Cumque deliteſcentem in agro theſaurum, & ſtudioſiſſime quæſitum tandem inveniſſet, poſſedit, & prædives factus eſt non inaniter. Vellem equidem & idoneus ſatis eſſe, qui mente & lingua poſſem ſancti viri vitam, ita ut meretur, exponere in commune omnium commodum & virtutis typum excellentiſſimum: Quo pacto vir ille ſanctiſſimus anguſtam & latam viam præter omnium opinionem inceſſerit: Et hoc quidem ob integritatem, ſinceritatem & cuſtodiam: nec in alterum præcipitoſi exceſſus & an-

[a] Matth. xix. 27.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

τὸ στενὸν τῆς τεθλιμμένης ὁδοῦ καὶ σωτηριώδους ὁρίζεται· τὸ δὲ, διὰ τὸ ἀπροσπαθὲς καὶ πρὸς τοὺς ἄγοντας αὐτὸν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐλλαθέριον, καὶ μάλιστα, τὸ τῆς ταπεινώσεως ὑψηλὸν, τὸ μόνον, κατὰ τὸν μέγαν Ἀντώνιον, πασῶν τῶν τοῦ διαβόλου παγίδων ἀνώτερον. διὸ καὶ ὑπ' αὐτῷ ὡς ἀληθῶς ἐπληροῦτο τὸ, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.

A fractus rueret. Sic enim & vere magnus Basilius Dei summi amicus angustiam salutaris & afflictæ viæ definit. Illud autem ob affectus proprii mortificationem, & fidem quam habuit erga eos qui se ad Deum ducerent, ob profundum quoque humilitatis ejus, quæ sola (ut ajebat divus Antonius) diaboli laqueos superat & abrumpit. Quare in ipso quam verissime illud completum est: [a] *Latum mandatum tuum nimis.*

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὡς ἀδυνάτως ἔχον, ὑπερβήσομαι. οἶδα γὰρ πρὸς ἅπασι τοῖς τοῦ μακαρίου καλοῖς, καὶ ταῦτα δὴ, τὰ τῶν ἔξωθεν λεγομένων φιλοσόφων· ἅπερ κατὰ τὴν σοφὴν ὄντως μέλισσαν ἀνθολογῶν φέροντά τι χρήσιμον εὕρισκεν, ἀόκνως ἑαυτὸν εἰς διδασκαλίαν ἐν καιρῷ προβαλόμενος· οἷον, τὸ μηδὲν ἄγαν, γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἅπερ, εἰ καὶ μὴ προαίρεσις εὐγνώμων, ἀλλά γε τὸ τῆς ἀδυναμίας ἀναγκαῖόν με καθὼς εἴρηται συνελαύνει. ὃ δέ μοι ἡ σπουδαία καὶ φιλόκαλος ὑμῶν ἐκέλευσε ψυχὴ, τοῦτο δὴ θαῤῥῶν καὶ πεποίηκα· τό, τε βαρὺ τῆς παρακοῆς ὑφορώμενος, καὶ τὸ τῆς ὀκνηρίας δεδοικὼς ἐπιτίμιον· καὶ δὴ τοῖς παροῦσι συναπέστειλα γράμμασιν ὑμῖν τοῖς φρονίμοις σὺν Θεῷ τραπεζίταις, τὸ κείμενον παρ' ἐμοὶ ἀργὸν τάλαντον, τὰς εὑρεθείσας λέγω τοῦ μακαρίου διδασκαλίας, ἅς τε αὐτὸς ἐκ τῶν αὐτοῦ παραλαβεῖν ἠξιώθη πατέρων, καὶ ἃς τοῖς ἰδίοις μαθηταῖς παραδέδωκε· κατὰ τὸν πρῶτον ἡμῶν καὶ ἀληθινὸν καθηγητὴν καὶ σωτῆρα ποιῶν τε καὶ διδάσκων. εἰ δὲ καὶ μὴ πάντας αὐτοὺς τοὺς ἁγίους εὑρεῖν δεδυνήμεθα λόγους, πάνυ δὲ ὀλίγους, καὶ τούτους σποράδην ὑπὸ σπουδαίων τινῶν προνοίᾳ Θεοῦ συνειλεγμένας, ἀλλ' οὖν ἱκανὸν ἔσται σου τῇ δεξιότητι καὶ τὸ βραχὺ παραστῆσαι, κατὰ τὸ, δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.

III. Sed hoc tamquam minus potens missum faciam. Novi autem ex reliquis viri sancti virtutibus illa inesse quæ foris a philosophis collegerat. Qui quidem, ut apes prudentissima, flores legens, quidquid utilitatis invenisset in eis, eligebat, & oppor- B tuno tempore non inaniter in doctrinam discipulorum fundebat. Quale illud: *Ne quid nimis: Cognosce te ipsum:* & alia plurima hujusmodi, quæ in utilitatem animarum essent. Quare etsi propositum meum & institutum fidele debilitas ac tenuitas ingenii repellat; tamen, quia id mihi oneris imposuit anima tua ornatissima, aggressus sum quod jussisti, fretus id oneris obedientiæ virtuti numquam grave futurum, & veritus ne mihi inscitiam & negligentiam vitio verteres. Jamque una cum litteris meis ad vos trapezitas Dei optimos talentum quod apud me otiosum erat, misi: Viri sancti sanctas disciplinas, quas & ipse a majoribus suis acceperat, & discipulis posteris impertierat, faciens docensque ut C primus & verus præceptor noster atque Salvator. Omnes autem doctrinas ejus invenire non potui; at perpaucas admodum, & has etiam sparsim, per studiosos quosdam divina providentia collectas. At tibi par erit pro tua dexteritate & hanc brevitatem approbare juxta id: [b] *Da sapienti occasionem, & sapientior erit.*

[a] Psalm. CXVIII. 96. [b] Prov. IX. 9.

Πρότερον δὲ, ἐν συντομωτέρῳ, καὶ τὰ κατὰ τὸν μακάριον Δοσίθεον, τὸν γενόμενον πρῶτον μαθητὴν τοῦ μακαρίου ἀββᾶ Δωροθέου ἔτι ὄντος αὐτοῦ ἐν τοῖς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸν ἀγῶνα τῆς κατὰ Χριστὸν ὑποταγῆς ἐξακούοντος.

SEQUENTIA NON HABENTUR IN GRÆCO.

QUale enim fuerit sancti viri propositum ad monasticam conversionem a Deo adducti, quam idoneam & accommodatam vitam elegerit, animo mecum repeto. Et hinc quidem summam ipsius animæ obedientiam erga patres suos, puram abdicationem, simplicitatem conscientiæ, studium & diligentiam, atque omnia in cognitione fundata: hinc fidei constantiam, caritatem & perfectionem. Ad confratres, consocios, affabilis erat & verecundus, alacer, benignus, clemens, etiam cum præesset, non suspiciosus, non deses, non otiosus, non contumax, non contentiosus; quæ robora sunt nullum judicandi & nihil sumendi. Concordiam quoque unanimitatemque super mel dulcia semper fovebat. At vero ad opera studiosus, diligens, E prudens, attentus, mitis cum omni probitate, exemplum bonorum morum. Ad res autem gerendas accuratus & venerabilis, bonitatis amator & pulcritudinis, nil perperam agens, divino quodam ingenio & discretione quosvis superans. In cunctis humilis, gratus, fortis, & constans, sobrius & solicitus atque cogitabundus. Sed quid opus est per singula discurrere? Simile quid facturus videor cum eo qui voluerit vel stillicidii guttas, vel undas maris dinumerare. Æquum est autem quam proposueram metam non excedere, & vobis quoque partem aliquam dulcis hujus inquisitionis relinquere, ut pariter his deliciis fruamini mecum, D castisque qua hic via, sanctitate, urbanitate in divinam doctrinam & animarum salutem ita deductus sit, ab eo qui omnia gubernat, & providentia disponit: Compatiens inquam & benevolus pater, perdignus qui animas instrueret & illuminaret: Magnus intellectu, major in obsequio, sublimis in contemplatione, sublimior in humilitate, dives in Deo, pauper in spiritu, dulcis eloquio, dulcior occursu, doctus medicus in quemcumque volueris morbum. Qui ægritudinem divitibus, mendicis, sapientibus & insipientibus, feminis, viris, senibus, junioribus, afflictis, lætis, advenis, suis conjunctis, solis imperantibus, dominis, servis, subditis, liberis: sanctam illam & variam innumeramque œconomiam cunctis hominibus uti talentum impertiens, & omnibus omnia factus, sicque plurimos perlucratus. Sed jam hora est, amantissime, ut mensam sermonis suavissimi apponam: Cujus unaquæque pars & dictio etiam minima non minimum affert commodum & utilitatem. Nam divino vere & admirabili eloquio fuit vir ille, sed humili & pedestri oratione repere voluit ob humilitatis exemplum, & inornatum sermonem excultо ubique prætulit. Tu igitur sincero hoc studio & beatitudinis fructu enutrire, alere hujusmodi viatico & cibo. Accede ad sanctam urbanitatem quam diu optasti, & pro languore meo sedulo supplicato.

Sæcul. VI.
circa
Ann. Chr.
596.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΒΒΑ ΔΩΡΟΘΕΟΥ

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ Α΄.

Περὶ ἀποταγῆς.

S. DOROTHEI ABBATIS

DOCTRINA I.

De Renuntiatione.


II. Studeamus igitur custodire conscientiam nostram, dum sumus in hoc mundo; ne si eam rejecerimus, in multis a Domino postmodum reprehendamur: neque conculcemus illam in aliquo, etsi id minimum sit. Ut enim videre facile est, ex his minimis & vere vilibus, ad magna contemnenda delabimur. Cum enim cœperit quis dicere, Quid est, si verbulum hoc unicum locutus fuero? Quid est, si modicum hoc comedero? Quid, si in rem hanc intendero? ex hoc, quid id, quid illud, admittitur mala & amara esca, & sensim incipit quis pedetentim in majora & graviora prolabi; & sic deinceps per partes proruens periclitatur, atque in perfectam insensibilitatem decidit. Quapropter advertite fratres, ne parva negligatis, illa contemnere ut nullius momenti cavete: non sunt parva contemnenda: ulcus depascens est consuetudo. Sobrii estote, curate levia, quoad levia sunt, ne graviora fiant. Et virtutes & peccata a parvis incipiunt, & ad magna, vel bona, vel mala perducunt. Quare admonet nos Dominus non negligere conscientiam nostram, & quasi unum e multis contestatus ait illi: Vide infelix quid agas, sobrius sis: *Esto consentiens adversario tuo, dum es in via cum illo*: & subdit terrorem & periculum rei, dicens: *Ne te judici tradat, & judex servis, & in vincula conjiciaris*, Quid autem postea? *Amen dico tibi non exibis inde, donec reddas minimum quadrantem*. Ea enim (ut dixi) nos corripit & in bono & in malo, præscribitque nobis quid agendum quidve declinandum. Nec desinet etiam in futuro nos sæculo accusare. Hinc ait: *Ne tradat te judici*: & quæ sequuntur.

Τὸ δὲ φυλάξαι αὐτὴν πολλὴν ἔχει τὴν διαφοράν. θέλει γάρ τις φυλάξαι συνείδησιν, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν πλησίον, καὶ πρὸς τὰς ὕλας. καὶ πρὸς μὲν τὸν Θεὸν, ἵνα μὴ καταφρονῇ τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ἀλλ᾽ ἵνα καὶ εἰς ἃ οὐ βλέπει αὐτὸν ἄνθρωπος καὶ εἰς ἃ οὐκ ἀπαιτεῖται παρά τινος. αὐτὸς φυλάττει τῷ Θεῷ συνείδησιν ἐν τῷ κρυπτῷ· οἷόν τι λέγω, ἠμέλησεν εὐχῆς, ἀνέβη λογισμὸς ἐμπαθὴς εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔνηψε, καὶ ἔσφιγξεν ἑαυτὸν, ἀλλὰ συγκατέθετο. οἶδεν τὸν πλησίον λέγοντά τι, ἢ ποιοῦντα, ἢ ὡς εἰκὸς ὑπενόησε καὶ κατέκρινεν αὐτόν· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα ἐστὶν ἐν τῷ κρυπτῷ γινόμενα, ἃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ ὁ Θεὸς, καὶ ἡ συνείδησις ἡμῶν, χρῄζομεν φυλάττειν. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν συνείδησις. ἡ δὲ πρὸς τὸν πλησίον ἐστὶν, ἵνα μὴ ποιῇ τις τί ποτε παντελῶς εἰς ὃ εἶδεν ὅτι θλίβει ἢ πλήσσει τὸν πλησίον, εἴτε ἐν ἔργῳ, εἴτε ἐν λόγῳ, εἴτε ἐν σχήματι, εἴτε ἐν βλέμματι. ἔστι γὰρ καὶ σχῆμα, ὡς πολλάκις ἀεὶ λέγω, πλῆσσον τὸν πλησίον· ἔστι καὶ βλέμμα δυνάμενον πλῆξαι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα οἶδεν ὁ ἄνθρωπος ὅτι ἐπιτηδείως ποιεῖ διὰ τὸ δοῦναι λογισμὸν τὸν πλησίον, καὶ αὐτὴ ἡ συνείδησις αὐτοῦ μολύνεται· εἰδυῖα ὅτι διὰ τὸ βλάψαι, ἢ θλίψαι ἐπιτηδεύει, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ φυλάξαι συνείδησιν πρὸς τὸν πλησίον. τὸ δὲ πρὸς τὰς ὕλας φυλάξαι ἐστὶν, ἵνα μὴ κακῶς κέχρηταί τις πράγματι· ἵνα μὴ ἀφῇ πρᾶγμα ἀχρειωθῆναι, ἢ ῥιφῆναι· ἀλλὰ κἂν ἤδη τί ποτε ἐρριμμένον, μὴ παρίδῃ κἂν εὐτελὲς ᾖ, ἀλλὰ συ-

III. Ad conscientiæ autem diligentiam & custodiam differentiæ sunt plurimæ. Rationem enim habemus conscientiæ ad Deum, ad proximum & ad res. Ad Deum, ne quis scilicet ejus præcepta contemnat, etiam in iis in quibus eum mortalium nemo videt, nemo repetit, nemo judicat. Custodiat ipse conscientiam Deo in abscondito, ut exempli gratia: Neglexit orationem, ascendit prava cogitatio in cor ejus, nec sobrius fuit, nec repressit se ipsum, sed oblectatione obsecutus est. Vidit proximum quippiam vel agentem, vel dicentem, statimque cum suspicione illum judicavit: & ut concludam breviter, ad omnia diligentia opus est, quæ sunt a nobis in abditis perpetrata, quæque nullus omnium, nisi Deus & conscientia nostra conspexit. Hæc nimirum est ad Deum conscientia. Erga proximum autem conscientia habetur, si nemo quippiam omnino faciat quod intelligat quamvis minimam molestiam & afflictionem proximo afferre: non re, non verbo, non animo, non signo, non aspectu. Sunt enim signa quædam, ut sæpe dixi, quibus proximum lædamus; sunt aspectus, quibus eumdem affligamus, & molestia non parva afficiamus. Et, ut breviter dicam, quibuscumque senserit homo molestiam se se proximo afferre, ab iis omnibus jubet abstinere conscientia. Quod si contra faciat commaculatur & rea est, non ignara ea a se studiose agi, ut noceat, ut affligat. Et hoc est quod dicimus erga proximum conscientiam custodire. Ad res autem habere conscientiam, est re nulla abuti omnino, ut scilicet non sinat sœ-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

στέλλει καὶ θήσει εἰς τὸν ἴδιον τόπον. ἵνα μὴ παρακέχρηται τοῖς ἰδίοις ἱματίοις. ἔστι γὰρ, ὑπόθου, ὅτε δύναταί τις φορέσαι τὸ ἱμάτιον ἄλλην μίαν ἢ δύο ἑβδομάδε, καὶ ἀπέρχεται, ἀφαρὴ πλύνει αὐτὸ πρὸ καιροῦ, καὶ κόπτει αὐτὸ, καὶ ἀντὶ τοῦ χρησιμεῦσαι αὐτὸ ἄλλους πέντε μῆνας, ἢ πλέον, πλύνων παλαιοῖ αὐτὸ, καὶ ποιεῖ αὐτὸ ἀχρήσιμον· καὶ ἔστι παρὰ συνείδησιν. ὁμοίως καὶ ἐν στρώματι πολλάκις δύναταί τις ποιῆσαι τὴν χρείαν αὐτοῦ εἰς ἓν κερβηκάριον, καὶ ζητεῖ μέγα στρῶμα· ἔχει τρίχινον, ἔσθ' ὅτε καὶ θέλει ἀλλάξαι αὐτὸ, καὶ λαβεῖν ἄλλο, ἢ νέον, ἢ εὔμορφον ἀπὸ περπερείας, ἢ ἀπὸ ἀκηδίας. δύναταί τις ἀρκεσθῆναι ἑνὶ κεντωνίῳ, καὶ ζητεῖ λαυάτον, ἴσως καὶ φιλονεικεῖ, ἐὰν μὴ λάβῃ. εἰ δὲ καὶ ἄρξηται προσέχειν καὶ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ λέγειν, διά τί οὗτος τόδε ἔχει, κἀγὼ οὐκ ἔχω; ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔστιν ἐν προκοπῇ. πάλιν ἁπλοῖ τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ ἢ τὸ σκέπασμα εἰς τὸν ἥλιον, καὶ ἀμελεῖ τοῦ ἐπᾶραι αὐτὸ, καὶ ἀφῇ αὐτὸ καυθῆναι· καὶ τοῦτο παρὰ συνείδησίν ἐστιν. ὁμοίως καὶ ἐν βρώμασι· δύναταί τις ποιῆσαι τὴν χρείαν αὐτοῦ εἰς μικρὸν λάχανον ἢ ὄσπριον, ἢ ὀλίγας ἐλαίας, καὶ οὐκ ἀνέχεται ποιῆσαι, ἀλλὰ ζητεῖ ἄλλο βρῶμα ἡδύτερον, ἢ πολυτελέστερον· ταῦτα πάντα παρὰ συνείδησίν ἐστιν. οἱ δὲ πατέρες λέγουσιν ὅτι οὐκ ὀφείλει ὁ μοναχὸς ἐᾶσαι ποτὲ τὴν συνείδησιν αὐτοῦ καταπονῆσαι αὐτὸν, οὐδ' ἐνιδήποτε πράγματι. χρεία οὖν ἐστιν ἀδελφοὶ νήφειν ἡμᾶς πάντοτε καὶ φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀπὸ πάντων τούτων, ἵνα μὴ ἐμπέσωμεν εἰς τὸν κίνδυνον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος προεμαρτύρατο ἡμᾶς καθὼς ἀνωτέρω εἴπομεν. ὁ Θεὸς δώῃ ἡμῖν ἀκούειν καὶ φυλάττειν ταῦτα, ἵνα μὴ εἰς κρίσιν γένωνται ἡμῖν οἱ λόγοι τῶν πατέρων ἡμῶν.

dari rem vel projici, sed cum viderit quippiam projectum non negligat, etiam si vile sit, sed corripiat potius, & in locum suum statim reponat. Ne quis item propriis vestimentis abutatur: est enim quis, exempli gratia, qui tunicam suam queat unam duasve adhuc hebdomadas ferre, & abiens illam ante id temporis abluit & conterit; ita ut cum per menses alios quinque atque amplius utilis esse posset, crebra lotione eam reddat inutilem: contra conscientiam fit hoc. Idem est in lecto, quum contentus esse quis possit unico cervicali, stratum amplissimum quæritat; habens laneum, illud quærit commutare, ut novum recipiat vel aliud pulcrius, motus superbia & vanitate. Potest item alicui satis esse culcitra una, & tapetem quærit, altercaturque etiam forte nisi acceperit. Si quis quoque animadvertat fratrem aliquid habere quo ipse careat, invideatque & murmuret, non est hic in via proficiendi. Rursum extendit quis ad solem vel tunicam vel opertorium, & negligentia & incuria ardere illud permittit, nec elevat cum debet: & hoc utique contra conscientiam est. Idem est in cibo: Potest corporeæ necessitati quis satisfacere olusculis, leguminibus, vel modicis olivis; nec iis contentus est, sed lautiores & delicatiores dapes perquirit: hæc omnia contra conscientiam sunt. Admonuere autem crebro majores nostri non debere pati monachum remorderi se se aliquando a conscientia sua, ne una quidem re minima. Opus igitur nobis est, fratres, sobrietate perpetua, ut nos ab hujuscemodi omnino custodiamus illæsos: ne aliquando incidamus in periculum quod nobis Dominus comminatus est, ut superius diximus. Præstet nobis Deus hæc omnia non tam audire quam observare, ne judicio extremo patrum nostrorum exhortationes optimæ in judicium & condemnationem nobis fiant.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ δʹ.

Περὶ τοῦ θείου φόβου.

Λέγει ἐν ταῖς καθολικαῖς ὁ ἅγιος Ἰωάννης, ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. ἄρα τί θέλει διὰ τοῦτο * σημᾶναι ἡμῖν ὁ ἅγιος; ποίαν ἄρα λέγει ἡμῖν ἀγάπην, καὶ ποῖον φόβον; ὁ μὲν προφήτης ἐν τῷ ψαλμῷ λέγει· φοβήθητε τὸν κύριον πάντες οἱ ἅγιοι αὐτοῦ· καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτα εὑρίσκομεν ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς. εἰ οὖν καὶ οἱ ἅγιοι οὕτως ἀγαπῶντες τὸν κύριον, φοβοῦνται αὐτὸν, πῶς λέγει, ἡ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον; δεῖξαι ἡμῖν θέλει ὁ ἅγιος ὅτι δύο εἰσὶ φόβοι, εἷς εἰσαγωγικὸς, καὶ εἷς τέλειος· καὶ ὅτι ὁ μὲν εἷς τῶν ἀρχομένων ἐστὶν, ὡς ἂν εἴποι τις τοῦ θεοσεβοῦς· ὁ δὲ ἄλλος τῶν ἁγίων τῶν τελειωθέντων ἐστὶ, τῶν φθασάντων εἰς τὸ μέτρον τῆς ἀγάπης. οἷόν τι λέγω· ποιεῖ τις τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ διὰ τὸν φόβον τῶν κολάσεων· οὗτος, ὡς εἴπομεν, ἀκμὴν ἀρχάριός ἐστιν, οὗτος οὐ ποιεῖ ἀκμὴν δι' αὐτὸ καλὸν, ἀλλὰ διὰ τὸν φόβον τῶν πληγῶν. ἄλλος δὲ ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπῶν αὐτὸν τὸν Θεὸν, ἀγαπῶν αὐτὸν ἰδικῶς τῷ εὐαρεστεῖν τῷ Θεῷ. οὗτος οἶδε τί ἐστιν αὐτὸ τὸ καλὸν, οὗτος ἔγνω τί ἐστι τὸ εἶναι μετὰ τοῦ Θεοῦ. ἰδοὺ οὗτός ἐστιν ὁ ἔχων τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, ἣν λέγει ὁ ἅγιος τελείαν, καὶ αὕτη ἡ ἀγάπη φέρει αὐτὸν εἰς τὸν τέλειον φόβον. φοβεῖται γὰρ ὁ τοιοῦτος καὶ φυλάττει τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔτι διὰ τὰς πληγὰς, οὐκ ἔτι διὰ τὸ μὴ κολασθῆναι· ἀλλ' ὥσπερ εἴπομεν, γευσάμενος αὐτῆς τῆς γλυκύτητος, τοῦ εἶναι μετὰ τοῦ Θεοῦ· φοβεῖται μὴ ἐκπέσῃ αὐτῆς, φοβεῖται μὴ στερη-

DOCTRINA IV.

De divino timore.

I. Sententia Joannis est in epistolis suis, quod [a] *perfecta caritas foras ejicit timorem*. Quid obsecro hac sententia nobis innuit sanctus? Cur caritatem, cur timorem ait? Propheta inquit in Psalmo: [b] *Timete Dominum omnes sancti ejus*. Et alia pleraque hujuscemodi, quæ in sacris litteris reperimus. Si enim amantes Dominum sancti illum verentur & timent, ut quid ait, *Perfecta caritas foras ejicit timorem?* Ostendere nobis vult sanctus, timoris esse duo genera; alterum quidem isagogicum, hoc est, introductorium, alterum vero perfectum. Et primum, inquam, eorum est, qui nuper religionem invadunt. Secundum autem sanctorum atque perfectorum, qui jam ad caritatis sanctæ culmen pervenere; ut, verbi gratia, Facit quis Dei voluntatem præ timore gehennæ: hic, ut diximus, adhuc novitius est & incipiens, is adhuc propter se bonum non exercet, sed timore plagarum. Alter Deo in cunctis paret ex amore & benevolentia in Deum, & in ipsum bonum atque virtutem, ut scilicet hoc medio Deo placeat & gratus sit. Novit hic profecto quid bonum, quid virtus sit: novit quid sit cum Deo esse. Hic perfectam & veram de qua loquitur Apostolus, habet caritatem, & ipsa caritas eum in perfectum timorem adducit. Timet enim hic divinam voluntatem & observat, non metu plagarum, non verberum, sed degustans jam, quam dulce sit cum Deo esse, timetque ne ea privetur dulcedine, neve ex-

[a] I. Joan. IV. 18. [b] Psalm. XXXIII. 10.

θῇ αὐτῆς. οὗτος οὖν ὁ τέλειος φόβος ὁ ἐκ τῆς ἀγάπης ταύτης γινόμενος, ἔξω βάλλει τὸν εἰσαγωγικὸν φόβον. καὶ διὰ τοῦτο λέγει, ὅτι ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. ἀδυνατον δέ ἐστιν ἐλθεῖν τὸν τέλειον φόβον, εἰ μὴ διὰ τοῦ εἰσαγωγικοῦ.

cidat. Is igitur perfectus timor ab hac caritate descendens isagogicum porro abigit. Hinc ait Apostolus, quod perfecta caritas foras emittit timorem: * Fieri autem nequit ullo pacto, ut perfectus aliter quam per isagogicum introducatur.

Τρεῖς γάρ εἰσι διαθέσεις, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος, δι' ὧν δυνάμεθα εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ. ἢ γὰρ φοβούμενοι τὴν κόλασιν, εὐαρεστοῦμεν καί ἐσμεν ἐν τῇ καταστάσει τοῦ δούλου· ἢ τὰ ἐκ τοῦ μισθοῦ κέρδη διώκοντες, τῆς ἑαυτῶν ἕνεκεν ὠφελείας πληροῦμεν τὰ προστεταγμένα, καὶ κατὰ τοῦτο προσεοίκαμεν τοῖς μισθίοις: ἢ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν, καί ἐσμεν ἐν τῇ καταστάσει τοῦ υἱοῦ, ὁ γὰρ υἱὸς ὅταν ἔλθῃ εἰς φρόνησιν, ποιεῖ τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐ φοβούμενος ἵνα μὴ δαρῇ: οὐδὲ διὰ τὸ λαβεῖν μισθὸν παρ' αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀγαπῶν αὐτὸν, φυλάττων αὐτῷ ἰδικῶς αὐτὴν τὴν ἀγάπην καὶ τὴν τιμὴν τὴν πατρικὴν, καὶ πεπεισμένος ἐστὶν ὅτι πάντα τὰ ὑπάρχοντα τοῦ πατρὸς, αὐτοῦ ἐστιν. ὁ τοιοῦτος ἀξιοῦται ἀκοῦσαι, οὐκ ἔτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱὸς καὶ κληρονόμος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ· ὁ τοιοῦτος οὐκ ἔτι φοβεῖται, ὡς εἴπομεν, τὸν Θεὸν, κατ' ἐκεῖνον δῆλον ὅτι τὸν εἰσαγωγικὸν φόβον: ἀλλὰ ἀγαπᾷ, ὡς [1] λέγει ὁ ἅγιος Ἀντώνιος: ἐγὼ οὐκ ἔτι φοβοῦμαι τὸν Θεόν, καὶ ὁ κύριος λέγων τῷ Ἀβραὰμ, μετὰ τὸ προσενέγκαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ, τὸ, νῦν ἔγνων ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν· ἐκεῖνον σημαίνει τὸν τέλειον φόβον τὸν ἐκ τῆς ἀγάπης ἐγγινόμενον. πῶς γὰρ εἶχεν εἰπεῖν τὸ, νῦν ἔγνων; ἠκηκόει, τοσαῦτα ἐποίησεν, ὑπήκουσε τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀφῆκε τὰ ἴδια πάντα, καὶ παρῴκησεν εἰς γῆν ἀλλοτρίαν καὶ εἰς ἔθνος εἰδωλολατρῶν, ὅπου οὐκ ἦν οὔτε ἴχνος θεοσεβείας: καὶ ἐπὶ τούτοις ὑπήνεγκε καὶ τὸν τοιοῦτον φοβερὸν πειρασμὸν τῆς θυσίας τοῦ υἱοῦ, καὶ μετὰ ταῦτα ἔλεγεν αὐτῷ, νῦν ἔγνων ὅτι φοβῇ σὺ τὸν Θεόν· δῆλον ὅτι τὸν τέλειον φόβον ἔλεγε τὸν τῶν ἁγίων. οὐκ ἔτι γὰρ διὰ φόβον κολάσεως, ἢ διὰ τὸ λαβεῖν μισθὸν ποιοῦσι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ἀγαπῶντες, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, φοβούμενοι ποιῆσαί τι παρὰ τὸ θέλημα τοῦ ἀγαπητοῦ. καὶ διὰ τοῦτο λέγει, ἡ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. οὐκ ἔτι γὰρ ἀπὸ φόβου ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀγαπᾷν φοβοῦνται.

II. Tres enim sunt conditiones & status (ut divus Gregorius ait) quibus Deo grati esse possumus. Si enim pœnam formidamus, in servili statu sumus. Si vero mercedis lucra consectantes, utilitatis & commodi proprii gratia divina mandata peragimus, mercenariis assimilamur. Sin autem bono & honesto propter se ipsum adhæreamus, in filiorum genere sumus. Filius enim ubi ad prudentiam discretionemque pervenerit, paterna vota exsequitur, non timore scilicet plagarum, non etiam mercedis & præmii cupiditate, sed amore, pietate, observantiaque erga patrem. Persuasus enim satis est suum fore quidquid patris fuerit. Meretur hic audire non quod servus sit, sed quod filius & heres Domini nostri Jesu Christi. Hic etiam, ut ante dictum est, non metuit Deum timore isagogico, sed amat, ut ait beatus Antonius: Ego nusquam Deum timeo. Et Dominus cum ad Abraham dixit post immolationem filii: [a] *Nunc novi quod Deum metuas*; de illo utique timore dixit, qui ex caritate provenit. Quomodo enim se habeat hoc, Nunc cognovi? Tanta fecerat, omnem reliquerat substantiam suam, peregre profectus erat in terram alienam & ad gentem idolis deditam, ubi nullum erat pietatis vestigium aut religionis. Passus erat & hanc horrendam tentationem de immolando filio, & post hæc omnia illi dicitur, *Nunc novi quia Deum timeas?* ad innuendum scilicet perfectum illum timorem qui non nisi sanctorum est. Neque enim ob metum pœnæ aut præmii cupiditate viri sancti, sed amore & benevolentia sola præcepta Dei custodiunt, formidantes quippiam facere præter ejus quem diligunt, voluntatem. Et hinc ait, *perfectam caritatem foras ejicere timorem*. Neque enim ex metu est ut agant, sed ex caritate ut metuant.

Οὗτός ἐστιν ὁ τέλειος φόβος, ἀλλ' οὐ δυνατὸν τὸν τέλειον ἐλθεῖν, ὡς προείπομεν, εἰ μὴ σχῇ τις πρῶτον τὸν εἰσαγωγικὸν φόβον. λέγει γὰρ, ἀρχὴ σοφίας, φόβος κυρίου· καὶ πάλιν λέγει, ἀρχὴ καὶ τέλος ἐστὶν, ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ. ἀρχὴν λέγειν τὸν εἰσαγωγικὸν φόβον, μεθ' ὅν ἐστιν ὁ τέλειος ὁ τῶν ἁγίων. ὁ οὖν εἰσαγωγικὸς φόβος, τῆς καταστάσεως ἡμῶν ἐστίν· οὗτος φυλάττει τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἡ [2] γάνωσις ἀπὸ πάσης κακίας. λέγει γὰρ, τῷ φόβῳ κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ. ἐὰν οὖν ἐκκλίνῃ πᾶς ἀπὸ κακοῦ διὰ τὸν φόβον τῆς κολάσεως, ὡς ὁ δοῦλος ὁ φοβούμενος τὸν δεσπότην, ἔρχεται κατὰ μέρος καὶ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν, καὶ κατὰ μικρὸν ἄρχεται καὶ ἀνταπόδοσίν τινα τῆς ἐργασίας τοῦ ἀγαθοῦ ἐλπίζειν, καθάπερ ὁ μισθωτός. ὅταν οὖν ἐμμείνῃ φεύγων τὸ κακὸν, ὡς εἴπομεν, διὰ τὸν φόβον ὥσπερ καὶ δοῦλος, καὶ πάλιν ποιῶν τὸ ἀγαθὸν διὰ τὴν ἐλπίδα, ὥσπερ ὁ μισθωτὸς, [3] χερονίζων σὺν Θεῷ εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ κατὰ ἀναλογίαν συναπτόμε-

III. ** Hic est perfectus timor qui haberi nullo modo potest, nisi isagogicus præcesserit. Ait enim: [b] *Initium sapientiæ timor Domini*. Et rursum: [c] *Principium & finis, timor est Domini*. Principium dicit isagogicum, post quem est perfectus is, qui sanctis datur. Isagogicus igitur timor nostri status est. Hic animam nostram perinde ac sancta natura quædam ab omni pravitate tuetur & protegit. Dicitur enim: [d] *Timore Domini declinat omnis a malo*. Si quis igitur a malo declinat ob metum pœnæ, ut servus est, qui dominum veretur. Sensim autem cum declinat a malo, eo pervenit ut bonum agat. Et dum retributionem ullam bonæ operationis sperare incipit, mercenarius fit. Qui igitur bono instat, & malum fugit ob metum, hic servus est: & qui rursum ob spem præmii, hic mercenarius. Qui diutius in bono commoratur, cum Deo est, & secundum analogiam Deo adhæret. Degu-

a Gen. XXII, 12. b Psalm. CX. 10. c Prov. I. 7. IX. 10. XXII. 4. d Prov. XV. 27.

1. Hoc dictum B. Antonii occurrit in *Apophthegm. Patrum* apud Cotelerium *Eccl. Gr. Monum.* tom. I. pag. 351. n. XXXII. ubi sic: Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀντώνιος· ἐγὼ οὐκέτι φοβοῦμαι τὸν Θεόν, ἀλλ' ἀγαπῶ αὐτόν. ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. *Dixit abbas Antonius: Ego non amplius Deum timeo, sed diligo illum*. Caritas *enim* foras mittit timorem.

2. Γάνωσις] Cotelerius *Eccl. Gr. Monum.* tom. II, pag. 554. n. legendum putat γνῶσις.

3. Χερονίζων] χρονίζων.

* Caute lege: nam innuit nullo pacto haberi posse timorem filialem, quin præcesserit servilis. Ordinarie quidem ita evenit in peccatoris justificatione extra sacramenta, ut habetur cap. VI. concil. Trid. At contingit interdum aliter, cum quis per sacramenta justificatur, & in subitariis & miraculosis justificationibus. Vide S. Thomæ part. II. quæst. 113. art. 7. & 10.

** Caute lege, & regreditor ad notam superiorem.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



νος τῷ Θεῷ, γίνεται λοιπὸν, καὶ εἰς αἴσθησίν τινα ἔρχεται αὐτοῦ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ, καὶ οὐκέτι θέλει χωρισθῆναι ἀπ᾽ αὐτοῦ. τίς γὰρ αὐτὸν ἔτι δύναται χωρίσαι, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; τότε φθάνει εἰς τὸ μέτρον τοῦ υἱοῦ, καὶ ἀγαπᾷ δι᾽ αὐτὸ καλὸν, καὶ φοβεῖται ἐπειδὴ ἀγαπᾷ. καὶ οὗτός ἐστιν ὁ μέγας καὶ τέλειος φόβος. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης διδάσκων ἡμᾶς τὴν διαφορὰν, τοῦτον τὸν φόβον ἔλεγε· δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν εἰς ἕκαστον ῥῆμα τοῦ προφήτου· πῶς ἑκάστη λέξις αὐτοῦ δύναμιν ἔχει. πρῶτον λέγει, δεῦτε πρός με, προσκαλούμενος ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρετήν. προστίθει καὶ τέκνα· τέκνα καλοῦσιν οἱ ἅγιοι τοὺς διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν μεταμορφουμένους, ἀπὸ τῆς κακίας πρὸς τὴν ἀρετὴν, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος. τεκνία οὓς πάλιν ὠδίνω μέχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. εἶτα μετὰ τὸ προκαλέσασθαι ἡμᾶς καὶ προτρέψασθαι ἐπὶ τὴν τοιαύτην μεταμόρφωσιν, λέγει· φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. βλέπετε τὴν παῤῥησίαν τοῦ ἁγίου. ἡμεῖς ὅταν θέλωμεν εἰπεῖν τί ποτε καλὸν, ἀεὶ λέγομεν· θέλετε διαλεχθῶμεν μικρὸν καὶ γυμνάσωμεν περὶ φόβου Θεοῦ, ἢ περὶ ἄλλης ἀρετῆς; ὁ δὲ ἅγιος οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ παῤῥησίας ἔλεγε· δεῦτε τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον κυρίου διδάξω ὑμᾶς. τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; εἶτα, ὥς τινος ἀποκρινομένου, ὅτι ἐγὼ θέλω, δίδαξόν με πῶς ζῆσαι, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, διδάσκει καὶ λέγει· παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. ἰδοὺ πῶς τὴν ἐνέργειαν ἀποκόπτει τοῦ κακοῦ διὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ· τὸ παῦσαι τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ ἐστι, τὸ μὴ πλῆξαι διά τινος τὴν συνείδησιν τοῦ πλησίον, τὸ μὴ καταλαλῆσαι, τὸ μὴ παροξῦναι· τὸ δὲ, τὰ χείλη σου μὴ λαλῆσαι δόλον, ἐστὶ, τὸ μὴ δολιεύσασθαι τὸν πλησίον· εἶτα ἐπάγει, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ. εἶπε πρῶτον μερικάς τινας ἁμαρτίας, τὴν καταλαλιὰν, τὴν δολιότητα, καὶ οὕτως ἐπήγαγε περιεκτικῶς περὶ πάσης τῆς κακίας, τὸ, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ· οἷον, φεῦγε ἁπλῶς πᾶν κακὸν, ἔκκλινον ἀπὸ παντὸς πράγματος φέροντος ἁμαρτίαν. οὐκ εἶπε τοῦτο πάλιν μόνον, καὶ ἐσιώπησεν· ἀλλὰ προσέθηκε, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ἔστι γὰρ ὅτι οὐ κακοποιεῖ τις, οὐ μέν τοι καὶ ἀγαθοποιεῖ· ἔστι πάλιν ὅτι οὐκ ἀδικεῖ τις, οὐ μέν τοι καὶ ἐλεεῖν· ἔστιν ὅτι οὐ μισεῖ τις, οὐ μέν τοι καὶ ἀγαπᾷ. καλῶς οὖν εἶπεν ὁ προφήτης, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ καὶ ποίησον ἀγαθόν· ἰδοὺ δεικνύει ἡμῖν τὴν ἀκολουθίαν ἐκείνην τῶν τριῶν καταστάσεων ἣν προείπομεν. πῶς διὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ ἐχειραγώγησεν εἰς τὸ ἐκκλῖναι ἀπὸ κακοῦ, καὶ οὕτω προτρέπεται ἐπιβῆναι καὶ τοῦ ἀγαθοῦ· ἐὰν γὰρ ἀξιωθῇ τις ἀργῆσαι ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φυγεῖν ἀπ᾽ αὐτοῦ, φυσικῶς λοιπὸν ἐνεργεῖ τὸ ἀγαθὸν, ὁδηγούμενος ὑπὸ τῶν ἁγίων. ταῦτα εἰπὼν πάνυ καλῶς, καὶ ἀκολούθως ἐπιφέρει τὸ, ζήτησον εἰρήνην καὶ δίωξον αὐτήν· καὶ οὐκ εἶπεν, ζήτησον, μόνον, ἀλλὰ δρομαίως καταδίωξον, ἵνα καταλάβῃς αὐτήν.

Θέτε πάνυ τὸν νοῦν ὑμῶν εἰς τὸ ῥητὸν τοῦτο, καὶ βλέπετε ἀκρίβειαν τοῦ ἁγίου· ὅταν ἀξιωθῇ τις ἐκκλῖναι ἀπὸ τοῦ κακοῦ, καὶ σπουδάσει σὺν Θεῷ λοιπὸν καὶ ἐνεργῆσαι τὸ ἀγαθὸν, εὐθέως ἐπέρχονται αὐτῷ οἱ πόλεμοι τοῦ ἐχθροῦ. λοιπὸν ἀγωνίζεται, κοπιᾷ, συντρίβεται, οὐ μόνον φοβούμενος ἀποστρέψαι πάλιν εἰς τὸ κακὸν, ὡς εἴπομεν περὶ τοῦ δούλου, ἀλλὰ καὶ ἐλπίζων, ὡς προείπομεν, τὸν μισθὸν τοῦ ἀγαθοῦ, καθάπερ μισθωτός. ἐν τῷ οὖν πολεμεῖσθαι καὶ πολεμεῖν καὶ πυκτεύειν μετὰ τοῦ ἐχθροῦ, ποιεῖ τὸ ἀγαθὸν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς θλίψεως, μετὰ πολλῆς συντριβῆς. ὅταν δὲ γένηται αὐτῷ βοήθεια παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄρξηται λοιπὸν ἐν ἕξει τινὶ γίνεσθαι περὶ τὸ ἀγαθὸν, τότε βλέπει τὴν


A stat enim & pervenit in sensum quemdam veri ipsius boni, nec ab eo divelli amodo aut vult aut potest. Quis enim jam ipsum potest, ut ait Apostolus [a] a caritate Christi divellere? tuncque in perfectam filii mensuram & statum pervenit, & diligit bonum propter se ipsum, timetque cum diligit. Atque hic magnus & perfectus est timor. Ex hoc Propheta nos edocet quod timores isti inter se differant, cum ait: [b] *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos*. Advertite animum ad singula Prophetæ verba: quemadmodum unaquæque dictio summam vim habeat, contemplamini. Primum igitur inquit, *Venite filii*. Hortatur nos ad virtutem, cum filii nomen adjicit: filios enim appellavere viri sancti con- B versos ab iniquitate ad justitiam & virtutem, ut ait Apostolus: [c] *Filii quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis*. Deinde cum nos exhortatus esset ad hujuscemodi conversionem & reformationem, subjunxit, dicens: *Timorem Domini docebo vos*. Contemplamini nunc Prophetæ fiduciam. Nos cum volumus de virtute aliqua apud nos verba facere, semper ita dicere consuevimus. An vobis gratum est ut aliquid de Dei timore, vel de quavis alia virtute inter nos disputemus? Propheta autem non sic, sed cum fiducia ait: *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos*: [d] *Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?* Post hæc tamquam aliquo acclamante se velle, & respondente, C Doce me quo pacto vivam, & videam dies bonos, docet & ait: [e] *Probibe linguam tuam a malo*, hoc est, nulla in re conscientiam proximi lædas, non obloquendo, non provocando: *labia* autem *ne loquantur dolum*, id est, nihil doli mediteris aut struas in proximum. Hinc ait: *Probibe linguam tuam a malo*: & post subdit, [f] *Declina a malo*. Primum particularia quædam delicta tangit, qualia procacitatem, maledicentiam, & dolum: secundo de quavis malitia & iniquitate complexe locutus est, ac si dicat aperte: Fuge omne genus mali, declina ab omni re quæ peccatum aut labem ullam præ se ferat. Neque cum hoc dixisset, conticuit; sed addidit, *& fac bonum*, hoc est, non satis utique non D malefacere, nisi & bene facias; non satis nullum lædere, nisi & alicujus miserearis; non satis non odisse, nisi & diligamus. Bene igitur conjunctim Propheta ait: *Declina a malo, & fac bonum*: ostendit enim nobis consequentiam trium illorum statuum, de quibus locuti superius sumus. Quomodo scilicet ex timore Dei pervenitur in declinationem mali, & post conversionem ad bonum conscenditur. Cum enim quis dignus habitus est ad malum torpescere & ab eo fugere, necessario adjutus a superis, bonum operatur. Hæc ubi dixit præclare, infert consequenter: *Inquire pacem & persequere eam*. Nec inquire tantum dixit, sed & acrius insectare, ut comprehendas eam.

E

IV. Animum obsecro hæc advertite ad dicta, & contemplamini Prophetæ studium & diligentiam. Cum dignus quis habitus est, ut queat a malo declinare, & bene facere Deo favente, & virtutem exercere; illico inferuntur ei hostilia bella. Concertat igitur, dimicat, laborat, obteritur, veritus non solum, ne rursus in malum decidat: (ut superius de servo diximus) sed etiam fretus præmio ac mercede boni, ut mercenarius. Dum igitur oppugnatur & repugnat, dum luctatur, agit bene: sed multa cum angustia, multo cum labore. At ubi cælitus a Deo venerit auxilium, tunc habitus boni in eo fieri incipit, tunc requiem intel-

a Rom. VIII. 35. b Psalm. XXXIII, 2. c Gal. IV. 19. d Psalm. XXXIII. 13. e Ibid. ℣. 14. f Ibid. ℣. 15.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



ἀνάπαυσιν, τότε κατὰ πρόσβασιν γίνεται τῆς εἰρήνης, A τότε αἰσθάνεται τί ἐστιν ἡ θλίψις τοῦ πολέμου, καὶ τί ἐστιν ἡ χαρὰ καὶ ἡ εὐφροσύνη τῆς εἰρήνης· λοιπὸν ζητεῖ αὐτὴν, σπουδάζει λοιπὸν καὶ τρέχει καταδιώκων * τελείας καταλάβῃ αὐτὴν, ἵνα τελείως κτήσεται αὐτὴν, ἵνα εἰσοικήσει αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ. καὶ τί λοιπὸν μακαριώτερον τῆς ψυχῆς τῆς ἀξιωθείσης τούτου τοῦ μέτρου; ὁ τοιοῦτος, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, εἰς τὸ μέτρον ἐστὶν τοῦ υἱοῦ. μακάριοι γὰρ ὄντως οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται· τίς ποιεῖ τὴν ψυχὴν ἐκείνην ἔτι δι᾽ ἄλλο τι ποιεῖν τὸ ἀγαθὸν, εἰ μὴ διὰ τὴν ἀπόλαυσιν αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ; τίς οἶδε τὴν χαρὰν ἐκείνην, εἰ μὴ ὁ ἔχων αὐτῆς πεῖραν; τότε καὶ τὸν τέλειον φόβον ὁ τοιοῦτος γνωρίζει, καθὼς πολλάκις εἴπομεν. ἰδοὺ ἠκούσαμεν τί ἐστιν ὁ τέλειος φόβος τῶν ἁγίων, καὶ τί ἐστιν ὁ εἰσαγωγικὸς B φόβος ὁ τῆς καταστάσεως ἡμῶν, καὶ πόθεν φεύγει τις, καὶ ποῦ ἔρχεται διὰ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. θέλομεν λοιπὸν μαθεῖν ἄρτι, καὶ τὸ πῶς ἔρχεται ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, θέλομεν εἰπεῖν τί ἐστιν τὰ ἀφορίζοντα ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ.

Εἶπον οἱ πατέρες ὅτι κτᾶται ἄνθρωπος τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν μνήμην τοῦ θανάτου, καὶ τὴν μνήμην τῶν κολάσεων, καὶ ἐκ τοῦ καθ᾽ ἑσπέραν ἐρευνᾶν ἑαυτὸν, πῶς παρῆλθε τὴν ἡμέραν, καὶ κατὰ πρωῒ πάλιν ἐρευνᾶν πῶς παρῆλθε τὴν νύκτα, καὶ ἐκ τοῦ μὴ παῤῥησιάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ προσκολληθῆναι ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Θεόν. λέγει γὰρ ὅτι ἠρώτησεν ἀδελφός τινα τῶν γερόν- C των, τί ποιήσω πάτερ, ἵνα φοβοῦμαι τὸν Θεόν; καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, ὕπαγε, κολλήθητι ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Θεὸν, καὶ ἐκ τοῦ φοβεῖσθαι αὐτὸν τὸν Θεὸν, διδάσκει καί σε φοβεῖσθαι τὸν Θεόν· ἐκδιώκομεν δὲ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀφ᾽ ἡμῶν, ἐκ τοῦ ποιεῖν ἡμᾶς τὰ ἐναντία τούτων, ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν μνήμην θανάτου, μηδὲ κολάσεων, ἐκ τοῦ μὴ προσέχειν ἑαυτοῖς, ἐκ τοῦ μὴ ἐρευνᾶν πῶς παρήλθομεν, ἀλλὰ ἀδιαφόρως ζῆν, καὶ μετὰ ἀδιαφόρων ἀναστρέφεσθαι· ἐκ τοῦ παῤῥησιάζεσθαι· τοῦτό ἐστιν χεῖρον πάντων, τοῦτό ἐστιν ἡ τελεία ἀπώλεια. τί γὰρ οὕτως ἐκδιώκει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς ψυχῆς, ὡς ἡ παῤῥησία; τοῦτο ὅτι ἠρωτήθη ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων περὶ τῆς παῤῥησίας, εἶπεν, ὅτι ἔοικε καύσωνι μεγάλῳ, ὅστις ὅταν γένη- D ται, πάντες φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῶν δένδρων δὲ τὸν καρπὸν διαφθείρει. βλέπεις κύριε δύναμιν πάθους; βλέπεις ὀργήν; καὶ πάλιν ἐρωτηθεὶς, ναί· οὕτως χαλεπή ἐστιν ἡ παῤῥησία, λέγει. οὐκ ἔστι πάθος χαλεπώτερον τῆς παῤῥησίας. γεννήτειρα γάρ ἐστι πάντων τῶν παθῶν, ἐπειδὴ αὕτη ἐκδιώκει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῆς ψυχῆς· εἰ γὰρ τῷ φόβῳ κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ, πάντως ὅπου οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ, ἐκεῖ ἕκαστον πάθος· ὁ Θεὸς ῥύσηται τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀπὸ τοῦ ὀλεθρίου πάθους τῆς παῤῥησίας.

Ἔστι δὲ καὶ πολύτροπος ἡ παῤῥησία. παῤῥησιάζεταί τις καὶ διὰ λόγου, καὶ δι᾽ ἀφῆς, καὶ E διὰ βλέμματος. ἔρχεταί τις ἀπὸ παῤῥησίας καὶ εἰς τὸ ἀργολογεῖν, καὶ εἰς τὸ λαλεῖν τὰ κοσμικὰ, καὶ εἰς τὸ ποιεῖν γελοῖα, καὶ κινεῖν γέλωτας ἀσέμνους· παῤῥησία ἐστὶ καὶ τὸ ἅψασθαί τινος δίχα ἀνάγκης· τὸ ἐκτεῖναι χεῖρα κατά τινος γελῶντος, τὸ ὠθῆσαί τινα, ἢ ἁρπάσαι τί παρ᾽ αὐτοῦ, τὸ προσέχειν τινὶ ἀναιδῶς. ταῦτα πάντα ἐκ τοῦ μὴ εἶναι φόβον Θεοῦ ἐν τῇ ψυχῇ· ἔρχεται δὲ ἐκ τούτων κατὰ μικρόν τις καὶ εἰς τελείαν καταφρόνησιν. διὰ τοῦτο ὅτι παρεδίδου ὁ Θεὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ νόμου, ἔλεγεν, εὐλαβεῖς ποιεῖτε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. δίχα γὰρ εὐλαβείας οὐδὲ αὐτὸν τὸν Θεὸν τιμᾷ τις, οὐδὲ προσέχει ἅπαξ οἱαδήποτε ἐν-

A ligit & contuetur, tunc illi accumulata pax advenit, tunc cognoscit & sentit quid laboris in bello sit, quid gaudii & lætitiæ in pace: tunc igitur eam quærit, tunc studiosissime accurrit, ut illam apprehendat, ut omnino eam obtineat possideatque, ut illam in se totam cogat inhabitare. Quid ergo beatius anima hujuscemodi, quæ hoc statu digna est habita? Quis dicat animam illam etiam ob aliud quippiam facere bonum, quam ut bono ipso tantum fruatur? Gaudium illius nemo novit, nisi qui illud experientia didicerit. Tunc & is perfectum pariter timorem cognoscit, ut prædictum sæpius est. Audivimus igitur quis sanctorum virorum perfectus timor sit, quis item isagogicus. Quis status noster. B Unde quis fugiat, quove perveniat ob timorem Dei. Restat igitur nunc dicere, quomodo adveniat nobis divinus hic timor, quæque ea sint quæ nos ab hoc timore disterminant.

V. Affirmaverunt patres communi sententia, possidere eum timorem Dei, qui mortis crebro & gehennæ reminiscitur, quique vespere a se ipso rationem exigit, quemadmodum die ambulaverit: mane similiter, quo pacto noctem transegerit; & qui nihil de se præsumserit, quique viro timenti Deum adhæserit. Quæsisse enim ajunt a seniore fratrem aliquando, quid ageret ut Deum timeret, respon- C disseque senem, I, & homini timenti Deum te subjice; quem cum timueris, Deum quoque ut timeas necesse erit. Abigimus autem a nobis Dei timorem, cum his quæ diximus, contraria operamur; cum scilicet immemores mortis & gehennæ perpetuo sumus, cum nusquam scrutamur vias nostras, cum nullam de nobis curam gerimus, cum sine ratione vivimus, cum consuetudinem cum his habemus quibus inimica ratio est, cum de nobis admodum præsumimus; quo sane nihil est deterius: in hoc enim extremus est interitus. Quid enim adeo ab anima depellit timorem Dei, ut sui ipsius præsumtio? Hinc rogatus abbas Agathon de præsumtione quidnam esset, illam summo æstui comparavit, qui D cum excandesceret, procul omnes abigeret, qui arborum poma vitiaret. Cernis affectus hujus quanta sit vis, quantus impetus? Cumque rursum rogaretur an gravis esset, & difficilis præsumtio: respondit, nullum esse vitiorum gravius, utpote quæ cunctorum vitiorum mater & genitrix esset. Quam bene & sapienter illam dixit vitium omnium genitricem, quæ timorem Domini ab anima pelleret! Si enim timore Domini declinat quis a malo; ubi igitur is non fuerit, omne ut infit vitium, omne malum necesse est. Eripiat nos Dominus ab hac detestabili præsumtionis peste.

VI. Pluribus autem modis præsumere quis dici- E tur, sermone scilicet, tactu & visu. Præsumit quisquis vana & otiosa loquitur. Præsumit qui ea quæ sæculi sunt, enarrat, qui ridenda facit, qui ceteros a gravitate avocat cachinno. Præsumtio est etiam cum quis absque necessitate ullum contigerit, extenderitve manum in alium ridentem, impulerit aliquem, vel violenter quippiam ab eo rapuerit, aut impudenter oculos in quempiam injecerit. Hæc omnia præsumtio facit. Hæc omnia patimur, cum divino timore vacat anima. Labitur autem ex his sensim quis in perfectum contemtum. Quare cum legis præcepta daret Deus, dixit: *Veneramini filios Israel*. Absque enim mutua reverentia colit nemo Deum, neque uni etiam soli ac minimo præcepto

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.

πολή. διὰ τοῦτο οὐδὲν δεινότερον τῆς παῤῥησίας· διὰ τοῦτο γεννήτειρά ἐστι πάντων τῶν παθῶν· ἐπειδὴ ἐκβάλλει τὴν εὐλάβειαν· ἐπειδὴ διώκει τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ἐπειδὴ γεννᾷ τὴν καταφρόνησιν, ἐκ τοῦ ἔχειν ἡμᾶς παῤῥησίαν μετὰ ἀλλήλων, καὶ ἀναιδεύεσθαι πρὸς ἀλλήλους· καὶ λαλεῖτε ἀλλήλοις κακῶς, καὶ πλήσσετε ἀλλήλους. καὶ ἐὰν ἴδῃ τις ἐξ ὑμῶν τί ποτε μὴ ὠφελοῦν, ἀπέρχεται, φλυαρεῖ αὐτῷ, καὶ βάλλει εἰς τὴν καρδίαν ἄλλου ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνον ὅτι αὐτὸς βλάπτεται, ἀλλὰ βλάπτει καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, βάλλων εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἰὸν πονηρόν. καὶ πολλάκις εἶχε τὸν νοῦν αὐτοῦ εἰς προσευχὴν, ἢ εἰς ἄλλο καλὸν πρᾶγμα, καὶ ἀπέρχεται ἐκεῖνος, παρέχει αὐτῷ εἰς τι ἀδολεσχῆσαι, καὶ οὐ μόνον ἐμποδίζει τῇ ὠφελείᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ πειρασμὸν φέρει αὐτῷ. καὶ οὐδὲν τούτου βαρύτερον, οὐδὲ ὀλεθριώτερον τοῦ τινὰ μὴ μόνον ἑαυτὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν πλησίον βλάπτειν.

A potest adhærere. Nihil igitur præsumtione gravius, quæ vitiorum omnium & mater est, & genitrix. Hæc enim reverentiam mutuam a nobis abducit, hæc timorem Dei abigit, hæc contemtum parit. Ex præsumtione namque fit impudenter, ut vos inter vos plerumque agatis, male colloquamini, mutuis diverberationibus lasciviatis. Hinc est ut cum viderit quis vestrum aliquid inutile & vanum, statim abeat, & illud garrula lingua ubique disseminet, & alterius fratris menti ac animo ingerat, nec contentus sibi ipsi nocuisse nisi in commune damnum & fratrem trahat, pravamque æruginem illius cordi immittat. Alius alteri forte dum oratione vacat, vel aliud quid boni operatur, supervenerit frater futile B aliquid afferens, de quo inaniter inter se colloquantur; nec solum ab ea utilitate illum abstrahit, sed etiam in tentationem communem trahit: qua malitia nulla gravior est aut perniciosior, ut scilicet non tibi solum, sed & proximo nocere appetas.

Διὰ τοῦτο καλόν ἐστιν, ἵνα ἔχωμεν εὐλάβειαν, ἀδελφοί· ἵνα φοβώμεθα τὴν βλάβην ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων, ἵνα τιμῶμεν ἀλλήλους, καὶ ἵνα σπουδάζωμεν μηδὲ ἀναιδεύειν, μηδὲ εἰς τὰ πρόσωπα ἀλλήλων. καὶ τοῦτο γὰρ ὡς εἶπέ τις τῶν γερόντων, εἶδός ἐστι παῤῥησίας. καὶ ἐὰν συμβῇ τινα βλέπειν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα, μήτε καταπτύσῃ αὐτοῦ, καὶ σιωπήσει καὶ ἀφήσει αὐτὸν ἀπολέσθαι, μήτε πάλιν λοιδορήσει αὐτὸν, μήτε καταλαλήσει αὐτοῦ· ἀλλὰ μετὰ συμπαθείας καὶ φόβου Θεοῦ εἴπῃ τῷ δυναμένῳ διορθώσασθαι αὐτὸν, ἢ αὐτὸς λαλήσει αὐτῷ μετὰ ἀγάπης καὶ ταπεινώσεως λέγων, συγχώρησόν ἀδελφέ μου, ὅτι, ὡς ἀσύστροφος βλέπω, ὅτι τάχα οὐ καλῶς ποιοῦμεν τόδε τὸ πρᾶγμα. καὶ ἐὰν μὴ ἀκούσῃ, εἰπὲ ἄλλῳ, εἰς ὃν βλέπων ὅτι ἔχει πληροφορίαν, ἢ εἰπὲ τῷ ἐπιστάτῃ αὐτοῦ, ἢ τῷ ἀββᾷ πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ σφάλματος, καὶ ἀμεριμνεῖ· ἀλλ' ὡς εἴπομεν, σκοπῷ τοῦ διορθωθῆναι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ εἴπῃ, καὶ μὴ κατὰ φλυαρίαν, μὴ καταλαλῶν, μὴ ἐξουδενῶν αὐτὸν, μὴ θέλων αὐτὸν, φησὶν, παραδειγματίσαι, μὴ κατακρίνων αὐτὸν, μὴ σχηματιζόμενος δῆθεν διόρθωσιν· ἔσωθεν δὲ ἔχων τί ποτε τούτων ὧν εἶπον· ὄντως γὰρ αὐτῷ τῷ ἀββᾷ αὐτοῦ. ἐὰν λέγῃ τις, καὶ μὴ λέγῃ διὰ τὴν διόρθωσιν τοῦ πλησίον, ἢ διὰ ἰδίαν βλάβην, ἁμαρτίας ἐστί· καταλαλιὰ γάρ ἐστιν. ἀλλὰ ψηλαφήσει τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ, εἰ ἔχῃ κίνησίν τινα ἐμπαθῆ, καὶ μὴ εἴπῃ· ἐὰν δὲ καὶ βλέπει ἑαυτὸν μετὰ ἀκριβείας ὅτι διὰ τὴν συμπάθειαν καὶ ὠφέλειαν θέλει εἰπεῖν, ὀχλεῖ δὲ καὶ ὁ λογισμός τις ἔσωθεν ἐμπαθὴς, ἀναγγεῖλαι τῷ ἀββᾷ μετὰ ταπεινώσεως, καὶ τὸ ἴδιον καὶ τὸ τοῦ πλησίον λέγων· ὅτι ἡ μὲν συνείδησίς μου μαρτυρεῖ μου ὅτι διὰ ὄρθωσιν θέλω εἰπεῖν, ἀλλ' αἰσθάνομαι ὅτι ἔσωθέν τίς ποτε λογισμὸς μεμιγμένος. εἴτε ἐπειδὴ ἔσχον ποτὲ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, οὐκ οἶδα· εἴτε συκοφαντία ἐστὶ θέλουσα ἐμποδίσαι μοι εἰπεῖν καὶ γενέσθαι διόρθωσιν, οὐκ οἶδα· καὶ λοιπὸν ὁ ἀββᾶς λέγει αὐτῷ, εἰ ὀφείλει εἰπεῖν, ἢ μὴ εἰπεῖν. ἔστι δὲ ὅτε λέγει τὶς οὔτε διὰ ὠφέλειαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, οὔτε διὰ ἰδίαν βλάβην, οὔτε κατὰ μνησικακίαν τινὰ, ἀλλ' οὕτως ἁπλῶς διηγούμενος, ὡς ἀπὸ ἀργολογίας. καὶ τίς ἡ χρεία τῆς φλυαρίας ταύτης; πολλάκις δὲ καὶ μανθάνῃ ὁ ἀδελφὸς ὅτι εἶπε περὶ αὐτοῦ, καὶ ταράσσεται, καὶ γίνεται ἐκ τούτου θλῖψις, γίνεται καὶ ἄλλη προσθήκη βλάβης. ὅταν γὰρ λέγει τις δι' αὐτὴν τὴν ὠφέλειαν, ὡς εἴπομεν, καὶ μόνην, οὐ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς γενέσθαι ταραχήν· οὐκ ἀφῇ παρακολουθῆσαι θλῖψιν, ἢ βλάβην.

VII. Absit autem a nobis fratres ut hoc agamus. Servemus mutuam reverentiam, timeamus communia damna, invicem nobis deferamus. Studeamus ne nictemus, ne vagemur oculis, ne vultus nostros crebro contemplemur. Nam illud quoque præsumtionis est genus, ut majorum fuit sententia. Præterea si fratrem conspicias perperam quid facientem, ne illum spernas, ne conspuas, ne taceas ac perire permittas; C neque etiam illi maledicas aut ubique diffames, sed cum misericordia & timore Dei illi revela qui possit eum erigere. Aut tu te ipse fratrem compella cum benevolentia & mansuetudine, dicens: Da veniam obsecro mi frater, video quod hoc rei sine dubio non bene agas. Quod si te non audierit, alteri dicas in quo videris eum fidem habere, vel etiam præposito aut abbati pro peccati magnitudine; ac deinde securus esto: ut autem diximus, caveat quivis, hoc agat alia intentione atque animo, quam fratris agendi: non per garrulitatem, non per infamiam, non per contemtum ipsius, non ut in exemplum aliorum trahat, non ut judicet eum, non prætexens simulatione correctionem. Quod si habet in se quip- D piam horum quæ prædiximus, ut scilicet delator fratris sit apud abbatem nocendi consilio, non studio corrigendi, peccatum est & infamia. Scrutabitur primo cor suum diligentissime; & si simultatis instinctu aut odio hoc se facere senserit, abstinebit neque dicet. Si autem cum viscera sua diligenter rimatus fuerit, se se cognoverit correctionis & caritatis gratia id facere, impediri autem a cogitatione scrupulosa quadam, abbati humiliter & suum & proximi peccatum pandat, dicatque conscientiæ testimonio id facere ut corrigat; verberari tamen se a turba quadam cogitationum, ita ut ignoret, an adversum fratrem quippiam habeat, an hæc calumnia sit a qua impediatur loqui & corrigere. Cui post- E modum respondeat abbas, debeat nec ne illud dicere. Fit autem hoc & aliquando, nec propter commodum aut damnum fratris, nec propter inimicitiam ullam: sed ex quadam male loquendi consuetudine. Et quis oro hujus garrulitatis usus? sæpe enim fit ut resciscat postmodum frater sibi detractum esse, & perturbetur molestiaque non modica afficiatur: & hoc alterum quoque damnum accedat. Quod si (ut præfati sumus) id fiat ob utilitatem & commodum fratris, non patitur Deus illum perturbari aut fluctuare, non angustiam, non damnum accedere.

Σπουδάσατε δὲ ὡς εἴπομεν καὶ τηρεῖν τὴν γλῶσσαν ὑμῶν, ἵνα μὴ λαλεῖ τις κακῶς τῷ πλησίον, μήτε

VIII. Curate igitur & linguam cohibere, ne quis proximo mala loquatur, nec ullum verbo aut um-

πλήσσει τινὰ, ἢ λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ σχήματι, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ· μηδὲ ἔσεσθε ἀκνηστοὶ· ἵνα μὴ ὅταν ἀκούσει τις ὑμῶν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ῥῆμα, εὐθέως κνίζεται, ἢ καὶ ἀποκρίνεται αὐτῷ κακῶς, ἢ μένει θλιβόμενος κατ᾽ αὐτοῦ. οὐκ εἰσὶ ταῦτα θελόντων σωθῆναι, οὐκ εἰσὶ ταῦτα ἀγωνιζομένων κτήσασθε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ μετὰ εὐλαβείας· ἵνα ἀπαντᾶτε ἀλλήλοις, ἕκαστος κλίνων τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἔμπροσθεν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καθὼς εἴπομεν, ἕκαστος ταπεινούμενος ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ κόπτων αὐτῷ τὸ θέλημα αὐτοῦ. ὄντως καλὸν, ἐάν τις ποιῇ πρᾶγμα, καὶ παραχωρήσει τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ προτιμήσει αὐτόν· ὠφελεῖται αὐτὸν ὁ παραχωρήσας πλέον ἐκείνου. ἐγὼ οὐκ οἶδα ἐμαυτὸν ποιήσαντά ποτε ἀγαθόν· ἀλλὰ εἰ ὅλως ἐσκεπάσθην ἐκ τούτου, οἶδα ὅτι ἐσκεπάσθην, ὅτι οὐδέποτε προέκρινα ἐμαυτὸν τοῦ ἀδελφοῦ, ἀλλ᾽ ἀεὶ τὸν ἀδελφόν μου ἔβαλον ἔμπροσθέν μου.

Ποτὲ ὄντος μου ἔτι ἐν τοῖς τοῦ ἀββᾶ Σερίδου, ἠσθένησεν ὁ ὑπηρέτης τοῦ γέροντος τοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ κατὰ τὸν ἀββᾶν Βαρσανούφιον, καὶ ἐπέτρεψέ μοι ὁ ἀββᾶς ὑπηρετῆσαι τὸν γέροντα. οὕτως δὲ ἠσπαζόμην τὴν θύραν τοῦ κελλίου αὐτοῦ ἔξωθεν, ὥσπερ προσκυνεῖ τις τὸν τίμιον σταυρόν· πόσῳ γε μᾶλλον τὸ ὑπηρετῆσαι αὐτῷ· τίς γὰρ οὐκ ἤθελεν ἀξιωθῆναι τοιούτου ἁγίου; εἶχε δὲ καὶ λόγον θαυμάσιον, καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἀεὶ μετὰ πληρῶσαί με τὴν ὑπηρετίαν αὐτοῦ, ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν ἵνα λάβω παράθεσιν παρ᾽ αὐτοῦ καὶ ἀναχωρήσω, καὶ ἐλάλει μοι πάντως. εἶχε γὰρ ὁ γέρων τέσσαρα ῥήματα, καὶ ὡς εἶπον· καθ᾽ ἑσπέραν, ὡς ἤμελλον ἀναχωρεῖν, ἔλεγέ μοι πάντως ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων, καὶ ἔλεγεν οὕτως· φησὶν ἅπαξ· οὕτως γὰρ ἦν ἡ συνήθη τοῦ γέροντος ἐν ἑκάστῳ ῥήματι λέγειν· φησὶν ἅπαξ, ἀδελφὲ ὁ Θεὸς φυλάξειε τὴν ἀγάπην· εἶπον οἱ πατρες, τὸ φυλάξαι τὴν συνείδησιν τοῦ πλησίου τίκτει τὴν ταπεινοφροσύνην. πάλιν τῇ ἄλλῃ ἑσπέρᾳ ἔλεγέ μοι· φησὶν ἅπαξ, ἀδελφὲ ὁ Θεὸς φυλάξειε τὴν ἀγάπην· εἶπον οἱ πάτρες· οὐδέποτε ἔβαλλον τὸ θέλημά μου ἔμπροσθεν τοῦ ἀδελφοῦ μου· ἄλλοτε πάλιν ἔλεγε· φησὶν ἅπαξ, ἀδελφέ ὁ Θεὸς φυλάξειε τὴν ἀγάπην· εἶπαν οἱ πάτρες, φεῦγε τὰ ἀνθρώπινα καὶ σώζῃ. πάλιν ἔλεγε· φησὶν ἅπαξ, ἀδελφὲ ὁ Θεὸς φυλάξειε τὴν ἀγάπην· εἶπον οἱ πάτρες, ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσατε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. πάντως εἶχεν ὁ γέρων μίαν παραγγελίαν δοῦναί μοι ἐκ τῶν τεσσάρων τούτων, ὡς ἀνεχώρουν καθ᾽ ἑσπέραν, ὥς τίς ποτε, παρέχων τινὶ ἐφόδια. καὶ οὕτως εἶχον αὐτὰ εἰς φυλακὴν ὅλης τῆς ζωῆς μου· καὶ ὅμως καίπερ τοιαύτην πληροφορίαν ἔχων εἰς τὸν ἅγιον, καὶ οὕτω διακείμενος περὶ τὴν ὑπηρεσίαν αὐτοῦ· ἵνα αἴσθωμαι μόνον ὅτι τίς ποτε τῶν ἀδελφῶν ἐθλίβετο ζητῶν ἵνα αὐτὸς ὑπερηρετήσῃ αὐτῷ. ἀπῆλθον οὖν πρὸς τὸν ἀββᾶν, καὶ παρεκάλεσα αὐτόν· λέγων, ὅτι τῷδε τῷ ἀδελφῷ μᾶλλον πρέπει τοῦτο ἐὰν συνορᾷς κύριε. καὶ οὐ συνεχώρησέ μοι οὔτε ὁ ἀββᾶς, οὔτε αὐτὸς ὁ γέρων. πλὴν τέως ἐγὼ ἐπλήρωσα τὴν δύναμίν μου εἰς τὸ προτιμηθῆναι τὸν ἀδελφόν. καὶ ὅτι ἐποίησα ἐκεῖ ἐννέα ἔτη, οὐκ οἶδα λαλήσας τινὶ ῥῆμα σαπρόν· καίτοι ἔχων διακονίαν, ἵνα μή τις εἴπῃ ὅτι οὐκ εἶχον.


Καὶ πιστεύσατε, οἶδα ὅτι ἐποίησεν * οἷς ἀδελφὸς ἀπὸ τοῦ νοσοκομείου ἕως τῆς ἐκκλησίας περιπατῶν ὀπίσω μου ὑβρίζων με· κἀγὼ ἔμπροσθεν αὐτοῦ μὴ φθεγγόμενος αὐτῷ οὐδὲ ἓν ῥῆμα· ἀλλὰ καὶ ὅτι ἔμαθεν ὁ ἀββᾶς, οὐκ οἶδα τίνος εἰπόντος αὐτῷ, καὶ ἠθέλησεν ἐπιτιμῆσαι αὐτῷ, ἐγὼ

A bra, aut re, aut quovis omnino alio modo feriat. Neque fitis prurientes auribus: ne fcilicet, cum quis audierit quippiam de fe maledictum, pruritu illico percutiatur: & ipfe quoque vel male refpondeat vel perturbetur ab eo. Non enim talia concertantes athletæ agere confueverunt, non qui pro falute defudant. Poffidete timorem Dei & mutua reverentia vos prævenite: vobis obvii eftote: inclinate capita veftra: humiliamini in confpectu fummi Dei, & in confpectu fratrum: fubjicite propriam voluntatem. Bonum inquam opus aggreditur qui hoc facit, qui advenienti fratri cedit, qui honore prævenit: confequitur plus commodi qui cedit, eo cui ceditur. Ego me ipfum novi nil boni agere, B fed quod hujus vitii omnino expers fim & vacuus, hoc utique novi. Neque enim me aliquando fratrum cuiquam antepofui, fed quemvis mihi femper judicavi præftare debere.

IX. Cum effem aliquando apud abbatem Seridum ægrotare contigit miniftrum abbatis Joannis: quare mihi imperavit abbas feniori ut defervirem. Ego vero oneri fubiens, fic cellulæ ipfius oftium obfervabam, ut qui pretiofam crucem adorat: quanto igitur magis cum illi miniftrarem? Quis enim non optaret tam fancto homini defervire? Erat autem fuavi & admirando eloquio. Quare ego quotidie poft expletum minifterium inclinato corpore illi re- C verentiam exhibebam, ut data venia & accepta benedictione difcederem. Et femper ille mihi aliquid quod inftrueret ædificaretque, loquebatur. Habuit autem fenex quatuor verba in ore confueta, quorum unum receffuro mihi ad vefperam femper commemorabat. Mos autem feniori erat ante omnem narrationem fuam hoc præponere: Confervet, frater, Deus caritatem mutuam. Quod cum hoc quoque tempore mihi dixiffet, arbitrati funt patres cuftodiam propriæ confcientiæ erga proximum parare humilitatem. In fecunda quoque vefpera dixit mihi: Confervet, frater, Deus mutuam caritatem. Arbitrati funt patres voluntatem propriam fraternæ numquam anteponendam. Tertia D vefpera ait: Confervet, frater, Deus mutuam caritatem. Dixerunt patres: Fuge humana hæc, & falvaberis. Quarto die dixit: Confervet, frater, Deus mutuam caritatem. Dixerunt patres: Invicem fi feramus onera noftra ita Chrifti legem completuros. Sic femper confueverat fenex ex his unam mihi quocumque die fententiam commemorare, tamquam aliquid viatici præftans. Quas omnes in vitæ meæ cuftodiam fervavi femper & tenui: tanta fide erga fanctiffimum patrem fui, dum illi miniftrarem. Cum autem femel tantum intellexiffem unum e fratribus afflictum, qui id minifterium mihi exoptaret eripere, abbatem adii ftatim, & accito fratre rogavi patrem, ejus animo ut morem gereret, E quod id minifterium & munus multo me melius exfequi & vellet & poffet. Negavit pater, & neque ipfe neque fenex hoc permiferunt: ego tamen quantum in me fuit, fratrem mihi prætuli. Cum etiam annos novem in eo minifterio fuiffem, numquam in fratrem illum exfpui verbum vel turpe vel moleftum, etiam cum adminiftrationem aliquam haberem, neque privatus effem omnino.

X. Quæ dicam credite. Ab infirmaria ad ecclefiam plerumque me frater infectatus eft multis conviciis & contumeliis; cui ego numquam ne verbum quodlibet unum contra refpondi. Quin potius & cum id refciffet abbas nefcio quo referente, decreviffetque illum objurgare, procidi ego ad pedes pa-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



A ἔμεινα κρατῶν τοὺς πόδας αὐτοῦ, λέγων, μὴ διὰ τὸν κύριον, ἐγώ ἔσφαλον, οὐδὲν πρᾶγμα ἔχει ὁ ἀδελφός. καὶ ἄλλος πάλιν εἴτε ἀπὸ πειρασμοῦ εἴτε ἀπὸ ἁπλότητος, ὁ Θεὸς οἶδεν πόθεν, ἐποίησε χρόνον κατὰ νύκτα ποιῶν τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πρὸς κεφαλήν μου, ὥστε καὶ αὐτὴν τὴν στρῶσίν μου βρέχεσθαι. ὁμοίως καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἀδελφῶν ἤρχοντο ἡμέραν, καὶ ἐτίνασσον τὰ ψιάθια αὐτῶν ἔμπροσθεν τοῦ κελλίου μου, καὶ ἔβλεπον τοσοῦτον πλῆθος κορέων εἰσερχομένων εἰς τὸ κελλίον μου, ὡς μήτε περιγενέσθαι τοῦ φονεύειν αὐτάς· ἦσαν γὰρ ἄπειροι ἐκ τῶν καυμάτων. λοιπὸν ὡς ἀπηρχόμην κοιμηθῆναι, συνήγοντο ὅλαι ἐκεῖναι ἐπάνω μου, καὶ ἤρχετο μὲν ὁ ὕπνος ἐκ τοῦ πολλοῦ κόπου· ἐγειρομένου δέ μου ἀπὸ τοῦ ὕπνου, ηὕρισκον ὅλον τὸ B σῶμά μου καταβεβρωμένον· καὶ οὐδέποτε εἶπόν τινι αὐτῶν, μὴ ποιήσεις οὕτως, ἢ διὰ τί οὕτως ποιεῖς. οὔτε οἶδα ἐμαυτὸν καθὼς εἶπον, λαλήσαντά ποτε ῥῆμα πλῆττον ἢ λυποῦν τινά. μάθετε καὶ ὑμεῖς βαστάζειν τὰ βάρη ἀλλήλων, μάθετε εὐλαβεῖσθαι ἀλλήλους. καὶ ἐὰν ἀκούσῃ τὶς ὑμῶν ῥῆμα παρά τινος ἀπαρέστον αὐτῷ, ἢ ἐὰν πάθῃ τίς ποτε παρὰ προαίρεσιν, μὴ εὐθέως ὀλιγωρήσει, μὴ εὐθέως κνισθῇ, μὴ εὑρεθῇ ἐν καιρῷ ἀγῶνος καὶ ὠφελείας ἔχων καρδίαν ἐκλελυμένην, ἀμελέτητον, ἄτονον, μὴ δυναμένην δέξασθαι οἱανδήποτε προσβολήν· ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πέπονος, ὅτι μικρὸν βιζάκιον ἐὰν ἐγγίσῃ αὐτῷ, εὐθέως ποιεῖ τραῦμα καὶ σήπεται· ἀλλὰ μᾶλλον ἵνα ἔχητε καρδίαν στερεὰν, ἵνα C ἔχητε μακροθυμίαν, ἵνα νικᾷ πάντα τὰ συμβαίνοντα ἡ ἀγάπη ὑμῶν εἰς ἀλλήλους. καὶ ἐὰν ἔχῃ τις διακονίαν, ἢ καὶ ἐὰν εὑρεθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἔχων οἱανδήποτε ἀπόκρισιν, εἴτε πρὸς τὸν κηπουρὸν, εἴτε πρὸς τὸν κελλαρίτην, εἴτε πρὸς τὸν μάγειρον, εἴτε ἁπλῶς πρὸς ὅντινα δήποτε τῶν συνδιακονούντων ὑμῖν, ἵνα σπουδάζῃ καὶ αὐτὸς ὁ τὴν ἀπόκρισιν ζητῶν, καὶ αὐτὸς ὁ διακονητὴς ὁ παρέχων, πρὸ παντὸς πράγματος φυλάξαι τὴν ἰδίαν κατάστασιν, καὶ μηδέποτε ἀφιέτω ἑαυτὸν, εἴτε εἰς ταραχὴν, εἴτε εἰς ἀντιπάθειαν, ἢ προσπάθειαν, ἢ οἱονδήποτε ἴδιον θέλημα, ἐκκλῖναι ἀπὸ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ οἷον εὑρεθῇ τὸ πρᾶγμα, εἴτε μικρὸν εἴτε μέγα, καταφρονήσει αὐτοῦ καὶ ἀμελήσει. κακὴ γάρ ἐστιν D ἡ ἀδιαφορία. μήτε πάλιν προτιμήσει αὐτῷ τῆς ἰδίας καταστάσεως, εἰς τὸ καὶ βλαβῆναι, εἰ τύχῃ, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, διὰ τὸ περιγενέσθαι τοῦ πράγματος. εἰς οἷον γὰρ πρᾶγμα ἐὰν εὑρεθῆτε, κἂν πάνυ κατεπεῖγόν ἐστι καὶ σπουδαῖον, οὐ θέλω ὑμᾶς ποιεῖν ποτε μετὰ φιλονεικίας τι ἢ μετὰ ταραχῆς· ἀλλ᾽ ἵνα ἔστε πεπληροφορημένοι ὅ, τι πᾶν ἔργον ὃ ἐὰν ποιεῖτε, κἂν μέγα, ὡς εἴπομεν, ἐστι, κἂν μικρὸν, τὸ ὄγδοόν ἐστι τοῦ πράγματος τοῦ ζητουμένου. τὸ δὲ φυλάξαι τὴν ἰδίαν κατάστασιν, κἂν συμβῇ διὰ τοῦτο ἀποτυχεῖν τοῦ διακονήματος, τὸ ἥμισυ τέταρτον τοῦ ὀγδόου ἐστί. βλέπετε πόσον ἐστὶ τὸ διάφορον.

A tris obsecrans per Jesum Christum id ne faceret, quod videlicet meum fuisset peccatum, non fratris. Alter quoque vel ex tentatione vel simplicitate, ut novit Deus, observato noctis tempore urinam suam in caput meum effudit, ita ut lectulus meus totus maderet. Alii quoque fratres convenere per diem ut storeas suas excuterent ante cellam meam; quo facto tanta cimicum multitudo in eam commigravit, quantam ego nullo modo satis fuissem interficere: erant autem infiniti præ tanto æstu. Cum ego igitur cubitum concessissem, in me omnes facto agmine corruere, cumque diutius obdormissem præ labore, ut eram fessus admodum in die, tandem excitatus a somno offendi corpusculum meum B omne depastum: neque tamen illorum cuiquam verbum aliquando ullum feci, aut ne id amodo facerent, aut quod male facerent. Et ut prædicta repetam, me numquam memini quidquam aliquando locutum, quod vel molestiam vel afflictionem ulli afferret. Discite igitur & vos fratres, [a] *alter alterius onera portare*; discite mutuam reverentiam exhibere. Cumque vestrum quis verbum audiverit quandoque minus gratum, ne illico deprimatur aut deficiat, non statim pruriat, ne belli & lucri tempore inveniatur corde afflicto, demisso, obtuso, quod scilicet impotens sit etiam ictum minimum sustinere: ut in pepone solet evenire, quem si parvum vasculum contigerit, illico vulnerat & putre- C scere cogit. Virile cor & intrepidum habete: magnanimitatem induite, ut quæcumque inter vos contigerint, mutua caritas ea sufferat & vincat. Quod si quis ex vobis etiam administrationem habuerit, fueritque necesse vel olitori, vel coquo, vel œconomo quippiam respondere, vel cuivis alii coadministrantium, studeat obsecro uterque & qui daturus & qui accepturus responsum est, statum suum in omni re servare; ita ut nihil afflictionis, nihil perturbationis, nihil affectionis, nihil indignationis sinat umquam intervenire, neque aliquid propriæ voluntatis interlabi, neque justitiam aliquando a præceptis divinis patiatur aberrare: sed uti res inventa fuerit vel parva vel magna, ita eam per- D mittat & negligat. Est enim malus ejusmodi rerum contemtus, & improbandus. Neque rursum honoret illum ultra ejus statum, maxime si animæ damnum incumbat, quia videlicet a re ipsa superetur. Quocumque enim in negotio fueritis, etsi illud impellens admodum sit, requiratque diligentiam & studium, nolo vos aliquando illud cum contentione gerere. Sed certiores estote, omne opus quodcumque agitis, licet magnum fuerit vel parvum, ut dixi, octavam partem esse ejus rei quam quæritis. Custodire autem proprium statum, etiamsi ex hoc contigerit privari administratione, quartum est dimidium octavi. Videte igitur quantum distent.

E

Ὅταν οὖν ποιεῖτε πρᾶγμα, ἐὰν θέλετε αὐτὸ τέλειον καὶ ὁλόκληρον ποιεῖν, ἵνα σπουδάζητε καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ποιῆσαι ὅπερ ἐστὶν ὥσπερ τὸ ὄγδοον, καὶ τὴν ἰδίαν κατάστασιν φυλάξαι ἀβλαβῆ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἥμισυ τέταρτον ὄγδοον. εἰ δὲ παρακολουθήσῃ ἀνάγκη τοῦ παρασυρῆναι καὶ ἐξελθεῖν τῆς ἐντολῆς καὶ βλαβῆναι, ἢ βλάψαι διὰ τὸ τὴν χρείαν πληρωθῆναι τῆς διακονίας, οὐκ ἔστι καλὸν ἵνα τὸ ἥμισυ τέταρτον ὄγδοον ἀπολέσῃ τις, ἵνα φυλάξῃ τὸ ὄγδοον. ἐπεὶ ἐὰν οἴδατε ὅτι τοῦτο ποιεῖ τις, οὐ ποιεῖ γνῶσιν τὴν ἰδίαν διακονίαν ὁ τοιοῦτος. ἢ γὰρ διὰ κενοδοξίαν, ἢ διὰ ἀνθρωπαρέσκειαν ἐπιμένει φιλονεικῶν, καὶ κολάζων καὶ ἑαυτὸν καὶ τὸν πλησίον, ὡς ἵνα μετὰ ταῦτα

XI. Cum ergo rem ullam agitis, si eam cupitis integram incorruptamque servare, studete eam uti est facere, quod dixi de octavo; & proprium statum indemnem custodire, quod est quartum dimidium octavi. Si vero incumbat necessitas transgrediendi & a præcepto divertendi, damnumque vel accipere vel inferre cogatur, ut compleatur usus administrationis; non est æquum ut quis quartum dimidium octavi perdat quo conservet octavum. Quare cum aliquem cognoveritis istuc ipsum facientem, haud dubitate hunc in cognitione vera non administrare: vel enim per ambitionem aut humanum obsequium pergit contendere se ipsum & pro-

a Gal. VI, 2.

ἀκούσῃ ὅτι οὐδεὶς ἠδυνήθη νικῆσαι αὐτόν. βαβαὶ μεγάλη ἀνδραγαθία· οὐκ ἔστιν αὕτη νίκη, ἀδελφοί, αὕτη ζημία ἐστὶν, αὕτη ἀπώλειά ἐστιν. ἰδοὺ ἐγὼ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐὰν πέμψω τινὰ ἐξ ὑμῶν εἰς οἱανδήποτε χρείαν, καὶ ἴδῃ ταραχὴν ἀνακύπτουσαν, ἢ οἱανδήποτε ἄλλην βλάβην, κόψει· καὶ μηδέποτε βλάψετε ἑαυτοὺς, ἢ καὶ ἀλλήλους· ἀλλὰ ἀπέλθῃ καὶ ἡ χρεία, μὴ γένηται, καὶ μόνον μὴ ταράσσετε ἀλλήλους. ἐπεὶ, ὡς εἶπον, τὸ ἥμισυ τέταρτον ὄγδοον ἀπόλλεται· ἔστι δὲ τοῦτο προφανὴς ἀλογία. ταῦτα δὲ λέγω ὑμῖν, οὐχ ἵνα ἀθέως μικροψυχῆτε, καὶ κόπτετε τὰ πράγματα, ἢ ἵνα ἀδιαφορεῖτε καὶ ῥίπτετε [1] ἀφαρῆ τὰς ὕλας, καὶ καταπατεῖτε τὴν συνείδησιν ὑμῶν, θέλοντες ἀμεριμνεῖν· οὐδὲ πάλιν ἵνα παρακούετε, καὶ λέγει ἕκαστος ὑμῶν, οὐ δύναμαι τόδε ποιῆσαι, βλάπτομαι· οὐκ ἀπαντᾷ με. ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐδέποτε ποιεῖτε οἱανδήποτε διακονίαν, οὐδὲ δύνασθέ ποτε πληρῶσαι ἐντολὴν Θεοῦ, ἀλλ' ἵνα παρέχετε πᾶσαν τὴν δύναμιν ὑμῶν εἰς τὸ ποιῆσαι ἑκάστην μετὰ ἀγάπης διακονίαν ὑμῶν, μετὰ ταπεινοφροσύνης ὑποκλινόμενοι ἀλλήλοις, τιμῶντες, παρακαλοῦντες. οὐδὲν δυνατώτερον τῆς ταπεινοφροσύνης· εἰ μέντοι [2] ἤδη τὶς τὸν πλησίον πρὸς τὴν ὥραν θλιβόμενον, ἢ ἑαυτὸν, κόψατε, παραχωρήσατε ἀλλήλοις, μὴ ἐπιμείνητε ἕως οὗ καὶ βλάβη παρακολουθήσει. κρεῖσσον γάρ ἐστιν, ἰδοὺ μυριάκις εἶπον, μὴ γενέσθαι τὴν χρείαν, ὡς θέλετε· ἀλλ' ὡς ἀπαιτῶ πρὸς τὴν ἀνάγκην, καὶ μὴ διὰ μονοτομίαν, ἢ διὰ δικαίωμα, κἂν ἔστιν εὐλογοφανὲς ταράξαι ὑμᾶς, ἢ θλίψαι ἀλλήλους, καὶ ἀπολέσαι τὸ ἥμισυ τέταρτον ὄγδοον. πολλὴ γάρ ἐστιν ἡ διαφορὰ τῆς ζημίας. συμβαίνει δὲ ὅτι πολλάκις, καὶ αὐτὸ τὸ ὄγδοον ἀπόλλει τὶς, καὶ οὐδὲν ὅλως ποιεῖ. τοιαῦτα γάρ εἰσι τὰ τῶν φιλονεικιῶν· αὐτὴν τὴν ἀρχὴν πάντα τὰ ἔργα ἃ ποιοῦμεν, διὰ τὸ ὠφεληθῆναι ἐξ αὐτῶν, ποιοῦμεν. [ποία δὲ ὠφέλεια, ἐὰν μὴ ταπεινούμεθα ἀλλήλοις] ἀλλὰ τὸ ἐναντίον καὶ ταράσσομεν καὶ θλίβομεν ἀλλήλους. καὶ οἴδατε τίς λέγει ἐν τῷ γεροντικῷ, ὅτι ἐκ τοῦ πλησίου ἐστὶν ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος· ἵνα μελετᾶτε ταῦτα ἀεὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀδελφοί, ἵνα γυμνάζητε τοὺς λόγους τῶν ἁγίων γερόντων, ἵνα σπουδάζητε μετὰ ἀγάπης καὶ φόβου Θεοῦ ζητεῖν τὴν ὠφέλειαν ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων. οὕτως δύνασθε ἐκ πάντων τῶν συμβαινόντων ὠφελεῖσθαι καὶ προκόπτειν διὰ τῆς βοηθείας τοῦ Θεοῦ. αὐτὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὡς φιλάνθρωπος, χαρίσεται ἡμῖν τὸν φόβον αὐτοῦ. λέγει γὰρ, τὸν Θεὸν φοβοῦ καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φύλαξον, ὅτι τοῦτο ἀπαιτεῖται πᾶς ἄνθρωπος.

A ximum pariter lædens: ut scilicet postea ab eo audias potuisse se se a nemine superari. Papæ, quanta est fortitudo ista! Non est hæc victoria, fratres, non lucrum: jactura est atque perditio. En repeto vobis, si quando contigerit ullum vestrum mitti a me in aliquod ministerium, videritque imminere vel perturbationem vel damnum, amputet illud, abjiciat, amoveat, necvobis ipsis invicem noceatis. Sed pereat potius ministerium, nec fiat, dummodo inter vos non fiant turbæ. Quoniam, ut sæpe dixi, quartum dimidium octavi ita perditus: atque hæc manifesta jactura est. Dicuntur autem hæc a me, non ut statim cadatis animo, non ut indiscreti sitis, non ut a vobis statim res quascumque projiciatis, conculcetisque conB scientiam vestram, volentes eas sponte negligere & nihil curare. Neque ut etiam obaudiatis, dicatque quisque vestrum, non queo rem hanc facere; gravis mihi est, & male afficior ab ea; non expedit mihi. Hujuscemodi enim tergiversatione, nullus umquam ministerium ullum faceret, neque præceptum Dei possetis adimplere. Sed ut adhibeatis omnem diligentiam, ut mutua cum caritate fiat a vobis omne ministerium vestrum, subjecti sitis invicem cum humilitate honorantes, exhortantes. Nihil enim est humilitate potentius. Quare si quis vestrum viderit ad horam proximum vel se ipsum afflictum, lugete & præ nimio dolore plangite, cedite vobis invicem, & nolite exspectare ut aliquid damni subC sequatur. Melius enim est, (quod vobis millies repeto) non fieri quod opus erat, etsi necessitas urgeret, neque per concordiam vel justitiam fieri, etiamsi bene factum videretur, quam turbari vos & mutuo affligi & perdere quartum dimidium octavi. Magna est enim damni differentia. Accidit enim plerumque ut & ipsum octavum amittat aliquis, nihilque omnino faciat. (At quæ utilitas nisi invicem humiliemur?) at potius quod contrarium est, turbas inter nos & molestias suscitemus. An vobis oro excidit illa ex libro seniorum sententia, quæ affirmat ex proximo vitam & mortem provenire? Hæc crebro inter vos fratres meditamini, exercete sermones & institutiones patrum, studete cum caritaD te & timore Dei mutuam utilitatem quærere. Ita ex omnibus quæcumque vobis acciderint, poteritis lucrum referre, atque proficere opitulante Domino. Ipse humanus Deus noster gratificetur nobis timorem suum. Ait enim: [a] *Deum time, & mandata ejus custodi, quoniam hoc requiritur in omni homine.*

[a] Eccle. XII, 13.

1. Ἀφαρῆ] ἀφαρεί, *Festinanter*.

2. Ἤδη] ἴδῃ.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.

A

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ε'.

Περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν τινὰ στοιχεῖν τῇ ἰδίᾳ συνέσει.

ΕΝ ταῖς παροιμίαις λέγει· οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα· σωτηρία δὲ ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ. βλέπετε τὴν δύναμιν τοῦ λόγου, ἀδελφοί. βλέπετε τί διδάσκει ἡμᾶς ἡ ἁγία γραφή· ἀσφαλίζεται ἡμᾶς, ἵνα μὴ στοιχῶμεν ἑαυτοῖς, ἵνα μὴ ἔχωμεν ἑαυτοὺς συνετοὺς, ἵνα μὴ πιστεύωμεν ὅτι δυνάμεθα ἑαυτοὺς διοικῆσαι. χρήζομεν βοηθείας, χρήζομεν τῶν μετὰ Θεὸν κυβερνώντων ἡμᾶς. οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον, οὐδὲν εὐαλωτότερον B τῶν μὴ ἐχόντων τινὰ ὁδηγούντων αὐτοὺς εἰς τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. τί γὰρ λέγει, οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα. τὸ φύλλον ἐξ ἀρχῆς ἀεί ἐστι χλωρὸν, εὐθαλὲς, τερπνὸν, εἶτα κατὰ μικρὸν ξηραίνεται καὶ πίπτει· καὶ λοιπὸν περιφρονεῖται, καὶ καταπατεῖται. οὕτως ἐστὶ καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ μὴ κυβερνώμενος ὑπό τινος. ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀεὶ ἔχει θέρμην εἰς νηστείαν, εἰς ἀγρυπνίαν, εἰς ἡσυχίαν, εἰς ὑπακοὴν, εἰς ἄλλά τινα ἀγαθά· εἶτα μετὰ μικρὸν τῆς θέρμης ἐκείνης σβεννυμένης καὶ μὴ ἔχοντος αὐτοῦ τὸν κυβερνῶντα αὐτὸν, τὸν πιαίνοντα καὶ ἐξάπτοντα τὴν θέρμην αὐτοῦ, ξηραίνεται οὕτως ἀνεπαισθήτως, καὶ πίπτει, καὶ γίνεται λοιπὸν ὑποχείριος τοῖς ἐχθροῖς, καὶ ποιοῦσιν C εἰς αὐτὸν εἴτι θέλουσι. περὶ δὲ τῶν ἐξαγγελόντων τὰ καθ' ἑαυτοὺς, καὶ μετὰ βουλῆς πάντα ποιούντων, λέγει, σωτηρία ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ. οὐ λέγει πολλῇ βουλῇ, ὡς ἵνα μετὰ ἑκάστου βουλεύεται· δῆλον ὅτι μεθ' οὗ ὀφείλει ἔχειν πληροφορίαν, καὶ τὰ μὲν σιωπᾷν, τὰ δὲ λέγειν, ἀλλὰ πάντα ἐξαγγέλλει, καὶ εἰς πάντα βουλεύεται. τῷ γὰρ τοιούτῳ ἀκριβῶς σωτηρία ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ. ἐὰν γὰρ μὴ πάντα ἀνατίθεται ἄνθρωπος τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ μάλιστα ἐὰν εὑρεθῇ τις ἀπὸ κακῆς συνηθείας, ἢ καὶ ἀνατροφῆς, εὑρίσκει ὁ διάβολος ἐν αὐτῷ ἓν θέλημα, ἢ ἓν δικαίωμα, καὶ δι' αὐτοῦ καταβάλλει αὐτόν. ὅταν γὰρ βλέπει ὁ διάβολός τινα μὴ θέλοντα ἁμαρτῆσαι, οὐχ οὕτως ἐστὶν D ἀφυὴς περὶ τὸ κακοποιῆσαι, ὥστε ὑποβάλλειν αὐτῷ, οὕτως ἀφηρῇ τις τῶν προφανῶν ἁμαρτημάτων, οὐ λέγει αὐτῷ ὕπαγε, πόρνευσον, οὐδὲ, ὕπαγε, κλέψον. οἶδε γὰρ ὅτι οὐ θέλομεν ταῦτα· καὶ οὐκ ἀνέχεται ἡμῖν εἰπεῖν ἃ οὐ θέλομεν· ἀλλὰ εὑρίσκει ἡμᾶς ἔχοντας, ὡς εἶπον, ἓν θέλημα, ἢ ἓν δικαίωμα, καὶ δι' ἐκείνου μετὰ καὶ εὐλογοφανείας βλάπτει ἡμᾶς· ὅθεν πάλιν λέγει, πονηρὸς κακοποιεῖ, ὅταν συμμίξῃ δικαίωμα. ὁ πονηρός ἐστιν ὁ διάβολος, τότε δὲ κακοποιῆσαι, ὅταν συμμίξῃ δικαίωμα, τουτέστι τῷ δικαιώματι ἡμῶν. τότε γὰρ πλέον ἰσχύει, τότε πλέον βλάπτει, τότε πλέον ἐνεργεῖ. ὅταν γὰρ κρατῶμεν τὸ ἴδιον, καὶ στοιχῶμεν τοῖς δικαιώμασιν ἡμῶν, τότε λοιπὸν, ὡς καλὸν πρᾶγμα ποιοῦντες, E ἑαυτοὺς ἐπιβουλεύομεν, καὶ οὔτε οἴδαμεν πῶς ἀπολλύμεθα. πῶς γὰρ δυνάμεθα γνῶναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἢ ὅλως ζητῆσαι * αὐτῷ πιστεύοντες ἑαυτοῖς, καὶ κρατοῦντες τὸ ἴδιον θέλημα;

Διὰ τοῦτο ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ἔλεγεν, ὅτι τὸ θέλημα τεῖχός ἐστι χαλκοῦν ἀναμέσον ἀνθρώπου καὶ τοῦ Θεοῦ. βλέπετε δύναμιν λόγου. καὶ πάλιν προσέθηκε, λέγων· πέτρα ἐστὶν ἀντιδέρουσα. οἱονεὶ ἐναντιουμένη καὶ ἀντικρούουσα τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. ἐὰν οὖν καταλείπῃ αὐτὸ ἄνθρωπος, λέγει καὶ αὐτὸς, ἐν τῷ Θεῷ μου ὑπερβήσομαι τεῖχος. ὁ Θεός μου, ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ. πάνυ θαυμα-

DOCTRINA V.

Non debere quemquam suæ prudentiæ confidere.

I. INter Proverbia dicitur: [a] *Quibus non est gubernatio, decidunt ut folia: salus autem est in multo consilio*. Contemplamini sententiæ vim, fratres. Contemplamini quid divina scriptura edoceat. Cavere nos admonet ne nosmet ipsos informemus, ne nos sciolos habeamus, ne persuadeamur esse nos satis nobis ad regimen nostrum. Opus enim nobis est auxilio præter Deum, opus coadjutoribus. Nihil est miserabilius, nil quod citius expugnari queat his qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei. Ait enim: *Quibus non est gubernatio, decidunt ut folia*. Folium a principio semper virens, semper germinans, semper delectabile est; non multo post arescit & languet, & cadens contemnitur & conculcatur. Talis homo est qui a nemine regitur. A principio ferventissimus ad jejunia, ad vigilias, ad quietem, ad obedientiam, & ad quæcumque cetera bona. Paullo post extincto eo fervore si nullum habuerit sui gubernatorem aut altorem qui extinctum ignem suscitet & accendat, deficcatur & cadit, ac demum destitutus ab hostibus suis captivus trahitur, qui ut voluerint, in ipsum grassantur. De his autem qui nihil præcipitant, nihil temere, sed omnia consulto faciunt, ait: *Salus autem est in multo consilio*. Nec vero dicit in multo consilio, ut quis quemcumque consulat, sed ut eum cujus fidei se totum crediderit. Neque hoc ut taceat, illud loquatur, sed ut omnia exponat, de omnibus consultet: hujusmodi enim salus profecto est in multo consilio. Nisi enim homo cuncta sua viro probo exponat, & in ejus sinu deponat, & is maxime qui nuper a pravis moribus ad conversionem bonorum venit, in hoc protinus diabolus unicam invenit voluntatem, unicam justitiam, per quam ipsum demolitur & destruit. Cum enim quempiam cognoverit diabolus, elegisse nullo modo peccare, neque est adeo amens & ineptus ad male agendum, ut statim illi suggerat aut persuadeat quippiam malorum profanissimorum, qualia sunt adulteria, & furta (novit enim quia talia declinamus & fugimus:) sed inveniens, nos habere propriam voluntatem propriamque justitiam, quærit nos callidus cum ea sub aliquo rationis prætextu decipere. Unde rursum dicitur: [b] *Pravus tunc male agit, cum justitiam coadmiscet*. Pravus diabolus est, tunc autem perperam agit cum justitiam admiscet justitiæ nostræ: tunc enim fortior est, tunc magis nocet, tunc amplius operatur. Cum enim perstamus in voluntate nostra, & nosmet ipsos justitiis nostris instituimus & informamus, tunc sub prætextu hoc boni nobis maxime insidiamur, nec novimus quo pacto ipsi pereamus. Quomodo enim Dei voluntatem vel cognoscere vel quærere possumus, cum nobis ipsis credimus, cum proprium appetitum in cunctis sequimur?

II. Quare abbas Pastor præclare solitus erat dicere: Parietem esse æneum voluntatem inter Deum & homines. Advertite animum ad ea quæ dixit. Adjecit rursum: Petra est repercutiens, & ex opposito reverberans divinam voluntatem. Eam igitur si reliquerit homo, statim ait: [c] *In Deo meo transgrediar murum: Deus meus, immaculata via ejus*. Quam præclare dixit! tunc enim intelligit viam

a Prov. XI. 14. b Ibid. ℣. 15. sec. LXX. c Psalm. XVII. 30. 31.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.



στῶς εἶπε. τότε γὰρ βλέπει τις τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ μὴ ἔχουσαν μῶμον, ὅταν καταλείψῃ τὸ ἴδιον θέλημα· ὅταν δὲ συμπαθῇ τῷ ἰδίῳ θελήματι, οὐ βλέπει ἄμωμον τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' εἴτι δ' ἂν ἀκούσῃ περὶ ἀσφαλείας, εὐθέως μέμφεται, καταπτύει, ἀποστρέφαι, ἀντικρούει. πῶς γὰρ ἔχει ἀνέχεσθαί τινος, ἢ πεισθῆναι οἱᾳδήποτε συμβουλίᾳ, ὁ κρατῶν τὸ ἴδιον θέλημα; εἶτα λέγει ὁ γέρων καὶ περὶ τοῦ δικαιώματος· ἐὰν δὲ καὶ τὸ δικαίωμα συνεργήσῃ τῷ θελήματι, οὐκ εὐσυστροφῇ ἄνθρωπος. βαβαί, ποίαν ἀκολουθίαν ἔχουσιν οἱ λόγοι τῶν πατέρων; θάνατος ἰδικῶς ἐστι τὸ εὑρεθῆναι δικαίωμα μετὰ τοῦ θελήματος, μέγας κίνδυνος, μέγας φόβος. τότε πίπτει τελείως ὁ ἄθλιος. τίς γὰρ πείθει τὸν τοιοῦτον πιστεῦσαι, ὅτι εἶδεν ἄνθρωπος πλέον αὐτοῦ τὸ συμφέρον αὐτῷ, τότε τελείως ἐκδίδωσιν ἑαυτὸν ἀκολουθῆσαι τῷ ἰδίῳ θελήματι, καὶ τῷ ἰδίῳ λογισμῷ· καὶ λοιπὸν, ὡς θέλει ὁ ἐχθρὸς, πτωματίζει αὐτόν. διὰ τοῦτο λέγει, πονηρὸς κακοποιεῖ, ὅταν συμμίξει δικαίωμα. μισεῖ δὲ * ἦχον ἀσφαλείας. λέγει, ἐπειδὴ οὐ μόνον τὴν ἀσφάλειαν μισεῖ ὁ πονηρὸς, ἀλλὰ οὐδὲ τὴν φωνὴν αὐτῆς δύναται ἀκοῦσαι· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν ἦχον τῆς ἀσφαλείας μισεῖ, τοῦτ' ἔστιν αὐτὸ τὸ λαλεῖσθαί τι περὶ ἀσφαλείας· οἷόν τι λέγω, πρὸ τοῦ ἐνεργῆσαί τι τὸν ἐπερωτῶντα περὶ ὠφελείας, πρὸ τοῦ γνῶναι τὸν ἐχθρὸν, εἰ φυλάττει ὃ ἀκούει, ἢ οὐ φυλάττει ὃ ἀκούει, μισεῖ αὐτὸ ὅλως τὸ ἐπερωτῆσαί τινα καὶ ἀκοῦσαί τι τῶν συμφερόντων, αὐτὴν τὴν φωνὴν, αὐτὸν τὸν ἦχον τῶν τοιούτων λόγων μισεῖ καὶ ἀποστρέφεται. καὶ λέγω διὰ τί; οἶδεν ὅτι τέως νοεῖται ἡ κακουργία αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἐπερωτᾷν καὶ γυμνάζειν λόγον περὶ ὠφελείας, καὶ οὐδὲν οὕτως μισεῖ καὶ φοβεῖται, ὡς τὸ γνωσθῆναι· ἐπειδὴ οὐκ ἔτι εὑρίσκει ἐπιβουλεῦσαι, ὡς θέλει. ἐὰν γὰρ ἀσφαλίζεται ἡ ψυχὴ διὰ τοῦ ἀναγγεῖλαι πάντα, καὶ ἀκοῦσαι παρά τινος εἰδότος, τοῦτο ποίησον, τοῦτο μὴ ποιήσεις, τοῦτο καλός ἐστιν, τοῦτο οὐκ ἔστι καλὸν, τοῦτο δικαίωμά ἐστι, τοῦτο θέλημά ἐστι, πάλιν ἀκούει, οὐκ ἔστι καιρὸς τούτου τοῦ πράγματος, ἄλλοτε ἀκούει. ἄρτι καιρός ἐστιν· οὐχ εὑρίσκει ὁ διάβολος διὰ ποίας αἰτίας βλάψαι αὐτὸν, οὐδὲ πῶς ῥίψαι αὐτὸν, ἐπειδὴ πάντοτε, ὡς εἶπον, κυβερνᾶται, καὶ πανταχόθεν ἠσφάλισται, καὶ γίνεται ἐν αὐτῷ σωτηρία, ὑπάρχεται ἐν πολλῇ βουλῇ. ὁ πονηρὸς δὲ οὐ θέλει τοῦτο, ἀλλὰ μισεῖ. θέλει γὰρ κακοποιῆσαι, καὶ μᾶλλον ἐκείνοις χαίρει, οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις. διὰ τί; ἐπειδὴ πίπτουσιν, ὥσπερ φύλλα.

Ἴδε ἐκεῖνον τὸν ἀδελφὸν ὃν ἠγάπα ὁ πονηρός· περὶ οὗ ἔλεγε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ, ἔχω ἕνα ἀδελφὸν, καὶ ὅτι βλέπει με, στρέφεται, ὡς ἀνέβη. τοὺς τοιούτους ἀγαπᾷ, τοῖς τοιούτοις ἀεὶ χαίρει, τοῖς ἀκυβερνήτοις, τοῖς μὴ ἀνατιθεμένοις τῷ δυναμένῳ μετὰ Θεὸν βοηθῆσαι, καὶ δοῦναι αὐτοῖς χεῖρα. μὴ γὰρ οὐ πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφοὺς ἀπῆλθεν τῷ Θεῷ ὁ δαίμων ἐκεῖνος, ὅπου εἶδεν αὐτὸν ὁ ἅγιος βαστάζοντα ὅλα τὰ γεύματα ἐκεῖνα ἐν τοῖς λυκιθίοις, μὴ οὐ προσέβαλεν ὅλοις· ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν αἰσθανόμενος τῆς ἐπιβουλῆς αὐτοῦ, ἔτρεχε καὶ ἀνήγγειλε τοὺς ἰδίους λογισμοὺς, καὶ ηὕρισκε βοήθειαν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πειρασμοῦ, καὶ λοιπὸν οὐκ ἴσχυε κατ' αὐτῶν ὁ πονηρός. τὸν ἄθλιον δὲ ἐκεῖνον μόνον ηὕρισκεν ἑαυτῷ στοιχοῦντα, καὶ μὴ ἔχοντα παρά τινος ἀντίληψιν, καὶ εἶχεν αὐτὸν παίγνιον, καὶ ἀνεχώρει εὐχαριστῶν αὐτῷ, καὶ καταρώμενος τῶν ἄλλων. ἀμέλει ὅτι εἶπε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ὄνο-

Dei nullam habere maculam, cum reliquerit propriam voluntatem: fin autem propriæ voluntatis affectibus consentit, non intelligit viam Dei immaculatam. Sed si quando audiverit cautos esse nos oportere, cautelæ nomen statim recusat & respuit, repellit & avertitur. Quo pacto enim sustinere quempiam possit vel ullius consilio persuaderi, qui propriam sequitur voluntatem? Deinceps & de justitia ait senex: Si autem justitia voluntati cooperetur, non bene convertitur homo. Papæ, quam consequentiam habent sanctorum dicta! Interitus, inquam, est justitia voluntate commixta, summum periculum, maximus pavor. Tunc omnino periclitatur, immo perit infelix. Quis enim valeat huic persuadere ut credat, qui per se videns quid præstet, quid magis utile sit, maxime tamen adducitur ut propriæ opinioni inhæreat? Bene igitur ut optat inimicus illum supplantat, & labi & cadere facit. Ideo ait, Tunc *male agit malignus, cum justitiam admiscet*. Odit autem cautelæ nomen maxime, neque odit solum, sed nec ipsius verbi sonum pati potest. Odit quidquid de ea locutus quis fuerit, ut verbi gratia: Ante quam quidquam quis operetur, percunctatur de ejus rei quam aggredi cupit, utilitate: ante quam intelligat hostis, advertat ne animum ad ea quæ dicuntur, nec ne, odit tamen omnino ipsam interrogationem, odit attentionem, odit quidquid utile narratur & dicitur; & hoc est quod ait: Odisse eum & nomen & sonum cautelæ, & ab ipso omnino averti. Novit enim versutus & callidus eos jam intelligere vel suspicari malitiam suam, ex eo quod de utilitate sermonem miscent & interrogant: nec quidquam adeo abominatur & fugit, quam pandi & aperiri malitiam suam, nihil postmodum inventurus quo insidias struere possit, hominemque prosternere. Si enim sibi ipsi cavet anima, ex eo quod omnia occulta sua manifestat, ex eo quod obedit alteri sapientiori qui se instruat, hoc ut faciat, illud ut fugiat, hoc bonum esse, illud item malum, hoc justitiam, illud appetitum: audit non esse item tempus hujus rei nunc, alias esse tempus: nec invenit diabolus tunc quomodo noceat, quomodo supplantet, cum ex omni parte gubernetur, cum undique tutus sit & cautus. Et tunc id maxime fit quod dicitur: [a] *Salutem consistere in multo consilio*. Quod sane nollet inimicus. Sed maxime odio habet, utpote qui semper optat malefacere; & his maxime congratulatur qui duce carent & gubernatore, quia *ut folia decidunt*.

III. Illum autem maxime dilexit fratrem diabolus, de quo abbati Macario dixit: Habeo unum e fratribus tuis, quem uti turbinem cum volo verso. Tales diligit, atque his maxime delectatur, qui sine duce sunt; non his qui se se summittunt ei qui post Deum auxilium præstare potens est, & manum dare. Neque enim diabolus ille cunctos adeundi fratres potestatem habuit, cum illum sanctus pater reperit tot potiunculas, tot vascula, tot alabastra circumferentem, non omnibus propinavit. Nam quisquis illius præsensit insidias, accurrit illico & cogitationes suas quascumque latentes aperuit patri, & sic auxilium invenit in tempore tentationis, & hac de caussa non potuit adversus eos iniquus insidiator. Infelicem illum unum invenit qui se ipsum regeret & instrueret, qui nullum haberet coadjutorem, quemque ut voluit ludo habuit, discedensque soli gratias egit, ceteros omnes detestans. Denique cum rem beatissimo patri aperuit diabolus, & fratris nomen edidit, accurrit eve-

[a] Prov. xi. 14.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.


μα τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ ἔδραμεν ὁ ἅγιος πρὸς αὐτὸν, εὗρεν ὅτι αὕτη ἦν ἡ αἰτία τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ, εὗρεν αὐτὸν μὴ θέλοντα ὁμολογῆσαι, εὗρεν αὐτὸν μὴ ἔχοντα συνήθειαν τοῦ ἐξαγγέλλειν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἔστρεφεν αὐτὸν ὅπου ἤθελεν ὁ ἐχθρός. ἐρωτώμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ ἁγίου, πῶς τὰ κατὰ σὲ, ἀδελφέ; ἔλεγεν· εὐχαῖς σου καλῶς· καὶ πάλιν αὐτοῦ λέγοντος, οὐ πολεμοῦσί σε οἱ λογισμοί, ἀπεκρίνατο, τέως καλῶς εἰμι· καὶ οὐδὲν ἤθελεν ὁμολογῆσαι, ἕως οὗ μετὰ τέχνης ἔπεισεν αὐτὸν ὁ ἅγιος ἐξειπεῖν τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ λαλήσας αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἠσφαλίσατο αὐτὸν καὶ ὑπέστρεψεν. ἦλθεν οὖν πάλιν ὁ ἐχθρὸς κατὰ τὴν συνήθειαν θέλων ῥίψαι αὐτὸν, καὶ ἠσχημόνησεν. εὗρε γὰρ αὐτὸν ἐστηριγμένον, εὗρεν αὐτὸν μηκέτι χλευαζόμενον. ἀπῆλθεν λοιπὸν ἄπρακτος, ἀπῆλθε κατῃσχυμμένος καὶ παρ' αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐπερωτηθεὶς πάλιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου, πῶς ἔχει ἐκεῖνος ὁ ἀδελφὸς ὁ φίλος σου; οὐκ ἔτι εἶπεν αὐτὸν φίλον, ἀλλ' ἐχθρὸν, καὶ κατηράσατο αὐτὸν, λέγων, ὅτι καὶ αὐτὸς διεστράφη, καὶ οὐδὲ αὐτός μοι πείθεται· ἀλλ' ἀγριώτερος πάντων ἐγένετο.

Ἴδε διὰ τί μισεῖ ὁ ἐχθρὸς τὸν ἔχοντα τῆς ἀσφαλείας, ἐπειδὴ θέλει πάντοτε τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν. ἴδε διὰ τί ἀγαπᾷ τοὺς στοιχοῦντας ἑαυτοῖς, ἐπειδὴ τῷ διαβόλῳ συνεργοῦσιν, αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐπιβουλεύοντες. ἐγὼ ἄλλην πτῶσιν οὐκ οἶδα μοναχοῦ ἀλλ' ἐκ τοῦ πιστεύειν τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ. τινὲς λέγουσι διὰ τόδε πίπτει ὁ ἄνθρωπος, ἢ διὰ τόδε. ἐγὼ δὲ, καθὼς εἶπον, ἄλλην πτῶσιν γινομένην τινὶ οὐκ οἶδα εἰ μὴ ἐκ τούτου. εἶδές τινα πεσόντα; μάθε ὅτι αὐτῷ ἐστοίχωσεν. οὐδὲν βαρύτερον τοῦ στοιχεῖν ἑαυτῷ, οὐδὲν τούτου ὀλεθριώτερον. ἐσκέπασέ με ὁ Θεὸς, καὶ ἀεὶ ἐφοβήθην τὸν κίνδυνον τοῦτον. ὅτε ἤμην εἰς τὸ κοινόβιον, πάντα ἀνετιθέμην τῷ γέροντι τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ· οὐδέποτε γὰρ, καθὼς εἶπον, ἠνεσχόμην ποιῆσαι τί δίχα γνώμης. καὶ ἔστιν ὅτε ἔλεγέ μοι ὁ λογισμὸς, οὐ τόδε σοι ἔχει εἰπεῖν ὁ λέγων, τί θέλεις ὀχλῆσαι αὐτῷ; καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ, ἀνάθεμά σοι. καὶ τῇ διακρίσει σου, καὶ τῇ συνέσει σου, καὶ τῇ φρονήσει σου, καὶ τῇ εἰδήσει σου, ὅτι ἃ οἶδας, ἀπὸ δαιμόνων οἶδας. ἀπηρχόμην οὖν, καὶ ἠρώτουν τὸν γέροντα, καὶ συμβαίνει ὅτι καὶ ἐνίοτε ἀπεκρίνετό μοι τὸν λόγον ἐκεῖνον, ὃν ἐθυμήθην, καὶ λοιπὸν ἔλεγέ μοι ὁ λογισμός· τί οὖν; ἰδοὺ αὐτό ἐστιν ὃ εἶπον, μὴ οὐκ ἀκαίρως ὤχλησας τὸν γέροντα; καὶ ἔλεγον τῷ λογισμῷ· ἀλλ' ἄρτι καλόν ἐστιν, ἄρτι ἀπὸ πνεύματος ἁγίου ἐστί. τὸ σὸν γὰρ πονηρόν ἐστιν, ἀπὸ δαιμόνων ἐστὶν, ἀπὸ ἐμπαθοῦς καταστάσεώς ἐστι. καὶ οὕτως οὐδέποτε συνεχώρουν τῷ λογισμῷ πεισθῆναι ἐμαυτῷ ἄνευ ἐπερωτήσεως· καὶ πιστεύσατέ μοι ἀδελφοὶ, ὅτι ἤμην ἐν μεγάλῃ ἀναπαύσει, ἐν μεγάλῃ ἀμεριμνίᾳ· ὥστε με καὶ δυσχεραίνειν ἐπὶ τοῦτο· καθὼς καὶ ἄλλοτε οἶδα εἰπεῖν ὑμῖν. ἤκουον γὰρ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔβλεπον ἐμαυτὸν μὴ ἔχοντα μηδεμίαν θλίψιν, καὶ ἐφοβούμην, καὶ ἐν ἀπορίᾳ ἤμην, μὴ γινώσκων τὴν αἰτίαν τῆς τοιαύτης ἀναπαύσεως, ἕως οὗ ἐδήλωσέ μοι ὁ γέρων, ὅτι μὴ θλιβῇς. ἕκαστος γὰρ βάλλων ἑαυτὸν εἰς ὑπακοὴν πατρῶν, ταύτην τὴν ἀνάπαυσιν καὶ τὴν ἀμεριμνίαν ἔχει.

A stigio ad eum pater sanctus, & illam solam comperit fuisse caussam perditionis suæ. Invenit enim ipsum confessionem detestantem, invenit eum male assuetum vel se ipsum accusare vel cordis sui secreta revelare, atque illum idcirco dæmon cum voluit, ut turbinem huc & illuc circumvolvit. Interrogatus enim a sanctissimo patre ut se se res ipsius haberent hactenus, respondit: bene tuis orationibus pater: & illo iterum interrogante numquid suis cogitationibus oppugnaretur, noluit fateri, donec illi multa arte & labore persuasit pater omnia edicere quæ contra se ipsum essent; sermonesque Dei afferens, tandem illum tutatus est & convertit. Venit igitur rursum inimicus ex consuetudine volens, ut B ante, ipsum dejicere; frustraque & turpiter egit. Invenit enim eum obfirmatum, neque ut antea vagum & delirum. Discessit ab eo delusus. Quare interrogatus postmodum diabolus a patre sancto ut se se haberet frater ille amicus suus, haud illum amplius appellavit amicum, sed hostem infestissimum, & ei maledixit: Aversus enim inquit est a me, nec me jam audit, sed omnibus durior & aggrestior factus est.

IV. Intelligere vobis jam licet, cur oderit diabolus cautelæ sonum: quia perditionem nostram ex omni parte optat & quærit. Intelligitis quare se se instituentes ac docentes diligat, quia videlicet coope- C ratores ejus sunt, sibi ipsis insidias parantes. Ego casum alium nullum præter hunc novi monachorum ulli contigisse. Ajunt autem plerique nullum pæne casum homini contingere, nisi ei qui cordi suo se crediderit. Quare cum ullum senseris concidisse, scito nullam aliam potiorem caussam intervenisse, quam quod cordi suo credidit, quod se ipsum instituit. Nihil gravius, nihil perniciosius quam se ipsum regere. Protexit me Deus, fateor, & semper tutatus est ab hac ruina, & ab hoc periculo. Cum essem adhuc cum ceteris in cœnobio, reponebam semper omnia apud abbatem Joannem seniorem, nec aliquando sustinui quidquam facere præter ejus voluntatem. Quod si mihi aliquando cogitatio & mens D mea respondisset, dixissetque, quid nunc turbare senem pergas? hoc tibi dicturus est quod ego: iratus in cogitationem hujuscemodi meam referebam: Anathema tibi. Quidquid judicii est tibi, quidquid discretionis est, quidquid prudentiæ, quidquid intelligentiæ, id omne tibi a dæmonibus est. Recta igitur statim ad patrem proficiscebar, sæpiusque accidit ut id ipsum mihi senex responderet quod ante cogitatio mea præmeditata erat. Insultabat illa igitur postmodum mihi. Quid ergo? en, ut dixi, est. Quid senem importunus perturbasti? Cui ego contra respondebam, nunc bonum est, nunc id tibi fuit a Spiritu sancto. Quidquid enim tuum est, omne malum est, & a dæmone & ab habitu vi- E tioso. Sicque sustinui numquam cogitationi meæ credere, nisi patrem consultassem prius. Quo factum est (credite quod dicam fratres) ut in tanta semper quiete & securitate essem, ut plerumque pœniteret me tantæ tranquillitatis. Quod memini alias me vobis sæpius dixisse. Cum enim non ignorarem [a] *opus esse nobis per multas tribulationes intrare in regnum cælorum*, sentiremque me ipsum neque unam afflictionem pati; angebar mirum in modum, fateor, dubius insciusque, unde hæc tantæ quietis caussa esset. Quod mihi tandem senex aperuit, monuitque ne mærerem, dicens: Quicumque se se traderet in patrum obedientiam, hanc tandem quietem & securitatem a Deo necessario consequi.

[a] Act. XIV. 21.



Σπουδάσατε καὶ ὑμεῖς ἐπερωτᾷν ἀδελφοὶ, καὶ μὴ A στοιχεῖν ἑαυτοῖς· μάθετε ποίαν ἀμεριμνίαν ἔχει τὸ πρᾶγμα, ποίαν χαρὰν, ποίαν ἀνάπαυσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπον ὅτι οὐδέποτε ἐθλίβην, ἀκούσατε καὶ περὶ τούτου ποιόν μοι συνέβη τότε. ἔτι ὄντος μου ἐκεῖ ἐν τῷ κοινοβίῳ, ἅπαξ ἐγένετό μοι μεγάλη καὶ ἀφόρητος λύπη, καὶ ἤμην ἐν τοιούτῳ κόπῳ καὶ στενώσει, ὡς ὑπάγων σχεδὸν παραδοῦναι καὶ αὐτὴν τὴν ψυχήν μου. ἦν δὲ ἡ θλίψις ἐκείνη ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν δαιμόνων, καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πειρασμὸς ἐκ τοῦ φθόνου τῶν δαιμόνων ἐπιφερόμενος· βαρύτατος μὲν, ὀλιγοχρόνιος δὲ, βαρὺς, σκοτεινὸς, ἀπαράκλητος, μὴ ἔχων μηδεμίαν ἀνάπαυσιν· ἀλλὰ πανταχόθεν στένωσις, πανταχόθεν πνιγμός. ταχέως δὲ ἔρχεται ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχὴν, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἠδύνατο βαστάσαι. ἤμην δὲ, ὡς εἶπον, ἐν τοιούτῳ πειρασμῷ καὶ ἐν τοιαύτῃ στενοχωρίᾳ. ἐν μιᾷ B οὖν τῶν ἡμερῶν ἐν ᾧ ἵσταμαι εἰς τὸ αἴθριον τοῦ μοναστηρίου, ὀλιγωρῶν καὶ παρακαλῶν περὶ τούτου τὸν Θεὸν, αἰφνίδιον προσέχω ἔσω εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ βλέπω τινα ἐν σχήματι ἐπισκόπου φοροῦντα, ὡς μῆνον εἰσερχόμενον εἰς τὸ ἱερατεῖον. οὐδέποτε δὲ ἐπλησίαζον ξένον δίχα ἀνάγκης, ἢ ἐπιτροπῆς· ἀλλ' ὡς τί ποτε ἔσυρέ με τότε, καὶ εἰσέρχομαι ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ μένει ἱστάμενος ἐπὶ ἱκανὸν, ἔχων τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐκτεταμένας εἰς τὸν οὐρανὸν, κἀγὼ ὀπίσω αὐτοῦ ἱστάμην, μετὰ πολλοῦ φόβου εὐχόμενος. ἐγένετο γάρ μοι δειλία πολλὴ ἐκ τῆς θέας αὐτοῦ. μετὰ δὲ παῦσαι αὐτὸν τὴν εὐχὴν, στρέφεται καὶ ἔρχεται πρός με, καὶ καθόσον ἤγγιζέ μοι, ᾐσθανόμην ὡς ὑποχωρούσης καὶ τῆς λύπης καὶ τῆς δειλίας. εἶτα ὡς ἐστάθη ἔμπροσθέν μου, ἐκτείνει τὴν χεῖρα αὐ- C τοῦ, καὶ ἅπτεται τοῦ στήθους μου, καὶ κρούει τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ εἰς τὸ στῆθός μου, λέγων· ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν κύριον, καὶ προσέσχε μοι, καὶ εἰσήκουσέ μου, τῆς δεήσεώς μου, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινὸν, ὕμνον τῷ Θεῷ ἡμῶν. καὶ λέγει ὅλους τοὺς στίχους ἐκ τρίτου, κρούων, ὡς εἶπον, εἰς τὸ στῆθός μου, καὶ οὕτως ἐξέρχεται. καὶ γίνεται εὐθέως εἰς τὴν καρδίαν μου φῶς, χαρὰ, παράκλησις, γλυκύτης, καὶ εὑρίσκομαι ἄλλος ἐξ ἄλλου. ὡς οὖν ἐξῆλθον τρέχων ὀπίσω αὐτοῦ θέλων εὑρεῖν, καὶ οὐχ εὗρον, ἀλλ' ἐγένετο ἀφανής· ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔτι οἶδα ἐμαυτὸν ὀχλη- D θέντα, οὔτε ὑπὸ λύπης, οὔτε ὑπὸ δειλίας· ἀλλ' ἐσκέπασέ με ὁ κύριος μέχρι τοῦ νῦν, διὰ τῶν εὐχῶν ἐκείνων τῶν ἁγίων γερόντων.

V. Studete igitur & vos fratres crebro percunctari, & nec a vobis ipsis instrui. Cognoscite quantam tranquillitatem & gaudium res ista afferat. Sed quia prædixi sensisse me nullam aliquando afflictionem; quid mihi cum adhuc essem in cœnobio, acciderit, advertite. Incidi quadam die in subitam maximamque tristitiam, circa quam usque adeo laborabam sudabamque, ut pæne animam redderem. Afflictio autem hæc & tentatio ex insidiis dæmonum erat, in me ipsum ab illis livore & invidia congesta. Gravissima, inquam, erat, at parvi temporis, urgens, dubia, desperata, continua, quæ nullam haberet requiem, sed ab omni parte affligeret, ab omni parte suffocaret. At præsto est uniuscujusque menti gratia Dei, cum afflictionem & angustiam ferre amodo non quivit. Hac igitur pressus molestia & tentatione cum pæne deficerem, quadam die in atrio monasterii Deum supplicabam: cum ecce in ecclesia subito animadverto virum gravissimum episcopali schemate ornatum, sacra manibus ferre, ac sanctuarium ingredi. Ego vero paterna instructione & veteri consuetudine hospitibus numquam adhærebam aut injussu patris aut sine necessitate. Eo vero tempore tamquam ab alio traherer, subsecutus eum sum. Qui per integram fere horam erectis ad cælum manibus oravit. Egoque pariter post ipsum stans cum magno timore supplicabam. Injectus enim terror erat plurimus ex illius aspectu venerabili. Cum autem ab oratione surrexisset, ad me conversus venit, quantoque mihi propior fieret, tanto sentiebam amoveri a me tristitiam & pavorem. Ut autem penes me fuit, extendens manum, pectus meum digitis percutiebat, dicens: [a] *Exspectans exspectavi Dominum, & intendit mihi: & audivit precem meam. Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro.* Et hos versiculos omnes tertio repetens, pectus, ut dixi, meum semper verberabat. Eo postmodum recedente factum est subitum in me lumen, gaudium, consolatio, dulcedo, & in alium transmutatus sum. Accurrens autem subito ut eum prævenirem, nusquam illum inveni aut vidi. Ab eo die divina misericordia nulla me sensi perturbatum tristitia vel timore, sed protectus a Domino sum semper precibus sanctorum illorum seniorum.

Ταῦτα εἶπον ὑμῖν, ἵνα γνῶτε πόσην ἔχει ἀνάπαυσιν καὶ ἀμεριμνίαν μετὰ καὶ πάσης ἀσφαλείας, τὸ μὴ στοιχεῖν τινα ἑαυτῷ, ἀλλ' ἐπιρρίπτειν τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἐπὶ τοὺς δυναμένους μετὰ Θεὸν ὁδηγῆσαι αὐτόν· μάθετε οὖν καὶ ὑμεῖς ἐρωτᾷν ἀδελφοί· μάθετε μὴ στοιχεῖν ἑαυτοῖς, καλόν ἐστι. ταπείνωσίς ἐστιν, ἀνάπαυσίς ἐστι, χαρά ἐστι. τίς ἡ χρεία αὐτοῦ συντρίβεσθαί τινα εἰς μάτην; οὐκ ἐνδέχεταί τινα ἄλλως σωθῆναι εἰ μὴ οὕτως· ἴσως δὲ ἐνθυμεῖταί τις ὅτι ἐὰν μὴ ἔχει τίς E τινα ἐπερωτῆσαι, τί ἔχει ποιῆσαι. ὄντως ἐὰν ἐν ἀληθείᾳ θελήσῃ τις τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, οὐδέποτε ἀφίησιν αὐτὸν ὁ Θεός· ἀλλὰ πάντως ὁδηγεῖ αὐτὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. ὄντως ἐὰν κατευθύνῃ τις τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ πρὸς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, παιδίον μικρὸν φωτίζει ὁ Θεὸς εἰπεῖν αὐτῷ τὸ θέλημα αὐτοῦ. ἐὰν δὲ μὴ θέλῃ τις μετὰ ἀληθείας τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς προφήτην ἐὰν ἀπέλθῃ, πρὸς τὴν καρδίαν αὐτοῦ τὴν στρεβλὴν, δίδωσιν δὴ ὁ Θεὸς εἰς τὴν καρδίαν τοῦ προφήτου ἀποκριθῆναι αὐτῷ, καθὼς λέγει ἡ γραφὴ,

VI. Hæc vobis dixi, fratres, volens ostendere quam securitatem, quam quietem habeat tranquillitatemque, nulla in re se ipsum instituere, sed omnia sua ad Dominum referre, & in eos qui post Deum possunt nos regere. Discite igitur & vos, fratres, interrogare, discite vos ipsos non regere, quam bonum sit: hoc enim humilitas, hoc quies, hoc gaudium est. Quis enim usus, otiosa quædam sectari? Non licere autem aliter salvari quam sic, fortasse aliquis cogitat, meditaturque quomodo habeat quem interroget, quid facto opus sit. Quicumque sane voluerit, non dissimulate voluntatem Dei facere, numquam illum patietur Deus labi, sed semper eum diriget in voluntatem suam. Et quisquis cor suum direxerit ad divinam voluntatem, hic puerum quamvis parvum adeo illuminatum mirabiliter offendet, a quo poterit voluntatem Dei discere. Quod si quis simulate quæsierit voluntatem Dei, & ad prophetam sciscitaturus abierit, cordi ejus iniquo quid respondeat, dabit Deus in cor prophetæ. Ita enim ait scriptura: [b] *Si autem errave-*

a Psalm. XXXIX. 2-4. b Deut. XIII. 1. 3.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



ἐὰν πλανηθῇ καὶ λαλήσῃ ὁ προφήτης, ἐγὼ κύριος A ἐπλάνησα τὸν προφήτην ἐκεῖνον. διὰ τοῦτο ὀφείλομεν πάσῃ δυνάμει κατευθύνειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ πιστεύειν τῇ ἰδίᾳ καρδίᾳ· ἀλλὰ καὶ καλὸν πρᾶγμα ἐὰν ᾖ, καὶ ἀκούσωμεν παρά τινος ἁγίου ὅτι καλόν ἐστιν, ὀφείλομεν ἔχειν μὲν ὅτι καλὸν, μὴ πιστεύειν δὲ ἑαυτοῖς, ὅτι ἤδη καὶ καλῶς ποιοῦμεν αὐτό· καὶ ὡς δικαίως ὀφείλει γενέσθαι. ἀλλὰ ὀφείλομεν ποιεῖν μὲν τὴν δύναμιν ἡμῶν, πάλιν δὲ ἀνατίθεσθαι, καὶ τὸ πῶς ποιοῦμεν, καὶ μανθάνειν εἰ καὶ καλῶς αὐτὸ ποιήσαμεν· καὶ μετὰ ταῦτα, μήτε οὕτως ἀμεριμνᾶν, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν, ὥσπερ ὁ ἅγιος ἐκεῖνος εἶπεν Ἀγάθων, ὅτε ἠρωτήθη, καὶ σὺ φοβῇ πάτερ, ἀπεκρίνατο, ὅτι πῶς ἐγὼ τὴν δύναμίν μου ἐποίησα, οὐκ B οἶδα δὲ εἰ ἤρεσε τὸ ἔργον μου τῷ Θεῷ. ἄλλο γάρ ἐστι τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἀνθρώπων. ὁ Θεὸς σκεπάσει ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ κινδύνου τοῦ στοιχούντων ἑαυτοῖς, καὶ ἀξιώσει κρατῆσαι τὴν ὁδὸν τῶν πατέρων ἡμῶν τῶν διαρεστησάντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.

rit, & locutus fuerit propheta, ego Dominus errare feci prophetam illum. Nostrum igitur est, fratres, nos ipsos totis viribus ad voluntatem Dei dirigere, nec proprio cordi quippiam credere. Sed si quid nobis bonæ rei fuerit, audiamusque ab aliquo seniorum quia bona est, debemus quidem credere quia bona est; non autem credere, quod ante nobis sit visa bona esse. Et quia justa est, debet fieri, non autem quod sic eam opinemur. Adjiciendum quoque est quo pacto id fecimus, & discendum si illud bene fecimus: & post hæc omnia, neque adhuc quiescendum, sed & suscipiendum Dei judicium, quemadmodum pater ille sanctus Agathon effecit; qui interrogatus an formidaret, respondit, Laboravi, inquam, pro facultate mea: opus autem meum gratum ne fuerit Deo, hoc non novi: aliud est enim Dei judicium, & aliud hominum. Deus nos eripiat ab hoc periculo instituendi nos ipsos, dignosque faciat ut sequamur & teneamus viam patrum nostrorum, qui nomini ejus placuerunt.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ς'.

Περὶ τοῦ μὴ κρίνειν πλησίον.

ΕΙ ἐμνημονεύομεν ἀδελφοὶ τῶν λόγων τῶν ἁγίων γερόντων, εἰ ἐμελετῶμεν αὐτοὺς πάντοτε, δυσχερῶς εἴχομεν ἀμελεῖν ἑαυτῶν. εἰ γὰρ, ὡς εἶπον ἐκεῖνοι, μὴ καταφρονῶμεν τῶν μικρῶν, καὶ δοκούντων C ἡμῖν εἶναι μηδαμινῶν, οὐκ εἴχομεν ἐμπίπτειν εἰς τὰ μεγάλα καὶ βαρέα. ἀεὶ λέγω ὑμῖν ὅτι ἐκ τούτων τῶν λεπτῶν, ἐκ τοῦ λέγειν τί γάρ ἐστι τοῦτο; τί ἐστιν ἐκεῖνο; γίνεται κακὴ συνήθεια τῇ ψυχῇ, καὶ ἄρχεται εἰς τὰ μεγάλα καταφρονεῖν. οἴδατε ποῖον βαρὺ ἁμάρτημά ἐστι τὸ κρίνειν τὸν πλησίον; τί γὰρ τούτου βαρύτερον; τί γὰρ οὕτως μισεῖ ὁ Θεὸς καὶ ἀποστρέφεται, καθὼς καὶ οἱ πατέρες εἶπον, ὅτι οὐδὲν χεῖρον τοῦ κρῖναι; καὶ ὅμως ἀπὸ τούτων, φησὶν, τῶν φαινομένων εὐτελῶν, ἔρχεταί τις εἰς τὸ τοιοῦτον μέγα κακόν. ἐκ τοῦ γὰρ δέξασθαι μικρὰν ὑπόνοιαν κατὰ τοῦ πλησίον, ἐκ τοῦ λέγειν, τί γάρ ἐστιν ἐὰν εἴπω κἀγὼ τοῦτον τὸν ἕνα λόγον; τί ἐστιν ἐὰν ἴδω τί * καλεῖ οὗτος ἀδελφὸς, ἢ ἐκεῖνος ὁ ξένος ποιῆσαι; ἄρχεται ὁ νοῦς ἀφιέ- D ναι τὰς ἁμαρτίας τὰς ἰδίας, καὶ ἀδολεσχεῖν εἰς τὰ τοῦ πλησίον. καὶ λοιπὸν ἐκ τούτου γίνεται τὸ κατακρίνειν, τὸ καταλαλεῖν, τὸ ἐξουδενεῖν· ἐκ τούτου καὶ εἰς αὐτὰ ἃ κατακρίνει τις, ἐμπίπτει. ἐκ τοῦ γὰρ μὴ μεριμνᾶν τὰ ἴδια κακὰ, μηδὲ κλαίειν, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, τὸν ἴδιον νεκρὸν, οὐ δύναται εἴς τι ἑαυτὸν διορθώσασθαι, ἀλλὰ πάντοτε τὸν πλησίον ἔργῳ λαμβάνει· καὶ οὐδὲν οὕτως παροργίζει τὸν Θεὸν, καὶ οὐδὲν οὕτως γυμνοῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ φέρει εἰς ἀκατάληψιν, ὡς τὸ καταλαλεῖν, ἢ κατακρίνειν, ἢ ἐξουδενεῖν τὸν πλησίον.

DOCTRINA VI.

Ne proximum judicemus.

I. SI meminerimus, fratres, dicta sanctorum seniorum, si meditemur ea usquequaque, non facile nos ipsos negligemus. Si enim, ut illi dixerunt, non spernamus parva, & quæ nobis nullius momenti videntur, non poterimus incidere in magna & gravia. Admoneo vos semper ex his minimis; cum scilicet, dicimus, quid hoc? quid illud est; fieri malam in anima nostra consuetudinem, & jam incipere nos in majora spernendo prolabi. Scitis quam grave peccatum sit proximum judicare? quid hoc gravius esse potest? Nihil enim adeo exsecratur Deus, odit & abominatur, ex sententia patrum; quia temerario judicio nihil est deterius. Et tamen ex his quæ parva videntur judicatu, in aliquod maximum malum incidimus; ex minima enim suspicione adversus proximum, ex hoc dicto: Quid est, si observo hunc fratrem quid loquatur? Quid est, si ego hujuscemodi sermonem loquor? Quid est si curiose inspicio, quid hic frater, quid hic hospes agat? Itaque jam incipit mens propria peccata negligere, quæ sunt proximi attendere. Post quod sequitur obloquium, condemnatio, contemtus, sensimque in ea ipse incidit, quæ in altero damnat & judicat. Negligere enim propria mala, neque, ut patres dixerunt, cadaver suum deflere; hoc qui fecerit, numquam se ipsum eriget: semper enim in proximi operibus mordendis judicandisque occupabitur. Quare nihil adeo provocat Deum, nihil adeo hominem spoliat & fert in ambiguum, ut obloqui, ut condemnare, ut spernere proximum.

Ἄλλο γάρ ἐστι τὸ καταλαλῆσαι, καὶ ἄλλο τὸ κατα- E κρῖναι, καὶ ἄλλο τὸ ἐξουδενῶσαι. τὸ καταλαλῆσαί ἐστι, τὸ εἰπεῖν κατά τινος ὅτι ἐψεύσατο ὁ δεῖνα, ἢ ὅτι ὠργίσθη, ἢ ὅτι ἐπόρνευσεν, ἤ τι τοιοῦτον. ἤδη γὰρ κατελάλησεν αὐτοῦ, οἱονεὶ, ἐλάλησε κατ' αὐτοῦ ἐμπαθῶς τὸ ἁμάρτημα αὐτοῦ. τὸ δὲ κατακρῖναί, ἐστι τὸ εἰπεῖν ὅτι ὁ δεῖνα ψεύστης ἐστὶν, ὀργίλος ἐστὶν, πόρνος ἐστιν. ἰδοὺ γὰρ κατέκρινεν αὐτὴν τὴν διάθεσιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπεφήνατο κατὰ ὅλου τοῦ βίου αὐτοῦ, λέγων ὅτι τοιόσδε ἐστὶ, καὶ κατέκρινεν αὐτὸν ὡς τοιοῦτον. καὶ ἔστι βαρὺ πρᾶγμα. ἄλλο γάρ ἐστι τὸ εἰπεῖν, ὠργίσθην, καὶ ἄλλο, τὸ εἰπεῖν ὅτι ὀργίλος ἐστὶ, καὶ ἀποφήνασθαι, ὡς εἶπον, κατ' αὐτῆς ὅλης τῆς ζωῆς αὐτοῦ. καὶ τοσοῦτόν ἐστι βαρὺ τὸ κατακρῖναι ὑπὲρ ἑκάστην ἁμαρτίαν, ὥστε αὐτὸν τὸν Χριστὸν λέγειν· ὑπο-

II. Aliud autem est obloqui, aliud condemnare, aliud contendere. Obloqui quidem est, aliquid dicere adversus quempiam; ut quod mentitus; quod iratus, quod fornicatus sit, vel quippiam aliud hujuscemodi. Ecce peccatum ejus prodidit & dispositionem animi sui. Condemnare autem est, dicere quod quis mendax sit, iracundus, adulter. En damnavit dispositionem ipsam animæ suæ, & omnem ejus vitam aperuit, dicens quod talis est; nam eum uti talem damnavit. Quod sane gravissimum peccatum est. Aliud est dicere quod iratus sit, & aliud quod iracundus; quia scilicet hoc, ut dixi, totam ipsius vitam aperit. Atque adeo grave est de omni peccato judicare, ut Christus dixerit in Evangelio: [a] *Hypocrita, ejice primum trabem ex oculo tuo, &*

[a] Luc. VI. 42.

κριτά; ἔκβαλε πρῶτον τὴν δοκὸν τὴν ἐν τῷ ὀφθαλμῷ σου, καὶ τότε διαβλέψεις ἐκβαλεῖν τὸ κάρφος ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ τοῦ ἀδελφοῦ σου. καὶ ἀπείκασε τὴν ἁμαρτίαν τοῦ πλησίον πρὸς τὸ κάρφος· τὸ δὲ κατακρίνειν πρὸς τὴν δοκὸν, τοσοῦτον χαλεπόν ἐστι τὸ κατακρῖναι, σχεδὸν ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν. καὶ ἐκεῖνος δὲ ὁ Φαρισαῖος εὐχόμενος καὶ εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ διὰ τὰ κατορθώματα αὐτοῦ, οὐκ ἐψεύσατο, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγεν· καὶ οὐ διὰ τοῦτο κατεκρίθη. χρεωστοῦμεν γὰρ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ἐπειδὰν ἀξιωθῶμέν τι ἀγαθὸν ποιῆσαι, ὡς αὐτοῦ συνεργήσαντος, καὶ βοηθήσαντος ἡμῖν. διὰ τοῦτο, ὡς εἶπον, οὐ κατεκρίθη, ὅτι εἶπεν, οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ὅτι στραφεὶς πρὸς τὸν τελώνην, εἶπεν, οὐδὲ ὡς ὁ τελώνης οὗτος· τότε κατεκρίθη· κατέκρινε γὰρ αὐτοῦ τοῦ προσώπου, αὐτῆς διαθέσεως τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅλου τοῦ βίου αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ κατέβη ὁ τελώνης δεδικαιωμένος ὑπὲρ ἐκεῖνον.

A *tunc ejicies festucam de fratris oculo*. Comparavit enim festucam peccato, damnationem autem trabi. Excedit, inquam, omne peccatum temerarium judicium. Et [a] Pharisæus ille orans & gratias agens Deo de bonis operibus suis, nequidquam mentitus est, sed vera confessus, neque ob hoc damnatus. Debitores enim sumus ad agendas Deo gratias cum boni aliquid ab ipso egimus, utpote qui nos adjuvit & cooperatus est ad id bonum. Neque ex hoc, ut prædixi, damnatus a Domino est, neque quod dixerit, *ut ceteri homines*; sed ob hoc quia ad publicanum conversus, *neque*, inquit, *ut hic publicanus*. Tunc enim condemnatus est. Damnavit enim ipsam personam, ipsam dispositio- B nem mentis, &, ut breviter dicam, omnem ipsius vitam. Qua ex re descendit publicanus super illum justificatus.

Οὐδὲν γὰρ βαρύτερον, οὐδὲ χαλεπώτερον, ὡς πολλάκις λέγω, τοῦ κατακρίναι, ἢ ἐξουδενῶσαι τὸν πλησίον. διὰ τί μὴ μᾶλλον ἑαυτοὺς κατακρίνομεν, καὶ τὰ κακὰ ἡμῶν ἀκριβῶς οἴδαμεν, καὶ περὶ ὧν μέλλομεν λόγον δοῦναι τῷ Θεῷ; τί ἁρπάζομεν τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ; τί θέλομεν ἐκ τοῦ πλάσματος αὐτοῦ; οὐκ ὀφείλομεν τρέμειν ἀκούοντες τῷ μεγάλῳ γέροντι ἐκείνῳ τί συνέβη, τῷ ἀκούσαντι περί τινος ἀδελφοῦ πεσόντος εἰς πορνείαν, καὶ εἰπόντι, ὢ κακῶς ἐποίησεν; οὐκ οἴδατε ποῖον φρικτὸν λέγει περὶ αὐτοῦ εἰς τὸ γεροντικόν; ὅτι ἀπήνεγκεν ὁ ἅγιος ἄγγελος τὴν ψυχὴν τοῦ ἁμαρτήσαντος πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· ἴδε ὃν ἔκρινας, ἐκοιμήθη. ποῦ οὖν κελεύεις βάλω αὐτὸν, εἰς βασιλείαν ἢ εἰς τὴν κόλασιν; ἔστι δὲ τούτου τοῦ βάρους τι φοβερώτερον; τί ἄλλό ἐστιν ὁ λόγος τοῦ ἀγγέλου πρὸς τὸν γέροντα εἰ μὴ τοῦτο; ἐπειδὴ σὺ εἶ ὁ κριτὴς τῶν δικαίων καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, εἰπὲ τί κελεύεις περί τε ταπεινῆς ψυχῆς ταύτης· ἐλεεῖς αὐτὴν; κολάζεις αὐτήν; ὥστε τὸν ἅγιον γέροντα, ὑπερεκπλαγέντα * μεῖναι ὅλον τὸ ὑπόλοιπον αὐτοῦ χρόνον μετὰ στεναγμῶν, μετὰ δακρύων, μετὰ μυρίων πόνων· δεόμενον τοῦ Θεοῦ συγγνῶναι αὐτῷ περὶ τῆς ἁμαρτίας ἐκείνης. καὶ ταῦτα μετὰ τὸ πεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ πρόσωπον πρὸς τοὺς πόδας τοῦ ἀγγέλου, καὶ λαβεῖν συγχώρησιν. τὸ γὰρ εἰπεῖν τὸν ἄγγελον· ἰδοὺ ἔδειξέ σοι ὁ Θεὸς τί ἐστι τὸ βάρος τοῦ κατακρῖναι, μηκέτι ποιήσῃς. τὸ πρᾶγμα τοῦτο συγχωρήσαντος ἦν, καὶ ὅμως οὐκ ἠνέσχετο ὅλως παρακληθῆναι ἡ ψυχὴ τοῦ γέροντος ἀπὸ τοῦ πένθους ἐκείνου, ἕως ὅτου ἀπέθανε.

III. Nihil (ut sæpius dixi) gravius, nihil difficilius, quam proximum judicare atque contemnere. Cur enim non magis nos ipsos dijudicemus de malis propriis quæ optime novimus, & de quibus reddere rationem Deo cogemur? Quid usurpamus judicium Dei? quid ad nos de creatura & servo alieno? An non contremiscimus totis visceribus, dum audimus quid seniori illi magno contigerit? Qui cum audisset unum e fratribus in fornicationem ce- C cidisse, cum indignatione quod male fecisset, respondit: An non accepistis quam horrenda res de ipso narratur in libro seniorum? Ajunt enim sanctum Angelum, peccatoris illius animam, cum jam e vita migrasset, ad senem detulisse, atque dixisse: En quem judicasti, vita functus est: quo me igitur jubes ipsius animam deferre, ad superos ne, an ad inferos? Quid obsecro hac re potest esse magis horrendum? Nihil aliud innuere seniori voluit angelicus sermo quam hoc: Si tu justorum & peccatorum jam factus es judex, dic mihi oro de miserabili hac anima quam sententiam feras, velis ne misereri an sævire? Quare percussus senior ille sanctissimus hac tam horribili re, reliquum omne vitæ D suæ tempus inter lacrymas gemitusque & innumeras ærumnas egit, veniam tanti peccati deposcens a Deo. Tametsi ad pedes angeli procidens, audiret impetrasse se veniam a Deo. Deumque id fecisse ut ostenderet quam ei grave & molestum esset judicium nostrum temerarium, monuitque ne animo id umquam faceret: non tamen potuit ex his verbis anima senioris amarissima consolationem ullam admittere in eo luctu & mærore, dum vixit.

Τί οὖν θέλομεν καὶ ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ πλησίον; τί θέλομεν ἀπὸ ἀλλοτρίου βάρους; ἔχομέν τι μεριμνῆσαι, ἀδελφοί, ἕκαστος ἑαυτῷ προσέχῃ καὶ τοῖς ἰδίοις κακοῖς. Θεοῦ μόνου ἐστὶ, τὸ δικαιῶσαι καὶ τὸ κατακρῖναι, τοῦ εἰδότος καὶ τὴν κατάστασιν ἑκάστου, καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὰς ἀναστροφὰς, καὶ τὰ χαρίσματα, καὶ τὴν κρᾶσιν καὶ τὴν ἐπιτηδειότητα· πρὸς ἕνα ἕκαστον τούτων κρίνοντος καθὼς οἶδεν αὐτὸς μόνος. ἄλλως γὰρ κρίνει ὁ Θεὸς τὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἄλλως τὰ τοῦ ἄρχοντος, ἄλλως κρίνει τὰ τοῦ ἡγουμένου, καὶ ἄλλως τὰ τοῦ μαθητοῦ, ἄλλως τὰ τοῦ γέροντος, καὶ ἄλλως τὰ τοῦ νεωτέρου, ἄλλως τὰ τοῦ ἀσθενοῦντος, καὶ ἄλλως τὰ τοῦ ὑγιαίνοντος. καὶ τίς δύναται ταῦτα τὰ κρίματα εἰδέναι, εἰ μὴ αὐτὸς μόνος ὁ ποιήσας τὰ πάντα, ὁ καὶ πλάσας πάντα, καὶ γινώσκων πάντα; μέμνημαι ἀκούσας ὅτι ποτὲ ἐγένετο πρᾶγμα τοιοῦτον· πλοῖον ἀνδραπόδων παραβαλεῖν εἰς πόλιν τινά. ἦν δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει μία παρθένος ἁγία πάνυ

IV. Quid nobis igitur de proximo? Quid nobis de alieno malo? Habemus nos ipsi, fratres, in nobis quod curemus. Quilibet sibi ipsi attendat & suis E malis. Solius enim Dei est & justificare & judicare, qui statum & virtutem, conversiones & gratias, compositionem & aptitudinem uniuscujusque novit, atque horum unumquemque potest solus discernere. Aliter enim judicat Deus episcopos, aliter principes, aliter prælatos, aliter subditos, aliter seniores, aliter juniores, aliter ægrotos, aliter bene habentes: & quis tot queat judicia facere præter eum qui omnia condidit, omnia formavit, omnia novit? Memoria autem teneo factum hujuscemodi quandoque me audisse: Navem scilicet servorum ad quam nescio urbem applicuisse, in qua sane urbe esset virgo sanctissima salutis suæ admodum

[a] Luc. XVIII. 11.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



προσέχουσα ἑαυτῇ· αὕτη μαθοῦσα ὅτι παρέβαλε τὸ πλοῖον ἐκεῖνο, ἐχάρη. ἐπεθύμει γὰρ ἀγοράσαι ἑαυτῇ ἓν κοράσιον μικρὸν πάνυ. ἐλογίσατο γὰρ ὅτι λαμβάνω καὶ ἀνατρέφομαι αὐτὴν, ὡς θέλω, ἵνα μηδὲν οἶδεν τῆς κακίας τοῦ κόσμου τούτου, καὶ πέμψασα μεταστέλλεται τὸν ναύκληρον τοῦ πλοίου ἐκείνου, καὶ εὑρίσκει αὐτὸν ἔχοντα δύο κοράσια πάνυ μικρὰ, οἷα ἰδικῶς ἐπεθύμει ἡ παρθένος, καὶ εὐθέως μετὰ χαρᾶς παρέχει τὴν τιμὴν, καὶ λαμβάνει τὸ ἓν κοράσιον πρὸς ἑαυτήν. ὡς οὖν κατῆλθεν ὁ ναύκληρος, ὅθεν ἡ ἁγία ἐκείνη μόνον περιεπάτησε μικρὸν, καὶ ἀπαντᾷ αὐτῷ μία θυμελικὴ παντάχρηστος, καὶ βλέπει τὸ ἄλλο κοράσιον μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ ἐπεθύμησε λαβεῖν αὐτὸ, καὶ λαμβάνει· συμφωνεῖ καὶ παρέχει τὴν τιμὴν, καὶ ἀπέρχεται. αὐτὸ βλέπετε μυστήριον Θεοῦ, βλέπετε κρίμα. τίς δύναται δοῦναι περὶ τούτου λόγον; λαμβάνει οὖν ἡ ἁγία παρθένος τὴν μικρὰν ἐκείνην, καὶ ἀνατρέφει αὐτὴν εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, τυποῦσα αὐτὴν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, διδάσκουσα αὐτὴν πᾶσαν τὴν μοναχικὴν κατάστασιν, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν εὐωδίαν τῶν ἁγίων ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. λαβοῦσα καὶ ἡ θυμελικὴ τὴν ἀθλίαν ἐκείνην, ἀπετέλεσεν αὐτὴν ἐργαλεῖον τοῦ διαβόλου. τί γὰρ ἄλλο εἶχεν ἡ ὀργὴ ἐκείνη διδάξαι αὐτὴν, εἰ μὴ τὴν ἀπώλειαν τῆς ψυχῆς αὐτῆς; τί οὖν δυνάμεθα εἰπεῖν περὶ τοῦ φοβεροῦ κρίματος τούτου; αἱ δύο μικραὶ ἦσαν, αἱ δύο ἐπράθησαν μήτε εἰδυῖαι ποῦ ἀπέρχονται, καὶ εὑρέθη ἡ μία εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ ἄλλη ἐνέπεσεν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ διαβόλου. ἄρα οὖν δυνατόν ἐστιν εἰπεῖν ὅτι ἀπαιτεῖ αὐτὴν ὁ Θεὸς, ἀπαιτεῖ καὶ τὴν ἄλλην; πῶς ἐγχωρεῖ; ἄρα ἐὰν αἱ δύο ἐμπέσωσιν εἰς πορνείαν, ἢ εἰς ἄλλο παράπτωμα, δυνατόν ἐστιν εἰπεῖν ὅτι τὸ αὐτὸ κρίμα ἔχουσιν αἱ δύο, κἂν τὸ αὐτὸ σφάλμα συμβῇ ἀμφοτέραις. πῶς ἐνδέχεται, αὕτη ἔμαθε τὰ περὶ τῆς κρίσεως, ἔμαθε τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ· ἐκείνη ἡ ἀθλία οὐδέποτε οἶδεν, ἢ ἤκουσέ τι ἀγαθὸν, ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, πάντα τὰ αἰσχρὰ, πάντα τὰ διαβολικά· καὶ πῶς ἐγχωρεῖ ἀπαιτηθῆναι ἀμφοτέρας τὴν αὐτὴν ἀκρίβειαν;

π΄

Οὐκοῦν οὐδὲν δύναται ἄνθρωπος εἰδέναι τῶν κριμάτων τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ αὐτὸς μόνος ἐστὶν ὁ καταλαμβάνων πάντα, καὶ δυνάμενος τὰ καθ᾽ ἕκαστον κρῖναι, καθὼς μόνος ἐπίσταται; ἀληθῶς συμβαίνει, ὅτι ποιεῖ ἀδελφὸς πράγματά τινα ἐν ἁπλότητι· ἔχει δὲ ἓν πρᾶγμα ὅ,τι ἀρέσκει τῷ Θεῷ ὑπὲρ ὅλην τὴν ζωήν σου, καὶ σὺ καθέζει κατακρίνων αὐτὸν, καὶ κολάζων τὴν ψυχήν σου; εἰ δὲ καὶ συμβῇ αὐτὸν ἀστραφῆναι, πόθεν οἶδας πόσα ἠγωνίσατο, καὶ πόσα ἔσταξε τὸ αἷμα αὐτοῦ πρὶν ἐνεργήσει, καὶ σχεδὸν εὑρίσκεται τὸ σφάλμα αὐτοῦ, ὡς δικαιοσύνη παρὰ τῷ Θεῷ; βλέπει γὰρ ὁ Θεὸς τὸν κόπον αὐτοῦ, καὶ τὴν θλῖψιν ἣν ἔσχεν, ὡς εἶπον, πρὸ τοῦ ἐνεργῆσαι, ἐλεεῖ αὐτόν· καὶ σὺ γινώσκεις αὐτὸ, καὶ ὁ μὲν ὁ Θεὸς ἐλεεῖ αὐτὸν, σὺ δὲ κατακρίνεις αὐτὸν, καὶ ἀπόλλεις τὴν ψυχήν σου; πόθεν δὲ οἶδας, καὶ πόσα δακρύα ἐξέχεεν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ περὶ τούτου; καὶ σὺ τὴν μὲν ἁμαρτίαν οἶδας, τὴν δὲ μετάνοιαν οὐκ οἶδας. ἔσθ᾽ ὅτε μόνον ὅτι οὐ κατακρίνομεν, ἀλλὰ καὶ ἐξουδενοῦμεν. ἄλλο γάρ ἐστιν, ὡς εἶπον, τὸ κατακρῖναι, καὶ ἄλλο ἐξουδενῶσαι· ἡ ἐξουδένωσίς ἐστιν, ὅτι οὐ μόνον κατακρίνει τις, ἀλλὰ καὶ ἐξουδενεῖ· οἱονεὶ βδελύσσεται τὸν πλησίον, * σιχαίνεται αὐτὸν, ὡς ἀηδίαν τινὰ, καὶ ἔστι τοῦτο χεῖρον τοῦ κατακρῖναι, καὶ ὀλεθριώτερον πάνυ.

Οἱ δὲ θέλοντες σωθῆναι, οὐδὲ προσέχουσιν ἐλαττώματι τοῦ πλησίον, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις πάντοτε, καὶ προσκόπτουσιν. οἷος ἦν ἐκεῖνος ὁ ἰδὼν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα, καὶ στενάξας, καὶ εἰπὼν, οὐαί μοι, ὅτι σήμερον αὐτὸς, οὕτως κἀγὼ αὔριον. βλέπεις ἀσφάλειαν; βλέπεις ἑτοιμασίαν ψυχῆς; πῶς εὗρεν εὐθέως φυγεῖν τὸ κατακρῖναι τὸν ἀδελφὸν αὐ-

A diligens & studiosa. Hoc cum accepisset, læta facta est: optabat enim sibi ancillulam ex his mercari quam suo arbitratu aleret & enutriret in Dei cultu, nec ulla labe sæcularis malitiæ sineret contaminari. Accersiri ergo jubet navis gubernatorem, quem statim comperit tenere penes se puellas duas ejus ætatis quam optabat. Quibus visis ex his alteram sibi dato pretio accepit. Ubi vero abjit mercator haud longe digressus a virgine illa, obviam habuit scenicam & prostibulam quamdam, cui poscenti puellam alteram pretio dedit. Contemplamini obsecro mysterium Dei, contemplamini judicium. Quis potest de hac re sanam afferre rationem? Suscipit virgo sanctissima puellam primam, eamque in timo- B re Domini nutrit, instituit, informat in omne opus bonum: docet omnem monasticam conversationem, ostendit suavitatem angelorum & mandatorum Dei. Suscipit & scenica eodem pretio secundam, & eam (breviter dicam) diabolicis operibus omnino addicit. Quid enim aliud habeat furia illa quod eam doceret, quam animæ suæ interitum & ruinam? Quid autem dicemus de horribili judicio hoc? Ambæ parvæ erant, ambæ venumdatæ, ambæ ignaræ quo proficiscerentur, qui se se manerent exitus: & ecce in manus Dei altera, altera in manus diaboli incidit. Numquid igitur dicere possumus idem consilio & dispositione Dei factum? Haud inquam licet, haud fas est ita judicare. Si enim C ambæ in id ipsum vitium incidissent, liceret utique dicere idem judicium ambabus evenisse. At hæc didicit omnia de judicio, de regno Dei, die ac nocte inter verba Dei versata est. Misera autem illa numquam vidit, numquam audivit quid bonum esset; at contra potius in omne malum est edocta, ad omnia turpia, obscena, diabolica, instructa. Et quomodo potest repeti ab utrisque eadem diligentia?

A II. Subjiciam exemplum hoc vobis, ut clarius fiat. Accendit quis ignem, primum habet carbunculum, id est, verbum unicum, quo quis fratrum affligitur. Quid unicum fratris verbum est? si illud æquo animo feras, illico ignitum carbonem exstinxisti. Sin vero post verbum illud tute tecum pergas cogitare & dicere: Hoc mihi cur dixit, quid rei mihi est cum ipso? nisi me affligere voluisset, hoc non esset locutus, sed ne dubitet se quoque a me pariter remordendum. En verbis hujuscemodi & cogitatione adjecisti ligna & fomenta, ut qui ignem accendit, cœpistique fumum excitare, quæ est ipsa perturbatio. Perturbatio enim est ipse motus & congressus cogitationum, quæ excitant & ferocius au- B daciusque cor reddunt. Audacia vero est excitatio vindictæ adversus eum qui nos afflixit: quæ & τολμηρία dicitur: ut differebat beatus abbas Marcus. Malitia enim in animo versata, audere cor facit; exstincta autem per orationem & spem conterit ipsum. Si enim æque tuleris (ut dixi) unicum illud verbum fratris, exstinxeris illico carbunculum illum, nec venies ad perturbationem. Ad quam tamen si pervenisti, potes & illam subito uti parvam exstinguere per orationem, per taciturnitatem, per unicam cordis pœnitentiam: sin vero pergas fumum excitare, & commovere cor tuum variis cogitationibus, ita reputans tecum: Quare hoc mihi locutus est? Quid illi mecum rei est? ex hoc congressu & agitatione cogitationum, C corde quasi attrito & calefacto, fit excandescentia animi, τοῦ νοῦ, qui est fervor quidam sanguinis circa cor, ut definit divus Basilius. En in te jam θυμὸς factus est: hic est quem vocant ὀξυχολίαν, id est, acutam choleram. Quod si volueris & hanc poteris exstinguere, ante quam fiat ὀργή: sin vero pergas perturbatus alium commovere, ita facis ut qui ligna in ignem congerit, magisque excitat & incendit ignem. Sicque fuerint ex uno carbone plures, & exsistet ὀργή.

Καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Ζωσιμᾶς ὅτε ἠρωτήθη. τί ἐστι τὸ ῥητὸν τὸ λέγον, ὅπου οὐκ ἔστι θυμὸς, ἡσυχάζει μάχη. ἐὰν γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς ταραχῆς, ὅτε ἄρξηται, ὡς εἴπομεν καπνίζειν καὶ ποιεῖν σπινθῆρας τινὰς, προλαβὼν τὶς μέμψηται ἑαυτὸν, καὶ βάλλῃ μετάνοιαν πρὶν ἐξανθῇ καὶ γένηται θυμὸς, εἰρηνεύει. πάλιν μεθ' ὃ γίνεται θυμὸς ἐὰν μὴ ἡσυχάσῃ, ἀλλὰ μένῃ ταρασσόμενος καὶ θρασυνόμενος, εὑρίσκεται, ὡς εἴπομεν, ὁμοίως τῷ χορηγοῦντι ξύλα τῷ πυρὶ, καὶ μένει καίων ἕως οὗ ποιήσει μεγάλους ἄνθρακας. ὥσπερ οὖν οἱ ἄνθρακες γίνονται κάρβωνες καὶ ἀποτίθενται, καὶ ποιοῦσι πόσα ἔτη μὴ φθειρόμενοι, καὶ οὐδὲ ἐὰν βάλλῃ τὶς εἰς αὐτοὺς ὕδωρ, σήπονται· οὕτως καὶ ἡ ὀργὴ ἐὰν χρονίσῃ, γίνεται μνησικακία, καὶ λοιπὸν ἐὰν μὴ στάξῃ τὶς τὸ αἷμα αὐτοῦ, οὐκ ἀπαλλάσσεται αὐτῆς. ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν τὴν διαφορὰν, ἐννοήσατε· ἰδοὺ ἠκούσατε τί ἐστιν ἡ πρώτη ταραχὴ, καὶ τί ὁ θυμὸς, καὶ τί ἡ ὀργὴ, καὶ τί ἡ μνησικακία. βλέπετε πῶς ἀπὸ ἑνὸς ῥήματος εἰς τοσοῦτον κακὸν ἔφθασεν; εἰ γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἔβαλεν ἐπάνω αὐτοῦ τὴν μέμψιν, καὶ ἐβάστασε τὸ ῥῆμα τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μὴ ἠθέλησεν ἀπεκδικῆσαι ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ ἑνὸς λόγου εἰπεῖν δύο ἢ καὶ πέντε λόγους, καὶ ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, εἶχεν ἐξηλῆσαι ἀπὸ ὅλων τῶν κακῶν τούτων. διὰ τοῦτο ἀεὶ λέγω ὑμῖν· ὡς εἰσὶ νεαρὰ τὰ πάθη, ἐκκόψατε αὐτὰ πρὶν στερεωθῶσι καθ' ὑμῶν, καὶ μέλλετε ταλαιπωρεῖν. ἄλλο γάρ ἐστι τὸ ἀνασπάσαι μικρὰν βοτάνην, καὶ ἄλλο τὸ ἐκριζῶσαι μέγα δένδρον· οὐ ξενίζομαι ἄλλο, ἢ ὅτι οὔτε οἴδαμεν τί ψάλλομεν· καθ' ἑκάστην ψάλλομεν, καὶ

III. Atque id est quod abbas Zosimas ajebat. Interrogatus enim ut sententiam hanc exponeret: Ubi non fuerit θυμὸς, languescit pugna: Si quis, ait, D principio turbationis, cum scilicet incipit fumus erumpere, & scintillare ignis, se ipsum increpet, corrigat & accuset, agatque pœnitentiam ante quam erumpat flamma, & fiat θυμὸς, in pace adhuc & quiete est. Post autem exortum θυμὸν non amodo quiescit, sed commoto & accenso corde perseverat, assimilis factus ei qui ut diximus ligna in ignem congerit, & accendens illa, magnos carbones efficit. Ut autem carbones exstincti & repositi plures annos perstant incorrupti, nec si in eos etiam aquam infuderis, computrescunt; sic & cum ὀργή, ira diuturnior in aliquo fuerit, fit μνησικακία, impotens quædam ulciscen- E di libido; & nisi emunxeris omnem ejus sanguinem, abigi haud umquam vix poterit. Dixi jam vobis affectionum harum omnium & passionum doctrinam. Audistisque quid sit ἡ πρώτη ταραχὴ, quid ὁ θυμὸς, quid ἡ ὀργὴ, quid μνησικακία. En ut ex solo & unico verbo in tantum malum pervenitur! Si enim principio in se ipsum accusationem omnem convertisset, patienterque tulisset verbum fratris sui, noluissetque contra niti, atque unico verbulo duo vel plura opponere, [a] nec malum pro malo referre; hæc omnia pariter a se mala expulisset. Quare admoneo vos sæpissime passiones vestras cum novellæ sunt & recentes, abscindere atque amputare; ne scilicet obfirmentur in vobis, & ad miseriam summam vos trahant. Aliter enim exstirpatur planta, aliter arbor evellitur; cum

[a] Rom. XII. 17.

καταρώμεθα ἑαυτοὺς, καὶ οὐ συνιοῦμεν. οὐκ ὀφείλομεν εἰδέναι τί ψάλλομεν; ὅτι ἀεὶ λέγομεν, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. τί ἐστι ἀποπέσοιμι; ἐν ὅσῳ τις ἵσταται, ἔχει δύναμιν ἀντιστῆναι τῷ ἐχθρῷ αὐτοῦ, δέρει, δέρεται, νικᾷ, ἡττᾶται· ἀκμὴν γὰρ ἵσταται. ἐὰν δὲ φθάσῃ πεσεῖν, πῶς ἔτι δύναται χαμαὶ κείμενος παλαῖσαι πρὸς τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ. καὶ κατευχόμεθα ἑαυτῶν, μὴ μόνον πεσεῖν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα καὶ κενοὶ πέσωμεν.

A coaluerit ad magnitudinem. Nihil aliud adeo hoc demiror, quod videlicet non advertimus quid quotidie psallamus. Psallimus quotidie atque nos ipsos maledicimus & exsecramur, neque id advertimus. An non debemus quod psallimus intelligere? [a] *Si reddidi*, ait, *retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.* Quid est, *decidam?* Dum aliquis stat, potens est adversario suo colluctare, cædit & cæditur, vincit & vincitur, adhuc stat. Quod si cadere eum contingat & labi, quomodo in terra jacens poterit cum adversario suo pugnam inire? Oremus sedulo non solum ut non cadamus, sed ne vacui cadamus & inanes.

Τί δέ ἐστι τὸ πεσεῖν τινὰ κενὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ; εἴπωμεν. τὸ πεσεῖν ἐστι, μηκέτι ἔχειν δύναμιν ἀναστῆναι, παρὰ χαμαὶ κεῖσθαι. τὸ δὲ κενόν ἐστι, τὸ μηδέποτε ἀγαθὸν, ἵνα πῶς κἂν ἀναστῆναι τις δυνηθῇ. ὁ γὰρ ἀνιστάμενος δύναται πάλιν ἐπιμελήσασθαι ἑαυτὸν, καὶ ὅτι δήποτε πάλιν ἔρχεται εἰς συμβολήν. εἶτα λέγομεν, καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου καὶ καταλάβοι, μὴ μόνον καταδιώξαι, ἀλλὰ καὶ καταλάβοι, ἵνα ἐσμὲν ὑποχείριοι αὐτοῦ, ἵνα εἰς πάντα ἡττώμεθα ἐν ἑκάστῳ πράγματι· καὶ καταβάλλῃ ἡμᾶς, εἰ ἀνταποδώσωμεν τοῖς ἀνταποδιδοῦσιν ἡμῖν κακά. καὶ οὐ μόνον τοῦτο εὐχόμεθα, ἀλλὰ καὶ καταπατῆσαι εἰς γῆν τὴν ζωὴν ἡμῶν. τί ἐστιν ἡ ζωὴ ἡμῶν; ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐστιν, αἱ ἀρεταὶ, καὶ εὐχόμεθα καταπατηθῆναι εἰς γῆν τὴν ζωὴν ἡμῶν, ἵνα γένηταί τις ὅλως γήϊνος, ὅλον τὸ φρόνημα αὐτοῦ ἔχων κάτω εἰς τὴν γῆν. καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσει. τί δέ ἐστιν ἡ δόξα ἡμῶν, εἰ μὴ ἡ γνῶσις ἡ διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἁγίων ἐντολῶν ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ; τοῦτο οὖν λέγομεν, ἵνα ποιήσῃ τὴν δόξαν ἡμῶν, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἐν τῇ αἰσχύνῃ ἡμῶν, ἵνα εἰς τὸν χοῦν κατασκηνώσῃ αὐτὴν, καὶ ποιήσῃ τὴν ζωὴν ἡμῶν καὶ τὴν δόξαν ἡμῶν γηΐνην· ἵνα μηδὲν φρονῶμεν κατὰ Θεὸν, ἀλλὰ πάντα σωματικὰ, πάντα σαρκικὰ, ὥσπερ ἐκεῖνοι περὶ ὧν ἔλεγεν ὁ Θεὸς, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. ἰδοὺ ὅλα ταῦτα ψάλλοντες, ἑαυτοὺς καταρώμεθα, ἐάν ἀποδίδωμεν κακὸν ἀντὶ κακοῦ, καὶ πόσα ἀποδιδοῦμεν κακὰ ἀντὶ κακῶν, καὶ οὐ μέλει ἡμῖν, ἀλλὰ ἀδιαφοροῦμεν.

B IV. Quid sit vero cadere aliquem inanem ab inimicis suis, dicemus. Cadere, est non habere potestatem surgendi, sed jacere in terra. Inanem autem esse, est, neque ullum bonum in se habere, quo quis valeat tandem erigi & assurgere. Qui enim stat, denuo reficere se se potest & curare, & sic rursum ad congressum venire. Unde subjungimus, [a] *Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat:* non solum persequatur, sed etiam comprehendat: ut illi simus in perpetuam servitutem, ut omnino victi cedamus, ut in unaquaque re nos demoliatur & destruat: si reddidimus retribuentibus nobis mala. Neque hoc solum petimus, sed etiam *ut conculcet in terra vitam nostram.* Quid est vita nostra? Virtutes
C sunt vita nostra, quibus anima recte vivit. Oramus igitur conculcari in terra vitam nostram, id est, ut quis fiat totus terrenus, atque omnis ejus prudentia deprimatur in hæc infima & terrena. *Et gloriam meam in pulverem deducat.* Quid est aliud gloria nostra, nisi cognitio in anima facta per præceptorum observantiam? Hoc igitur dicimus ut *gloria* nostra, quemadmodum ait Apostolus, [b] *sit in confusione*; ut in pulverem redigat eam, faciatque vitam nostram & gloriam omnimodo terrenam, ut nihil sapiamus secundum Deum, sed omnia corporalia, omnia carnalia; ut illi de quibus Domi-
D nus ait: [c] *Non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia caro sunt.* En igitur quod canentes hæc omnia, nobis ipsis imprecamur, si malum retribuimus malo. Adde quod pejus est: nulla nobis cura est, quod mala pro malis retribuimus, sed omnia promiscue agimus, nihilque discernimus.

Ἔστι δὲ ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, οὐ μόνον ἐν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ λόγῳ καὶ σχήματι. καὶ δοκεῖ τίς ἔργῳ μὲν, μὴ ἀποδοῦναι κακὸν, εὑρίσκεται δὲ λόγῳ, ὡς εἶπον, ἢ καὶ σχήματι ἀποδιδούς. ἔστι γὰρ ὅτι ποιεῖ τι ἐν σχῆμα, ἢ κίνημα ἢ βλέμμα, καὶ ταράσσει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. δύναται γάρ τις καὶ διὰ βλέμματος ἢ κινήματος, πλῆξαι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· καὶ ἔστι καὶ τοῦτο ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ. ἄλλος σπουδάζει μήτε ἔργῳ, μήτε λόγῳ, μήτε σχήματι, ἢ κινήματι ἀποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ· ἔχει δὲ λύπην ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ θλίβεται κατ' αὐτοῦ. βλέπετε πόσην διαφορὰν καταστάσεως. ἄλλος οὔ τι λύπην τινὰ ἔχει πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· ἐὰν δὲ ἀκούσῃ ὅτι τὶς ἔθλιψεν αὐτὸν, ἢ τις ὕβρισεν ἢ ἐγόγγυσε καθ' αὐτοῦ, ἢ ἐλοιδόρησεν αὐτὸν, αὐτὸς τέρπεται ἀκούων, καὶ εὑρίσκεται καὶ οὕτως ἀποδιδοὺς κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. ἄλλος οὔτε κακίαν κρατεῖ, οὔ τι χαίρει ἀκούων λοιδορίαν κατὰ τοῦ θλίψαντος αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ θλίβεται ἐὰν θλιβῇ, οὐχ ἡδέως δὲ ἔχει ἵνα καὶ καλῶς πάθῃ· ἀλλ' ἐὰν ἴδῃ αὐτὸν δοξαζόμενον ἢ ἀναπαυόμενον, θλίβεται· καὶ ἔστι καὶ τοῦτο εἶδος μνησικακίας, κου-

V. Contingit autem interdum ut quis malum pro malo reddat, non solum opere, sed verbo & habitu. Alius vero non opere, sed vel lingua vel habitu: Cum scilicet in habitu vel motu aliquo vel aspectu fratrem suum conturbat: hoc enim modo quis facile fratrem suum conturbat; atque hoc quidem est malum pro malo reddere. Alius quoque non verbo,
E non opere, non habitu, studet malum pro malo reddere; affligitur autem in corde & conteritur erga fratrem. Advertite animum fratres, quantum hi inter se differant status. Alius nullam habet erga fratrem suum tristitiam: cum vero audiverit quod illum quis afflixerit, vel obmurmuraverit de eo, vel injuria & contumelia affecerit, delectatur audiens: atque hic pariter reddit malum pro malo in corde suo. Alius neque odium in corde retinet, neque gaudet dum audit affectum contumelia eum qui se contra afflixerit; quin immo dolet illum male habere, non tamen libenter audit ipsum bene habere, neque admodum gaudet in gloria ejus & quiete: hæc quoque species est μνησικακίας, levior tamen ceteris. Gaudet alius in quiete & pace fratris, nihilque il-

a Psalm. VII. 5. b Ibid. v. 6. c Philipp. III. 19.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



φόπρον μὲν ὅμως ἐστί. θέλει δέ τις καὶ χαίρειν τὴν ἀνάπαυσιν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος πρᾶγμα ἐπιτηδεύειν πρὸς θεραπείαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτοῦ. εἴπομεν δὲ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ λόγου ὅτι ἐστί τις βάλλων μετάνοιαν, μένει ἀκμὴν ἔχων λύπην κατ᾽ αὐτοῦ, καὶ λέγομεν ὅτι βαλὼν τὴν μετάνοιαν, τὴν μὲν ὀργὴν, δι᾽ αὐτῆς ἐθεράπευσε, πρὸς δὲ τὴν μνησικακίαν οὔπω ἠγωνίσατο· ἔστι δὲ ἄλλος ὅτι ἐὰν συμβῇ τινὰ θλίψαι αὐτὸν, καὶ βάλλωσι μετάνοιαν καὶ διαλλαγῶσιν ἀλλήλοις; εἰρηνεύει πρὸς αὐτὸν, καὶ οὐδεμίαν μνήμην κακὴν ἔχει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ περὶ αὐτοῦ· ἐὰν δὲ συμβῇ αὐτὸν μεθ᾽ ἡμέρας εἰπεῖν αὐτῷ τι θλίβον αὐτὸν, ἄρχεται καὶ τῶν πρώτων μνημονεύειν, καὶ ταράσσεσθαι οὐ μόνον περὶ τῶν δευτέρων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν προτέρων. οὗτος ἔοικεν ἀνθρώπῳ ἔχοντι τραῦμα, καὶ βάλλοντι ἔμπλαστρον, καὶ πῶς διὰ τῆς ἐμπλάστρου ἐθεράπευσε τὸ τραῦμα, καὶ συνούλωσεν, ἔτι δὲ ἀσθενέστερός ἐστιν ὁ τόπος, καὶ ὅτι δήποτε ῥίψει τις λίθον κατ᾽ αὐτοῦ, πλέον ὅλου τοῦ σώματος ἐκεῖνος ὁ τόπος εὐχερῶς πλήσσεται, καὶ ἄρχεται εὐθέως αἱμοῤῥοεῖν· οὕτως ἔπαθε καὶ αὐτός· ἔσχε τραῦμα, καὶ ἔβαλλεν ἔμπλαστρον, ἥτις ἐστὶν ἡ μετάνοια, καὶ πῶς μὲν ἐθεράπευσε τὸ τραῦμα, ὥσπερ καὶ ὁ πρῶτος, τοῦτ᾽ ἔστι τὴν ὀργὴν, ἤρξατο καὶ τῆς μνησικακίας ἐπιμελεῖσθαι, διὰ τοῦ σπουδάσαι μηδεμίαν κακὴν μνήμην κρατῆσαι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ συνουλῶσαι τὸ τραῦμα. οὔπω δὲ τελείως ἐξήλειψεν, ἀλλ᾽ ἔτι ἔχει ἔλλειμμα τῆς μνησικακίας, ὅπερ ἐστὶν ἡ οὐλὴ ἐξ ἧς εὐχερῶς ἀνακαροῦται ὅλον τὸ τραῦμα σῶμα, ὅταν δέξηται μικρὰν πληγήν. ὀφείλει γοῦν ἀγωνίσασθαι, ἵνα καὶ τὴν οὐλὴν τελείως ἐξαλείψῃ, ὥστε καὶ τριχῶσαι τὸν τόπον, καὶ μήτε ἀμορφίαν τινὰ ὑπολειφθῆναι, μήτε νοεῖσθαι ὅλως, ὅτι ἐγένετο ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ τραῦμα. πῶς δὲ δύναται τοῦτο κατορθῶσαι; διὰ τοῦ προσεύχεσθαι ἐξ ὅλης καρδίας ὑπὲρ τοῦ λυπήσαντος ἑαυτὸν, καὶ λέγειν· ὁ Θεὸς βοήθησον τῷ ἀδελφῷ μου κἀμοὶ διὰ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ· καὶ εὑρίσκεται ὑπερευχόμενος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ· ὅπερ ἐστὶ συμπαθείας καὶ ἀγάπης τεκμήριον, καὶ ταπεινούμενος ἐκ τοῦ αἰτεῖν βοήθειαν διὰ τῶν εὐχῶν αὐτοῦ. ὅπου δὲ συμπάθεια καὶ ἀγάπη καὶ ταπείνωσις, τί δύναται ἰσχῦσαι θυμὸς, ἢ ἕτερον πάθος, καθὼς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ζωσιμᾶς; ὅτι ἐὰν κινήσει πάντα τὰ μάγγανα τῆς κακίας αὐτοῦ ὁ διάβολος μετὰ πάντων τῶν δαιμόνων αὐτοῦ, ἀργοῦσι πᾶσαι αἱ μεθοδίαι αὐτοῦ, καὶ συντρίβονται ὑπὸ τῆς ταπεινώσεως τῆς ἐντολῆς τοῦ Χριστοῦ. λέγει δὲ καὶ ἕτερος γέρων, ὁ προσευχόμενος ὑπὲρ ἐχθρῶν, ἀμνησίκακος ἔσται. ἐργάζεσθε καὶ νοεῖτε καλῶς ἅτε ἀκούετε. ὄντως γὰρ ἐὰν μὴ ἐργάσησθε λόγῳ ταῦτα παραλαβεῖν. ποῖος ἄνθρωπος θέλων μαθεῖν τέχνην, λόγῳ μόνῳ παραλαμβάνει αὐτήν; πάντως πρῶτον παραμένει ποιῶν καὶ ἀναστρέφων, ποιῶν καὶ ἀφανίζων, καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν κοπιῶν καὶ ὑπομένων, μανθάνει τὴν τέχνην, τοῦ Θεοῦ βλέποντος τὸν κόπον καὶ τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ συνεργοῦντος αὐτῷ· ἡμεῖς δὲ τὴν τέχνην τῶν τεχνῶν λόγῳ θέλομεν παραλαβεῖν, μὴ ἐπιβαλλόμενοι ἔργῳ; καὶ πῶς ἐνδέχεται; πρόσχωμεν οὖν ἑαυτοῖς ἀδελφοὶ, καὶ ἐργασώμεθα μετὰ σπουδῆς, ὡς ἔτι ἔχομεν καιρόν. ὁ Θεὸς δώσει ἡμῖν μνημονεύειν καὶ φυλάττειν ἃ ἀκούομεν, ἵνα μὴ εἰς κρίμα ἡμῶν γένωνται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

A lius gratia facere recuſat, quod ad ejus commodum & honores conducat. At diximus principio orationis noſtræ eſſe aliquem qui cum venerit in concordiam cum fratre ſuo, adhuc tamen triſtitiam ſervet erga ipſum: hunc dicimus iram quidem exſtinxiſſe & ſuperaſſe, hoc eſt, τὴν ὀργήν; contra autem μνησικακίαν nondum eſſe luctatum. Eſt & alius qui acceptam injuriam ſtatim obliviſcitur, & illico fratri reconciliatur: ſin vero poſt dies aliquot contigerit ab eodem in ſe dici quippiam minus gratum, e veſtigio ad memoriam revocat primam injuriam, gliſcitque primam & ſecundam pariter ſi poſſit ulciſci. Hic ſimilis factus eſt homini vulnerato, & emplaſtra vulneri ſuperimponenti. Curatus enim & ſanatus cum B fuerit, ſuperinducta cicatrix, relinquitur tamen locus ille vulneris debilis adhuc & infirmus; & in eum ſi quis lapidem jecerit, dolet toto corpore, ſtatimque incipit ſanguis effluere. Sic ille accepto vulnere injuriæ emplaſtra ſuperimpoſuit, quæ ſunt pax & pœnitentia. Tandemque vulnus curatum eſt; id eſt, ἡ ὀργή; cœpit autem & μνησικακίαν velle curare, ut ſcilicet nullam omnino memoriam injuriæ teneret in corde; & hoc eſt cicatricem ſuperinduci vulneri: nondum tamen perfecte abolevit, ſed tenet adhuc in ſe reliquias quaſdam & ſemina τῆς μνησικακίας quæ eſt cicatrix, ex qua facile totum vulnus recrudeſcit, eam parvam quamvis plagam acceperit. Debet igitur ita concertare, ut etiam cicatricem omnem faciat C evaneſcere, atque ita locum vulneris expolire, ut nulla ibi deformitas relinquatur, neque aliquando reminiſcatur vulnus illic exſtitiſſe. Quod ſi quæras quo pacto id facias, ſcito per orationem hoc maxime fieri, cum videlicet toto corde pro fratre affligente te ſupplicas & dicis: Domine auxiliare mihi & fratri meo per mutuas preces. Et ſic ſupplicans pro fratre argumentum præſtat caritatis, compaſſionis & humilitatis, dum ſcilicet fraternis precibus ſibi quoque implorat auxilium. Ubi autem fuerit caritas, compaſſio, humilitas, quid ibi poterit, vel θυμός, vel μνησικακία, vel alia quævis paſſio? Hinc recte ajebat abbas Zoſimas. Si diabolus cum cetero dæmonum agmine ad hæc omnes artes ſuas & machi- D namenta adhibeat, vanos fore otioſos omnes impetus & conatus ejus, & ſub humilitate quæ a Chriſto præcepta eſt, conteri omnes & conculcari. Et alterius ex patribus fuit iſta ſententia: Quod pro inimicis orans numquam poſſit eſſe iracundus aut vindictæ ſtudioſus. Operamini igitur fratres & ſedula mente revolvite quæ tam ſtudioſe auditis: hæc enim ita ſe ſe habent ut opere magis parentur, quam oratione. Quis enim hominum volens diſciplinam ullam aut artem imbibere, illam ſolo ſermone conſequatur? Facere utique primum perſtat, perſeveratque omni ſtudio & diligentia, iterum facit deletque: atque ita pedetentim labore multo artem ipſam & diſciplinam apprehendit, Deo laborem ſtudiumque illius pro- E ſequente. Nos vero artem artium ſolo ſermone credamus apprehendere abſque opere? Hoc nequidquam licebit. Nobis igitur fratres primum intendamus, operemurque ſtudioſiſſime dum tempus ſupereſt. Det nobis Deus meminiſſe iſta & facere quæ audivimus, ne illa nobis fiant in judicium in judicij die.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ θ´.

Περὶ Ψεύδους.

Θέλω ὑμᾶς ὑπομνῆσαι ἀδελφοὶ περὶ τοῦ ψεύδους ὀλίγα. βλέπω γὰρ ὑμᾶς μὴ πάνυ σπουδάζοντας τηρεῖν τὴν γλῶσσαν ὑμῶν, καὶ ἐκ τούτου εὐχερῶς εἰς πολλὰ κατασυρόμεθα. βλέπετε ἀδελφοί μου

DOCTRINA IX.

De mendacio.

I. Decrevimus, fratres, pauca quædam vobis de mendacio non inutiliter ad memoriam revocare. Videmus enim vos non admodum ſtudioſos ad linguam cohibendam: quo fit ut facile in multis

ὅτι εἰς πᾶν πρᾶγμα καθὼς ἀεὶ λέγω ὑμῖν· συνήθειά ἐστι, καὶ εἰς τὸ καλὸ, καὶ εἰς τὸ κακόν. χρεία οὖν πολλῆς νήψεως, ἵνα μὴ κλεπτώμεθα ὑπὸ τοῦ ψεύδους. οὐδεὶς γὰρ ψευδόμενος ἑνῶται τῷ Θεῷ. ἀλλότριόν ἐστι τοῦ Θεοῦ τὸ ψεῦδος. γέγραπται γὰρ, ὅτι τὸ ψεῦδος τοῦ πονηροῦ ἐστι. καὶ πάλιν, ὅτι ψεύστης ἐστὶ καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ἰδοὺ πατέρα λέγει τοῦ ψεύδους τὸν διάβολον· ἡ δὲ ἀλήθεια ἐστὶν ὁ Θεός. αὐτὸς γὰρ λέγει, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. βλέπετε πόθεν χωρίζομεν ἑαυτοὺς, καὶ τίνι τρόπῳ προσκολλώμεθα διὰ τοῦ ψεύδους. δῆλον ὅτι τῷ πονηρῷ. εἰ οὖν θέλωμεν τῷ ὄντι σωθῆναι, ὀφείλομεν πάσῃ σπουδῇ ἀγαπᾷν τὴν ἀλήθειαν, καὶ φυλάττειν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς ψεύδους, ἵνα μὴ χωρίσῃ ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ζωῆς. εἰσὶ δὲ τρεῖς διαφοραὶ τοῦ ψεύδους. ἔστι γὰρ ὁ ψευδόμενος κατὰ διάνοιαν· καὶ ἔστιν ὁ ἐν λόγῳ ψευδόμενος. ἔστι καὶ ὁ εἰς αὐτὸν τὸν βίον αὐτοῦ ψευδόμενος. ὁ κατὰ διάνοιαν ψευδόμενός ἐστιν, ὁ δεχόμενος τὰς ὑπονοίας. ἐὰν ἴδῃ οὗτός τινα λαλοῦντα μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὑπονοεῖ, καὶ λέγει ὅτι δι' ἐμὲ λαλοῦσι· καὶ ἐὰν κόψωσι τὴν ὁμιλίαν, πάλιν ὑπονοεῖ ὅτι δι' αὐτὸν ἔκοψαν. ἐὰν εἴπῃ τις ῥῆμα, ὑπονοεῖ ὅτι διὰ τὸ θλίψαι αὐτὸν εἶπε, καὶ ἁπλῶς εἰς ἕκαστον πρᾶγμα οὕτως λέγει τὸν πλησίον, λέγων, δι' ἐμὲ τόδε ἐποίησε, δι' ἐμὲ τόδε εἶπε· διὰ τόδε, τόδε ἐποίησεν. οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ διάνοιαν ψευδόμενος. οὐδὲν γὰρ ἀληθὲς λέγει, ἀλλὰ πάντα ὑπονοίας. ἐκ τούτου λοιπὸν περιεργίαι, καταλαλιαὶ, τὸ παρακροᾶσθαι, τὸ μάχεσθαι, τὸ κατακρίνειν. ἔστι δὲ ὅτε ὑπονοεῖ πρᾶγμα, καὶ εὑρίσκεται ἐκ τοῦ συμβάντος ἀληθὲς, καὶ ὡς ἐκ τούτου φησὶ θέλων αὐτὸν διορθώσασθαι, περιεργάζεται λογιζόμενος, ὅτι ἐὰν κατ' ἐμοῦ λαλεῖ τις, βλέπω, τί ἐστι τὸ σφάλμα μου ἐν ᾧ διαβάλλῃ με, καὶ διορθοῦμαι ἐμαυτόν; πρῶτον μὲν οὖν αὕτη ἡ ἀρχὴ ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι. διὰ γὰρ τοῦ ψεύδους ἤρξατο, μὴ εἰδὼς ὑπενόησεν ὃ οὐκ εἴδη· πῶς οὖν δύναται δένδρον πονηρὸν, καρποὺς καλοὺς ποιεῖν; εἰ δὲ ὅλως θέλει διορθώσασθαι, ὅταν εἴπῃ αὐτῷ ἀδελφὸς, μὴ ποιήσῃς τόδε, ἢ διὰ τί τόδε ἐποίησας; μὴ ταραχθῇ, ἀλλὰ βάλλει μετάνοιαν, καὶ εὐχαριστήσει αὐτῷ, τότε διορθώσηται. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὁ Θεὸς ὅτι τοιαύτη ἐστὶν ἡ προαίρεσις αὐτοῦ, οὐδέποτε ἀφῇ αὐτὸν πλανηθῆναι· ἀλλὰ πέμπει πάντως τὸν ὀφείλοντα αὐτόν διορθώσασθαι, τὸ δὲ εἰπεῖν ὅτι διὰ τὸ διορθωθῆναι, πιστεύω ταῖς ὑπονοίαις μου, καὶ λοιπὸν παρακούεσθαι καὶ περιεργάζεσθαι, δικαίωμά ἐστι τοῦ διαβόλου θέλοντος ἐπιβουλεύειν.


Πότε ὄντος μου ἐν τῷ κοινοβίῳ, ἐπειραζόμην ἵνα ἐκ τῆς κινήσεως τοῦ ἀνθρώπου καταλαμβάνω τὴν κατάστασιν αὐτοῦ. ἀπαντᾷ μοι οὖν τοιοῦτο πρᾶγμα· ἅπαξ ὡς ἵσταμαι, παρέρχεται μία γυνὴ βαστάζουσα ὑδρίαν ὕδατος, καὶ οὐκ οἶδα πῶς ἡρπάσθην, καὶ προσέσχον τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῆς· καὶ ὑποβάλλει μοι ὁ λογισμὸς εὐθέως, ὅτι πόρνη ἐστίν. ὡς οὖν ὑπέβαλε τοῦτο ὁ λογισμὸς, ἐθλίβην πάνυ, καὶ δηλῶ τῷ γέροντι τῷ ἀββᾷ Ἰωάννῃ, οὕτως. δέσποτα ἐὰν μὴ θέλων ἴδω κίνημά τινος, καὶ ὑποβάλλει μοι ὁ λογισμὸς τὴν κατάστασιν αὐτοῦ, τί ὄφειλον ποιῆσαι; καὶ δηλοῖ μοι καὶ ὁ γέρων οὕτως. τί οὖν; οὐκ ἔστιν ὅτι ἀεὶ ἔχει τὶς φυσικὸν ἐλάττωμα, καὶ δι' ἀγῶνος κατορθῇ αὐτὸς οὐκ ἔστιν ἐκ τούτου μαθεῖν κατάστασίν τινος. μηδέποτε οὖν πιστεύσῃς ταῖς ὑπονοίαις σου· σκαμβὸς γὰρ κανὼν, καὶ τὰ ὀρθὰ σκαμβὰ ποιεῖ. ψευδεῖς εἰσιν αἱ ὑπόνοιαι καὶ βλάπτουσιν. ἐκ τότε εἶπέ μοι ὁ λογισμὸς περὶ τοῦ ἡλίου ὅτι ἥλιός ἐστιν, οὐ περὶ τοὺς

A labamini. Advertite fratres ad ea quæ vobis quam sæpissime solitus sum commemorare, consuetudine scilicet fieri bonum & malum. Opus igitur esse multa diligentia, ne nos aliquando mendacio ullo velemus. Nemo enim mendax adhærere Deo potest: alienumque omnino est a Deo mendacium. Scriptum namque est [a] *a malo esse mendacium, & quia mendax est & pater ejus*. Ecce mendacii patrem diabolum vocat, veritas autem Deus est. Ipse enim dicit: [b] *Ego sum via, veritas & vita*. Videte a quo abeamus, cuive adhæreamus propter mendacium. A bono utique discedimus, malo autem adhæremus. Si igitur vere salvari cupimus, curemus omni studio & diligentia amare veritatem, & custodire nos B ipsos ab omni mendacii specie, quod nos segregat a veritate & vita. Tria autem sunt mendacii genera: primum est, cum quis animo: secundum, cum verbo mentitur: tertium, cum in vitam suam quis mendax est. Qui mentitur animo, is est qui facile quascumque suspiciones admittit, utpote cum fratres viderit colloquentes, suspicatur ne de se obloquantur; & si colloquium interciderint, suspicatur item ne propter se interciderint. Si quis quoque verbum ullum simpliciter dixerit, suspicatur illico illud contra se dictum, ut afficiatur mærore: & in omni denique re suspiciosissimus est, existimans omnia dici, omnia fieri propter se. Is animo mendax est, & nulla in re verum dicit, quia ex suspicione quæcumque loquitur. Hinc igitur proveniunt curiosita- C tes, distractiones, murmura, factiones, turbationes, judicia. Interdum autem ex suspicione rei contingit verum dici; ex quo fit, ut qui hoc vere dixerit, hac unica occasione tamquam se ipsum velit erigere, curiosus semper exsistat, dicatque curiositate sua servitium suum quo insimulatur, agnoscere, atque ita emendari & corrigi. At principium ipsum iniquum est; a malo enim est, & a mendacio originem sumit: nam ignorans suspicatur quod nescit. Quo pacto igitur potest arbor mala bonos fructus facere? Si autem corrigi voluerit, ut ait: cum acceperit a fratre ex amore & caritate ne aliquid faciat, fueritque in aliquo correctus; ne excandescat, ne irascatur, sed gratias agat, det fratri pacem, corporis D inclinatione honorem exhibeat, atque ita corrigatur. Si viderit Deus esse illum hujus animi, numquam falli aut decipi ipsum patietur, sed semper illum qui eum corrigat, destinabit. Dicere autem, ut me ipsum corrigam, credam suspicionibus, atque deinceps parere recusabo, eroque curiosus; justitiæ diaboli sunt quibus supplantare nos quærit.

II. Dum essem in cœnobio, fallebar plerumque a me ipso, credens certo ex motu exteriore hominis posse statum mentis deprehendi. Die autem quadam dum in ea essem fluctuatione & cogitatione animi, occurrit mihi mulier, aquæ hydriam portans, in quam nescio quo pacto cor- E reptus oculos jeci, statimque suspicatus sum scortum esse. Ut autem hoc mihi scrupulum injecit cogitatio mea, affligebar admodum, eo usque dum id abbati Joanni revelavi, dixique: Obsecro te mi pater, nescio quo pacto nolens ex motu corporis judico statum interioris mentis, cogitatione mea hoc mihi dictante; quid igitur censes faciendum? Respondit ad hæc senior. Cum quis vitium ullum naturale & ingenitum habuerit, & per pugnam illud superaverit, non licebit ex hoc statum ipsius cognoscere, multo minus ex suspicionibus, quibus ut numquam credas admoneo. Re-

a Joan. VIII. 44. b Joan. XIV. 6.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.




σκότους ὅτι σκότος ἐστὶν, οὐκ ἐπίστευον αὐτῷ. οὐδὲν βαρύτερον τῶν ὑπονοιῶν· τοσοῦτόν εἰσιν ἐπιβλαβεῖς· ὅτι χρονίζουσαι ἐν ἡμῖν ἄρχονται πείθειν ἡμᾶς καὶ ἐνεργῶς δοκεῖν βλέπειν πράγματα μήτε ὄντα, μήτε γινόμενα. καὶ λέγω ὑμῖν πρᾶγμα θαυμαστὸν περὶ τούτου ὅτι ἐγὼ παρηκολούθησα ἔτι ὢν ἐν τῷ κοινοβίῳ. ἀδελφόν τινα εἴχομεν ἐκεῖ πάνυ ὀχλούμενον ὑπὸ τοῦ πάθους τούτου, καὶ οὕτως ἐπείθετο ταῖς ἰδίαις ὑπονοίαις, ὡς πληροφορεῖσθαι αὐτὸν περὶ ἑκάστης ὑπονοίας αὐτοῦ, ὅτι οὕτως ἐστὶ πάντως, ὡς ὑπογράφει ὁ λογισμὸς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως· τῷ οὖν χρόνῳ προκόπτοντος τοῦ κακοῦ, οὕτως αὐτὸν ἔπεισαν οἱ δαίμονες πλανᾶσθαι, ὥστε εἰσελθεῖν αὐτὸν ἅπαξ εἰς τὸν κῆπον κατασκοποῦντα. καὶ γὰρ παρετηρεῖτο καὶ παρηκροᾶτο· καὶ ἔδοξε βλέπειν τινὰ τῶν ἀδελφῶν κλέπτοντα σῦκα καὶ τρώγοντα. ἦν δὲ καὶ παρασκευὴ, καὶ ἀκμὴν οὐδὲ ὥρα δευτέρα. ὡς οὖν ἔπεισεν αὐτὸν, ὡς ὅτι ἰδικῶς μετὰ ἀληθείας εἶδε τὸ πρᾶγμα, κρύπτει ἑαυτὸν φησὶν καὶ ἐξέρχεται σιωπῶν, καὶ παρατηρεῖ πάλιν εἰς τὴν ὥραν τῆς συνάξεως ἰδεῖν τί ποιεῖ ὁ ἀδελφὸς εἰς τὴν κοινωνίαν, ὁ δῆθεν κλέψας τὰ σῦκα καὶ φαγών. καὶ ὡς εἶδεν αὐτὸν νίπτοντα τὰς χεῖρας, ἵνα εἰσέλθῃ καὶ κοινωνήσῃ, τρέχει καὶ λέγει τῷ ἀββᾷ ὅτι ὁ δεῖνα ὁ ἀδελφὸς, ἴδε πῶς εἰσέρχεται μεταλαβεῖν τῆς ἁγίας κοινωνίας μετὰ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλὰ κέλευσον μὴ δοθῆναι αὐτῷ. ἐγὼ γὰρ οἶδα αὐτὸν ἀπὸ πρωΐ κλέπτοντα σῦκα ἐκ τοῦ κήπου καὶ τρώγοντα. ἐν τοσούτῳ εἰσέρχεται ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνος μετὰ πολλῆς κατανύξεως εἰς τὴν ἁγίαν προσφοράν· ἦν γὰρ καὶ τῶν εὐλαβῶν. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ ἀββᾶς, καλεῖ αὐτὸν πρὶν ἢ πλησιάζει τῷ πρεσβυτέρῳ τῷ μεταδιδόντι, καὶ λαμβάνει αὐτὸν κατ᾽ ἰδίαν, καὶ λέγει αὐτῷ· εἰπέ μοι ἀδελφὲ, τί ἐστιν ὃ ἐποίησας σήμερον; ἐκεῖνος ἐξενίσθη, καὶ λέγει αὐτῷ, ποῦ δέσποτα; λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς· εἰς τὸν κῆπον ὅτε εἰσῆλθες τὸ πρωΐ, τί ἐποίεις ἐκεῖ; λέγει πάλιν, ὡς ἐκπληττόμενος ὁ ἀδελφός· δέσποτα οὔτε τὸν κῆπον εἶδον σήμερον, οὔτε ὧδε ἤμην εἰς τὸ κοινόβιον τὸ πρωΐ, ἀλλὰ ἄρτι ἰδὲ ἦλθον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ. εὐθέως γὰρ μετὰ τὸ ἀπολῦσαι τὴν ἀγρυπνίαν, ἔπεμψέ με ὁ οἰκονόμος εἰς τήνδε τὴν ἀπόκρισιν· ἦν δὲ ἡ ἀπόκρισις περὶ ἧς εἶπεν ἀπὸ πολλῶν μιλίων καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ὥραν τῆς συνάξεως ἦν φθάσας ὁ ἀδελφός· μεταστέλλεται ὁ ἀββᾶς τὸν οἰκονόμον καὶ λέγει αὐτῷ· ποῦ ἔπεμψας τὸν ἀδελφὸν τοῦτον; ἀποκρίνεται ὁ οἰκονόμος ὅπερ εἶπε καὶ ὁ ἀδελφὸς, ὅτι εἰς τήνδε τὴν κώμην ἔπεμψα αὐτὸν, καὶ βάλλει μετάνοιαν, εἰπὼν, συγχώρησον κύριε ὅτι ἀνάπαυσιν ἀπὸ τῆς ἀγρυπνίας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἤνεγκα αὐτὸν λαβεῖν παρά σου ἀπόλυσιν· ὡς οὖν ἐπληροφορήθη ὁ ἀββᾶς, ἀπέλυσεν αὐτοὺς ἀπελθεῖν κοινωνῆσαι. καὶ καλεῖ τὸν ἀδελφὸν τὸν τὰς ὑπονοίας ἔχοντα, καὶ ἐπιτιμᾷ αὐτὸν, καὶ ἀφορίζει αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἁγίας κοινωνίας· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ καλέσας τοὺς μοναχοὺς πάντας μετὰ τὴν σύναξιν, ἐξήγγειλεν αὐτοῖς μετὰ δακρύων τὰ συμβάντα, καὶ ἐστηλίτευσε τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ πάντων· τρία ἐκ τούτου πραγματευόμενος, τὸ καταισχυνθῆναι τὸν διάβολον, καὶ παραδειγματισθῆναι τὸν σπείραντα τὰς ὑπονοίας, καὶ τοῦ συγχωρηθῆναι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ ἀδελφοῦ διὰ τῆς ἀτιμίας ἐκείνης, καὶ λαβεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ βοήθειαν εἰς τὸ ἑξῆς, καὶ τὸ ποιῆσαι τοὺς ἀδελφοὺς ἀσφαλεστέρους πρὸς τὸ μηδέποτε ἀνασχέσθαι ἡμᾶς ταῖς ἰδίαις πείθεσθαι ὑπονοίαις· καὶ πολλὰ νουθετήσας περὶ τούτου, καὶ ἡμᾶς καὶ τὸν ἀδελφὸν, ἔλεγεν οὐδὲν εἶναι βλαβερώτερον τῶν ὑπονοιῶν, καὶ ἐδείκνυε διὰ τοῦ συμβάντος ὑποδείγματος.

A gula enim obliqua, etiam quæ recta sunt obliquat. Mendacissimæ sunt suspiciones, & omnibus habentibus nocent. Ex eo igitur tempore si mihi cogitatio mea dixisset solem solem esse, & tenebras tenebras, vix credidissem. Nihil gravius suspicionibus, quæ adeo noxiæ sunt, ut si in nobis paullulum insideant, nitantur statim persuadere ut credamus nos ipsos evidentissime cernere ea etiam quæ neque sunt neque fuerunt. Et rem vobis super hoc narrabo mirabilem, in quam ego incidi dum essem adhuc in cœnobio. Fratrem habuimus maxime perturbatione hac exagitatum, qui suspicionibus suis ita crederet, ut persuaderi nullo modo posset aliter sentire aut esse posse, B quam sua sibi cogitatio dictasset. Tempore igitur succrescente malo, ita est dæmonum institutione deceptus, ut hortum ingressus ad eum de more custodiendum, videre videretur fratrem surripentem ficus & comedentem. Erat autem parasceve, horaque nondum secunda. Ut vero sibi ipsi persuasit quod rem vere non phantastice vidisset, egressus cum silentio observabat denuo horam, ut videret quidnam ageret frater ille in collecta, qui paullo ante surripuisse ficus & comedisse visus erat. Ut vero hunc vidit manus lavantem & se se ad communionem percipiendam præparantem, accurrit ad abbatem, rogatque ut fratrem a sacra communione cohibeat, quem mane C ficus ex horto vidisset surripuisse & comedisse. Interea ingreditur frater ille pius & religiosus summa cum devotione & compunctione ad sanctissimam oblationem: erat enim unus ex piis & valde religiosis. Quem cum vidit abbas, prius quam presbytero a quo communicandus erat, propior fieret, evocavit ad se, & secreto illum alloquens percunctabatur quidnam eo die fecisset. Expavit simplex hac subita interrogatione, maxime vero inhorruit ubi rem omnem ex abbate cognovit: respondet eo die se se hortum non vidisse, immo ipso mane non fuisse in cœnobio, emissum foras ad necessaria monasterii ab œconomo. Distabat autem locus multis millibus, unde venerat ille ipsa D hora. Vocatus œconomus omnia confessus est, & veniam poposcit, quod hoc ipso inscio fecisset, ne scilicet eum a studio & vigiliis disturbaret. Persuasus & credens omnino his abbas, eos cum benedictione misit ad communionem: vocatoque fratre altero qui suspicionibus suis agebatur, illum acriter increpavit, & communione prohibuit. Post vero expletas cærimonias & sacra, cœtum omnium monachorum & conventum congregavit, & ante omnes uberibus lacrymis, quæ contigissent, exposuit, & posuit fratrem reum ante ipsos: tria hoc uno facturus: confusurus primo diabolum, post erecturus exemplo quicumque suspiciones disseminaret, deinde fratri peccatum hoc di- E missurus per ipsam confusionem, quam ante omnes positus pateretur. Multa itaque de hac re loquens, omnes cautos reddidit, ne umquam posthac suspicionibus crederemus, clarum faciens exemplo præsenti nihil esse gravius suspicionibus.

Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα διαφόρως εἶπον οἱ πατέρες ἀσφαλιζόμενοι ἡμᾶς περὶ τῆς βλάβης τῶν ὑπονοιῶν. σπουδάσωμεν οὖν πάσῃ δυνάμει ἡμῶν μηδέποτε πιστεύειν ταῖς ἰδίαις ὑπονοίαις· οὐδὲν οὕτως ἀφιστᾷ ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ μὴ προσέχειν ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις, καὶ ποιεῖν αὐτὸν πάντοτε περιερ-

III. Et alia plurima hujuscemodi a patribus dicta sunt, quæ nos contra suspicionum damna munirent. Curemus ergo fratres, quo possumus studio & diligentia, suspiciones omnes a nobis abigere. Nihil enim adeo hominem a Deo segregat, ut nullam suorum vitiorum curam habere, & scrutari sem-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



γάζεσθαι τὰ μὴ ἀνήκοντα αὐτῷ· καὶ ἐκ τούτου οὐδὲν καλὸν, καὶ ἐκ τούτου μυρίαι θλίψεις, καὶ ἐκ τούτου οὐδέποτε σχολάζει ἄνθρωπος κτήσασθαι φόβον Θεοῦ· κἂν σπαρῶσιν ἡμῖν ὑπόνοιαι πονηραὶ διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν, εὐθέως μεταστρέψωμεν αὐτὰς εἰς καλονοησίαν, καὶ οὐ βλάπτουσιν ἡμᾶς. κακαὶ γάρ εἰσιν αἱ ὑπόνοιαι, καὶ οὐδέποτε ἀφίουσι τὴν ψυχὴν εἰρηνεῦσαι· ἰδοὺ τοῦτό ἐστι τὸ κατὰ διάνοιαν ψεῦδος. ὁ δὲ ἐν λόγῳ ψευδόμενός ἐστιν, ὅταν, ὑπόθου, ὀκνεῖ τις ἀναστῆναι εἰς τὴν ἀγρυπνίαν, καὶ οὐ λέγει, συγχώρησόν μοι, ὅτι ὤκνησα ἀναστῆναι, ἀλλὰ λέγει, ἐπύρεξα, ἐσκοτώθην, οὐκ ἠδυνήθην ἀναστῆναι, ἠτόνουν· καὶ λέγει δέκα ῥήματα ψευδῆ, ἵνα μὴ βάλλῃ μίαν μετάνοιαν, καὶ ταπεινωθῇ. ἐάν δέ τις μέμφηται αὐτὸν ἐν πράγματι, μένει ἀλλάσσων τὰ ῥήματα αὐτοῦ καὶ φιλοκαλῶν, ἵνα μὴ βαστάσῃ τὴν μέμψιν αὐτοῦ. ὁμοίως, ἐὰν συμβῇ αὐτὸν ἔχειν λόγον τινὰ πρὸς ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὐ παύεται δικαιολογούμενος· καὶ λέγων· ἀλλὰ σὺ εἶπας, ἀλλὰ σὺ ἐποίησας, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ εἶπον, ἀλλ' ἐκεῖνος εἶπεν, ἀλλὰ τοῦτο ἀλλ' ἐκεῖνο, ἵνα μὴ μόνον ταπεινωθῇ. πάλιν ἐὰν ἐπιθυμήσῃ πράγματος, οὐκ ἀνέχεται εἰπεῖν ὅτι ἐπιθυμῶ τοῦδε, ἀλλὰ μένει στρέφων τοὺς λόγους αὐτοῦ, λέγων, τόδε πάσχω καὶ τοῦδε χρῄζω, ἢ τῷδε ἐπετάγην, καὶ λέγει πόσα ψευδῆ ἕως οὗ πληρώσει τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ. πᾶσα γὰρ ἁμαρτία, ἢ διὰ φιληδονίαν, ἢ διὰ φιλαργυρίαν, ἢ φιλοδοξίαν γίνεται· ὁμοίως καὶ τὸ ψεῦδος διὰ τούτων τῶν τριῶν γίνεται, ἢ διὰ τὸ μὴ μεμφθῆναι καὶ ταπεινωθῆναι, ψεύδεταί τις, ἢ διὰ τὸ ἀνύσαι θέλημα, ἢ διὰ τὸ κερδᾶναι· καὶ οὐ παύεται στρέφων ὧδε στρέφων ἐκεῖ πάντα μαγγανεύων τί εἰπεῖν ἕως ἀνύσει τὸν σκοπὸν αὐτοῦ. ὁ τοιοῦτος οὐδέποτε πιστεύεται· ἀλλὰ καὶ ἀληθὲς ῥῆμα ἐὰν εἴπῃ, οὐδεὶς δύναται πιστεῦσαι αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀληθὲς αὐτοῦ, ἀμφίβολον εὑρίσκεται. ἔστι δὲ ὅτι γίνεται ἀνάγκη πράγματος, καὶ ἐὰν μὴ κρύψῃ τις μικρὸν, ἔρχεται τὸ πρᾶγμα εἰς πλείονα ταραχὴν καὶ θλίψιν· ὅτε οὖν τοιαύτη περίστασις γένηται, καὶ ἴδῃ τις ἑαυτὸν ἀναγκαζόμενον, διὰ τοῦτο ἀλλάξαι ῥῆμα, ἵνα μὴ γένηται, ὡς εἶπον, πλείων ταραχὴ καὶ θλῖψις, ἢ κίνδυνος· ὥσπερ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀλώνιος τῷ ἀββᾷ Ἀγάθωνι· ἰδοὺ δύο ἄνθρωποι ἐπὶ σοῦ φόνον ἐποίησαν, καὶ ὁ εἷς ἔφυγεν εἰς τὸ κελλίον σου· καὶ ἰδοὺ ὁ ἄρχων ζητεῖ αὐτόν· καὶ ἐρωτᾷ σε, λέγων, ἐπὶ σοῦ φόνος γέγονεν. ἐὰν μὴ οἰκονομήσῃ, παραδίδως τὸν ἄνθρωπον εἰς θάνατον· ὅταν οὖν μεγάλη τις ἀνάγκη συμβῇ, θέλοι ἄν τις μηδὲ οὕτως ἀμεριμνῆσαι, ἀλλὰ μετανοεῖν καὶ κλαίειν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχειν τοιοῦτον, ὡς καιρὸν πειρασμοῦ. καὶ οὐδὲ τοῦτο συνεχῶς, ἀλλ' ἅπαξ διὰ πολλῶν. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς θηριακῆς καὶ τοῦ καθαρσίου, ὅτι συνεχῶς λαμβανόμενα βλάπτουσιν, εἰ δὲ λάβῃ τις ἅπαξ διὰ χρόνου διὰ πολλὴν ἀνάγκην ὠφελοῦσιν αὐτὸν, οὕτως ὀφείλῃ τις χρᾶσθαι τῷ πράγματι τούτῳ, ἵνα κἂν δι' ἀνάγκην θελήσῃ ἀλλάξαι, μὴ συνεχῶς· ἀλλ' ἄρα ἐστὶν ἅπαξ διὰ πολλῶν, ἐὰν ἴδῃ, ὡς εἶπον, πολλὴν ἀνάγκην, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ διὰ χρόνου μετὰ φόβου καὶ τρόμου δεικνύων τῷ Θεῷ, καὶ τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀνάγκην, καὶ σκεπάζεται· ἐπεὶ καὶ εἰς αὐτὸ βλάπτεται.

A per quæ nihil ad ſe attinent. Hinc nullum bonum, ſed innumeræ afflictiones procedunt. Hinc fit ut homo numquam pacificus ſit, numquam quieſcat, numquam Dei timorem poſſideat. Ut igitur cœperint in nobis oriri ſuſpiciones malæ ex malitia & iniquitate noſtra, eas illico ad rectam intelligentiam reflectamus, atque ita nos minime lædent. Malæ etenim ſuſpiciones animam quam poſſederint, numquam quieſcere aut nulla pace frui patiuntur. Mendacium omne mentis atque animi jam expoſui. Sermone autem quis mendax eſt, cum verbi gratia, torpeſcens aliquis ad nocturnas vigilias ſurgere, & ſibi ipſi parcens, non ait poſtmodum, Da veniam obſecro, pater, quia deſidia & negli- B gentia non aſſurrexi, ſed febrem, inquit, paſſus ſum, & vertiginem, nec quivi ullo pacto ſurgere; deficiebam, debilis eram: Et decies mentitur, ne unica corporis inclinatione honorem deferat, atque humilietur. Alius aliqua in re accuſatus, verba pervertit, expolit ſemonem, ne ferat accuſationem. Si quis item cum fratre contenderit, non ceſſat ſophiſtice arguere, & noxam omnem in fratrem reflectere, dicens: Hoc tu dixiſti, hoc tu feciſti, non ego: atque alia plurima in hunc modum, ne humilietur. Alius quoque cum rem aliquam deſideraverit, non audet aperte dicere, quod eam deſideret, ſed circutionibus utitur, dicens: Hoc patior, hac re mihi opus eſt, hoc mihi debetur; & C toties mentiri pergit, dum deſiderium ſuum expleat, dum voti ſui compos fiat. Cum autem omne peccatum ex triplici radice proveniat, vel ex voluptate, vel ex avaritia, vel ex inani gloria & ſuperbia; idem poteſt dici de mendacio. Mentitur enim aliquis ne accuſationem patiatur & humilietur, alius ut votum ſuum expleat, alius ut quippiam lucretur; qui numquam quieſcit, nunc ad id, nunc ad illud verſus, omnia diſtorquens dum voti ſui ſit compos. Is numquam fidelis eſt, numquam verax; & ſi quandoque contigerit ut verbum ullum verum dixerit, facit ut ſibi numquam credatur. Ejus quoque veritas numquam ſimplex & aperta, ſed ut plurimum obſcura & involuta repe- D ritur. Alius cum ſibi re aliqua opus eſſe viderit, diſſimulat parumper, ne res ipſa in majorem turbationem & afflictionem ſibi vertatur: ubi vero omnino cogitur, nec poteſt ulterius protrahere deſiderium, mutat verba, ut vitet quod dixi turbationum periculum & afflictionem. Quæſivit autem abbas Alonius ab abbate Agathone ita dicens: Conjurarunt homines duo in cædem tuam, atque alter illorum in cellam tuam fugit: dum eum quærit judex abs te, ubi ſit, petit]: Numquid hujuſcemodi hominem in mortem tradas, an verba commutes? Licere ait puto in tali articulo & neceſſitate. Debet tamen qui hoc egit, non negligere factum, ſed pœnitentiam agere & flere a- E mariſſime in conſpectu Dei: atquehoc tempus habere uti tempus tentationis. Neque ad hæc conſueſcat, ſed ſemel ob multa. In uſum enim & conſuetudinem deducta noceant, ad tempus autem & in ſumma neceſſitate interdum proſunt. Sic itaque debet quis uti hac re, ut non niſi in ſumma neceſſitate verba commutet: & tunc quoque cum timore, oſtendens Deo & intentionem ſuam & urgentem neceſſitatem, ſic poteſt quis protegi & excuſari ne offendat.

Ἰδοὺ εἴπομεν τίς ἐστιν ὁ ψευδόμενος κατὰ διάνοιαν, καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐν λόγῳ ψευδόμενος· θέλομεν λοιπὸν εἰπεῖν τίς ἐστι καὶ ὁ εἰς αὐτὸν τὸν βίον ἑαυτοῦ ψευδόμενος· ὁ εἰς τὸν βίον ἑαυτοῦ ψευδόμενός ἐστιν, ὅταν τις

IV. Diximus igitur, quis mente, quis item verbo mendax ſit. Dicamus & quis in vitam ſuam mentiatur. Mentitur aliquis in vitam ſuam, cum turpis & luxurioſus continentiam ſimulat: avarus

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



ἄσωτος ὢν προσποιεῖται ἐγκράτειαν, ἢ πλεονέκτης ἐστὶ, καὶ λαλεῖ περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ἐπαινεῖ τὴν συμπάθειαν, ἢ ὑπερήφανός ἐστι, καὶ θαυμάζει τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ οὐχ ὡς θέλη τὴν ἀρετὴν ἐπαινέσαι, θαυμάζει αὐτήν. εἰ γὰρ ἔλεγε τῷ σκοπῷ τούτῳ, πρῶτον μετὰ ταπεινώσεως ὡμολόγει τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν, λέγων· οἴμοι τῷ ἀθλίῳ ὅτι μεματαίωμαι ἀπὸ παντὸς ἀγαθοῦ. καὶ μετὰ τὸ ὁμολογῆσαι τὴν ἰδίαν ἀσθένειαν, οὕτως εἶχε θαυμάσαι, καὶ ἐπαινέσαι τὴν ἀρετήν. ἀλλ' οὐδὲ σκοπὸν ἔχων τοῦ μὴ σκανδαλίσαι τινὰ, ἐγκωμιάζει τὴν ἀρετήν. ὀφείλει γὰρ καὶ οὕτως λογίζεσθαι· ὅτι καὶ ἐγὼ ἄθλιός εἰμι καὶ ἐμπαθὴς, διὰ τί ἵνα καὶ ἄλλον σκανδαλίσω, διὰ τί ἵνα βλάψω καὶ ἄλλην ψυχὴν, καὶ ἐνέγκω ἐμαυτῷ καὶ ἄλλου βάρος, καὶ εἶχεν εἰ καὶ εἰς αὐτὸν ἡμάρτανεν, ἀλλ' οὖν ἅψασθαι τοῦ καλοῦ. ταπεινώσεως γάρ ἐστι τὸ ἑαυτὸν ταλανίζειν, καὶ συμπαθείας, τοῦ φείδεσθαι τοῦ πλησίου. ἀλλ' ὁ τοιοῦτος, οὐ κατά τινα τῶν εἰρημένων θαυμάζει, ὡς εἶπον, τὴν ἀρετὴν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ σκεπάσαι τὴν ἰδίαν ἀσχημοσύνην προσλαμβάνεται τὸ ὄνομα τῆς ἀρετῆς, καὶ λαλεῖ περὶ αὐτῆς, ὡς ὅτι καὶ αὐτὸς τοιοῦτός ἐστιν· ἢ πολλάκις διὰ τὸ βλάψαι καὶ [1] δελιᾶσαί τινα. οὔτε μία γὰρ κακία, οὔτε οὐδεμία αἵρεσις, οὔτε αὐτὸς ὁ διάβολος δύναται ἀπατῆσαί τινα, εἰ μὴ διὰ τοῦ σχηματίζεσθαι τὴν ἀρετὴν, καθὼς ὁ ἀπόστολος λέγει, ὅτι αὐτὸς ὁ διάβολος μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. οὐ μέγα οὖν εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται, ὡς διάκονοι δικαιοσύνης. οὕτως οὖν καὶ ὁ ψεύστης, εἴτε φοβούμενος αἰσχύνην διὰ τὸ μὴ ταπεινωθῆναι, εἴτε ὡς εἴπομεν θέλων δελεάσαι καὶ ἀπατῆσαί τινα, λαλεῖ περὶ τῶν ἀρετῶν, καὶ ἐπαινεῖ καὶ θαυμάζει, ὡς ἰδιοποιούμενος αὐτὰς, καὶ πεπειραμένος αὐτῶν· οὗτός ἐστιν ὁ ψευδόμενος εἰς αὐτὸν τὸν βίον αὐτοῦ, οὗτος οὐκ ἔστιν ἁπλοῦς ἄνθρωπος, ἀλλὰ διπλοῦς· ἄλλος ἐστὶν ἔσωθεν, καὶ ἄλλος ἔξωθεν· διπλοῦν ἔχει καὶ ὅλον ἐσχλευασμέναν τὸν βίον αὐτοῦ. ἰδοὺ εἴπομεν περὶ τοῦ ψεύδους ὅτι ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. εἴπομεν καὶ περὶ τῆς ἀληθείας· ὅτι ἡ ἀλήθεια, ὁ Θεός ἐστι. φύγωμεν οὖν τὸ ψεῦδος ἀδελφοὶ, ἵνα ῥυσθῶμεν ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἀγωνισώμεθα κτήσασθαι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα ἑνωθῶμεν τῷ εἰπόντι, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. ὁ Θεὸς ἀξιώσει ἡμᾶς τῆς ἀληθείας αὐτοῦ.

A & tenax de eleemosyna loquitur, compassionem & misericordiam laudat: superbus & audax humilitatem admiratur. Hic non volens virtutem laudare, illam admiratur: si enim hoc animo laudaret & admiraretur, fateretur proprium peccatum, & diceret, Heu me miserum & infelicem, omni virtute, omni bono vacuus sum. Et ita post confessionem propriæ infirmitatis laudare posset & admirari virtutem. Non etiam virtutem laudat, ne quem scandalizet: sic enim primo sibi dicendum esset: Infelix ego sum & miser qui scandalo unicuique sum, uniuscujusque lædo animam, atque alienum onus in me fero: & ita fateretur peccatum: quod in alterum commisit, non in bono proprio gloriaretur. Humilitatis enim proprium est, se ipsum semper vilipendere, & proximo compati. Hic tamen secundum nullum prædictorum modorum virtutes laudavit, sed ut vitium & dedecus suum tegeret, virtutis nomen adjecit: ita loquitur de ea ac si talis ipse sit. Sæpe etiam virtutem laudat, ut cuipiam noceat, ut aliquem ad se alliciat. Neque enim una malitia est, una conditio. Diabolus ipse non potest interdum fallere, nisi virtutem adumbret, nisi, ut ait Apostolus, [a] *transfiguret se in Angelum lucis. Haud mirum igitur si & ministri ejus transfigurant se in ministros justitiæ.* Hic ergo mendax est (ut dixi) sive timore propriæ ignominiæ & confusionis, vel ut aliquem ad se trahat, vel ut cuipiam noceat; loquiturque de virtutibus, admiratur & laudat, tamquam & ipse earum rerum sit possessor quas laudat, tamquam in his habitum summum & longam consuetudinem fecerit. Hic proprie est qui in vitam suam mentitur: Non simplex, qualem virtus desiderat, sed duplex: alius interius, alius exterius: atque ita ridiculam & inconstantem agit vitam suam. Diximus jam de mendacio, quod omne a malo fit, hoc est a diabolo. Diximus & de veritate quia Deus veritas est. Fugiamus igitur mendacium fratres, ut eruamur a consortio mali; insudemus ad parandam virtutem, ut illi conjungamur qui ait: [b] *Ego sum veritas.* Deus nos dignos faciat sua veritate.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ι.

Περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ.

1 Φροντίσωμεν ἑαυτῶν ἀδελφοὶ, νήψωμεν· τίς δώσει ἡμῖν τὸν καιρὸν τοῦτον, ἐὰν ἀπολέσωμεν αὐτόν; ὄντως ἔχομεν ζητῆσαι τὰς ἡμέρας ταύτας, καὶ μὴ εὕρομεν αὐτάς. ὁ ἀββᾶς Ἀρσένιος ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ πάντοτε, Ἀρσένιε διὸ ἐξῆλθες; ἡμεῖς δὲ ἐν τοσαύτῃ ἐσμὲν ἀπωλείᾳ καὶ ἀμελείᾳ· ὅτι οὔτε οἴδαμεν διὰ τί ἐξήλθομεν, οὔτε οὐκ οἴδαμεν τί ἐστιν ὃ ἠθελήσαμεν· διὰ τοῦτο οὐ μόνον οὐ προκόπτομεν, ἀλλὰ καὶ θλιβόμεθα πάντοτε. τοῦτο δὲ γίνεται ἡμῖν ἐκ τοῦ μὴ ἔχειν προσοχὴν ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν. καὶ ὄντως εἰ ἠθέλομεν μικρὸν ἀγωνίσασθαι, οὐκ εἴχομεν ἐπὶ πολὺ θλιβῆναι οὐδὲ κοπιᾶν· κἂν γὰρ παρὰ τὰς ἀρχὰς βιάζηταί τις ἑαυτὸν, ἀλλὰ ἀγωνιζόμενος κατὰ μικρὸν, μικρὸν προκόπτει, καὶ λοιπὸν μετὰ ἀναπαύσεως ποιεῖ· τοῦ Θεοῦ βλέποντος ὅτι ὅτε βιάζηται ἑαυτὸν, καὶ παρέχοντος αὐτῷ βοήθειαν. καὶ ἡμεῖς οὖν βιασώμεθα ἑαυτοὺς, βάλλωμεν καλὴν ἀρχὴν, θελήσωμεν τέως τὸ καλόν. καὶ γὰρ οὔπω ἐν τελειότητι ἐσμέν. ἀλλ'

DOCTRINA X.

Ut ad certum scopum & sobrietatem in Dei via dirigamur.

I. Curemus nos ipsos, dilectissimi, invigilemus nobis. Quis enim nobis amissum tempus restituet? Quærere hos dies poterimus, sed nusquam eos inveniemus. Abbatem Arsenium solitum ajunt sibi ipsi semper dicere: Arseni ad quid venisti? Nos autem adeo desides sumus & inertes, ut ad quid venerimus, omnino ignoremus, neque quidnam velimus, sciamus. Atque ideo non solum non proficimus, sed semper angimur, semper affligimur. Quod inde fit, quia nullam de nobis curam, nullam attentionem gerimus. Nam si, ut par esset, decertare nobiscum modicum vellemus, non usque adeo affligeremur, non tantum laboraremus. Qui enim principio sibi ipsi vim fecerit atque restiterit, & paullatim pugnare perrexerit, proficiet sane, & deinceps pacem & quietem consequetur. Cum enim adverterit Deus aliquem se ipsum principio cogere, statim ad auxilium properat. Et nos igitur, fratres, nos ipsos cogamus,

a II. Cor. XI. 14. 15. b Joan. XIV. 6.

(1) Δελιᾶσαι] δελεάσαι.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

αὐτὸ τὸ θέλειν, ἀρχὴ σωτηρίας ἡμῖν ἐστιν· ἐκ τοῦ γὰρ θέλειν, ἐρχόμεθα σὺν Θεῷ καὶ εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, βοηθεῖταί τις εἰς τὸ κτήσασθαι τὰς ἀρετάς· διὰ τοῦτο τὶς τῶν πατέρων λέγει· δὸς αἷμα καὶ λάβε πνεῦμα· τοῦτ᾽ ἔστιν ἀγώνισαι, καὶ γένῃ ἐν ἕξει τῆς ἀρετῆς.

A jaciamus tandem fundamenta, velimus tandem bonum, etsi nondum perfecti simus. Hoc enim bonum optare & velle, salutis exordium est nobis; & cum velle incipimus, incipimus etiam auxiliante Domino pugnare. Pugnantibus autem nobis non desunt qui opem ferant ad virtutes parandas. Hinc unus e senioribus ita solitus erat dicere: Da sanguinem, & accipe spiritum; id est, pugna ut ad virtutis habitum pervenias.

Ὅτε ἀνεγίνωσκον εἰς τὴν ἔξω παιδείαν, ἐκοπίων ἐξ ἀρχῆς πάνυ, καὶ ὅτε ἠρχόμην λαβεῖν τὸ βιβλίον, οὕτως ἤμην, ὡς τὶς ὑπάγων ἅψασθαι θηρίου. ὡς οὖν ἔμεινα βιαζόμενος ἐμαυτὸν, ἐβοήθησεν ὁ Θεὸς, καὶ οὕτως ἐγενόμην ἐν ἕξει τοῦ πράγματος, ὥστε μὴ εἰδέναι με τί ἔτρωγον ἢ τί ἔπινον, ἢ πῶς ἐκοιμώμην, ἐκ τῆς καύσεως τῶν ἀναγνωσμάτων· καὶ οὐδέποτε ἑλκύσθην εἰς ἄριστον μετὰ ἑνὸς τῶν φίλων μου· ἀλλ᾽ οὐδὲ εἰς συντυχίαν ἠρχόμην μετ᾽ αὐτοῦ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἀναγνώσματος· καίτοι φιλοσυνήθης ὢν καὶ ἀγαπῶν τοὺς ἑταίρους μου. ὡς οὖν ἀπέλυεν ἡμᾶς ὁ σοφιστὴς καὶ * ἐλεούμην (ἔχρῃζον γὰρ καθ᾽ ἡμέραν ἐνυγραίνεσθαι, ἐπειδὰν ἀνεξηραινόμην ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τῶν ἀναγνωσμάτων) ἀνεχώρουν ὅπου ἔμενον, μήτε εἰδὼς ὅτι ἔχω φαγεῖν· οὐκ ἠδυνάμην γὰρ ἀποσχοληθῆναι· οὐδὲ εἰς τὸ ἐπιτάξαι αὐτῷ τὸ φαγεῖν μου· πλὴν εἶχον τινὰ πιστὸν, καὶ αὐτὸς ἡτοίμαζέ μοι εἴ τί ἤθελον· ἐλάμβανον οὖν ὅτι εὕρισκον αὐτὸν ποιήσαντα, ἔχων καὶ τὸ βιβλίον μου ἐκ πλαγίων μου εἰς τὸν κράββατον, καὶ κατὰ μικρὸν ἐνέκυπτον εἰς αὐτὸν, καὶ ἐν τῷ κοιμηθῆναι, ὁμοίως πλησίον μου εἶχον αὐτὸ εἰς τὸ θρονίον μου, καὶ ὡς ἥρπαζον μικρὸν, εὐθέως ἀνεπήδων εἰς τὴν ἀνάγνωσιν· πάλιν ἑσπέρας, ὡς ἀνεχώρουν μετὰ τὸ λυχνικὸν, ἧπτον τὸν λύχνον, καὶ ἐποίουν ἕως τοῦ μεσονυκτίου ἀναγινώσκων, καὶ οὕτως ἤμην ὅτι οὐκ ᾐσθανόμην οἱασδή ποτε ἡδύτητος εἰ μὴ ἐκ τῶν ἀναγνωσμάτων. ὅτε οὖν ἦλθον εἰς τὸ μοναστήριον, ἔλεγον ἐμαυτῷ· εἰ ἐπὶ τοῦ ἔξω λόγου ἐγένετο τοιοῦτο πάθος καὶ τοιαύτη θέρμη, ἐκ τοῦ σχολάσαι τινὰ τῇ ἀναγνώσει γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῆς, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῆς ἀρετῆς; καὶ ἐλάμβανον πολλὴν δύναμιν ἐκ τοῦ πράγματος. οὕτως ἐὰν θέλῃ τὶς κτήσασθαι ἀρετὴν, οὐκ ὀφείλει ἀδιαφορεῖν οὐδὲ μετεωρίζεσθαι. ὥσπερ γάρ τις θέλων μαθεῖν τεκτονικὴν, οὐ προσέχει ἄλλῃ τέχνῃ. οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν θελόντων κτήσασθαι ἐργασίαν πνευματικήν. οὐκ ὀφείλουσι προσέχειν ἄλλῳ τινὶ πράγματι, ἀλλὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μελετᾷν ἐν αὐτῇ, πῶς δυνηθῶσι κτήσασθαι αὐτήν. οἱ δὲ μὴ οὕτως προσερχόμενοι τῷ πράγματι, οὐ μόνον οὐ προκόπτουσιν, ἀλλὰ καὶ συντρίβονται, οὕτως ἀσκόπως περιφερόμενοι. ἐὰν γὰρ μὴ νήφῃ τὶς καὶ ἀγωνίζηται, εὐχερῶς ἐκπίπτει εἰς τὰς παρεκβάσεις τῶν ἀρετῶν.

II. Cum ad ludum pergerem egressus jam ex ephebis, invigilabam admodum a principio; ubi vero cœpi ad lectiones ascendere & librum aperire, territus pæne diffugiebam, eramque ut qui agreste animal formidat contingere. At ubi me ipsum coegi, & B durari pergens ut poteram, Deus opem attulit, & sic ad habitum disciplinæ perveni: itaque plerumque distrahebar studio miro & ardore lectionum, ut quid comedissem, bibissem, obdormissem, interdum ignorarem. Neque aliquando acquievi ut a quoquam amicorum in prandium, in symbolum, lectionis tempore ducerer: diligebam tamen socios meos. Cum igitur nos dimiserat sophista, lavabar; indigebam enim quotidiana lotione; cum quotidie in studio & labore lectionum desudarem. Concedebam inde domum, nihil curans quid mihi edendum esset, cum neque mihi otium ad parandos cibos suppeteret. Aderat autem amicus & familiaris meus, qui mihi pararet si quid voluissem. Accipiebam igitur quidquid ab eo præpararum offendissem, habens semper ex opposito C lectulum meum cum libro. Inclinabamque post cibum; & cum paullulum obdormissem cum vicino semper libro, exsiliebam illico ad lectionem e somno. Item & ad vesperam cum e ludo discederem, semper cum lumine ad mediam noctem legebam & vigilabam. Cumque ita me haberem, nullam fateor alicunde dulcedinem aut voluptatem capiebam, nisi a lectione. Postea quam igitur ad monasterium veni, dicebam mihi ipsi quam sæpissime, Si tanta cupiditas tibi fuit in adispiscenda eloquentia, si tantus ardor lectionis, ut ad ipsius habitum provehereris; quanto magis debes virtutis gratia elaborare? & ex hac cogitatione admodum, fateor, proficiebam. Sic ergo cum parare virtutem quispiam voluerit, decet non distrahi ad diversa, neque obliviosum esse: ut qui artem fabri- D lem discere voluerit, nulli alii rei operam suam navat quam illi. Quod est in primis ab his factitandum qui spiritualem artem parare student, ut scilicet nulli omnino rei præterquam huic operam dent: atque in ea dies noctesque cogitationem omnem suam figant, dum ad ejus possessionem cooperante Domino tandem perveniant. Quod sane qui non fecerint, non solum non proficiunt, sed etiam tempus omne terunt usque adeo insipienter circumducti. Nisi enim quis vigilet, certetque secum, facile in extrema virtutum, hoc est in vitia ipsa, decidet.

Αἱ γὰρ ἀρεταὶ μέσαι εἰσὶν, ἡ βασιλικὴ ὁδός ἐστι, περὶ ἧς εἶπεν ὁ ἅγιος γέρων ἐκεῖνος· ὁδῷ βασιλικῇ πορεύεσθε, καὶ τὰ μίλια μετρεῖτε. μέσαι οὖν, ὡς εἶπον, αἱ ἀρεταὶ, ὑπερβολῶν καὶ ἐλλείψεων. διὰ τοῦτο γέγραπται· μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ, μηδὲ εἰς τὰ ἀριστερά· ἀλλὰ ὁδῷ βασιλικῇ πορεύου. καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος λέγει, εὐθύς ἐστι τῇ καρδίᾳ ὁ τὸν λογισμὸν μὴ ἔχων ῥέποντα εἰς ὑπερβολὴν μήτε ἔλλειψιν, ἀλλ᾽ ἀπευθυνόμενος πρὸς τὸ μέσον τῆς ἀρετῆς· οἷόν τι λέγω, ἡ κακία καθ᾽ ἑαυτὴν, οὐδέν ἐστιν. οὔτε γὰρ οὐσία τίς ἐστιν, οὔτε ὑπόστασίν τινα ἔχει· μὴ γένοιτο. ἀλλὰ κλίνασα ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, γίνεται ἐμ-

E III. Mediæ sunt namque virtutes, & regia via, de qua solitus erat dicere sanctissimus ille senex: Regia via incedite, & in hæc stadia percurrite. Mediæ igitur sunt, ut diximus, virtutes inter excessus atque defectus. Quare scriptum est: [a] *Ne declines ad dexteram neque ad sinistram, sed regia via incede.* Et sanctus Basilius ait: Rectum illud cor est, quod cogitationem habet, neque in excessum, neque in defectum declinantem, sed directam ad virtutis medium. Exempli gratia: Malitia secundum se ipsam nihil est: neque enim substantia est, aut subsistentiam ullam habet. Esto igitur eam nihil esse. Cum de-

[a] Deut. XVII. 11.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 570.

παθὴς, καὶ [1] ἀποπλοῦσι τὴν κακίαν· ὅθεν καὶ κολάζεται ὑπ' αὐτῆς, μὴ εὑρίσκουσα φυσικήν τινα ἀνάπαυσιν ἐν αὐτῇ· ὥσπερ, ὑπόθου, τὸ ξύλον. μὴ γὰρ σκώληκα ἔχει ἔσωθεν αὐτοῦ, ἀλλὰ ποιεῖ μικρὰν σῆψιν, καὶ ἐκ τῆς σήψεως ἐκείνης γίνεται ὁ σκώληξ, καὶ οὕτως αὐτὸς ὁ σκώληξ βιβρώσκει τὸ ξύλον. ὁμοίως καὶ ὁ χαλκὸς αὐτὸς ποιεῖ τὸν ἰὸν, καὶ αὐτὸς πάλιν ἀναλίσκεται ὑπὸ τοῦ ἰοῦ. καὶ τὰ ἱμάτια αὐτὰ ποιεῖ τὸν σῆτα· καὶ αὐτὸς ὁ ἐξ αὐτοῦ γινόμενος σὴς φθείρει αὐτό. οὕτως οὖν καὶ ἡ ψυχὴ, αὐτὴ ποιεῖ τὴν κακίαν, μηδὲν πρὸ τούτου οὖσαν, μηδεμίαν ἔχουσαν, ὡς εἶπον, ὑπόστασιν, καὶ αὐτὴ κολάζεται ὑπὸ τῆς κακίας. καὶ καλῶς εἶπεν ὁ ἅγιος Γρηγόριος· πῦρ γὰρ ὕλης γέννημα καὶ δαπανᾷ τὴν ὕλην, ὡς τοὺς κακοὺς ἡ κακία. ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρρωστούντων σωμάτων ἐστὶν εὑρεῖν· ὅταν ἀτακτήσῃ τὶς καὶ μὴ διοικήσῃ αὐτὸν ἐν τῇ ὑγείᾳ, γίνεται ἢ πλεονασμὸς, ἢ ἔλλειψις, καὶ λοιπὸν ἐκ τούτου ἀνωμαλεῖ. ὥστε πρὸ τούτου οὐδαμοῦ ἦν ἀρρωστία, οὐδὲ τί ἦν· καὶ πάλιν μεθ' ὧν ὑγιαίνει τὸ σῶμα, οὐδὲ οὐχ εὑρίσκεται ἡ ἀρρωστία· οὐδὲ τίποτε ἦν. ὁμοίως καὶ ἡ κακία ἀρρωστία ἐστὶ τῆς ψυχῆς στερουμένης τῆς ἰδίας αὐτῆς καὶ κατὰ φύσιν ὑγείας· ἥτις ἐστὶν ἡ ἀρετή.

A clinat anima a virtute, fit vitioſa, & perficit malitiam, affligiturque ab ea nullam inveniens in ipſa requiem ſecundum naturam. Idem fit in ligno. Non enim habet lignum intra ſe vermes: creat modicam putredinem, & ex ea putredine fit vermis, qui poſtmodum vermis lignum rodit & depaſcit. Ita & ferrum rubiginem facit, atque ipſum rurſum conſumitur a rubigine. Et veſtis tineam procreat, atque ipſa tinea veſtem corrumpit. Sic tandem & anima ipſa malitiam facit, quæ nihil eſt, & nullam habet ſubſtantiam, atque ipſam animam deſtruit & annihilat. Quare divus Gregorius præclariſſime dixit: Ignem materia procreat, & ab eo conſumitur; ut a malis, malitia. Quod etiam videre B eſt in ægrotantium corporibus. Cum enim quis deordinatus eſt & intemperans, neque ei cura eſt ulla valetudinis, fit in ipſo ſtatim vel defectus, vel exceſſus, & quædam inæqualitas, ex qua ſubita conſequitur ægritudo quæ nihil eſt. Nam ubi corpus convaluerit & ſanitati redditum fuerit, nullibi locorum reperitur ægritudo illa, & nulla eſt. Ita & malitia ægritudo eſt animæ, quæ illam privat propria & naturali valetudine, quæ virtus eſt.

Διὰ τοῦτο εἴπομεν ὅτι μέσαι εἰσὶν ἀρεταί· οἷον ἡ ἀνδρεία μέση ἐστὶ τῆς δειλίας καὶ τῆς θρασύτητος· ἡ ταπεινοφροσύνη μέση ἐστὶ τῆς ὑπερηφανίας καὶ τῆς ἀνθρωπαρεσκίας· ὁμοίως ἡ εὐλάβεια, μέση ἐστὶ τῆς αἰσχύνης καὶ τῆς ἀναιδείας· οὕτως κατὰ ἀναλογίαν καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταί. ἐὰν οὖν εὑρεθῇ ἄνθρωπος ἀξιούμενος τούτων τῶν ἀρετῶν, οἷος εὑρίσκεται τίμιος παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἀεὶ φαίνεται μὲν τρώγων καὶ πίνων καὶ κοιμώμενον, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων· ἔστι δὲ ὁ τοιοῦτος τίμιος διὰ τὰς ἀρετὰς ἃς ἔχει. εἰ δὲ μὴ νήφῃ τὶς καὶ φυλάττῃ ἑαυτὸν, ἐκκλίνει εὐχερῶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, ἢ εἰς τὰ δεξιὰ, ἢ εἰς τὰ ἀριστερά· τουτ' ἔστιν ἐπὶ ὑπερβολὴν ἢ ἔλλειψιν, καὶ ἀποτελεῖ τὴν ἀρρωστίαν ἥτις ἐστὶν ἡ κακία. ἰδοὺ αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ βασιλικὴ ἐν ᾗ ὥδευσαν πάντες οἱ ἅγιοι· τὰ δὲ μίλια εἰσὶν αἱ διάφοροι καταστάσεις ἃς ὀφείλῃ τις μετρεῖν, πάντοτε καὶ βλέπειν ποῦ ἐστιν, εἰς ποῖον μίλιον ἔφθασεν, εἰς ποίαν κατάστασίν ἐστιν· οἷόν τι λέγω, οὕτως ἐσμὲν ἡμεῖς πάντες ὥσπερ τινὲς ἔχοντες σκοπὸν ὁδεῦσαι ἐπὶ τὴν ἁγίαν πόλιν· καὶ ἐξελθόντες ἀπὸ μιᾶς πόλεως, οἱ μὲν, ὥδευσαν πέντε μίλια καὶ ἀπέμειναν· οἱ δὲ, ὥδευσαν δέκα· οἱ δὲ, καὶ ἕως τοῦ ἡμίσεως τῆς ὁδοῦ· οἱ δὲ, οὐδὲ ὅλως ὥδευσαν, ἀλλ' ἐξῆλθον μὲν τῆς πόλεως· ἔμειναν δὲ ἔξω τῶν πυλῶν εἰς τὴν δυσωδίαν αὐτῆς· οἱ δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ὄντες, ἔστιν ὅτι ὁδεύουσι δύο μίλια, καὶ πλανῶνται, καὶ ὑποστρέφουσιν αὐτὰ, ἢ δύο ποιοῦσι, καὶ ὑποστρέφουσι πέντε· οἱ δὲ, ὥδευσαν ἕως αὐτῆς τῆς πόλεως, ἔμειναν δὲ ἔξω, καὶ οὐκ εἰσῆλθον ἕως εἰς τὴν πόλιν. ἰδοὺ οὕτως ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς. εἰσὶ γάρ τινες ἐξ ἡμῶν, οἵτε ἀφῆκαν τὸν κόσμον, καὶ ἦλθον ἐς τὸ μοναστήριον σκοπὸν ἔχοντες εἰς τὸ κτήσασθαι τὰς ἀρετάς. καὶ οἱ μὲν κατώρθωσαν ὀλίγον καὶ ἐναπέμειναν· ἄλλοι ἔτι μικρὸν, ἄλλοι καὶ ἕως τοῦ ἡμίσεος τοῦ πράγματος, καὶ ἐστάθησαν· ἄλλοι οὐδὲν ὅλως κατώρθωσαν, ἀλλὰ καὶ ἔδοξαν μὲν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου, ἔμειναν δὲ εἰς τὰ τοῦ κόσμου πάθη, καὶ εἰς τὴν δυσωδίαν αὐτοῦ· ἄλλοι κατορθοῦσι μικρὸν καλὸν, καὶ πάλιν ἀναλύουσιν αὐτό. εἰ δέ τινες καὶ πλεῖον οὐ κατόρθωσαν, ἀναλύουσιν· ἄλλοι κατόρθωσαν μὲν τὰς ἀρετὰς, ἔσχον δὲ ὑπερηφανίαν καὶ ἐξουδενοῦσιν τῶν πλησίων, καὶ ἔμειναν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ οὐκ εἰσῆλθον ἔσω, καὶ ὅμως οὐδὲ αὐτοὶ ἔτυχον τοῦ σκοποῦ αὐτοῦ· κἂν γὰρ ἔφθασαν τὴν πύλην τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἔξωθεν ἔμειναν· ὥστε καὶ αὐτοὶ ἐξέπεσαν τοῦ ἰδίου σκοποῦ.

IV. Dicimus autem medias eſſe virtutes: ut fortitudinem, quæ media eſt inter timorem & audaciam: humilitatem inter ſuperbiam & humanam complacentiam; pudorem inter verecundiam & impuden- C tiam: & eodem modo reliquas omnes virtutes. Qui ergo repertus fuerit hominum hujuſcemodi virtutibus ornatus, præclariſſimus erit apud Deum; & quamquam comedat, bibat, dormiatque ut ceteri, tamen ex his virtutibus, apud omnes erit venerabilis. Niſi vero fuerit diligens & circumſpectus erga ſe ipſum, ad dexteram facile vel ſiniſtram declinabit: hoc eſt, vel in defectum vel in exceſſum: pervenietque ad animæ ægritudinem quam malitiam diximus. Hæc eſt igitur via regia, per quam ſancti omnes profecti ſunt. Stadia autem varii ſunt ſtatus, quæ debet quiſque emetiri, ſemper & inſpicere ubinam ſit, quotque ſtadia decurrerit, & in quem ſtatum pervenerit, ut exempli gratia: Quemcumque huc convenimus ſcopum, eum- D dem tenemus ad æternam patriam, ex eadem pæne civitate egreſſi. Atque alii quidem ſtadia quinque profecti ſubſtiterunt, alii decem; hi vero inter medium perrexere: alii non omnino emenſi ſunt, ſed cum e civitate exiiſſent, extra januam in fœtore & labe illius remanſerunt. Viatores quoque alii cum duo plerumque ſtadia ambulaverint, errantes retrogrediuntur; vel duo profecti ſtadia, quinque revertuntur. Viatores hi ſumus nos. Aliqui enim ex nobis ſæculo abrenuntiantes ad monaſterium venere eo animo, ut virtutes quaſcumque ſtudioſiſſime parent. Atque alii quidem cum vel parum profecerint, deſiſtunt illico: alii magis progrediuntur: alii medium rei conſecuti, deſidia torpent: alii autem nihil omnino ſe erigunt aut pro- E ficiunt, ſed egreſſi corpore tantum e mundi illecebris, animo in ejus labe & affectibus perſeverant. Quidam etiam cum aliquid boni operis effecerint, illud ſtatim diſſolvunt & deſtruunt. Sunt & alii qui plus diſſolvunt, quam moliti ſint. Nonnulli virtutes conſecuti, ſuperbi & inſolentes, contemtoreſque proximorum & fratrum facti ſunt, qui extra januam manſerunt, neque hi ſcopum ſuum aſſecuti ſunt. Nam etſi ad civitatis portam perducti non ſunt, tamen intromiſſi, deciderunt que infelices a propoſito ſuo.

Ἕκαστος οὖν ἡμῶν μάθῃ ποῦ ἐστιν· εἰ ἐξέβη ἐκ τῆς

V. Contempletur igitur unuſquiſque noſtrum, fra-

[1] Ἀποπλοῦσι] Forte ἀποτελεῖ.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.

ἰδίας πόλεως, ἔμεινε δὲ ἔξω τῆς πύλης εἰς τὴν δυσωδίαν τῆς πόλεως, ἢ προέβη μικρὸν, ἢ πολὺ, ἢ ἔφθασε τὸ ἥμισυ τῆς ὁδοῦ· εἰ δύο μίλια ποιεῖ, καὶ ἀναλύει τὰ δύο: εἰ δύο ποιεῖ καὶ ἀναλύει πέντε· εἰ ὥδευσεν ἕως τῆς πόλεως, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ· εἰς τὴν πόλιν μὲν ἔφθασεν· ἔσωθεν δὲ καὶ οὐκ ἠδυνήθη εἰσελθεῖν. ἕκαστος μάθῃ τὴν κατάστασιν ἑαυτοῦ, ποῦ ἐστι. τρεῖς καταστάσεις εἰσὶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ἔστιν ὁ ἐνεργῶν τὸ πάθος, καὶ ἔστιν ὁ ἱστῶν αὐτὸ, καὶ ἔστιν ὁ ἐκριζῶν αὐτό· ὁ ἐνεργῶν τὸ πάθος ἐστὶν, ὁ πράττων αὐτὸ, ὁ ἐπεκδικῶν αὐτό. ὁ δὲ ἱστῶν τὸ πάθος ἐστιν, ὁ μήτε ἐνεργῶν, μήτε ἐκκόπτων αὐτὸ, ἀλλὰ φιλοσοφῶν μὲν, καὶ παρερχόμενος, ἔχων δὲ τὸ πάθος ἐν ἑαυτῷ· ὁ δὲ ἐκριζῶν τὸ πάθος, ἐστὶν ὁ ἀγωνιζόμενος καὶ ποιῶν τὰ ἐναντία τοῦ πάθους. ἔχουσαι δὲ αἱ τρεῖς καταστάσεις αὗται πολὺ πλάτος· οἷόν τι εἴπατε οἷον θέλετε πάθος καὶ γυμνώσωμεν αὐτό; θέλετε εἴπωμεν περὶ ὑπερηφανίας, θέλετε εἴπωμεν περὶ πορνείας, ἢ θέλετε μᾶλλον λέγωμεν περὶ κενοδοξίας; οὐ δύναταί τις ἀκοῦσαι ῥῆμα ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. ἔστιν οὖν τις ὅτι ἀκούει ἓν ῥῆμα καὶ ταράσσεται, καὶ λέγει πέντε ῥήματα, ἢ καὶ δέκα ἀντὶ ἑνὸς ῥήματος, καὶ μάχεται καὶ ταράσσεται, καὶ μετὰ τὸ παύσασθαι ἐκ τῆς μάχης, μένει λογιζόμενος καὶ κατὰ τοῦ εἰπόντος αὐτῷ τὸ ῥῆμα ἐκεῖνο, καὶ μνησικακῶν αὐτῷ, καὶ λυπούμενος ὅτι οὐκ εἶπε πλέον ὧν εἶπε, καὶ ἑτοιμάζει ἑαυτῷ ῥήματα ἔτι δεινότερα εἰς τὸ εἰπεῖν αὐτῷ, καὶ ἀεὶ λέγει· Διὰ τί οὐκ εἶπον αὐτῷ τόδε, καὶ ἔχω εἰπεῖν αὐτῷ τόδε, καὶ ἀεὶ μαίνεται. ἰδοὺ μία κατάστασις· αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν ἕξει ἔχουσα τὸ κακόν. ὁ Θεὸς ῥύσεται ἡμᾶς ἀπὸ τῆς τοιαύτης καταστάσεως. ἡ γὰρ τοιαύτη κατάστασις, ὑπόκειται πάντως τῇ κολάσει· πᾶσα γὰρ ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία ὑπὸ τὸν ᾅδην ἐστίν· ἀλλὰ κἂν θελήσοι ὁ τοιοῦτος μετανοῆσαι, οὐκ ἰσχύει μόνος περιγενέσθαι τοῦ πάθους, εἰ μὴ καὶ βοήθειαν σχῇ παρά τινων ἁγίων, καθὼς καὶ οἱ πατέρες εἶπον· διὰ τοῦτο ἀεὶ λέγω ὑμῖν, σπουδάζατε κόψαι τὰ πάθη πρὶν γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῶν· ἔστιν ἄλλος ὅτι ἀκούει ῥῆμα καὶ ταράσσεται μὲν καὶ λέγει καὶ αὐτὸς πέντε ῥήματα, ἢ καὶ δέκα ἀντὶ ἑνὸς, καὶ θλίβεται ὅτι οὐκ εἶπεν ἄλλα τρισχείρω, καὶ λυπεῖται καὶ μνησικακεῖ. ποιεῖ δὲ ὀλίγας ἡμέρας, καὶ μεταβάλλεται· ἄλλος ποιεῖ ἑβδομάδα ἐν τούτοις, καὶ μεταβάλλεται· ἄλλος ποιεῖ μίαν ἡμέραν καὶ μεταβάλλεται· ἄλλος ὑβρίζει, μάχεται, ταράσσεται, ταράσσει καὶ εὐθέως μεταβάλλεται. ἰδοὺ πόσαι διαφοραὶ καταστάσεων, καὶ ὅμως ὑπὸ τὸν ᾅδην εἰσὶν οὗτοι πάντες ἐφ' ὅσον ἐνεργοῦσιν.


A tres, ubi ſit. Si vere egreſsus eſt e civitate ſua, ſi extra portam in fœtore illius & labe remanet: ſi paullulum proceſſit aut multum, ſi pervenit ad viæ medium; ſi ubi progreſsus eſt ad duo miliaria, totidem regreſſus eſt; an progreſſus ad duo, quinque rediit. Si adusque civitatem pervenit, ſi eſt Hieruſalem ſanctam ingreſſus, an ſi ad civitatem uſque perductus, non eſt admiſſus. Diſcat unuſquiſque ſtatum ſuum in quo eſt. Tres enim hominis ſtatus ſunt. Primus quidem qui paſſionem & vitium ad actionem perducit. Secundum qui innatum vitium expugnat, ſiſtitque illud & refrenat, ne ad actum prorumpat. Tertius qui omnino id eradicat & evellit. Qui paſſionem innatam operatur; is eſt qui vitium quod in ſe fuerit, ad actum perducit, conſummat &
B perficit. Qui vero eam ſiſtit, is eſt qui neque vitium operatur, neque amputat illud a ſe, ſed philoſophatur & tranſgreditur ipſum, etſi in ſe conſervet & teneat. Qui autem eradicat vellitque paſſionem, is eſt qui certat viriliter, & quidquid vitio ſuo paſſionique contrarium animadverterit, id totis viribus aggreditur & operatur. Habent autem hi tres ſtatus ſummam latitudinem. Quam oro in vobis paſſionem habuiſtis, atque illius amputandæ ſtudioſi fuiſtis? Vultis dicamus de ſuperbia, de fornicatione, an potius de inani gloria, a qua ut plurimum omnes ſuperamur & vincimur? Inanis gloria eſt quæ non ſuſtinet audire verbum vel minimum a fratre ſuo. Hoc eſt, cum quis unico verbo quinque vel decem plena omni tribulatione reſpondet, contenditque & turbas
C facit. Cumque quieverit a contentione, non ceſſat tamen etiam cogitare de verbo illo quod audiverit, iraſciturque ſecum, & dolet quod non plura & acriora verba retulerit; & ſe diſponit & præparat, ſi alia incidat occaſio, ad graviora in eum evomenda, a quo unicum accepit. Et ſemper in ea cogitatione eſt, Hoc & hoc illi dicam, non evadet impune: ſicque velut amens perpetuo furit. En primum ſtatum qui mali habitum gerit, a quo liberet nos Deus omnipotens. Is enim ſtatus gehennæ proximus eſt, quia omne peccatum cum ad actum venerit, gehennam parat. * Nec talis etiam, ſi voluerit pœnitentiam agere, ſolus poterit paſſionem ſuperare, ſed erit ei opus alicujus ſancti viri auxilium implorare, ut patres omnes dixere. Quare admoneo vos ſemper
D & hortor ad ſtudium & diligentiam abſcindendi a vobis paſſiones, prius quam in habitum tranſeant. Alius eſt qui verbum quidem cum audiverit, iraſcitur, & unico quinque vel decem reſpondet, doletque quod tria pejora vel acriora non addiderit. Poſt dies autem paucos ad ſe redit. Alius poſt unam hebdomadam, alius poſt unam diem ſtatim reſipiſcit. Alius conviciatur, contendit, turbationes movet, ſed illico pœnitentiam agit. Hæ ſunt ſtatuum differentiæ, quæ tamen omnes ad iter gehennæ tendunt, ſi ad actum perveniant.

Εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν ἱστώντων τὸ πάθος· ὅτι ἐστί τις ὅτι ἀκούει ῥῆμα καὶ θλίβεται μὲν καθ' ἑαυτόν· πλὴν λυπεῖται οὐχ ὅτι ὑβρίσθη, ἀλλ' ὅτι οὐχ ὑπήνεγκεν· οὗτος τῆς καταστάσεως τῶν ἀγωνιζομένων ἐστί· τῶν ἱστώντων τὸ πάθος ἐστίν. ἄλλος ἀγωνίζεται καὶ κοπιᾷ, ὕστερον δὲ νικᾶται ἐκ τοῦ βαρεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ πάθους· ἄλλος οὐ θέλει μὲν ἀποκριθῆναι κακῶς, ἀπὸ συνηθείας δὲ συναρπάζεται· ἄλλος ἀγωνίζεται μὲν μὴ λαλῆσαι ὅλως τι κακόν· λυπεῖται δὲ ὅτι ὑβρίσθη· πλὴν ἀλλὰ καταγινώσκει ἑαυτοῦ ὅτι λυπεῖται καὶ μετανοεῖ περὶ τούτου· ἄλλος οὐ λυπεῖται μὲν ὅτι ὑβρίσθη, ἀλλ' οὐδὲ χαίρει. ἰδοὺ οὗτοι πάντες οἱ ἱστῶντες τὸ πάθος εἰσίν· ἔχουσι δὲ ἐν ἑαυτοῖς διαφορὰν οἱ δύο πρὸς τοὺς λοιποὺς, ὁ ἡττώμενος ἐν τῷ ἀγωνίζεσθαι, καὶ ὁ συναρπαζόμενος ἀπὸ συνηθείας, καὶ ὁ καταγινώσκων ἑαυτοῦ, ὅτι οὐχ ὑπήνεγκε μετ'

VI. Dicamus & de his qui paſſiones ſiſtunt. Audit quis verbum & turbatur in ſe ipſo, doletque ſtatim, non quod injuria affectus ſit, ſed quod eam pati non quiverit. Is in ſtatu concertantium eſt, in ſtatum eorum qui paſſionem ſiſtunt. Certat alius laboratque diu: & tandem vi paſſionis ſuperatur &
E vincitur. Non vult alius male reſpondere, ſed a prava conſuetudine trahitur. Alius certat quidem ſecum, ne quid mali omnino loquatur; dolet tamen propter injuriam & contumeliam, & cum ſe ſenorit ob hoc ipſum dolere, agit pœnitentiam. Alius non dolet quidem quod contumelia affectus ſit, ſed neque etiam gaudere poteſt. Hi omnes variis modis paſſiones ſuas ſiſtunt & cohibent; differunt tamen primi duo a reliquis. Qui ſcilicet ſuperatur in certamine, & qui trahitur nolens a conſuetudine, co-

* Caute lege: nam frequens eſt in iſta non ſatis tuta ſententia, aliquos peccatores non poſſe pœnitentiam agere, niſi eos alicujus Sancti oratio adjuvet. Sic enim dicere videtur in proxime ſequentibus, & alibi.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



εὐχαριστίας τὴν ὕβριν· οἱ δὲ λοιποὶ ἐν φόβῳ εἰσὶ τοῦ κινδύνου τῶν ἐνεργούντων· εἶπον δὲ αὐτοὺς τῶν ἱστώντων τὸ πάθος εἶναι· τῇ γὰρ διαθέσει ἔστησαν τὸ πάθος, καὶ οὐ θέλουσιν ἐνεργῆσαι, ἀλλὰ καὶ λυποῦνται ἀγωνίζοντες. εἶπον δὲ οἱ πατέρες, ὅτι πᾶν πρᾶγμα ὃ μὴ θέλει ἡ ψυχὴ, ὀλιγοχρόνιόν ἐστιν. ὀφείλουσι δὲ ψηλαφᾷν ἑαυτούς. μήπως κἂν μὴ αὐτὸ τὸ πάθος, ἀλλά τι τῶν αἰτίων τοῦ πάθους ἐπεκδικοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο ἡττῶνται ἢ συναρπάζονται· εἰσὶ δέ τινες, φησὶν, ἀγωνιζόμενοι στῆσαι τὸ πάθος, ἀλλὰ κατὰ πάθος. ὁ μὲν γὰρ σιωπᾷ διὰ κενοδοξίαν· ὁ δὲ, δι' ἀνθρωπαρεσκείαν, ἢ δι' ἄλλο οἷον δήποτε πάθος. οὗτοι κακῷ τὸ κακὸν ἰῶνται. εἶπε δὲ ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν, ὅτι πονηρία οὐδαμῶς πονηρίαν ἀναιρεῖ. οὗτοι μετὰ τῶν ἐνεργούντων εἰσὶ κἂν χλευάζωνται.

A gnoſcitque ſe ipſum, quod injuriam non tulerit cum gratiarum actione. Reliqui autem in timore ſunt & periculo operantium. Dicunt autem hos in eorum ſtatu eſſe, qui paſſionem quidem quam in habitu habent, ſiſtunt, noluntque operari, dolent tamen in certamine. At patres noſtri dixerunt diuturnum eſſe non poſſe quidquid anima noluerit. Contrectent autem ſe ipſos & excutiant diligenter; & ſi paſſionem ipſam ulciſci nequiverint, cauſſas paſſionis abſcindant, ne trahi poſſint aliquando & ſuperari. Certant alii paſſionem ſiſtere altera paſſione: atque taciturnitati ſtudet quis ob inanem gloriam, alius ob humanam complacentiam. Hi omnes malo medentur malo. Dicebat autem abbas Paſtor quod malitia nequaquam malitiam tolleret. B Sunt vero hi, etſi non credant rideantque, inter operatores.

Θέλομεν λοιπὸν εἰπεῖν, καὶ περὶ τῶν ἐκριζούντων τὸ πάθος. ἔστι τὶς ὅτι χαίρει μὲν ἐπὰν ὑβρισθῇ, ἀλλὰ διὰ τὸ ἔχειν μισθόν. οὗτος τῶν ἐκριζούντων τὸ πάθος ἐστὶν, ἀλλ' οὐ μετὰ γνώσεως· ἄλλος δὲ χαίρει ὑβριζόμενος, καὶ ἔχει ὅτι χρεωστεῖ ὑβρισθῆναι, ὡς ὅτι αὐτὸς ἔδωκε τὴν αἰτίαν. οὗτος μετὰ γνώσεως ἐκριζοῖ τὸ πάθος. τὸ γὰρ ὑβρισθῆναί τινα, καὶ φέρειν καθ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτίαν, καὶ δέχεσθαι, ὡς ἴδια τὰ ἐπερχόμενα αὐτῷ, γνώσεως ἐστίν. ἕκαστος γὰρ εὐχόμενος τῷ Θεῷ, Κύριε δός μοι ταπείνωσιν, ὀφείλει εἰδέναι ὅτι τοῦτό ἐστιν ὃ αἰτεῖ, ἵνα πέμψῃ αὐτῷ τινα ὑβρίσαι αὐτῷ· ὅταν ὑβρίζεται ὑπό τινος, ὀφείλει καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ὑβρίζειν, καὶ ἐξουδενεῖν τῷ ἰδίῳ λογισμῷ, ἵνα ἐκεῖνος μὲν ταπεινοῖ αὐτὸν ἔξωθεν, καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν, ἔσωθεν. ἔστιν ἄλλος ὅτε οὐ χαίρει μόνον ὑβριζόμενος, καὶ ἑαυτὸν αἰτιᾶται· ἀλλὰ καὶ λυπεῖται διὰ τὴν ταραχὴν τοῦ ὑβρίσαντος αὐτόν· ὁ Θεὸς ἐνέγκοι ἡμᾶς εἰς τὴν τοιαύτην κατάστασιν. βλέπετε πόσον ἐστὶ πλάτος εἰς τὰς τρεῖς καταστάσεις. ἕκαστος οὖν ἡμῶν, ὡς εἶπον, μάθῃ ποίας ἐστὶ καταστάσεως· ἐὰν θέλων ἀκμὴν ἐνεργεῖ τὸ πάθος, καὶ ἐπεκδικεῖ, ἢ θέλων μὲν οὐ ποιεῖ· νικώμενος δὲ, ἢ ἀπὸ συνηθείας συναρπαζόμενος ἐνεργεῖ αὐτὸ, καὶ μετὰ τὸ ἐνεργῆσαι, θλίβεται καὶ μετανοεῖ ὅτι ἐνήργησεν, ἢ ἀγωνίζεται στῆσαι τὸ πάθος ἐν γνώσει, ἢ κατὰ ἄλλο πάθος ἀγωνίζεται, ὥσπερ εἴπομεν. ἔστιν ὅτε σιωπᾷ τις ἢ κατὰ κενοδοξίαν, ἢ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν κατά τινα λογισμὸν ἀνθρώπινον, καὶ ἤρξατο ἐκριζοῦν τὸ πάθος. καὶ εἰ μὲν μετὰ γνώσεως ἐκριζοῖ, καὶ ποιεῖ τὰ ἐναντία τοῦ πάθους· ἕκαστος μάθῃ ποῦ ἐστιν· * εἰ ποῖον μίλιόν ἐστιν· οὐ μόνον γὰρ ὀφείλομεν καθ' ἡμέραν ἐρευνᾷν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ καιρὸν καὶ κατὰ μῆνα, καὶ καθ' ἑβδομάδα, καὶ λέγειν τὴν πρώτην ἑβδομάδα, τοιῶσδε ἐβαρύνθην εἰς τόδε τὸ πάθος· ἄρα ἄρτι πῶς εἰμι; ὁμοίως καὶ κατὰ καιρὸν λέγειν, ὅτι πέρυσι τοιῶσδε ἐνικώμην ὑπὸ τοῦδε τοῦ πάθους· ἄρτι πῶς ἔχω; καὶ οὕτως καθ' ἑκάστην γυμνάζειν ἑαυτοὺς, εἰ προεκόψαμεν μικρὸν, ἢ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐσμὲν, ἢ εἰς τὸ χεῖρον ἐγενόμεθα. ὁ Θεὸς δώσει ἡμῖν δύναμιν, ἵνα τέως κἂν μὴ ἐκριζῶμεν τὸ πάθος, ἀλλ' οὖν μὴ ἐνεργῶμεν, ἀλλ' ἱστῶμεν αὐτό. ὄντως γὰρ βαρὺ πρᾶγμα τὸ ἐνεργεῖν, καὶ μὴ ἱστᾷν τὸ πάθος. καὶ λέγω ὑμῖν ὑπόδειγμα τί ὁ ἐνεργῶν τὸ πάθος καὶ ἐπεκδικῶν αὐτό· ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ κατατετοξευμένῳ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ, καὶ δεχομένῳ ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὰ βέλη, καὶ πηγνύοντι αὐτὰ εἰς τὴν καρδίαν ἑαυτοῦ. ὁ δὲ ἱστῶν τὸ πάθος, ὅμοιός ἐστι τῷ κατατετοξευμένῳ ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ, περιβεβλημένῳ δὲ θώρακα, καὶ οὐκ εἰσδεχομένῳ τὸ βέλος· ὁ δὲ ἐκριζῶν τὸ πάθος, ὅμοιός ἐστι κατατετοξευμένῳ καὶ δεχομένῳ τὰ βέλη καὶ συντρίβοντι αὐτὰ, ἢ ἀποστρέφοντι αὐτὰ εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἐχθροῦ, ὡς λέγει ἐν τῷ ψαλμῷ· ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὰς καρ-

VII. Dicendum & de his qui paſſiones evellunt: Gaudet aliquis cum afficitur contumelia, eo tamen animo ut mercedem recipiat. Is in eorum numero eſt qui eradicant quidem paſſiones, non tamen cum ſcientia. Gaudet alius affectus contumelia, & certum habet, affectum ſe ſe contumelia merito, quia cauſſam dederit. Hic cum ſcientia & cogitatione paſſionem educit: contumelia enim affici, & in ſe ipſum cauſſam transferre, & ut a ſe venientia omnia ſuſcipere, hoc utique ſcientiæ eſt maximæ. Quicumque autem a Domino poſcit humilitatem, ſciat ſe poſcere aliquem ad ſe deſtinari, a quo con- C tumeliis & injuriis afficiatur; cumque eas pariter ferat æquo animo contemnatque ſe ipſum in corde, ut & foris & intus pariter humilietur. Alius non ſolum gaudet affectus contumelia, & in ſe ipſum cauſſam transfert, ſed etiam dolet quod turbatus ſit qui injuriam intulit. Utinam fratres nos Deus in hunc ſtatum adducat. Videte quanta ſit trium horum ſtatuum latitudo. Diſcat igitur unuſquiſque cujus ſit ipſe ſtatus; vel eorum qui operantur, & ulciſcuntur paſſiones; vel eorum qui nolentes quidem & inviti ſuperantur a conſuetudine, & ad opus trahuntur, poſt opus autem mærent, affliguntur, & dolent, aguntque pœnitentiam. Diſcat ſi in eorum numero ſit qui paſſiones ſiſtunt cum ſcientia & cogitatione, vel ſi certat (ut diximus) D paſſionem tollere paſſione. Hoc eſt, ſi quis ſilentio ſtudet ob inanem gloriam, ob humanam complacentiam, aut humanam & temporalem cogitationem. Diſcat ſi cœpit evellere paſſionem: evellitque illam cum ſcientia, & agit quæ viderit paſſioni eſſe contraria. Diſcat unuſquiſque ubi ſit, aut in quo libro ſcriptus. Debemus enim non ſolum nos per dies ſingulos diſcutere, ſe per quælibet tempora, per menſes, per hebdomadas, ac nobis ipſis dicere: Prima hebdomada hujuſcemodi paſſione affectus es, nunc quomodo habes? Item per tempus quodque anno tranſacto victus es, & ſuperatus ab hac paſſione, nunc quomodo habes? & ita quotidie diligenter inſpicere, ſi quid a nobis abſcindimus ex illis, an in eiſdem volvimur vel in deteriora delapſi ſumus. Det nobis Deus vir- E tutem & poteſtatem, ſi non evellendi paſſiones, ſaltem non operandi, atque ſiſtendi & comprimendi eas. Graviſſimum enim eſt paſſionem in actum proferre, neque eam comprimere. Subjiciam vobis ſimilitudinem, cujus potiſſimum ſimilis ſit qui paſſionem exercet & ulciſcitur. Homini puto ſimilem ſagitta ab hoſte percuſſo, qui ſagittam ſuis manibus arripiens, cordi proprio infigit. Qui vero paſſionem comprimit, ſimilis eſt percuſſo quidem ſagitta ab hoſte, ſed nuſquam vulnerato ob thoracem quo indutus eſt. Qui autem eradicat & vellit paſſionem, ſimilis eſt percuſſo quidem, ſed ſagittas arreptas manibus confrin-

δίας ἑαυτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη. σπουδάσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ, κἂν οὐ δυνάμεθα τέως ἀποστρέψαι τὴν ῥομφαίαν αὐτῶν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν· ἀλλ' οὖν μήτε δεξώμεθα τὰ βέλη καὶ πήξωμεν αὐτὰ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν· ἀλλὰ καὶ περιθωρακίσωμεν ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ πληγῶμεν ὑπ' αὐτῶν. ὁ Θεὸς ὁ ἀγαθὸς σκεπάσῃ ἡμᾶς ἀπ' αὐτῶν, καὶ δώσῃ ἡμῖν νῆψιν, καὶ ὁδηγήσῃ ἡμᾶς εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙ'Α ιά.

Περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι τὴν ψυχήν.

ΘΕτὲ τὸν νοῦν ὑμῶν ἀδελφοὶ, ὡς εἰς τὰ πράγματα, καὶ βλέπετε, μὴ ἀμελήσητε ἑαυτῶν· ἐπειδὴ εἰς μεγάλους κινδύνους φέρει ἡμᾶς καὶ μικρὰ ἀμέλεια· παρέβαλλον ἄρτι τινὶ ἀδελφῷ πώποτε, καὶ εὗρον αὐτὸν πῶς ἀπὸ ἀῤῥωστίας, καὶ ἐν τῷ λαβεῖν ἡμᾶς, ἔμαθον ὅτι ἑπτὰ ἡμέρας ἐπύρεξε μόνας, καὶ ἰδοὺ ἔχει ἄλλας τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ οὐχ εὑρίσκει ἀκμὴν ἀναλαβεῖν ἑαυτόν. βλέπετε ἀδελφοὶ πόση ταλαιπωρία τοῦ ἐμπεσεῖν τινα εἰς ἀνώμαλον διάθεσιν. ἀεὶ καταφρονεῖ τις μικρὰς ἀταξίας, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι ἐὰν φθάσῃ μικρὸν κακουχηθῆναι τὸ σῶμα αὐτοῦ, καὶ μάλιστα ἐὰν ἐστιν ἀσθενέστερος, πολλοῦ πάνυ χρεία καὶ κόπου καὶ χρόνου πρὶν ἢ γένηται αὐτοῦ ἡ κατόρθωσις· ἑπτὰ ἡμέρας ἐπύρεξεν ὁ ταπεινὸς οὗτος, καὶ ἰδοὺ τοσαῦται ἡμέραι, καὶ οὐχ εὑρίσκει ἀνάπαυσιν, οὐδὲ ἀναλαβεῖν ἑαυτόν. οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς· μικρὸν ἁμαρτάνει τὶς, καὶ ποιεῖ πόσον χρόνον στάζων τὸ αἷμα αὐτοῦ, πρὶν διορθώσηται ἑαυτόν· καὶ ἐπὶ μὲν τῆς σωματικῆς ἀσθενείας εὑρίσκομεν διαφόρους αἰτίας, ἢ ὅτι τὰ φάρμακα παλαιὰ ὄντα, οὐκ ἐνεργοῦσιν, ἢ ὅτι ὁ ἰατρὸς ἄπειρός ἐστι, καὶ ἄλλο ἀντ' ἄλλου φάρμακον παρέχει, ἢ ὅτι ὁ ἄῤῥωστος ἀτακτεῖ, καὶ οὐ φυλάσσει ἃ ἐπιτάσσεται παρὰ τοῦ ἰατροῦ. ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ οὕτως· οὐ γὰρ δυνάμεθα εἰπεῖν ὅτι ὁ ἰατρὸς ἄπειρος ὢν οὐκ ἔδωκεν ἁρμόδια τὰ φάρμακα. ὁ Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν, καὶ πάντα γινώσκει, καὶ ἁρμόδιον ἑκάστῳ πάθει παρέσχε καὶ τὸ φάρμακον. οἷον τι λέγω, τῇ κενοδοξίᾳ τὰς περὶ ταπεινοφροσύνης ἐντολὰς, τῇ φιληδονίᾳ τὰς περὶ ἐγκρατείας, τῇ φιλαργυρίᾳ τὰς περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς ἕκαστον πάθος ἔχει φάρμακον τὴν ἁρμόζουσαν αὐτῷ ἐντολήν· ὥστε ὁ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν ἄπειρος. ἀλλ' οὐδὲ πάλιν τὰ φάρμακα παλαιὰ ὄντα οὐκ ἐνεργοῦσιν. αἱ ἐντολαὶ γὰρ τοῦ Χριστοῦ, οὐδέποτε παλαιοῦνται· ἀλλ' ὅσον ἐνεργοῦνται, τοσοῦτον ἀνανεοῦνται. οὐκοῦν τῇ ὑγείᾳ τῆς ψυχῆς οὐδέν ἐστιν τὸ ἐμποδίζον, εἰ μὴ μόνον ἡ ἀταξία αὐτῆς.

Προσχῶμεν οὖν ἑαυτοῖς ἀδελφοί· νήψωμεν καιρὸν, τί ἑαυτῶν ἀμελοῦμεν; ποιήσωμέν τι ἀγαθὸν, ἵνα εὕρωμεν βοήθειαν ἐν καιρῷ πειρασμοῦ. τί ἀπόλλομεν τὴν ζωὴν ἡμῶν; τοσαῦτα ἀκούομεν, καὶ οὐ μέλει ἡμῖν, ἀλλὰ καταφρονοῦμεν; βλέπομεν τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν ἁρπαζομένους ἐκ μέσου ἡμῶν, καὶ οὐ νήφομεν· εἰδότες ὅτι κατὰ μικρὸν, καὶ ἡμεῖς ἐγγίζομεν τῷ θανάτῳ. ἰδοὺ ἐξ ὅτου ἐκαθίσαμεν λαλῆσαι ἕως ἄρτι, ἠναλώσαμεν δύο, ἢ τρεῖς ὥρας τοῦ χρόνου ἡμῶν, καὶ ἐπλησιάσαμεν τῷ θανάτῳ, καὶ βλέπομεν ὅτι ἀπόλλομεν τὸν καιρὸν, καὶ οὐ φοβούμεθα. πῶς οὐ μιμνησκόμεθα τῆς ῥήσεως τοῦ γέροντος ἐκείνου τοῦ εἰπόντος, ὅτι χρυσὸν ἢ ἄργυρον ἐὰν ἀπολέσῃ τις, δύναται ἀντ' αὐτοῦ εὑρεῖν ἕτερον· καιρὸν δὲ ἐὰν ἀπολέσωμεν, ἀργοῦς καὶ ῥαθύμως βιοῦντες, ἄλλον εὑρεῖν οὐ δυνάμεθα; ὄντως

A genti, aut illas in hostis cor detorquenti, ut canitur in Psalmo : [a] *Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.* Studeamus ergo fratres si non possumus contorquere gladium ipsorum in corda eorum, non suscipere saltem sagittas illorum, & in cordibus nostris defigere : armemusque potius nos thorace, ne percutiamur & vulneremur ab illis. Deus optimus protegat nos ab eis, largiaturque virtutem nobis, dirigatque ipse nos in viam suam.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

DOCTRINA XI.

Ut studeamus a nobis præcidere statim passiones, prius quam in habitum animæ transeant.

B

I. ADvertite animum fratres ad quascumque res, & cavete ne vos ipsos negligatis: in maxima enim pericula plerumque nos abducit & minima negligentia. Incidi quandoque in fratrem non tam ægrotum quam debilem: cognovique ex eo quod dies tantum septem tertianam passus esset, jamque quadragesimum diem ageret a febris liberatione, nec posset adhuc pristinas vires accipere. Videte igitur fratres quam miserum sit in enormem dispositionem incidere. Soliti semper sumus enormitates minimas contemnere, neque advertimus, quidquid mali in corpus nostrum ingruerit, cum maxime debilius fuerit, maximum esse: nec sine multo studio, labore, sudore & tempore vires pristinas posse recuperari. Septem tantum C dies infelix ille febrem passus erat, nec tamen relevari potuit etiam tot diebus, tanto tempore. Id ipsum in anima est, quod in corpore. Tenuiter quis peccat. Quantum tamen transigit temporis, quantum distillat sanguinis, ante quam se ipsum erigat? Et in corporibus quidem ægritudinis & morbi varias caussas reperimus, vel quod medicinæ rancidulæ vim suam amiserunt, vel quod medicus indoctus nec satis expertus, aliam pro alia medicinam præbuerit, vel quod ægrotus inordinate se gerat, & nihil servet eorum quæ medicus imperaverit. Non est autem in anima id ipsum dicere. Neque enim habemus medicum imperitum, qui medicinas accommodatas languori non dederit. Christus namque animarum nostrarum medi- D cus est, isque novit omnia, & unicuique languori & morbo accommodatum donat antidotum. Nam, exempli gratia: inani gloriæ humilitatis præcepta opposuit: luxuriæ continentiam: avaritiæ eleemosynam: & ut concludam breviter, unicuique passioni medicinam dedit & accommodatissimum remedium: ita ut nequidquam medicus imperitus queat judicari. Sed neque etiam rancidulæ sunt medicinæ, ut non queant operari virtutem suam. Christi enim præcepta numquam inveterantur: sed quo magis exercentur, eo magis renovantur. Neque valetudini animæ quidquam est quod obstet aut impedimento fit, nisi cum ipsa se se minus disposuerit.

II. Attendamus igitur nobis ipsis, fratres, vigile- E mus dum tempus habemus. Cur enim nos negligimus? Faciamus semper aliquid boni, ut auxilium tandem inveniamus in tempore tentationis. Quid vitam nostram deperdimus? Tot quotidie tantaque sentimus, & omnia contemnimus, nec ulla nobis cura est illa discernere? Videmus quotidie fratres nostros & rapi & mori, nobisque ipsis nusquam invigilamus, nec intelligimus nos quoque in horas morti viciniores fieri. Horæ fere tres sunt ex quo vobis loqui cœpi sedens, quis dubitet nos nunc morti viciniores esse quam antea? Labi tempus & perire nobis animadvertimus & non timemus? An non venit in mentem sententiæ illius, quæ frequens erat in ore senis dum diceret : Aurum

[a] Psalm. xxxvi. 15.

SÆCUL. VI
CIRCA
ANN. CHR.
596.



μέλλομεν ζητῆσαι μίαν ὥραν τοῦ καιροῦ τούτου καὶ μὴ εὑρεῖν· πόσοι ἐπιθυμοῦσιν ἀκοῦσαι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ οὐχ εὑρίσκουσι, καὶ ἡμεῖς τοσαῦτα ἀκούομεν καὶ καταφρονοῦμεν, καὶ οὐ διεγειρόμεθα. ὁ Θεὸς οἶδεν, ἐκπλήττομαι ἐπὶ τῇ ἀναισθησίᾳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ὅτι δυνάμεθα σωθῆναι, καὶ οὐ θέλομεν. δυνάμεθα γὰρ, ὡς εἰσὶ νεαρὰ τὰ πάθη ἡμῶν, κόψαι αὐτὰ, καὶ οὐ φροντίζομεν· ἀλλὰ ἀφίεμεν αὐτὰ σκληρωθῆναι καθ' ἡμῶν, ἵνα πλεῖον κακὴν ἐσχάτην ποιήσωμεν. ἄλλο γάρ ἐστιν, ὡς πολλάκις εἶπον ὑμῖν, τὸ ἐκριζῶσαι βοτάνην, ὅτι εὐθὺς ἀποσπᾶται, καὶ ἄλλο ἐστὶ τὸ ἐκριζῶσαι μέγα δένδρον.

A vel argentum si amiserit homo, posse eum vel id ipsum vel tantundem recuperare: tempus autem si pereat, nec ipsum amissum, nec aliud pro eo posse aliquando restaurari. Quod verissimum esse patet. Quis enim diem vel horam temporis amissam quærens aliquando invenit? Quot sunt qui verbum Dei audire gestiunt, nec inveniunt qui eis illud propinet? Nos vero quotidie tantaque audientes contemnimus copiam, neque quidquam extenditur. Novit Deus quantum discrucier animarum nostrarum duritie, quia salvari cum possimus, negligimus & nolumus. Evellere enim possumus vitia & passiones nostras, cum teneræ sunt tamquam arbusta, nec curamus. Quin potius sinimus illas obdurescere & crescere in nobis, ut perfectam in nobis malitiam & postremam tandem faciant. Aliud est enim, ut sæpe dixi, evellere parvam herbam & teneram quæ statim exstirpatur, & aliam magnam arborem eradicare.

Εὐκαίρησέ τις μέγας γέρων μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἐν τόπῳ τινὶ, ἐν ᾧ ἦσαν κυπαρίσσια διάφορα, μικρὰ καὶ μεγάλα. καὶ λέγει ὁ γέρων ἑνὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. ἀνάσπασον τὸ κυπαρίσσιον τοῦτο· ἦν δὲ μικρὸν πάνυ, καὶ εὐθέως τῇ μιᾷ χειρὶ ἀνέσπασεν αὐτὸν ὁ ἀδελφός· εἶτα δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἄλλο μεῖζον τοῦ πρώτου, καὶ λέγει αὐτῷ, ἀνάσπασον καὶ τοῦτο· ὁ δὲ σαλεύσας ταῖς δύο χερσὶν ἀνέσπασε κἀκεῖνο. πάλιν δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἄλλο μειζότερον· ὁ δὲ μετὰ πλείονος κόπου ἀνέσπασε κἀκεῖνο. εἶτα δεικνύει αὐτῷ καὶ ἄλλο μειζότερον· ὁ δὲ μετὰ πλείονος κόπου πολλὰ σαλεύσας, καὶ κοπιάσας καὶ ἱδρώσας ἐπῆρε κἀκεῖνο. εἶτα δεικνύει αὐτῷ ὁ γέρων ἔτι μειζότερον· ὁ δὲ καὶ πολλὰ κοπιάσας καὶ ἱδρώσας οὐκ ἠδυνήθη ἐπᾶραι αὐτό. ὡς οὖν εἶδεν αὐτὸν ὁ γέρων μὴ δυνάμενον, ἐπέτρεψεν ἄλλῳ ἀδελφῷ ἀναστῆναι καὶ βοηθῆσαι αὐτῷ, καὶ οὕτως ἠδυνήθησαν ἀμφότεροι ἀνασπᾶσαι αὐτό. τότε λέγει ὁ γέρων ἐκείνοις τοῖς ἀδελφοῖς· ἰδοὺ οὕτως εἰσὶ καὶ τὰ πάθη ἀδελφοί, ἐφ' ὅσον εἰσὶ μικρὰ, ἐὰν θέλωμεν, δυνάμεθα μετὰ ἀναπαύσεως ἐκκόψαι αὐτά. ἐὰν δὲ ἀμελήσωμεν αὐτῶν, ὡς μικρῶν, σκληρύνονται, καὶ ὅσον σκληρύνονται, τοσοῦτον πλείονος δέονται κόπου. εἰ δὲ ἐπὶ πλεῖον ἀνδρυνθῶσι καθ' ἡμῶν, οὐκ ἔτι οὐδὲ μετὰ κόπου δυνάμεθα ἐκκόψαι αὐτὰ ἀφ' ἑαυτῶν, ἐὰν μὴ καὶ βοήθειαν σχῶμεν τινῶν ἁγίων ἀντιλαμβανομένων ἡμῖν μετὰ Θεόν. βλέπετε πόσην δύναμιν ἔχουσι τὰ παρὰ τῶν ἁγίων γερόντων λεγόμενα. καὶ ὁ προφήτης ὁμοίως περὶ τούτου διδάσκει ἡμᾶς ἐν τῷ ψαλμῷ ὅπου λέγει, θυγάτηρ Βαβυλῶνος ἡ ταλαίπωρος, μακάριος ὃς ἀνταποδώσει τὸ ἀνταπόδομά σου, ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν· μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν·

III. Otiosus erat quandoque senex magnus cum discipulis suis in hortis, in quibus cupressi variæ, magnæ scilicet ac parvæ creverant. Imperavit igi- B tur uni ex fratribus senex cupressum evellere: quæ cum parva esset & tenera, una manu exstirpata est: post quam jussit aliam majusculam evelli, quæ non una, sed ambabus manibus tandem evulsa est. Tertio majorem adhuc prioribus videns senex, & illam imperavit velli, quæ non sine magno labore extracta est. Quartam quoque ceteris altiorem exstirpari jussit, quæ summo conatu, labore & sudore vix extrahi potuit. Quintam adiecit maximam, quam cum ille conaretur evellere, numquam valuit, sed incassum circa eam elaborabat desudabatque. Quod ut vidit senex, solum videlicet opus perficere minime posse, jussit coadjutorem accedere, sicque ambo illam tandem extraxere. Tunc ad omnes conversus C senex ait: Hujuscemodi sunt passiones nostræ, fratres. Cum teneræ sunt & parvæ, si volumus, facile illas possumus a nobis exstirpare. Quod si eas neglexerimus, obdurescent illico, quoque magis obduruerint, eo majore vi & labore opus erit. Quin immo irriti erunt conatus nostri omnes in illas, nisi alicujus viri sancti orationes ad auxilium nobis post Deum accesserint. Tantam vim habent auxilia quæ a viris justis & sanctis expetuntur. Quod Propheta nos quoque docet in Psalmo quo ait: [a] *Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* D

Ἀλλὰ ψηλαφήσωμεν κατὰ ἀκολουθίαν τὸ λεγόμενον. Βαβυλῶνα λέγει τὴν σύγχυσιν· οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται παρὰ τὸ Βαβὲλ, ὅπερ ἐστὶ Συχέμ· θυγατέρα Βαβυλῶνος λέγει τὴν ἔχθραν. πρῶτον γὰρ συγχεῖται ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτως ἀποτελεῖ τὴν ἁμαρτίαν· ταλαίπωρον δὲ αὐτὴν καλεῖ, ἐπειδὴ (καὶ ἄλλοτε ὑμῖν εἶπον) ἀνούσιός ἐστι καὶ ἀνυπόστατος ἡ κακία διὰ τῆς ἡμῶν ἀμελείας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος συνισταμένη· πάλιν διὰ τῆς ἡμῶν κατορθώσεως, ἀπολλυμένη καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν χωροῦσα. λέγει γοῦν, ὡς πρὸς αὐτὴν ὁ ἅγιος· μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοι τὸ ἀνταπόδομά σου ὃ ἀνταπέδωκας ἡμῖν. μάθωμεν τί μὲν ἐδώκαμεν, τί δὲ ἀντελάβομεν, καὶ τί θέλωμεν ἀνταποδοῦναι. ἐδώκαμεν τὸ θέλημα ἡμῶν, καὶ ἀντελάβομεν τὴν ἁμαρτίαν. μακαρίζει οὖν ὁ λόγος τοὺς ταύτην ἀνταποδιδόντας· τὸ δὲ ἀνταποδοῦναί ἐστι, τὸ μηκέτι πρᾶξαι αὐτήν. εἶτα ἐπιφέρει· μακάριος ὃς κρατήσει καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν· οἱονεὶ μακάριος ὁ τὰ παρὰ σοῦ γενόμενα· τουτέστι τοὺς πονηροὺς λογισμούς· μηδὲ

IV. Sed exponamus per ordinem quod dictum est. Babylonem confusionem vocat. Sic enim interpretatur: a Babel dicta quod est Sichem. Filiam autem Babylonis dicit inimicitiam. Primum enim confunditur anima, & postmodum perficit peccatum. Miseram autem nominat ejus malitiam. Quæ, ut alias vobis quam sæpissime dixi, sine existentia & substantia ulla omnino est, ex nihilo in aliquid a nostra negligentia & injustitia deducta, & rursum ex justitia & diligentia nostra in nihilum redacta. Dicit igitur ad eam sanctus David: E *Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti nobis.* Discamus quidnam illi dederimus vel ab ea receperimus, & quid illud potissimum sit quod est ei retribuendum. Dedimus illi voluntatem nostram, recepimusque ab ea peccatum. Beatos igitur eos facit hic sermo qui ei retribuerunt retributionem suam, qui eam amodo non fecerunt: est enim hoc illi retribuere. Infert deinde: *Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram.* Ac si dicat: Ille

[a] Psal. CXXXVI. 8. 9.

τὴν ἀρχὴν δοὺς χώραν τῷ αὐξηθῆναι ἐν αὐτῷ καὶ ἐνεργηθῆναι τὸ κακόν· ἀλλὰ ταχέως, ὡς ἔτι εἰσὶν νήπιοι, πρὶν τραφῶσι καὶ αὐξηθῶσι κατ' αὐτοῦ, κρατήσας καὶ προσρήξας αὐτοὺς τῇ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστὸς, καὶ ἀπολέσας αὐτοὺς διὰ τὸ καταφεύγειν πρὸς τὸν Χριστόν.

A inquam beatus est, qui quæcumque genimina tua, id est, pravas & iniquas cogitationes non admiserit in se: neque his omnino in principio locum dederit, ut coalescere possent & augeri, ac tandem malum operari: sed statim cum adhuc parvulæ & teneræ essent, ante quam enutrirentur & crescerent, illas allisit & percussit ad [a] petram, quæ Christus est, & his peremtis omnino confugit ad Dominum.

Ἰδοὺ πῶς καὶ οἱ γέροντες καὶ ἡ ἁγία γραφὴ πάντες συμφωνοῦσι καὶ μακαρίζουσι τοὺς ἀγωνιζομένους ἐκκόψαι, ὡς ἔστι νεαρὰ τὰ πάθη, πρὸ τοῦ πειρασθῆναι τῆς ὀδύνης καὶ τῆς πικρίας αὐτῶν. σπουδάσωμεν οὖν ἀδελφοὶ, ἵνα ἐλεηθῶμεν· κοπιάσωμεν μικρὸν καὶ εὑρίσκομεν πολλὴν ἀνάπαυσιν. εἶπον οἱ πατέρες πῶς ὀφείλει τὸ κατὰ B μέρος ἑαυτῶν καθαρίζειν, ἵνα καθ' ἑσπέραν ἐξετάζειν ἑαυτὸν, πῶς παρῆλθε τὴν ἡμέραν, καὶ πάλιν πρωΐας, πῶς παρῆλθε τὴν νύκτα, καὶ μετανοεῖν τῷ Θεῷ, περὶ ὧν, ὡς εἰκὸς, ἁμαρτάνει. ἀληθῶς δὲ ἡμεῖς ἐπειδὴ πολλὰ ἁμαρτάνωμεν, χρήζομεν διὰ τὴν λήθην ἡμῶν καὶ κατὰ ἓξ ὥρας ἐρευνᾷν ἑαυτοὺς, πῶς παρήλθομεν καὶ εἰς τί ἡμάρτομεν· καὶ λέγειν ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτῷ· ἄρα μήπως ἐλάλησα πλήσσων τὸν ἀδελφόν μου; ἄρα μὴ εἶδον αὐτὸν ποιοῦντα πράγματα, καὶ κατέκρινα αὐτὸν, ἢ ἐξουδένωσα αὐτὸν, ἢ κατελάλησα κατ' αὐτοῦ; ἄρα ᾔτησα τὸν κελλαρίτην πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἔδωκέ μοι, καὶ ἐγόγγυσα κατ' αὐτοῦ; [1] μὴ, τὸ ἕψη τὸ καλῶς, καὶ εἶπον ῥῆμα, C καὶ κατήσχυνα τὸν μάγειρον, καὶ ἔθλιψα αὐτὸν, ἢ ἐγὼ ἀηδιστὴς, ἐγόγγυσα καθ' ἑαυτοῦ; ἐὰν γὰρ καθ' ἑαυτὸν γογγύσει τὶς, ἁμαρτία ἐστί. πάλιν λέγει, ἄρα εἶπέ μοι ὁ κανονάρχης ῥῆμα, ἢ ἄλλος τῶν ἀδελφῶν, καὶ οὐκ ἐβάστασα, ἀλλὰ ἐναντιώθην αὐτῷ; οὕτως καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὀφείλομεν ψηλαφᾷν ἑαυτοὺς, πῶς παρήλθομεν τὴν ἡμέραν. ὁμοίως ὀφείλει τὶς ἐρευνᾷν ἑαυτὸν πῶς παρῆλθε καὶ τὴν νύκτα, ἢ μετὰ προθυμίας ἀνέστη εἰς τὴν ἀγρυπνίαν, ἢ μὴ ὀλιγώρησε πρὸς τὸν ἐξυπνίζοντα αὐτὸν, ἢ ἐγόγγυσε κατ' αὐτοῦ. ὀφείλει γάρ τις εἰδέναι ὅτι ὁ ἐξυ- D πνίζων αὐτὸν, καὶ εἰς ἀγρυπνίαν, μεγάλα καὶ εὐεργετεῖ αὐτὸν, καὶ μεγάλων ἀγαθῶν πρόξενος αὐτῷ γίνεται· ἐξυπνίζων αὐτὸν δεηθῆναι τῷ Θεῷ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ φωτισθῆναι· πῶς οὐκ ὀφείλει τὶς εὐχαριστεῖν τῷ τοιούτῳ; ἀληθῶς ὀφείλει ἔχειν, ὅτι σχεδὸν δι' αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία αὐτοῦ.

V. Ecce igitur ut seniores nostri & sacra pariter scriptura conclamant, eosque beatos faciunt qui studiosi fuerint a se ipsis passiones abscindere, dum teneræ fuerint & molles, ante quam dolorem & amaritudinem earum experiamur. Demus igitur operam, ut misericordiam consequamur a Domino, elaboremusque interdum ne nobis desit remissio & indulgentia divina. Docuerunt enim sæpe nos patres nostri, quo pacto purgemus nos ipsos per singulos dies, ut scilicet in vesperam perscrutemur nobiscum, quomodo transactam diem exegerimus, & rursum mane quomodo noctem; & sic pœnitentiam agamus apud Deum, ut par est, in quo peccasse nos deprehenderimus. Sane cum admodum delinquamus peccemusque, oblivifcamurque facillime delicta & peccata nostra; opus esset nobis in horas cura diligenti & examinatione, quo pacto scilicet ambulassemus id momenti & temporis, & in quo deliquissemus. Deberetque unusquisque nostrum a se ipso tamquam judex rationem cujuslibet facti extorquere, & dicere: Numquid locutus sum quæ fratrem meum morderent & carperent? An fratrem aliquid facientem judicavi? An eum contemsi? Num oblocutus de ipso sum? An si quid petii a cellarita, & ipse mihi negavit, murmuravi adversus ipsum? An coquum increpavi? num pudore illum affeci? num ego imprudentissimus in me ipso obmurmuravi quod cibaria non bene decoxisset, artificiose curasset? An dixit mihi cærimoniarum princeps vel quis alius fratrum verbum, nec ferre potui? an statim illi adversatus sum? Sicque per singulos dies agendum nobis esset, discutiendum & cognoscendum quo pacto ambulassemus. Debet item quis a se exigere, ut noctem transierit, si videlicet cum diligentia & promtitudine ad vigilias surrexerit, si neglexit respondere excubitori, si contra ipsum in aliquo obmurmuravit: scire etenim quemque decet excubitori nostro nos admodum debere, utpote illi qui nos plurimis beneficiis afficiat. Caussa enim est nobis multorum bonorum. Excitat nos ad colloquendum cum Deo, ad orandum pro nostris & alienis peccatis, ut illuminemur a divina gratia. Huic de tot bonis quis non agat gratias? Huic vere agendæ sunt gratiæ plurimæ, a quo quodammodo salus nostra dependet.

Καὶ λέγω ὑμῖν περὶ τούτου θαυμαστὸν ὃ ἤκουσα περὶ μεγάλου [2] γέροντος Διορατικοῦ· ὅτι ἱστάμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἔβαλλον ἀρχὴν οἱ ἀδελφοὶ τοῦ ψάλλειν, ἔβλεπέ τινα λαμπροφόρον ἐξερχόμενον ἐκ τοῦ E ἱερατείου. καὶ κατέχοντα ὡς τρούλλιόν τι ἔχον ἁγίασμα καὶ μίαν μύλην, καὶ ἔβαπτε τὴν μύλην ἐκείνην ἐκ τοῦ τρουλλίου, καὶ περιήρχετο ὅλους τοὺς ἀδελφοὺς, κατασφραγίζων ἕκαστον αὐτῶν· τῶν δὲ μὴ εὑρισκομένων τότε, τοὺς μὲν ἐσφράγιζε, τοὺς δὲ παρήρχετο· πάλιν ὡς ἔμελλον ἀπολῦσαι, ἔβλεπον αὐτὸν ἐξερχόμενον ἐκ τοῦ ἱερατείου, καὶ τὸ αὐτὸ ὁμοίως ποιοῦντα. ἐν μιᾷ οὖν κατέσχεν αὐτὸν ὁ γέρων, καὶ ῥίπτει ἑαυτὸν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, παρακαλῶν μαθεῖν ἃ ποιεῖ, καὶ ὅστις ἐστί· καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος ὁ λαμπροφόρος· ἐγὼ ἄγγελός εἰμι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπετρά-

VI. Dicam ad hoc propositum vobis rem mirandam, quam audisse me memini a patre quodam maximo Dioratico. Ajebat enim ille nocte quadam dum in ecclesia excubaret, in principio psalmodiæ vidisse se quemdam e sacrario egredientem cum veste splendida, habentemque in manu vasculum quoddam plenum libamine & sanctificatione, itemque cochleare, quo sanctificatione illa intincto obambulantem, fratres omnes obsignasse. Eorum vero qui ad vigilias non surrexissent, aliquorum sedes & loca tetigisse, aliquorum pertransisse. Atque hoc ipsum in fine psalmodiæ reperisse, e sacrario ut antea egredientem. Quod senem admodum admiratum, cum ante se pertransiret, ad genua illius advolutum rogasse, ut quidnam hoc esset mysterii,

a I. Cor. x. 4.

1 Μὴ, τὸ ἕψη τὸ καλῶς] Leg. μὴ τὸ ἕψον καλῶς. Non illud recte coctum fuerat. Scribi etiam posset, ἑψητὸν, res cocta. COTEL. Eccl. Gr. Monum. tom. II. pag. 675. b.

2 Γερ. Διορατικοῦ] Sic vertendum: senis perspicaciæ dono præditi. Heic nullum nomen proprium. Vide infra Doctr. xxi. inscriptionem, ubi διὰ τὸ διορατικὸν χάρισμα recte interpres reddit ob perspicaciæ donum. FABRIC. Bibl. Gr. tom. x. pag. 162.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

την εἰ τὸν σύναξιν παρέχειν τὴν σφραγίδα ταύτην τοῖς εὑρισκομένοις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ψαλμῳδίας, καὶ τοῖς μένουσιν ἕως τῆς ἀπολύσεως, διὰ τὴν προθυμίαν καὶ σπουδὴν, καὶ τὴν καλὴν αὐτῶν προαίρεσιν· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων, καὶ πῶς τινῶν μὴ εὑρισκομένων σφραγίζεις τοὺς τόπους; ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ ἅγιος ἄγγελος λέγων· ὅσοι εἰσὶ τῶν ἀδελφῶν σπουδαῖοι μὲν καὶ καλοὶ τὴν προαίρεσιν, διά δέ τινα ἀναγκαίαν ἀσθένειαν ἀπόντες μετὰ εὐλογίας τῶν πατρῶν, ἢ πάλιν διά τινα ἐντολὴν εἰς ὑπακοὴν αὐτῶν ἀσχολούμενοι, καὶ διὰ τοῦτο μὴ εὑρισκόμενοι, οὗτοι καὶ ἀπόντες τὴν σφραγίδα αὐτῶν λαμβάνουσιν, ἐπειδὴ τῇ διαθέσει μετὰ τῶν ψαλλόντων εἰσί· μόνοις δὲ τοῖς δυναμένοις εὑρεθῆναι, καὶ ἀπὸ ἀμελείας μὴ εὑρισκομένοις, τούτοις ἐπετράπην μὴ δοῦναι τὴν σφραγίδα, ἐπειδὴ αὐτοὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς ἐποίησαν. ἴδετε, βλέπετε ποῖον δῶρον προξενεῖ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ὁ ἐγείρων αὐτὸν εἰς τὸν κανόνα τῆς ἀγρυπνίας. σπουδάσατε οὖν ἀδελφοὶ μὴ ζημιωθῆναί ποτε τὴν σφραγίδα τοῦ ἁγίου ἀγγέλου· εἰ δὲ καὶ συμβῇ τινὰ μετεωρισθῆναι, καὶ ὑπομνήσει αὐτὸν ἄλλος, οὐκ ὀφείλει ἀγανακτεῖν· ἀλλὰ προσέχων τῷ καλῷ, εὐχαριστῆσαι τῷ ὑπομιμνήσκοντι αὐτόν· κἂν εἴτις δήποτέ ἐστιν.

dignaretur aperire. Respondisseque illum esse se se Angelum Dei, qui delegatus ad hoc esset, ut signo hujuscemodi eos obsignaret quos diligentes & promtos ad principium psalmodiæ & in finem usque perseverantes in ecclesia reperisset. Senem vero post hæc iterum subdidisse, cur aliquorum loca & sedes quos in ecclesia non reperisset, obsignaret: Retulisseque rursum Angelum sanctum, eorum se loca obsignasse qui & promtissimi & paratissimi fuissent, quantum in ipsis erat, ad vigilias surgere, sed aliqua necessitate compediti, cum obedientia & patris benedictione vel etiam imperio occupati abessent. Hos æquum esse signum suum recipere, cum animo & proposito cum psallentibus affuissent. Illorum vero qui psalmodiæ interesse potuissent, sed torpore & negligentia destitissent, jussu Dei summi sedes & loca noluisse obsignare, quoniam ipsi se se indignos hoc cælesti signo fecissent. Contemplamini igitur quale nobis donum ministret, qui nos ad vigilias & laudes Dei excitat. Curate fratres angelicum signum non amittere: at si contigerit ullum ex vobis dormitare, fueritque ab altero excitatus, ne moleste feratis, sed potius ratione tanti boni gratias agite, quicumque ille fuerit.

Ὅτε ἤμην ἐν τῷ κοινοβίῳ, ἐποίησέ με ὁ ἀββᾶς ξενοδόχον μετὰ γνώμης τῶν γερόντων· ἤμην δὲ καὶ ἀπὸ μεγάλης ἀῤῥωστίας. ἤρχοντο οὖν ξένοι, καὶ ἐπέρνιζον μετ' αὐτῶν, καὶ πάλιν καμηλάριοι, καὶ ἐποίουν τὴν χρείαν αὐτῶν· πολλάκις δὲ καὶ μεθ' ὃ ἀπηρχόμην κοιμηθῆναι, πάλιν ἀπήντα ἄλλη χρεία, καὶ ἐξύπνιζέν με. ἐν τοσούτῳ οὖν ἔφθανεν ἡ ὥρα τῆς ἀγρυπνίας, καὶ ὡς μόνον ἥρπαζον μικρὸν, ἰδοὺ ὁ κανονάρχης ἐξύπνιζέ με· λοιπὸν εὑρισκόμην εἴτε ἀπὸ τοῦ κόπου εἴτε ἀπὸ τῆς ἀσθενείας· ἔτι γὰρ παρεκλεπτόμην ὑπὸ λεπτοπυρετίων διαλελυμένος, ὡς μὴ ἔχων ἑαυτόν. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ καταφερόμενος ὕπνου· καλῶς κύριε, μνησθείη ἡ ἀγάπη ὁ Θεὸς, δώῃ σοι τὸν μισθὸν, ἐκέλευσας, ἔρχομαι κύριε· εἶτα ὡς ἀπήρχετο, πάλιν ἀπεκοιμώμην· πάνυ δὲ ἐθλιβόμην ὅτι ἐβράδυνον ἀναστῆναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν· καὶ ἐπειδὴ οὐχ ὑπῆρχε πῶς ἐκεῖνος προσκαρτερήσαιμι, ᾔτησα δύο τινὰς τῶν ἀδελφῶν, τὸν μὲν ἕνα, ἵνα ἐξυπνίζῃ με, τὸν δὲ ἄλλον, ἵνα μὴ ἀφῇ με νυστάξαι εἰς τὴν ἀγρυπνίαν. καὶ πιστεύσατέ μοι ἀδελφοί, οὕτως ἐσεβόμην αὐτοὺς, ὡς ὅτι δι' αὐτῶν ἦν ἡ σωτηρία μου, καὶ σχεδὸν ἐσεβόμην αὐτούς. οὕτως οὖν καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ἐγείροντας ὑμᾶς εἰς τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησίας, καὶ εἰς πᾶν πρᾶγμα ἀγαθόν. καθὼς οὖν ἐλέγομεν, ὀφείλει τὶς ἐρευνᾶν πῶς παρῆλθε τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα. εἰ μετὰ νήψεως ἵστατο εἰς τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ εἰς τὴν εὐχὴν ᾐχμαλωτίσθη ὑπὸ λογισμῶν ἐμπαθῶν, ἢ νουνεχῶς ἤκουσε τῶν θείων ἀναγνωσμάτων, ἢ μὴ ἀφῆκε τὴν ψαλμῳδίαν, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω τῆς ἐκκλησίας μετεωριζόμενον· ἐὰν οὕτως ἐρευνᾷ τις ἑαυτὸν καθ' ἑκάστην, καὶ σπουδάζει μετανοεῖν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτε, καὶ διορθοῦσθαι ἑαυτὸν, ἄρχεται μειοῦν τὴν κακίαν, καὶ εἰ ἐποίει ἐννέα, ποιεῖ ὀκτὼ, καὶ οὕτως σὺν Θεῷ κατὰ μικρὸν προκόπτων, οὐκ ἐᾷ τὰ πάθη στερεωθῆναι κατ' αὐτοῦ. μέγας γὰρ κίνδυνος τὸ ἐμπεσεῖν τινα εἰς ἕξιν πάθους. ἐπειδὴ καθὼς εἴπομεν, οὔτε ἐὰν θέλῃ ὁ τοιοῦτος, δυνατός ἐστι μόνος περιγενέσθαι τοῦ πάθους, ἐὰν μὴ σχῇ καὶ βοήθειαν παρά τινων ἁγίων.

VII. Cum essem in cœnobio, præposuit me abbas suscipiendis hospitibus seniorum suorum consilio. Surrexeram autem tunc a maxima ægritudine, ita ut vix possem pedibus consistere. Veniebant igitur hospites: & plerumque cum illis multam noctem vigilabam. Veniebant camelarii & illis necessaria ministrabam, agebamque inde me cubitum, alteraque quam sæpissime occurrebat quæ me statim excitaret necessitas. Adventabat interea modico intervallo hora vigiliæ, & cum paullulum quippiam obdormissem, excitabar a canonarcha nostro. Eram igitur & labore & ægritudine vicina mirum in modum defessus, calebamque interdum alternis febribus, ut vix me ipsum erigere possem. Ita vero illi respondebam, ut qui esset a somno oppressus & alio translatus: Bene faciat tibi Deus frater, & caritatis tuæ memor sit: en ut jussisti, propero. Cumque post hæc discessisset, invitus & nolens iterum obdormiebam: Usque adeo autem pœnitebat me desidiæ & negligentiæ meæ, cum videbam me non interfuisse vigiliis, nec ille me denuo excitasset, ut fratres duos rogaverim, alterum ut me excitaret in tempore, alterum ut me non pateretur dormitare vigiliarum tempore. Et mihi oro credite, ita illos amabam, venerabar, colebam ut a quibus salus mea dependeret & esset. Tales & vos esse decet erga excitantes vos ad vigilias, ad horas canonicas & ad omne aliud opus bonum. Habendaque est (ut diximus) a nobis temporis ratio, exquirendumque ut diem noctemque transegerimus: Si cum reverentia & attentione ad psalmodiam, ad orationem, steterimus, nec passi fuerimus captivos nos trahi a cogitationibus & passionibus nostris: si attentas aures præstiterimus divinis lectionibus: si interruperimus psalmodiam inaniter extra ecclesiam & chorum educti. Si se se quisque per singulos dies ita discutiat agatque pœnitentiam in quo deliquisse se deprehenderit, statimque post lapsum surgat emendatus, incipiemus malitiam nostram sensim minuere, & quod novies male agebamus, vix jam octies agemus. Sicque cooperante Deo proficiemus, & non poterunt in nobis passiones obfirmari. Periculosum enim valde est in habitum passionum & vitiorum incidere, quas (ut diximus) cum voluerit homo non possit solus superare, sed opus sit sanctorum virorum auxilium implorare.

Θέλετε, διηγήσομαι ὑμῖν περί τινος ἔχοντος πάθους ἐν ἕξει, ἀκούσατε πρᾶγμα ἄξιον πολλοῦ κλαυ-

VIII. Libet narrare vobis de quodam confratre nostro, qui miser & infelix in habitum passionis lapsus

θμοῦ· ὅτε ἤμην εἰς τὸ κοινόβιον, οὐκ οἶδα πῶς ἁπλῶς ἐχλεύαζοντο οἱ ἀδελφοὶ ἀναθέσθαι μοι τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν. φησὶν δὲ καὶ ὁ ἀββᾶς καὶ ἐπέτρεπέ μοι κατὰ γνώμην τῶν γερόντων τὴν φροντίδα τούτου ποιεῖσθαι τοῦ μέρους. ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν, ἔρχεταί τις τῶν ἀδελφῶν, καὶ λέγει μοι· συγχώρησόν μοι καὶ εὖξαι ὑπὲρ ἐμοῦ, ὅτι κλέπτω καὶ τρώγω· λέγω αὐτῷ, διὰ τί πεινᾷς; καὶ λέγει μοι, ναί. οὐκ ἀρκοῦμαι τῇ τραπέζῃ τῶν ἀδελφῶν, καὶ οὐ δύναμαι αἰτῆσαι· λέγω αὐτῷ διὰ τί μὴ ὑπάγεις ἀνατιθεὶς τῷ ἀββᾷ; λέγει αἰσχύνομαι. λέγω αὐτῷ, καὶ θέλεις ἀπέρχωμαι ἐγώ; καὶ λέγει μοι, ὡς κελεύεις κῦρι. ἀπῆλθον οὖν καὶ εἶπον τῷ ἀββᾷ, καὶ λέγει μοι, ποίησον ἀγάπην καὶ φρόντισον αὐτοῦ, ὡς οἶδας. τότε λαμβάνω αὐτὸν, καὶ λέγω τῷ κελλαρίτῃ ἐπὶ αὐτοῦ, ποίησον ἀγάπην, καὶ οἵαν ὥραν ἔρχεται οὗτος ὁ ἀδελφὸς πρός σε, δὸς αὐτῷ ὅσα θέλει, καὶ μηδὲν κωλύσῃς αὐτῷ. ἀκούσας ὁ κελλαρίτης, λέγει μοι, ἐκέλευσας, οὕτως ποιῶ· ποιεῖ οὕτως ὀλίγας ἡμέρας ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνος· καὶ ἔρχεται λέγων μοι, συγχώρησόν μοι κῦρι ὅτι ἠρξάμην πάλιν κλέπτειν. λέγω αὐτῷ· διὰ τί; οὐ παρέχει σοι ὁ κελλαρίτης εἴ τι θέλεις; ναί. συγχώρησον, ὅσα θέλω παρέχει μοι. ἀλλ' ἐγὼ αἰσχύνομαι αὐτόν. λέγω αὐτῷ, μὴ ἐμὲ αἰσχύνῃ; λέγει μοι, οὔ. λέγω αὐτῷ οὐκοῦν εἴ τι θέλεις, ἔρχου καὶ λάμβανε παρ' ἐμοῦ, καὶ μὴ κλέψῃς. εἶχον γὰρ τότε τὴν διακονίαν τοῦ νοσοκομείου· ἤρχετο οὖν ἐκεῖνος πρός με, καὶ ἐλάμβανεν ὅσον ἤθελεν. ἤρξατο οὖν μετὰ ἡμέρας πάλιν κλέπτειν, καὶ ἔρχεται θλιβόμενος, καὶ λέγει μοι· ἰδοὺ πάλιν κλέπτω. λέγω αὐτῷ, διὰ τί ἀδελφέ μου; οὐ παρέχω σοι εἴ τι θέλεις; λέγει, ναί. λέγω αὐτῷ· καὶ διὰ τί κλέπτεις; λέγει μοι, συγχώρησόν μοι, οὐκ οἶδα διὰ τί· ἀλλὰ οὕτως ἁπλῶς κλέπτω. τότε λέγω αὐτῷ, τὸ ὄντως σὺ εἰπέ μοι, κἂν τί ποιεῖς αὐτὰ ἃ κλέπτεις; λέγει μοι, τῷ ὄνῳ παρέχω αὐτὰ, καὶ εὑρέθη ὅτι ἔκλεπτεν ὁ ἀδελφὸς ἐκεῖνος [1] βουκκία, φοινίκια, συκία, κρόμμυα· εἴτι δήποτε ἁπλῶς ηὕρισκε, καὶ ἔκρυβεν αὐτὰ, τὰ μὲν ὑπὸ κάτω τῆς στρώσεως αὐτοῦ· τὰ δὲ ἀλλαχοῦ. καὶ τέλος μὴ εἰδὼς τί ποιήσει αὐτὰ, ὡς ἔβλεπεν αὐτὰ ἀχρειούμενα, λοιπὸν ἀπήρχετο, ἔρριπτεν αὐτὰ, ἢ παρεῖχεν αὐτὰ ἔμπροσθεν τῶν ἀλόγων.

Ἴδετε, βλέπετε τί ἐστι τὸ ἔχειν πάθος ἐν ἕξει; βλέπετε ποία ἀθλιότης, ποία ταλαιπωρία; ᾔδει ὅτι κακόν ἐστιν, ᾔδει ὅτι κακῶς ποιεῖ, ἐθλίβετο, ἔκλαιε, καὶ ὅμως εἵλκετο ὁ ἄθλιος ὑπὸ τῆς κακῆς συνηθείας ἧς ἐποίησεν ἑαυτῷ, διὰ τῆς προλαβούσης ἀμελείας. καὶ καλῶς ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Νισθερώ, ἐάν τις κατασυρῇ ὑπὸ πάθους, γέγονε δοῦλος τοῦ πάθους. ὁ Θεὸς ὁ ἀγαθὸς ῥύσηται ἡμᾶς ἀπὸ κακῆς ἕξεως, ἵνα μὴ καὶ ἡμῖν εἴπῃ· τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; εἶπον δὲ ὑμῖν διαφόρως καὶ τὸ πῶς ἐμπίπτει τὶς εἰς ἕξιν. οὐ γὰρ ὁ ἅπαξ θυμούμενος ἤδη λέγεται θυμώδης· οὐδὲ ὁ ἅπαξ πορνεύων, λέγεται πόρνος· ἔτι ὁ ἅπαξ ἐλεῶν, λέγεται ἐλεήμων· ἀλλὰ καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία, ἐκ τοῦ συνεχῶς ἐνεργεῖσθαι ἕξιν τινὰ ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ, καὶ λοιπὸν αὐτὴ ἡ ἕξις, ἢ κολάζει, ἢ ἀναπαύει αὐτήν. τὸ δὲ πῶς ἀναπαύει τὴν ψυχὴν ἡ ἀρετὴ, καὶ πῶς κολάζει αὐτὴν ἡ κακία, εἴπομεν διαφόρως. ὅτι ἡ μὲν ἀρετὴ, φυσική ἐστι, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστιν. ἀνεξάλειπτα γὰρ σπέρματα τῆς ἀρετῆς. εἶπον οὖν ὅτι ὅσον ἐνεργοῦμεν τὰ καλὰ, ἐν ἕξει τῆς ἀρετῆς γινόμεθα· τουτέστι τὴν ἰδίαν ἕξιν ἀναλαμβάνομεν, εἰς τὴν ἰδίαν ὑγείαν ἐπανερχόμε-

Οὐχ ἁμαρτάνομεν ἐν ταῖς ἐπιφοραῖς, εἰ μὴ ἐκ τοῦ εἶναι ἡμᾶς ἀφερεπόνους, καὶ μὴ θέλειν βαστάσαι μικρὰν θλίψιν, ἢ παθεῖν τι παρὰ σκόπον· ἐπεὶ οὐ συγχωρεῖ ὁ Θεὸς ἐπενεχθῆναι ἡμῖν πρᾶγμα παρὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· πιστὸς ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα. ἀλλ' ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ μὴ ἔχοντες ὑπομονὴν, μηδὲν θέλοντες πονῆσαι μικρὸν, μηδὲ ἀνεχόμενοι δέξασθαί τι μετὰ ταπεινώσεως· διὰ τοῦτο συντριβόμεθα, καὶ ὅσον σπουδάζομεν ἐκφυγεῖν τοὺς πειρασμοὺς, τοσοῦτον βαρούμεθα ἑαυτοῖς, καὶ ὀλιγωροῦμεν, καὶ οὐδὲ ἐξελθεῖν δυνάμεθα. εἰσί τινες κολυμβῶντες διὰ χρείαν εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐὰν οἴδασι τὴν τέχνην τοῦ κολυμβῆσαι, ὅτε ἔρχεται τὸ κῦμα κατ' αὐτῶν, ὑποκάτω αὐτοῦ ἕως οὗ παρέλθῃ, καὶ λοιπὸν μένουσιν ἀβλαβῶς κολυμβῶντες. ἐὰν δὲ θελήσωσιν ἐναντιωθῆναι τῷ κύματι, ὠθεῖ αὐτοὺς ἔξω, καὶ ἀκοντίζει πολὺ διάστημα. πάλιν ὡς ἄρχονται κολυμβᾷν, ἔρχεται ἄλλο κῦμα ἐπάνω αὐτῶν, ἐὰν πάλιν ἐναντιωθῶσι, πάλιν ὠθεῖ αὐτοὺς ἔξω· καὶ μόνον συντρίβονται μηδὲν ἀνύοντες. ἐὰν δὲ, ὡς εἶπον, ὑποκύψωσι τῷ κύματι καὶ ταπεινωθῶσιν ὑποκάτω αὐτοῦ, παρέρχεται μηδὲν βλάπτων αὐτοὺς, καὶ μένουσι κολυμβῶντες ὅσον θέλουσι, καὶ ποιοῦντες τὸ ἔργον αὐτῶν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν πειρασμῶν, ἐάν τις βαστάσῃ τὸν πειρασμὸν μεθ' ὑπομονῆς καὶ ταπεινώσεως, παρέρχεται ἀβλαβῶς· ἐὰν δὲ μένῃ θλιβόμενος, ταρασσόμενος, αἰτιώμενος ἕκαστον, ἑαυτὸν κολάζει, βαρύνων καθ' ἑαυτοῦ τὸν πειρασμὸν αὐθ' οὗ οὐκ ὠφελεῖται, ἀλλὰ βλάπτεται. πάνυ γὰρ ὠφελοῦσιν οἱ πειρασμοὶ τὸν ἀταράχως ὑπομένοντα αὐτούς.

III. Non peccamus in his quæ nobis a Deo inferuntur, nisi ex maxima impatientia nostra, qui nolimus tribulationem ullam & angustiam vel minimam pati, non quidquid nobis insperato & præter opinionem acciderit. Nam Deus nihil nobis permittit evenire supra vires nostras, ut ait Apostolus: [a] *Fidelis est Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis*. Nos vero adeo debiles & imbecilles sumus, ut pati nolumus quidquam, qui laborem etiam parvum subterfugiamus, C qui nihil cum humilitate velimus suscipere; hincque conterimur, hinc angimur: quantoque magis studuerimus tentationes devitare, tanto magis illas incurrimus, his prægravamur, in his deficimus, nec ab eis possumus eripi & liberari. Sunt plerique in mari natantes ex aliqua necessitate, qui cum peritiam & artem natandi optime teneant, ubi undas in se proruentes aspexerint, incurvati illis se se subjiciunt, dum pertransierint, atque ita ab eis nusquam læduntur. Quod si vellent venienti undæ se ipsos opponere, illos absque dubio longius unda repelleret, & quasi jacularetur in mare, atque ita fatigarentur & frangerentur vi undarum, nihil o- D mnino perficientes. Idem in tentationibus contingit. Cum quis advenientem tentationem tulerit cum humilitate & patientia, illam sine molestia, sine læsione ulla pertransit. Qui si angatur, crucietur, turbetur, caussas in quemcumque referens, se ipsum lædit, & tentationem ipsam graviorem reddit, ita ut non solum non prosit ipsa tentatio, sed maxime obsit. Illi enim utile sunt tentationes qui eas intrepide susceperit ac sustinuerit.

Καὶ πάθος δὲ ἐὰν ὀχλήσῃ ἡμῖν, οὐκ ὀφείλομεν οὐδὲ ἐν τούτῳ ταράσσεσθαι· τὸ γὰρ ταραχθῆναί τινα ὀχλούμενον ὑπὸ πάθους, ἀγνωσίας ἐστὶ καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τὴν ἰδίαν κατάστασιν, καὶ ἐκ τοῦ φεύγειν τὸν κόπον, καθὼς εἶπον οἱ πατέρες. διὰ τοῦτο οὐ προκόπτομεν, ὅτι οὐκ ἐπιστάμεθα τὰ μέτρα ἑαυτῶν, οὐδὲ ἔχομεν ὑπομονὴν ἐν ᾧ ἀρχόμεθα ἔργῳ, ἀλλὰ ἀπόνως θέλομεν [2] ἀρχὴν κτήσασθαι. διὰ τί γὰρ ξενίζεται ὁ ἐμπαθὴς ὀχλούμενος ὑπὸ πάθους; διὰ τί γὰρ ταράσσεται ἐνεργήσας αὐτό; ἔχεις αὐτὸ καὶ ταράσσῃ; τοὺς ἀρραβῶνας αὐτοῦ ἔχεις, καὶ λέγεις, διὰ τί ὀχλεῖ μοι; μᾶλλον ὑπόμεινον, ἀγώνισαι, παρακάλεσον τὸν Θεόν. ἀδύνατον γάρ ἐστι μὴ ἔχειν τὴν θλίψιν τῶν παθῶν, τὸν ἐμπεσόντα εἰς τὴν ἐνέργειαν αὐτῶν. τὰ σκεύη αὐτῶν, ὡς εἶπεν ὁ ἀββᾶς Σισώης,

IV. Non igitur passio nos conturbet, non affligat: affligi enim a passione ignorantiæ est & superbiæ, quod scilicet non noverimus statum nostrum, & laborem omnem subterfugiamus, Atque hinc fit E (ut patres nostri senserunt) ut numquam proficiamus, quia metas nostras ignoramus, quia in cœptis operibus non perseveramus, quia sine labore parare virtutem credimus. Quare enim vitiosus miretur conturbatus a suo vitio? Quare affligatur, dum illud operatur? id in te habes, & turbaris? Pignora ejus tenes, & dicis: quare mihi turbas facit? Patere, sustine, certa, Deum ora. Impossibile enim est non habere eum afflictionem passionis & vitii, qui illud ad actum perduxerit. Vasa ipsius (ut ajebat abbas Sisoes) intra te sunt, da illis pignus suum,

a I. Cor. x. 13.

1 Ψυχοῦσαν] Inepte pro τυχοῦσαν. Locus itaque, ab interprete omissus, ita vertendus: *Non despicit Deus, qui [illegible] misericors est, neque [illegible] afflictionem nostram.* Emendationem acceptam referimus Cotelerio *Eccl. Gr. Monum.* tom. II. pag 60[illegible]. b.

2 Ἀρχὴν] [illegible]

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

ἔνδοθέν σου εἰσί· δὸς αὐτοῖς τὸν ἀῤῥαβῶνα αὐτῶν, καὶ A ὑπάγουσι. τὰ σκεύη εἶπε τὰ αἴτια. ἐφ' ὅσον οὖν ταῦτα ἠγαπήσαμεν καὶ ἐνηργήσαμεν, οὐ δυνατὸν μὴ αἰχμαλωτίζεσθαι ἡμᾶς ὑπὸ τῶν ἐμπαθῶν λογισμῶν, ἐκβιαζομένων ἡμῶν καὶ μὴ θέλοντας ἐνεργῆσαι τὰ πάθη· ἐπειδὴ ἑκόντες ἑαυτοὺς προεδώκαμεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ προφήτης τὴν τοῦ Ἐφραὶμ τοῦ καταδυναστεύσαντος τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ· τοῦτ' ἔστι τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ καταπατήσαντος κρίσιν, ὅτι ἐζήτησεν Αἴγυπτον, καὶ βίᾳ ἐλήφθη ἐν Ἀσσυρίοις. Αἴγυπτον λέγουσιν οἱ πατέρες τὸ θέλημα τὸ σαρκικὸν τὸ κλῖνον ἡμᾶς εἰς τὴν σωματικὴν ἀνάπαυσιν, καὶ διδάσκον εἶναι ἡδυπαθέστερον τὸν νοῦν. Ἀσσυρίους δὲ, τοὺς ἐμπαθεῖς λογισμοὺς, τοὺς θολοῦντας καὶ συγχέοντας τὸν νοῦν καὶ πληροῦντας αὐτὸν εἰδώλων ἀκαθάρτων, καὶ φέροντας αὐτὸν βίᾳ καὶ μὴ βουλόμενον, εἰς τὴν B κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν.

Ἐὰν οὖν ἑκὼν ἐκδῷ τις ἑαυτὸν τῇ ἡδυπαθείᾳ τοῦ σώματος, ἀναγκάζεται καὶ μὴ θέλων ἀχθῆναι εἰς Ἀσσυρίους βίᾳ, καὶ δουλεῦσαι τῷ Ναβουχοδονόσορ. τοῦτο εἰδὼς ὁ προφήτης διεπονεῖτο καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς· μὴ κατέλθητε εἰς Αἴγυπτον· τί ποιεῖτε ἄθλιοι, ταπεινώθητε μικρόν· κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν καὶ ἐργάσασθε τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ καθίσατε ἐπὶ τῆς γῆς τῶν πατέρων ὑμῶν. πάλιν διεγείρει αὐτοὺς λέγων, μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ὅτι μεθ' ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦ ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ. εἶτα προλέγει καὶ τὴν ἐπερχομένην αὐτοῖς θλίψιν, ἐὰν ἀπειθήσωσι τῷ Θεῷ. ἐὰν γάρ φησιν C εἰσέλθητε εἰς Αἴγυπτον, ἔσεσθε εἰς ἄβατον, καὶ ὑποχείριοι, καὶ εἰς ἀρὰν, καὶ εἰς ὀνειδισμόν. καὶ λέγουσιν αὐτῷ κἀκεῖνοι, οὐ μὴ καθίσωμεν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ὅτι εἰς Αἴγυπτον εἰσελευσόμεθα, καὶ οὐ μὴ ἴδωμεν πόλεμον, καὶ φωνῆς σάλπιγγος οὐκ ἀκούσωμεν, καὶ ἐν ἄρτοις οὐ μὴ πεινάσωμεν. κατῆλθον οὖν καὶ ἐδούλευον ἑκόντες τῷ Φαραώ. εἶτα ἤχθησαν βίᾳ εἰς Ἀσσυρίους, καὶ ἐδούλευσαν αὐτοῖς καὶ μὴ θέλοντες.

Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν εἰς τὸ λεγόμενον. πρὸ τοῦ ἐνεργῆσαί τινα τὸ πάθος, κἂν ἐπιστρατεύσωσιν οἱ λογισμοὶ κατ' αὐτοῦ, ἀλλά πως ἐν τῇ ἰδίᾳ πόλει ἐστὶν, ἔχει δὲ καὶ τὸν Θεὸν βοηθοῦντα αὐτῷ. ἐὰν D οὖν ταπεινωθῇ τῷ Θεῷ, καὶ βαστάξῃ τὸ ζυγὸν τὸ τῆς θλίψεως καὶ τοῦ πειρασμοῦ μετὰ εὐχαριστίας, καὶ ἀγωνίζηται μικρὸν, ἡ βοήθεια τοῦ Θεοῦ ἐξαιρεῖται αὐτόν. ἐὰν δὲ φύγῃ τὸν κόπον, καὶ κατέλθῃ εἰς τὴν ἡδυπάθειαν τοῦ σώματος, τότε ἄγεται βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὴν γῆν τῶν Ἀσσυρίων, καὶ δουλεύει αὐτοῖς κἂν μὴ θέλων. τότε λοιπὸν λέγει αὐτοῖς ὁ προφήτης, εὔξασθε ὑπὸ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ. ὅτι ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία ὑμῶν. Ναβουχοδονόσορ ἐστὶ, τὸ μὴ ὀλιγωρεῖν τινα πρὸς τὴν θλίψιν τοῦ συμβαίνοντος αὐτῷ πειρασμοῦ, μηδὲ ἀπολακτίζειν ἀπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ μετὰ ταπεινώσεως βαστάζειν, ὡς χρεωστῶν παθεῖν, καὶ ἔχει ὅτι οὐκ ἔστιν ἄξιος οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι τοῦ βάρους, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τοῦ E χρονίσαι, καὶ στερεωθῆναι κατ' αὐτοῦ τὸν πειρασμόν. κἂν συνεῖδεν ἑαυτῷ τὴν αἰτίαν, κἂν πρὸς τὸ παρὸν, κἂν μὴ συνεῖδε, πιστεύων ὅτι οὐδὲν ἄκριτον παρὰ τῷ Θεῷ, οὐδὲ ἄδικον. ὥσπερ ἔλεγεν ἐκεῖνος ὁ ἀδελφὸς λυπούμενος καὶ [1] κλέων, ἐπειδὴ ἐπῆρεν ὁ Θεὸς τὸν πειρασμόν· Κύριε οὐκ εἰμὶ ἄξιος θλιβῆναι μικρόν; πάλιν γέγραπται ὅτι μαθητὴς μεγάλου γέροντος ἐπολεμήθη εἰς πορνείαν· καὶ βλέπων αὐτὸν ὁ γέρων κοπιῶντα, λέγει αὐτῷ· θέλεις παρακαλέσω τὸν Θεὸν, καὶ κουφίζει ἀπό σου τὸν πό-

& abibunt. Vasa dicit caussas, quas cum diligimus atque operamur, impossibile est non captivari nos a vitiosis cogitationibus, quæ postmodum nos cogunt etiam nolentes operari vitia, ex quo volentes illis dedimus manus. Et hoc est quod ait Propheta [a] de Ephraim prævalente in adversarium suum, hoc est in propriam conscientiam, & conculcante judicium; quoniam quæsivit Ægyptum, & vi deprehensus est in Assyriis. Ægyptum interpretantur patres carnalem quietem & otium, ac sensum libidinosum. Assyrios autem vocant vitiosas & impuras cogitationes, quæ mentem nostram confundunt & turbant, & replent eam idolis immundis, (*) trahentes vi etiam nolentem ad actionem peccati.

V. Cum igitur quis se se dediderit libidini corporis, cogitur nolens etiam trahi in Assyrios ad serviendum Nabuchodonosor. Quod Propheta cognoscens, affligebatur admodum & dicebat eis: [b] *Ne pergatis in Ægyptum*. Quid enim facitis miseri, humiliamini parumper, inclinate humeros vestros & opera vestra præstate regi Babylonis, sedete in terra patrum vestrorum. Iterum excitabat eos dicens: [c] *Nolite timere a facie ejus, quoniam nobiscum est Deus, potens liberare nos de manu ejus*. Deinde prædicit eis futuram afflictionem, nisi Deo paruerint. [d] Si enim, inquit, perrexeritis in Ægyptum, eritis cum eo ceu invium quoddam, & eritis servi, & in maledictionem & confusionem & opprobrium. Responderuntque infelices & miseri: [e] *Non sedebimus in terra hac, sed ingrediemur Ægyptum: & non videbimus bellum, neque sonitum tubæ audiemus: & in panibus non esuriemus*. Profecti igitur sunt, & sponte Pharaoni servierunt. Haud vero multo post nolentes tracti sunt in Assyrios: & ipsis pariter servierunt.

VI. Advertite, obsecro, animum ad ea quæ dicta sunt. Ante quam quis peccatum ad actum perduxerit, etsi contra ipsum pugnaverint cogitationes, tamen in sua civitate adhuc liber est, & Deum habet opitulantem sibi. Si igitur Deo cervicem humiliet, feratque tentationis & tribulationis jugum cum gratiarum actione, concertetque paullulum, nec bello statim cedat, auxilio Domini liberatur. Quod si pugnam subterfugerit & laborem, reclinaveritque se ipsum in corporeas voluptates, tunc vi trahitur invitus ad terram Assyriorum, & servituti eorum nolens subjicitur. Qua de caussa inclamat illis Propheta: [f] *Orate ut vivat Nabuchodonosor, quod in vita ejus est salus vestra*. Nabuchodonosor est non deficere ad ullam tribulationem, neque statim superveniente ad ullam tentationem recalcitrare, sed cum humilitate ferre & pati illam ut debitores, existimareque nos ipsos indignos liberari hujuscemodi tentatione, orareque Deum potius ut prorogetur, vigeat, firmeturque in nobis tentatio, sive noverimus, sive ignoraverimus ipsius tentationis caussam, hoc ipsum certe tenentes, nihil esse apud Deum iniquum, nihil injustum. Quod dixit frater ille mæstus & flens, cum ab eo Dominus tentationem abstulisset: Domine num ego non sum dignus modica aliqua tribulatione? Scriptum est etiam de discipulo magni patris, qui a fornicationis spiritu maxime vexabatur, quod interrogatus a patre an orari pro se

a Osee v. 13. b Jer. XLII. 19. c Ibid. ℣. 11. d Ibid. ℣℣. 15. 16. e Ibid. ℣℣. 13. 14. f Bar. I. 11. 12.

1 Κλέων] κλαίων.

* Caute lege ut etiam aliis locis, ubi ita loqui solet, forsan hyperbolice de vehementia impuræ cogitationis aut vitiosi habitus: alioquin in omni actu letalis peccati adest actio voluntatis plene libera & sui juris.

λεμον; ὁ δὲ εἶπεν· εἰ καὶ κοπιῶ ἀββᾶ, ἀλλὰ βλέπω ἐκ τοῦ πόνου καρπὸν εἰς ἐμέ. τοῦτο δὲ μᾶλλον παρακάλεσον τὸν Θεὸν, ἵνα δώσῃ μοι ὑπομονήν.

A Deum vellet ut auferretur ab eo hujuscemodi tentatio, responderit: Etsi laborem, ut vides pater abba: affligarque non modicum; non ignoro tamen quantum fructus & utilitatis hinc mihi proveniat. Quare Deum potius ora ut mihi constantiam & patientiam largiatur.

¹ Εἶδον οὗτοί εἰσιν ἀκριβῶς οἱ σωθῆναι θέλοντες, τοῦτό ἐστι τὸ βαστάσαι μετὰ ταπεινοφροσύνης τὸν ζυγὸν, καὶ εὔξασθαι ὑπὲρ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ. διὰ τοῦτο λέγει ὁ προφήτης, ὅτι ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία ὑμῶν. ὅμοιόν ἐστι τὸ εἰπεῖν τὸν ἀδελφὸν, βλέπω καρπὸν ἐκ τοῦ κόπου εἰς ἐμὲ, τῷ εἰπεῖν, ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐστιν ἡ σωτηρία μου. ὡς δηλοῖ καὶ ὁ γέρων αὐτῷ, σήμερον ἔγνων ὅτι ἐν προκοπῇ εἶ, καὶ ὑπερβαίνεις με. ἐπὰν γὰρ ἀγωνίσηταί τις πρὸς τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καὶ ἄρξηται πολεμεῖν, καὶ πρὸς τοὺς κατὰ διάνοιαν λογισμοὺς ἐμπαθεῖς ταπεινοῦται, συντρίβεται, ἀγωνίζεται, καὶ διὰ τῆς θλίψεως τῶν ἀγώνων κατὰ μικρὸν καθαίρεται καὶ ἐπανέρχεται εἰς τὸ κατὰ φύσιν. ὥστε καθὼς εἴπομεν, ἀπὸ ἀγνωσίας καὶ ὑπερηφανίας ταράσσεταί τις ὅταν ὀχλεῖται ὑπὸ πάθους, ἀλλὰ μᾶλλον μετὰ ταπεινώσεως ὀφείλει εἰδέναι τὰ ἴδια μέτρα· καὶ ὑπομένειν εὐχόμενος, ἕως ποιήσει ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ τὸ ἔλεος. ἐὰν γὰρ μὴ πειρασθῇ τις, καὶ ἴδῃ τὴν θλῖψιν τῶν παθῶν, οὔτε ἀγωνίζεταί ποτε καθαρθῆναι. καὶ λέγει ὁ ψαλμὸς περὶ τούτου, ἐν τῷ ἀνατεῖλαι ἁμαρτωλοὺς ὡσεὶ χόρτον, καὶ διέκυψαν πάντες οἱ ἐργαζόμενοι, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ἁμαρτωλοὶ ἀνατέλλοντες ὡσεὶ χόρτος εἰσὶν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοί. ἀσθενὴς γάρ ἐστιν ὁ χόρτος, καὶ μὴ ἔχων δύναμιν. ὅτε οὖν ἀνατείλωσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ ἐν τῇ ψυχῇ, τότε διακύπτουσι, τοῦτ' ἔστιν ἀναφαίνονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οἵτινες εἰσὶ τὰ πάθη, ὅπως ἂν ἐξολοθρευθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. ὅταν γὰρ ἀναφανῶσι τὰ πάθη τοῖς λεγομένοις, τότε ἐξολοθρεύονται ὑπ' αὐτῶν.

VII. Ecce eos qui diligentes & anxii sunt circa salutem suam: hoc est enim ferre jugum cum humilitate. Hinc Propheta ait: *Orate pro vita Nabuchodonosor, quoniam in ipsius vita est salus vestra.* Idem fere est dicere: video fructum qui mihi ex labore & tentatione provenit: & dicere, *quoniam in ipsius vita est salus vestra.* Quod ita esse ostendit & senior prædictus cum discipulo responderet, dicens: Cognovi hodie fili, quia & proficis, & jam me superas. B Cum enim quis oppugnatur ut ad peccati actum proveniat; ille autem virili animo repugnat & resistit pravis cogitationibus, humiliatur, affligitur, certat, & per labores afflictionesque certaminis paullatim purgatur, & quasi redit ad id quod est sibi a natura ingenitum. Ut quoque diximus, ab ignorantia & superbia sua affligitur qui sub passione turbatur, cum magis deberet mensuram suam cognoscere cum humilitate, & sustinere supplicans, donec cum eo misericordiam faceret Deus. Nisi enim tentatus quis fuerit, videritque afflictionem passionum, haud certabit aliquando ut purgetur. Ac de similibus loquitur Psalmus: [a] *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, &* C *apparuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in sæculum sæculi.* Peccatores qui ut fœnum oriuntur, sunt impuræ cogitationes. Est enim debile quid & infirmum fœnum nullam habens potentiam. Cum igitur oriuntur in anima vitiosæ cogitationes, tunc apparent omnes qui operantur iniquitatem, quæ sunt ipsa vitia, ut intereant in sæculum sæculi. Cum enim apparuerint vitia ante concertatores & athletas, statim ab eis perimuntur.

Νοήσατε τὴν ἀκολουθίαν τοῦ λόγου. πρῶτον ἀνατέλλουσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ, ἔπειτα ἀνακύπτουσι τὰ πάθη, εἶθ' οὕτως ἐξολοθρεύονται. ταῦτα πάντα ἀγωνιζομένων εἰσίν. ἡμεῖς δὲ ποιοῦντες τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καὶ ἀεὶ ἐπεκδικοῦντες τὰ πάθη· οὔτε οἴδαμεν πότε ἀνατέλλουσιν οἱ ἐμπαθεῖς λογισμοὶ, οὐδέ ποτε ἀνακύπτουσι τὰ πάθη, ἵνα ἀγωνισώμεθα πρὸς αὐτά· ἀλλὰ κάτω ἐσμὲν ἀκμὴν, εἰς Αἴγυπτον, εἰς τὴν ἐλεεινὴν πλινθοποιΐαν τοῦ Φαραώ. καὶ τίς δώσει ἡμῖν κἂν εἰς αἴσθησιν ἐλθεῖν τῆς πικρᾶς δουλείας ἡμῶν, ἵνα ταπεινωθῶμεν, καὶ σπουδάσωμεν ἐλεηθῆναι; ὅτε ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐδούλευον τῷ Φαραὼ, ἐποίουν τὴν πλινθείαν, οἱ δὲ πλινθάριοι ἐργαζόμενοι πάντοτε κάτω εἰσὶ κεκυμμένοι εἰς τὴν γῆν προσέχοντες· οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἐὰν κυριευθῇ ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ποιεῖ τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, καταπατεῖ τὸ φρόνημα αὐτῆς, καὶ ποιεῖ αὐτὴν μηδὲν φρονεῖν πνευματικὸν, ἀλλὰ πάντοτε τὰ γήϊνα καὶ φρονεῖν καὶ ποιεῖν. εἶτα ᾠκοδόμησαν αὐτῷ ἐκ τῶν πλινθείων ὧν εἰργάσαντο, τρεῖς πόλεις ὀχυρὰς, τὴν Πιθὼ καὶ τὴν Ραμεσσὴ, καὶ τὴν Ων· ἥ ἐστιν, Ἡλιόπολις. αὗται δέ εἰσι, φιληδονία, φιλοδοξία, καὶ φιλαργυρία, ἐξ ὧν συνίσταται πᾶσα ἁμαρτία. ὅτε δὲ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Μωϋσῆν ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου καὶ ἐκ τῆς δουλείας τοῦ Φαραὼ, καταβαρύνει κατ' αὐτῶν τὰ ἔργα, καὶ λέγει αὐτοῖς, σχολασταί ἐστε, σχολάζετε, διὰ τοῦτο λέγετε, ἀπελθόντες λατρεύσωμεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. ὁμοίως καὶ ὁ διάβολος ὅταν ἴδῃ ἐπινεύειν ὁ Θεὸς τοῦ ἐλεῆσαι ψυχὴν καὶ κουφίσαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν παθῶν διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ, ἢ διά τινος τῶν δούλων αὐτοῦ, τότε καὶ αὐτὸς πλεῖον βαρεῖ κατ' αὐτῆς τὰ πάθη, καὶ σφοδροτέρως πολεμεῖ αὐτήν.

VIII. Contemplamini consequentiam orationis. Oriuntur primo cogitationes malæ, post apparent vitia, inde omnia intereunt. Hæc omnia ad athletas pertinent. Nos vero peccatum ad actum perducen- D tes, & semper vitia ipsa consummantes, neque nosse quimus quando oriantur malæ cogitationes, neque quando appareant vitia, ut pugnemus adversus ea, sed adhuc in Ægypto inferiore subsistimus lateritiam sub Pharaone exercentes. Et quis dabit nobis ut perveniamus ad sensum & cogitationem miseræ servitutis nostræ, ut humiliemur, & misericordiam consequi studeamus? Cum essent filii Israel in Ægypto sub Pharaonis servitute & lateritiam exercerent, semper in laboribus erant, & solo fixos oculos semper tenebant: Sic & anima cum imperio diaboli subjecta fuerit, & ex peccati actione infirma sapientiam suam conculcaverit, cogitur a diabolo ipso terrena semper & sapere & face- E re, & spiritualia quæque negligere. Ædificarunt deinde sibi filii Israel ex lateribus quos fecerant, urbes tres munitissimas, scilicet, Pitho, Ramesin, & On, quæ est urbs Solis. Hæ autem sunt luxuria, avaritia & inanis gloria, ex quibus peccatum omne conficitur. Ubi vero misit Dominus Moysen qui educeret eos ex Ægypto & servitute Pharaonis, aggravati sunt magis operibus a rege, qui ait eis: [b] *Otiosi estis & desides, atque ideo dicitis; Eamus, sacrificemus Domino Deo nostro.* Sic diabolus cum viderit Deum decrevisse infelici animæ misereri, & curam illius habere ut eripiat a vitiis & peccatis, vel per verbum suum, vel per aliquem servorum suorum; tunc & ipse aggravat magis in ea vitia, & vehementius illam impugnat.

a Psalm. xci. 8. b Exod. v. 17.

1 Εἶδον] ἰδού.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 595.

Οἱ δὲ πατέρες τοῦτο εἰδότες, ἐνδυναμοῦσι τὸν ἄνθρωπον διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀφιοῦσιν αὐτὸν φοβηθῆναι· ὁ μὲν λέγων· ἔπεσας; ἀνάστα· καὶ εἰ πάλιν ἔπεσας, ἀνάστα· καὶ πάλιν, καὶ εἰ ἑξῆς. ἄλλος δὲ πάλιν λέγει, ἡ ἰσχὺς τῶν θελόντων κτήσασθαι τὰς ἀρετὰς, τοῦτό ἐστιν, ἵνα ἐὰν πέσωσι, μὴ μικροψυχήσωσιν· ἀλλὰ πάλιν φροντίσωσι, καὶ ἕκαστος αὐτῶν ἁπλῶς διαφόρως. ὁ μὲν τοιόσδε παρέχει χεῖρα τοῖς ἀγωνιζομένοις καὶ θλιβομένοις ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ. καὶ αὐτοὶ γὰρ οὕτως παρέλαβον ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς λεγούσης, μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; ἐπιστράφητε πρός με τέκνα, καὶ ἰάσομαι τὰ συντρίμματα ὑμῶν, λέγει Κύριος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὡς δὲ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ Φαραὼ, καὶ ἐπὶ τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, καὶ ἠθέλησεν ἀποστεῖλαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγει τῷ Μωϋσῇ, βαδίζετε, λατρεύετε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν, πλὴν τῶν προβάτων ὑμῶν καὶ τῶν βοῶν ὑμῶν ὑπολείπεσθε· ἅ τινα σημαίνει τοὺς κατὰ διάνοιαν λογισμοὺς, ὧν ἤθελεν ὁ Φαραὼ κυριεῦσαι, ἐλπίζων δι' αὐτῶν ἕλκειν πάλιν τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ πρὸς ἑαυτόν. καὶ λέγει αὐτῷ Μωϋσῆς ἐκεῖ· οὐχὶ, ἀλλὰ καὶ σὺ δώσεις ἡμῖν θυσίας καὶ ὁλοκαυτώματα ἃ προσοίσωμεν Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ τὰ κτήνη ἡμῶν πορεύσονται μεθ' ἡμῶν, καὶ οὐχ ὑπολειψόμεθα οὐδὲ ὁπλήν. ὡς δὲ ἐξήγαγεν ὁ Μωϋσῆς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου, διεπέρασεν αὐτοὺς τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν· θέλων αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἀγαγεῖν εἰς τὰ ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων, καὶ εἰς τὰς ιβ'. πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρῶτον αὐτοὺς εἰς Μερρὰν, καὶ θλίβεται ὁ λαὸς μὴ εὑρίσκων [1] ποιεῖν διὰ τὸ εἶναι τὸ ὕδωρ πικρὸν, καὶ διὰ τῆς Μερρᾶς ἤνεγκεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τῶν ἑβδομήκοντα φοινίκων, καὶ τῶν δώδεκα πηγῶν τῶν ὑδάτων. οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ὅταν παύσηται τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας, καὶ παρέλθῃ τὴν νοητὴν θάλασσαν, πρῶτον θέλει κοπιάσαι ἀγωνιζομένη καὶ πολλὰ θλιβομένη, καὶ οὕτως διὰ τῶν θλίψεων εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάπαυσιν. διὰ πολλῶν γὰρ θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. αἱ θλίψεις γὰρ κινοῦσι τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν ψυχὴν, ὥσπερ οἱ ἄνεμοι κινοῦσι τὴν βροχήν. καὶ ὥσπερ ἡ βροχὴ ἐπὶ πολὺ κατερχομένη, ἐὰν ἔστιν ἔτι τὸ βλάστημα ἁπαλὸν, σήπει αὐτὸ, καὶ ἀπόλλυται ὁ καρπὸς αὐτοῦ· οἱ δὲ ἄνεμοι κατὰ μέρος ἀναξηραίνουσι καὶ στερεοῦσιν αὐτό· οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. ἡ [2] ἄνεσις καὶ ἡ ἀμεριμνία, καὶ ἡ ἀνάπαυσις χαυνοῦσι καὶ διαχέουσιν αὐτήν· οἱ δὲ πειρασμοὶ συσφίγγουσι καὶ ἑνοῦσιν αὐτὴν τῷ Θεῷ, ὡς λέγει προφήτης. Κύριε ἐν θλίψει ἐμνήσθημέν σου. ὥστε καθὼς εἴπομεν, οὐ χρὴ ταράσσεσθαι ἡμᾶς, οὐδὲ ἀκηδιᾶν ἐν τοῖς πειρασμοῖς· ἀλλ' ὑπομένειν καὶ εὐχαριστεῖν ἐν τοῖς θλίψεσι, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ ἐν ταπεινώσει διὰ παντὸς, ἵνα ποιήσῃ μετὰ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλεος, καὶ σκεπάσῃ ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς πειρασμοῦ εἰς δόξαν αὐτοῦ, ἀμήν.

IX. Quod cum a patribus noſtris cognitum eſſet, corroborare hominem doctrina ſua ſtuduerunt, & ne timeret adhortati ſunt. Et alius quidem ait: Cecidiſti? ſurge. Et ſi denuo cecideris, denuo ſurge. Alius autem item dicit: Robur eorum qui ad parandas virtutes ſtudent, eſt ut cum ceciderint, non deficiant animo, ſed rurſum reſpirent, & reſurgentes curam ſui habeant, & eorum quilibet, ut animus tulit ſimpliciter & differenter. Porrigit alius manus concertanti & pugnanti viriliter cum hoſte. Quod ſane ut facerent, ita ſunt a ſacra ſcriptura edocti, quæ ait: [a] *Numquid qui cecidit, non reſurget? Numquid averſus non convertetur?* [b] *Convertimini ad me filii, & ſanabo contritiones veſtras, ait Dominus*; & alia plurima hujuſcemodi. Ut autem aggravata eſt manus Domini ſuper Pharaonem & ſuper ſervos ejus, & voluit dimittere filios Iſrael, ait Moyſi [c] *Ite, ſacrificate Domino Deo veſtro; verumtamen relinquite oves & boves veſtros*: qui ſignificant cogitationes mentis noſtræ, quibus dominari voluit Pharao, ſperans per eas rurſus filios Iſrael ad ſe pertrahi poſſe. Et reſpondit illi Moyſes: [d] *Nequaquam hoc fiet, ſed dabis etiam nobis ſacrificia & holocauſta quæ Domino Deo noſtro offeramus; & jumenta quoque noſtra nobiſcum pariter proficiſcentur, neque tibi unicam illorum ungulam relinquemus.* Ut vero eduxit Moyſes filios Iſrael ex Ægypto, & tranſvexit illos mare rubrum: volens illos Domino adducere ad ſeptuaginta truncos palmarum & ad duodecim fontes aquarum, primum eos traxit in Meram, ubi affligitur & cruciatur populus; non inveniens quid biberet, cum amara eſſet aqua: & ex Mera duxit eos in locum ſeptuaginta palmarum & duodecim fontium. Hæc animæ ſimilitudo eſt, quæ ubi quieſcit abſque peccato ullo, & ſpirituale mare pertranſit, primum vult concertare cum anguſtiis atque afflictionibus, & ex his pervenire in ſanctam requiem. [e] *Per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum.* Tribulationes enim noſtræ movent miſericordiam Dei in animam, ut venti pluviam. Et quemadmodum ſuperflua pluvia adveniens cum germen floridum eſt, illud facit putreſcere & perire una cum fructu; venti autem ſi interſpiraverint, deſiccant & firmant illud: ſic eſt & in anima. Remiſſio, incuria, deſidia, otium, illam fatigant & diſſipant. Tentationes autem adſtringunt eam & Deo conjungunt, ut ait Propheta: [f] *Domine in tribulatione recordati ſumus tui.* Itaque, ut diximus, haud affligi nos decet & angi inter tribulationes: ſed patienter ferendum, & agendæ Deo ſunt gratiæ cum tentamur, ſupplicandumque illi ſemper, ut miſericordiam ſuam infirmitati noſtræ addat, & protegat nos ab omni tentatione in gloriam ſuam. Amen.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ιδ'.

Περὶ οἰκοδομῆς καὶ ἁρμολογίας τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν.

Ἡ Γραφὴ λέγει περὶ ἐκείνων τῶν μαιῶν, αἵ τινες ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα τῶν Ἰσραηλιτῶν, ὅτι διὰ τὸ φοβεῖσθαι τὰς μαίας τὸν Θεὸν, ἐποίησαν ἑαυταῖς οἰκίας. ἆρα περὶ αἰσθητῶν οἰκιῶν λέγει; καὶ ποῖον λόγον ἔχει τοῦ κτίζεσθαι ταύτας οἰκίας διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ; καίτοι γε ἡμεῖς τὸ ἐναντίον, καὶ οὓς ἔχομεν οἴκους διδασκόμεθα ἐν καιρῷ καταλιμπάνειν διὰ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ· ὥστε οὐ λέγει περὶ αἰσθητοῦ οἴκου, ἀλλὰ περὶ τοῦ οἴκου τῆς ψυχῆς, ὃν οἰκοδομεῖ τις ἑαυ-

DOCTRINA XIV.

De ædificio & harmonia virtutum animæ.

I. NArrat ſcriptura [g] de obſtetricibus illis, quæ Iſraelitarum maſculos educabant, quia cum Deum timuiſſent, ædificarunt ſibi domos. Hoc ne de materialibus domibus intelligendum? Qua igitur ratione dictum, cum timuiſſent Deum, ſibi domos ædificaverunt? Et nos, inquam, contrarium facere docemur, ut ſcilicet quas habemus domos, ad tempus relinquamus ob timorem Dei; ita ut clarum fit, non de ſenſibilibus domibus, ſed de domicilio

[a] Jer. VIII. 4. [b] Jer. III. 22. [c] Exod. X. 24. [d] Ibid. ℣℣. 25. 26. [e] Act. XIV. 21. [f] Iſa. XXXIII. 2. [g] Exod. I. 21.

1 Ποιεῖν] πιεῖν. 2 Ἄνεσις] ἄνεσις.

τῷ, διὰ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. διδάσκει ἡμᾶς διὰ τοῦτο ἡ γραφὴ, ὅτι ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ παρασκευάζει τὴν ψυχὴν φυλάττειν τὰς ἐντολὰς, καὶ διὰ τῶν ἐντολῶν οἰκοδομεῖται ὁ τῆς ψυχῆς οἶκος. προσχῶμεν καὶ ἡμεῖς ἀδελφοὶ ἑαυτοῖς, φοβηθῶμεν τὸν Θεὸν καὶ ἡμεῖς· οἰκοδομήσωμεν ἑαυτοῖς οἰκίας, ἵνα εὕρωμεν ἑαυτοῖς σκέπην ἐν καιρῷ χειμῶνος, ἐν καιρῷ ὄμβρων καὶ ἀστραπῶν, καὶ βροντῶν, ὅτι ἀνάγκη ἐστὶ μεγάλη τοῦ χειμῶνος τῷ μὴ ἔχοντι οἶκον. πῶς δὲ οἰκοδομεῖται ὁ οἶκος τῆς ψυχῆς, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ οἴκου δυνάμεθα μαθεῖν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ πράγματος. χρήζει γὰρ ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τοῦτον, πανταχόθεν ἀσφαλίσασθαι αὐτὸν, καὶ ἐκ τετραπλεύρου ἀνενέγκαι τὴν οἰκοδομὴν, καὶ μὴ ἑνὸς μὲν μέρους φροντίζειν, τῶν δὲ ἄλλων καταφρονεῖν, ἐπεὶ οὐδὲν ὠφελεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸν σκοπὸν καὶ τὰ δαπανήματα, καὶ τὸν κόπον, ὅλα εἰς μάτην ποιεῖ. οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς. χρήζει γὰρ ὁ ἄνθρωπος μηδενὸς μέρους τῆς οἰκοδομίας αὐτοῦ ἀμελεῖν· ἀλλ' ἴσην καὶ ἁρμοδίως ἀναφέρειν αὐτήν. τοῦτο δέ ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης· ἐγὼ θέλω τὸν ἄνθρωπον λαμβάνειν μικρὸν ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς, καὶ μὴ καθώς τινες ποιοῦσι, κρατοῦντες μίαν ἀρετὴν, καὶ μένοντες εἰς αὐτὴν, καὶ αὐτὴν ἐργαζόμενοι μόνον, τῶν δὲ λοιπῶν ἀμελοῦντες. ἴσως δὲ καὶ προτέρημά τι ἔχουσιν εἰς αὐτὴν τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐκ τούτου, οὔτε βαροῦνται ὑπὸ τοῦ ἐναντιουμένου πάθους αὐτῆς, λοιπὸν κλέπτονται ὑπὸ τῶν ἄλλων παθῶν, καὶ βαροῦνται ὑπ' αὐτῶν, καὶ οὐ μέλει αὐτοῖς, ἀλλὰ νομίζουσιν ἔχειν τι μέγα. οὗτοι δὲ ἐοίκασι τῷ οἰκοδομοῦντι ἕνα τοῖχον, καὶ ὑψοῦντι αὐτὸν ἄνω ὅσον δύναται, καὶ προσέχοντι εἰς τὸ ὕψος τοῦ τοίχου ἐκείνου, καὶ νομίζοντι οἷόν τι μέγα ἐποίησε, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι εἰς ἄνεμος, ἐὰν ἔλθῃ, βάλλει αὐτὸν κάτω· μόνος γὰρ ἵσταται, μὴ ἔχων τὸν σύνδεσμον τῶν ἄλλων τοίχων. καὶ οὔτε σκέπην δύναταί τις ποιῆσαι ἑαυτῷ ἀπὸ ἑνὸς τοίχου· γεγύμνωται γὰρ ἐξ ὅλων τῶν ἄλλων μερῶν· οὐ χρὴ δὲ οὕτως ποιεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ θέλων οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι αὐτῷ σκέπην, ὀφείλει ἐκ παντὸς μέρους οἰκοδομεῖν αὐτὸν, καὶ πανταχόθεν αὐτὸν ἀσφαλίζεσθαι.

Καὶ λέγω πῶς, πρῶτον ὀφείλει βαλεῖν τὸ θεμέλιον, ἥτις ἐστὶν ἡ πίστις· ἄνευ γὰρ πίστεως, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ· καὶ οὕτως κτίζειν ἐπὶ τὸν θεμέλιον τοῦτον τὴν οἰκοδομὴν κατὰ ἀναλογίαν. ὑπήντησεν ὑπακοή; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον ὑπακοῆς· συμβαίνει παροξυσμὸς ἀδελφοῦ; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον μακροθυμίας· ὑπήντησεν ἐγκράτεια; ὀφείλει βαλεῖν ἕνα λίθον ἐγκρατείας. οὕτως ἀπὸ ἑκάστης ἀρετῆς ἀπαντώσης, δεῖ βαλεῖν ἕνα λίθον εἰς τὴν οἰκοδομὴν, καὶ οὕτως κύκλῳ ἀναφέρειν αὐτήν· ἀπὸ ἑνὸς λίθου συμπαθείας, ἑνὸς λίθου κοπῆς θελήματος, ἑνὸς λίθου πρᾳότητος, καὶ τῶν ὁμοίων. ἐπιμελεῖσθαι δὲ ὀφείλει ἐν πᾶσι τούτοις τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀνδρείας· αὗται γάρ εἰσιν αἱ γωνίαι, καὶ δι' αὐτῶν συσφίγγεται ἡ οἰκοδομὴ καὶ ἑνοῦται τοῖχος πρὸς τοῖχον, καὶ οὐ κλίνουσιν οὐδὲ ῥήγνυνται ἀπ' ἀλλήλων οἱ τοῖχοι. χωρὶς γὰρ τούτων, οὐκ ἠδύνατό τις τελειῶσαι οὐδεμίαν ἀρετήν. ἐὰν γὰρ μὴ ἔχῃ τις ἀνδρείαν ἐν τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ὑπομένει, καὶ ἐὰν μὴ ἡ ὑπομονὴ, οὐδεὶς δύναται παντελῶς κατορθῶσαι. διὰ τοῦτο λέγει, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· θέλει ὁμοίως ὁ κτίζων, ἕκαστον λίθον κατὰ πηλοῦ βάλλειν. ἐὰν γὰρ βάλῃ λίθον ἐπάνω λίθου ἄνευ πηλοῦ, κλῶνται οἱ λίθοι καὶ πίπτει ὁ οἶκος. ὁ πηλός ἐστιν ἡ ταπείνωσις. ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ἐστὶ πάντων. πᾶσα γὰρ ἀρετὴ ἄνευ ταπεινώσεως γιγνομένη, οὐκ ἔστιν ἀρετὴ, ὡς λέγει καὶ εἰς τὸ γεροντικόν. ὥσπερ ἀδύνατον ναῦν χωρὶς ἥλων κατασκευασθῆναι, οὕτως ἀμήχανον χωρὶς

A animæ habere fermonem, quod quifque fibi exftruit, cum divina mandata cuftodit. Nos igitur docet per hoc facra fcriptura, quod Dei timor animam præparat ad ipfius præcepta cuftodienda, & per Dei præcepta animæ domus exftruitur. Quare nobis ipfis fratres intendamus, timeamus & nos Deum, ædificemus nobis domos quibus hiberno tempore protegamur, & tonitrua, fulgura & pluviam declinemus: grave enim eft hiems his qui domo caruerint. At quo pacto ædificatur animæ domus, poffumus a materiali rei hujus diligentiam perdifcere. Opus primum eft qui voluerit domum condere, undique illam præmunire, & a quatuor partibus attollere ædificium; nec unius tantum partis habere curam, ceteras vero negligere, quandoquidem B nihil proficit: fed & laborem & fumtum atque omnia denique perdit. Id ipfum eft in anima, cujus nullam partem debet homo neglectui habere: fed æqualiter & apte eam erigere. Et hoc eft quod ajebat fenior ille venerabilis Joannes abbas: Libet mihi, hominem ab unaquaque virtute pauxillum quid decerpere, & non (ut plurimi faciunt) uni femper virtuti infiftere, ceteras negligere. Hi enim cum in ea ipfa virtute cui infiftunt, principatum fortaffe teneant, nec ab oppofito & contrario ullo ipfius virtutis oppugnentur; a reliquis tamen paffionibus fubducuntur & oppugnantur, nullaque illis cura deinceps eft, fed exiftimant fe fe magnum quippiam tenere. Hi fimiles mihi videntur ei qui cum parietem ædificare voluerit, & attollere quantum quiveC rit, ad ipfius altitudinem tantum profpectum habet, & magnum aliquid exftruiffe fe credit; non profpicit autem quod quivis ventus etiam modicus fpiraverit, illum poteft ad terram dejicere. Non enim catenam habet & conjunctionem aliorum parietum. Neque poteft quis fibi tectum facere ex uno pariete: privatus enim eft ceteris partibus. At vero minime fic agendum eft, fed potius qui ædificare fibi voluerit domicilium, & tectum facere, ex omni parte illud ædificet, & undique munitiffimum reddat.

II. Atque hoc quo pacto faciat, docebo: Primum igitur jacienda funt fundamenta, quæ fides eft: [a] *Sine fide* enim, ut ait Apoftolus, *impoffibile eft placere Deo*. Conftruat deinde fupra fundamentum ædiD ficium excellentiffimum. Occurrit obedientia? Adjiciat lapidem primum obedientiæ. Contingit ira vel commotio ulla fratris in fe? Apponat alterum patientiæ lapidem. Intercurrit incontinentia? Tertium addat continentiæ lapidem. Et fic a quacumque virtute quæ occurrerit, fumendus eft lapis, atque ædificio apponendus: & fic per circuitum attollendum hinc quidem lapide mifericordiæ, inde mortificatæ voluntatis, alia ex parte lapide manfuetudinis, atque aliarum hujufcemodi virtutum. Ante omnia autem procuranda eft patientia & longanimitas: hæc enim anguli domus funt: quibus ædificium ipfum conftringitur, & parieti paries annectitur & copulatur; ita ut refcindi aut decidere, divellique alter ab altero numquam queat. Abfque his etiam nemo poteft ne unam quidem in E fe virtutem perficere. Nifi enim quis in anima fortitudinem habuerit, nihil patietur; & fi non fuerit patientia, nihil umquam poterit erigere. Hinc ait Dominus: [b] *In patientia veftra poffidebitis animas veftras*. Debet etiam qui exftruit aut ædificat, lapidem cum cæmento adjicere. Si enim lapidem lapidi quis abfque cæmento & calce fuperimponat, excutiuntur lapides & ruit domus. Cæmentum humilitas eft: eft enim terra quæ pedibus omnium atteritur. Omnis igitur virtus abfque

a Hebr. xi. 6. b Luc. xxi. 19.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

ταπεινοφροσύνης σωθῆναι. ὀφείλει οὖν τις ὃ ἐὰν ποιῇ ἀγαθὸν, μετὰ ταπεινώσεως ποιεῖν, ἵνα διὰ τῆς ταπεινώσεως συντηρηθῇ τὸ γενόμενον. Θέλει δὲ ἔχειν ὁ οἶκος καὶ ταῦτα τὰ λεγόμενα ἱμαντώματα, ἅ τινά ἐστιν ἡ διάκρισις ἡ στερεοῦσα τὸν οἶκον, καὶ ἑνοῦσα λίθον πρὸς λίθον, καὶ συσφίγγουσα τὴν οἰκοδομήν· μετὰ τοῦ καὶ εὐπρέπειαν πολλὴν παρέχειν τῷ οἴκῳ. ἡ δὲ στέγη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἥτις ἐστὶν ἡ τελείωσις τῶν ἀρετῶν, καθάπερ ἐστὶν ἡ στέγη τοῦ οἴκου. εἶτα μετὰ τὴν στέγην, ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος· τί ἐστιν ἡ περιστεφάνωσις τοῦ δώματος; καὶ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· ἐὰν οἰκοδομήσητε ἑαυτοῖς οἶκον, καὶ ποιήσητε αὐτῷ δῶμα, ποιήσατε στεφάνωμα τῷ δώματι, ἵνα μὴ πέσωσι τὰ παιδία ὑμῶν ἀπὸ τοῦ δώματος. ἡ στεφάνη ἐστὶν ἡ ταπείνωσις. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ στεφανοῦσα καὶ φυλάττουσα πάσας τὰς ἀρετάς. καὶ ὥσπερ ἑκάστη ἀρετὴ μετὰ ταπεινώσεως θέλει γίνεσθαι, καθ' ὃν τρόπον εἴπομεν ὅτι ἕκαστος λίθος κατὰ πηλοῦ βάλλεται· οὕτως καὶ ἡ τελείωσις τῆς ἀρετῆς χρῄζει τῆς ταπεινώσεως, ἢ καὶ ὅτι φυσικῶς προκόπτοντες οἱ ἅγιοι, εἰς ταπείνωσιν ἔρχονται· ὥσπερ ἀεὶ λέγω ὑμῖν ὅτι ἐγγίζει τις τῷ Θεῷ, τοσοῦτον βλέπειν ἑαυτὸν ἁμαρτωλόν. τί δέ ἐστι τὰ παιδία περὶ ὧν εἶπεν ὁ νόμος, ἵνα μὴ πέσωσιν ἀπὸ τοῦ δώματος; τὰ παιδία εἰσὶν οἱ λογισμοὶ οἱ γινόμενοι ἐν τῇ ψυχῇ· οὓς δεῖ φυλάττειν διὰ τῆς ταπεινώσεως, ἵνα μὴ καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ δώματος ἐκπέσωσιν. ἐτελειώθη, ἔχει τὰ ἱμαντώματα, ἔχει τὴν στέγην τῶν ἀρετῶν· ἰδοὺ ὁ οἶκος ὅνπερ εἴπομεν εἶναι τὴν τελείωσιν· ἰδοὺ καὶ ἡ περιστεφάνωσις, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς τετελείωται ὁ οἶκος.

Ἆρα μὴ λείπει αὐτῷ τί; καὶ ἄλλο ἓν παρελείψαμεν· τί δέ ἐστι τοῦτο; ἵνα ἐστὶν καὶ ὁ οἰκοδόμος τεχνίτης. ἐὰν γὰρ μή ἐστι τεχνίτης, στρεβλεῖ λοιπὸν τὴν οἰκοδομὴν, καὶ ὁπηδήποτε πίπτει ὁ οἶκος. ὁ τεχνίτης ἐστὶν ὁ ἐν γνώσει ποιῶν. συμβαίνει γὰρ ὅτι καὶ ποιεῖ τις κόπον τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ποιεῖν ἐν γνώσει, ἀναλύει αὐτὸν, ἢ μένει ἀστυροφῶν, καὶ μὴ εὑρίσκων πληρῶσαι τὸ ἔργον· ἀλλὰ βάλλων ἕνα λίθον, καὶ ἐπαίρων αὐτόν. ἔστιν δὲ ἄλλος βάλλων ἕνα, καὶ ἐπαίρων δύο· οἷόν τι λέγω, ἰδοὺ ἔρχεται ὁ ἀδελφός σου, καὶ λέγει σοι ῥῆμα, θλίβων σε, ἢ πλήσσων, καὶ σιωπᾷς καὶ βάλλεις μετάνοιαν· ἰδοὺ ἔβαλες ἕνα λίθον· εἶτα ὑπάγεις καὶ λέγεις ἄλλῳ ἀδελφῷ, ὕβρισέ με ὁ δεῖνα· τόδε καὶ τόδε εἶπέ μοι· καὶ οὐ μόνον ἐσιώπησα, ἀλλὰ καὶ μετάνοιαν αὐτῷ ἔβαλον. ἰδοὺ ἔβαλες ἓν λίθον, καὶ δύο ἐπῆρες. πάλιν βάλλει τὶς μετάνοιαν θέλων δοξασθῆναι, καὶ εὑρίσκεται ταπείνωσις μετὰ κενοδοξίας. τοῦτό ἐστι τὸ βαλεῖν ἕνα λίθον καὶ ἐπᾶραι αὐτόν. ὁ δὲ ἐν γνώσει ποιῶν μετάνοιαν, πείθει αὐτὸν ἀκριβῶς, ὅτι αὐτὸς ἐσφάλη, καὶ πληροφορεῖ ἑαυτὸν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ αἴτιος. τοῦτό ἐστι τὸ ἐν γνώσει ποιεῖν μετάνοιαν· ἄλλος ἀσκεῖ σιωπὴν· ἀλλ' οὐκ ἐν γνώσει· ἔχει γὰρ ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ ὁ τοιοῦτος, οὐδὲν δὲ ποιεῖ. ὁ δὲ ἐν γνώσει σιωπῶν, τοιοῦτος ἔχει, ὅτι ἀνάξιός ἐστι τοῦ λαλῆσαι, ὡς εἶπον οἱ πατέρες, καὶ αὕτη ἐστὶ σιωπὴ ἐν γνώσει. πάλιν οὐ μετρεῖ τὶς ἑαυτὸν, καὶ νομίζει ὅτι τὶ μέγα ποιεῖ, καὶ ὅτι ἑαυτὸν ταπεινεῖ, καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι οὐδὲν ἔχει, ἐπειδὴ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ. τὸ δὲ [μὴ] μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν γνώσει, τοῦτό ἐστι, τὸ ἔχειν ἑαυτὸν, ὅτι οὐδέν ἐστιν· οὐδὲ ἄξιός ἐστι τοῦ ψηφισθῆναι μετὰ ἀνθρώπων, ὥσπερ εἶπεν ἑαυτῷ ὁ ἀββᾶς Μωϋσῆς· σποδόδερμα μελανὸν, μὴ ὢν ἄνθρωπος, τί ἔρχῃ ἐν μέσῳ ἀνθρώπων; πάλιν ὑπηρετεῖ τις ἀῤῥώστῳ· ἀλλὰ διὰ τὸ ἔχειν μισθὸν ὑπηρετεῖ, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲ τοῦτο ἐν γνώσει. καὶ λοιπὸν εἴ τι δ' ἂν συμβῇ αὐτῷ λυ-

humilitate, non reputatur virtus, ut est in libro seniorum. Omnium enim fuit una sententia, ita & impossibile esse salvari animam absque humilitate, ut navim sine clavis ædificari. Quidquid igitur boni quisque egerit, id agat cum humilitate: ut per humilitatem conservetur quod factum fuerit. Debet autem & domus laquearia quædam habere ad discriminandam firmandamque ipsam, & lapidem lapidi copulandum, & adstringendum ædificium, & postremo ad domum universam decorandam. Tectum autem caritas est, quæ est perfectio virtutum omnium, uti tectum domus. Post tectum quoque corona circumponenda est. Est enim in lege præceptum; [a] Si ædificaveritis vobis domum, coronam illi circumponite, ne cadant parvuli vestri ab alto. Corona hæc humilitas est: ea enim, ut dixi, coronat & servat virtutes omnes; & omnis virtutis perfectio eget humilitate, quemadmodum lapides in structura, luto. Sanctorum namque omnium profectus, accessus est ad humilitatem. Et ut sæpe dixi, quo quisque magis Deo adhæserit, eo se magis peccatorem agnoscet & intelliget. Qui sunt autem parvuli de quibus lex ait, ne cadant parvuli a domo? Parvuli cogitationes sunt in anima nostra conceptæ, quæ sunt per humilitatem custodiendæ, ne ab ipsa domo corruant: & hanc dicimus perfectionem esse virtutum omnium. En jam consummata domus & perfecta est: habet lora, habet tectum, habet coronam, & cetera quæ illi opus sunt.

III. Numquid ei deest aliud? aliud profecto deest quod nondum diximus. Fabricator scilicet doctus & artifex: nisi enim adfuerit artifex, ædificium omne vitiabit, & fortasse ruet domus. Artifex est qui ex arte & scientia agit. Evenit enim plerumque, cum aliquis virtutem agit absque scientia, ut illam facile dissolvat, neque rectam omnino agat, nec inveniat quo pacto virtutem ipsam perficiat; sed ejus similis sit, qui lapidem unum domui apponit, alterum tollit. Alii quoque sunt, qui cum lapidem unum apposuerint, duos tollant: ut exempli gratia: Venit aliquis e fratribus, & insolenti verbo vel impatienti te affligit & percutit. Tu vero taces & inclinatione corporis honorem defers. En lapidem unum apposuisti: post abis, & altero fratrum reperto illi narras, & murmuras, quod sis ab eo fratre injuria affectus, & auges injuriam, & tacuisse te dictitas, & inclinato corpore honorem detulisse. Ecce cum lapidem unum apposuisses, duos abstulisti. Alius item honorem defert inanis gloriæ gratia, & humilitatem pariter cum vana gloria invenit; hoc est apponere & auferre pariter lapidem. Qui vero cum scientia honorem exhibet, ipse sibi persuadet sine dubio quod peccator sit, quod in multis delinquat & erret, quod caussa fuerit injuriæ fraternæ, atque id certissimum habet. Et hoc est cum scientia & cognitione honorem exhibere. Alius silentium sibi ipsi indicit, sed non cum cognitione: habet enim tantum quod silentium virtus est. Hic autem cum scientia tacet, quia se indignum putat loqui; & hoc est cum scientia & cognitione silere, ut definiunt patres. Magnificat item se alius & magnum quid facere se putat, quia humilis est. Infelix qui ignorat se nihil esse omnino, cum sine cognitione hoc agat. Nam metiri se ipsum cognitione, est certo credere nihil se esse, & omnino indignum existimare hominum consuetudine. Ut se ipsum accusabat abbas Moyses dicens: Sterquilinium cum sis & cinis, non homo; cur ad homines ingrederis? Ministrat quis infirmo, & eo animo

[a] Deut. xxii. 8.

πηρὸν, εὐχερῶς ἐκκόπτει αὐτὸν ἀπὸ τοῦ καλοῦ ἔργου αὐτοῦ, καὶ οὐ φθάνει πληρῶσαι. ἐπειδὴ οὐκ ἐν γνώσει ποιεῖ· ὁ δὲ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν, διὰ τὸ κτήσασθαι συμπάθειαν ὑπηρετεῖ· διὰ τὸ κτήσασθαι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν· ὁ γὰρ ἔχων σκοπὸν, εἴ τι δ' ἂν συμβῇ αὐτῷ, κἂν θλίψις ἔξωθεν, κἂν αὐτὸς ὁ ἄῤῥωστος ὀλιγωρήσῃ πρὸς αὐτὸν, αὐτὸς ἀταράχως βαστάζει, προσέχων τῷ ἰδίῳ σκοπῷ, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὁ ἄῤῥωστος μᾶλλον αὐτὸν εὐεργετεῖ, ἤπερ αὐτὸς τὸν ἄῤῥωστον. πιστεύσατε γὰρ ὅτι καὶ ἀπὸ παθῶν καὶ πολέμων κουφίζεται ὁ ἐν γνώσει ὑπηρετῶν ἀῤῥώστῳ. ἐγὼ γὰρ οἶδα ἀδελφὸν πολεμούμενον ὑπὸ αἰσχρᾶς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τὸ ὑπηρετεῖν ἀῤῥώστῳ δυσεντεριῶντι, μετὰ γνώσεως, ἀπαλλαγέντα τοῦ πολέμου. καὶ Εὐάγριος λέγει περί τινος μεγάλου γέροντος, ὅτι τινὰ τῶν ἀδελφῶν ταρασσόμενον ἐν ταῖς νυξὶ, τῶν τοιούτων ἀπήλλαξεν, ἀσθενέσι μετὰ νηστείας ὑπηρετῆσαι προστάξας. καὶ ἔλεγεν ἐρωτηθεὶς τὸν [1] ποιεῖν τούτου λόγον, ὅτι οὐδὲν οὕτως ὡς ἔλεος τὰ τοιαῦτα κατασβέννυται πάθη. πάλιν ἐὰν ἀσκῇ τις, ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ ἔχων ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ, οὐκ ἀσκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐν γνώσει· λοιπὸν ἐκ τούτου ἄρχεται ἐξουδενεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἔχων ἑαυτόν τι· καὶ εὑρίσκεται οὐ μόνον βάλλων ἕνα λίθον καὶ ἐπαίρων δύο, ἀλλὰ καὶ ὅλον τὸν τοῖχον κινδυνεύων ῥίψαι διὰ τοῦ κρῖναι τὸν πλησίον· ὁ δὲ ἐν γνώσει ἐγκρατευόμενος, οὐκ ἔχει ὅτι ἀρετὴν ποιεῖ· οὐδὲ θέλει ἐπαινεῖσθαι, ὡς ἀσκητής· ἀλλὰ ἔχει ὅτι διὰ τῆς ἐγκρατείας κτᾶται σωφροσύνην, καὶ ὅτι διὰ ταύτης ἔρχεται εἰς ταπείνωσιν· ὡς λέγουσιν οἱ πατέρες, ὅτι ἡ ὁδὸς τῆς ταπεινώσεώς ἐστιν οἱ κόποι οἱ σωματικοὶ ἐν γνώσει· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἁπλῶς ἑκάστην ἀρετὴν οὕτως δεῖ τινα ποιεῖν, ὥστε κτήσασθαι αὐτὴν καὶ γενέσθαι ἐν ἕξει αὐτῆς. καὶ εὑρίσκεται, ὡς εἴπομεν, ὁ καλὸς τεχνίτης οἰκοδόμος, δυνάμενος μετὰ ἀσφαλείας οἰκοδομῆσαι τὸν ἴδιον οἶκον.

A ut mercedem laboris acquirat; & hoc utique haud est cum cognitione servire & ministrare. Quare cum adversi quippiam illi contigerit, facile a bono desistit; nec cœptum opus sustinet perficere, quia non operatur, ut dixi, cum cognitione. Qui autem cum scientia & cognitione ministrat, ideo ministrat quia ægroto compatitur, quia misericordiæ visceribus movetur. Et quicumque hunc scopum sibi statuerit, nulla in re adversa vel afflictione externa movebitur; non si ægrotus eum spreverit, aut maledictis lacessiverit, sed in scopum suum intentus feret omnia patientissime, & certo credet majori beneficio se affici ab ægroto, quam ægrotum a se ipso. Hoc autem ignorare vos nolo, eum qui libenter ægro deserviat cum cognitione, relevari mirabiliter ab animi passionibus, & diaboli impugnationibus. Novi enim fratrem acriter oppugnatum a fornicationis dæmone, & cum ægro ex dysenteriis deserviret, ab hoc bello esse liberatum. Et Evagrius narrat de seniore quodam magno. quod discipulum suum hujusmodi phantasmatibus nocte oppugnatum hac via liberavit, indicto scilicet illi & jejunio & ægrorum curæ: Et de re hac interrogatus respondit: Nihil esse quod adeo passiones hujuscemodi exstingueret ut misericordiam. Si quis item se se exerceat vel ex inani gloria, vel ut virtutem agere videatur; neque hic cum cognitione se exercet. Cum enim aliquid esse se existimat, incipit fratrem contemnere. Et hic non solum lapidem unum adjicit, atque adimit duos, sed universum parietem minari ruinam facit & periclitari, cum proximum contemnat & judicet. Qui autem continens est cum cognitione, non quia virtus est continentia, hanc exercet, non ut tamquam fortis & industrius laudem consequatur humanam, sed quia confidit per eam se se ad modestiam perventurum, & ex ea postmodum in humilitatem. Senserunt etenim patres & majores nostri per labores corporis, dum fierent cum cognitione, viam esse ad humilitatem. Et ita demum opus est unumquemque virtutem facere, ut & illam possideat, & in habitum ipsius perveniat; & tunc se se optimum artificem intelligat, optimum ædificatorem qui securus propriam domum possit ædificare.

Ὁ θέλων οὖν σὺν Θεῷ ἐλθεῖν εἰς τοσαύτην καλὴν κατάστασιν, οὐκ ὀφείλει λέγειν, ὅτι μεγάλαι εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ, καὶ οὐ δύναμαι φθάσαι αὐτάς. τοῦτο γὰρ, ἢ μὴ ἐλπίζοντός ἐστιν εἰς τὴν βοήθειαν τοῦ Θεοῦ, ἢ ὀκνοῦντος ἐπιβαλέσθαι τι ἀγαθοῦ· ἐπεὶ ποίαν θέλετε ἀρετὴν καὶ γυμνάζωμεν· καὶ βλέπετε ὅτι ἐν ἡμῖν ἐστι καὶ τὸ κατορθῶσαι· ἰδοὺ λέγει, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. μὴ προσχῇς πόσον ἀπέχῃς ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, καὶ [2] ἄρξηται δειλιᾷν καὶ λέγειν· πῶς δύναμαι ἀγαπῆσαι τὸν πλήσιον, ὡς ἑαυτόν; πῶς δύναμαι τὰς θλίψεις αὐτοῦ μεριμνᾷν, ὥσπερ τὰς ἐμὰς, καὶ μάλιστα τὰς κεκρυμμένας ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ; ἃς οὔτε βλέπω οὔτε γινώσκω, ὥσπερ τὰς ἐμαυτοῦ; μὴ ἀποσχολήσῃς ἑαυτὸν εἰς τὸ λογίσασθαι ταῦτα, καὶ μὴ νομίσῃς ὑπέρογκον εἶναι καὶ δυσκατόρθωτον τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ βάλλε τέως ἀρχὴν, πιστεύων τῷ Θεῷ. δεῖξον αὐτῷ τὴν προαίρεσίν σου, καὶ τὴν σπουδὴν, καὶ βλέπεις τὴν βοήθειαν ἣν παρέχει σοι εἰς τὸ κατορθῶσαι. οἷον λέγω, ὑπόθου μοι δύο κλίμακας εἶναι· τὴν μὲν ἀναφέρουσαν ἄνω εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν ἄλλην καταφέρουσαν κάτω εἰς τὸν ᾅδην, καὶ σὺ ἵστασαι εἰς τὴν γῆν μέσον τῶν δύο κλιμάκων. μὴ θελήσῃς λογίσασθαι καὶ εἰπεῖν, πῶς δύναμαι πετασθῆναι ἐκ τῆς γῆς, καὶ εὑρεθῆναι ἅπαξ ἄνω εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος; οὔτε γὰρ δυνατὸν

IV. Caveat igitur qui auxiliante Deo ad hunc perfectionis statum pervenire voluerit, vel dicere, vel cogitare, magnas esse virtutes, nec D posse adiri eas a nobis. Hoc est enim vel nihil sperare in divina ope, vel animo ad opus bonum torpescere & dormitare. Dicite mihi, si quam virtutem cupitis, exercenda ea est a nobis, quæcumque sit: sunt enim in nobis virtutes, & bene operari cum volumus, possumus. Ecce in lege scribitur: [a] *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* Ne advertas quam longe absis a virtute, ne timere incipias & dicere, Quomodo possum proximum meum diligere ut me ipsum? Quomodo illius afflictiones & angustias scrutari possum, & eas maxime quas corde tegit: cum eas nec videam nec agnoscam ut meas? Noli ista meditari: ita enim putabis arduum quid & difficile admodum esse virtutem. At E fundamenta jacias quæcumque potes, in Domino confisus. Ostende studium & desiderium tuum illi, statimque tibi auxilium cælitus adesse ad bene agendum senties. Exempli autem gratia finge geminas scalas, unam quæ in cælum erecta sit, alteram quæ ad inferos usque tendat, & te inter ambas medium puta: an non tecum cogitares & diceres, Qua possum via ex terra hac in apicem scalarum harum quæ ad cælos diriguntur, evolare? At neque id possi-

a Levit. xix. 18. Matth. V. 43. Marc. xii. 31. Jac. ii. 8.

1 Ποιεῖν] Forte περί. 2 Ἄρξηται] Forte ἄρξῃ.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

ἐστιν, οὔτε ἀπαιτῆσαι ὁ Θεὸς τοῦτο· ἀλλὰ φύλαξαι πῶς, μὴ κατελθεῖν κάτω· μὴ κακοποιήσῃς τὸν πλησίον, μὴ πλήξῃς, μὴ καταλαλήσῃς, μὴ λοιδορήσῃς, μὴ ἐξουδενώσῃς· καὶ οὕτως λοιπὸν ἄρχε καὶ εὐεργετεῖν μικρὸν διὰ τοῦ θεραπεύειν λόγῳ τὸν ἀδελφόν σου· διὰ τοῦτο συμπάσχειν αὐτῷ· καὶ ἐὰν χρήσῃ πράγματος, ἐπιδιδόναι αὐτῷ· καὶ οὕτως μίαν βαθμίδα ἀνερχόμενος, φθάνει σὺν Θεῷ καὶ εἰς τὸ ἄκρον τῆς κλίμακος. διὰ γὰρ τοῦ κατὰ μικρὸν βοηθεῖν τῷ πλησίον, ἔρχῃ καὶ εἰς τὸ θέλειν τὸ συμφέρον αὐτῷ, ὡς τὸ σοί, συμφέρον σοί, καὶ τὴν ὠφέλειαν αὐτῷ, ὡς τὴν σήν. καὶ τοῦτό ἐστι τό, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς ἑαυτόν. ἐὰν ζητήσωμεν, εὑρίσκομεν, καὶ ἐὰν αἰτῶμεν τὸν Θεόν, φωτίζει ἡμᾶς. λέγει γὰρ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, αἰτεῖτε καὶ δωθήσεται ὑμῖν, ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. αἰτεῖτε λέγει, ἵνα παρακαλῶμεν διὰ τῆς εὐχῆς. τὸ δὲ ζητεῖτέ ἐστιν, ἵνα ἐρευνῶμεν πῶς ἔρχεται αὕτη ἡ ἀρετή· τί ἐστι τὸ φέρον αὐτήν, τί ὀφείλομεν ποιῆσαι, ἵνα κτησώμεθα αὐτήν. τὸ οὕτως καθ᾽ ἑκάστην ἐρευνᾶν ἐστι τὸ ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε· τὸ δὲ κροῦσαί ἐστι, τὸ ἐνεργῆσαι τὰς ἐντολάς, ἕκαστος γὰρ κρούων, διὰ τῶν χειρῶν κρούει· αἱ δὲ χεῖρες εἰς τὴν πρακτικὴν λαμβάνονται. θέλομεν οὖν μὴ μόνον αἰτεῖν, ἀλλὰ καὶ ζητεῖν σπουδάζοντες καὶ ποιεῖν εἶναι, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος, κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. τί ἐστι κατηρτισμένοι; ὅταν τὶς θέλῃ κατασκευάσαι πλοῖον, πρῶτον ἑτοιμάζει πᾶσαν τὴν χρείαν τοῦ πλοίου ἕως καὶ μικρῶν ἥλων, καὶ μικρᾶς πίσσης, καὶ μικροῦ στυππίου· ὁμοίως καὶ ἱστάριον ἐὰν θέλῃ γυνὴ στῆσαι, ἑτοιμάζει ἕως καὶ μικροῦ ῥάμματος· τοῦτο λέγεται κατάρτιον τὸ ἔχειν πᾶσαν τὴν χρείαν ἡτοιμασμένην τοῦ πράγματος.

A bile esset, neque talia Deus abs te requirit. Requirit autem tibi ut caveas ne inferius labaris & corruas, ne injuria proximum afficias, ne percutias, ne obloquaris, ne convicieris, ne despicias; & sic sensim benefacere incipis, dum fratrem tuum curas dulci sermone, dum compateris illi; & cum re ulla ei opus fuerit, tradis. Et sic per gradus conscendens, tandem auxiliante Domino ad scalarum summitatem pervenies. Ex hoc enim modico auxilio proximi, ad id conscendis ut optes commodum & utilitatem ejus sicut tuam; & hoc est, *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Inveniemus absque dubio, si quæramus; & si Deum ad opem ferendam invocemus, statim aderit nos illuminans. Dicit e- B nim Evangelium: [a] *Petite & accipietis: quærite & invenietis; pulsate & aperietur vobis. Petite*, ut scilicet orando precemur. *Quærite* autem, hoc est, scrutamini diligenter quo adveniat virtus in vos, quid potissimum sit quod eam afferat, quid agendum nobis, ut illam consequamur & possideamus: & hoc est, quod ait, *quærite*, quotidie videlicet ista pervestigare. *Pulsare* autem est præcepta Domini observare & facere: qui enim pulsat, manibus pulsat: manus igitur ad actiones designandas accipiuntur. Innuit igitur nobis non solum petendum esse, sed & quærendum & pulsandum; ita ut juxta Apostolum [b] *parati simus & perfecti in omne opus bonum*. Quid est autem perfecti? Ædificaturus quis navem, pri- C mum præparat quæcumque necessaria ad eam sunt, & picem & stupam & clavos. Et mulier cum textrinum erigere voluerit vel telam texere, disponit primum quæcumque necessaria, etiam fila minutissima: & hoc est perfecti, habere omnem rei necessitatem præparatam.

Οὕτως οὖν ἵνα ἐσμὲν καὶ ἡμεῖς κατηρτισμένοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, ἔχοντες πᾶσαν τὴν ἑτοιμασίαν ἡμῶν, εἰς τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ μετὰ γνώσεως, ὡς θέλει καὶ ὡς ἀρέσκει αὐτῷ. τί ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἀπόστολος, τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον; πάντα τὰ γενόμενα, ἢ κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ γίνεται, ἢ κατ᾽ εὐδοκίαν, ὡς λέγει ἐν τῷ προφήτῃ· ἐγὼ Κύριος ποιῶν φῶς, καὶ κτίζων σκότος· καὶ πάλιν, οὐκ ἔστι κακία ἐν πόλει, ἣν ὁ Κύριος οὐκ ἐποίησεν· κακίαν λέγει πάντα τὰ κακωτικά· οἱονεὶ τὰ θλιβηρὰ τὰ γινόμενα πρὸς παίδευσιν ἡμῶν διὰ τὴν κακίαν ἡμῶν· ἅ τινά ἐστι, λιμός, σεισμός, ἀβροχία, νόσοι, πόλεμοι. ταῦτα οὐ γίνονται κατ᾽ εὐδοκίαν Θεοῦ, ἀλλὰ κατὰ συγχώρησιν, συγχωροῦντος τοῦ Θεοῦ ἐπενεχθῆναι ἡμῖν πρὸς τὸ συμφέρον. ταῦτα οὖν οὐ θέλει ἡμᾶς θέλειν ὁ Θεός, οὐδὲ συντρέχειν αὐτῷ· οἷόν τι λέγω· ἔστι θέλημα Θεοῦ, ὡς εἴπομεν κατὰ συγχώρησιν, τὸ στραφῆναι πόλιν. οὐ θέλει οὖν ἡμᾶς, ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστι στραφῆναι αὐτήν, ἵνα βάλλωμεν καὶ ἡμεῖς πῦρ, καὶ καύσωμεν, ἢ ἵνα λάβωμεν ἀξίνας καὶ καταστρέψωμεν; πάλιν εὑρίσκεται συγχώρησις Θεοῦ, ἵνα θλιβῇ τις, ἢ ἵνα ἀρρωστήσῃ, οὐκ ἐπειδὴ θέλημα αὐτοῦ ἐστιν, ἵνα θλιβῇ, θέλει ἡμᾶς ἵνα θλίβωμεν αὐτόν, ἢ ἵνα εἴπωμεν. ὅτι ἐπειδὴ θέλημα Θεοῦ ἐστιν ἵνα ἀσθενήσῃ, μὴ ἐλεήσωμεν αὐτόν; τοῦτο οὐ θέλει ὁ Θεός, οὐ θέλει ἡμᾶς ὑπουργῆσαι τῷ τοιούτῳ αὐτοῦ θελήματι. τοιούτους θέλει ἡμᾶς εἶναι ἀγαθούς, ὅτι αὐτὸς ὁ ποιεῖ, οὐ θέλει ἵνα θελήσωμεν αὐτό· ἀλλὰ τί θέλει; θέλει ἡμᾶς τὸ θέλημα αὐτοῦ θέλειν τὸ ἀγαθόν, τὸ κατ᾽ εὐδοκίαν, ὡς εἶπον, γινόμενον.

Ηδέως ἐλάλουν ὑμῖν ὀλίγα περὶ τῶν ψαλμῶν ὧν ψάλλομεν, ἵνα μὴ ἀπομετεωρίζεσθαι πρὸς τὸ μέλος· ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὸς ὁ νοῦς ὑμῶν κατὰ ἀναλογίαν συμπεπύρωται τῇ δυνάμει τῶν λόγων. τί ἐψάλλομεν ἄρτι; ἀναςάσεως ἡμέρα· καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτὺς. ἐπειδὴ τὸ παλαιὸν οἱ υἱοὶ Ισραὴλ ἑορταῖς ἢ ταῖς πανηγύρεσι προσέφερον δῶρα τῷ Κυρίῳ κατὰ νόμον. οἷον, θυσίας, ὁλοκαυτώματα, ἀπαρχὰς, καὶ ὅσα τοιαῦτα· παραινεῖ ὑμῖν ὁ ἅγιος Γρηγόριος ἑορτάσαι ὥσπερ ἐκεῖνοι τῷ Κυρίῳ, καὶ παρακελεύεται λέγων, ἀναςάσεως ἡμέρα· ἀντὶ τῆς ἁγίας E ἑορτῆς ἡμέρα· θείας πανηγύρεως ἡμέρα, τῦ πάσχα τῦ Χριςῦ ἡμέρα. τί ἐςι πάσχα Χριςῦ, τὸ Φασὲχ ἐποίησαν υἱοὶ Ισραὴλ, ὅτε ἐξῆλθον ἐκ τῆς Αἰγύπτυ, τὸ δὲ νῦν πάσχα ὃ προτρέπεται ἡμᾶς ὁ ἅγιος Γρηγόριος ἑορτάσαι, ἡ ψυχὴ ἐπιτελεῖ, ἢ ἐξέρχεται ἀπὸ τῆς νοητῆς Αἰγύπτυ, τῦτ' ἔςι τῆς ἁμαρτίας. ὅτε γὰρ διαβαίνει ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας πρὸς τὴν ἀρετὴν, τότε ποιεῖ τὸ Φασὲχ τῷ Κυρίῳ, ὡς εἶπεν Εὐάγριος. πάσχα Κυρίυ, διάβασις ἀπὸ κακίας. σήμερον οὖν πάσχα Κυρίυ, λαμπρᾶς ἑορτῆς ἡμέρα· τῆς Χριςῦ ἀναςάσεως ἡμέρα, τῦ τὴν ἁμαρτίαν ἀνασταυρώσαντος, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος

Libet mihi, fratres, pauca quædam de Psalmis non inutiliter vobis afferre, ut non sitis tantum ad cantus suavitatem intenti, sed & omnis mens quoque vestra, ut par est, incalescat in virtute sermonum. Quid igitur id est quod nunc psallimus? Resurrectionis hodie dies est: offeramus nos ipsos primitias Deo. Quemadmodum apud majores nostros filii Israel in solemnitatibus vel panegyricis offerebant dona Domino secundum legem, utpote sacrificia, holocausta, primitias & alia hujuscemodi: ita nos hodie admonemur a beato Gregorio juxta eorum morem, solemnitatem agere Domino: & generatim omnibus solemnitatem indicit, & ait: Resurrectionis dies est, hoc est, dies sanctæ solemnitatis, dies divinæ mercationis, dies paschæ, dies Christi. Quid est pascha Christi? Phase fecerunt filii Israel, cum exirent ex Ægypto. Præsens autem pascha quod nos hortatur sanctus Gregorius celebrare, anima recte celebrat & perficit, cum egreditur a cogitationibus Ægypti, hoc est a peccato. Quotiens enim digreditur anima a peccato ad virtutem, totiens Domino celebrat Phase (ut ajebat Evagrius.) Pascha Domini proprie digressio est a

[1] Βυκίον] Vide supra notam ad *Doctr.* XI. §. VIII.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.



καὶ ἀναστάντος. προσενέγκωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς δῶρα τῷ Κυρίῳ θυσίας. ὁλοκαυτώσεις, μὴ ἀλόγων ζώων, ὧν Χριστὸς οὐ βούλεται· θυσίαν γὰρ καὶ προσφορὰν ἀλόγων οὐκ ἠθέλησε, καὶ ὁλοκαυτώματα μόσχων καὶ προβάτων οὐκ εὐδόκησε. καὶ Ἡσαΐας λέγει· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ᾽ ἐπεὶ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ἐτύθη ὑπὲρ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγοντα, καὶ γὰρ τὸ πάσχα ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς, ἵνα ἄρῃ τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ κατάρα ὑπὲρ ἡμῶν γέγονε, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμάμενος ἐπὶ ξύλου· ἵνα ἡμᾶς ἐξαγοράσῃ ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, καὶ ἵνα υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν· ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς τίποτε ἀρέσκον αὐτῷ προσενέγκαι δῶρον ἡμῶν.

A malo. Hodie igitur pascha Domini est, splendidæ solemnitatis dies, resurrectionis Christi dies, qui peccatum nostrum cruci affixit, & pro nobis mortuus est & resurrexit. Offeramus igitur Domino & nos sacrificia, holocausta non irrationabilium animalium, qualia non appetit Deus a nobis. Sacrificium enim & oblationem brutorum noluit Dominus, & holocausta vitulorum & ovium non probavit, ut ait Isaias: [a] *Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum?* ait Dominus. Sed quoniam immaculatus Dei agnus sacrificatus pro nobis est, ut ait Apostolus, [b] *etenim pascha nostrum immolatus est Christus* ut tollat peccatum mundi; & [c] *maledictum pro nobis factus est, juxta quod scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno: ut nos liberaret a maledicto legis,* & B [d] *ut filiorum adoptionem reciperemus*: debemus & nos illi jam munus aliquod quod placeat, offerre.

Ποῖον οὖν δῶρον, ἢ ποίαν θυσίαν ὀφείλομεν προσενέγκαι τῷ Χριστῷ, ἐν τῇ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ, ἵνα ἀρέσῃ αὐτῷ, ἐπειδὴ οὐ βούλεται ἀλόγων ζώων θυσίας; αὐτὸς πάλιν ὁ ἅγιος καὶ τοῦτο διδάσκει ἡμᾶς· εἰπὼν γὰρ, ἀναστάσεως ἡμέρα ἐπήγαγε, καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτούς. ὡς λέγει καὶ ὁ ἀπόστολος, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. πῶς οὖν ὀφείλομεν παραστῆσαι τὰ σώματα ἡμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν τῷ Θεῷ; τῷ μηκέτι ποιεῖν τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν ἡμῶν· ἀλλὰ πνεύματι περιπατεῖν, καὶ ἐπιθυμίαν σαρκὸς μὴ ἐκτελεῖν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ νεκρῶσαι τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· αὕτη λέγεται θυσία ζῶσα· ἐπειδὴ τὸ ἄλογον τὸ εἰς θυσίαν ἀπαγόμενον, εὐθέως θυσιάζεται καὶ ἀποθνήσκει. οἱ ἅγιοι ἑαυτοὺς καρποφοροῦντες τῷ Θεῷ, ζῶντες θυσιάζουσι τῷ Θεῷ ἑαυτοὺς καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, ὡς λέγει Δαβὶδ, ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν, ὡς πρόβατα σφαγῆς· τοῦτό ἐστιν ὃ λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος· καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, τοῦτ᾽ ἔστι, θυσιάσωμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς, θανατώσωμεν ἡμᾶς ἑαυτοὺς ὅλην τὴν ἡμέραν, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι πάντες ἕνεκεν Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἕνεκεν τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος. πῶς δὲ ἐθανάτωσαν ἑαυτούς; μὴ ἀγαπήσαντες τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν κόσμῳ, καθὼς λέγει ἐν ταῖς καθολικαῖς ἐπιστολαῖς· ἀλλ᾽ ἀποταξάμενοι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς σαρκὸς καὶ ἐπιθυμίᾳ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ βίου· τοῦτ᾽ ἔστι, φιληδονίας, φιλαργυρίας, κενοδοξίας, καὶ ἄραντες τὸν σταυρὸν καὶ ἀκολουθήσαντες τῷ Χριστῷ, καὶ τὸν κόσμον ἑαυτοῖς σταυρώσαντες, καὶ ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ. περὶ τούτων λέγει ὁ ἀπόστολος· οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. ἰδοὺ οὕτως ἐθανάτωσαν ἑαυτοὺς οἱ ἅγιοι.

II. Sed cum brutorum sacrificia spernat, quod munus, quod donum placere illi poterit? Docet nos D. Gregorius quale offeramus donum, & ait: In die resurrectionis nos ipsos Domino primitias Domino offeramus. Quod confirmat Apostolus, cum dicit: [e] *Exhibete corpora vestra hostiam vivam, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Deo placentem, rationale obsequium vestrum.* Quomodo igitur debemus exhibere corpora nostra hostiam vivam, sanctam, beneplacitam Domino? Ne scilicet amplius faciamus voluntatem carnis & cogitationes nostras, sed ut [f] *spiritu ambulemus, & desideria carnis non* C *perficiamus*, & [g] *membra nostra mortificemus quæ sunt super terram*. Hæc est enim hostia vivens: nam victima ad sacrificium ducta, illico mactatur & moritur. Sancti autem viri dum primitias viventes se ipsos offerunt, quotidie Domino sacrificant. Unde ait David: [h] *Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis.* Et divus heic Gregorius: Primitias offeramus nos ipsos Deo; hoc est, sacrificemus nos ipsos tota die Christo nostro, qui pro nobis mortuus est, ut sancti viri nos suo exemplo invitant & provocant. Quo pacto autem se se morti addixere? non [i] *diligentes* scilicet *mundum, neque ea quæ in mundo sunt*, ut in catholicis Epistolis dicitur, sed renuntiantes *desideriis carnis, desideriis oculorum & superbiæ vi-* D *tæ*; hoc est luxuriæ, avaritiæ & inani gloriæ, tollentes crucem & imitantes Christum, [k] crucifigentes sibi ipsis mundum & se ipsos mundo. De quibus ait Apostolus: [l] *Qui autem sunt Jesu Christi, crucifixerunt sibi carnem cum peccatis & desideriis suis.* En quo pacto se mortificaverunt sancti viri.

Πῶς δὲ καὶ ἐκαρποφόρησαν ἑαυτούς; μὴ ζήσαντες ἑαυτοῖς, ἀλλὰ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ, ἑαυτοὺς καταδουλώσαντες, καὶ ἀφέντες τὰ θελήματα αὐτῶν ἐν τῇ ἐντολῇ καὶ τῇ ἀγάπῃ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον, καθὼς εἶπεν ὁ ἅγιος Πέτρος· ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι· τί ἀφῆκε; μὴ γὰρ χρήματα εἶχεν, ἢ κτήματα, ἢ χρυσὸν, ἢ ἄργυρον· σαγήνην εἶχε καὶ αὐτὴν πεπαλαιωμένην, ὡς εἶπεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, καὶ ἀφῆκεν, ὡς εἶπε, πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ, πᾶσαν προσπάθειαν τοῦ αἰῶνος τούτου, ὡς εἶναι δῆλον ὅτι καὶ χρήματα εἰ εἶχεν, ἢ περιουσίαν, κἀκείνων κατεφρόνει, καὶ ἄρας τὸν σταυρὸν, ἠκολούθησε τῷ Χριστῷ, καὶ κατὰ τὸ,

III. Quomodo autem obtulerunt se ipsos primitias Deo? non viventes sibi ipsis, sed præceptis Dei deservientes, seque ipsos in servitutem redigentes, relinquentes propria vota & desideria amore & caritate mandatorum Dei & proximi; ut dixit E sanctus ille Petrus: [m] *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te*, Quid reliquerat bonus ille senex? Non agros aut pecunias habebat, non aurum neque argentum, sagenam tantum habuit eamque perveterem atque laceram, ut sanctus ait Chrysostomus; sed reliquerat omnes voluntates suas, omnem affectum & amorem præsentis sæculi. Certum est autem, quoniam & si pecunias ut alia bona habuis-

a Isai. I. 1. *b* I. Cor. v. 7. *c* Gal. III. 13. *d* Gal. IV. 5. *e* Rom. XII. 1. *f* Gal. v. 16.
g Col. III. 5. *h* Psalm. XLIII. 22. Rom. VIII. 36. *i* I. Joan. II. 15. *k* Gal. VI. 14.
l Gal. v. 24. *m* Matth. XIX. 27.

ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ἰδοὺ οὕτως ἐκαρποφόρησαν ἑαυτοὺς οἱ ἅγιοι νεκρώσαντες ἑαυτοὺς, ὡς εἴπομεν, ἀπὸ πάσης προσπαθείας καὶ ἰδίου θελήματος, καὶ μόνῳ Χριστῷ καὶ ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ ζήσαντες. οὕτως καὶ ἡμεῖς καρποφορήσωμεν αὐτοὺς ἡμᾶς, ὡς διδάσκει ὁ ἅγιος Γρηγόριος. ἡμᾶς γὰρ θέλει τὸ τιμιώτατον τοῦ Θεοῦ κτῆμα. ἀληθῶς πάντων τῶν ὁρωμένων κτισμάτων τιμιώτερον ὁ ἄνθρωπος. ἐκεῖνα μὲν γὰρ λόγῳ παρήγαγεν ὁ δημιουργὸς, εἰπὼν, γενηθήτω τόδε, καὶ ἐγένετο· καὶ πάλιν ἐξαγαγέτω ἡ γῆ τόδε, καὶ ἐγένετο· καὶ ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα· καὶ ὅσα τοιαῦτα. τὸν δὲ ἄνθρωπον ἰδίαις χερσὶν ἔπλασε καὶ κατεκόσμησε, καὶ πάντα μὲν ἐκεῖνα εἰς ὑπηρεσίαν καὶ ἀνάπαυσιν τοῦ ἀνθρώπου ἔταξεν· αὐτὸν δὲ καὶ βασιλέα τούτων πάντων κατέστησε, καὶ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου ἀπολαύειν ἐποίησε. καὶ τὸ θαυμασιώτερον, ὅτι καὶ ἐκπεσόντος αὐτοῦ ἐκεῖθεν διὰ ἰδίας ἁμαρτίας, πάλιν διὰ τοῦ αἵματος τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ αὐτοῦ ἀνεκαλέσατο· ὥστε πάντων τῶν ὁρωμένων, τιμιώτατον κτῆμα Θεῷ ὁ ἄνθρωπος, καὶ οὐ μόνον τιμιώτατον, ὡς εἶπεν ὁ ἅγιος, ἀλλὰ καὶ οἰκειότατον, ποιήσωμεν γὰρ ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. καὶ πάλιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, πνοὴν ζωῆς. αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπιδημήσας πρὸς ἡμᾶς, ἀνθρώπου μορφὴν ἀνέλαβε, σάρκα ἀνθρώπου, καινοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, πάντα γίνεται, πλὴν τῆς ἁμαρτίας ὁ ἄνθρωπος.

A set, omnia contemsisset, & tollens crucem secutus esset Christum; juxta quod ait: [a] *Vivo autem, jam non ego, sed vivit in me Christus.* Ita se ipsos Deo primitias obtulere sancti, mortificantes, ut dixi, se ipsos ab omni affectione & propria voluntate, solique Christo & præceptis ejus viventes. Sic igitur & nos Deo primitias offeramus, ut sanctus docet & monet Gregorius, nos ipsos videlicet: nos enim vult Dominus pretiosissimam omnium possessionem. Et vere creaturarum omnium quæ videntur, pretiosissimus homo est. Illas enim creator omnium condidit verbo, dicens: [b] *Fiat hoc, & factum est*, & item; [c] *Producat terra* hoc, & produxit; [d] *Producat aqua:* & alia hujuscemodi. Hominem autem suis manibus formavit ornavitque. Et B illa quidem ad servitium & delectationem hominis statuit; ipsum autem hominem horum omnium regem & principem fecit, utque deliciis paradisi frueretur, voluit. Fecit & aliud quod magis mirum est. Nam illum cadentem a paradiso ob peccatum, rursum per sanguinem unigeniti Filii sui redemit & revocavit: ita ut absque dubio omnium quæ videntur, pretiosissima sit possessio Deo homo. Neque solum pretiosissima, sed etiam præter omnes, domestica & familiaris creatura. [e] *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem & similitudinem* nostram. Et iterum: [f] *Fecit Deus hominem; ad imaginem quippe Dei fecit illum, & inspiravit in faciem ejus spi*C*raculum vitæ.* Et ipse Dominus noster exsul ad nos veniens, formam & mentem hominis assumsit, novi hominis carnem, &, ut dicam breviter, quidquid erat in homine præter peccatum.

Προσῳκειώσαμεν καὶ διὰ τοῦτο τὸν ἄνθρωπον, οἷον εἰπεῖν, ἰδιοποιήσαμεν. καλῶς οὖν καὶ ἁρμοδίως εἶπεν ὁ ἅγιος, τὸ τιμιώτατον κτῆμα ὁ ἄνθρωπος· εἶτα ἔτι σαφέστερον ἐπιφέρει· ἀποδῶμεν τῇ εἰκόνι τὸ κατ' εἰκόνα· πῶς καὶ τοῦτο; παρὰ τοῦ ἀποστόλου μάθωμεν λέγοντος· καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ποιήσωμεν καθαρὰν τὴν εἰκόνα ἡμῶν, καθὼς ἐλάβομεν αὐτήν· ἀποσμίξωμεν αὐτὴν τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας, ἵνα φανῇ τὸ κάλλος αὐτῆς διὰ τῶν ἀρετῶν. περὶ τούτου τοῦ κάλλους εὔχεται ὁ Δαβὶδ λέγων· Κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παράσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν. ἐκκαθάρωμεν οὖν τὸ κατ' εἰκόνα ἡμῶν. θέλει γὰρ [1] αὐτῷ παρ' ἡμῶν ὁ Θεὸς καὶ ἔδωκε μὴ ἔχον σπίλον, ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων. ἀποδῶμεν τῇ εἰκόνι [2] τῷ κατ' εἰκόνα, γνωρίσωμεν ἡμῶν τὸ ἀξίωμα· μάθωμεν ποίων μεγάλων ἀγαθῶν ἠξιώθημεν· μάθωμεν κατ' εἰκόνα τίνος γεγόναμεν· μὴ ἀγνοήσωμεν τὰ μεγάλα τὰ παρ' αὐτοῦ δωρηθέντα ἡμῖν, διὰ μόνην τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, οὐ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν· γνῶμεν ὅτι κατ' εἰκόνα γεγόναμεν Θεοῦ τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. τιμήσωμεν τὸ ἀρχέτυπον, μὴ καθυβρίσωμεν τοῦ Θεοῦ τὴν εἰκόνα καθ' ἣν γεγόναμεν. τίς βουλόμενος εἰκόνα γράψαι βασιλικὴν τολμᾷ βαλεῖν χρῶμα σαπρὸν ἐν τῇ εἰκόνι, καὶ ἀτιμάσαι τὸν βασιλέα καὶ τιμωρηθῆναι; ἀλλὰ βάλλειν πάντα χρώματα ἔντιμα καὶ λαμπρὰ ἄξια τῆς τοῦ βασιλέως εἰκόνος. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ πέταλα χρυσᾶ ἐντίθεται ταῖς εἰκόσι τῶν βασιλέων, καὶ σπουδάζει πάσας τὰς * αἰσθητὰς τοῦ βασιλέως, καθὸ ἐνδέχεται, ἐνθεῖναι τῇ εἰκόνι, ἵνα βλέπῃ τις τὴν εἰκόνα, περιέχουσαν ὅλον τὸν βασιλικὸν χαρακτῆρα, καὶ νομίζῃ ὅτι σχεδὸν αὐτὸν τὸν βασιλέα βλέπει, αὐτὸ τὸ ἀρχέτυπον. ἔστι γὰρ ἡ εἰκὼν ἔνδοξος καὶ λαμπρά. καὶ ἡμεῖς οὖν μὴ ἀτιμά-

IV. Quare recte diximus nullum esse animal quod Deo esset magis accommodatum, magis domesticum, magis familiare ipso homine. Et sanctus noster nullam creaturam pretiosiorem dixit: quare manifeste subintulit, ut scilicet redderemus imagini, quod esset secundum imaginem. Quod quale sit, discamus ab Apostolo qui ait: [g] *Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus.* Purificemus imaginem nostram, ut qualem accepimus, ta-D lem reddamus. Abstergamus ipsum squalorem peccati, ut omnis ejus pulcritudo per virtutes appareat. De qua sane pulcritudine gratias agit David dicens: [h] *Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.* Purgemus igitur imaginem nostram; vult enim illam a nobis Deus absque macula & ruga, aut aliqua hujuscemodi turpitudine. Reddamus imagini quod est ad imaginem. Cognoscamus dignitatem nostram. Discamus quam magnis bonis digni habeamur. Discamus ad cujus imaginem conditi sumus. Ne ignoremus munera nostra nobis cælitus a Deo data sua clementia & bonitate, non meritis nostris. Cognoscamus quoniam ad imaginem Dei facti sumus; [i] *ipse enim fecit nos:* honorem exhi-E beamus archetypo. Ne afficiamus contumelia imaginem Dei, ad quam facti sumus. Quis enim regiam imaginem depicturus, colorem pallidum & turpem audeat imagini imponere, & regem contemnere a quo sit postmodum pœnas accepturus? An non potius colores pretiosos, perspicuos & claros adhibebit, & dignos regia majestate? Laminas aureas imponet, vestes omnes (ut regem decet) adaptabit, ut cum illam fuerit quispiam contuitus, & omnem regium characterem viderit, putet se se regem ipsum, non imaginem intueri, atque ipsum archetypum

a Gal. II. 20. b Gen. I. 3. c Ibid. ℣. 11. d Ibid. ℣. 20. e Ibid. ℣. 26. f Ibid. ℣. 27. g II. Cor. VII. 1. h Psalm. XXIX. 8. i Psalm. XCIV. 6.

1 Αὐτῷ] αὐτήν. 2 Τῷ) τό.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 596.

σωμεν τὸ ἀρχέτυπον ἡμῶν. Θεοῦ κατ' εἰκόνα γεγό- A νάμεν, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἔντιμον τὴν ἰδίαν εἰκόνα ποιήσωμεν, καὶ ἀξίαν τοῦ ἀρχετύπου. εἰ γὰρ ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ αἰσθητοῦ καὶ ὁμοιογενοῦς ἀτιμάσας βασιλέως κολάζεται, τί ὀφείλομεν ἡμεῖς παθεῖν καταφρονοῦντες τῆς ἐν ἡμῖν θείας εἰκόνος, καὶ μὴ καθαρὰν, ὡς εἶπεν ὁ ἅγιος, τὴν εἰκόνα ἀποδιδόντες;

considerare: tantus nimirum splendor est majestasque imaginis. Et nos igitur archetypum nostrum ne contemnamus Deum, ad cujus imaginem facti sumus. Sed puram, nitidam, honestam, propriam imaginem faciamus, & dignam archetypo. Si enim imaginem sensibilis, & similiter ut nos geniti regis commaculantes puniuntur; quid nos passuros credimus, qui spernimus quæ in nobis est, divinam imaginem, neque illam ut par est, puram & immaculatam reddimus?

Τιμήσωμεν οὖν τὸ ἀρχέτυπον, γνῶμεν τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καὶ ὑπὲρ τίνος Χριστὸς ἀπέθανεν. ἡ δύναμις τοῦ μυστηρίου τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ, αὕτη ἐστίν. ἐπειδὴ τὸ κατ' εἰκόνα ἡμῶν ἠφανίσαμεν B διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεκρώθημεν, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις. ὁ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ποιήσας ἡμᾶς Θεὸς οἰκτειρήσας τὸ ἴδιον πλάσμα καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα, δι' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τὸν ὑπὲρ πάντων καταδέξατο θάνατον, ἵνα ἡμᾶς τοὺς νεκρωθέντας ἐπαναγάγῃ πρὸς τὴν ζωὴν, ἐξ ἧς ἐξεπέσαμεν διὰ τῆς παρακοῆς. αὐτὸς γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σταυρῷ ἀναβὰς καὶ ἀνασταυρώσας τὴν ἁμαρτίαν δι' ἣν καὶ ἐξεβλήθημεν ἐκ τοῦ παραδείσου, ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, καθὼς γέγραπται· τί ἐστιν ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν; ὅτι ἀπὸ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ ᾐχμαλώτευσεν ἡμᾶς ὁ ἐχθρὸς καὶ ὑποχειρίους εἶχε. λοιπὸν οὖν ἐξερχόμεναι αἱ ψυχαὶ ἀπὸ τοῦ σώματος τῶν ἀν- C θρώπων, εἰς τὴν ᾅδην ἀπήρχοντο· ἐνέκλειστο γὰρ ὁ παράδεισος. ἀναβὰς οὖν ὁ Χριστὸς εἰς τὸ ὕψος τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, τῆς αἰχμαλωσίας ἧς ἡμᾶς ᾐχμαλώτευσεν ὁ ἐχθρὸς διὰ τῆς παραβάσεως, ἐῤῥύσατο ἡμᾶς διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος· τοῦτ' ἔστιν ἀφήρπασε πάλιν ἡμᾶς ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἐχθροῦ, καὶ οἱονεὶ ἀντῃχμαλώτευσεν ἡμᾶς νικήσας καὶ καταβαλὼν τὸν αἰχμαλωτεύσαντα ἡμᾶς. διὰ τοῦτο λέγεται αἰχμαλωτίζειν αἰχμαλωσίαν· αὕτη ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ μυστηρίου· διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανεν, ἵνα ἡμᾶς τοὺς νεκρωθέντας, ὡς εἶπεν ὁ ἅγιος, ἐπαναγάγῃ πρὸς τὴν ζωήν. ἐῤῥύσθημεν οὖν ἐκ τοῦ ᾅδου διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν ἡμῖν ἐστι τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὸν παράδεισον. οὐκέτι γὰρ τυραννεῖ κα- D θὼς τὸ πρότερον, οὐδὲ ἔχει δεδουλωμένους ἡμᾶς.

V. Honoremus igitur fratres archetypum. Cognoscamus mysterii virtutem, cognoscamus pro qua caussa Christus mortuus est: ipsa enim est virtus, ipsa mysterium est mortis Christi. Per peccatum namque imaginem nostram delevimus, & idcirco mortis legi addicti sumus, ut ait Apostolus. Faciens enim nos Dominus ad imaginem suam, misertusque proprii plasmatis, propter nos factus est homo, pro nobis mortem suscepit, ut mortuos reduceret ad vitam, ex qua propter inobedientiam excideramus. Ascendens in crucem voluntate sua, & peccatum ruinæ nostræ caussam cruci affigens, [a] *captivam duxit captivitatem*, ut scriptum est. Quid est captivam duxit captivitatem? Ex transgressione namque Adæ captivos omnes nos fecit inimicus, & subjectos habuit. Unde egredientes animæ ex corporibus hominum, inferna petebant: clausus enim erat paradisus. Ascendens igitur Christus in altitudinem sanctæ & vivificæ crucis, a captivitate in quam nos hostis duxerat ob transgressionem, liberavit per sanguinem suum: & iterum nos ex manibus inimici traxit, & superavit ejicientem & captivos facientem nos: & hinc dicitur, captivam duxit captivitatem. Hæc est virtus mysterii: propter hoc pro nobis mortuus Christus, ut nos mortuos reduceret ad vitam. Erepti sumus igitur ab inferis ob Christi humanitatem, & in nostra manu est redire ad paradisum: non enim usque adeo tyrannidem exercet hostis ut antea, neque nos sub ea qua primum, servitute habet.

Μόνον φροντίσωμεν ἀδελφοὶ καὶ φυλάξωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας. προεῖπον γὰρ ὑμῖν πολλάκις, ὅτι πᾶσα ἡ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτία, πάλιν ὑποχειρίους ἡμᾶς ποιεῖ· ἐπειδὴ ἑκόντες ἑαυτοὺς καταβάλλομεν καὶ καταδουλοῦμεν. οὐκ ἔστι γὰρ αἰσχύνη καὶ μεγάλη ταλαιπωρία μεθ' ὃ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τοῦ ᾅδου διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, καὶ μεθ' ἃ ἀκούομεν ταῦτα, ἐὰν πάλιν ἀπέλθωμεν ἑαυτοὺς εἰς τὸν ᾅδην; ἆρα οὐκ ἐσμὲν ἄξιοι καὶ ἔτι χείρονος καὶ ἐλεεινοτέρας κολάσεως; ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος ἐλεήσει ἡμᾶς καὶ δώσει ἡμῖν νῆψιν τοῦ συνιέναι καὶ βοηθεῖν ἑαυτοῖς, ἵνα εὕρωμεν μικρὸν ἔλεος. E

VI. Reliquum igitur est fratres, ut caveamus & custodiamus nos ipsos, ne rursus in peccati ruinam decidamus: ut enim vobis sæpius dixi: peccati actio servos nos facit, & sponte nostra servituti huic subiicimur. An non pudeat nos nostri? Non misereamur nobis, ut extracti ab inferis per sanguinem Christi, rursum relabamur & reiiciamus nos ipsos in infernum? An non ita digni videmur majore supplicio & pœna? Deus clemens misereatur nostri, & det nobis studium intelligendi & opem ferendi nobis ipsis, ita ut paullum quid misericordiæ mereamur ab eo invenire.

ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ κγ'.

Ἑρμηνεία τῶν ῥητῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ψαλλομένων εἰς τοὺς ἁγίους μάρτυρας.

ΔΙΑ τοῦτο καλόν ἐστι τὸ ψάλλειν ἐκ τῶν λόγων τῶν ἁγίων θεοφόρων, ἐπειδὴ πανταχοῦ σπουδάζουσιν ἀεὶ διδάσκειν ἡμᾶς πάντα τὰ συντείνοντα πρὸς φωτισμὸν τῶν ψυχῶν ἡμῶν· ἐν οἷς καὶ πρόκειται ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τῶν προσφόρων λόγων, καὶ αὐτὴν τὴν δύναμιν τῆς ἐπιτελουμένης μνήμης ἀεὶ

DOCTRINA XXIII.

Expositio in verba divi Gregorii decantata in sanctos martyres.

BOnum est semper aliquid decantare ex sermonibus sanctorum patrum. In his enim semper eorum studium fuit nos edocere & erudire, quæcumque extenderentur ad lumen animarum nostrarum. Quare debemus & nos parati esse ex ipsis sermonibus virtutem elicere quæ memoriam

a Psalm. LXVII. 19. Ephes. IV. 8.

μανθάνειν, εἴτε δεσποτική ἐστιν ἑορτὴ, εἴτε ἁγίων μαρτύρων· εἴτε πατέρων ἁπλῶς οἵα δήποτε ἡμέρα ἁγία καὶ περιφανής. ὀφείλομεν οὖν καὶ ἡμεῖς μετὰ νήψεως ψάλλειν, καὶ τιθέναι τὸν νοῦν ἡμῶν εἰς τὴν δύναμιν τῶν λόγων τῶν ἁγίων· ἵνα μὴ μόνον τὸ στόμα, καθὼς λέγει εἰς τὸ γεροντικόν, ἀλλὰ καὶ ἡ καρδία ἡμῶν μετὰ στόματος ψάλλῃ. ἐμάθομεν οὖν ἐκ τοῦ προτέρου ψαλμοῦ ὀλίγα κατὰ τὴν δύναμιν ἡμῶν περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα· ἴδωμεν πάλιν τί θέλει διδάξαι ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ὁ ἅγιος Γρηγόριος. λέγει γὰρ καὶ ὁ εἰς αὐτοὺς ψαλμὸς ὃν εἴπομεν ἄρτι ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ· ἱερεῖα ἔμψυχα, ὁλοκαυτώματα λογικά· καὶ τὰ ἑξῆς. τί ἐστιν ἱερεῖα ἔμψυχα; ἱερεῖόν ἐστιν [1] πᾶν τὸ ἀφιερωμένον εἰς θυσίαν Θεῷ· ὑπόθου, πρόβατον, ἢ βοῦς, ἤ τι τῶν τοιούτων. διὰ τί οὖν λέγει περὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων ἱερεῖα ἔμψυχα; ὅτι τὸ πρόβατον τὸ εἰς θυσίαν προσαγόμενον πρῶτον σφάζεται καὶ ἀποθνήσκει. εἶθ' οὕτως μερίζεται καὶ κατατέμνεται τῷ Θεῷ. οἱ δὲ ἅγιοι μάρτυρες ζῶντες κατετέμνοντο τὰς σάρκας ξεόμενοι, βασανιζόμενοι, μελοκοπούμενοι. ἔσθ' ὅτε γὰρ καὶ χεῖρας αὐτῶν ἀπέκοπτον οἱ δήμιοι, καὶ πόδας καὶ γλώσσας καὶ ὀφθαλμοὺς ἐξώρυττον, καὶ ἐπὶ τὸ τούτων ἔξεον τὰς πλευρὰς, ὥστε καὶ αὐτὴν φαίνεσθαι τὴν κατασκευὴν καὶ τὴν ἁρμονίαν τῶν ἐντοσθίων αὐτῶν. ταῦτα δὲ πάντα, ὡς εἶπον, ζῶντες ὑπέμενον οἱ ἅγιοι ἔτι ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, καὶ διὰ τοῦτο λέγονται ἱερεῖα ἔμψυχα. ὁλοκαυτώματα δὲ λογικά· διὰ τί; ἐπειδὴ ἄλλο ἐστὶ θυσία. ἔστιν ὅτε οὐ προσφέρουσιν ὅλον τὸ πρόβατον, ἀλλὰ μόνον τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ, καθὼς λέγει ἐν τῷ νόμῳ. τὸν βραχίονα τὸν δεξιὸν, καὶ τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος, καὶ τοὺς δύο νεφροὺς, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις· ταῦτα οἱ προσφέροντες, θυσίας προσῆγον· οἱονεὶ τὴν ἀπαρχὴν προσέφερον· καὶ αὕτη λέγεται θυσία. ὁλοκαυτώματα δέ ἐστιν ὅτε ὅλον τὸ πρόβατον ἢ τὸν βοῦν, ἢ εἴ τι ἐστὶ τὸ προσφερόμενον, καίουσιν ὅλον, ὡς λέγει ἐκεῖ, κεφαλὴν σὺν τοῖς ποσὶ καὶ τοῖς ἐντοσθίοις. ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὴν βύρσαν, καὶ τὴν κόπρον, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς, ὅλον ἐξ ὅλου κατακαίουσιν. αὕτη λέγεται ὁλοκαύτωσις. οὕτως ἐπετέλουν καὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς ὁλοκαυτώσεις οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ κατὰ τὸν νόμον.

nostram mentemque perficiat. Atque hoc maxime faciendum est cum dominica solemnitas vel sanctorum martyrum, vel quæcumque dies sancta fuerit & præclara. Ita ut psalmodiæ studium & curam adhibeamus, & mentem tamen non divertamus a virtute sanctorum verborum. Ut scilicet quemadmodum in historia Patrum memoratur, & os & cor pariter psallant. Didicimus igitur ex primo Psalmo quædam pro capacitate ingenii nostri de sancto paschate. Videamus etiam nunc quid docere nos gestiat divus Gregorius de sanctis martyribus; ait enim de iis psalmus quem modo concinuimus: Sacrificia viventia, holocaustomata rationabilia. Quid est, sacrificia viventia? Sacrificium dicitur, quidquid sacrum Deo libatur; subiice vervecem, vel bovem, vel aliud quid simile. Quid autem ait de sanctis martyribus sacrificia viventia? Aries ductus ad sacrificium jugulatur primum & interficitur, postea dividitur & in frusta conciditur, atque ita immolatur Deo. Sancti autem martyres viventes conciderunt carnes suas, excoriati, secti, cruciati, multis laboribus & tormentis afflicti. Quorum aliis tortores manus absciderunt, aliis linguam extraxerunt, aliis oculos effoderunt, aliis latera diffuerunt, ita ut ordinem & harmoniam intestinorum suorum possent cernere. Quæ omnia & viventes & habentes adhuc in corporibus animas patiebantur. Quare optime sacrificia viventia appellati sunt. Holocaustomata vero rationabilia quare dicta sunt? Sacrificii genus aliud est, quod vocant, cum scilicet totum arietem non offerunt, sed primitias ejus, ut dicitur in lege: [a] *Brachium dextrum, & fibras, & duos renes*, & his similia: qui hæc offerebant, sacrificium offerre dicebantur, hoc est, primitias: & hoc genus proprie nominatur sacrificium. Holocaustum autem est cum totus aries, vel bos, vel quidquid offertur, omnino exuritur, ut præcipitur in lege: [b] *Caput cum pedibus & intestinis comburetis*; nonnumquam etiam pellem: & ut brevi dicam, omnia comburebant; & hoc erat proprie holocaustum. Ita peragebant sacrificia & holocausta filii Israel secundum legem.


Σύμβολα δὲ ἦσαν αἱ θυσίαι ἐκεῖναι καὶ αἱ ὁλοκαυτώσεις, τῶν ψυχῶν τῶν θελουσῶν σωθῆναι, καὶ ἑαυτὰς προσενέγκαι τῷ Θεῷ. καὶ λέγω ὑμῖν καὶ περὶ τούτων ὀλίγα ἐξ ὧν εἶπον οἱ πατέρες, ἵνα ὅτε ἀναγινώσκετε αὐτὰ, ἀνάγητε μικρὸν τὰ νοήματα ὑμῶν, καὶ πιαίνηται ἡ ψυχὴ ἡμῶν. τὸν βραχίονα λέγουσιν εἶναι τὴν πρακτικήν· λαμβάνονται δὲ εἰς ταύτην αἱ χεῖρες, καθὼς καὶ διαφόρως εἴπομεν, ὁ βραχίων ἡ δύναμίς ἐστι τῆς χειρός. προσέφερον οὖν τὴν δύναμιν τῆς δεξιᾶς χειρὸς, τοῦτ' ἔστι τῶν ἀγαθῶν ἔργων· τὴν δεξιὰν γὰρ εἰς τὸ ἀγαθὸν λαμβάνουσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα εἴπομεν· οἷον ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος, καὶ οἱ δύο νεφροὶ, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἡ ὀσφὺς καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τῶν μηρῶν καὶ ἡ καρδία καὶ τὸ στηθύνιον καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὁμοίως καὶ ταῦτα σύμβολά εἰσι. ταῦτα γὰρ πάντα, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος, τυπικῶς συνέβαινον ἐκείνοις. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, καὶ λέγω ὑμῖν πῶς ἡ ψυχὴ, ὡς λέγει ὁ ἅγιος Γρηγόριος, τριμερής ἐστιν. ἔχει γὰρ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ λογικόν. προσέφερον οὖν τὸν λοβὸν τοῦ ἥπατος. τὸ ἧπαρ λαμβάνουσιν οἱ πατέρες εἰς τὴν ἐπιθυμίαν· ὁ δὲ λοβὸς τοῦ ἥπατος, ἐστὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. προσέφερον οὖν ἐκεῖνοι

II. Symbola erant sacrificia illa & holocausta animarum salutem quærentium, & se se offerentium Deo, de quibus etiam ego nunc vobis pauca quædam referabo; ut cum ea legeritis & cogitationes vestras in illa intenderitis, foveatis animas vestras. Brachium de quo prædiximus, interpretati sunt majores nostri actiones esse. Accipiamus autem & pro eadem re manum, ut solemus dicere, brachium virtutem esse manus. Obtulerunt igitur virtutem manus dextræ, hoc est, bonorum operum; dexteram enim pro bono accipiunt. Et alia omnia quæcunque diximus, fibras, renes duos, abdomen eorum, lumbos, sevum crurum, cor, pectusculum: signa erant hæc omnia, ut enim ait etiam Apostolus: [c] *In figura hæc omnia contingebant illis: & scripta sunt ad doctrinam nostram*. Et hoc, quo pacto, dicam: Anima nostra (ut ait divus Gregorius) in tres partes divisa est, in appetibilem, irascibilem & rationabilem. Obtulerunt igitur fibras hepatis. Hepar interpretantur patres appetitum: fibra autem hepatis est summum ipsius hepatis. Obtulerunt igitur illi in figura summitatem appetibilis partis, hoc est, primi-

a Lev. III, 3. 4. b Lev. IV, 11. c 1. Cor. x, 11.

1 Πᾶν τό.) πάντως.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.



συμβολικῶς τὸ ἄκρον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους, τουτέστι τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ, τὸ καλλιστεῖον καὶ τιμιώτερος μέρος αὐτοῦ· ὅπερ σημαίνει, τὸ μηδὲν πρὸ τοῦ Θεοῦ ἀγαπᾷν, μηδὲν ἐκ πάντων τῶν ἐπιθυμητικῶν προτιμᾷν τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐπιθυμίας. εἴπομεν γὰρ ὅτι τὸ τιμιώτερον αὐτῷ προσέφερον· καὶ οἱ νεφροὶ δὲ, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἡ ὀσφὺς, καὶ τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τῶν μηρῶν. τὸ αὐτὸ κατὰ ἀναλογίαν τινὰ σημαίνουσιν. ἐκεῖ γὰρ λέγουσιν εἶναι τὴν ἐπιθυμίαν. ἰδοὺ ταῦτά ἐστι τὰ σύμβολα τοῦ ἐπιθυμητικοῦ μέρους. τοῦ δὲ θυμικοῦ, σύμβολόν ἐστιν ἡ καρδία. ἐκεῖ γὰρ λέγουσιν εἶναι τὸν θυμὸν, καὶ τοῦτο σημαίνει καὶ ὁ ἅγιος Βασίλειος λέγων· θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περικαρδίου αἵματος. τὸ δὲ στηθύνιον, σύμβολόν ἐστι τοῦ λογικοῦ. τὸ γὰρ στῆθος εἰς τοῦτο λαμβάνουσι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν Μωσέα λέγουσιν ἐνδύοντα τὸν Ἀαρὼν τὸ [1] ἄνθυμα τὸ ἀρχιερατικὸν, ἐπὶ τοῦ στήθους αὐτοῦ διδόναι τὸ λόγιον, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ διαταγήν. ταῦτα οὖν πάντα, ὡς εἴπομεν, σύμβολά εἰσι τῆς ψυχῆς τῆς διὰ τῆς πρακτικῆς σὺν Θεῷ καθαιρούσης ἑαυτὴν καὶ ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν ἐπανερχομένης. λέγει γὰρ Εὐάγριος, ὅτι κατὰ φύσιν ἐνεργεῖ ψυχὴ λογικὴ, ὅταν τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν μέρος αὐτῆς, τῆς ἀρετῆς ἐφίεται, τὸ δὲ θυμικὸν, ὑπὲρ ταύτης ἀγωνίζεται, τὸ δὲ λογικὸν, ἐπιβάλλει τῇ θεωρίᾳ τῶν γεγονότων.

A tias ejus, partem sane optimam & magis pretiosam ipsius: Quod significat nihil ante Deum esse diligendum, neque ex omnibus appetibilibus ante Deum appetendum esse. Dicimus etiam quod partes magis pretiosas obtulere, quales, renes, lumbos, abdomen, & crurum pinguedinem; quæ omnia excellentiam quamdam significant: in his enim dicunt esse appetitum. Hæc igitur signa sunt partis appetibilis. Irascibilis autem signum dicunt cor: in eo enim iram esse autumant, & hoc affirmatur etiam a Basilio, cum iram ita definit: Ira est ebullitio sanguinis circa cor. Pectusculum autem signum est rationalis; nam pectus rationem significare ajunt, inducen- B tes Moysen cum Aaron fratrem indueret sacerdotale indumentum, pectori ejus rationale, ut jusserat Dominus, apposuisse. Hæc igitur omnia, ut diximus, signa sunt animæ, quæ se per bona opera purgat, & redit ad propriam naturam. Nam, ut ait Evagrius, rationalis anima tunc agit secundum naturam, cum pars ejus appetibilis virtutes appetit, irascibilis ad eas acquirendas pugnat, rationabilis contemplatur & advertit quæ facta sunt.

Ὅτε οὖν προσέφερον πρόβατον, ἢ βοῦν, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον εἰς θυσίας, ταῦτα ἐλάμβανον οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ τοῦ προσφερομένου, καὶ ἐπετίθουν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἔναντι Κυρίου, καὶ λέγεται θυσία. ὁλοκαύτωμα δέ ἐστιν, ὅτι ὅλον ἐξ ὅλου τὸ ἱερεῖον προσέφερον, καὶ κατέκαιον αὐτὸ οὕτως, ὡς ἐστὶ σῶον, ὁλόκληρον, τέλειον· καθὼς καὶ ἀνωτέρω εἴπομεν, τοῦτο τῶν τελείων ἐστὶ σύμβολον· τοῦτο τῶν λεγόντων ἐστὶ, τὸ, ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. εἰς τοῦτο τὸ μέτρον ὁ Κύριος προετρέπετο ἐκεῖνον ἐλθεῖν τὸν εἰπόντα αὐτῷ, ὅτι ταῦτα πάντα ἐφύλαξα ἐκ νεότητός μου· ἀπεκρίνατο γὰρ αὐτῷ λέγων, ὅτι ἕν σοι λείπει. ποῖον; τὸ, ἆρον τὸν σταυρόν σου, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. οἱ οὖν ἅγιοι μάρτυρες οὕτως προσήνεγκαν ὅλους ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, καὶ οὐ μόνον ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἑαυτῶν καὶ τὰ περὶ αὐτούς. ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς, καθὼς λέγει ὁ ἅγιος Βασίλειος, καὶ ἄλλο τὸ ἡμέτερον, καὶ ἄλλο τὸ περὶ ἡμᾶς· ταῦτα καὶ ἄλλοτε εἶπον ὑμῖν. ἡμεῖς ἐσμεν ὁ νοῦς καὶ ἡ ψυχὴ, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα· τὰ δὲ περὶ ἡμᾶς, κτήματα καὶ αἱ λοιπαὶ ὕλαι. προσήνεγκαν οὖν ἑαυτοὺς οἱ ἅγιοι τῷ Θεῷ ὅλῃ καρδίᾳ, ὅλῃ ψυχῇ, ὅλῃ ἰσχύϊ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· οὐ μόνον γὰρ τέκνων, καὶ γυναικῶν, καὶ δόξης, καὶ χρημάτων, καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης περιουσίας κατεφρόνησαν· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ἰδίων σωμάτων· καὶ διὰ τοῦτο λέγονται ὁλοκαυτώματα. λογικὰ δὲ, ἐπειδὴ λογικὸν ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ θύματα τέλεια Θεῷ· εἶτα τὸ ἑξῆς. Θεὸν γινώσκοντα καὶ Θεῷ γινωσκόμενα πρόβατα. πῶς Θεὸν γινώσκοντα; ὡς αὐτὸς ὁ Κύριος ἔδειξε καὶ ἐδίδαξεν εἰπών· τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. διὰ τί εἶπε τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι; ἀντὶ τοῦ, λόγων μου ὑπακούουσι, καὶ τὰς ἐντολάς μου φυλάττουσι, καὶ διὰ τοῦτο γινώσκουσί με· διὰ γὰρ τῆς φυλακῆς τῶν ἐντολῶν, ἐγγίζουσιν οἱ ἅγιοι τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον ἐγγίζουσιν αὐτῷ, τοσοῦτον γινώσκουσιν αὐτὸν, καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ. ἐπεὶ ὁ Θεὸς τὰ πάντα γινώσκει, καὶ τὰ κρυπτὰ, καὶ τὰ βαθέα, καὶ

III. Cum ergo offerebatur vel bos vel ovis, vel aliud quippiam simile in sacrificium, accipiebant C illud filii Israel ex manibus offerentis, & imponebant super altare in conspectu Domini, idque sacrificium dicebatur. Holocaustum autem cum totum ex toto offerebant, & illud omnino comburebant; & ita, ut diximus, salvum, integrum & perfectum erat, ad perfectorum hominum signum, qui dixerunt; [a] *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Ad quam perfectionem hortabatur illum Dominus, qui præcepta decalogi servasse se ab adolescentia sua respondit, cum dixit ei: [b] Unum tibi deest, ut scilicet tollas crucem tuam, & sequaris me. Sic igitur sancti martyres totos se se Deo obtulere: neque solum se ipsos, sed & quæ ipsorum fuerant & quæ cir- D ca ipsos. Aliud enim nos sumus (ut ait Basilius) aliud nostra, aliud quæ circa nos. Nos, ut alias vobis dixi, sumus mens & anima; nostrum est corpus; circa nos sunt possessiones & alia hujuscemodi. Obtulerunt ergo se se primum sancti Deo, toto corde, tota anima, tota virtute, ut scriptum est: [c] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, tota mente tua, tota anima tua.* Non solum enim filios, uxores, gloriam, pecunias, & ceteram omnem substantiam contemserunt, sed & sua propria corpora tradiderunt. Quare recte dicuntur holocaustomata. Rationabilia autem, quia rationale animal est homo, sacrificium perfectum Deo. Sequitur: Deum cognoscentes, & E a Deo cognitas oves. Quo pacto Deum cognoscentes? Ostendit hoc Dominus: docuitque dicens: [d] *Oves meæ vocem meam audiunt & cognosco meas, & cognoscunt me meæ*; hoc est, sermonibus meis parent, præcepta mea custodiunt, & ex his cognoscunt me. Per observantiam enim præceptorum appropinquant Deo sancti; & quanto magis illi appropinquant, tanto magis cognoscunt, & ab eo cognoscuntur. Dominus enim omnia novit, & profunda & occulta, & etiam quæ nondum sunt. Cognosci autem dicuntur ab eo

a Matth xix. 27. b Ibid. ℣℣. 20, 21. c Matth. xxii. 37. Marc. xii. 30. Luc. x. 27. d Joan. x. 27.

1 Ἄνθυμα.) Forte ἔνδυμα.

τὰ μὴ ὄντα. διὰ τί οὖν λέγει περὶ τῶν ἁγίων Θεῷ γινωσκόμενα; ὅτι, καθὼς εἶπον, διὰ τῶν ἐντολῶν ἐγγίζοντες αὐτῷ, γινώσκουσιν αὐτὸν καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ. ὅταν γὰρ ἀποστρέφεταί τις καὶ μακρύνει ἑαυτὸν ἀπό τινος, τοῦτον λέγεται ἀγνοεῖν· ἐγγίζων ὁμοίως λέγεται γινώσκειν καὶ γινώσκεσθαι· κατὰ τοῦτο οὖν λέγεται καὶ ὁ Θεὸς ἀγνοεῖν τοὺς ἁμαρτωλοὺς καθὸ μακρύνουσιν ἑαυτοὺς ἀπ' αὐτοῦ. διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος τοῖς τοιούτοις λέγει· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. οἱ οὖν ἅγιοι, καθὼς πολλάκις εἶπον, ὅσον κτῶνται διὰ τῶν ἐντολῶν τὰς ἀρετάς, τοσοῦτον προσοικειοῦνται τῷ Θεῷ, καὶ ὅσον προσοικειοῦνται αὐτῷ, τοσοῦτον γινώσκουσιν αὐτὸν καὶ γινώσκονται ὑπ' αὐτοῦ. ὧν ἡ μάνδρα λύκοις ἀνεπίβατος. μάνδρα λέγεται, τόπος περιπεφραγμένος, ἔνθα συνάγει ὁ ποιμὴν τὰ πρόβατα καὶ φυλάσσει, ἵνα μὴ διαρπασθῶσιν ὑπὸ λύκων, ἢ ἀπὸ λῃστῶν συληθῶσιν. ἐὰν δὲ ὑπάρχῃ ἡ μάνδρα ἀπὸ οἱουδήποτε μέρους σαθροτέρα, εὐέλτηκεται εὐεπίβατος, καὶ εὐχερῶς ἐπιβουλεύεται καὶ ὑπὸ τῶν λύκων καὶ τῶν λῃστῶν. ἡ οὖν μάνδρα τῶν ἁγίων πανταχόθεν ἠσφάλισται καὶ πεφύλακται, ὥσπερ εἶπεν ὁ Κύριος, ἔνθα κλέπται οὐ διορύσσουσιν, οὔτε ἄλλό τι τῶν βλαβερῶν ἐπιβουλεῦσαι δύναται. εὐξώμεθα οὖν ἀδελφοί, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀξιωθῶμεν συμποιμανθῆναι αὐτοῖς, καὶ εὑρεθῆναι καὶ ἐν τῷ τόπῳ τῆς μακαρίας τρυφῆς ἐκείνης, καὶ τῆς ἀναπαύσεως αὐτῶν· κἂν γὰρ οὐκ ἐφθάσαμεν τὴν κατάστασιν τῶν ἁγίων, κἂν οὐκ ἄξιοί ἐσμεν τοῦ εἶναι ἐν τῇ δόξῃ αὐτῶν. ἀλλὰ δυνάμεθα μὴ ἐκπεσεῖν τοῦ παραδείσου, ἐὰν νήφωμεν καὶ βιάζωμεν ἑαυτοὺς μικρόν, ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης, κἂν μὴ στεφανῶταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παλατίῳ εἰσὶ μεγάλαι καὶ λαμπραὶ στρατιαί, ὑπόθου τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, τοὺς στρατηλάτας, τοὺς ὑπάρχους, τοὺς σελεντιαρίους· εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατιαί. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν τῷ αὐτῷ παλατίῳ στρατευόμενοι ὀλίγων νομισμάτων· ὅμως λέγονται καὶ αὐτοὶ στρατεύεσθαι τῷ βασιλεῖ, καί εἰσιν ἔσω ἐν τῷ παλατίῳ, κἂν τὴν δόξαν τῶν μεγάλων οὐκ ἔχωσιν· ἀλλὰ πῶς εἰσί. συμβαίνει δὲ ὅτι καὶ κατὰ μικρὸν προκόπτοντες, τυγχάνουσι καὶ αὐτοὶ μεγάλων στρατιῶν καὶ λαμπρῶν ἀξιωμάτων. οὕτως καὶ ἡμεῖς σπουδάσωμεν ἐκφυγεῖν τὴν κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίαν, ἵνα πῶς ἐξειλήσωμεν τοῦ ᾅδου· καὶ οὕτως δυνάμεθα διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ αὐτῆς τῆς εἰσόδου τοῦ παραδείσου τυχεῖν, εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

per obſervantiam præceptorum, ut diximus, ea ſimilitudine qua quis ignorare & ignorari ab aliquo dicitur per elongationem, & per appropinquationem ſciri & cognoſci: Juxta quod dicitur, Deum ignorare peccatores, quoniam longe fiant ab eo per peccatum. De quibus ait Dominus in Evangelio: [a] *Amen amen dico vobis, neſcio vos*. Sancti igitur, ut dico ſæpius, quo magis præceptorum obſervatione parant virtutes, eo magis appropinquant Deo, quoque magis accedunt ad Deum, eo magis cognoſcunt eum, & ab eo cognoſcuntur. Sequitur: Quarum mandra lupis eſt invia. Mandra dicitur locus circumſeptus: huc congregat paſtor oves, & cuſtodiam illarum agit, ne rapiantur a lupis, vel abigantur a furibus. Quod ſi aliqua ex parte mandra fragilis fuerit & debilis, facile pervia fit inſidiis tam luporum, quam furum. Mandra igitur ſanctorum, munita eſt undique, tuta & obſervata, &, ut ait Dominus [b], *ubi fures non effodiunt*, neque quidquam nocens afferre poſſunt. Oremus fratres Dominum, ut & nos illis pariter corregnemus, pariter congaudeamus in loco deliciarum & ſanctæ quietis. Niſi enim in eorum ſtatum & perfectionem pervenerimus, haud umquam digni erimus eorum gloria. At utinam a paradiſo non cadamus: quod ſane minime continget, ſi vigilaverimus, ſi ſtudioſi fuerimus, ſi nos ipſos coegerimus. Ut enim ait ſanctus Clemens: * Quiſquis coronam optat conſequi, ſtudeat atque operam det, ut ſit apud coronatos. Ut enim in palatio magni ſunt ac ſplendidi magiſtratus, finge ſenatum, patricios, magiſtros equitum, præfectos, ſilentiarios; qui omnes magiſtratus venerabiles ſunt. Et alii quoque in eodem palatio ſunt militiam agentes parvo ære & modico ſtipendio; & tamen ipſi quoque militare dicuntur regi, & quamvis ſummorum illorum gloriam non habeant, & ipſi tamen in palatio ſunt. Contingit autem plerumque ut & ipſi ſenſim proficientes conſequantur magiſtratus illos magnos & ſplendidos, & eamdem gloriam adipiſcantur. Ita & nos operam demus, ut a peccato immunes omnino ſimus, quo, gehenna repulſa, liberum aditum in paradiſum Chriſti clementia & miſericordia, & ſanctorum precibus habeamus.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 596.

DOCTRINA XXIV.

De compoſitione Monachi.

HÆC eſt modeſta & grata Deo compoſitio: Primum non circumferre huc & illuc oculos, ſed quæ ante te ſunt, ſolum intueri: neque vana & otioſa loqui, ſed tantum neceſſaria. Veſtibus ita modicis uti, quæ ad corporis neceſſitatem ſint: & cibis, qui corpus conſolident, nec gulam provocent. Nihil diſcernere, de omnibus indifferenter deguſtare. Non cibos hos ut viles reijcere, illos ut delicatos eligere, ſeque his ad vomitum ingurgitare. Major quacumque virtute diſcretio eſt. Vino ne utere extra ſymbolum, vel infirmitatis aut imbecillitatis gratia. Ne interrumpas ſermonem altero loquente, neque ut rudis & indoctus reſpondeas, ſed ut ſapiens. Stabilis & firmus ſis; & ubicumque locorum fueris, miniſtrum & ſervum te puta fratrum tuorum. Ne denudaveris præſente aliquo ullum membrorum tuorum, neque appropinques corpori alicujus abſque manifeſta & ſumma neceſſitate, aut permittas alium tibi appropinquare abſque rationabili cauſſa. Fuge præſumtionem tamquam mortem. Sobrius & modeſtus eſto. In ſomno ne longe fiat a te virtus quæ tibi circumvigilat. Ubi autem cubes, nemo (ſi fieri poteſt) vel ſciat vel videat. Ne exſpuas vel excrees ante aliquem. Quod ſi te tuſſis invaſerit ſedentem ad menſam, verte faciem tuam retrorſum, & cum omni modeſtia exſpue. Comede & bibe, ut decet ſervos Dei. Ne extendas manum impudenter, ut capias quod ante fratrem tuum eſt. Si ſederit tecum hoſpes, invita illum ſemel & iterum ad comedendum. Compoſitæ menſæ aſſideas modeſte & contracte, non confuſe. Nullum membrorum tuorum enuda, cum æſtuas & cales. Cum oſcitas, cave os tuum quiſ-

[a] Matth. xxv. 12. [b] Matth. vi. 20.

* Clem. Epiſt. II. ad Corinth. cap. vii.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



piam videat; comprimente autem te ſpiritum A tuum, illico pertranſiet. Cum ingrederis cellam præpoſiti vel amici vel diſcipuli tui, cave quippiam curioſius inſpicias earum rerum quæ in illa fuerint. Qui enim in his impudenter ſe habet, mentitur monaſticum habitum, & Chriſtum qui habitum hujuſcemodi nobis gratificatus eſt. Cum modeſtia & ſine ſtrepitu aperi & claude oſtia vel tua vel amici tui. Ne tumultuarie ingrediaris ad quemquam, ſed prius exterius pulſans, cum vocatus fueris ingredere. Ne ſtudeas in inceſſu tuo abſque neceſſaria cauſſa. Cunctis pare in omni opere bono: non tamen divitibus, locupletibus & ſæcularibus multum adhæſeris, ne fiat opus diabolicum. Cum manſuetudine omnibus loquere, & cum B modeſtia homines intuere & contemplare, ne videas faciem alicujus non cernere, ſed haurire oculis tuis. Cum ambulas in via, ne præoccupes aut præcedas majores tuos: quod ſi tuum erit præcedere, præſtolare ſocium tuum, neque multum velis eum anteire. Qui enim hoc non egerit, inſipiens judicabitur, & ſimilis porco exlegi. Si locutus fuerit ſocius tuus cum occurſantibus amicis in via, exſpecta eum libenter, neque compelle. Sanus ægro dicat ante tempus, comedamus. Ne reprehenderis ullum aliquando peccantem vel labentem in aliquo, ſed te ſemper ſuſpectum habeto, & lapſus illius te cauſſam puta. Omne opus vile adeas libenter & cum humilitate. Si coactus C fueris ridere, riſus tuus careat dentibus. Si compulſus fueris mulieribus congredi, averte faciem tuam a conſpectu earum, & ſic loquere. Ab impudicis fuge tamquam ab igne & laqueo diaboli, & cave illas nuſquam obvias habeas, alloquaris, aut aſpicias; ne cor tuum luto paſſionum deturpetur: etiamſi ſorores tibi fuerint, eas ut ignotas declina. Cognatis & affinibus tuis ne admodum commiſcearis, ne refrigeſcat cor tuum a caritate Dei. Adoleſcentulorum colloquia & conſuetudinem fuge, ut amicitiam diaboli. Unicum habeto ſocium, unicum amicum Deum timentem, quicum D loquaris, & conſueſcas, quique in domo inops ſit & tenuis, in myſteriis autem Dei dives & plenus. Secreta tua, bella animi, & quoſcumque actus tuos, apud omnes cela. Ante nullum ſedeas, niſi compulſus. Cum modeſtia egredere ad neceſſarios uſus neceſſarie. Venerare cuſtodem tui angelum in omnibus actibus tuis. Cum timore Dei omnia perfice, teque ad orationem, meditationem & contemplationem ſæpe compelle. Melius tibi eſt mortiferam æruginem manducare, quam cum muliere comedere, etiamſi mater, etiamſi ſoror tua ſit. Melius tibi eſt cohabitare ſerpenti, quam cum ſcorto conſedere, etiamſi tibi ſoror fuerit ſecundum carnem. Si a ſuperioribus tuis cum in itinere es, invitatus fueris ad pſallendum, ne recuſa parere: quod ſi nihil dixerint, lingua tace, corde tamen Dominum glorifica. Ne contendas cum ullo de re aliqua, ne facias turbationes. Ne mentiaris, ne jures in Dei nomine. Contemne te ipſum, non alium; te ipſum injuria affice, non alium. Melius eſt omnia corporea perire cum corpore, quam in re quavis minima lædi animam. Ne contende in judicio cum aliquo, ſed adjudicatus patientiam habe, etiamſi non meritus ſis judicium. Nihil in te diligas, quod priſtinum hominem redoleat. Subjicere ſuperioribus & ducibus tuis, & illorum nimiam conſuetudinem vita: eſt enim laqueus, negligentes & deſides in perditionem inducens. O guloſe qui ventrem tuum ingurgitare ſtudes, melius tibi eſſet carbones ignis devorare, vel patellas & frixorias deglutire, quam ita ventrem enutrire. In omnes miſericors eſto, abſtractus autem ab omnibus. A multiloquio abſtine: hoc enim exſtinguit cordi advenientes cogitationes rationabiles & cæleſtes. Cave dogmatizare cum alumnis prælatis Eccleſiæ, & cum alienigenis, & præſertim in publico. Si quos videris inter ſe verbis altercantes & ira percitos, tranſeas, ne cor tuum quoque ira impleatur, & dominentur cordi tuo erroris tenebræ. Cum ſuperbo ne eas, ne Spiritus ſancti actio tollatur ab anima tua, & fias habitaculum omnis pravæ & immundæ paſſionis. Hæc præcepta, ſi cuſtodieris o homo, teque ſemper exercueris in Dei meditatione ſincere & abſque fictione, apparebit in anima tua lumen Chriſti, quod in æternum non exſtinguetur. Ipſi gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀδελφὸν στενοχωρούμενον ὑπὸ πειρασμοῦ.

Πρῶτον μὲν, τέκνον, οὐκ οἴδαμεν τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὀφείλομεν παραχωρεῖν αὐτῷ τὴν διοίκησιν ἡμῶν, ὅπερ καὶ νῦν μάλιστα ὀφείλομεν ποιεῖν. ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς κρίνειν τὰ ἀπαντῶντα, καὶ μὴ μᾶλλον ἐπὶ τὸν Θεὸν ἐπιρρίπτειν τὴν μέριμνάν σου, κοπούσαι. δεῖ οὖν ὅτε ἔρχονται στενοῦντές σε ἐναντίοι λογισμοὶ, κράζειν πρὸς E τὸν Θεὸν, Κύριε ὡς θέλεις, καὶ ὡς οἶδας, οἰκονόμει σὺ τὸ πρᾶγμα. πολλὰ γὰρ παρ' ὃ νομίζομεν ἢ παρ' ἐλπίδας ποιεῖ ἡ πρόνοια τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλως ἐλπιζόμενα πράγματα, ἐπὶ τῆς πείρας εὑρέθησαν ἑτέρως· καὶ ἁπλῶς μὴ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς θέλειν, ὡς εἶπον, ἢ νομίζειν περιγενέσθαι λογισμῶν δαιμονικῶν. ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν εἰδὼς ταῦτα τὸ μὴ μεριμνῆσαι περὶ τῆς αὔριον φησι, ἀνθρώπῳ εἴρηται ἐν πειρασμῷ ὄντι· πιστεύων οὖν ἀληθῆ ταῦτα εἶναι τέκνον, ἄφες πάντα λογισμὸν ἴδιον κἂν συνετὸς ᾖ, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, τὸν ἐκ περισσοῦ ποιοῦντα ὧν αἰτούμεθα, ἢ νοοῦμεν. ἠδυνάμην πᾶσιν οἷς εἶπας ἀντεθῆναι· ἀλλ' οὐ θέλω ἀντιστῆναί σοι, ἀλλ' οὐδὲ ἐμαυτῷ· εἰ μὴ μᾶλλον τοὺς ἐπὶ τὴν ἐλπίδα τοῦ

Ejuſdem ad fratrem tentationibus oppreſſum.

Primo quidem, fili, neſcimus Dei diſpenſationem, & debemus ei permittere gubernationem noſtri: quod nunc præcipue facere debemus. Si enim velis humanis rationibus ea quæ contingunt, judicare, & non potius in Deum reijcere curam tuam, laborabis valde. Oportet igitur, cum contrarii impetus tibi ſubeunt opprimentes te, ad Deum clamare: Domine ſicut vis & ſicut noſti, guberna negotium. Multa enim providentia Dei præter quam putamus aut ſperamus facit: & res aliter ſperatæ, experientia aliter inveniuntur, & omnino non humanis conſiliis ſolent, ut dixi, ſuperari diaboli inſidiæ. Abbas Paſtor hæc ſciens, dixit homini in tentationibus exſiſtenti dictum eſſe: [a] *Ne de craſtino ſolicitus ſis.* Crede igitur vera eſſe hæc, fili: dimitte proprias cogitationes, etiamſi prudentes ſint, & tene ſpem in Deum: [b] *qui abundanter facit quæ petimus aut cogitamus.* Potuiſſem omnibus quæ dixiſti, reſpondere: ſed nolo tecum pugnare, immo nec mecum: ſed tantum viam ad ſpem in Deum demonſtrare. Illa

a Matth. VI, 34. b Epheſ. III, 20.

Θεοῦ, ὁδὸν ὑποδεῖξαι· αὕτη γὰρ ἀμεριμνοτέρα καὶ ἀσφαλεστέρα ἐστίν. ὁ Κύριος μετά σου.

A enim sine solicitudine & tranquilla est. Dominus sit tecum.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Μνήσθητι, τέκνον, τοῦ εἰπόντος, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, καὶ μὴ διορίσαντος, τοιῶνδε, ἀλλ' εἰπόντος ἀδιορίστως, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων. καὶ οὕτως ὑπόμεινον τὰ ἐπερχόμενα μετ' εὐχαριστίας, ἐν γνώσει, ὡς ἡδέα, ἐὰν ἔχεις ἁμαρτίας· εἰ δὲ μὴ ἔχεις, ὡς καθαίροντά σε ἀπὸ παθῶν, ἢ προξενοῦντα τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος καὶ φιλόψυχος, ὁ ἐπιτιμήσας τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ποιήσας γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμήσει καὶ τῷ σῷ πειρασμῷ, τέκνον, καὶ δώῃ σοι πλάτος καρδίας, εἰς τὸ εἰδέναι τὴν κακουργίαν τοῦ ἐχθροῦ, ἀμήν.

Ad eumdem.

Recordare, fili, ejus qui dixit, quod [a] *per multas afflictiones oporteat nos intrare in regnum cælorum*; non adijciens per has aut illas, sed dicens indefinite, per multas. Et tu igitur sufferas quæ incidunt, cum gratiarum actione in scientia, tamquam jucunda, si habes peccatum: sin minus, tamquam purgantia te ab affectibus, aut præparantia regnum cælorum. Deus [b] *amans* hominum & *animarum*, qui [c] imperavit vento & mari, & fecit tranquillitatem magnam, imperabit etiam tuis tentationibus, fili: & det tibi magnitudinem animi, ut videre possis malitiam hostis. Amen.

B

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐμπεσόντα εἰς μακρὰν ἀσθένειαν, καὶ συμπτώματα διάφορα.

Παρακαλῶ σε, τέκνον, ὑπόμεινον καὶ εὐχαρίστει ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσιν ἐν τῇ ἀσθενείᾳ συμπτώμασι, κατὰ τὸν λέγοντα, πάντα τὰ ἐπερχόμενά σοι, ὡς ἀγαθὰ προσδέχου, ἵνα ὁ σκοπὸς τῆς προνοίας, εἰς εὐάρεστον αὐτῇ πληρωθῇ ἐπὶ σοί, τέκνον μου. ἀνδρίζου τοίνυν καὶ κραταιοῦ ἐν Κυρίῳ, καὶ τῇ περὶ σὲ οἰκονομίᾳ. ὁ Θεὸς μετά σου.

Ejusdem ad fratrem qui in diuturnum morbum & varia accidentia inciderat.

Hortor, fili, ut toleres & gratias agas ob ea quæ in morbo accidunt tibi, secundum eum qui dixit: Omnia quæ accidunt tibi, tamquam bona suscipe, ut scopus providentiæ ad beneplacitum ipsius consummetur in te, fili mi. Virili igitur animo sis & corroborare in Domino, & in
C dispensatione ejus erga te. Dominus sit tecum.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐν πειρασμῷ ὄντα.

Εἰρήνη σοι ἐν Χριστῷ ἀδελφέ. πεῖσον τὴν καρδίαν σου, ὅτι σὺ πάντως τὴν ἀφορμὴν παρέσχες τῷ πειρασμῷ· κἂν νῦν πρὸς τὸ παρὸν τὴν αἰτίαν οὐχ εὑρίσκῃς· καὶ μέμψαι σεαυτὸν καὶ ὑπόμεινον καὶ εὖξαι. καὶ πιστεύω εἰς τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ὅτι παράγει τὸν πειρασμόν. εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ἡ δὲ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ, ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, φρουρήσει τὴν καρδίαν ὑμῶν.

Ejusdem ad fratrem in tentatione exsistentem.

Pax in Christo, frater. Vince animum tuum, quia tu omnino occasionem dedisti tentationi tuæ, etsi nunc quidem caussam non intelligis: & accusa te ipsum & sustine & ora. Et credo in misericordiam boni Domini Christi, quod tollat tentationem. Dixit enim Apostolus: [d] *Pax Christi quæ excedit omnem intellectum, custodiet corda vestra.*

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Ὥσπερ τοῖς σώμασιν αἱ σκιαί, οὕτω καὶ ταῖς ἐντολαῖς οἱ πειρασμοὶ παρακολουθοῦσιν. οὐδεὶς γάρ, φησὶν ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἀπείραστος εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. μὴ οὖν θαυμάσῃς, τέκνον, ἐὰν συμβουλευόμενος περὶ τῆς σωτηρίας σου, πειρασμοὺς εὑρίσκῃς καὶ θλίψεις, ἀλλ' ὑπόμεινον ἀταράχως καὶ εὔχου εὐχαριστῶν, ὅτι ὅλως ἀξιοῦσαι πρὸς γυμνασίαν καὶ δοκιμὴν τῆς ψυχῆς σου πειρασθῆναι ὑπὲρ τῆς ἐντολῆς. ὁ ἀγαθὸς Θεὸς χαρίσεταί σοι νῆψιν ἐν καιρῷ πειρασμοῦ καὶ ὑπομονήν.

Ad eumdem.

D Quemadmodum corpora umbra, sic præcepta tentationes sequuntur. Nemo enim, ut magnus Antonius inquit, sine tentationibus intrabit in regnum cælorum. Noli igitur mirari, fili, si quum tibi de salute tua consulimus, tentationes habes & afflictiones: sed sustine forti animo & precare, gratias agens quod dignus reputaris ad exercitia & probationem, tentari in anima tua propter præceptum. Bonus Dominus dabit tibi resipiscentiam tempore tentationis & tolerantiæ.

Πρὸς τὸν αὐτόν.

Ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ ἐσμὲν πλάσμα καὶ ἔργον, τοῦ εἰπόντος, ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος, οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. πάλιν, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. εἰ οὖν οὕτως ἐστὶ καὶ οὕτως πιστεύομεν, ἐπιρρίψωμεν ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν ἡμῶν· καὶ αὐτὸς ἡμᾶς διαθρέψει, ἤτοι σώσει. αὐτῷ γὰρ μέλει περὶ ἡμῶν· αὐτὸς καὶ τὴν καρδίαν σου παρακαλέσει, τέκνον, εὐχαῖς ἁγίων, ἀμήν.

E *Ad eumdem.*

Boni & amantissimi Dei figmentum & opus sumus, qui dixit: [e] *Vivo ego: nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et iterum: [f] *Non veni vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Si igitur ita se habet: ita & credamus [g] jaciamus in Dominum curam nostram, & ipse enutriet nos & salvabit. Ipsi enim curæ sumus nos; qui cor tuum, fili, consolabitur precibus sanctorum. Amen.

a Act. xiv. 21. b Sap. xi. 27. c Matth. viii. 26. d Philipp. iv. 7. e Ezech. xxxiii. 11. f Matth. ix. 13. g Psalm. liv. 23.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
596.



Πρὸς τὸν αὐτόν.

Καλῶς ὁ ἀββᾶς Ποιμὴν ἐνόησε, τὸ μὴ μεριμνῆσαί τινας περὶ τῆς αὔριον, πρὸς ἄνθρωπον εἰρῆσθαι ἐν πειρασμῷ ὄντα. καὶ τὸ, ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, εἰς τὸ αὐτὸ φέρει. ἀπόστα οὖν, τέκνον, ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ κράτει τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα, πολλὰ ποιοῦντα ὑπὲρ ἃ διανοούμεθα, καὶ ἀναπαύσει σὲ ἡ εἰς Θεὸν ἐλπίς. ὁ Κύριος βοηθήσαί σοι, τέκνον, διὰ τῆς εὐχῆς τῶν ἁγίων. δεῖ οὖν ἡμᾶς ἀφιστᾶν ἑαυτοὺς τῶν τοιούτων λογισμῶν, μὴ ἔχοντας θάρσος περὶ τῆς αὔριον ζωῆς.

Ad eumdem.

Bene abbas Pastor intellexit illud: [a] Ne quis curet de crastino, de homine dictum esse qui tentetur. Ejusdem generis est illud: [b] *Jacta curam tuam in Dominum*. Relinque igitur cogitationes humanas, & prehende in Deum spem, facientem multa præterquam cogitamus, & tranquillum te reddet spes in Deum. Deus adjuvet te fili precibus sanctorum. Oportet igitur nos relinquere ejusmodi cogitationes, ne habeamus curam vitæ crastinæ.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς ἀσθενέστερόν τινα ἀδελφὸν, λαμβάνοντα διαφόρους λογισμοὺς περὶ τὸν οἰκονομοῦντα τὰ πρὸς τὴν χρείαν αὐτοῦ.

ΕΝ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀδελφέ μου οὐδὲν ἔχομεν δίκαιον πρὸς τὸν πλησίον. χρεωστοῦμεν γὰρ τοῦτον διὰ τῆς ἀγάπης ὑπερβῆναι καὶ καταπιεῖν. οὐδεὶς λέγει τῷ πλησίον, διὰ τί οὐκ ἀγαπᾷς με; ἀλλ' αὐτὸς ποιῶν τὰ ἄξια τῆς ἀγάπης ἐφέλκεται καὶ τὸν πλησίον εἰς ἀγάπην. περὶ δὲ τῆς χρείας τοῦ σώματος ἐάν τις ᾖ ἄξιος τοῦ ἀναπαυσθῆναι, καὶ Σαρακηνῶν καρδίαν πληροφορεῖ ὁ Θεὸς ποιῆσαι μετ' αὐτοῦ ἔλεος κατὰ τὴν χρείαν αὐτοῦ. ἐὰν δὲ οὐκ ἔστιν ἄξιος, ἢ οὐ συμφέρει αὐτῷ ἐν τῇ παιδίᾳ αὐτοῦ παρακληθῆναι· καινὸν οὐρανὸν, καὶ καινὴν γῆν ἐὰν ποιήσῃ, εὑρίσκει ἀνάπαυσιν. περὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν σε ὅτι βαρεῖς τοὺς ἀδελφούς, ὁμολογούμενον δικαίωμά ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ προξενῶν ἐντολὴν Θεοῦ ἐργάσασθαι τῷ πλησίον βουλομένῳ σωθῆναι, λέγει ὅτι βαρῶ αὐτόν. ὁ μισῶν ἐρεθίζοντας μισεῖ πραΰτητα. ὁ φεύγων θλίβοντας, φεύγει τὴν ἐν Χριστῷ ἀνάπαυσιν. ὁ Θεὸς ὁ φιλάνθρωπος, τέκνον, σκεπάσει ἡμᾶς τῇ αὐτοῦ χάριτι, δι' εὐχαῖς πάντων τῶν ἁγίων, ἀμήν.

Ejusdem ad imbecilliorem quemdam fratrem, varia cogitantem de administrante quæ ad ipsius usum pertinebant.

IN nomine Jesu Christi. Frater mi, nihil juris habemus in proximum. Opus habemus eum caritate vincere & devorare. Nemo enim dicit proximo: Cur non amas me? sed ipse faciens amore digna, allicit etiam proximum in amorem. Quod ad necessitatem corporis attinet, si quis dignus sit requie, etiam Saracenorum corda flectet Dominus, ut faciant cum eo misericordiam juxta necessitatem ipsius. Si vero non est dignus, nec conducit ipsi ut in castigatione sua consolationem accipiat, novum cælum & novam terram si faciet, inveniet requiem. Quod autem dicis quod graves fratres tuos, aperte justificari vis. Nullus enim cupiens præcepta Dei custodire proximo cupienti salvari dicit, quod eum gravet. Odio habens irritantes, odit lenitatem: fugiens afflictos, fugit requiem in Christo. Deus amator hominum, fili, custodiat nos sua gratia propter preces omnium sanctorum. Amen.

a Matth. VI. 34. b Psalm. LIV. 23.

Sæcul. VI.
circa
Ann. Chr.
596.



ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΔΩΡΟΘΕΟΥ

Διδασκαλίαι ψυχωφελεῖς διάφοροι.

SANCTI PATRIS NOSTRI

DOROTHEI ARCHIMANDRITÆ

Expoſitiones & Doctrinæ diverſæ, animabus perutiles.

JOANNIS PHILOPONI


DE

MUNDI CREATIONE

LIBRI VII.

ATQUE

EJUSDEM DISPUTATIO DE PASCHATE.



Omnia ex antiquissimo codice ms. bibliothecæ Vindobonensis primum in lucem edita & Latine reddita

CURA ET STUDIO

BALTHASARIS CORDERII S. J.

****

Nunc vero recensita pluribusque in locis emendata ac restituta.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟΠΟΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ

ΛΟΓΟΙ ΕΠΤΑ.

JOANNIS PHILOPONI,

DE

MUNDI CREATIONE

LIBRI SEPTEM.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Πολὺς μὲν ἐμοὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, ἐν πολλαῖς πραγματείαις δίδωσται λόγος, τούς τε ποικίλους τῶν συλλογισμῶν καὶ δυσδιεξόδους ἀνελίσσοντι λαβυρίνθους, δι' ὧν οἱ ἐκ τῆς σεμνῆς φιλοσοφίας, μὴ γεγονέναι τουτονὶ τὸν κόσμον δεικνύειν ἔδοξαν, ὡς κινδυνεύειν ἐντεῦθεν μηδ' ὅλως αὐτοῦ δημιουργὸν εἶναι πιστεύειν Θεόν, εἰ μὴ τοῦτον οὐκ ὄντα παρήγαγε. δέδειχα δὲ καὶ ὡς ἀρχὴν ἔχει τοῦ εἶναι, πλείοσιν ἐπιβολαῖς τοῦτο συλλογισάμενος. πολλοὶ δὲ διὰ ταῦτα συνεχῶς ἡμῖν ἐνώχλουν, ἠρέμα πως καὶ ὑπωνείδιζον, ὡς ἐξωτερικῶν μὲν λόγων προτέλεγχον. διηγώνισταί μοι τάχα που καὶ πέρα δυνάμεως. τῶν δὲ τοῦ μεγάλου Μωϋσέως περὶ τῆς τοῦ κόσμου παραγωγῆς θεόθεν ἡκόντων ἀμελήσαιμι ῥημάτων, περιελκομένων οὐκ [1] ἂν ἐκτῶς ὑπὸ τῶν ἐπεσκέφθαι τοῦ παντὸς φρυαττομένων τὴν διακόσμησιν, ὡς οὐ τοῖς φαινομένοις Μωϋσῆς πεφυσιολόγηκε σύμφωνα. μάλιστα δὲ σὺ τιμιοτάτη μοι κεφαλὴ Σέργιε, καὶ τῶν ἐν ἀρχιερεῦσι Θεοῦ τελούντων μέγιστον ἐγκαλλώπισμα, πολὺς ἐπέκεισο προτρέπων, μονονουχὶ καὶ βιαζόμενος, τὰ εἰς ἐμὴν συνεισφέρειν τῷ πράγματι δύναμιν. συνεργὸς δὲ τοῦ σπουδάσματος ἦν ὁ γνώριμος τοῦ γένους οὐκ ἔλαττον τὴν θεοσέβειαν Ἀθανάσιος, οἷα σκύμνος τῷ εἰς ἀρετὴν θρεψαμένῳ συμπαραθέων, πολιὸς δὲ νοῦς ἐν ἀσκήσει λόγων, αἰδέσιμον ποιεῖ νεότητα.

PROŒMIUM.

A Ingens a me de mundi generatione plurimis laboribus confectus est liber; dum varios eosque inextricabiles rationum labyrinthos evolvo, quibus celebres philosophi, non omnino conditum esse mundum visi sunt demonstrare: adeo ut etiam in periculum hinc vocaretur, an omnino Deus ejus conditor credendus esset, si non de nihilo ipsum produxisset. Ceterum ostendi quoque principium habuisse exsistendi, pluribus id argumentis convincens. Sed multi idcirco nobis objecerunt, & quasi tacite exprobrarunt, quod populares rationes refutassemus. Dimicatum fortassis a me ali-
B quando etiam extremis viribus. Verum ego ne magni Moysis de mundi productione divinitus tradita verba negligam; cum ab externis illis qui se universi hujus ornatum observasse jactitant, traducantur, ac si Moyses minime consentientia iis quæ apparent, de naturis tradidisset? Potissimum vero tu Sergi, caput mihi maxime venerandum, nec non pontificum Deo sacrificantium maximum ornamentum, frequens me ursisti admonendo, & tantum non cogendo, ut quidquid possem ad hanc rem conferrem. Consors autem hujus studii erat ille non minus pietate, quam genere illustris Athanasius, qui tamquam leunculus ad virtutem una cum alumno accurrit; mens autem ratiocinandi
C exercitatione senilis, venerabilem ejus reddit juventutem.

ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ Α΄.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

Τίς ὁ τῆς προκειμένης πραγματείας σκοπός, καὶ τίς ἐν τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως συγγράμματι τῷ Μουσεῖ πρόθεσις;

Πολλαὶ μὲν οὖν εἰς τὴν πραγματείαν ἐκείνην ὑπὸ πολλῶν οὐκ ἄκομψοι σπουδαὶ κατεβλήθησαν, καὶ μάλιστα Βασιλείῳ τῷ πάνυ θείῳ τε καὶ

LIBRI I.

CAPUT I.

Quis sit propositi operis scopus, & quid in libro de mundi generatione Moysi propositum sit?

Multæ quidem in rem istam a pluribus non inelegantes curæ sunt impensæ, maxime a Basilio plane omni tam divina quam humana scien-

1 Ἂν ἐκτῶς] Hoc in opere non pauca emendatu facilia inemendata reliquit Corderius, & vitiosum textum mala versione incrustavit. Heic vero primum, adverbium ἀνεκτῶς remansit in ἂν & ἐκτῶς, versumque est quasi ἐκτός, *al. externis*. Res per se clara est, proinde verbum non amplius addam. COTELER. *Eccl. Gr. Monum.* tom. III. pag 46

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



ἀνθρωπίνῃ πάσῃ κεκοσμημένῳ σοφίᾳ. ἐπειδὴ δὲ τῶν αὐτοῦ μερῶν ἔτι διαπορεῖταί τινα, οὔπω τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖν πιστευόμενα, παραλέλειπται δὲ Βασιλείῳ δικαίως ἐπ' ἐκκλησίας τοὺς ἑαυτοῦ πρὸς ὠφέλειαν τοῦ πλήθους δημοσιεύοντι λόγους, ὡς τῇ ἰδιώτιδι καὶ ἀκοῇ καὶ διανοίᾳ μὴ σύμμετρα, ταῦτα πρὸς δύναμιν ἐγὼ συνεργοῦντος Θεοῦ ζητῆσαι πειράσομαι.

A tia ornatissimo. Verum cum adhuc aliquæ illius partes dubiæ, necdum satis cum rebus apparentibus credantur convenire, quæ a Basilio dum in ecclesia suas ad utilitatem populi conciones dirigit, jure merito prætermissæ sunt, ut quæ vulgi captum & intelligentiam excederent; eas ego aspirante Deo pro virili expendere conabor.

Μηδεὶς δὲ περὶ φύσεως τεχνολογίας τοῖς ὕστερον ἐπινοηθείσας, τὴν Μωϋσέως ἀπαιτείτω συγγραφήν. οἷον, τίνες αἱ ὑλικαὶ τῶν πραγμάτων ἀρχαί; πότερον μίαν ταύτην θετέον, ἢ πλείους; καὶ εἰ πλείους, πόσαι καὶ τίνες, καὶ εἰ αἱ αὐταὶ πάντων, ἢ ἄλλων ἄλλαι; [1] τίς ἡ τῶν οὐρανίων οὐσία, καὶ εἰ τῶν ὑπὸ σελήνην ἑτέρα, καὶ εἰ ταῖς κινήσεσιν αὐτῶν ἡ οὐσία συνεξελάσσονται· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὅσα τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς περιείργασται. ὅτι καὶ ἐν πλείστοις διημάρτηται τὰ τοιαῦτα τοῖς φυσικοῖς, μήτε ἀλλήλοις, ὡς εἰπεῖν, συμπεφωνηκόσι, μήτε τοῖς πράγμασιν. οὐ γὰρ τοῦτο σκοπὸς τῷ θαυμασίῳ γέγονε Μωϋσεῖ, ἀλλ' εἰς θεογνωσίαν ἀνθρώπους ἀγαγεῖν πρῶτος ὑπὸ Θεοῦ προϋκεχείριστο, καὶ βίον διδάξαι ταύτῃ προσήκοντα· διόπερ ὅσα πρὸς τοῦτο συνετέλει, ταῦτα καὶ γέγραφεν, ὅτι δὴ τὸ μέγα τοῦτο τοῦ κόσμου καὶ λαμπρὸν δημιούργημα, οὔτε αὐτόματον ἔχει τὴν ὕπαρξιν, οὔτε τῆς ἀνωτάτω καὶ θείας ἐστὶν οὐσίας, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνης τῆς ἀοράτου καὶ δημιουργικῆς ἁπάντων ἀρχῆς πρὶν γενέσθαι μὴ ὄν, εἰς τοῦτο δὴ τὸ φαινόμενον παρενήνεκται κάλλος.

Nemo autem argutas illas de natura quæstiones quas posteri excogitarunt, in Moysis scriptura requirat, v. g. qualia sint materialia rerum principia? Utrum hoc unum ponendum sit, an plura? Quod si plura, Quot & quæ, & num eadem omnium vel aliorum alia? Quænam sit substantia cælorum? & an alia sit rerum sublunarium, & B an una cum motibus eorum substantia simul expellatur: & simpliciter dicendo, quæcumque de his a viris doctis curiose inquiruntur; quandoquidem in pluribus etiam similibus a physicis erretur, dum ut sic dicam, nec inter se, neque cum rebus ipsis consentiunt. Hic, inquam, scopus admirando isti Moysi minime propositus erat, sed primus ipse a Deo electus fuit ad homines ad Dei notitiam adducendos, vitamque huic congruam docendos; quapropter quæcumque ad hoc conferunt, hæc & scripsit: ut quod magnum hoc & illustre mundi opificium, neque fortuito casu extiterit, neque supremæ sit atque divinæ substantiæ, sed ab illo inaspectabili atque omnia crean- C te principio, ante quam formaretur, cum non exsisteret, ad tantam quæ nunc conspicitur, pulcritudinem adductum sit.

Ψυχαῖς οὔν ἀναγώγοις παντελῶς, καὶ πλέον σχεδὸν τῶν φαινομένων ἐπισταμέναις οὐδέν, τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν ἐνθεῖναι βουλόμενος Μωϋσῆς, ἐκ τῶν συνήθων καὶ γνωρίμων, ἐπὶ τὴν ἔννοιαν αὐτὰς ἀνάγει τοῦ ἀοράτου θεοῦ, οἷον τεχνίτην τινά, τῇ τῶν ὅλων δημιουργίᾳ Θεὸν ἐπιστήσας· καὶ νῦν μὲν τοῦτο, ἄλλοτε δὲ ἄλλο, πρῶτόν τε καὶ δεύτερον γενέσθαι κελεύοντα. καὶ ὁμοῦ τῷ προστάγματι τὸ κελευσθὲν παριστάμενον. τοῦτο δὲ ταῖς μὲν χαμαιζήλοις, ὡς εἶπον, ψυχαῖς μεγίστη πρὸς Θεὸν χειραγωγίας ἐπίνοια, τὰς δὲ νοερὰς τῷ ὄντι, καὶ εἰς ἔννοιαν ἤδη τῆς θείας ἀνηγμένας αἰτίας βλάψει μὲν τὸ παράπαν οὐδέν, ὠφελήσει δὲ τὰ μέγιστα. τὸ γὰρ ὁμοῦ τῷ εἰπεῖν τι γενέσθαι τὸν Θεόν, εἰς ἔργον εὐθὺς ἐκβῆναι τὸ πρόσταγμα, τι ἕτερον δίδωσιν ἐννοεῖν, ἢ τὸ ἅμα τῷ θελῆσαί τι γενέσθαι τὸν πάντων αἴτιον, ἀχρόνως εὐθὺς εἰς ἔργον ἐκβῆναι τὸ βούλημα. διενοήθης γὰρ λόγιόν τι φησιν, καὶ ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοήθης, καὶ παρέστησαν ἃ ἐβουλεύσω. καὶ ἐν ψαλμοῖς ὁ Δαβίδ· αὐτὸς εἶπεν καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.

Moyses itaque cum animis omnino rudibus, nec quidquam fere præter ea quæ apparent intelligentibus, divinam cognitionem instillare vellet, ex assuetis & notis, eas ad inaspectabilis Dei notitiam adducit, dum Deum quasi artificem quemdam universorum creationi præficit, & modo quidem hoc, alibi vero aliud, tam primum, quam secundum fieri jubentem, & una cum jussione, rem jussam exhibentem. Ceterum hoc quidem humi repentibus, ut dixi, animis, est maxima qua ad Deum adducantur consideratio; plane autem D spiritalibus, & ad divinæ caussæ cognitionem jam adductis, nihil omnino quidem nocet, sed prodest plurimum. Nam dum dicit simul ac Deus quidquam jubet, jussum ipsum illico in opus exire, dat aliquid aliud intelligendum, ut quod hoc ipso quo rerum omnium auctor cupit aliquid, absque mora statim in opus exeat voluntas. Cogitasti enim, inquit scriptura quædam, & facta sunt quæ cogitasti, & adfuerunt quæ statuisti. Et in Psalmis David: [a] *Ipse dixit & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ὅτι καὶ Πλάτων ἐν τῇ διηγήσει τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, ἐμιμήσατο Μωϋσέα.

CAPUT II.

E *Quod etiam Plato in expositione mundi creationis, Moysem imitatus sit.*

ΚΑΙ θαυμαστὸν οὐδὲν τὸν ἀρχαιότατον οὖν Μωϋσέα τὴν δημιουργικὴν οὕτω τοῦ κόσμου τοῖς εἰσαγομένοις εἰς θεογνωσίαν ἄρτι διασκευάσαι διήγησιν, ὅτε καὶ Πλάτων τοὺς ἤδη φιλοσοφήσαντας τὴν ἐκ Θεοῦ τοῦ παντὸς διδάσκων παραγωγήν, ἐν πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις αὐτὸν ἐμιμήσατο. τῶν δὲ οὐρανίων γεγενομέ-

ET nihil mirum est antiquissimum Moysem iis qui primum ad Dei notitiam adducendi erant, hoc modo mundi creationis narrationem instituisse; quando etiam Plato jam pridem philosophantes, universi ex Deo productionem do-

a Psalm. XXXII. 9.

1 Τίς -- συνεξελάσσ.] Cotelerius l. c. pag. 526. c. integrum hunc locum sic pretio suo reddit: τίς ἡ τῶν οὐρανῶν οὐσία, καὶ εἰ τῶν ὑπὸ σελήνην ἑτέρα, καὶ εἰ ταῖς κινήσεσιν αὐτῶν αἱ οὐσίαι συνεξαλλάσσονται. *Quænam sit substantia cælorum; & an alia sit rerum sublunarium; & an una cum motibus eorum substantiæ simul immutentur.*

νων ἀπαύτων αὐτὸν εἰσάγει δημιουργὸν, οὕτως αὐτοῖς διαταττόμενον·

cens, cum in multis etiam aliis ipsum imitatus est, tum vero cælestibus rebus omnibus absolutis, ipsummet inducit conditorem, in hunc modum iis præcipientem.

Νῦν οὖν ὃ λέγω πρὸς ὑμᾶς ἐνδεικνύμενος μάθετε. θνητὰ ἔτι γένη λοιπὰ τρία ἀγέννητα. τούτων δὲ μὴ γενομένων, οὐρανὸς ἀτελὴς ἔσται. τὰ γὰρ ἅπαντα ἐν αὐτῷ γένη ζώων οὐκ ἕξει, δεῖ δὲ εἰ μέλλει τέλεος ἱκανῶς εἶναι. δι' ἐμοῦ δὲ ταῦτα γενόμενα καὶ βίου μετασχόντα θεοῖς ἰσάζοιτ' ἄν, ἵνα οὖν θνητά τε ᾖ, τό τε πᾶν τόδε, ὄντως ἅπαν ᾖ, τρέπεσθε κατὰ φύσιν ὑμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ζώων δημιουργίαν, μιμούμενοι τὴν ἐμὴν δύναμιν περὶ τὴν ὑμετέραν γένεσιν, καὶ καθ' ὅσον μὲν αὐτῶν ἀθανάτοις ὁμώνυμον εἶναι προσήκει, θεῖον λεγόμενον, ἡγεμονοῦν τε ἐν αὐτοῖς τῶν ἀεὶ δίκῃ καὶ ὑμῖν θελόντων ἕπεσθαι, σπείρας καὶ ὑπαρξάμενος, ἐγὼ παραδώσω· τὸ δὲ λοιπὸν ὑμεῖς ἀθανάτῳ θνητὸν προσυφαίνοντες, ἀπεργάζεσθε ζῶα, καὶ γεννᾶτε, τροφήν τε διδόντες αὐξάνετε, καὶ φθίνοντα πάλιν δέχεσθε. οὕτω μὲν οὖν τὰ τῆς φιλοσοφίας αὐτὸς ὁ Πλάτων.

[1] Nunc ergo discite, quod vobis intimans dico. Tria adhuc genera mortalium nobis generanda restant; absque horum generatione cælum imperfectum erit. Omnia enim animantium genera, ambitu suo non continebit. Contineat autem oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Hæc vero si a me fiant vitaque donentur, diis adæquabuntur. Ut itaque mortalia sint, & hoc universum vere sit universum; accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut vim imitemini meam, qua ortu vestro sum usus. Atque ejus quidem animalis, quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortalibus appellatione conveniat, divinumque vocetur, principatumque teneat, & justitiam simul ac vos ultro colat, ego vobis semen & initium tradam: vos cetera exsequi par est, ut immortali naturæ mortalem attexentes, faciatis generetisque animalia, subministrantesque alimenta augeatis, & consumta rursum recipiatis. Ita quidem philosophiæ flos Plato.

Ὅσον δὲ τούτων μεγαλοπρεπέστερα τεθεολόγηκε Μωϋσῆς, ἄκουε. καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· καὶ ἐπὶ πάντων τὸ παραπλήσιον. πόσῳ ταῦτα τῶν Πλάτωνος ὑψηλότερα καὶ θεοπρεπέστερα; εἰ γὰρ τὸ εἶπεν, μὴ φωνήν τινα, καὶ ῥημάτων ψόφον νοεῖν δυνατὸν [οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ Θεοῦ παρὰ Πλάτωνι δημιουργίας], ἣν ἀρτίως ἀνέγνωμεν τι ἕτερον] διὰ τούτου δηλοῦν ἐθέλει τὸ λόγιον, ἢ μόνον περὶ τοῦ γενέσθαι τῶν ὄντων, τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει σύνδρομον εὐθὺς ἀκολουθῆσαι τὸ ἔργον. μὴ οὖν, ὡς εἶπον, ἀστρονομεῖν τις ἀπαιτείτω Μωϋσέα, ἢ τὰς φυσικῶν αἰτίας τεχνολογεῖν. οὐ γὰρ ταῦτα θεολόγων ἐστὶ σκοπὸς, οὐδὲ τῆς εἰς θεογνωσίαν ἀναγωγῆς διδασκαλία. τῶν ἐπὶ μέρους δὲ τεχνιτῶν ἔργον, πρός τι γὰρ τέλος τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων χρήσιμον ἐπινενόηται πᾶσα τέχνη.

Quantum vero his majora de Deo Moyses tradiderit, audi. [a] *Et dixit Deus: Fiat lux; & facta est lux*, & in aliis omnibus similiter. Quantum hæc istis Platonicis sublimiora sunt, Deoque convenientiora? Si enim illud, *dixit*, non vocem aliquam & verborum sonum intelligere possimus; (neque enim apud Platonem, in illo Dei opificio quod modo legimus, quidquam aliud est) per hoc significare vult scriptura, in rerum creatione, vel solam Dei voluntatem, ipsum statim opus concomitans secutum fuisse. Nemo igitur, uti dicebam, astronomiam rerumve caussas naturalium artificiose sibi a Moyse tradi exigat. Non enim ista spectant theologi, neque disciplina quæ ad Dei ducit cognitionem, sed id munus est artificum particularium; siquidem ars omnis ad finem aliquem humanæ vitæ utilem est excogitata.

Τὸ δὲ θεολογοῦντα τὰς ὑλικὰς τῶν γενομένων αἰτίας λεπτολογεῖν, κινδυνεύειν οἶμαι τὴν εἰς Θεὸν ὡς αἴτιον πάντων συντονίαν ἐκλύειν τῇ περὶ τὰς κάτω καὶ προσεχεῖς αἰτίας ζητήσει, καὶ μάλιστα ταῖς παχυτέραις τῶν ψυχῶν καὶ προστηκομέναις τοῖς σώμασι. ζητείτω δὲ μόνον, εἰ μὴ τοῖς φαινομένοις γέγραφε σύμφωνα. διόπερ εἴπου τινὰς τῶν φυσικῶν, ἢ τῶν ἐν ἀστρονομίᾳ διαφανῶν τῇ Μωϋσέως ἀντιπαραθείην γραφῇ, ἢ τοῖς τοιούτοις θεωρήμασιν εἰς συνηγορίαν ἐκείνης χρήσομαι, μεμφέσθω μοι τῶν ἀπειροτέρων μηδείς. αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτο δεῖξαι πρὸς δύναμιν τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ σκοπὸς, ὡς οὐδὲν ἐν τῇ τοῦ προφήτου κοσμογονίᾳ, τῇ διατάξει τοῦ παντός ἐστιν ἀσύμφωνον, τοὐναντίον δὲ πολλὰ, τῶν ὕστερον αἰτιολογηθέντων ὑπὸ τῶν φυσικῶν, ἐκ τῶν Μωϋσεῖ γραφέντων εἴληφε τὴν ἀρχήν. εἴ τι δὲ τῶν εἰρημένων τοῖς πρεσβυτέροις ἐξηγηταῖς, αὐτάρκως πιθανῶς εἰρῆσθαι μοι δόξει, τούτου μνησθεὶς εἰς ἐκείνους τὰ εὑρεθὲν ἀνοίσω. οὐ γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις ὡς ἰδίοις ἐναβρύνεσθαι δίκαιον. ἐπεὶ οὖν χρησίμως ἡμῖν ταῦτα προείρηται, ἐπ' αὐτὸ βαδιοῦμαι λοιπὸν τὸ προκείμενον.

Verum si theologus materiales quasque rerum creatarum caussas minutius eventilaret, periculum fore arbitror, ne in Deum rerum omnium auctorem intensio, per inferiorum caussarum assiduam indagationem relaxaretur, maxime in animis rudioribus & corporibus affixis. Inquiratur autem solum, an rebus apparentibus consona conscripserit. Quare si quando physicos aliquos aut astronomos illustres cum scriptura Moysis contulero, vel istiusmodi theorematis ad confirmationem ejus usus fuero, nemo imperitus id mihi vitio vertat; quoniam hoc in præsenti opere mihi propositum est, ut pro virili ostendam, nihil in Prophetæ hujus de mundi creatione tractatu, ab universi constitutione diffidere: sed e diverso plurima, quorum caussæ postmodum a physicis investigatæ sunt, ex scriptis Moysis initium sumsisse. Si quid autem eorum quæ ab antiquis interpretibus narrata sunt, satis probabiliter dici visum fuerit, illius mentione facta, iisdem inventum referam. Neque enim æquum est alienis tamquam propriis se jactare. Hæc igitur utiliter præfatus, deinceps id quod propositum est aggrediar.

[a] Gen. I. 3.

[1] Plato in Timæo.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ´.

Ποσαχῶς ἡ ἀρχὴ, καὶ ποῖα μὲν αὐτῆς σημαινόμενα παραληπτέον νῦν, ποῖα δὲ οὔ;

ΕΝ ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. πολλὰ τὰ σημαινόμενα τῆς ἀρχῆς, ὁ μέγας ἀπαριθμεῖται Βασίλειος· καὶ πρῶτόν γε πάντων τὴν κατὰ χρόνον ἀρχήν. λέγω δὲ νῦν κατὰ χρόνον οὐχ ὡς τῆς γενέσεως προηγεῖται χρόνος ὡς ἡμῶν ἑκάστου, ἀλλὰ τὸ πρῶτον τοῦ χρόνου νῦν, ἐν ᾧ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρήγαγεν ὁ Θεὸς, παντὸς χρονικοῦ χωρὶς διαστήματος. ἅπασα γὰρ ἀρχὴ ἑτέρα πάντως ἐστὶν οὗπερ ἀρχὴ λέγεται εἶναι. οἷον τῆς πηχυαίας φέρε γραμμῆς, τὸ πρῶτον αὐτῆς σημεῖόν ἐστιν ἀρχὴ, ὅπερ ἀμερές ἐστι παντελῶς. εἰ γὰρ βραχύ τι ταύτης ἀφέλοι τις μόριον, οὐκέτι ἔσται τοῦτο τῆς πηχυαίας γραμμῆς ἀρχὴ, ἀλλὰ μέρους αὐτῆς, τοῦ κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν ὑποληφθέντος. οὕτως οὖν καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ, εἴτε ὅλου, εἴτε μερικοῦ τινος, οἷον τῆς σήμερον, οὔπω χρόνος. ὅταν γὰρ τοῦ πρώτου σημείου τοῦ ὑπὲρ γῆν ὁρίζοντος ὁ ἥλιος ἅψηται, τοῦτο τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἀρχή· οὐκ ὂν διάστημά τι καὶ μόριον τοῦ ἡμερησίου χρόνου. ὅλης γὰρ τῆς ἡμέρας τὴν ἀρχὴν ζητοῦμεν.

Ὡς οὖν τὴν ἀρχὴν τῆς γραμμῆς σημεῖον καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα σοφοὶ, ἀδιάστατον καὶ ἀμερὲς ὂν, οὐχὶ δὲ γραμμὴν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ χρόνου ἀρχὴν, οὐ χρόνον, ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο χρόνου ἀρχὴν, ὃ προσαγορεύουσι νῦν. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο τις βραχύν τινα νομίσειε χρόνον, οὐκέτι τὴν ἀρχὴν εἴληφε τοῦ ζητουμένου χρόνου, ἀλλὰ μόριον αὐτοῦ δέκατον ἢ ὁπόσον οὖν. οὕτω τοίνυν καὶ τοῦ ὅμου χρόνου τὸ πρῶτον νῦν, ἀρχή ἐστιν ὅλης αὐτοῦ τῆς ὑποστάσεως, οὐκ ὂν οὔπω χρόνος. ἐπεὶ οὖν ὁ μέτρον ἐστὶ τῆς τῶν οὐρανίων περιφορᾶς (ἡμέραι γὰρ καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ, μέρη τοῦ χρόνου εἰσὶ, καὶ οὐδέν ἐστιν ἕτερον παρὰ ταῦτα ὁ χρόνος, ἀλλ᾽ αὐτῶν εἰς ἑαυτὰ τῶν εἰρημένων ἀνακυκλουμένων ὁ χρόνος αὔξεται καθ᾽ ὃν καὶ τὴν ἑκάστου γένεσιν ἀριθμοῦμεν.) πρὶν δὲ οὐρανὸν γενέσθαι, τούτων ἦν οὐδὲν, οὐκ ἦν ἄρα χρόνος πρὶν οὐρανὸν ὑποστῆναι.

Ἐπεὶ οὖν ἅμα οὐρανῷ συνυπέστησε τὸν χρόνον ὁ Θεὸς, ταύτην εἶναί φησι Βασίλειος κατὰ χρόνον ἀρχὴν τῆς τῶν εἰρημένων γενέσεως, τὴν ἀκαριαίαν καὶ ἀδιάστατον. ἐντεῦθεν οὖν ὁρμηθεὶς ὁ Πλάτων τὸν χρόνον μετ᾽ οὐρανοῦ γεγονέναι γέγραφεν, ἵν᾽ ἅμα γενόμενοι, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται. μία μὲν οὖν σημασία τῆς ἀρχῆς, ἐν ᾗ τὸν οὐρανὸν καὶ γῆν ἐποίησεν ὁ Θεός. αὕτη ἡ καὶ κυριωτάτη μοι τῶν ἄλλων, καὶ ἀληθεστάτη φαίνεται. δεύτερον δὲ σημαινόμενον τίθησι τῆς ἀρχῆς, τὸ πρῶτον καὶ κατασκευάσματος μόριον. οἱ γὰρ θεμέλιοι τῆς οἰκίας, καὶ τῆς νεὼς ἡ τρόπις ἀρχή. οὕτως οὖν ἀρχὴν τῶν γενομένων καὶ οἱονεὶ θεμέλιον, οὐρανὸν καὶ γῆν ὁ Θεὸς προκατεβάλετο. τούτῳ τῷ σημαινομένῳ τῆς ἀρχῆς οἱ τῶν ἐξηγητῶν ἠκολούθησαν πλείονες, ἀλλ᾽ ἐκείνη μὲν ἀρχὴ χρονικὴ, αὕτη δὲ πραγματειώδης, αὐτοῦ τοῦ γινομένου μέρος ὑπάρχουσα πρῶτον.

Ἀρχὴ δέ φησι καὶ τῶν τεχνικῶν ἔργων ἡ τέχνη, καθάπερ δῆλον ὅτι καὶ τῶν φυσικῶν ἡ φύσις. αὕτη δὲ ἀρχὴ τὸ ποιητικόν ἐστιν αἴτιον.

Τέταρτον ἐπὶ τούτοις τῆς ἀρχῆς σημαινόμενόν φησι τὸ τελικὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, δι᾽ ὃ γίνεται τῶν γινομένων ἕκαστον. ὡς ὁ οἶκος διὰ τὸ σκέπειν ἡμᾶς ἀπὸ ὄμβρων καὶ καυμάτων, καὶ τὸ ἱμάτιον διὰ τὸ

CAPUT III.

Quotuplex sit principium, & quales ejus significationes nunc accipiendæ sint; quales vero non?

[a] IN *principio fecit Deus cælum & terram*. Multas significationes principii magnus enumerat Basilius; ac primum quidem omnium, principium secundum tempus. Dico autem modo secundum tempus, non quasi creationem tempus aliquod præcesserit, sicut quemlibet nostrum; sed primum temporis instans in quo Deus cælum & terram produxit, absque ullo temporaneo intervallo. Omne B enim principium aliud omnino est ab eo, cujus esse principium dicitur. Ut cubitalis v. g. lineæ principium est primum ejus punctum, quod omnino est indivisibile. Nam si quis brevem aliquam ejus particulam abstulerit, non erit hoc amplius principium lineæ cubitalis, sed partis illius per ablationem subtractæ. Ita quoque principium temporis, sive totius, sive partialis alicujus, v.g. hodierni, nondum est tempus. Quando enim sol supra terram tangit primum punctum horizontis, hoc diei est principium, cum non sit spatium aliquod & pars temporis diurni; nam integræ diei principium quærimus.

Quemadmodum igitur rerum istarum periti, C principium lineæ vocant punctum, cum indistans & indivisibile sit, non autem lineam; ita quoque principium temporis, non tempus, sed hoc ipsum nunc temporis principium, id est instans, appellant. Si quis enim hoc quoque breve quoddam tempus existimet, non jam ejus de quo quæritur, temporis principium accipit, sed ejus partem forte decimam, vel quam similem. Primum igitur totius temporis instans, principium est totius ejus productionis, cum nondum sit tempus. Cum ergo tempus mensura sit circumvolutionis cælorum; (siquidem dies ac menses & anni, partes sunt temporis, nec tempus est quidquam præter ista, sed iis ipsis jam dictis, in semet ipsa revolutis, au- D getur tempus secundum quod cujusque rei generationem computamus) prius quam autem cælum fieret, nihil horum erat, utique nec tempus erat prius quam cælum crearetur.

Cum itaque Deus una cum cælo tempus creârit, istud momentum & instans creationis rerum jam dictarum, Basilius ait esse principium secundum tempus. Hinc quoque motus Plato, tempus cum cælo creatum esse scripsit; ut simul condita, simul etiam desinerent, si qua eorum resolutio contingeret. Hæc itaque prima est significatio principii, in quo Deus fecit cælum & terram, quæ mihi præ ceteris maxime propria verissimaque videtur. Secundam autem significationem princi- E pii ponit primam particulam structuræ; siquidem fundamentum domus, & carina navis est principium. Hoc modo itaque Deus cælum & terram rerum creatarum principium & quasi fundamentum prius jecit. Hanc principii significationem plurimi interpretes secuti sunt. Verum illud quidem principium est temporale; hoc vero reale, cum sit pars prima ejus quod fit.

Quin & operum, inquit, artificialium principium est ars, uti manifestum est, rerum quoque naturalium principium, esse naturam. Hoc autem principium est caussa efficiens.

Quartum, inquit, quod præterea per principium significatur, est caussa finalis, id est bonum propter quod fit, quidquid fit. Ut domus ad nos ab imbre æstuque protegendum, & vestis ad calefa-

[a] Gen. I. 1.

θάλπειν τι καὶ περιβάλλειν, ἃ μὴ δημοσιεύειν ἐστὶν εὐπρεπὲς, καὶ ὁ ἄρτος διὰ τὸ τρέφειν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τὸ ἀγαθὸν δι᾽ ὃ γέγονεν ἕκαστον· δι᾽ αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ μόνον δημιουργεῖν πεπείσμεθα τὸν Θεόν. ἐπικρινεῖ δὲ μᾶλλον τὴν χρονικὴν ἀρχὴν, τουτέστι τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἀμερὲς νῦν, ἐν ᾧ Θεὸς ὑφίστησιν ἕκαστον. καὶ τὸ δεύτερον δὲ σημαινόμενόν φησι νοεῖν δυνατόν. ὡς γὰρ ὁ θεμέλιος τῆς οἰκίας ἀρχὴ, καὶ τῆς νεὼς ἡ τρόπις, οὕτω τοῦ κόσμου παντὸς οὐρανὸν καὶ γῆν ἀρχὴν ἐποίησεν ὁ Θεός. τὴν δὲ ποιητικὴν ἀρχὴν οὐκ οἶμαι νοεῖν ἐνταῦθα δυνατόν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς τὸ ποιητικὸν αἴτιον τοῦ κόσμου, ὡς ἡ κατὰ μέρος τῶν γενομένων σημαίνει διήγησις. καὶ οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ προφήτης, ἐν ἑαυτῷ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.

Τινὲς δὲ ἐν ἀρχῇ, ἐν τῇ σοφίᾳ φασί. πάντα γὰρ ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ Θεός. τουτέστι τῷ υἱῷ. Χριστὸς γὰρ τοῦ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία· καὶ, πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. καὶ πάλιν· ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα. οὐκ οἶμαι δὲ τοῦτο δηλοῦν τὸ λόγιον. πρῶτον μὲν, οὐ δείκνυται διὰ τούτου, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβὼν ὁ κόσμος. τὴν ἀρχὴν δὲ τῆς τούτου γενέσεως διδάξαι θέλει Μωϋσῆς. ἔπειτα τὸ, ἐν τῷ υἱῷ πεποιῆσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀφαιρεῖται τοῦ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν δημιουργημάτων ἐν αὐτῷ γεγονέναι, περὶ γὰρ μόνου τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἴρηται τὸ ἐν ἀρχῇ, οὐ μὴν περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. καὶ ὅτι ἀκολουθότερον ἦν τὸ δι᾽ αὐτοῦ. τὸ γὰρ, ἐν αὐτῷ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν, τὴν συνοχὴν πάντων δηλοῖ καὶ διαμονὴν, οὐ τὴν πρώτην ἡμῶν σημαίνει παραγωγήν. ἀλλ᾽ οὐδὲ τὸ τελικὸν αἴτιον παραλαβεῖν εὔλογον. τούτῳ γὰρ τὸ δι᾽ ὃ πρέποι ἂν μᾶλλον ἢ τὸ ἐν ᾧ. καὶ οὐ μόνος οὐρανὸς καὶ γῆ, ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ ὄντα, διὰ τὸ ἀγαθὸν παρῆκται.

Οὐκ ἀγνοῶ δὲ καὶ ἄλλα σημαινόμενα τῆς ἀρχῆς ὑπάρχειν. ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐκεῖνα πρὸς τὸ προκείμενον συντελεῖ. ἄξιον δὲ τῇ Ἀκύλου γραφῇ ἐπιστῆται τὸν νοῦν οὕτως ἐχούσῃ.

ciendum & tegendum ea quæ non decet propalare, & panis ad nutriendum, & simpliciter dicendo, bonum propter quod quidquam fit: hujus enim ipsius ac solius caussa, creare Deum credimus. Potissimum autem probat principium temporale, id est, instans, & nunc indivisibile in quo Deus quodque creat. Secundam quoque significationem intelligi posse dicit. Quemadmodum enim fundamentum domus, & carina navis est principium; ita Deus mundi hujus universi principium fecit cælum & terram. Principium autem efficiens non existimo heic intelligi posse; quoniam ipsemet Deus est efficiens caussa mundi, prout rerum creatarum secundum partes enumeratio declarat. Atqui Propheta non dixit; In semet ipso fecit Deus cælum & terram.

Aliqui vero *in principio*, exponunt, in sapientia. Omnia enim in sapientia fecit Deus, id est, in filio: [a] *Christus* enim *Dei virtus est*, *& Dei sapientia*; & [b] *Omnia per ipsum facta sunt*, *& sine ipso factum est nihil*. Et rursum: [c] *In ipso creata sunt omnia*, *visibilia & invisibilia*. Non existimo autem hoc significare scripturam. Primum quidem, non ostenditur per hoc mundus essendi principium accepisse: Moyses autem vult docere principium ejus creationis. Deinde illud *in filio* factum esse cælum & terram, perimitur ab eo quod etiam ceteræ creaturæ in ipso factæ sunt. Heic autem illud *in principio* de solo cælo & terra dictum est, non vero de omnibus quæ in mundo sunt. Quin & consequentius erat dicere *per ipsum*. Nam illud: [d] *In ipso vivimus, & movemur, & sumus*, complexum omnium ac permanentiam declarat: non autem primam nostri significat productionem. Sed neque finalem caussam convenit accipere. Illi enim magis quadret, propter quod, quam in quo: Et non solum cælum & terra, verum etiam omnia quæ sunt, propter bonum producta sunt.

Ceterum non ignoro quoque alias esse principii significationes; verum illæ nihil faciunt ad propositum: dignum tamen fit Aquilæ scripturam nosse, quæ talem sensum habet.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Τί τὸ ἐν κεφαλαίῳ, ἀντὶ τοῦ ἐν ἀρχῇ, παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ σημαίνει;

ΕΝ κεφαλαίῳ ἔκτισεν ὁ Θεὸς σὺν τὸν οὐρανὸν, [1] σὺν τὴν γῆν. τινὲς μὲν οὖν τὸ, ἐν κεφαλαίῳ ταὐτὸν δηλοῦν φασι τῷ, ἐν ἀρχῇ, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ σώματος τῆς κεφαλῆς. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μᾶλλον σημαντικὸν εἶναι, τοῦ συνηρημένως ὁμοῦ γενέσθαι οὐρανόν τε καὶ γῆν. οὐ γὰρ τὸ μὲν αὐτῶν πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον ἐποίησεν ὁ Θεός. κεφάλαιον γὰρ καλεῖν εἰώθαμεν τὴν ἐν ἑνὶ πολλῶν ἅμα συναίρεσιν, ὡς καὶ ὁ τοῦ Σιρὰχ δηλοῖ λέγων· κεφαλαίωσον ἐν ὀλίγῳ πολλά. ἐδήλωσε δὲ καὶ ἡ προσθήκη τῆς σὺν προθέσεως συνδυασμὸν, ὡς τὰ πολλὰ δηλούσης, σὺν ἐμοὶ ἦλθες, σὺν ἐμοὶ περιπατεῖς, συνέστιος, σύμψηφος. τὸ μὲν γὰρ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, οὐχ οὕτως εἶχεν ἐναργῆ, τοῦ ἅμα γενέσθαι τὰ

CAPUT IV.

Quid in capite, *pro principio*, *apud Aquilam significet?*

IN capite creavit Deus simul cælum, simul terram. Nonnulli quidem illud *in capite*, idem significare dicunt, quod *in principio*, a capite corporis principio. Mihi autem videtur magis significare, conjunctim simul factum esse cælum & terram; siquidem istorum non illud quidem primum, hoc vero secundum Deus fecit. Caput enim vocare solemus, multorum in uno simul collectionem, quemadmodum & Sirachides declarat, dicens: [e] *Capitulare in paucis multa*. Quin & additio præpositionis σὺν, (id est, *cum*) collectionem significavit, ut quæ multa insinuat: ut mecum venisti, mecum ambulas, contubernalis, suffragator. Nam illud: *In principio creavit Deus*

a I. Cor. I. 24. b Joan. I. 3. c Colos. I. 16. d Act. XVII. 28. e Eccli. XXXII. 9. sec. LXX.

1 Σὺν τὴν γῆν] Præmittenda conjunctio καὶ, ex Paraphraste Psalmi III. in Catena Patrum in Psalmos a Corderio edita, pag. 40. ubi Aquilæ versio recensetur: ut monuit Grabius in Epistola ad Millium pag. 63. ubi *de libri Judicum genuina LXX. Interpretum versione*. Ille nimirum Paraphrastes, quemadmodum & heic noster Philoponus, versiculum istum descripsit ex *Aquilæ secunda editione, quam Hebræi, κατὰ ἀκρίβειαν, nominant*, ut ait Hieronymus in Ezechielem pag. 716. Vide sis Montfauconium in *Prælimin. ad Hexapla Origenis*, pag. 48. sub init.

δύο, τὴν δήλωσιν. τὸ δὲ ἐν κεφαλαίῳ συντὸν οὐρανὸν, συντὴν γῆν, τὸ μὴ ἕτερον τοῦ ἑτέρου προηγήσασθαι δείκνυσι.

A cælum & terram, non tam perspicue declarat, utrumque simul facta esse. Hoc autem, *In capite simul cælum, simul terram*, declarat alterum non præcessisse alterum.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Ὅτι τοῖς ἄκροις οὐρανῷ τε καὶ γῇ τὰ μέσα συμπεριείληφεν, ὕδωρ, ἀέρα, καὶ πῦρ. καὶ πῶς ἄκρα φαμὲν οὐρανὸν καὶ γῆν;

Καλῶς δὲ πάντες σχεδὸν ἐξεδέξαντο τοῖς ἄκροις οὐρανῷ τε καὶ γῇ, τὰ μέσα συμπεριειληφέναι στοιχεῖα, ὕδωρ, ἀέρα καὶ πῦρ. πῶς δὲ ἄκρα φημί; ὅτι γῆ μὲν τὸ κέντρον παντὸς ἐμπεριείληφε, καὶ ἔστι κάτωθεν μὲν ἀρχὴ πάντων ἡ γῆ, πέρας δὲ τούτων ὁ πάντα περιέχων οὐρανός. τοὔμπαλιν δὲ ἄνωθεν, ἀρχὴ μὲν ὁ οὐρανὸς, πέρας δὲ πάντων ἡ γῆ. μετὰ δὲ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς τὰ λοιπὰ τρία περιείληπται στοιχεῖα. καὶ τοῦτο σαφῶς ἐν τοῖς ἑξῆς τὸ λόγιον δέδειχεν, ἐν οἷς ἔφη· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. τὸ μὲν ὕδωρ ἄβυσσον εἰπὼν, τόνδε ἀφώτιστον ἀέρα, σκότος.

Καὶ γὰρ καὶ ἡ τῶν παλαιῶν χρῆσις, καὶ ἡ συνήθεια πάντων, καὶ ἡ θεία γραφὴ, τὸ νυκτερινὸν τοῦ ἀέρος κατάστημα, καὶ μάλιστα τὸ ζοφῶδες, καὶ παντελῶς ἀφεγγὲς, ἐκ τῆς ἑπομένης τῷ ἀέρι τοῦ φωτὸς στερήσεως, ἐν ᾧ καὶ τὸ παρ' ἡμῖν ὑφίσταται φῶς, τὸν ὅλον ἀφώτιστον ἀέρα, συνηρημένως ὀνομάζουσι σκότος. κυρίως γὰρ σκότος ἐστὶν ὁ τοῦ φωτὸς ἀπουσία καὶ στέρησις. τοιοῦτόν τι δηλοῦν οἶμαι, καὶ τὸ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, ψηλαφητὸν σκότος εἰρημένον. μηδεμιᾶς γὰρ τότε τῶν οὐρανίων ἀκτῖνος εἰσκρινομένης τῷ ἀέρι, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ παχύτητα, οὕτως ὠνόμασται, οἱονεὶ ψηλαφώντων αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων· ἢ ὡς ἕτεροί φασι, διὰ τὸ ψηλαφῶντας τὰ στερεμνιώτερα τῶν σωμάτων, δίκην τυφλῶν τὰς μεταβάσεις ποιεῖσθαι, ἢ καὶ γνωρίζειν τὰ ψηλαφώμενα. τοιοῦτον, καὶ τὸ πρὸ τῆς γενέσεως τοῦ φωτὸς, σκότος ἀνάγκη, παντελῶς ἀλαμπές.

Καλῶς δὲ ἔφη τὸ, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, τὸν ἀέρα δηλῶν τὸν μήπω πεφωτισμένον. ἄβυσσος δὲ καλεῖται παρὰ πᾶσι τὸ πολὺ ὕδωρ, καὶ εἰς βάθος χωροῦν ἄληπτον ἡμῖν παρὰ τὸ μὴ βύειν εἰς αὐτό. καὶ αὐτοῦ δὲ ὀνομαστὶ τοῦ ὕδατος ἐμνήσθη Μωϋσῆς εἰπών· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. τοῖς ὕδασι γὰρ ὁ ἀὴρ ἐπινήχεται. αὐτὸ γὰρ τοῦ ἀέρος τοὔνομα, παρὰ τῇ Μωϋσέως οὐκ ἔστι γραφῇ, ὥστε οὐκ ἐσχεδιασμένος ὁ λόγος ἐστὶν οὗτος, ὁ διὰ τῶν δύο περάτων, καὶ τὰ μεταξὺ συμπεριειληφέναι λέγων ὕδωρ, ἀέρα καὶ πῦρ· ἀλλὰ καὶ λίαν τῷ γράμματι σύμφωνος.

CAPUT V.

Quod sub extremis cælo & terra, media quoque complexus sit, aquam, aerem & ignem; & quomodo extrema dicamus cælum & terram?

Recte autem omnes fere intellexerunt, sub extremis cælo & terra, comprehensa fuisse intermedia elementa, aquam, aerem & ignem.
B Verum quomodo extrema dico? Quia terra quidem centrum universi complectitur: & inferne quidem terra principium est omnium; terminus vero cælum, quod cuncta comprehendit. Contra vero, superne quidem principium est cælum, terminus vero omnium terra est. In cælo autem & terra, cetera tria elementa comprehenduntur. Atque hoc diserte in sequentibus scriptura declaravit, in quibus ait: [a] *Et tenebræ erant super faciem abyssi*; aquam quidem *abyssum* dicens; obscurum vero aerem, *tenebras*.

Etenim & antiquorum usus, & consuetudo omnium, ac divina scriptura, nocturnam aeris constitutionem, ut maxime obscuram, & omni luce carentem, ex consequenti lucis privatione in aere in quo lux nostra subsistit, universum aerem
C lumine vacantem, compendiose vocant tenebras. Proprie autem tenebræ sunt luminis absentia atque privatio. Simile quid etiam existimo significare, id quod apud Ægyptios, palpabilis tenebra dictum est. Nullo enim tum cælorum radio hunc aerem subingrediente, propter multam ejus crassitudinem, ita nominata est, hominibus quodammodo ipsum palpantibus; vel ut alii dicunt, eo quod solidiora corpora contrectantes, cæcorum more incederent, vel quod etiam ea quæ tetigerant explorarent. Tales etiam tenebras ante lucis creationem exstitisse necesse est, omni prorsus luce vacuas.

Pulcre autem dixit: *Et tenebræ erant super faciem abyssi*, aerem denotans nondum illuminatum.
D Abyssus autem vocatur ab omnibus aquarum copia, & tam profunda, ut ad ejus fundum a nobis pertingi nequeat. Porro ipsius quoque met aquæ Moyses nominatim meminit, dicens: [b] *Et spiritus Dei ferebatur super aquas*. Siquidem aquis aer supernatat. Nam ipsum nomen aeris non exstat in scriptura Moysis; adeo ut ista ratio non sit absurda, quæ dicit per duo extrema comprehendi quoque intermedia, aquam, aerem & ignem; sed valde litteræ consentiens.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Ποῖόν ἐστι τὸ στοιχειῶδες πῦρ, καὶ ὅτι τὴν θέσιν αὐτοῦ γινώσκει Μωϋσῆς, καὶ ὅτι τῶν συνθέτων εἰκότως αἱ τούτων ἀρχαὶ προϋπέστησαν.

Πῦρ δὲ οὐ τὴν φλόγα φαμέν. οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦτο τὸ στοιχειῶδες πῦρ, ἀλλ' ὑπερβολὴ καὶ ὑπερέξαψις, πυρὸς, ὡς καὶ ἡ χιὼν ἐπίτασις ψυχροῦ; διὸ τούτων οὐδέτερον τῶν γινομένων ἐστὶ στοιχεῖον. οὔτε γὰρ τὸ τῆς φλογὸς θερμὸν ζωογόνον ἐστὶν, οὔτε τὸ τῆς χιόνος

CAPUT VI.

E *Qualis sit ignis elementaris, quodque Moyses locum ejus agnoverit: & quod compositis verosimiliter eorumdem principia præexstiterint.*

Ignem autem, non flammam dicimus: non enim hæc ignis elementaris est, sed exuberantia quædam ignis atque effiagratio, quemadmodum & nix frigoris intensio est: quare neutrum horum est elementum. Neque enim flammæ calor vitalis est,

a Gen. I, 2. b Ibid.



ψυχρὸν, εἰ μήπω κατὰ συμβεβηκὸς συντελέσει τοῖς φυτοῖς, τὴν ἐν τῷ βάθει τῆς γῆς ἐναποκλείων ἰκμάδα τῇ πυκνώσει τῆς ἐπιφανείας, καὶ τῷ κατὰ βραχὺ τηκομένης τὸ ὕδωρ χωρεῖν εἰς τὸ βάθος τῆς γῆς, ὥστε πάλιν τὸ ὕδωρ ἐστὶν ἄπιον, εἴγουν ἐπιμείνοι τοῦ δέοντος πλέον ἡ χιὼν, τοῖς φυομένοις λυμαίνεται· καθ' αὐτὸ γὰρ ὑπερβολὴ πᾶσα φθαρτικόν. τὸ δὲ στοιχειῶδες πῦρ καὶ τὸ ὕδωρ, ζωογόνα καὶ σωτήρια, ἐξ ὧν συνέστη τὰ συντεθέντα σώματα.

Τοῦτο δὲ οὐσιῶδες πῦρ μετὰ τὸν ἀέρα συνεχὲς ὂν αὐτῷ, καὶ διάκρισιν αἰσθητὴν οὐκ ἔχον, συνεπινοεῖται τῷ ἀέρι, μέχρι τῆς ἐντὸς ἐπιφανείας τοῦ οὐρανοῦ διῆκον. καλοῦσι δὲ οἱ φυσικοὶ τοῦτο ὑπέκκαυμα ὡς πρὸς ἔξαψιν ἐπιτήδειον. ἐκ μικρᾶς γοῦν αἰτίας ἐξάπτονται φλόγες ἐκεῖ καὶ διάττοντες, καὶ κομῆται, καὶ δαλοὶ, καὶ τὰ συγγενῆ τούτοις. τοῦτο δὲ καὶ ἐν τοῖς ὕμνοις τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ συμπαρείληπται· [a] εὐλογεῖτε πῦρ καὶ καῦμα τὸν κύριον, καὶ ἐν ἑτέρῳ· [b] πῦρ, χάλαζα, χιὼν, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος. κάτωθεν γὰρ ἀνιόντων συνίσταται κρύσταλλος, πνεύματα, χάλαζαι, ὑετοὶ, χιόνες. ὑπερβαίνοντι δὲ τὸν ἀέρα, τὸ οὐσιῶδες πῦρ τὸ ὑπέκκαυμα, ἐν ᾧ μάλιστα τὰ εἰρημένα τοῦ πυρὸς γίνονται πάθη, τοῦτο καὶ Μωϋσῆς ἐδήλωσεν ἐν οἷς ἔφη· [c] καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γομόρρα, θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τουτέστιν ἐκ τοῦ πλησιάζοντος τῷ οὐρανῷ τόπου, μεθ' ὃν ἐστιν, ὡς ἔφθην, εἰπὼν τὸ ὑπέκκαυμα.

Ὅτι ἅμα τῷ οὐρανῷ καὶ ἡ τῶν τεσσάρων στοιχείων συνυπέστη φύσις, ἐξ ὧν τὰ σύνθετα γέγονεν, ἀκολούθως οὖν καὶ τῇ φύσει συμφώνως πρὸ τῶν συνθέτων ἁπάντων, ὑφεστάναι φησὶν ὁ νομοθέτης τὰ στοιχεῖα τούτων, ἐξ ὧν ὕστερον ἐκεῖνα γεγόνασιν. εὔλογον δὲ καὶ τὸν περιεκτικὸν τοῦ κόσμου παντὸς οὐρανὸν, συνεστάναι πρῶτον, ἐπεὶ καὶ [1] τῆς μεταβολῆς, τῶν ὑπὸ φύσεως γινομένων ὑπάρχει, τῇ κινήσει, συναίτιος.

A uti neque frigus nivis, nisi forte per accidens prosit plantis, dum in fundo terræ humorem concludit superficiem condensando, qua sensim resoluta, aqua ad terræ fundum penetrat; ita ut aqua rursum caussa sit, cum nix plantis noceat, si diutius æquo permanserit; omnis enim exuberantia nociva est. Ignis autem & aqua elementaris ex quibus constant corpora composita, vivifica sunt & salutaria.

Ceterum hic ignis naturalis, cum sit ipsi aeri conjunctus, nec ab eo sensibiliter distinguatur, una cum aere intelligitur, ad intimam usque cæli superficiem pertingens. Porro naturales ipsum ὑπέκκαυμα, id est, accensilem appellant, ut qui accensu facilis sit. B Parva igitur ex caussa accenduntur ibi flammæ, & coruscationes, & cometæ, & faculæ, & hisce similia. Quin & in hymnis quoque iis qui sunt de Dei operibus, hoc simul comprehenditur: [a] *Benedicite ignis & æstus Domino.* Et alibi: [b] *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum.* Inferne enim ascendentibus constituuntur glacies, spiritus, grandines, pluviæ, nives: aerem vero transscendenti, naturalis ignis accensilis, in quo potissimum dictæ affectiones igneæ generantur; quod & Moyses significavit, ubi dixit: [c] *Et Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham, sulphur & ignem a Domino de cælo*; id est, ex loco cælo vicino in quo exsistit, uti prædictum C est, cum vocat eum ὑπέκκαυμα.

Itaque una cum cælo simul quoque producta est natura quatuor elementorum, e quibus composita exsistunt; atque adeo consequenter natura consentanee legislator ait, ante omnia composita, horum elementa exstitisse, ex quibus illa postmodum effecta sunt. Quin etiam probabile est, cælum quod totum mundum complectitur, primum esse productum; quandoquidem motu suo, simul quoque caussa mutationis rerum naturalium exsistat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Ὅτι τὴν ἐξωτάτω πασῶν σφαῖραν, καὶ ἄναστρον, Ἵππαρχος καὶ Πτολεμαῖος, ἐκ Μωϋσέως τὰς ἀφορμὰς λαβόντες, πρῶτοι ὑπέθεντο, τοῖς πρὸ αὐτῶν ἀγνοουμένην.

Εἰ δέ τις ἀπιστοίη τῷ προφήτῃ πρὸ τῆς καλουμένης ἀπλανοῦς, οὐρανὸν ἕτερον ἔξωθεν ὑποτιθεμένῳ, ὡς μηδενὸς τοῦ εἶναι τοῦτον τεκμηρίου ὄντος, ὑπομιμνησκέτω ἑαυτὸν, ὡς οὐδὲ τῶν πρὸ Πτολεμαίου καὶ Ἱππάρχου μαθηματικῶν, οὐδὲ εἷς τὴν ἐνάτην καὶ πασῶν ἔξωθεν σφαῖραν ᾔδει τὴν ἄναστρον. ὀκτὼ δὲ μόνας ὑπάρχειν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Πλάτων ᾤετο, ἀλλ' ἔκ τινων τηρήσεων Ἵππαρχος καὶ Πτολεμαῖος τὴν ἐνάτην καὶ ἄναστρον εἰσηγήσατο, περὶ ὧν λέγειν νῦν οὐκ ἀναγκαῖον.

Οὐκ ἄρα τὰ μή τισιν ἐγνωσμένα πάντως ἀνάγκη μηδὲ εἶναι. τοσοῦτον δέ μοι καὶ μόνον δεδείχθω νῦν, ὅτι συμπεφωνήκασι Μωϋσεῖ Πτολεμαῖος, καὶ πρὸ αὐτοῦ Ἵππαρχος, τὴν ἔξωθεν ἁπάντων σφαῖραν τὴν ἄναστρον ὑποθέμενοι. ἐξ αὐτοῦ δὲ μᾶλλον τῆς εὑρέσεως εἰλήφασι τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ Μωϋσῆς ἐν τῇ μετ' ἐκείνην, ἣν αὐτὸς στερέωμα προσηγόρευσε, δι' ἣν ἐροῦμεν αἰτίαν, ἐνθεῖναί φησι τὸν Θεὸν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τῶν ἀστέρων τὴν πληθὺν ἁπάντων. περὶ δὲ τοῦ σχή-

CAPUT VII.

Quod extremam omnium sphæram, stellisque carentem, Hipparchus & Ptolemæus, ex Moyse accepta occasione, primi constituerint; cum majoribus eorum D esset incognita.

Si quis vero Prophetæ ante sphæram quam inerrantem vocant, cælum aliud exterius supponenti, fidem non habuerit, quasi nullum ejus exstaret indicium; in memoriam sibi revocet, quomodo nec ante Ptolemæum & Hipparchum mathematicos, nonam ullus & extremam omnium sphæram stellis carentem cognoverit. Quin & Plato cum aliis, octo tantum esse existimavit; sed ex quibusdam observationibus Hipparchus & Ptolemæus nonam ac stellis vacuam induxit, de quibus non est necesse nunc verba facere.

Itaque non est necessum, ut ea quæ aliquibus E ignota sunt, non sint omnino. Hoc vero tantummodo a me demonstratum sit, Ptolemæum, & ante hunc Hipparchum, cum Moyse consensisse, dum extremam omnium sphæram stellis vacuam supposuerunt. Quin immo ex ipso, inventionis hujus principium sumserunt. Etenim Moyses in ista, post eam quam ipse firmamentum appellavit ob caussam quam dicimus, Deum ait solem &

a Dan. III. 66. b Psalm. CXLVIII. 8. c Gen. XIX. 24.

1 Τῆς μεταβ.] Nulla distinctione interposita, ista sic rescribit Gotelerius l. c. p. 527. a, τῆς μεταβολῆς τῶν ὑπὸ φύσεως γινομένων ὑπάρχει τῇ κινήσει συναίτιος. *Motu suo simul quoque caussa mutationis rerum naturalium exsistat.*



ματος αὐτοῦ ὅτι σφαιρικὸν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ στερεώματος λόγοις εὐκαιρότερον δείξομεν, ὅτι καὶ τοῖς ἱεροῖς τοῦτο λογίοις δοκεῖν. A

lunam, & astrorum omnium multitudinem collocasse. Porro formam ejus esse sphæricam, idque sacras litteras sentire, commodius demonstrabimus, cum de firmamento verba faciemus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Ἔνστασις πρὸς Βασίλειον Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας, προϋπάρχειν τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου τοὺς ἀγγέλους εἰπόντα. καὶ ὅτι οὐδὲν εἴρηται περὶ τῆς γενέσεως αὐτῶν Μωϋσεῖ.

CAPUT VIII.

Instantia Theodori Mopsuesteni, contra Basilium asserentem, angelos ante mundum hunc sensilem exstitisse. Quodque nihil a Moyse de illorum generatione dictum sit.

Ἐπειδὴ δέ φησιν ὁ μέγας τῶν θείων λόγων ἐξηγητὴς Βασίλειος, ὡς ἦν τις πρεσβυτέρα τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως κατάστασις, ταῖς ὑπερκοσμίοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι πρέπουσα· καὶ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἑρμηνεύων, πάλιν φησίν. οὐ γὰρ δὲ κατὰ πρεσβυγένειαν πάντων τῶν γενομένων προεῖχεν αὐτὸν, μαρτυρῶν λέγει τὸ ἐν ἀρχῇ γεγονέναι, ἀλλὰ μετὰ τὰ ἀόρατα καὶ νοούμενα τῶν ὁρατῶν τούτων, καὶ αἰσθήσει ληπτῶν, τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως διηγεῖται. B

CUM autem dicat magnus divinarum scripturarum interpres Basilius, fuisse vetustiorem quemdam ortu mundi statum, supermundialibus ac spiritalibus virtutibus accommodatum; & illud: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram*, explicans, rursum dicat. Non enim ipsum secundum antiquitatem rebus omnibus creatis prætulit, cum eum in principio factum ait: sed post eas res quæ non aspectu, sed mente percipiuntur, rerum istarum quas cernimus sensuque percipimus, ortus principium narrat.

Ἐπιπηδᾷ τούτῳ Θεόδωρος ὁ τῆς Μοψουεστίας γενόμενος ἐπίσκοπος, μηδὲν ἕτερον προϋπάρχειν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων βουλόμενος· ἀλλ' ἅμα τούτοις καὶ τὰς νοερὰς καὶ ἀοράτους τῶν ἁγίων ἀγγέλων οὐσίας παρῆχθαι. καὶ ταῦτα τοῦ προφήτου περὶ τούτων γεγραφότος οὐδέν. C δίκαιον οὖν ἐπισκέψασθαι τὰ κατηγορημένα, καὶ τὸ φαινόμενον ἡμῖν ἐπὶ τούτοις εἰπεῖν. ἄρχεται δὲ τῆς κατηγορίας Θεόδωρος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν ἐντεῦθεν, εὔηθες δὲ οὐχ ἧττον, ὅταν καὶ τῶν εὐσεβεῖν ἐπαγγελλομένων, καὶ ταῖς θείαις πείθεσθαι προσποιουμένων γραφαῖς, ἀγγέλους ἤ τινας ἀοράτους δυνάμεις, ἔνιοι πρὸ τῶν ὁρωμένων νομίζωσιν εἶναι, οἱ μηδεμίαν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἀπόδειξιν παράσχεσθαι τούτου δυνάμενοι.

Insultat huic Theodorus Mopsuestenus episcopus, volens nihil aliud ante hæc corpora sensilia exstitisse, sed simul una cum his spiritales etiam atque invisibiles sanctorum angelorum naturas productas esse; cum Propheta tamen de istis nihil scribat. Æquum igitur fuerit istas objectiones expendere, & nostrum de iis sensum exponere. Talem autem Theodorus libro primo in Genesim instituit objectionem. Non minus (inquit) stultum est, quando aliqui etiam eorum qui censentur pii, & divinis scripturis credere se profitentur, angelos inaspectabilesve aliquas virtutes, ante res visibiles exstitisse arbitrantur, cum ex divinis scriptis nullam hujus probationem adferre possint.

Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν ὁσίαν Βασιλείου μνήμην ἐνύβρισεν, εἰ καί τινα ἄλλον οὐκ οἶδα εἰπεῖν συμπεριείληφε τῷ ἐγκλήματι. ὅσα δὲ τούτοις ἐφεξῆς, ὡς ἔκ τινων ἐν χριστιανοῖς πλουτῶν διηπορημένα τίθησι, μὴ δεῖν λεγόντων καθ' ἑαυτὸν εἶναι τὸν Θεὸν, πρὸ τῶν δημιουργημάτων· καὶ διὰ τοῦτο, τὰς ἀγγελικὰς προϋποστῆναι φύσεις, καὶ ὅσα τοῖς ἠπορημένοις αὐθυπήγαγε· Βασιλείῳ μὲν τούτων οὐδὲν εἴρηται παντελῶς οὐδαμοῦ. οἶμαι δέ γε ἴσως οὐδὲ ἄλλῳ τινί. διὰ νῦν ἡμῖν περὶ τούτου λόγος οὐδεὶς, εἰ καὶ τοῦ τό τις ἀτόπως ὑπώπτευσεν, τὸ συνόντων τινῶν δεῖσθαι τὸν Θεόν. D

Hæc utique Basilio sanctæ memoriæ objecit, quamvis etiam nescio quem alium simul hac criminatione perstrinxerit. Quæ vero deinde ponit tamquam a quibusdam Christianis quæsita, dicentibus, non oportuisse Deum ante creaturas solitarium fuisse, & idcirco angelicas naturas præexstitisse, & quæ istis quæstionibus subjunxit: a Basilio certe nihil omnino horum dictum est, sed nec ab alio quoquam, ut existimo. Quamobrem hac de re nobis modo nullus est sermo, tametsi quis absurde posset opinari Deum aliquarum rerum consortio indigere.

Ἐπειδὴ δὲ μηδεμίαν ἀπόδειξιν ἐκ τῶν θείων γραφῶν εἶναί φησι, τοῦ προϋπάρχειν τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, τὰς μυριάδας τῶν νοερῶν τε καὶ λειτουργικῶν τοῦ Θεοῦ δυνάμεων, αὐτὸς δὲ ὡς ἐκ τῶν ἱερῶν πεπαιδευμένος λογίων, τῇ γενέσει τοῦ κόσμου συνυποστῆναί φησιν αὐτάς· πρῶτον μὲν δειξάτω ποῦ τοῦτο λέγουσιν ἢ πρὸς λέξιν ἢ πρὸς ἔννοιαν ἀκριβῶς ἔχει τὴν ἁγίαν E γραφήν. ἀλλ' οὐκ ἂν δείξειε πᾶσαν διερευνώμενος. ὅσας γὰρ οἴεται μάτην εἰς τοῦτο λέξεις αὐτῷ συντελεῖν, μικρὸν ὕστερον ἐξετάσομεν. Μωϋσεῖ μέντοι περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ἐκ Θεοῦ δημιουργίας εἴρηται παντελῶς οὐδὲν, καὶ τοῦτο δικαίως. τοῦ γὰρ σωματικοῦ κόσμου τὴν γένεσιν μόνον παρέδωκεν, οὐ τῶν ἀγγελικῶν ταγμάτων. ἐκείνου γὰρ ἐδεῖτο καὶ μόνου, ὡς ἂν ἐκ τῶν ὁρωμένων τοὺς ἀνθρώπους εἰς ἐπίγνωσιν ἀναγάγῃ τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἐξ ἀκολουθίας ἑτέρων πολλὰ τῶν δογμάτων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ συνέστη. μικρὰ δὲ νῦν τέως πυνθανομένοις ἡμῖν ἀποκρινέσθωσαν οἱ τούτῳ συνήγοροι.

Cum vero dicat nulla ratione ex divinis litteris probari posse, spiritalium & administratoriarum Dei virtutum myriadas, ante mundi creationem exstitisse; ipse vero tamquam ex divinis litteris eruditus, ait illas una cum mundi ortu conditas fuisse: Primum quidem ostendat, ubi hoc dicant; sive ad verbum, sive secundum sensum exacte sacram scripturam calleat. Verum non ostendet, quamvis totam perscrutetur. Paullo enim post examinabimus lectiones, quas sibi frustra putat patrocinari. A Moyse certe de angelorum ex Deo creatione nihil omnino dictum est; & hoc merito. Nam mundi hujus corporei dumtaxat creationem enarravit, non ordinum angelicorum. Hoc enim tantum opus erat, ut homines ex rebus aspectabilibus ad Dei cognitionem adduceret: verum ex aliorum consequentia, multa dogmata in Ecclesia Dei exstiterunt. Ceterum nobis hactenus interrogatis, fautores ejus pauca respondeant.

[a] Gen. I. 1.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ὅτι οὔτε σῶμά ἐστι τῶν ἀγγέλων ἡ οὐσία, οὔτε ἀσώματος οὖσα συνηρτημένον ἔχει σῶμα, καθάπερ ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχή.

Εἰ ἅμα τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ, καὶ τοῖς ἐναπειλημμένοις στοιχείοις, αἱ νοεραὶ καὶ ἀόρατοι τῶν λειτουργικῶν τοῦ Θεοῦ τάξεων μυριάδες γεγόνασιν, ἢ σώματα πάντως εἰσὶν, ἢ ἀσώματοι μὲν, καθάπερ καὶ ἡ ἡμετέρα ψυχὴ, ἐξηρτημένα δὲ πάντως ἑαυτῶν ἔχουσι σώματα. οὐ γὰρ αὖ μετὰ τῶν σωμάτων τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνειν ἤμελλον, εἰ μόνως ὑπῆρχον ἀσώματοι, μηδὲν περικείμεναι σῶμα.

Εἰ μὲν οὖν σώματα μόνον τὴν οὐσίαν ὑπάρχουσι, πότερον ἐκ τῶν τεσσάρων, ἢ ἐξ ἑτέρου παρὰ ταῦτα γεγόνασι σώματος, οἷον φέρε καὶ Ἀριστοτέλης τὸ πέμπτον καὶ κυκλοφορούμενον εἰσηγήσατο σῶμα, ἐξ οὗ συνίστησι τὰ οὐράνια. εἰ μὲν οὖν ἐξ ἄλλου παρὰ τὰ τέσσαρα, πέμπτου τινὸς, ποῖόν ἐστι τοῦτο δειξάτω τις, καὶ τίς ἡ τούτου ὁλότης, καὶ ἐκ ποίας τοῦτο θεοπνεύστου γραφῆς ἐδιδάχθη. εἰ δὲ ἐκ τῶν τεσσάρων τῶν παρ' ἡμῖν, ἢ ἐξ ἑνός τινος πάντως, ἢ πλειόνων, ἢ πάντων.

Sic alibi Theodorus: Quænam, inquit, ratio probet interiora, ante ea quæ exteriora sunt, existere? Interiora quidem respectu cæli & terræ, B angelicas virtutes appellans, exteriora vero ipsum cælum & terram; & adhuc expressius dicens eas loco circumscribi, ac si quis dicat, intra cælum & terram esse aerem, & aquam, & ignem. Ad quid autem commenti sunt, angelicas & incorporeas virtutes exsistere in loco, non secus ac elementa; cum neque anima sit in corpore nostro tamquam in loco, sed tamquam animal informans? per ipsum autem, per accidens in loco exsistit, quatenus id quod in loco est, informat; per se vero nulla ratione. Nam, ut sæpe dixi, solorum corporum est exsistere.

Solent itaque viri probi, quando angelos dicunt incorporeos, non talia corpora illos esse dicere, C qualia sunt crassa hæc & sensilia, germina, animalia, metalla, elementa; non tamen omnis spatii expertes esse, sed habere forte corpora subtiliora, quæ propter tenuitatem sensu minime percipiantur: & hoc vocant incorporeum. Sed nihil in rerum natura, simplici ac puro igne subtilius exsistit; ergo ignis secundum illos, respectu reliquorum elementorum, est incorporeus. Et rursum, cum aer tenuior sit aqua, vocent & ipsum respectu aquæ incorporeum: nec non aquam, comparatione terræ, incorpoream, utpote illa subtiliorem; ita ut quidlibet significetur simul esse corporeum & incorporeum. Idem autem vocare corpus & non corpus, risu dumtaxat, non refutatione dignum est. Omnis enim substantia quæ tres habet D dimensiones, corpus exsistit, quantumcumque etiam tenuissimum sit. Unde etiam substantia incorporea, omnis expers est dimensionis. Si itaque substantia angelorum triplicem habet dimensionem, plane corpus exsistit, quantumvis fuerit tenuissimum, & sensum omnem effugiat. Si vero incorporei sunt, ut ostendimus, nullam habent dimensionem.

Quomodo ergo res indivisibilis & indistans sit in loco; cum neque superficies neque linea per se in loco sint, cum tamen sint dimensiones, licet incorporeæ? Sola igitur corpora sunt in loco: & si quid sit in loco, id omnino corpus est. Locus enim corporum est, non rerum incorporearum.

E Cum itaque Theodorus vult angelicas substantias esse in loco, ipsas nihil aliud existimat esse quam corpora, eaque vel composita omnino e quatuor elementis, vel ex uno simplici v. g. igne vel aere, licet ipsas dicat esse spiritales, sicut & animas nostras, ignorans quid significet spiritale. Sive autem ex uno elemento sint, sive ex omnibus; omnino corruptibiles exsistunt, utpote rebus corruptibilibus constantes. Neque enim Theodori asseclis fas sit dicere, quod licet elementa sint cor-

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

[1] Ἀσώματοι] Hujus vocis vice legendum ἰσώματοι. Solemnis est enim in scriptis exemplaribus affinitas inter α, υ, ν, quæ plurimas peperit in libris editis cum varias lectiones, tum mendas. Cotel. l. c. pag. 522. a.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

ἀλλὰ τὰ μόρια τούτων, ἐξ ὧν ὑπῆρξαν ἐκεῖνοι, γεγόνασιν ἄφθαρτα, μηδεμιᾶς ταῦτα λεγούσης θεοπνεύστου γραφῆς. τοῖς γὰρ ἑαυτοῦ περιβαλλέσθω δικτύοις, μηδὲ λόγῳ τοῦτο δεικνύειν ἔχων, ὡς ἡμεῖς τοὐναντίον ἐδείξαμεν. καὶ ὁ ἀπόστολος, τὴν φθορὰν τῶν σωμάτων ἁπάντων ἐδήλωσεν, εἰπὼν, ὅτι καὶ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. οὔπω ἄρα τῶν φθαρτῶν οὐδὲν ἀφθαρσίας μετέσχε, πλὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος.

Σκοπείτω δὲ τὸ ἑαυτοῦ σοφὸν καὶ Θεοδώρητος. πῶς γὰρ ἄν τίς φησι νοήσοι χιλίας χιλιάδας, καὶ μυρίας μυριάδας, κατὰ τὸν θειότατον Δανιὴλ, μὴ ἕκαστον λογιζόμενος ἐν ἰδίᾳ περιγραφῇ; ἀλλ' ἔδει γε αὐτὸν ἐννοεῖν, ὅτι καὶ ἑκάστη τῆς ἁγίας τριάδος ὑπόστασις, τῶν λοιπῶν ἐστιν ἑτέρα, καὶ τρεῖς ὑπάρχουσιν τῷ ἀριθμῷ, ἰδιώμασιν ἀλλήλων διοριζόμεναι. ἢ οὖν ἐν τόπῳ ἔσονται διὰ τοῦτο καὶ σώματα; ἢ Σαβέλλιος ἡμῖν ἐπιπηδήσει, ἢ τόγε τρίτον καὶ ἀληθέστερον, [1] οὐ τὰ ἐν ὑποστάσει, ἴδια καὶ τῶν ὁμοφυῶν ταύτῃ διακρινόμενα, ἢ σώματα πάντως εἰσὶν, ἢ τόπῳ τινὶ περιέχονται.

A ruptibilia ex quibus angeli, eorum tamen partes quibus ipsi constant, incorruptibiles exsistere, cum nulla scriptura divina id asserat: propriis retibus implicatur, cum nulla ratione id demonstrare possit, ubi nos contrarium probavimus. Quin & Apostolus corporum omnium corruptionem significavit, dicens: [a] *Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Nihildum ergo rerum corruptibilium particeps est incorruptionis, excepto corpore dominico.

Animadvertat autem etiam ipse Theodoretus suam sapientiam. Quomodo enim, inquit, quis possit concipere millia millium, & decies mille B dena millia, secundum diviniſſimum Danielem, nisi quemlibet concipiat in propria circumferentia? Verum oportebat ipsum considerare, quomodo etiam unaquæque persona sanctæ Trinitatis, sit a ceteris diversa, & tres numero exsistant, proprietatibus ab invicem distinctæ. Vel igitur in loco erunt, & corpora? vel Sabellius nobis insultabit? Vel id quod tertium & verius est, ea quæ in persona sunt, non sunt propria, & ab ejusdem naturæ personis distincta, vel corpora omnino sunt, vel loco aliquo circumscribuntur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Ὅτι καὶ τὸ περιγεγράφθαι, ἢ ἀπερίγραφον εἶναί τι κατὰ μόνην τὴν τοπικὴν περιγραφὴν οἶδε Θεόδωρος.

Ἀγνοεῖν οὖν ἐοίκασι καὶ τὸ τῆς περιγραφῆς ὄνομα, τὸ ὡς ἐν μόνῃ περιοχῇ τόπου νοοῦντες, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ὅπερ μόνων ἐστὶ τῶν σωμάτων ἴδιον, ὡς οὐ δυνάμενοι τῆς τούτων φαντασίας οὐδὲν, ἔξω νοεῖν. ὅτι γὰρ περιγραφὴν τὴν κατὰ τόπον νοοῦσι καὶ μόνην, καὶ διὰ τοῦτο καὶ σώματα τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν οἴονται, περιγεγραμμένα μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ συνυφεστάναι αὐτοῖς, σαφῶς ἐδήλωσε Θεόδωρος, εἰπών. ἀνάγκη δὲ ἄρα κἀκεῖνο ζητεῖν ὅπου τότε ἦσαν οὐσίαι αἱ νῦν τῷ περιγεγραμμένῳ τῷ τόπῳ; οὔτε γὰρ ἀπεριγράφους οὔσας ὑπὸ περιγραφὴν γενέσθαι οἷόν τε ἦν. περιγραφὴ δὲ ὑποκειμένων, ἀνάγκη ζητεῖν τίς τόπος εἶχεν αὐτὰς πρότερον, ἐν ᾧπερ ἦσαν περιγεγραμμέναι. καθάπερ νῦν εἰσιν ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ.

Ἀλλ' ἠλίθιον, πρὸ τῶν ὁρωμένων, τόπον ζητεῖν. πολλῷ δὲ μᾶλλον ἠλιθιώτεροι, ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ νοητῶν τόπον ζητεῖν καὶ μέγεθος καὶ περιγραφὴν, τῆς περιγραφῆς παρ' αὐτοῖς νοουμένης. τὸ ἐν ὡρισμένῳ εἶναι μεγέθει τε καὶ τόπῳ, καὶ οὕτως ἐν περιγραφῇ εἶναι τῶν ἀγγέλων ἕκαστον, διὸ καὶ ὑπὸ τόπου φασὶν αὐτοὺς περιέχεσθαι. εἰ δὲ πᾶν τὸ περιγεγραμμένον τόπῳ σῶμά ἐστιν, ὡς ἐδείχθη, σώματα ἄρα καὶ τοὺς ἀγγέλους ὑπάρχειν οἴεται. ἐν ἑτέροις δὲ περὶ τοῦ προκειμένου θεωρήματος διαλαβὼν ἔδειξα, ὅτι καὶ τὸ ἀπερίγραφον, δηλοῖ παρ' αὐτοῖς τὸ κατὰ μέγεθος ἄπειρον σῶμα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ ὑπὸ τόπου περιεχόμενον. τί γὰρ ἂν ἔξωθεν εἴη τοῦ ἀπείρου σώματος, περιέχον αὐτό; οὕτω γὰρ οὐκέτ' ἂν εἴη ἄπειρον. οὐδεμίαν γὰρ ἄλλην σημασίαν τοῦ περιγεγραμμένου καὶ τοῦ ἀπεριγράφου γιγνώσκουσιν.

CAPUT XVII.

Theodorum quoque solum agnoscere aliquid circumscriptum vel incircumscriptum esse, secundum localem circumscriptionem.

C Videntur utique etiam ignorare nomen circumscriptionis, ac si id in sola circumscriptione loci intelligant, & nihil aliud, quod solorum corporum est proprium, ita ut nihil possint concipere sine horum imaginatione. Quod enim circumscriptionem localem intelligant, eamque solam, & idcirco etiam putent angelos esse corpora, inter cælum & terram circumscripta, adeoque cum his una creatos fuisse, clare significavit Theodorus, dicens: Necessario etiam illud quærendum, ubi tunc erant naturæ illæ quæ nunc loco circumscriptæ sunt? D Non enim cum essent incircumscriptæ circumscribi poterant. Nam circumscriptio est subjectorum. Necessario quærendum quis locus primum illas habuerit in quo erant circumscriptæ, sicut modo sunt in hoc loco.

Verum est stultum, ante res aspectabiles, locum quærere. Multo autem magis stultum est, in rebus incorporeis & intellectilibus locum postulare, & magnitudinem, & circumscriptionem; cum circumscriptio ab illis intelligatur in determinata magnitudine ac loco esse: atque ita quemlibet angelorum circumscriptum exsistere eo quod dicant ipsos loco contineri. Si autem omne quod loco circumscribitur, corpus est, uti demonstratum est, E corpora igitur etiam angelos esse existimat. Alibi autem de proposita quæstione differens, ostendi id quod incircumscriptum est, apud illos etiam significare infinitam corporis magnitudinem, quæ idcirco etiam loco non contineatur. Quid enim sit extra corpus infinitum, quod ipsum contineat? alioquin enim jam non amplius erit infinitum. Nullam enim aliam circumscripti & incircumscripti significationem agnoscunt.

[a] Rom. VIII. 21.

[1] Οὐ τὰ ἐν ὑποστάσει, ἴδια - περιέχ.] Cernis pravam lectionem cum deteriori versione. Legendum quippe est, ὑποστάσει ἰδίᾳ, & vertendum: *Quæ in hypostasi sunt, ac per eam a ceteris naturis distinguuntur, non ideo vel corpora sunt, vel loco aliquo continentur*. COTELER, l. c. pag. 606. b.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



A Οὕτως οὖν νοοῦσι καὶ τὸν Θεὸν ἀπερίγραφον, συνεκτείνοντες αὐτὸν ἅπασι τοῖς σώμασι, καὶ κόσμῳ παντὶ, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτὸν οἰόμενοι τοπικῶς, κἂν ἀσώματον εἴπωσι τὴν θείαν οὐσίαν καὶ νοητήν. καί τοι γε ἐννοεῖν αὐτοὺς ἐχρῆν, ὥστε παντὸς σώματος καὶ πάσης διαστάσεως δημιουργός ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ μηδὲν εἶναι τούτων αὐτῶν ὧν ἐποίησεν ἀνάγκη, διὸ καὶ ὑπερούσιος ὑμνεῖται, ὡς πάσης οὐσίας παρακτικὸς, καὶ ὑπὲρ αἰῶνας, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, ὅτι καὶ αἰώνων ἐστὶ ποιητής. δι᾽ οὗ γάρ φησι, καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, ὅτι ἂν ὑπάρχοιεν οἱ αἰῶνες. ὥστε τὸ ἀπερίγραφον καὶ ἄπειρον, ἄλλως ἐπὶ Θεοῦ λέγεται καὶ νοεῖται. εἰ δὲ ἀσώματον, καὶ πάσης ἐκτὸς διαστάσεως αἱ οὐσίαι τῶν ἀγγέλων ἐδείχθησαν, οὐδ᾽ ἄρα περιγεγραμμέναι κατὰ μέγεθός εἰσιν, οὐδὲ ἀπερίγραφοι B, τουτέστιν οὐδὲ πεπερασμένον ἔχουσι μέγεθος, οὐδὲ ἄπειρον, οὔτε ἔξω τοπικῶς τοῦ κόσμου εἰσὶν, οὔτε ἐντός. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἄναρχος ὢν, καὶ ὑπὲρ αἰῶνας, ζητηθείη ἂν κατ᾽ αὐτοὺς πρὸ τοῦ κόσμου ποῦ ἦν. ἀλλὰ μόνων σωμάτων, ὡς πολλάκις εἶπον, τοιοῦτον.

Ἀλλ᾽ ὡς δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι λεχθεῖεν ἂν περιγεγραμμένοι κατὰ δύναμιν, διὰ τὸ μὴ πάντα δύνασθαι ὅσα Θεός. ἴσως δὲ καὶ ἄλλους ἄλλων εἰκὸς μείζονα δύνασθαί τε καὶ γιγνώσκειν, καὶ ταύτῃ λέγοιντο ἂν περιγεγραμμένοι, κατὰ μέγεθος δὲ οὔτε περιγεγραμμένοι, οὔτε ἀπερίγραφοι ἀμεγέθεις ὄντες. εἰ πού τις ἄρα τὰς φαινομένας τισὶν ἐπιστασίας αὐτῶν, ἐν οἷς ἂν εἴδεσι, φαίνοιντο. αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἐκεῖνο καὶ χρησμῶδεῖν, ὅ τί ποτ᾽ ἂν εἴη, τόπῳ C περιγεγράφθαι λέγοι, τῷ μηδενὶ ἄλλῳ μήτε φαίνεσθαι, μήτε χρησμῳδεῖν· ἀλλ᾽ οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὴν ἀσώματον οὐσίαν αὐτῶν, μήτε ὁρατὴν οὖσαν, μήτε τόπῳ περιγεγραφομένην. ἀλλ᾽ ἐπὶ πολὺ τούτοις ἐνασχολεῖσθαι, πρὸς ἄνδρας μηδὲν πλέον τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν νοεῖν δυναμένους, μάταιον ἀληθῶς. ἐπὶ δὲ τὰς ἀπὸ τῶν γραφῶν μαρτυρίας μετέλθωμεν.

Hoc modo igitur etiam Deum concipiunt incircumscriptum, omnibus ipsum corporibus totique mundo coextendentes, & existimantes ipsum hæc omnia localiter excedere, licet divinam essentiam dicant esse incorpoream ac spiritalem. Etenim oportet ipsos considerare, Deum omnis corporis omnisque dimensionis conditorem esse, & necessario nihil eorum esse quæ fecit: propter quod & supra essentiam celebratur, tamquam omnis essentiæ productor, & supra sæcula, existens ante sæcula, quoniam etiam sæculorum est auctor; [a] *per quem*, inquit, *fecit & sæcula*: ut nimirum essent sæcula. Itaque incircumscriptum & infinitum, aliter de Deo dicitur & intelligitur. Si autem incorporeæ omnisque dimensionis expertes demonstratæ sint substantiæ angelorum: nequaquam ergo circumscriptæ sunt secundum magnitudinem, neque incircumscriptæ, id est, neque finitam habent magnitudinem, neque infinitam, neque localiter sunt extra aut intra cælum. Alias enim cum Deus sit expers principii & ultra sæcula, secundum ipsos quæri posset, ubi fuerit ante mundum. Verum hoc, ut sæpe dixi, solorum est corporum.

Ceterum ut angeli etiam dici possint circumscripti secundum virtutem, eo quod non omnia possint quæ Deus, licet alii aliis majora merito forte possint & sciant, adeoque secundum hoc circumscripti sint: secundum magnitudinem tamen, neque circumscripti, cum careant magnitudine. Si quis forte apparentes illorum imagines, in quibuscumque figuris apparuerint, illud ipsum visum & oraculum, qualemcumque tandem fuerit, loco circumscriptum fuisse dicat, neque umquam aliter apparuisse aut oraculum panxisse: sed nihil hoc ad incorpoream ipsorum naturam, quæ neque aspectabilis est, neque loco circumscripta. Verum hisce multum immorari, vere supervacaneum est viris nihil supra sensum intelligere valentibus. Ad cetera modo scripturarum testimonia transeamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιή.

Ὅτι οὐδεμία γραφικὴ μαρτυρία, τὸ συνυποστῆναι οὐρανῷ καὶ γῇ τοὺς ἀγγέλους Θεόδωρος δείκνυσι. καὶ ὡς χρῆται τὰ τροπικῶς εἰρημένα τῇ γραφῇ, D μεταφέρειν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν.

CAPUT XVIII.

Theodorum nullo scripturæ testimonio probare, angelos simul cum cælo & terra esse conditos; & quomodo quæ in scriptura figurate dicta sunt, ad rerum veritatem transferenda sint?

Ὥσπερ, φησὶ, Μωϋσῆς εἰς δύο διεῖλε τὴν κτίσιν, οὐρανὸν καὶ γῆν· οὕτω καὶ Δαβὶδ εἰς τὰ αὐτὰ διεῖλεν αὐτὴν καὶ τὰ μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν, τὰ δὲ ἐκ τῆς γῆς, ἔφησεν ὑμνεῖν τὸν Θεὸν, ἀκολούθως τῷ τὴν κτίσιν διηγησαμένῳ. πρότερον γὰρ τῶν ἐκ τῶν οὐρανῶν ποιησάμενος τὴν μνήμην· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἐπάγει· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. περιληπτικῶς πάσας τὰς ἀοράτους καὶ λογικὰς φύσεις εἰπὼν, εἶτα ἐκ τῶν ἀοράτων ἐπὶ τὰ ὁρώμενα μεταβὰς, ἡλίου μέμνηται καὶ σελήνης, ἀστέρων τε καὶ φωτὸς, οὐρανῶν τε καὶ αὐτῶν. καὶ δὴ καὶ τῶν E ὑπὲρ τὸν φαινόμενον τοῦτον οὐρανὸν ὑδάτων, ἐπάγει λοιπόν· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς. ἄδηλον τοίνυν ὡς ἅπασαν τὴν κτίσιν εἰς δύο ταῦτα διελὼν, ὧν τὰ μὲν σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ, τὰ δὲ μετ᾽ ἐκεῖνα ἐγένετο, οὐκ ἂν τῶν ἀοράτων δυνάμεων μετὰ τούτων ἐποιήσατο μνήμην, ἐν τοῖς ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀριθμήσας κἀκείνας, εἰ μὴ σαφῶς ᾔδει, μὴ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς αὐτὰς γεγονυίας, ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς μὲν λα-

Quemadmodum, inquit, Moyses in duo divisit creationem, cælum nempe & terram: sic & David eamdem in illa ipsa distribuit; atque illa quidem de cælis, hæc vero de terra, laudare Deum dixit, eo ordine quo is qui creationem exposuit. Primum enim de cælestibus mentionem faciens: [b] *Laudate Dominum de cælis*, subjungit; [c] *Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.* Deinde postquam compendio omnes inaspectabiles ac rationales naturas memoravit, ex invisibilibus ad invisibilia transiens, meminit solis ac lunæ, & astrorum, luminisque & ipsorummet cælorum, necnon aquarum, quæ sunt supra cælum hoc quod apparet. Deinde subdit: [d] *Laudate Dominum de terra.* Manifestum itaque est, cum omnem creationem in duo ista dividat, quorum alia quidem cum cælo & terra, alia vero post ipsa facta sunt; ipsum nequaquam virtutum inaspectabilium simul cum istis mentionem facturum fuisse, cælestibus ipsas aggregando, nisi

a Hebr. I. 3. b Psalm. CXLVIII. 1. c Ibid. Ⅴ. 2. d Ibid. Ⅴ. 7.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

βούσας τὸ εἶναι. ἔνδον δὲ αὐτῶν εἶναι τυχθείσας, ἅτε καὶ μέρος οὔσας τῆς κτίσεως.

Τούτου δὲ μάρτυς αὐτάρκης καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγων, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. γέλοιον δὲ εἰ μέρος μὲν τοῦ κόσμου κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν, ὁμοίως τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶν, νομίζοιντο δὲ εἶναι πρὸ κόσμου. ταύταις ταῖς δύο μαρτυρίαις, τῇ τε τοῦ προφήτου Δαβὶδ καὶ τῇ ἀποστολικῇ λίαν ὠχυρῶσθαι δοκεῖ Θεόδωρος, τοῦ ἔνδον ὑπάρχειν οὐρανοῦ καὶ γῆς τὰς λειτουργικὰς τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, ὅπερ ἀπὸ πάσης ἔφη παιδεύεσθαι τῆς ἁγίας γραφῆς. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ λογισμῶν αὐτοῦ συνηγορίας ὑποτεμόμενοι παρεθήκαμεν, οὐδὲν παραλιπόντες τῶν ἀναγκαίων, ὅτι μὲν οὖν οὐδὲ Θεοδωρήτῳ τῷ ὑπερασπιστῇ Θεοδώρου δοκεῖ τὴν θείαν εἰρηκέναι γραφὴν, σαφές τι περὶ αὐτῶν. εἴτε προϋπάρχουσιν οὐρανοῦ καὶ γῆς, εἴτε μὴ, καὶ ὡς οὐ λυμαίνεται τῷ τῆς εὐσεβείας λόγῳ, κἂν προϋπάρχειν τις αὐτὰς ὑπόθοιτο, φθάσαντες ἔγνωμεν.

Ἐπειδὴ δὲ Θεόδωρος ἀναντιῤῥήτους τὰς προκειμένας νομίζει μαρτυρίας, τοῦ σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ, γενέσθαι τὰς ἀγγελικὰς τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, καὶ οἱονεὶ χωρίον αὐταῖς ἀφορίζεσθαι τὸν οὐρανὸν, ὡς μηδὲ εἶναι δύνασθαι τούτου χωρὶς, διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν προφήτην, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, μόνῳ τῷ γράμματι προσέχων ἰουδαϊκῶς. οὐκοῦν καὶ ὅταν περὶ τοῦ Θεοῦ λέγει· ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. καὶ πάλιν· ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τῷ κυρίῳ, τὴν δὲ γῆν ἔδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. κύριε κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. καὶ αὐτὸς ὁ Θεός· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. καὶ ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; καὶ μυρία τοιαῦτα ἕτερα, ἐν πάσῃ σχεδὸν κείμενα τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ.

Τί πρὸς ταῦτα λέξει Θεόδωρος; εἰ γὰρ ψιλῷ προσέχοι τῷ γράμματι, μηδένα τῆς ἐννοίας αὐτοῦ λόγον ποιούμενος, μέρος τοῦ κόσμου καὶ τὸν Θεὸν λεγέτω, καὶ οἶκον αὐτῷ τὸν οὐρανὸν ἀφοριζέτω, καὶ μὴ μόνον οἶκος ἔστω Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ποῦ οὖν κατῴκει Θεὸς πρὶν γενέσθαι τὸν οὐρανόν; ἢ ἐν τίνι θρόνῳ καθῆστο ζητήσομεν; τί δὲ αὐτῷ ὑποπόδιον, πρὶν γενέσθαι τὴν γῆν; μόνῃ οὖν τῇ λέξει προσηρτημένος, δεῖσθαι τὸν Θεὸν λεγέτω καὶ ἀναπαύσεως καὶ σκέπης, καὶ θυμὸν αὐτῷ καὶ λύπην περιαπτέτω καὶ ὕπνον, ἐξανάστασίν τε καὶ μεταμέλειαν, χαράν τε καὶ γέλωτα, κατὰ τό· ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς.

Καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἡμέτερα μέλη πάντα, χεῖρας, δακτύλους, πόδας, δεξιὰν, ὀφθαλμοὺς, βλέφαρα, ὦτα, στόμα, καρδίαν, πρόσωπον, ὀπίσθια· πάντα γὰρ εἴρηται ταῦτα, καὶ ἁπλῶς ἀνθρωπίνην μορφὴν αὐτῷ παρεχέτω, καὶ φωνὴν, καὶ γῆρας, οἷός ἐστιν, ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν, παρὰ τῷ προφήτῃ Δανιὴλ, καὶ ἄλλα μυρία τῶν ἀτοπωτάτων ἐκ μόνης αὐτῷ περιτιθέτω τῆς λέξεως. εἰ δὲ ταῦτα τῆς ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστὶ, καὶ ἠλιθιότητος, οὐ ψιλῷ προσεκτέον τῷ γράμματι, ἀλλ' εἰς ὅ τι νεύει ἕκαστον τούτων ἐξιχνευτέον. ἐξ ὧν γὰρ ἴσμεν οἱ τῇ αἰσθήσει μόνῃ προσυλόμενοι, ἐκ τῆς τούτων ἀναλογίας, εἰς ἐννοίας ἡμᾶς θειοτέρας ἀνάγουσιν αἱ θεόπνευστοι γραφαί.

Ὀφθαλμοὺς, διὰ τὸ πάντα ἐφορᾷν τὸν Θεὸν, ὦτα, διὰ τὸ μὴ λανθάνειν αὐτὸν μηδὲ εἰ ἐν μυχῷ πράτ-

A compertum habuisset ipsas, non ante cælum & terram conditas esse, sed simul cum iis suum esse accepisse; in ipsis autem fuisse collocatas, ut quæ creationis quoque pars exsisterent.

Hujus quoque rei probatus testis est B. Paullus, dicens: [a] *Quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus*. Ridiculum autem, si secundum B. Paulli vocem, non secus ac homines, pars quidem mundi sint, existimentur autem esse ante mundum. Duobus hisce testimoniis Prophetæ Davidis & Apostoli, putat Theodorus valde confirmari administratorias Dei virtutes intra cælum & terram contineri, quod ab omni scriptura sacra doceri asserit. Verum rationum ejus præsidia succidentes, nihil necessariorum intermittendo addidimus, uti notum est ex prædictis, ne ipsi B quidem Theodoreto Theodori patrono videri scripturam clare quidpiam de ipsis tradidisse, utrum ante cælum & terram exstiterint nec ne, neque quidquam obfuturum rationi pietatis, si quis præexstitisse illas supposuerit.

Ceterum cum Theodorus existimet, proposita testimonia irrefragabiliter probare, angelicas Dei virtutes una cum cælo & terra fuisse conditas, & cælum ipsis instar loci assignatum esse, ut sine ipso ne exsistere quidem possint, eo quod Propheta dicat: [b] *Laudate Dominum de cælis, laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus*, soli litteræ Judaico more attendens. Igitur etiam quando de Deo dicit: [c] *Qui habitat* C *in cælis irridebit eos, & Dominus subsannabit eos*. Et rursus: [d] *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum*. [e] *Qui in altis habitat, & humilia respicit*. [f] *Dominus de cælo prospexit super filios hominum*. [g] *Domine inclina cælos & descende*. Et ipsemet Deus: [h] *Cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est?* Et similia sunt alia decem millia, in omni ferme scriptura divina obvia.

Quid ad ista Theodorus respondebit? Si enim ad nudam litteram attendat, nulla habita ratione sensus, dicat etiam Deum esse partem mundi, & cælum ipsi attribuat pro domo, neque tantum Dei domus sit, sed & sedes, & terra scabellum pedum ejus. Quæremus igitur ubi habitabat Deus, antequam cælum fieret? vel in qua sede sedebat? D Quodnam illi scabellum erat, antequam terra fierex? Utique si ad verba attenderit, dixerit Deum requiete ac tecto opus habuisse, ipsique furorem & tristitiam affinget, & somnum, & resuscitationem & pœnitudinem, & gaudium, & risum, juxta illud: [i] *Qui habitat in cælis, irridebit eos*.

Quin immo non tantum humanas affectiones, verum etiam omnia nostra membra, manus, digitos, pedes, dexteram, oculos, palpebras, aures, os, cor, faciem, posteriora (omnia enim hæc dicuntur) & simpliciter, humanam formam ipsi tribuet, & vocem, & senium: qualis est *antiquus dierum* apud prophetam Danielem [k], & alia decem millia absurdissima, ex sola littera ipsi possit affingere. Quod si hæc extremæ sint impietatis atque stul- E titiæ, non nudæ litteræ attendendum, sed investigandum, quid quilibet horum insinuet. Ex iis enim quæ cognoscimus soli sensui affixi, ex eorumdem similitudine, divinæ scripturæ nos adducunt ad intelligentias diviniores.

Oculos ipsi tribuunt, quia Deus omnia videt; aures, quia nihil eum latet, etsi etiam in abdito

a I. Cor. IV. 9. b Psalm. CXLVIII. 1. 2. c Psalm. II. 4. d Psalm. CXIII. 16. e Psalm. CXII. 5. f Psalm. XIII. 3. g Psalm. CXLIII. 5. h Isa. LXVI. 1. Act. VII. 49. i Psalm. II. 4. k Dan. VII. 9.

ποιμεν εἴτε χρηστὸν, εἴτε ἐναντίον· δεξιὰν διὰ τὴν δραστήριον αὐτοῦ δύναμιν, καὶ πάντων ὡς χειρὶ μιᾷ περιδραττομένην, κατὰ τὸ εἰρημένον· τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; οἶκόν τε Θεοῦ τὰς κεκαθαρμένας ἴσμεν λεγομένας ψυχάς. οὗ οἶκος ἐσμὲν ἡμεῖς. ἐνοικήσω τε ἐν αὐτοῖς, φησὶν ὁ Θεὸς, καὶ ἐμπεριπατήσω. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. οὐκ οἴδατε ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν; θρόνον τε. ὁ ἐν ἁγίοις γάρ φησιν ἀναπαυόμενος· καὶ τοὐναντίον· οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν; πνεῦμα γὰρ ἅγιον σοφίας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας. ὅμοιόν ἐστι καὶ τό· μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, καὶ πῶς κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; ὥσπερ γὰρ τοῖς τὰ φίλα ποιοῦσιν αὐτῷ Θεὸς ἐναναπαύεσθαι λέγεται, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος· οὕτως οἱ τοῖς νόμοις αὐτοῦ μὴ πειθόμενοι, οἷον ἀγῶνα Θεῷ περιέχειν, εἰκότως ἂν λεχθεῖεν, περὶ τῆς αὐτῶν προνοουμένων σωτηρίας. καὶ οὕτως ἐφ' ἑκάστου τῶν οὕτως εἰρημένων, διὰ τὸ ἡμῖν χρήσιμον εἰς ἐννοίας ἀξίας ἀνάγεσθαι προσήκει Θεοῦ, τοὺς βραχεῖαν γνῶσιν τῆς θείας ἔχοντας φύσεως.

A quid boni vel mali faciamus; dexteram, propter vim ejus efficacem, atque omnia quasi una manu continentem; juxta quod dictum est: [a] *Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo?* Quin & animas puras, domum Dei dictas esse cognovimus, cujus domus sumus nos. [b] *Inhabitabo in illis*, dicit Deus, *& inambulabo*. [c] *Ego & Pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. [d] *Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis?* Et sedem, Qui enim, inquit, in sanctis requiescit; & contra: [e] *Numquid peccata vestra diviserunt inter me & vos*; [f] *Spiritus enim sanctus sapientiæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt si-*
B *ne intellectu, nec habitabit in corpore subdito peccatis*. Simile est & hoc: [g] *Numquid parum vobis est agonem exhibere hominibus, & quomodo Domino exhibetis agonem?* Quemadmodum enim Deus qui in sanctis requiescit, requiescere dicitur in illis, qui quæ beneplacita sunt illi, faciunt; ita qui legibus Dei non obtemperant, quasi certamen Deo exhibere merito dicantur, circa salutem eorum qui providentia reguntur. Atque ita ex singulis illorum quæ ad nostram utilitatem dicta sunt, oportet nos qui exiguam naturæ divinæ notitiam habemus, ad intelligentias Deo convenientes adduci.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Πῶς νοητέον τό· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ὕμνου;

Οὐκοῦν οὐδὲ εἰ οἱ θεοφόροι ἄνδρες, οἷον χόρον ἐκ πάσης στησάμενοι τῆς κτίσεως, νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν, ὕμνον ἐξ αὐτῶν ἀναπλέκουσι τῷ πάντα δημιουργήσαντι Θεῷ· μὴ τοῦτο ἡμᾶς εἰς ἐκτόπους φαντασίας ἐξαγέτω, περὶ τῶν νοερῶν καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων. ὅτι τε ἐν τόπῳ εἰσὶν ὡς τὰ σώματα, καὶ μέρη τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἀσώματοι, οὐδὲ νοητοὶ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' αἰσθητοὶ καὶ σώματα. πᾶν γὰρ σῶμα φυσικὸν αἰσθητὸν, καὶ τὸ αἰσθητὸν ἅπαν σῶμά ἐστιν. εἰ δὲ ἀσώματοί εἰσι καὶ νοητοὶ [τοῦτο γὰρ καὶ Θεοδώρητον καὶ Θεόδωρον ἐδείξαμεν λέγοντας] οὐκ ἄρα εἰσὶ αἰσθητοὶ, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ σώματα, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ τοῖς σώμασιν αὐτοὺς συγγεγονέναι νομιστέον, οὐδὲ τόπου δεῖσθαι, οὐδὲ ἐντὸς εἶναι ἢ ἐκτὸς τοῦ οὐρανοῦ, οὐδὲ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου εἶναι μέρη.

Εἰ δὲ πολλάκις καὶ οὐρανίους αὐτοὺς καλοῦμεν, καὶ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις, ξένον οὐδὲν, ὅτε καὶ Θεῷ τὸν οὐρανὸν ἀφορίζομεν, καὶ οὐράνιον αὐτὸν καὶ ἐπουράνιον καλοῦμεν. ὡς οὖν λειτουργοὺς Θεοῦ τοὺς ἀγγέλους, ἔνθα τὸν Θεὸν ὑποπτεύουσιν εἶναι οἱ ἄνθρωποι, ἢ κατά τινα λέγουσιν ὑπόνοιαν εὐσεβῆ, ἐκεῖ συμπαρεῖναι, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ τίθενται, ἐπεὶ καὶ οἴκους ἱεροὺς ἀφορίζομενοι ἄνθρωποι τῷ Θεῷ, πάσης αὐτοὺς κοινότητος χωρίζοντες, καὶ χεῖρας ἐν αὐτοῖς ἐκτείνομεν ὡς παρόντι τῷ Θεῷ, ἐν εὐχαῖς ὁμιλοῦντες, οἷόν ἐστι τό· ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν κύριον. τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τῶν ὄντων σωμάτων τὸ τιμιώτατόν τε, καὶ καθαρώτατον ἀφορίζουσι τῷ Θεῷ τὸν οὐρανὸν, διὸ καὶ τὰς χεῖρας εἰς αὐτὸν ἐκτείνουσιν εὐχόμενοι; ποδηγετεῖ γὰρ τοῦτο τὰς παχυτέρας τῶν ψυχῶν, διὰ τῆς εἰς τὸν οὐρανὸν τῶν ὄψεών τε καὶ χειρῶν ἐκστάσεως, τὸ οἱονεὶ χωρίζειν ἑαυτοὺς τῶν γηΐνων πάντων, καὶ εἰς Θεὸν μετεωρίζειν τὸν νοῦν, ἐπεὶ μηδὲ λίαν οἱ πολλοὶ τῶν

CAPUT XIX.

C

Quomodo intelligenda sint: Laudate Dominum de cælis, *& cetera istius hymni?*

Licet itaque divini viri, quasi choro facto ex omni intellectilium sensiliumque rerum conditura, earumdem conditori Deo hymnum plectant; ne hoc nos tamen ad absurdas de spiritalibus & incorporeis virtutibus cogitationes abducat: ac si more corporum in loco sint, tamquam partes mundi hujus sensibilis, atque adeo neque incorporei, neque intellectiles secundum substantiam, sed sensiles ac corpora exsisterent. Omne enim corpus naturale, sensile est; & quidquid sensile est, corpus ex-
D sistit. Quod si ante incorporei sint ac spiritales (hoc enim etiam Theodoretum & Theodorum dicere ostendimus) non sunt ergo sensiles, atque adeo neque corpora sunt; neque putandum est illos una cum corporibus conditos fuisse, vel loco indigere, vel intra extrave cælum esse, vel sensilis hujus mundi partes exsistere.

Quod si ipsas sæpenumero etiam cælestes appellamus, cælorumque virtutes, nihil novi est; cum & Deo cælum tribuamus, & cælestem ipsum ac supracælestem nominemus. Quemadmodum igitur hi homines, administratorios Dei angelos, suspicantur esse Deum, vel juxta quemdam sensum pium dicunt eum ibi adesse, & ministros ejus ponunt, cum ni-
E mirum homines Deo ædes sacras consecrant; eas ab omni re profana segregantes, & manus in iis tamquam præsenti Deo porrigunt, in precationibus cum illo conversantes, juxta illud: [h] *In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum*. Quid igitur mirum est, si etiam cælum quod inter corpora præstantissimum purissimumque exsistit, etiam Deo tribuant, propter quod & manus in ipsum erigunt, dum orant? Hoc enim excitat rudiores animos, ut per manuum & oculorum in cælum erectionem, semet ipsos quodammodo a terrenis omnibus abstrahant, mentemque elevent ad

a Isa. XL. 12. b II. Cor. VI. 16. c Joan. XIV. 23. d I, Cor. III. 16. e Isa. LIX. 2.
f Sap. I. 4. 5. g Isa. VII. 13. h Psalm. CXXXIII. 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

ὑπερκοσμίων εἰς ἔννοιαν ἐλθεῖν δύνανται. εἰκότως οὖν, ὡς εἶπον, καὶ τοὺς τοῦ Θεοῦ λειτουργοὺς ἐν οὐρανῷ φασιν αὐτῷ παρεστάναι τῷ Θεῷ, σωματικώτερον ἐκ τῶν ἡμετέρων διατυποῦντες τὰ θεῖα, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, οὐδὲν τῇ τῶν πραγμάτων λυμαίνεται φύσει τό· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, διὰ τοὺς εἰρημένους λογισμούς.

A Deum, quandoquidem neque valde multi supermundialium in mentem venire possint. Merito igitur, ut dixi, Dei quoque ministros in cælo ipsi Deo assistere tradunt, res divinas more nostro ad multorum utilitatem corporalius effingentes. His itaque sic constitutis, ob dictas rationes nihil officit naturæ rerum istarum, quod canitur: [a] *Laudate Dominum de cælis, laudate eum omnes angeli ejus.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ὅτι οὐδὲ κατὰ τὴν τάξιν τῆς κοσμοποιΐας, ἐν τοῖς ὕμνοις τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ κατηρίθμηνται, ὡς νομίζει Θεόδωρος.

CAPUT XX.

Non secundum ordinem creationis mundi, in hymnis opera Dei recenseri; quemadmodum existimat Theodorus.

ΟΤΙ δὲ οὐδὲ πάντα τὰ τῆς ἀπαριθμήσεως τοῦ ὕμνου κατὰ τὴν τάξιν τῆς κοσμογονίας, ὡς Θεόδωρος νομίζει, πεποίηται· καὶ τὰ μὲν σὺν τῷ οὐρανῷ, τὰ δὲ σὺν τῇ γῇ, ἐξ αὐτῶν δῆλον. εἰπὼν γὰρ ὁ προφήτης Δαβίδ· αἰνεῖτε αὐτὸν ἥλιος καὶ σελήνη· ἐπήγαγεν, αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα καὶ τὸ φῶς, οὐ κατὰ τὴν τάξιν τῆς Μωσαϊκῆς διηγήσεως, τὸ φῶς μετὰ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας εἰπών, εἶτα πάλιν ἐπήγαγεν· αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, διὰ τὸν ἐν ἀρχῇ γενόμενον οὐρανόν, καί τοι πρὸ πάντων γέγονεν ἐκεῖνος· εἶτα πάλιν εἰπών· αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς, δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι, προσέθηκε, πῦρ, χάλαζα, χιών, κρύσταλλος, πνεῦμα καταιγίδος, τὴν φυσικὴν τάξιν οὐ φυλάξας. ταῦτα γὰρ τῶν ὑπὲρ τὴν γῆν ὑπάρχουσι. μόνος δὲ κρύσταλλος ἐν γῇ πήγνυται.

Ἀλλὰ καὶ ὁ ἐν τῇ καμίνῳ τῶν παίδων ὕμνος, τοῦτο διδάσκει. εἰπόντες γάρ· εὐλογεῖτε τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ἐπήγαγον· εὐλογεῖτε πᾶς ὄμβρος καὶ δρόσος τὸν κύριον. καίτοι δρόσος μὲν περὶ γῆν, ὑετὸς δὲ ἐν ἀέρι συνίσταται. οὐκ ἄρα διήρηται τὰ μὲν ἐκ τῶν οὐρανῶν, τὰ δὲ ἐκ τῆς γῆς, ἐν οὐδετέρῳ τῶν ὕμνων.

Ἐπὶ τούτοις πολλὰ καταριθμησάμενοι [1] πνεύματα, πῦρ, καῦμα, ψῦχος, καύσωμα, δρόσον, νιφετόν, νύκτας, ἡμέρας· τότε ἐπήγαγε, φῶς καὶ σκότος, ὧν τὸ μὲν ἅμα τῷ γενέσθαι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρυπέστη, τὸ δὲ δευτέραν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἔσχε τὴν γένεσιν. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν δὲ τοῖς εἰδόσι, τὴν φυσικὴν τῶν ὄντων τάξιν ὁ ὕμνος, πρῶτον ἁπάντων οὐρανοῦ καὶ γῆς γενομένων, ἔλεγεν ἄν· εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν κύριον· εὐλογείτω ἡ γῆ τὸν κύριον· εἶτα λοιπὸν ἐπέφερε, τά τε ἐν τούτοις καὶ τὰ μεταξὺ τούτων.

Ἔστιν οὖν εἰπεῖν ἐπὶ πᾶσιν ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ ἀληθέστατον ὑπάρχει, ὅτι τῆς γενέσεως τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων δυνάμεων, οὐδένα λόγον πεποιημένου Μωϋσέως, τοῦ δὲ ὕμνου ἀπὸ τῶν τιμιωτάτων ἀρξαμένου, τῶν παρ' ἡμῖν λέγω, τοῦ οὐρανοῦ, συμπαρειληφότος δὲ καὶ τὰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς τῶν ἀγγέλων τάξεις. μετὰ τίνος γὰρ ἦν αὐτὰς συντάξαι δίκαιον, ἢ μετὰ τοῦ τιμιωτάτου τῶν παρ' ἡμῖν οὐρανοῦ, τὰ τιμιώτατα πάντων ὁμοῦ; ἐξ αὐτῶν δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ ὕμνου ποιεῖν οὐκ ἦν εὔλογον, διὰ τὸ μνήμης αὐτοὺς ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ μὴ τυχεῖν, ὡς τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου προϋπάρξαντας.

Εἷς οὖν καὶ μόνος γέγονε τῷ προφήτῃ σκοπός, τὸ ἐκ πάντων ἅμα τῶν γενομένων πλέξαι τῷ Θεῷ

B NOn omnia quoque quæ in hymno isto recensentur, secundum ordinem mundi generationis, ut Theodorus arbitratur, facta esse, & alia quidem cum cælo, alia vero cum terra, vel ex ipsis manifestum est. Postquam enim propheta David dixit: [b] *Laudate eum sol & luna*, subjunxit; *Laudate eum omnes stellæ & lumen*, non secundum ordinem Mosaicæ narrationis, lumen post solem & lunam & stellas dicens; deinde iterum subjunxit: [c] *Laudate eum cæli cælorum*, propter cælum quod in principio factum est, siquidem illud ante omnia factum fuit; deinde ubi rursum dixit: [d] *Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi*; adjunxit, *ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum*, naturali ordine minime servato. Hæc C enim sunt ex iis quæ exsistunt supra terram. Sola autem glacies in terra concrescit.

Quin & hymnus puerorum, in camino ignis, hoc docet. Postquam enim dixerant: [e] *Benedicite stellæ cæli Domino*, subjunxerunt: *Benedicite omnis imber & ros Domino*. Attamen ros quidem circa terram, imber vero in aere generatur. In neutro igitur hymno illa quidem de cælis, hæc vero de terra, sejuncta sunt.

Ad hæc ubi multos spiritus enumeravit, ignem, æstum, frigus, æstum, rorem, pluviam, noctes, dies; tunc subjunxit, lumen & tenebras, e quibus hæ quidem simul una cum cælo & terra exstiterunt; illud vero secundum, post cælum & terram, ortum habuit. Quoad reliqua autem, naturalem rerum ordinem intelligentibus, cum primum omnium D cælum & terra facta sint, hymnus utique dixisset: Benedicite cæli Domino; Benedicat terra Dominum; ac deinde subjunxisset, ea quæ in his & hisce posteriora sunt.

Dicendum igitur in omnibus, ut mihi quidem videtur, & verissimum est, Moysem quidem de spiritalium & incorporearum rerum ortu nullam mentionem fecisse; hymnum vero ab iis quæ apud nos præstantissima sunt, a cælo inquam, exordium fecisse, adjunxisse autem incorporeos ac spiritales ordines angelorum. Cum quibus enim æquum erat essentias illas omnium præstantissimas conjungere, nisi cum præstantissimo, quod apud nos est, cælo? Ab iis autem hymni exordium facere non oporE tebat, quod in mundi opificio nulla eorum mentio fieret, utpote ante sensilem mundum exsistentium.

Unicus itaque ac solus Prophetæ scopus erat, ex omnibus simul rebus creatis Deo hymnum concin-

a Psalm. CXLIII. 1. b Psalm. CXLVIII. 3. c Ibid. ℣. 4. d Ibid. ℣℣. 7. 8. e Dan. III. 63. 64.

1 Πνεύματα] Immo πράγματα. Scilicet tria hæc, πνευμάτων, πατέρων, πραγμάτων, & duo, πνεύματα, πράγματα, ut & nonnulla alia consimilia, magnam habent in mss. codicibus præsertim ex contractione similitudinem; adeo ut incautos facilè possint in errorem inducere. Sic itaque hunc locum reddiderim; *Ad hæc ubi res multas enumeravit, ignem, æstum, frigus, candorem, rorem, nivalem pluviam, noctes, dies; tunc subjunxit; lucem & tenebras*: nisi quis prætulerit, quod minus probabile sit, πάντα πνεύματα, *omnes spiritus*, Dan. III. 65. COTEL. l. c. pag. 537. c.



τὸν ὕμνον, καὶ οὐχὶ διελεῖν τὰ ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς, ὡς φησὶ Θεόδωρος, κατὰ τὴν τάξιν τῆς αὐτῶν γενέσεως. οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐκ τῆς τάξεως τῶν ἐν τῷ ὕμνῳ παρειλημμένων, καὶ τῆς διαιρέσεως ἔχει τι πιθανὸν, πρὸς τὸ ζητούμενον αὐτῷ, Θεόδωρος.

A nare, & non disjungere illa quæ de cælis sunt, & illa quæ de terra, ut inquit Theodorus, secundum ordinem generationis eorum. Neque igitur etiam ex ordine eorum quæ in hymno continentur, Theodorus quidquam habet, quod explicationem ejus, quod ad hanc quæstionem, probabilem reddat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κά.

Πῶς εἴρηται τῷ ἀποστόλῳ, τό· θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις;

ΤΟ αὐτὸ νοείσθω, καὶ ἐπὶ τοῦ· θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις, καὶ ἀνθρώποις, οὐχ᾽ ὡς τῶν ἀγγέλων μέρος ὄντων τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, ἢ συγγενομένων αὐτῷ· ἀλλὰ Παύλου τὴν πάλην ἔχοντος οὐ πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, τὸ θέατρον τῶν ἀγώνων αὐτοῦ συνεστάναι φησιν, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀγγέλων θαυμαζόντων αὐτοῦ τοὺς ἀγῶνας· τοὺς μὲν πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἀγγέλων, τοὺς δὲ πρὸς τοὺς ἐπὶ γῆς ἄρχοντας ὑπ᾽ ἐκείνων ἐνεργουμένους σὺν τοῖς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώπων.

Εἰ μὴ ἄρα κόσμον λέγει νῦν, περὶ οὗ εἶπεν ὁ κύριος· ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται· καὶ πρὸς τοὺς μαθητάς· ὑμεῖς οὐκ ἔστε ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. καὶ ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρίσκει οὐδέν· κόσμον λέγων τὸ σύστημα τῶν πονηρῶν ἀνθρώπων τε καὶ δαιμόνων, ὧν εἰσί τινες πονηροὶ κοσμοκράτορες. τούτῳ οὖν τῷ κόσμῳ θέατρον γέγονεν ὁ Παῦλος, πρὸς ἑκάτερον γένος τούτων ἀνθρώπους τε καὶ δαίμονας ἀνταγωνισάμενος, οὓς ἀγγέλους εἶπεν, κατὰ τό· ἀποστολὴν δι᾽ ἀγγέλων πονηρῶν. καὶ τό· πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. καὶ Πετρός· εἰ γὰρ ὁ Θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας παρέδωκεν, εἰς κρίσιν κολαζομένους τηρεῖν. καὶ Ἰούδας· ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, ἀλλ᾽ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκε. τοῦτο οἶμαι καὶ τὸ ἀποστολικὸν δηλοῦν· οὐκ οἴδατε ὅτι ἀγγέλους κρινοῦμεν; πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις κατασμικρύνει τὴν φύσιν τῶν ἀγγέλων, ἵνα μετρίως εἴπω, Θεόδωρος, οἷς ἐνασχολεῖσθαι, οὔτε πρόκειται ἡμῖν, οὔτε ἀναγκαῖον.

CAPUT XXI.

Quo sensu dictum sit ab Apostolo : Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus?

B HOC ipsum etiam intelligatur de isto: [a] *Spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus*, non quasi angeli pars quædam sint hujus mundi sensibilis, aut simul cum ipso producti sint; sed cum Paullus luctam haberet, [b] *non adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ* : spectaculum certaminum suorum dicit, non ex hominibus solum constare, verum etiam ex angelis certamina ipsius admirantibus, partim quidem adversus spiritualia nequitiæ angelorum, partim vero adversus principes terræ ab ipsis instigatos, cum angelis etiam hominum.

C Mundum igitur heic vocat, de quo Dominus dixit: [c] *Mundus totus in maligno positus est*: & ad discipulos: [d] *Vos non estis de mundo hoc*. Et: [e] *Venit princeps mundi hujus, & in me non* invenit quidquam* : mundum vocans congregationem pravorum hominum ac dæmonum, quorum aliqui sunt mali rectores mundi. Huic igitur mundo Paullus spectaculum factus fuit, adversus utrumque genus eorum tam hominum quam dæmonum decertans, quos angelos vocavit, juxta illud: [f] *Immissionem per angelos malos*. Et: [g] *Ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis ejus*. Et Petrus: [h] *Si enim* D *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari*. Et Judas: [i] *Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit*. Hoc existimo etiam illud apostolicum significare: [k] *Nescitis, quoniam angelos judicabimus?* Quin & in multis aliis, naturam angelorum, ut modeste loquar, extenuat Theodorus, quibus neque nobis propositum, neque necesse est immorari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κβ'.

Ὅτι ἐξηγούμενος Θεόδωρος τό· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω φῶς, ἀνθρωπίνην φωνὴν δίδωσι τῷ Θεῷ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις τὸ τῶν φωνῶν αἰσθητήριον, ὧν εἰς ὑπήκοον λαλῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ὡς ἄτοπος ἡ τοιαύτη ὑπόνοια;

ΟΥΚ ἄχρηστον δὲ ἴσως ἐκ πολλῶν ἑνὸς μνησθῆναι, ὃ περὶ τῶν ἱερῶν δυνάμεων, καὶ αὐτοῦ Θεοῦ, μικρὰ περὶ αὐτοῦ φρονῶν καὶ ἀνθρώπινα Θεόδωρος εἰπεῖν ἐτόλμησεν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς πρώτης κτίσεώς, φησιν, οὐ λέγει φωνὴν ὁ μακάριος Μωϋσῆς. ἀλλὰ πῶς; ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἐπειδὴ βουλῇ παρήγαγεν ἐκεί-

CAPUT XXII.

E *Quomodo Theodorus dum explicat illud :* Et dixit Deus: Fiat lux, *humanam vocem Deo tribuat, & angelis organum quo voces excipiant ; ut quibus ad obediendum Deus loquatur ; & quam absurda sit ejuscemodi opinio?*

VErum haud abs re forte fuerit, e multis unius meminisse, ubi Theodorus de sacris istis virtutibus ipsoquemet Deo parva sentiens, humana quoque de ipso proferre ausus est. In prima enim, inquit, creatione beatus Moyses nullius vocis meminit. Sed quomodo? [l] *In principio fecit Deus cælum & terram*. quoniam solo suo nu-

[a] I. Cor. IV. 9. [b] Eph. VI. 12. [c] I. Joan. V. 19. [d] Joan. XV. 19. [e] Joan. XIV. 30. [f] Psalm. LXXVII. 49. [g] Matth. XXV. 41. [h] II. Petr. II. 4. [i] Juda ℣. 6. [k] I. Cor. VI. 3. [l] Gen. I. 1.

* *Invenit*] Vulg. *habet*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

A να μόνη, οὐδεμιᾷ φωνῇ χρησάμενος, ἅτε μὴ ὄντος, τοῦ τι μαθεῖν ἐκ τῆς φωνῆς ὀφείλοντος τῆς αὐτοῦ. ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν φωνὴν προηγῆσθαι λέγει. ὅτε γὰρ ἦν λοιπὸν τὰ τὸν δημιουργὸν ὀφείλοντα μαθεῖν διὰ τῆς φωνῆς, ἀόρατον ὄντα τὴν οὐσίαν, τότε προηγεῖτο μὲν ἡ φωνὴ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, εἵπετο δὲ τῇ φωνῇ τὸ ἔργον. διδασκαλία δὲ τοῦτο ταῖς ἀοράτοις καὶ λογικαῖς οὐσίαις ἦν, τοῦ τὴν κτίσιν προστάγματι δημιουργοῦντος οἰκείῳ.

B Φεῦ τῆς ἀτοπίας; φωνὴν ἀκούει Θεοῦ τὴν ἔναρθρον, οὐκοῦν καὶ διαφωνητικῶν πάντως γινομένην ὀργάνων, καὶ τοῦ διηχοῦς ἀέρος δεομένην. κἂν γὰρ λέγῃ κατὰ τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ, οὐ πρὸς τὸ γενέσθαι τὴν φωνὴν εἴρηκεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ αὐτὸν φωνῆσαι τὸν Θεόν. οὕτω δόξαν αὐτῷ. ὅτι γὰρ οὐ κατά τινα θαυματουργίαν, εἰς διάλεκτον τὸν ἀέρα διαπεπλάσθαι φησὶν, ὡς καὶ πρότερόν τε πολλάκις, καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ κυρίου γέγονε, φωνῆς ὡς ἐξ οὐρανοῦ φερομένης· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν Θεὸν λαλῆσαι φησι, δῆλον ἐξ ὧν εἶπεν·

Ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης κτίσεως μὴ φωνῆσαι τὸν Θεὸν, διὰ τὸ μήπω εἶναι τοὺς ἐκ τῆς φωνῆς αὐτοῦ μαθεῖν τι δυναμένους· ὡς δὴ ὕστερον, εἰς ὑπήκοον ἀγγέλων φωνήσαντος τοῦ Θεοῦ· οὐκοῦν καὶ σωματικὴν ἀκοὴν, C τὸ τῶν φωνῶν αἰσθητήριον διδότω τοῖς ἀγγέλοις καὶ διάλεκτον, ἐθνικὴν τῷ Θεῷ, καθ᾽ ἣν φθέγξασθαι πάντως αὐτὸν ἐρεῖ τὸν Θεόν. δι᾽ ὃ καὶ φωνητικῶν ὀργάνων ἀρτηρίαν τε τραχεῖαν ἕξει, καὶ ὑπερῴαν, καὶ γλῶσσαν, καὶ ὀδόντας, καὶ τὰ λοιπὰ, δι᾽ ὧν εἰς λέξεις αἱ φωναὶ σχηματίζονται. ἴσως καὶ τῷ ἀποστόλῳ συγχρήσεται μάρτυρι· ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, οὐκ εἰδὼς ὑπερβολὴν εἶναι τὸ σχῆμα καὶ ὑπόθεσιν· ὡς εἰ καὶ γλῶσσα καὶ διάλεκτος ὑπῆρχεν ἀγγέλοις. οἷόν ἐστι· κἂν ἐγὼ, κἂν ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ᾽ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. οὔτε γὰρ αὐτὸς τοῦτο ποιεῖν ἤμελλεν· ὁ εἰπὼν, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε ἐξουσίαι, οὔτε D δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. οὔτε αἱ λειτουργικαὶ τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, οἱ δυνατοὶ ἰσχύϊ, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ ποιοῦντες, οἱ εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενοι διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, τοῦτο δρᾷν ἤμελλον.

Ἀλλ᾽ εἰ καὶ τοῦτό τίς φησι ὑπόθοιτο γίγνεσθαι, εἰ καὶ παρὰ ταύτας ἑτέρας δυνάμεις δημιουργεῖσθαι τις συγχωρήσειεν, ἴσως δὲ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἀκουόντων, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς ὁ σατανᾶς μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός. εἰ οὖν ἀσώματος καὶ νοερὰ τῶν ταγμάτων ἐκείνων ἐστὶν ἡ οὐσία, οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἔχουσιν αἰσθητηρίων· διὸ κυρίως πάντα εἶπον διεσκευάσθαι τῷ Μωϋσεῖ πρὸς τὴν τῶν E ἀνθρώπων ὠφέλειαν, οὓς πρῶτον εἰς θεογνωσίαν ἀγαγεῖν ἐσπούδαζεν, οὔπω συνιέναι δυναμένους, ἅμα τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ πάντα γενέσθαι.

Ὅτι οὖν βουλήσει τοῦ Θεοῦ τὰ πράγματα γίνεται, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγόμενα, οὐ μόνον δὲ γῆν καὶ οὐρανὸν παρήγαγε μόνῳ τῷ βούλεσθαι ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστον. οἷον καὶ ἐπὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ πρὸς πίστιν ἐγίνετο τοῦ ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ λόγῳ τὸ ὅλον δημιουργήσας. θέλω, φησὶ, καθαρίσθητι. ὡς ἐπίστευσας γενηθήτω σοι· ἅμα τῇ βουλήσει γινομένου τοῦ πράγματος. τὸ οὖν εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς καὶ ἐγένετο φῶς, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἔννοιαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν βούλησιν τὴν περὶ τοῦ γενέσθαι τὸ φῶς ἐσήμανεν. ὅπερ καὶ

A tu, nulla voce utens, illa produxit, eo quod nullus exsisteret, qui ex voce ejus aliquid discere debebat. In ceteris autem dicit, vocem esse prolatam. Ceterum quando jam erat, qui creatorem essentia sua inaspectabilem, ex voce cognoscere debebat, tum vox secundum Dei placitum prolata fuit; opus autem vocem sequebatur. Hæc scilicet doctrina erat inaspectabilibus ac ratione præditis naturis, ab eo qui jussu suo condebat B creaturam.

Vah absurditatem! articulatam Dei vocem intelligit, atque adeo vocalibus omnino organis formatam, & sonori aeris indigam. Quamvis autem dicat, secundum Dei placitum, id tamen ex ipsius sententia non refertur ad ipsam vocem quæ fiat, sed ad ipsum Deum qui vocem formet. Quod enim non miraculo aliquo, sermonis alicujus idioma in aere formatum fuisse dicat, uti olim sæpe, & super ipsomet Domino contigit, voce quasi cælitus dilapsa: [a] *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*: sed ipsummet Deum locutum fuisse asserat, manifestum est ex iis quæ dixit:

In prima quidem creatione, Deum minime locutum esse, quod necdum exsistebant, qui ex ejus C voce discere quidquam possent; ac si postea ob auditionem angelorum locutus sit Deus: ita ut corporeus auditus quibus voces perciperent, angelis tributus sit, atque Deo gentilis dialectus, qua omnino ipsummet Deum locutum fuisse ait. Propter quod etiam vocalium organorum asperam illam arteriam habebit, & palatum, & linguam, & dentes, & reliqua quibus dictiones & voces formantur. Quin & Apostoli fortassis testimonio utetur: [b] *Si linguis hominum loquar & angelorum*, nesciens hyperbolem esse figuram & suppositionem, ac si etiam linguam & dialectum angeli haberent. Quale est & illud: [c] *Licet ego, aut angelus de cælo evangelizet vobis, præterquam id quod accepistis, anathema sit*. Numquam enim id facturus erat, D qui dicebat: [d] *Neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro*. Neque id quod fecissent administratoriæ Dei virtutes, [e] potentes virtute, facientes verbum ejus, [f] in ministerium missæ propter eos qui hereditatem capient salutis.

Ceterum, si & hoc, dicat quis, fieri supponatur, & licet quis post has quoque ceteras virtutes conditas fuisse concesserit, ad securitatem scilicet audientium, quandoquidem & ipse [g] *Satanas transfigurat se in angelum lucis*. Si igitur natura ordinum istorum incorporea sit ac spiritalis, nihil habent nostrorum sensuum: quapropter E proprie omnia dixi a Moyse ad hominum utilitatem ordinata esse, quos in primis ad Dei notitiam adducere satagebat, quia nondum scire poterant, omnia fieri simul ac vult Deus.

Cum igitur voluntate Dei res exsistant, ex nihilo in lucem adductæ, non solum cælum & terram sola voluntate sua Deus produxit, verum etiam quidlibet rerum ceterarum: quemadmodum quoque in Christo Domino contigit, ad fidem faciendam quomodo ipse esset qui hoc universum verbo condiderat. [h] *Volo*, inquit; *Mundare: sicut credidisti, fiat tibi*, simul cum voluntate, re ipsa exsistente. Quod itaque dixit Deus: *Fiat lux, & facta est lux*, nihil aliud significavit, quam Dei cogitationem & volitionem ut lux fieret; quod

a Matth. III. 17. b I. Cor. XIII. 1. c Galat. I. 8. d Rom. VIII. 38. e Psalm. CII. 20. f Hebr. I. 14. g II. Cor. XI. 14. h Matth. VIII. 13.

Δαβὶδ ἐδίδαξε λέγων· αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν, αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. διὰ μὲν τοῦ εἶπεν, τὴν τοῦ Θεοῦ νόησιν, διὰ δὲ τοῦ ἐνετείλατο τὴν περὶ τοῦ γενέσθαι τὸ νοηθὲν βούλησιν δηλῶν.

Πῶς δὲ ἅμα τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ συνυποστᾶσαι κατὰ Θεόδωρον τῶν ἀγγέλων αἱ μυριάδες, τέλειαι τὸν νοῦν, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς ἀπλεῖς, διὰ τὴν κατὰ μικρὸν τῆς γενέσεως τοῦ σώματος πρόοδον· καὶ αὐτόγε τοῦτο εἰδῆσαι, ὅτι χθὲς τυχὸν οὐκ οὖσαι, νῦν ὑπέστησαν, οὐκ εὐθὺς εἰς ἔννοιαν τοῦ σὺν οὐρανῷ καὶ γῇ παραγαγόντος αὐτὰς, ἤρχοντο πάντως, κατὰ τὸν Δαβὶδ εἰπόντα· ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ, ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν, τουτέστιν· εἰς ἐμαυτὸν ὁρῶν, καὶ τὴν περὶ ἐμὲ σοῦ διάταξιν θεασάμενος, εὐθέως τὴν περὶ σοῦ γνῶσιν θαυμαστὴν ἔσχον· καὶ τοσοῦτον τῆς ἐμῆς ἐπεκράτησε διανοίας, ὡς οὐδὲ εἰ βουλοίμην τυχὸν ἀντιβλέπειν δύνασθαι· ταύτῃ τοσοῦτόν ἐστιν ἐναργής. οὐδὲ γὰρ εἰ τὸν ἥλιόν τις ὁρῶν μὴ εἶναι λέγοι τοῦτον, πεῖσαι δύναται ἑαυτὸν, ὡς οὐκ ἔστι.

Πολλῷ οὖν μᾶλλον ταῖς ἱεραῖς δυνάμεσιν οὐδὲν ἔλειπεν εἰς γνῶσιν Θεοῦ τῶν σὺν αὐταῖς γενομένων κατὰ Θεόδωρον οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἵνα καὶ φωνῆς Θεοῦ δεηθεῖεν εἰς ἔννοιαν τοῦ μὴ ὁρωμένου. αὐτὸ δὲ τοῦτο λίαν εὐηθές. ἐπειδή φησιν ἀόρατος ἦν, καὶ ἰδεῖν αὐταῖς οὐκ ἐνῆν Θεὸν, φωνὴν ἀφῆκεν ἵνα διὰ τῆς φωνῆς τὸν μὴ ὁρώμενον μάθωσιν. ἠγνόησε γὰρ ὡς ἀόρατος τοῖς αἰσθητοῖς ἐστιν ὀφθαλμοῖς ὁ Θεός. οὐδὲ γὰρ ἡ ψυχὴ τούτοις ὁρᾶται ἐπεὶ μηδὲ σῶμά ἐστι. χρωμάτων γὰρ ἡ ὄψις ἀντιλαμβάνεται, ἐν σώμασι δὲ τὰ χρώματα τὸ εἶναι ἔχουσι. τῷ νῷ δὲ καθαρεύοντι τὰ νοητὰ γιγνώσκεται καὶ Θεὸς, κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμίν τε καὶ ἀξίαν, κατὰ τό· οἱ ἄγγελοι αὐτῶν διαπαντὸς βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. καὶ νῦν ἐν ἐσόπτρῳ γινώσκω, καὶ ἐν αἰνίγματι, φησὶν ὁ Παῦλος, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. καὶ μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ὀψόμεθα γὰρ αὐτὸν καθώς ἐστι. καὶ ὁ ταύτην τὴν ἐλπίδα ἔχων, καθαίρει ἑαυτόν. μόνοις οὖν τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ἀόρατός ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁρᾶται δὲ τῷ νῷ καθαρεύοντι. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται· ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. διότι γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν ἢ ηὐχαρίστησαν. ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. εἰ οὖν τὸν ἀόρατον Θεὸν διὰ τῆς τοῦ κόσμου δημιουργίας ὁρᾶσθαί φησι τοῖς ἀνθρώποις ὁ Παῦλος, καὶ τοὺς μὴ διὰ τῶν κτισμάτων εἰς ἔννοιαν τοῦ πεποιηκότος ἐρχομένους, ἀσυνέτους εἶναι, καὶ ἐσκοτίσθαι λέγει τὴν καρδίαν· τί ἂν εἴποι τις περὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, εἰ κατὰ Θεόδωρον καὶ φωνῆς ἐδεήθησαν, ἵνα δι' αὐτῆς μόλις εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθωσι τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὰς Θεοῦ· τοσοῦτο καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων αὐτοὺς ὑφεῖσθαι διανοίας ἡγεῖται.

etiam David docuit, dicens: [a] *Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt.* Siquidem per verbum *dixit*, Dei cogitationem; per *mandavit* vero significavit voluntatem, ut fieret id quod cogitarat.

Quomodo autem juxta Theodorum simul cum cælo & terra, tot myriades angelorum productæ sint, intelligentia perfectæ, & non imbecilles uti nos, propter corporis sensim adolentis ortum; & hoc ipsum scientes, quod heri v. g. non exsistentes, modo procreatæ essent, non omnino statim in cognitionem venerint illius qui ipsas simul cum cælo & terra condiderat, juxta Davidem dicentem: [b] *Mirabilis facta est scientia tua ex me; confortata est, & non potero ad eam*, id est: In me ipsum contuens, & tuam circa me ordinationem contemplans, illico tui mirabilem cognitionem habui, atque adeo meum intellectum convicit; tamque clara est, ut etsi voluissem forte, non potuissem tamen ipsi obtueri. Neque enim si quis conspecto sole, negaverit ipsum exsistere, sibi ipsi persuadere potest eum non exsistere.

Multo magis sacris istis virtutibus nihil deerat ad Dei cognitionem, cum juxta Theodorum cælum & terra cum ipsis creata sint, ut etiam Dei voce opus haberent ad cognoscendum id quod non cernebatur. Verum id ipsum valde futile est. Quoniam, inquit, inaspectabilis erat, neque ipsi Deum videre poterant, vocem emisit, ut ex voce perciperent eum quem non cernebant. Ignorabat enim Deum inaspectabilem exsistere oculis sensilibus. Nam neque spiritus his videtur, cum non sit corpus. Visus enim versatur circa colores; colores autem in corporibus exsistunt. Intellectilia vero mente pura intelliguntur, & Deus secundum cujusque virtutem ac dignitatem, juxta illud: [c] *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei qui in cælis est.* Et: [d] *Nunc in speculo* cognosco *& in ænigmate*, inquit Paullus, *tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Et: [e] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* [f] *Videbimus enim eum sicuti est*; & qui hanc spem habet, se ipsum purgat. Deus itaque solis oculis sensilibus inaspectabilis exsistit, sed mundo corde cernitur: [g] *Invisibilia enim ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus & divinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Quod si itaque Paullus ait Deum inaspectabilem, ab hominibus videri per mundi fabricationem, eosque insipientes esse, qui per creaturas in conditoris notitiam non deveniunt & corde obscurato esse asserit; quid dicat quis de sanctis angelis, si secundum Theodorum, etiam voce opus habuerint, per quam vix ad Dei conditoris sui notitiam perveniant: tanto etiam hominibus ipsos intelligentia inferiores ducit.

a Psalm. CXLVIII. 5. b Psalm. CXXXVIII. 6. c Matth. XVIII. 10. d II. Cor. XIII. 12. e Matth. V. 8. f I. Joan. III. 2. g Rom. I. 20. 21.

A

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Η δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα Θεοῦ [1] ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος.

ΑΚΥΛΑΣ.

Η δὲ γῆ ἦν κένωμα καὶ οὐθὲν, καὶ σκότος ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ πρόσωπον ὑδάτων.

B

ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

Η δὲ γῆ ἦν [2] κενὸν καὶ οὐθὲν, καὶ σκότος ἐπὶ προσώπου ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ προσώπου τοῦ ὕδατος.

ΣΥΜΜΑΧΟΣ.

Η δὲ γῆ ἐγένετο [3] ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπιφερόμενον ἐπὶ πρόσωπον ὑδάτων.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α΄.

Οτι τὴν τῶν στοιχείων θέσιν, καὶ τάξιν, καὶ τὸν ἀριθμὸν, ἐδίδαξε Μωσῆς.

ΠΡΟ τῆς κατὰ μέρος τῶν προκειμένων ἐξετάσεως θεωρητέον, πῶς καὶ νῦν τὴν φυσικὴν τῶν στοιχείων τάξιν ἐφύλαξε Μωϋσῆς. τεσσάρων γὰρ ὄντων, δύο μέν ἐστι βαρέα, γῆ καὶ ὕδωρ· κοῦφα δὲ τὰ λοιπὰ δύο, πῦρ καὶ ἀήρ. ἀλλ' ὕδατος μὲν γῆ βαρυτέρα, πῦρ δὲ κουφότερον ἀέρος· δι' ὅπερ γῆ μὲν ὑφιζάνει τῷ ὕδατι, ἀέρος δὲ τὸ πῦρ ὑπεραίρεται· ἐν ἑκατέρᾳ δὲ συζυγίᾳ· τὸ ξηρὸν τῆς ὀξυτέρας κινήσεώς ἐστιν αἴτιον· τῇ γῇ μὲν τῆς ἐπὶ τὸ κάτω. τῷ πυρὶ δὲ τῆς ἐπὶ τὸ ἄνω. τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐν τῷ περὶ τῶν ῥοπῶν σπουδάσματι δέδεικται, διόπερ ἡ μὲν γῆ τὴν κατωτάτω πάντων εἴληφε χώραν, D δευτέραν δὲ μετ' αὐτὴν τὸ ὕδωρ, καὶ τῶν κούφων ἀνωτάτω μὲν ἀκολούθως ἐστὶν τὸ πῦρ, μέσος δὲ τούτου καὶ τοῦ ὕδατος ὁ ἀὴρ, πῇ μὲν ἐστιν ὑγρὸς, ὕδατι συμφωνῶν, πῇ δὲ θερμὸς, τῇ πυρώδει τοῦ ὑπεκκαύματος φύσει.

Εἰπὼν οὖν ὁ προφήτης· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τῶν λοιπῶν, τὴν ἐν μέσῳ νῦν, παρέδωκε τάξιν, διὰ τοῦ καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. σκότος μὲν λέγων τὸν ἐσκοτισμένον ἀέρα, μήπω γενομένου φωτός· ἄβυσσον δὲ τὴν ὅλην τῶν ὑδάτων σύστασιν. ὅτι δὲ τοῦτό ἐστιν ἄβυσσος, ὁ ψαλμὸς ἔδειξεν εἰπών· ἐταράχθησαν, E ἄβυσσοι, πλῆθος ἤχους ὑδάτων· καὶ πάλιν· ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται· εἰς φωνὴν τῶν καταρακτῶν σου· ὃ σαφέστερον ἑτέρωθι γέγραπται, ὁ προσκαλούμενος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκχέων αὐτὸ ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς. ἄνω οὖν ἄβυσσον τὸ ὕδωρ τῶν ὑετῶν εἶπε, κάτω δὲ τὸ τῆς θαλάσσης, ὁ διὰ τῶν ἀτμῶν ἄνω φερόμενον

LIBER SECUNDUS.

VER. 2. At terra erat invisibilis & incomposita, & tenebræ super abysſum, & spiritus Dei ferebatur super aquam.

AQUILA.

Terra autem erat inanitas & nihil, & tenebræ supra faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super faciem aquarum.

THEODOTION.

Terra vero erat inane & nihil, & tenebræ super faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super faciem aquæ.

SYMMACHUS.

Terra autem facta est quid iners & indiscriminatum, & spiritus Dei ferebatur super faciem aquarum.

CAPUT I.

Moysem etiam statum, & ordinem, & numerum elementorum tradidisse.

ANte particularem eorum quæ proposita sunt inquisitionem, considerandum; quomodo etiamnum Moyses, naturalem elementorum ordinem servarit. Cum enim sint quatuor, duo quidem gravia sunt, terra & aqua; reliqua vero duo levia, ignis & aer. Ceterum terra quidem gravior est aqua, ignis vero levior aere: quapropter terra quidem subsidit aquæ, ignis vero transsilit aerem; in utraque autem conjunctione, siccitas celerioris motus caussa exsistit, terræ quidem deorsum, igni vero sursum. Hoc enim a nobis in tractatu de inclinationibus est demonstratum; quocirca terra quidem infimum omnium locum obtinuit, secundum vero post ipsam, aqua: & consequenter inter levia, supremum est ignis; inter hunc autem & aquam, medius aer: partim quidem humidus est, cum aqua consentiens; partim vero calidus, elementaris ignis naturæ communicans.

Cum itaque dixit Propheta: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram*, reliquorum quoque quæ nunc in medio sunt, ordinem tradidit dicens: [b] *Et tenebræ supra faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super aquam.* Tenebras quidem vocans aerem obscurum, necdum oborta luce; abysſum vero, universam aquarum congregationem. Hoc enim per abysſum intelligi, declaravit Psalmus dicens: [c] *Turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum.* Et rursum: [d] *Abyssus abyssum invocat, in voce cataractarum tuarum*: quod & alibi manifestius descriptum est; vocans aquam maris, & effundens illam super faciem universæ terræ. Supra igitur abyssum vocavit aquam pluviarum, infra vero aquam maris, quæ per vapores sursum

a Gen. I. 1. b Ibid. ℣. 2. c Psalm. LXXVI. 17. d Psalm. XLI. 8.

1 Ἐπεφέρετο] Montfauconius in Hexaplis Origen. tom. I. pag. 3. vertit *superferebatur*, Sic & infra in Aquilæ ac Symmachi versione.

2 Κενὸν καὶ οὐθὲν] Montf. ibid. *vacuum & nihil.*

3 Ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον] Montf. ibid. Terra autem erat *otiosa & indistincta.*

καὶ πυκνούμενον, αὖθις εἰς ὕδωρ πάλιν δρομεῖ κάτω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Διὰ τί ἀόρατον εἶναι τὴν γῆν, ὁ Μωϋσῆς εἴρηκε; καὶ πῶς τὴν τάξιν τῶν στοιχείων παρέδωκεν.

Ἀόρατον δὲ τὴν γῆν ἔφη, διὰ τὸ πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ὑδάτων καλύπτεσθαι, οὔπω δοχείων ἐν γῇ γενομένων, εἰς ἃ τὸ ὕδωρ ἔδει συῤῥεῖν. ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο καὶ μόνον ἀόρατον αὐτὴν ἐκάλεσεν, ἔδειξε μετὰ τὴν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ στερεώματος γένεσιν, εἰπὼν ὁ Θεός· συναχθήτω τὸ ὕδωρ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ξηρὰ, ὡς δὲ μηδὲ μετὰ τὴν τοῦ φωτὸς γένεσιν, ὁρωμένης τῆς γῆς, διὰ τὸ τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων πανταχόθεν καλύπτεσθαι. ὅσον γὰρ ἐπὶ τῷ μὴ εἶναι φῶς, οὐδὲ ὁ οὐρανὸς, οὐδὲ τὸ ὕδωρ ἑωρᾶτο· ὁ δὲ ἀὴρ ἀχρωμάτιστος ὢν, καὶ φύσει ἐστὶν ἀόρατος, καὶ ἁπλῶς δίχα φωτὸς οὐδενὸς ἡ ὄψις ἀντιλαμβάνεται. διαφανὲς μὲν γάρ ἐστι καὶ τὸ ὕδωρ, ἀλλὰ παχύτερον ἀέρος, διόπερ ἐν τῷ πλήθει τῶν ὑδάτων, οὔτε τὸ φῶς ἀκριβῶς διϊκνεῖται μέχρι τοῦ πέρατος τῶν βαθυτάτων πελάγων, οὔτε ἡ ὄψις ἡμῶν ἄνωθεν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἐν τῷ βυθῷ δύναται· διὰ τοῦτο οὖν καὶ γενομένου φωτὸς, καὶ τῶν ἄλλων ὁρωμένων, οὐδὲν ἧττον ἀόρατος ἦν ἡ γῆ, πανταχόθεν ὑπὸ τῆς οὐσίας ἁπάσης, καλυπτομένη τοῦ ὕδατος. μόνως οὖν ἀόρατον εἶπε τὴν γῆν, διὰ τὸ πᾶσαν ὑποβρύχιον εἶναι.

Δευτέραν οὖν ἀκολούθως τῇ φύσει, μετὰ τὴν γῆν τῷ ὕδατι τὴν τάξιν ὁ προφήτης ἔδωκεν, ἔξωθεν αὐτῆς πᾶσαν καλύπτοντι τὴν ἐπιφάνειαν, εἶτα τὸν ἀέρα, τρίτον τοῖς ὕδασιν ἐπιπολάζειν εἰπὼν, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. [τὸν ἀφώτιστον γὰρ οὕτως ἐκάλεσεν ἀέρα, ἐπεὶ καὶ φῶς, τὸν πεφωτισμένον πολλάκις ὀνομάζειν εἰώθαμεν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου δέδειχα.] τὴν τοῦ πυρὸς οὖν δοκεῖ παραλελοιπέναι οὐσίαν.

Γῆ μὲν οὖν καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, τὴν ἐξ ἀλλήλων διάκρισιν ἔχουσι φανεράν· τὸ δὲ ὑπέκκαυμα, ὃ τοῦ πυρὸς ὁλότητά φησιν οἱ φυσικοὶ, τῷ ἀέρι συνεχὲς ὂν, ῥᾳδίαν οὐκ ἔχει τὴν ἀπ' αὐτοῦ διάκρισιν. καὶ διὰ τοῦτο ἴσως τοῦτο σεσίγηκε Μωϋσῆς, ὡς μὴ τοῦ ἀέρος αὐτὸ χωριζούσης ἡμῶν τῆς αἰσθήσεως. ἵνα γὰρ, οὕτως εἴπω, ἀὴρ ὑπάρχει ξηρὸς τὸ ὑπέκκαυμα· μία γάρ ἐστι συνέχεια σώματος, οὐρανοῦ καὶ ὕδατος μεταξύ. κοινωνεῖ δὲ ὁ ἀὴρ τοῖς ἑκατέρωθεν αὐτοῦ στοιχείοις, θερμότητι μὲν τῷ ὑπεκκαύματι, ὑγρότητι δὲ τῷ ὕδατι· καὶ τοῖς αὐτοῖς πάλιν ἐναλλὰξ ἑκατέρου κεχώρισται, θερμότητι μὲν ὕδατος, ὑγρότητι δὲ τοῦ ὑπεκκαύματος.

Μήποτε δέ ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι τὸ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τὴν τοῦ ὑπεκκαύματος φύσιν ἐδήλωσεν. ἐξ ἐκείνης γὰρ τοὺς ἀνέμους ὁ Ἀριστοτέλης συνίστησιν. οὐδὲ γὰρ ἀέρος χεῦμα καὶ ῥεῦμα, καθ' Ἱπποκράτην, ἐθέλει τοὺς ἀνέμους εἶναι, ἀλλ' ἐκ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως ἔχειν τὴν γένεσιν. καὶ πολύς ἐστι τοῦτο δεικνὺς, ὥστε διὰ μὲν τοῦ εἰπεῖν· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, τὸν ἀφώτιστον ἀέρα δηλοῖ. ἐν αὐτῷ γὰρ τότε σκότος, καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ συνίσταται φῶς. διὰ δὲ τοῦ· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τὸ ὑπέκκαυμα, ἐξ οὗ τῶν πνευμάτων ἡ φύσις.

Ἀλλ' ἀντικεῖσθαι δοκεῖ, τὸ εἰπεῖν ἐπάνω τοῦ ὕδατος· ἐπιπολάζει γὰρ τὸ ὑπέκκαυμα τῷ ἀέρι,

A evecta, & denuo condensata, in aquam sursum resoluta, deorsum fertur.

CAPUT II.

Cur dixerit Moyses, terram esse invisibilem? & quomodo tradiderit ordinem elementorum?

Terram autem dixit invisibilem, quod undique aquis operiretur, nondum in terra receptaculis exsistentibus, ad quæ aquam fluere oportebat. Quod enim hanc solam ob caussam ipsam invisibilem vocarit, ostendit post lucis ac firma-
B menti ortum, Deus dicens: * *Congregetur aqua in congregationem unam, & appareat arida*; ita ut neque post lucis generationem terra videretur, propter multitudinem aquarum ipsam obtegentium. Quamdiu enim lux non exsistebat, neque cælum, neque aqua conspiciebatur; aer autem, cum sit expers coloris, natura quoque sua invisibilis exstitit, & simpliciter sine luce nulla visio recipitur. Aqua quidem est transparens, sed aere densior: quapropter in multitudine aquarum, lux quoque non exacte penetrat usque ad fundum marium profundissimorum, neque visus noster desuper percipere valet ea quæ in profundo sunt; quocirca luce etiam exsistente, rebusque aliis perspectis, ni-
C hilominus terra erat inaspectabilis, undequaque aquis cooperta. Solam igitur terram dixit inaspectabilem; eo quod tota submersa esset.

Consequenter itaque naturæ ejus, secundum post terram ordinem aquæ tribuit Propheta, deforis omnem ejus superficiem tegenti. Tertium deinde aerem aquis superfluitare dixit, & super abyssum tenebras, (sic enim appellabat aerem lucis expertem, quandoquidem ipsum quoque illuminatum sæpe lumen appellare solemus, sicut præcedenti capite ostendi,) Ignis itaque naturam videtur omisisse.

Terra utique & aqua, & aer manifestam ab invicem separationem habent: sed elementaris ignis, quem physici totalem vocant, cum aeri contiguus
D sit, haud facile ab ipso discernitur; & idcirco forte Moyses de ipso siluit, quod sensus noster haudquaquam ab aere ipsum secernat. Nam ignis elementaris, ut ita dicam, aer siccus est; siquidem inter cælum & aquam, corporis quædam est continuatio: aer autem utrimque sibi contiguis elementis communicat, calore quidem igni elementari, humiditate vero aquæ; & ab utrisque vicissim secernitur, calore quidem ab aqua, humiditate vero ab igne elementari.

Nequaquam autem dici potest, verba illa: *Spiritus Domini ferebatur super aquam*, elementaris ignis naturam significasse. Aristoteles enim ex ipsa ventos statuit, siquidem ventos non aeris fusionem
E ac fluxum esse juxta Hippocratem, sed ex fumosa exhalatione ortum habere cupit. Multus autem est in hoc probando, ut cum dicit: *Et tenebræ super abyssum*, obscurum aerem intelligit. In ipso siquidem tam tenebræ, quam opposita ipsis lux consistit. Cum vero ait: *Et spiritus Dei ferebatur super aquam*, ignem elementarem insinuat, ex quo natura ventorum exiftit.

Verum videtur contradicere, dum ait *super aquam*: siquidem ignis elementaris aeri, & non

* Gen. I. 9.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

οὐχὶ τῷ ὕδατι. ἢ οὖν διὰ τὴν ὑγρὰν τοῦ ἀέρος φύσιν, ὕδωρ καὶ αὐτὸν ὀνομάζει, συνεχῆ ὄντα τῷ ὕδατι, καὶ ὅτι ῥᾳδία καὶ διηνεκὴς τῶν δύο τούτων στοιχείων, ὕδατός τε καὶ ἀέρος, ἡ εἰς ἄλληλα μεταβολή, ἢ ὅτι κάτωθεν ἑκάτεραι τῶν ἀναθυμιάσεων ἄνεισιν, ἥ ἀτμώδης τε καὶ καπνώδης. ἔστι δὲ ἡ μὲν ἀτμὶς, ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εἰς γένεσιν ἀέρος, ἡ δὲ καπνώδης ἐκ τῆς γῆς συνεστῶσα, ξηρά τε οὖσα καὶ θερμή, τοῦ ὑπεκκαύματος· καὶ οὕτως ἡ τῶν στοιχείων ἁπάντων πληροῦται τάξις μετὰ τὸν ἀέρα φερομένου τοῦ πνεύματος.

Εἰ δὲ καὶ αὐτῷ λέγει τῷ ὕδατι, καὶ τὸ σκότος ἐπεῖναι καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιφέρεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν. ἄνω γὰρ συνισταμένη τῶν ἀνέμων ἡ φύσις, μέχρι γῆς καὶ ὕδατος ἐν ταῖς καταιγίσι μάλιστα φέρεται. τότε δὲ ὑποβρυχίου ἔτι τῆς γῆς οὔσης, μόνῳ τῷ ὕδατι, καὶ ὁ ἀὴρ ἐπῆν, καὶ τὸ πνεῦμα ἐπεφέρετο. [συμφώνως τῇ ἀστάτῳ τοῦ πνεύματος κινήσει, τοῦ ἐπεφέρετο εἰρημένου] ἀληθὲς οὖν καὶ τὸν ἀέρα καὶ τὰ πνεύματα, τὸν μὲν ἐπάνω εἶναι τοῦ ὕδατος, τὰ δὲ ἐπιφέρεσθαι τούτῳ, ἵνα ἐκ τοῦ μέρους τοῦ πλησιάζοντος ἡμῖν διὰ τῶν πνευμάτων τὴν ὅλην τοῦ ὑπεκκαύματος διδάξῃ φύσιν. μήποτε δὲ διὰ τοῦ εἰπεῖν τὸ μὲν σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου εἶναι, τουτέστιν τῶν ὑδάτων, ὑπολάβωμεν καὶ τὸ πνεῦμα ἐπιφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος, διὰ τοῦτο δὶς τὴν ἐπὶ πρόθεσιν παραληφθῆναι σημαίνοι ἂν ἴσως τὸ ἐπιφέρεσθαι τὸ πνεῦμα τῷ ὄντι ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τουτέστι τῷ ἀέρι· καὶ οὕτω πάλιν διὰ πάντων τὸ ἀκριβὲς τῆς Μωϋσέως φυσιολογίας συνέστη.

A aquæ superfluitat. Vel itaque propter humidam naturam aeris, aquam ipsum vocat, utpote aquæ contiguum, & quia facilis & continua duorum istorum elementorum, in se mutuo conversio existit; vel quia inferne, utraque exhalationibus ascendunt, plena vapore ac fumo. Est autem vapor quidem principium & via ad aeris generationem, fumus vero cum ex terra proveniat, & siccus sit & calidus, elementaris ignis: atque ita omnium elementorum ordo impletur, spiritu ad aerem relato.

Nihil autem mirum est, si ipsi etiam aquæ tenebras insidere, & spiritum superferri dicat. Nam cum natura ventorum sursum generetur, in tempestatibus maxime usque ad terram & aquam B defertur. Tunc autem terra adhuc submersa, aer etiam soli aquæ imminebat, & spiritus superferebatur. (instabili spiritus motui congruenter dictum est *ferebatur*.) Verum, ut tam aerem, quam spiritus, illud quidem super aquam, hos vero huic superferri, tamquam ex parte nobis viciniore, per spiritus totam elementaris ignis naturam doceat. Ne, dum dixit: *Et tenebræ erant super abyssum*, id est, aquas, suspicemur spiritum quoque immediate super aquam ferri; idcirco bis præpositionem *super* repetendo, verosimiliter significaverit, spiritum superferri illi quod est super aquam, id est, aeri; & sic iterum per omnia exacte Moysis cum rerum naturis sermo consen-C tit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Ὅτι οὐδενὸς τῶν λοιπῶν στοιχείων ἡ γένεσις, ἀμνημόνευτος ἔμεινε· καὶ ὡς οὐ τὸν ἀέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν δημιουργημάτων ἕκαστον τοῦ Θεοῦ εἶναί φησιν ἡ γραφή.

CAPUT III.

Nullum reliquorum elementorum ortum, immemoratum mansisse: & Scripturam non solum dicere aerem esse Dei, verum etiam quamlibet creaturam.

ΕΝταῦθα δέ τις οὐκ ἀκόμψως ἐπέστησεν, πῶς ἐπειδή φησιν εἰπὼν, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, τὰ ἐν μέσῳ τούτων, ὡς συμπεριειλημμένα τοῖς ἄκροις σεσίγηκε; ἀλλὰ καὶ τούτων νῦν ὡς ὑπὸ Θεοῦ γενομένων ἐμνήσθη, εἰπών· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος [τουτέστι τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον.] οὕτω γὰρ εἴρηκε πνεῦμα Θεοῦ, ὡς καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν βασιλειῶν· ἔσταξε δὲ ἐπ' αὐτοὺς, ὕδωρ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα τὸ ὑέτιον σημάνῃ. καὶ ἐν τῷ Ἰὼβ· πῦρ Θεοῦ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. τοιοῦτόν ἐστι κἀκεῖνο· καὶ κύριος ἔβρεξεν ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα, θεῖον καὶ πῦρ παρὰ κυρίου, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Ἀλλὰ καὶ Ἡσαΐας φησί· πληθυνθήσονται ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ Θεοῦ. ὅμοιον οὖν ἐστι κἀνταῦθα τό· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος, τουτέστι τὸ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενον· οἷόν ἐστι κἀκεῖνο· διδόντος χιόνα ὡσεὶ ἔριον, ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν πάσσοντος. βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμοὺς, κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται; ἀποστελεῖ τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ τήξει αὐτά, πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα. σκόπει γὰρ ὅτι καὶ τὸν κρύσταλλον, καὶ τὸ ψύχος, καὶ τὸ πνεῦμα, αὐτοῦ εἶπεν εἶναι τοῦ Θεοῦ. τῷ γὰρ εἰπεῖν· καὶ ῥυήσεται ὕδατα, σαφῶς τὸ τῶν ἀνέμων ἐσήμανε πνεῦμα, οὓς τῆς φύσεως εἶναι τοῦ ὑπεκκαύματος εἴπομεν. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, τοῦ Θεοῦ εἶναί φησιν ἡ γραφή· εὐλογεῖτε γὰρ πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον, εἰποῦσα, κατὰ μέρος αὐτὰ ἐπήγαγεν. ἄγγελοι κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς, οἷς ἅπασι συνυπακούεται τὸ, κυρίου.

HEic autem aliquis non inepte institerit, quomodo cum dicat: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram*, illa quæ his intermedia sunt, tamquam extremis comprehensa, siluerit? Verum & horum tamquam a Deo factorum, etiamnum meminit, dicens: [b] *Et spiritus Dei* (id est a Deo D factus) *ferebatur super aquam*. Ita enim dixit spiritum Dei, sicut in secundo libro Regum: [c] *Stillavit autem super eos aqua Dei de cælo*, ut pluviam significet. Et in libro Job: [d] *Ignis Dei cecidit e cælo*. Tale est & illud: [e] *Et Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham, sulphur & ignem a Domino, de cælo*.

Quin & Isaias ait: [f] *Multiplicabuntur super terram Dei*. Quid simile itaque & heic est illud: *Et spiritus Dei ferebatur super aquam*, scilicet a Deo creatus: quale est & illud: [g] *Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suum sicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea; flabit spiritus ejus, & fluent aquæ*. Observa E enim quod & crystallum, & frigus, & spiritus dixerit esse ipsius Dei. Dicendo enim: *Et fluent aquæ*, perspicue ventorum spiritum significavit, quos ejusdem naturæ esse diximus cum igni elementari. Et simpliciter omnia quæ a Deo producta sunt, scriptura dicit esse ipsius Dei. Postquam enim dixerat: [h] *Benedicite opera Domini Domino*, sigillatim ipsa recensuit. *Angeli Domini*, & quæ sequuntur, quibus omnibus subauditur *Domini*.

a Gen. I. 1. b Ibid. ℣. 2. c II. Reg. XXI. 10. d Job. I. 16. e Gen. XIX. 24. f Isa. XIV. 2. g Psalm. CXLVII. 16. - 18. h Dan. III. 57.

Αλλὰ καὶ τέτων ὅτως ἐχόντων, ὀδὲν ἧττον ἀμνημόνευτος ἡ τῦ πυρὸς ἔμεινε φύσις. οἶμαι οὖν τὸ παρ᾽ ἡμῶν εἰρημένον ἐντελεστέραν τὴν Μωϋσέως περὶ τῶν στοιχείων δείκνυσι φυσιολογίαν. οὐδὲ γὰρ τοὺς ἀνέμους, ὡς εἶπον ἤδη, ὁ φυσικώτατος Ἀριστοτέλης, ἀέρος εἶναι κίνησιν βούλεται, ἀλλὰ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως.

A Verum his ita ſe habentibus, nihilominus natura ignis manſit immemorata. Exiſtimo igitur id quod a nobis dictum eſt, declarare deſcriptionem Moyſis de naturis elementorum eſſe perfectiorem. Nam nec ipſemet naturalis philoſophiæ princeps Ariſtoteles, vult ventos eſſe aeris, ſed fumoſæ exhalationis motionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Οτι καὶ Μωϋσῆς, καὶ Ησαΐας, καὶ ὁ Ιὼβ, σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τῆς γῆς ἐθέλουσι, καὶ ὡς πανταχόθεν αὐτὴν καλύπτον τὸ ὕδωρ, ἐξ ἀνάγκης αὐτῇ συνεσχηματίζετο.

CAPUT IV.

Et Moyſem, & Iſaiam, & Job velle ſphæricam eſſe terræ figuram, nec non aquam quæ illam undique tegebat, neceſſario ei fuiſſe configuratam.

Δεδειγμένου δὲ ὅτι πανταχόθεν ἡ γῆ τοῖς ὕδασιν ἐκαλύπτετο, καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῆς μόριον ἀσκεπὲς, δῆλον ἐντεῦθεν ὅτι σφαιροειδής ἐστι καὶ αὐτή. μέσα γὰρ ὄσα καὶ τὸ κέντρον περιέχουσα τῦ παντὸς, εἰ μὴ σφαιρικὸν εἶχε τὸ σχῆμα, ἀδύνατον ἦν, πανταχόθεν αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὑδάτων καλύπτεσθαι· ὅσα γὰρ τῶν μερῶν αὐτῆς, μὴ πρὸς τὸ κέντρον εἶχε τὴν ῥύσιν, ἀσκεπῆ πάντως ἦν. ἐπὶ μόνου γὰρ τούτου τοῦ σχήματος, τὰ ἐπικείμενα βάρη πανταχόθεν αὐτῷ, πρὸς τὸ κέντρον νένευκεν ἀκριβῶς, ἐπ᾽ ἄλλυ δὲ τῶν σχημάτων ὀδαμῶς.

B Cum autem demonſtratum ſit, terram undique aquis fuiſſe coopertam, ita ut nulla ejus pars non tecta eſſet; hinc quoque manifeſtum eſt, & ipſam eſſe globoſam. Cum enim media ſit & centrum univerſi, niſi globoſam figuram haberet, non potuiſſet undique aquis contegi: nam partes ejus quæ ad centrum non vergiſſent, omnino etiam intectæ fuiſſent. Nam in iſta figura ſola, omnia gravia ipſi undique impoſita ad centrum exacte vergunt; in aliis autem figuris nullo modo.

Εἰ γὰρ ἐν ἄλλῳ τις αὐτὴν ὑπόθοιτο σχήματι, ὁποῖον αὖ τις καὶ πλάσαιτο, ἐποχεῖσθαι πανταχόθεν αὐτῇ τὸ ὕδωρ ἀδύνατον. εἰ δὲ πάσῃ ὑπεχεῖτο, καὶ ὅλην ἐκάλυπτε, πῶς οὐκ ἐξ ἀνάγκης σφαιρικὴ διὰ τοῦτό ἐστιν ἡ γῆ; διὸ καὶ περιέχον ἅπασαν ὕδωρ, αὐτῇ συνεσχηματίζετο ἔξωθεν, ἵνα τὸ ἐν ἑκάστῳ μέρει αὐτῆς ὀχούμενον ὕδωρ, νεῦον ἐπὶ τὸ κέντρον, μὴ ἀπολισθάνοι τῆς γῆς. τὸ γὰρ ἀπολισθάνον αὐτῆς, τὴν τοῦ πυρὸς πάντως κατὰ φύσιν, οἰσθήσεται τὴν ἐπὶ τὸ πέριξ, ὅπερ ἀδύνατον. εἰ δὲ μὴ πανταχόθεν αὐτὴν πᾶσαν δι᾽ ὅλυ περιεκάλυπτε, ψεύδεται λέγων ἀόρατον εἶναι τὴν γῆν, καὶ πρὶν γὰρ συναχθῆναι τὸ ὕδωρ ἑωρᾶτο, εἰ καὶ μὴ πᾶσα. ὀδὲ γὰρ νῦν ὁρᾶται πᾶσα, πολλὰ γὰρ αὐτῆς μέρη καλύπτει τὰ ὕδατα.

Si quis enim alterius figuræ ipſam ſtatuat, qualemcumque quis finxerit, fieri nequit, ut undique ipſi aqua ſupernatet. Quod ſi autem univerſæ terræ aqua incumbebat, totamque tegebat, quomodo C non etiam neceſſe ſit terram ipſam eſſe globoſam? atque adeo etiam aquam quæ ipſam undique extrinſecus ambiebat, eidem fuiſſe configuratam, ut ſic quælibet pars aquæ [illegible] incumbens, ad centrum vergens, a terra non [illegible]at. Quod enim ab ipſa delabitur, ſecundum [illegible] naturam, omnino feretur in circuitu, quod fieri nequit. Quod ſi vero ipſam undique totam non tegebat, falſo dicit, terram fuiſſe inviſibilem: nam cernebatur antequam aquæ congregarentur, licet non tota; quoniam neque modo tota cernitur, cum aquæ multas ejus partes tegant.

Οὐ μόνον δὲ ἐκ τῆς κοσμοποιΐας τοῦ σοφωτάτου Μωϋσέως τοῦτο δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ὁ Ησαΐας σαφῶς εἴρηκεν, ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς· ἡ δὲ λέξις τὸ περιφερὲς αὐτῆς σημαίνει. ἀλλὰ καὶ παρὰ τῷ Ιὼβ· κρεμάζων γῆν ἐπὶ μηδενὸς, οὐκ ἄλλως σώζεται, εἰ μὴ σφαιροειδὴς νοοῖτο ἡ γῆ, καὶ τοῦ παντὸς εἴη μέση. εἰ γὰρ ἐπὶ μόνον τὸ κέντρον τοῦ παντὸς, τὰ βάρη φέρεται πάντα, ἀδύνατον αὐτῇ τὸ στάσιμον καὶ ἀκίνητον σώζεσθαι, μὴ ἑκάστου μορίου αὐτῆς πρὸς τὸ κέντρον ῥέποντος. τοῦτο δὲ μόνως ἂν ὑπάρχοι, αὐτῇ σφαιρικῇ ὄσῃ, καὶ ἐκ μέσου τοῦ παντὸς ὑπαρχούσῃ.

Non ſolum autem ex mundi opificio ſapientiſſimi Moyſis, hoc demonſtratur, verum etiam Iſaias perſpicue dixit: [a] *Qui continet gyrum terræ*; quæ D dictio ejus circumferentiam declarat. Quin & illud Iobi: [b] *Qui appendit terram ſuper nihil*, non aliter ſalvatur, niſi terra globoſa eſſe intelligatur, & media ſit univerſitatis. Si enim omnia gravia feruntur ſolum ad centrum totius univerſitatis, fieri nequit, ut illi ſtabilitas & immobilitas ſua conſtet, niſi quælibet ejus pars ad centrum vergat. Hoc autem dumtaxat illi accidet, ſi rotunda ſit & in medio univerſitatis exſiſtat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ εʹ.

Διὰ τί ἡ γῆ ἀκατασκεύαστος ἦν, καὶ ὅτι τῇ αὐτῇ ἐννοίᾳ, αἱ ἐκδόσεις πᾶσαι συμπεφωνήκασι.

CAPUT V.

Quare terra eſſet incompoſita, & hoc ſenſu omnes explicationes conſenſiſſe.

Εἰς δὲ τὸ ἀκατασκεύαστον εἶναι τὴν γῆν, κοινῶς σχεδὸν συνεφώνησαν ἅπαντες, τὴν μήπω τῦ ἰδίυ κόσμου, καὶ τῆς φυσικῆς τυχῦσαν τελειότητος, ἣν ἔσχεν ὕστερον, εἰπόντος τοῦ Θεῦ· συναχθήτω τὸ ὕδωρ, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρὰ, καὶ ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτυ, καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα τῷ θείῳ προστάγματι γέγονεν. οὐδὲ γὰρ τότε πρὸς γένεσιν τούτων ἐπιτήδεια ἦν, συμπεφυρμένη τοῖς ὕδασι καὶ πηλώδης

E Terram autem fuiſſe incompoſitam, communiter fere omnes conſentiunt quod necdum ornatum ſuum atque perfectionem naturalem obtinuerat, quam poſtmodum habuit, dicente Deo: [c] *Congregetur aqua, & appareat arida, & germinet terra herbam feni*, & cetera, quæ divino mandato facta ſunt. Neque enim tum ad horum generationem apta erat, quippe aquis ſubacta & cœno-

a Iſa. xl. 22. b Job. xxvi. 7. c Gen. I. 9

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



οὖσα, καὶ πᾶσα κεκαλυμμένη ὑπ' αὐτῶν· ὡς εἰ καὶ τὸ ἀρτι τοκὸν βρέφος, λέγοι τις εἶναι ἀκατασκεύαστον, μήτε συμπήξεως τῆς δεούσης, μήτε ἡλικίας τυχὸν, μήτε τῶν κατὰ φύσιν προσόντων τῇ λογικῇ ψυχῇ, μηδὲν ἐνεργεῖν δυνάμενον, μήτε κατὰ πάσας τὰς σωματικὰς τότε δυνάμεις. ἢ ποῖον δ' αὖ καὶ οἶκον ἔτι ἀκατασκεύαστον, τὸν μήπω τοῦ οἰκείου τυχόντα κόσμου· ὡς καὶ ἡ γῆ, πρὸς οἴκησιν ζώων, καὶ βλάστην φυτῶν, ὑπῆρχεν ἀνεπιτήδειος.

Τῇ δὲ ἐννοίᾳ ταύτῃ, καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν ἐκδόσεων συμφέρονται. Ακύλας μὲν οὖν φησιν· ἡ δὲ γῆ ἦν κένωμα καὶ οὐθέν. Θεοδοτίων· ἡ δὲ γῆ ἦν κενὸν καὶ οὐθέν. Σύμμαχος· ἡ δὲ γῆ ἐγένετο ἀργὸν, καὶ ἀδιάκριτον. κένωμα μὲν, ὡς κενὴ πάντων οὖσα φυτῶν καὶ ζώων, ὧν ὕστερον ἐπληρώθη τῷ θείῳ προστάγματι· αὐξάνεσθε λέγοντι, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. ὥστε καθ' ὃ μὲν δυνάμει πρότερον ἦν, ἃ ὕστερον ἔσχεν ἐνεργείᾳ, κενὸν ἦν, τουτέστι, ἦν τι, καθ' ὃ δὲ μήπω εἰς ἐνέργειαν ἦκτο, οὐδὲν ἦν. τοῦ γὰρ δ' εἰς τὸ θ' μεταβολή ἐστιν, ᾗ καὶ πολλοὶ τῶν παλαιῶν ἐχρήσαντο, οἷόν ἐστι, καὶ τὸ οὐθὲν καὶ τὸ οὐθέτερον, παρά τισι διὰ τοῦ θ λεγόμενον. ἢ οὖν ἐκ παραλλήλου, παρὰ τῷ Ακύλᾳ, τὸ κένωμα καὶ οὐθὲν εἴρηται, ἢ οὕτω κενὴ ἦν, καὶ διὰ τοῦτο οὐδέν. ἡ δὲ Συμμάχου σαφεστέρα ἐστίν· ἀργὸν καὶ ἀδιάκριτον. ἀργὸν μὲν τῶν κατὰ φύσιν αὐτῆς ἐνεργειῶν, ἃς πρότερον μὲν εἶχε δυνάμει, ὕστερον δὲ τὸ θεῖον αὐτὰς εἰς ἐνέργειαν ἤγαγε πρόσταγμα· μόνη γὰρ ἡ δύναμις τῆς ἐνεργείας χωρὶς, ὡς τὸ δυνάμει ἱμάτιον, οἷον τὸ ἔριον, ἀργόν ἐστι καὶ ἀκίνητον· ἀδιάκριτος δὲ, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῦ ὕδατος, μήπω τούτου διακεκριμένη.

A sa, & tota ab illis tecta: ac si quis infantem recens natum, dicat esse incompositum seu imperfectum, cum necdum debite compactus sit, neque adoleverit, neque dum naturalem animæ rationalis usum habeat ad quidpiam agendum, neque secundum corpus, adhuc viribus omnibus instructus sit. Vel qualem quis etiam domum dicat imperfectam, quæ proprium adhuc ornatum necdum est adepta: sic etiam terra ad animantium habitationem, ac stirpium germinationem adhuc inepta erat.

Huic sensui ceteræ etiam favent expositiones. Siquidem Aquila ait: *Terra autem erat inanitas & nihil*. Theodotion: *Terra autem erat quid inane & nihil*. Symmachus: *Terra autem erat quid iners &* B *indiscretum*. Inanitas quidem, quatenus erat vacua omnibus stirpibus & animantibus, quibus postmodum impleta fuit, divino mandato dicente: [a] *Crescite & multiplicamini, & replete terram*. Itaque in quantum virtute quidem erat id quod postmodum habuit effectu, erat quid inane, id est, aliquid erat; sed in quantum necdum in opus prodierat, nihil erat. Est enim transmutatio τοῦ δ'. in θ'. qua etiam plurimi antiqui usi sunt; quale est & illud οὐθὲν & οὐθέτερον a quibusdam per θ scriptum. Vel itaque ab Aquila comparative dicitur inanitas & nihil, vel adeo vacua erat, ut propterea nihil esset. Verum Symmachi versio clarior est, quæ habet, *quid iners & indiscretum*. Iners quidem se- C cundum naturam, seu otiosa erat a suis operationibus, quas primum quidem habebat virtute, postea vero divinum mandatum in opus deduxit: sola enim potentia sine actu, sicut id quod virtute vestis est, v. g. lana, quid otiosum est & immobile. Porro indiscreta erat, propter admixtionem aquæ, ab hac nondum segregata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Ὅτι τὸ σκότος, οὔτε οὐσία ἐστὶν, οὔτε ποιότης, στέρησις δὲ μόνη τοῦ ἀντικειμένου φωτός.

Ἐπειδὴ δὲ ἔλεγεν, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, τὸν ἀφώτιστον ἀέρα δεδήλωκε· καὶ γὰρ πεφωτισμένον, ἔσθ' ὅτε φῶς ὀνομάζομεν. ἄλλο δέ ἐστι τῷ ἀέρι εἶναι, καὶ ἄλλο τῷ πεφωτίσθαι, ἢ ἀφωτίστῳ εἶναι, ὅπερ σκότος ὠνόμασται. ζητοῦμεν νῦν εἰ ὥσπερ τὸ φῶς ὑπέστησεν ὁ Θεὸς, εἰπών· γενηθήτω φῶς· οὕτω καὶ τοῦ σκότους ἐστὶ καθ' αὑτὸ ποιητής· αἱ μὲν οὖν περὶ τοῦ σκότους. τῆς μανιχαικῆς καὶ ἀσεβοῦς μυθολογίας ζητήσεις, παρείσθωσαν ἀξίως ἤδη πρότερον παρασχοῦσαι πολλοῖς· νυνὶ δὲ ἡμῖν περὶ τοῦ ἐν ἀέρι σκότους ἡ ζήτησις· εἴτε ποιότης ἐστὶν ἐπιγιγνομένη αὐτῷ, ὡς καὶ τὸ φῶς, καὶ τὸ θερμὸν ἄγαν καὶ τὸ ψυχρόν (οὐσία γὰρ ὅτι οὐκ ἔστι, πρόδηλον) εἴτε τούτων μὲν οὐδέτερον, οὔτε οὐσία, οὔτε ποιότης, στέρησις δὲ μόνη, καὶ ἀπουσία τοῦ ἀντικειμένου φωτός. ὡς τὸ ἄσοφον, ὡς τὸ ἄφιλον, ἄοικος, ἄνανδρος, ἄμουσος, ἄχρος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. μόνην γὰρ τὴν ἀπουσίαν τοῦ ἀντικειμένου, πάντα ταῦτα δηλοῦσι τὰ ὀνόματα.

Εἰ μὲν οὖν ποιότητές εἰσιν ἐναντίαι, τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος, ὡς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, τὸ λευκόν τε καὶ τὸ μέλαν· ἐπειδὴ τῶν ἐναντίων ποιοτήτων τὸ ποιητικὸν αἴτιον προφανὲς, οἷον τοῦ μὲν θερμαίνεσθαι ἡμᾶς τὸ πῦρ ἢ ὁ ἥλιος, τοῦ δὲ ψύχεσθαι χιὼν, κρύσταλλος, ὕδωρ· εἰ οὕτως ἀντίκειται τῷ φωτὶ τὸ σκότος, ἀνάγκη πάντως ἦν, ὥσπερ τὰ ποιητικὰ αἴτια τοῦ φωτός ἐστι προφανῆ ἥλιος, σελήνη, ἀστέρες, τὸ πῦρ

CAPUT VI.

Tenebras, neque substantiam esse, neque qualitatem, sed solam oppositi luminis privationem.

D CUM autem dixit: *Et tenebræ super abyssum*, aerem lucis expertem declaravit; siquidem illuminatum, aliquando lumen appellamus. Aliud enim est aerem esse, & aliud illuminatum, aut lucis expertem esse, quod tenebræ vocatur. Quærimus modo; num sicut Deus lucem creavit, dicens: *Fiat lux*, sic etiam per se conditor sit tenebrarum. Manichaicæ quidem atque impiæ de tenebris fabulationis quæstiones jam pridem a multis merito vapularint; modo autem nobis quæstio est, de tenebris quæ sunt in aere; num qualitas sint ipsi insita, sicut lumen & calor ac frigus intensum: (nam substantiam non esse, manifestum est) sive horum quidem neutrum, neque qualitas, E sed sola privatio & absentia luminis oppositi; sicut, expers sapientiæ, expers amicitiæ, domus, virium, scientiæ, coloris, & similium. Omnia enim ista nomina solummodo significant absentiam contrarii.

Si itaque lux & tenebræ sint qualitates contrariæ, sicut calor & frigus, album & nigrum; cum contrariarum qualitatum caussa efficiens sit manifesta, ut caloris quidem nostri, ignis vel sol; frigoris vero, nix, glacies, aqua; si sic luci tenebræ opponerentur, necessarium omnino erat, ut sicut caussæ effectrices luminis sunt manifestæ, sol, luna, astra, ignis hic noster; ita quoque tenebra-

[a] Gen. I. 28.

τοῦτο τὸ παρ' ἡμῖν, οὕτως ἔδει καὶ τοῦ σκότους εἶναι ποιητικὴν αἰτίαν. νυνὶ δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ μόνη τῇ ἀπουσίᾳ τοῦ φωτίζοντος, παρυφίσταται τὸ σκότος. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν ἐναντίων, ψυχρὸν ὂν φέρε τὸ ἡμέτερον σῶμα ἐπιγινομένης θερμότητος ὑπὸ ἡλίου, ἢ πυρὸς, ἢ ἄλλης αἰτίας, ἐξωθεῖται μὲν κατὰ μέρος ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ ψυχρὸν, αὐτὸ δὲ τὸ θερμὸν ἐπικρατεῖ τοῦ ἡμετέρου σώματος. οὕτω οὖν ἔδει, καὶ τὰ ποιητικὰ τοῦ σκότους αἴτια, τὸ μὲν φῶς ἐξωθεῖν τοῦ ἀέρος, ἐγγεννᾷν δὲ αὐτῷ τὸ σκότος. νυνὶ δὲ τοιοῦτον οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἡ τοῦ φωτίζοντος ἀπουσία, καὶ μόνη παρ-υπόστασιν τῷ σκότει δίδωσιν, ὡς καὶ νέφος ὑποδραμὸν τὸν ἥλιον, ἐμποδίζει μὲν ταῖς ἡλιακαῖς ἀκτῖσι, τῇ δὲ ἐκείνων ἀπουσίᾳ ὁ ἀὴρ ἀφώτιστος γίνεται, καὶ τοῦτο καλεῖται σκότος.

Ἐξ οὗ δῆλον, ὅτι μὴ ὡς τὰ ἐναντία τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος ἀλλήλοις ἀντίκεινται, ἀλλ' ὡς ἕξις μόνον καὶ στέρησις, ἐν οἷς ἡ στέρησις οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀπουσία μόνη τῆς ἕξεως. ὁ μὲν γὰρ σοφὸς γνώσεως πολλῆς αὐτῷ γίνεται παρουσίᾳ· ὁ δὲ ἄσοφος ἀπουσίᾳ καὶ μόνῃ τῆς σοφίας· ὁμοίως ὁ μὲν μουσικὸς τῇ ἐπιστήμῃ τῶν ῥυθμῶν γίνεται μουσικὸς, ὁ δὲ ἄμουσος, μόνῳ τῷ μὴ μεμαθηκέναι τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν ῥυθμῶν, ἄμουσός ἐστι. ὁμοίως ὁ ἔντεχνος ἔχει πρὸς τὸν ἄτεχνον. τῷ μὲν γὰρ τεχνίτῃ πάρεστι καὶ ἐπιστήμη τινῶν· τεκτονικὴ, φέρε ἢ ὑφαντικὴ. ὁ δὲ ἄτεχνος, μόνῳ τῷ μὴ ἔχειν τέχνην τινὰ οὕτω λέγεται. οὕτω καὶ ἐπὶ πάσης ἔχει στερήσεως, ἄοικος, ὁ μὴ ἔχων οἶκον, ἄφιλος, ὁ μὴ ἔχων φίλους, ἀνέστιος, ὁ μὴ ἔχων ἑστίαν, ἄχροος ἐστιν ὁ ἀὴρ, παρὰ τὸ μηδὲν ἔχειν χρῶμα, διὸ καὶ ἀόρατος. οὕτω καὶ τὸ ἀφώτιστον, τὸ φωτὸς ἐστερημένον, οὐ τὰ ἐναντίαν ἔχον τῷ φωτὶ ποιότητα, ὅπερ ὠνόμασται σκότος, ὥσπερ καὶ ἡ ἀπουσία τῶν ὄψεων τυφλότης καλεῖται, καὶ ἡ τῆς ἀκοῆς στέρησις κωφότης, καὶ ὁ μὴ φωνεῖν δυνάμενος ἄφωνος, οἷοί πέρ εἰσιν οἱ ἰχθύες, τὸν δὲ τοιοῦτον καὶ κωφὸν καλοῦσι παρὰ τὸ ἐκκεκόφθαι τὴν ὄπα, τουτέστι τὴν φωνήν. οὕτως οὖν καὶ τὸ ἀφώτιστον ἐκλήθη σκότος. ὅτι ἄρα οὐσία τὸ σκότος ἐστὶν, οὔτε ποιότης, ἀλλὰ μόνη φωτὸς ἀπουσία.

A rum caussa quoque efficiens exsisteret & appareret. Modo autem talis nulla est, sed sola illuminantis absentia, tenebræ exsistunt. Et contrariis quidem, frigus v. g. dum corpus nostrum calefit a sole, vel igne, aut alia caussa; expellitur quidem frigus per partes a calore, calor autem corpus nostrum occupat. Ita quoque si quæ exsisterent caussæ effectrices tenebrarum, lumen ex aere expellere deberent, eidemque tenebras ingenerare. Modo autem nihil fit ejusmodi, sed solius illuminantis absentia, talem qualem tenebris quasi subsistentiam imperrit; quemadmodum & nubes soli se supponens, solares quidem radios impedit, illorum autem absentia aer obscuratur, atque hoc tenebræ vocatur.

B Unde manifestum fit lumen & tenebras, non tamquam contraria sibi mutuo opponi, sed solum sicut habitus & privatio, in quibus privatio nihil aliud est, quam solius habitus absentia. Siquidem ut sapiens quis efficitur præsentia multæ cognitionis, insipiens vero solius sapientiæ absentia; similiter ut musicus fit musicus peritia modulorum, ignarus autem cantandi, hoc ipso solo ignarus est cantandi, quo non didicit rationes ac caussas numerorum. Sicut etiam artifex se habet ad ignarum, quod ipsi quidem ars aliqua vel scientia adsit, v. g. tectonica, vel textrina; ignarus autem hoc solo sic appellatur quod arte careat; Ita quoque in qualibet alia privatione se res habet, ut domus expers est, qui caret domo, amicorum expers, qui caret amicis, habitaculi expers C qui non habet habitaculum, coloris expers est aer, eo quod nullum habeat colorem, propter quod etiam videri nequit; sic & lucis expers est id quod luce privatum est, non quod habet qualitatem luci contrariam, quæ tenebræ vocetur: sicut etiam absentia visuum cæcitas appellatur, & auditus privatio, surditas, & qui nequit vocem edere, silens, quales sunt pisces, talem autem vocant mutum eo quod illi vox id est sonus intercipiatur. Hoc modo igitur etiam id quod lucis expers est, tenebræ vocatur. Tenebræ ergo non sunt substantia, neque qualitas, sed sola lucis absentia.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 600.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Τίνες αἱ διαφοραὶ τῶν στερήσεων, καὶ ποίᾳ τούτων ὑποπίπτει τὸ σκότος.

Τῶν δὲ στερήσεων αἱ μὲν προϋπάρχουσι τῶν ἕξεων, αἱ δὲ τούτων εἰσὶν ὕστεραι, αἱ δὲ εἰσιν αὐτῶν ἑκατέρωθεν. πρότεραι μὲν τῶν ἕξεων ἐν ταῖς γενέσει (πᾶν γὰρ γιγνόμενον ἐκ τῆς ἰδίας στερήσεως γίγνεται, ὡς ὁ ἄνθρωπος ἐξ οὐκ ἀνθρώπου, τὸ θερμὸν ἐξ οὐ θερμοῦ) μετὰ δὲ τὴν ἕξιν, ὡς ἐξ ὁρῶντος γενόμενος τυφλὸς, καὶ ἐξ ἀκούοντος κωφός. ἑκατέρωθεν δὲ, ὡς ἄτεχνος, καὶ γὰρ πρὸ τῆς τεχνικῆς ἕξεως ἄτεχνος ἦν, καὶ εἰ μετὰ τὴν τέχνην ἔκ πάθους τινὸς λήθη συμβαίη, πάλιν ἄτεχνος γίνεται. E τοιοῦτος ἐστι καὶ ὁ ἄοικος, καὶ ὁ ἄφιλος, καὶ ὁ ἀδουλος· ταύτης ἐστὶ τῆς τάξεως καὶ τὸ ἀφώτιστον. πρὶν μὲν γὰρ γενέσθαι τὸ φῶς, ὁ ἀὴρ ἀφώτιστος ἦν· ἀλλὰ καὶ γενομένου τοῦ φωτὸς, ὅτε ὑπὸ τὴν γῆν ὁ ἥλιος γίνεται, ὁ πεφωτισμένος ἀὴρ, πάλιν ἐστὶν ἀφώτιστος.

D CAPUT VII.

Quænam sint differentiæ privationem, & sub quanam illarum tenebræ cadant.

PRivationum autem aliæ quidem præcedunt suos habitus, aliæ vero hos subsequuntur, aliæ denique sunt utrimque: priores quidem sunt habitibus suis in generatione; (quidquid enim generatur ex sui privatione gignitur, ut homo ex non homine, calidum ex non calido) posteriores vero, ut cum quis ex vidente fit cæcus, & ex audiente surdus. Denique utrimque exsistunt, ut ignarus, qui nimirum ante habitum artis acquisitum, ignarus erat, & si post artem obtentam, ex affectione quadam ejusdem oblivio interveniat, rursum fit ignarus. Talis etiam est is qui domus, amicitiæ, & servitutis est expers: cujus quoque ordinis est id quod lucis expers exsistit. Priusquam enim lux fieret, aer lucis expers exsistebat. Quin etiam luce jam producta, quando sol est subtus terram, aer qui fuerat illuminatus, rursum lucis expers exsistit.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 600.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Πῶς νοητέον τὸ παρὰ τῷ Ησαΐᾳ· ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά;

ΤΟύτου δεδειγμένου, δῆλόν ἐστι λοιπὸν καὶ τὸ ὑπὸ Ησαΐου τοῦ προφήτου περὶ τοῦ σκότους, ὡς ἀπὸ Θεοῦ λεχθέν· ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, καὶ ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά. ἐρεῖ γάρ τις ὡσεὶ ἕκαστον τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων ἀξίωται, καὶ ὥσπερ τὸ φῶς ὁ Θεὸς ἐποίησεν, εἰπὼν γενηθήτω φῶς, οὕτω καὶ τὸ σκότος πεποιηκέναι τὸν Θεὸν, Ησαΐας φησίν. ἀλλ᾽ οὐδαμοῦ τῆς κοσμοποιΐας εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω τὸ σκότος, ἢ ἐποίησεν ὁ Θεὸς σκότος. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τῶν κακῶν ποιητὴν ἐροῦμεν, διὰ τὸ εἰπεῖν· καὶ κτίζων κακά. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὅπως εἴρηται, αὐτοῦ προκειμένου σκοπεῖν.

Ὥσπερ δὲ ὁ τὴν σκιὰν ποιήσας, ἢ πᾶσαν ὀπὴν φωταγωγὸν, δι᾽ ἧς εἰς οἶκόν τινα φέρεται τὸ φῶς, ἀποφράξας, λέγοιτο ἂν τὸ ἐντὸς γενόμενον ποιῆσαι σκότος, οὐ καθ᾽ αὑτὸ δημιουργήσας αὐτὰ, ἀλλὰ τῷ τὴν εἴσοδον ἀποφράξαι τοῦ φωτὸς, καὶ τὴν στέρησιν αὐτοῦ, τὸ σκότος κατὰ συμβεβηκὸς ποιῆσαι λέγεται· οὕτω καὶ ὁ τὰ διαφανῆ σώματα πρὸ τοῦ φωτὸς ποιήσας, ἐν οἷς καὶ αὐτὸ τὸ φῶς, καὶ ἡ τούτου στέρησις ἐπιγίνεται τὸ σκότος, ἀκολούθως λέγοιτο ἂν διὰ τὸ μήπω πεφωτίσθαι τὰ διαφανῆ, καὶ αὐτὸ πεποιηκέναι τὸ σκότος.

Καὶ δῆλον πάλιν, ὅτι μὴ καθ᾽ αὑτὸ γέγονεν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· τὸ γὰρ μήπω πεφωτίσθαι τὰ διαφανῆ, ὑπῆρχεν ἀλαμπῆ· ὡς καὶ ὁ τὴν λαμπάδα σβέσας ἐν νυκτὶ, λεχθείη ἂν ἐν τῷ οἴκῳ, ἐν ᾧ ἦν ἡ λαμπὰς, ποιῆσαι σκότος οὐ καθ᾽ αὑτὸ, ἀλλὰ, ὡς εἶπον, κατὰ συμβεβηκός. εἴποι δ᾽ ἄν τις καὶ τὴν ἀπουσίαν τοῦ ἰατροῦ νόσου ἑαυτῷ γεγονέναι αἰτίαν, ἢ τοῦ μὴ ὑγιάναι τὸν νοσοῦντα· καὶ τὸ μὴ παρεῖναι τὸν διδάσκαλον, τοῦ ἀπαίδευτον γεγονέναι τὸν παῖδα· καὶ δῆλον, ὡς κατὰ συμβεβηκὸς ἑκάτερος, ὁ μὲν τῆς νόσου, ὁ δὲ τῆς ἀπαιδευσίας τοῦ παιδὸς αἴτιος ἦν. οὕτως οὖν, καὶ ὁ τὰ διαφανῆ ποιήσας, πρὶν γενέσθαι τὸ φῶς, λέγοιτ᾽ ἂν ποιῆσαι τὸ σκότος· ὁμοίως καὶ ὁ τὰ ἀντιφρακτικὰ ποιήσας, λέγοιτ᾽ ἂν ποιῆσαι τὸ σκότος κατὰ συμβεβηκός. μήπω γὰρ τῆς ἕξεως γενομένης τὴν στέρησιν ἐν τοῖς δεκτικοῖς εἶναι ἀνάγκη. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Ακύλας καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Θεοδοτίων ὁμοίως τοῖς ἑβδομήκοντα. Σύμμαχος· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἔστω φῶς καὶ ἐγένετο φῶς.

CAPUT VIII.

Quomodo intelligendum sit illud Isaiæ: Ego formans lumen & creans tenebras, faciens pacem & creans mala?

HOC declarato, consequenter manifestum est & illud, quod ab Isaia Propheta de tenebris, tamquam a Deo dictum est: [a] *Ego formans lumen & creans tenebras, faciens pacem, & creans mala.* Dicet enim aliquis, quidlibet fere eorum quæ a Deo facta sunt, substantiam accepisse; & sicut Deus lucem fecit, dicens: *Fiat lux,*
B ita quoque Deum tenebras condidisse, secundum Isaiam. Verum nullibi in mundi opificio dixit Deus: Fiant tenebræ, nec ullibi fecit Deus tenebras. Nam sic etiam dicere possemus Deum esse auctorem malorum, eo quod dixerit; *& creans mala.* Verum id quomodo dictum sit, ex ipso proposito considerandum est.

Quemadmodum autem is qui umbram facit, vel omne foramen quo lumen in domum aliquam subingreditur, occludit, dicitur efficere tenebras quæ intus sunt, non illas per se creando, sed aditum lumini obstruendo, & ita ejus privationem, seu tenebras per accidens efficere dicitur: sic etiam qui ante lucem condiderat corpora illa transparentia
C in quibus tam lumen, quam hujus privatio tenebræ exsistunt, consequenter etiam dici posset ipsas quoque tenebras condidisse.

Et rursum manifestum est, eas non per se, sed per accidens exstitisse: hoc ipso enim quo transparentia nondum illuminabantur, lucis expertia exsistebant; sicut etiam qui lampadem noctu extinguit, dici posset in domo in qua lampas erat, tenebras creare, non per se, sed, ut dixi, per accidens. Posset quoque aliquis dicere absentiam medici sibi caussam morbi exstitisse, vel quod æger non convaluerit; & eo quod præceptor non adfuerit, puerum indoctum evasisse: & clarum est utrumque per
D accidens, illum quidem morbi, hunc vero imperitiæ pueri caussam exstitisse. Sic utique etiam qui corpora transparentia formaverat, ante quam lux fieret, dici posset tenebras fecisse; similiter ut is qui obstacula fecerat, dici potest fecisse tenebras per accidens. Habitu enim nondum producto, in ejusdem capacibus privationem exsistere necesse est. *Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux.* Aquila. *Nascatur lux, & nata est lux.* Theodotion similiter ut septuaginta. Symmachus: *Et dixit Deus: sit lux, & facta est lux.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ.

Διάφοροι δόξαι τῶν ἐξηγησαμένων τό· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐνστάσεις.

ΕΠειδὴ ποιότης οὐδεμία, καθ᾽ αὑτὴν σώματος ὑπάρχει χωρὶς, θερμότης, ψυχρότης, λευκότης, γλυκύτης, μαλακότης, σκληρότης· καὶ τὸ φῶς δὲ ποιότης ἐστὶν, ἐν σώμασιν ὑφεστῶσα, σελήνῃ καὶ ἡλίῳ καὶ ἄστροις, καὶ πυρί· ζητεῖται εἰκότως, μήπω τῶν φωστήρων γενομένων, τί οὖν ἐκεῖνο τὸ πρωτόγονον φῶς, καὶ πῶς ἀναμέρος ὑποχωρούντων ἀλλήλοις, φωτός τε καὶ σκότους, ἡμέρα καὶ νὺξ ἐγίνετο; οὐδὲ γὰρ ἀντιπαραχωρεῖν ἀλλήλοις τοὺς τόπους σωμάτων χωρὶς, οὐδὲ εἶναι ὅλως ἠδύναντο.

CAPUT IX.

E *Diversæ sententiæ eorum qui exponunt illud:* Et dixit Deus, Fiat lux; *& contra illas instantiæ.*

CUm nulla qualitas per se sine corpore exsistat, ut calor, frigus, albedo, dulcedo, mollities, durities; lux autem qualitas sit in corporibus subsistens, in luna, in sole, & astris & igne; merito quæritur, Quid fuerit primitiva illa lux, cum luminaria ista nondum exsisterent, & quomodo sibi mutuo sensim succedentibus, luce ac tenebris, dies & nox facta sit? Neque enim sine corporibus loca mutua subintrare vicissim poterant, neque omnino exsistere.

[a] Isa. XLV, 7.

Τινὲς μὲν οὖν τῶν ἐξηγησαμένων οὐδ' αὐτόγε τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ἐπέστησαν, ἀλλὰ βασάνου χωρὶς τὸν τόπον παρεληλύθασιν· ἕτεροι δὲ τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν, τοῦτο τὸ φῶς ἔφασαν ὑπάρχειν. συμμεμιγμένων γὰρ ἀλλήλοις, φασὶ κατ' ἀρχὴν τῶν στοιχείων (οἷόν τι καὶ ὁ Εμπεδόκλης ἔλεγε) καὶ μήπω καθαρῶς διακεκριμένων, τὸ πῦρ ἅτε δὴ λεπτομερέστατον ὑπάρχον καὶ ὀξυκινητότατον ἁπάντων, προεξήλατο τῶν ἄλλων στοιχείων, κελεύσαντος Θεοῦ, γενηθήτω φῶς, καὶ τὴν ἄνω χώραν κατείληφεν.

Υπόδειγμα δὲ ἔστω τοῦ λόγου τούτου, ἐπὶ τῶν κεκαυμένων λίθων, εἰς κόνιν τῆς πυρώδους οὐσίας, ἐναποκεκλειμένης αὐτοῖς, καὶ κατεσπαρμένης ἐν τοῖς μορίοις αὐτῶν, ἐπειδ' ἂν ὕδωρ αὐτοῖς ἐπιχεθῇ, διεισδυόμενον εἰς αὐτοὺς μανωθέντας ὑπὸ τῆς καύσεως, θρύπτει μὲν αὐτοὺς, καὶ εἰς μικρότατα διαιρεῖ μόρια. τὸ δὲ ἐν ἑκάστῳ τῶν μορίων ἐγκατεσπαρμένον τι καὶ ἐμφωλεῦον πῦρ, τῇ εὐκινησίᾳ παραδιδράσκει τὰ κατέχοντα, καὶ διὰ τὸ συγγενὲς, εἰς ἄλληλα συναθροίζεται τὰ διεστῶτα πρότερον ἀλλήλων πυρώδη μόρια, καὶ ταῦτα συνεπυῤῥωμένα, τὴν φυσικὴν ζέσιν, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ ἄνω φορὰν ἐπιδείκνυται. τοιοῦτό τι καὶ ἐπὶ τοῦ φωτὸς γεγονέναι φασὶ, τῆς πυρώδους οὐσίας τῷ θείῳ προστάγματι τῶν ἄλλων προεκδραμούσης, καὶ τὸν οἰκεῖον τόπον καταλαβούσης τὸν ἄνω.

Ετεροι δὲ φασι τὸν ἀέρα τῇ κινήσει τοῦ αἰθερίου σώματος θερμαινόμενον, ἄλλας ἐν ἄλλοις αὐτοῦ μέρεσιν ἐκλάμψεις ποιεῖν· οἷά ἐστι τὰ καλούμενα σέλα, πῇ μὲν μικρὰς, πῇ δὲ μείζονας, ἃς ὕστερον ἐξαφθείσας τελείως ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τῶν ἀστέρων ποιῆσαι τὸ πλῆθος. ἀλλ' ἤδη τῶν στοιχείων γεγονότων, πῶς τὸ ἤδη ὂν πῦρ, αὖθις γενέσθαι προστέταχεν ὁ Θεός; οὐ γὰρ εἶπεν, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ φῶς, ἀλλὰ γενηθήτω φῶς, τὸ μήπω ὂν ὑποστῆναι κελεύσας· καὶ ὅτι τὸ φλογῶδες τοῦτο πῦρ, ἐν μόνοις τοῖς ὑπὸ σελήνην τόποις ὑφίσταται ὑπερβολὴ πυρὸς ὂν, καὶ οὐ διαρκοῦν εἰς ἀεὶ, ὡς διαρκοῦσιν οἱ φωστῆρες, καὶ ὅτι ἐν τῷ στερεώματι, ὅπερ ἐκάλεσεν οὐρανὸν, τοὺς φωστῆρας ἔθηκεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν τῷ πρὸς ἡμᾶς ἀέρι.

Nonnulli igitur interpretes, haudquaquam idem cum iis quæ dicta sunt, sentiebant, sed sine discrimine locum accipiebant; alii vero lucem hanc dicebant esse ignis substantiam. Permixtis enim, inquiunt, sub initium sibi mutuo elementis, (quale quidem etiam Empedocles tradidit) & necdum pure segregatis, ignis utpote tenuissimus, & omnium velocissimus exsistens, jubente Deo, *Fiat lux*, exsiliit ante cetera elementa, & supernam regionem occupavit.

Exemplum autem hujus sermonis sit in lapidibus adustis usque ad cinerem igneæ substantiæ ipsis inclusæ, & eorum partibus aspersæ; quibus dum aqua affunditur, lapides quidem illos calore æstuantes subingrediens, eosdem comminuit & in minutissimas quasque particulas discerpit; ignis vero qui singulis istis partibus insitus latebat, mobilitate sua carceribus elabitur, & primum diffitas ab invicem igneas particulas mutua necessitudine adstringit ac colligit; quæ deinde simul accensæ, naturalem fervorem & sursum tendendi vim declarant. Simile quid etiam in luce contigisse tradunt, dum ignea substantia divino mandato cetera prævertit, & supernum locum sibi proprium vendicavit.

Alii autem dicunt aerem corporis ætherei motu calefactum, in diversis sui partibus diversas facere coruscationes; quales sunt istæ quas emicationes vocant, partim quidem parvas, partim vero majores; quas postea perfecte accensas, aiunt solem & lunam, & stellarum multitudinem confecisse. Verum elementis jam pridem factis, quomodo Deus ignem jam productum, denuo fieri præcepit? Non enim dixit, producat terram lumen, sed *Fiat lux*, jubens illud exsistere quod nondum erat; cum etiam ignis hic flammeus in solis locis sublunaribus exsistat, cum sit ignis redundantia; neque perpetuus esse possit, sicut ista luminaria, quæ Deus etiam in firmamento quod cælum appellavit, constituit, non in nostro hoc aere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Η Βασιλείου περὶ τοῦ φωτὸς δόξα καὶ συνηγορία ταύτης.

Ο δὲ μέγας Βασίλειος τὸ ἡλιακὸν φῶς αὐτὸ, προϋποστῆναί φησι τοῦ ἡλιακοῦ σώματος, δυνάμει θείᾳ τούτου γενομένου, ὅπερ φυσικῶς γενέσθαι ἀδύνατον. ὑπόδειγμα δὲ τοῦ λόγου ποιεῖται, τὸ ἐπὶ τοῦ βάτου φανὲν τῷ Μωϋσεῖ πῦρ. διττῆς γὰρ οὔσης τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως, φωτιστικῆς τε καὶ καυστικῆς, καὶ χωρίσαι ταῦτα μὴ δυναμένης τῆς φύσεως· ἐπὶ τοῦ βάτου, τὸ μὲν φωτιστικὸν τοῦ πυρὸς ἐνήργει, τὸ δὲ καυστικὸν ἄπρακτον ἔμεινε. τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ καμίνῳ παίδων, γενομένου, τῇ ἐν Βαβυλῶνι. (εἰς αὐτοὺς γὰρ τὸ καυστικὸν ἀνενέργητον ἔμεινεν.) οὐκ ἀδύνατον ἄρα Θεῷ, καὶ χωρὶς σώματος ὑποστῆσαι τὸ φῶς.

Καὶ ἐρεῖ τις τούτῳ συνηγορῶν, ὅτι καθάπερ τῶν μελλόντων ὑπὸ σελήνην γίνεσθαι προϋπέστησε τὰς ὑλικὰς αἰτίας ὁ Θεὸς (ὡς εἰπόντες ἔφθημεν.) οὕτως ἐπὶ τῶν φωστήρων, τὸ ἐναντίον γέγονε, πρὸ τῆς σωματικῆς αὐτῶν οὐσίας καὶ ὑλικῆς, τὸ φῶς ὑπέστησεν ὁ Θεός, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῶν φωστήρων εἶδος. εἶτα ἐκ τῆς προϋποκειμένης ὕλης διαπλάττει τὰ σώματα. ἀδύνατον δὲ Θεῷ λέγειν, ὅπερ καὶ τῇ φύσει, θέμις ἐστὶν οὐδέν. ταῦτα δὲ συνάψας ἄμφω, τοὺς ἐξ αὐτῶν φωστῆρας ἀνέδειξε.

CAPUT X.

Basilii de luce sententia, ejusque defensio.

Magnus ille Basilius lumen solare, ante corpus ipsum solare exstitisse tradit, divina nimirum virtute id efficiente, quod naturaliter fieri non poterat. Probat autem id exemplo illius ignis qui in rubo Moysi apparuit. Cum enim duplex sit vis ignis, illuminandi nimirum & urendi, & hæ natura sua separari non possint: in rubo quidem ignis illuminandi vim exserebat, urendi vi otiosa permanente. Idem quoque accidit pueris in fornace illa Babylonica; (nam in illos vis urendi non operabatur.) Non igitur impossibile Deo est sine corpore lucem condere.

Quin etiam aliquis cum hoc consentiens, dicet quod sicut rerum sublunarium materiales primum caussas Deus condidit, prout supra diximus; ita in luminaribus istis contrarium factum esse, Deumque ante corporeas ac materiales ipsorum substantias, lucem ipsam condidisse, quæ istorum luminarium forma exsistit, ac deinde ex præsupposita materia eorum corpora formasse. Nefas enim sit Deo idem quod naturæ, impossibile dicere. Hæc autem utraque conjungens, luminaria ex ipsis exhibuit.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια´.

Ὅτι οὐ χωρὶς σώματος, καθ' αὑτὸ τὸ φῶς ὑπέστη.

Ἔστι δὲ κἀκεῖνο εἰπεῖν, ὡς οὐδ' αὐτὸ τὸ φῶς σώματος ὑπέστη χωρίς. ἀλλ' ὥσπερ καὶ τὸ ἐξ ἡλίου, νῦν ἐν τοῖς διαφανέσι, χωρὶς τοῦ ἡλιακοῦ γίνεται σώματος, ὑποκείμενον ἔχων αὐτὰ τὰ διαφανῆ σώματα· οὕτως εἰπόντος Θεοῦ· γενηθήτω τὸ φῶς, ὅπερ ποιεῖ τοῖς διαφανέσιν ὁ ἥλιος, φωτίζων αὐτὰ, τοῦτο τὸ θεῖον ἐποίησε πρόσταγμα, ἐν αὐτοῖς κελεῦσαν, ὡς ἐν ὑποκειμένοις ἐκλάμψαι τὸ φῶς.

CAPUT XI.

Non sine corpore per se lucem exstitisse.

Ceterum dicendum est, non sine corpore lucem ipsam exstitisse. Sed sicut etiamnum a sol in rebus transparentibus, absque solari corpore exsistit, ipsamet corpora transparentia pro subjecto habens; sic dicente Deo: *Fiat lux*; id quod sol facit rebus transparentibus dum eas illuminat, hoc divinum mandatum in iis perficit, dum lucem in ipsis oriri jussit.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ´.

Ὅτι οὐ πάντα τὰ διαφανῆ διείληφε, τὸ γενόμενον φῶς.

Τὸ δὲ, καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους, ὑπόνοιαν ἡμῖν ἐντίθησιν, ὡς οὐκ ἀθρόον ὅλον ἅμα τὸ διαφανὲς, διειλήφει τὸ φῶς. οὕτω γὰρ ἂν πανταχόθεν ὅλον ἠφανίζετο σκότος, ὡς μηδὲ εἶναι λοιπὸν σκότος μηδαμοῦ. ὅλου γὰρ τοῦ πέριξ πεφωτισμένου, σκίασμα λοιπὸν οὐκ ἦν οὐδαμοῦ. πῶς οὖν εἶπεν· καὶ διεχώρισεν ὁ Θεὸς ἀναμέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀναμέσον τοῦ σκότους· καὶ τὸ μὲν φῶς ἡμέραν, τὸ δὲ σκότος ἐκάλεσε νύκτα· ὡς ἑκατέρου μὲν ὑπαρχόντος, διακεχωρισμένων δὲ τοῖς τόποις ἀλλήλων; ἅμα γὰρ ἄμφω ἐν ἑνὶ τόπῳ εἶναι ἀδύνατον ἦν. οὔτε γὰρ τὰ ἐναντία, οὔτε στέρησιν καὶ ἕξιν, ἅμα συνυπάρχειν ἐνδέχεται. εἰ οὖν χωρὶς μὲν ἦν τὸ σκότος, χωρὶς δὲ τὸ φῶς οὐχ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον κατειλήφει τὸ φῶς.

C

Γνωρίμῳ δέ τινι ὑποδείγματι χρήσομαι, ὅπερ ἐπὶ τῶν κομητῶν ὁρῶμεν γιγνόμενον, ἐν μέρει τινὶ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβανόντων ὑπόστασιν, καὶ συμπεριπολούντων τῷ παντὶ, συνανατελλόντων τε καὶ συνδυομένων τῷ μέρει, καθ' ὃ ἂν συστῶσιν. οὕτω καὶ τὸ πρωτόγονον ἐκεῖνο φῶς, μέρος ἐπέχον τοῦ διαφανοῦς, οἷον φέρε τῶν ἡμισφαιρίων ἕν· ὥσπερ νῦν τῇ ἀνατολῇ μὲν τοῦ ἡλίου γίνεται ἡμέρα, τῇ δύσει δὲ νύξ· οὕτω καὶ τοῦ φωτὸς ἐκείνου συμπεριπολοῦντος τῷ παντὶ, δυομένου μὲν νὺξ, συνανατέλλοντος δὲ ἡμέρα ἐγίνετο.

D

Μήποτε δὲ καὶ ἐνσώματος ἦν οὐσία τὸ φῶς ἐκεῖνο, οὐχ οὕτω διεσχηματισμένον, ὡς νῦν οἱ ἀστέρες, καὶ οἱ δύο φωστῆρες ὑπάρχουσιν. ὕστερον δὲ εἰς τὴν νῦν αὐτὸ τάξιν ἤγαγεν ὁ Θεὸς, εἰς ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, τὸ φῶς ἐκεῖνο καταμερίσας· καὶ οὕτω μὲν οὐδὲν ἀδύνατον ἐφάνη συμβαῖνον. τάχα δὲ πάλιν ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων εἰληφώς· βουληθεὶς ὁ Θεός φησιν ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαῦρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν· οὕτω δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν παραλαβὼν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας· ἡγησάμενος ἐκείνου τοῦτο πάντως ἄμεινον, ὁρατὸν δὲ ἄνευ φωτὸς οὐδέν.

E

CAPUT XII.

Lumen quod factum est, non comprehendisse omnia quæ transparentia sunt.

Τίς αὖ οὖν τὴν αἰτίαν τούτων εἰπεῖν ἔχοι; οὐδὲ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν ἀστέρων, θέσεώς τε αὐτῶν, καὶ τάξεως, μεγέθους τε, καὶ χρωμάτων διαφορᾶς, λόγον ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀποδώσει ποτέ· μόνον δὲ ὅτι πάντα καλῶς, καὶ ὡς ἔδει πεποίηκεν ὁ Θεὸς, καὶ οὐδὲν ἐλλεῖπον ἢ περιττὸν πιστεύομεν ἅπαντες. ὀλίγων γὰρ κομιδῇ τὰς αἰτίας ἐγνώκαμεν. εἰ οὖν αἰτίαν τῶν φαινομένων εἰπεῖν οὐκ ἔχουσι φυσικὴν, μηδὲ ἡμᾶς τῶν μὴ φαινομένων ἐπερωτάτωσαν αἰτίαν. E

A versis suppositionibus se salvare putarunt: ipsarum vero suppositionum demonstrationem nullus adhuc ullam excogitare, vel hoc ipsum asserere umquam conatus est, neque reperiet umquam licet infinita moliatur.

Quotcumque demum quis sphæras supposuerit, unum certe cælum est quod omnibus istis constat, iis quasi membris utens. Manifestum quidem id evadit ex usu omnium antiquorum. Quin & Aristoteles in prædicto opere, lationes cælorum, quotquot tandem astronomis supponere placuerit, ostendit esse finitas & non infinitas. Unum porro B cælum esse manifestum asserit, & id ipsum probavit.

Quanam autem de caussa hæc commemoravimus? ne videlicet quis propter multitudinem sphærarum, in plures cælos firmamentum dividens, Moysem reprehendere videatur, qui hoc unum cælum nuncupat; quamquam hebraicæ linguæ periti, pluraliter id efferant, semper ita cælum appellantes. Ait enim Propheta: [a] *Laudate eum cæli cælorum.* Consensit itaque etiam cum Moyse Ptolemæus, qui ut ita dicam, omnium in his accuratissimus est.

CAPUT IV.

C *Non inquirendam esse rationem, ob quam primum cælum factum sit, cum neque aliorum quoque quæ ibi facta sunt, rationem reddere homines possint.*

Si quis autem a nobis petiverit dari rationem generationis primi cæli: Primum quidem communis etiam posterorum Moysis suppositio est, atque adeo etiam dubitatio, & solutio communis. Secundum, dicat ipse prius rationem tanti numeri sphærarum, uti & suppositionum antiquarum & modernarum, & cur neque plures, neque pauciores factæ sint.

Et si quis, (quod impossibile est) ostenderit omnino tot esse, & quæ tanta exsistit diversitas velocitatis motuum in errantibus: dum inerrans quidem intra diem & noctem totum suum circulum circumeundo explet, luna vero per mensem, sol autem anno cursum suum peragit, Mercurio luciferoque pari ipsum passu comitantibus: Mars autem duobus annis opus habet, ut ad eumdem locum revolvatur; stella deinde Jovis, duodecim; quæ vero hanc sequitur, Saturni dicta, triginta. Taceo eam quæ juxta Ptolemæum centum annis ad unum signum movetur: ita ut duodecim signa Zodiaci tribus millibus annorum peragrando absolvat. D

Quis utique horum rationem reddere valeat? Neque enim multitudinis stellarum, & situs ipsarum atque ordinis, magnitudinisque ac colorum diversitatis rationem umquam reddere quisquam poterit; sed solum omnes credimus, Deum omnia, uti decebat, fecisse bene, & nihil deficere, aut superfluum exsistere. Paucorum enim exacte rationes novimus. Cum itaque eorum quæ apparent, naturalem caussam assignare nequeant, neque etiam rerum non apparentium caussam a nobis exquirant. E

[a] Psalm. CXLVIII. 4.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ε΄.

Τίς οὐσία τοῦ οὐρανίου σώματος, καὶ τίνα αὖ τις αὐτὴν ἐκ τῆς Μωϋσέως συλλογίσαιτο κοσμογονίας· καὶ ὅτι Πλάτων Μωϋσεῖ συμπεφώνηκε.

ΠΕρὶ δὲ τῆς οὐσίας τοῦ στερεώματος· Πλάτων μὲν ἐκ τῶν τεσσάρων αὐτὸ συνίστησιν, ἥλιον δὲ καὶ σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, ἐκ πλείστου πυρός. Ἀριστοτέλης δὲ πέμπτης οὐσίας σωμάτων, τὸν οὐρανὸν ὑποθέμενος, αὐτάρκη πρὸς ἡμῶν τὸν ἔλεγχον εἴληφε. Μωϋσῆς δὲ δι᾽ ὧν αὐτὸν ἐν μέσῳ γεγονέναι τῶν ὑδάτων εἴρηκεν, ὑπόνοιαν δίδωσιν ἡμῖν, ὡς ἐκ πλείστου τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ὕδατος συνεστάναι βούλεται. διαφανὲς γάρ ἐστιν, ὡς ὅτι μάλιστα τὸ οὐράνιον σῶμα, τὸ δὲ διαφανὲς μόνοις τῶν στοιχείων ὕδατί τε καὶ ἀέρι ὑπάρχει. οἷον γὰρ ἀήρ τίς ἐστι ξηρὸς τὸ ὑπέκκαυμα, ἀντιφρακτικὸν γάρ ἐστιν ἡ φλὸξ ὡς καὶ ἡ γῆ.

Ὡς οὖν ὁ Πλάτων διὰ τὸ φωτιστικὸν ἡλίου τε καὶ σελήνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων, πλείστου πυρὸς μετέχειν αὐτοὺς εἴρηκεν, [οὐδενὶ γὰρ ὑπάρχει τῶν ἁπλῶν, πλὴν πυρὶ τὸ φωτιστικόν.] οὕτω Μωϋσῆς, οἶμαι, διὰ τὴν τοῦ στερεώματος διαφάνειαν, ὕδατος αὐτὸν πλείστου καὶ ἀέρος μετέχοντα [οἷς τὸ διαφανὲς, καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπάρχει μόνοις, εἰς στερεωτέραν δὲ οὐσίαν ἑκατέρου μεταβληθέντος ἐν τῇ γενέσει τοῦ οὐρανοῦ, ὡς καὶ ἐν ὑάλῳ, καὶ τοῖς διαφανέσι τῶν λίθων γινομένων φαίνεται] εἰκότως αὐτὸν ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων γεγονέναι φησὶ, ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ πλεοναζόντων ἀέρος καὶ ὕδατος, αὐτὸν χαρακτηρίσας· καὶ στερέωμα προσηγόρευσεν, ὡς ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας εἰς στερεωτέραν μεταβάλλοντα. καὶ οἶμαί γε τῇ ἐννοίᾳ ταύτῃ συμφωνεῖ τὸ πληθυντικὸν ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων. ὁ δὲ Πλάτων τῆς Μωϋσέως οἶμαι κοσμογονίας ἀκηκοὼς, ὡς μετέχοντα γῆς στερεὸν εἶναι σῶμα τὸν οὐρανὸν εἴρηκε. μόνη γάρ φησι τῶν στοιχείων ἡ γῆ στερεὸν σῶμά ἐστι, καὶ ἀντίτυπον.

Πολλῷ οὖν φυσικώτερον καὶ τοῖς φαινομένοις συμφώνως Μωϋσῆς, διὰ μὲν τὴν διαφάνειαν ἀέρος πλείστου καὶ ὕδατος, μετέχειν αὐτὸν δέδωκεν ἡμῖν ἐννοεῖν (ἀντιφρακτικὰ γάρ ἐστι γῆ καὶ πῦρ, διαφανείας ἐστερημένα,) διὰ δὲ τὴν σύμπηξιν τῶν ὑγρῶν στερέωμα κέκληκεν. ὁρῶμεν γὰρ καὶ ἐν τῇ φυσικῇ γενέσει καὶ τὰ ὑγρὰ κατὰ τὰς μεταβολὰς πηγνύμενα, καὶ τοὐναντίον τὰ στερεὰ καὶ ξηρὰ χεόμενα πρὸς ὑγρόν. ἄρτος μὲν γὰρ καὶ κρέας ὀπτώμενα, καὶ αἱ ξηραὶ τῶν τροφῶν εἰς αἷμα χέονται, καὶ τοῦτο αὖθις εἰς νεῦρα καὶ ὀστᾶ, καὶ τὰ λοιπὰ συμπήγνυται τῶν μορίων, τῆς ὑδατώδους αὐτῶν διακρινομένης ἐν ταῖς πέψεσιν οὐσίας. καὶ ἐπὶ τῶν παθῶν δὲ τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τῶν μετάλλων τοῦτο γινόμενόν ἐστιν ἰδεῖν, ἀντιμεταλλόντων εἰς ἄλληλα, τῶν ξηρῶν τε καὶ τῶν ὑγρῶν.

Ὡς οὖν ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως ἐκ τοῦ στερεωτέρου τῆς γῆς καὶ πλεοναζούσης ἐν ἡμῖν, ἀπὸ τῆς γῆς τὸ ἡμέτερον σῶμα διαπεπλάσθαί φησι Μωϋσῆς, καὶ πάλιν εἰς γῆν ἀναλύεσθαι. γῆ εἶ, τοῦ Θεοῦ λέγοντος πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ στερεώματος, ἐπειδὴ πολὺ τὸ διαφανὲς ἐν αὐτῷ πλεονάζει, ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος αὐτὸ γεγονέναι φησὶ τὸ λόγιον, ἐκ τοῦ παχυτέρου τῶν διαφανῶν, καὶ πᾶσι γνωρίμου τοῦτο χαρακτηρίζον. τοῖς πολλοῖς γὰρ διὰ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι καὶ τῶν παλαιῶν τισιν οὐκ ἀσήμοις, κενὸς σώματος ὁ ἀὴρ εἶναι νομίζεται, καὶ οὐδὲ τοῦ ὀνόματος τοῦ

CAPUT V.

Quæ sit substantia corporis cælestis, & qualem quis ipsa colligere possit ex tractatu Moysis de mundi generatione; & quomodo Plato Moysi consenserit?

POrro quo ad substantiam firmamenti: Plato quidem ipsum constituit ex quatuor elementis, solem autem & lunam, ceteraque astra ex plurimo igne. Aristoteles vero supponens cælum ex quinta aliqua substantia corporum exsistere, sufficienter a nobis refutatus fuit. Moyses autem dum ait ipsum factum esse in medio aquarum, insinuat nobis sentire se substantiam ejus ex plurima aqua constare. Corpus enim celeste maxime perspicuum exsistit: perspicuitas autem solis elementis aquæ atque aeri convenit; siquidem ignis elementaris siccus quidam aer est, flamma vero perspicuitati obest, uti & terra.

B

Sicut ergo Plato propter vim illuminandi solis & lunæ ceterarumque stellarum, ipsas plurimi ignis participes esse dixit, (nulli enim simplicium præterquam igni vis illuminandi competit:) ita quoque Moyses, ut arbitror, propter firmamenti perspicuitatem, cum plurimæ aquæ atque aeris particeps exsistat, (quibus solis perspicuitas humiditasque competit, utroque in cæli generatione in

C

solidiorem substantiam transmutato, prout etiam in vitro & in perspicuis lapidibus fieri videtur) merito ipsum in medio aquarum factum esse dicit, designans ipsum ab aere & aqua quæ in ipso redundant; & firmamentum appellavit, tamquam ex humida materia in solidiorem mutatum. Et huic sensui existimo convenire quod dicitur pluraliter in medio aquarum. Platonem autem arbitror, ubi Moysis de mundi generatione tractatum intellexit, dixisse cælum tamquam terræ particeps, solidum esse corpus. Nam inter elementa, inquit, sola terra solidum corpus exsistit atque resistit.

D

Multo sane naturalius, & iis quæ apparent congruentius Moyses propter perspicuitatem quidem intelligendum nobis dedit, cælum aeris atque aquæ plurimum participare; (siquidem terra & ignis perspicuitate privata sunt & resistunt) propter condensationem vero rerum liquidarum, firmamentum appellavit. Videmus enim etiam in naturali generatione ea quæ liquida sunt per immutationem condensari, & contra quæ solida sunt & sicca colliquescere. Siquidem panis & caro assa, siccique cibi in sanguinem resolvuntur, & hic iterum in nervos & ossa ceteraque membra coalescit, aquea ipsorum substantia in concoctionibus secreta. Quin & id ipsum quoque in nostris passionibus, & in metallis ipsis fieri videre est, dum in se mutuo sicca liquidaque transmutantur.

E

Quemadmodum igitur in hominis generatione, ex terra parte nostri solidiore, & in nobis redundante corpus nostrum de terra formatum esse Moyses dixit, & in terram iterum resolvendum esse, dicente Domino ad Adam: [a] *Terra es & in terram reverteris*: ita etiam in firmamento cum multa perspicuitas in ipso redundet, ipsum in medio aquæ factum esse scriptura tradit, designans ipsum ab eo quod inter perspicua densius est, atque omnibus notum. Siquidem aer eo quod minime videatur, plurimis antiquis auctoribus haud ignobilibus, putatur omni corpore vacare; neque certe

[a] Gen. III. 19.

ἀέρ☉, ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ μνήμη γέγονε. δῆλον δὲ ὅτι καὶ γῆς αὐτὸν, καὶ πυρὸς εἰ καὶ ἐλαττόνων μετέχειν ἀνάγκη· ὡς καὶ τοὺς φωστῆρας πλείονος πυρὸς κατὰ Πλάτωνα. μήποτε οὖν καὶ τὸ ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατ☉ τοῦτο σημαίνει τὸ μεσότητα εἶναι κατὰ τὴν μίξιν τῶν ὑγρῶν στοιχείων, ὧν ἑκάτερον ὕδωρ καλεῖν, τὸν νομοθέτην ἐδείξαμεν; τοσαῦτα καὶ περὶ τῆς οὐσίας τοῦ στερεώματος.

nominis aeris ulla mentio fit in mundi generatione. Manifestum autem est ipsum & terram, & ignem, licet rarefacta, necessario participare, sicut etiam luminaria, plurimum ignis juxta Platonem. Quidni etiam illud *in medio aquæ* significet, mediocritatem sive modum temperantiæ liquidorum elementorum, quorum utrumque ostendimus legislatorem appellare aquam? Atque hæc dicta sint de substantia firmamenti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Ὅτι Βασίλειος σφαῖραν εἶναι τὸν οὐρανὸν, καὶ κύκλῳ κινεῖσθαι τοῖς φαινομένοις συμφώνως ὁμολογεῖ, καὶ μέσην τοῦ παντὸς εἶναι τὴν γῆν.

Τούτων ἱκανῶς εἰρημένων, ἐπὶ τὴν τοῦ σχήματος αὐτοῦ μετέλθωμεν ζήτησιν. οἷον γὰρ ἂν εἴη τὸ σχῆμα τούτου, τοιοῦτον καὶ τὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὸν ἔξωθεν εἶναι ἀνάγκη. Βασίλειος μὲν οὖν τοῖς φαινομένοις τε καὶ δεδειγμένοις ἀντιβλέπειν οὐκ ἀνεχόμενος κυκλοτερῆ τε τὸν οὐρανὸν καὶ κύκλῳ φέρεσθαι φανερῶς ὁμολογεῖ, λέγων οὕτω· μὴ οὖν ἄναρχα φαντάζου τὰ ὁρώμενα ἄνθρωπε, μηδὲ ἐπειδὴ κύκλῳ σε περιτρέχει τὰ κατ᾽ οὐρανὸν κινούμενα, ἡ δὲ τοῦ κύκλου ἀρχὴ τῇ προχείρῳ αἰσθήσει ὑμῶν οὐκ εὔληπτος, ἄναρχον εἶναι νομίσῃς τῶν κύκλῳ φερομένων τὴν φύσιν. καὶ πάλιν· μὴ ἐπειδὴ εἰς ἑαυτὰ συννεύει τὰ κύκλῳ κινούμενα, τὸ τῆς κινήσεως αὐτῶν ὁμαλὸν, καὶ μηδενὶ μέσῳ διακοπτόμενον τὴν τοῦ ἄναρχον τὸν κόσμον καὶ ἀτελεύτητον εἶναί σοι πλάνην ἐγκαταλείπῃ.

Ἀκριβεῖς τε εἶναι τὰς τηρήσεις αὐτῶν εἴρηκεν, οὐ τὰς ἀστρολογικὰς ἢ γενεθλιαλογικάς· ἄπαγε· (αὗται γὰρ ψευδεῖς τε, καὶ εἰς ἀσέβειαν ἄγουσιν) εἴπερ μήτε ἀρετὴ, μήτε κακία κατὰ προαίρεσιν, ἀλλ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἡμῖν διὰ τὴν τῶν ἄστρων κίνησίν τε καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσιν συμβαίνουσι· μάτην τε νόμοι καὶ δίκαι κατά τε ἔθνη καὶ πόλεις, καὶ οἶκον ἕκαστον, νουθεσίαι τε καὶ ἐπιπλήξεις, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἀδικία, καὶ τῶν βεβιωμένων αἱ ἀμοιβαί. κενὸν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὄνομα πολιτεύεται, καὶ οὔτε κακίαν κολάζειν, οὔτε ἀρετὴν τιμᾶν εὔλογον, ἀκουσίως ἡμῖν ἑκατέρου συμβαίνοντ☉. ἀκριβεῖς οὖν τηρήσεις. οὐ τὰς ἀστρολογικὰς, ἀλλὰ τὰς ἀστρονομικὰς ὁ μέγας Βασίλειος εἴρηκεν: ὅσαι τὰς κινήσεις τῶν ἀστέρων κατενόησαν ἀκριβῶς προποδισμούς τε αὐτῶν, καὶ ὑποποδισμοὺς, καὶ στηριγμοὺς, συνόδους τε, καὶ πανσελήνους, ἡλίου τε ἐκλείψεις καὶ σελήνης, καὶ διὰ πόσου χρόνου τῶν πλανωμένων ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ περίοδον ἐκπληροῖ, καὶ ὅσαι τῆς τοιαύτης ἐχόμεναί εἰσι μεθόδου.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ, ταῦτά φησιν. ἐπεὶ οὖν ἐγένετο οὐρανὸς προστάγματι Θεοῦ, ἀθρόως περιεταθεὶς τοῖς ἐντὸς ὑπὸ τῆς οἰκείας αὐτοῦ περιφερείας ἀπειλημμένοις. καὶ πάλιν· νῦν μὲν λοιπὸν μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου γένεσιν, ἡμέρα ἐστὶν οὕτω ἡλίου πεφωτισμέν☉ ἀὴρ, ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ λάμποντος· καὶ νὺξ σκίασμα γῆς ἀποκρυπτομένου ἡλίου γιγνόμενον. δῆλον γὰρ ὅτι τῷ ὑπὸ γῆν ἡμισφαιρίῳ, τὸ ὑπὲρ γῆν ἀντιδιέστειλε, καὶ ἐναπειλῆφθαί φησι τὰ ἐντὸς ὑπὸ τῆς περιφερείας τοῦ οὐρανοῦ. πανταχόθεν ἄρα περιέχων ἅπαντα, οὐδὲν ἕτερον, ἢ σφαιρικῶς ἐσχηματίσθαι. συνομολογεῖ τε τῇ δόξῃ τῶν φυσικῶν, ὅτι μέσην τοῦ παντὸς εἴληφε

CAPUT VI.

Quomodo Basilius consentanee iis quæ apparent, dicat cælum esse sphæram, & in orbem moveri, nec non terram esse medium universi.

Hisce sufficienter expositis, ad figuræ ipsius quæstionem transeamus. Qualis enim hujus figura fuerit, talem etiam necesse est esse illam quæ ipsam extrinsecus ambit. Basilius itaque rebus iis quæ apparent & demonstratæ sunt, obtueri non sustinens, cælum ipsum circulare esse, & circulariter ferri manifeste profitetur, sic dicens: [1] Noli igitur homo res eas quæ cernuntur, principio carere putare: neque propterea quod quæ sub cælo moventur, te undique circumdant, orbisque principium nostro sensu capi facile non potest, corporum eorum quæ circumferuntur, naturam carere principio, arbitrari. Et rursum: Neque quod in se ipsa versantur, ea quæ in orbem moventur, motionis ipsorum æquabilitas, nulloque interstitio interrupta continuatio tibi errorem illum imprimat atque relinquat, ut mundum principio fineque carere putes.

Exactas esse dixit ipsorum observationes, non astrologicas vel genethliacas: absit: (nam hæ mendaces sunt, & ad impietatem inducunt.) Quoniam si neque virtus, neque vitium, secundum liberum arbitrium, sed ex necessitate nobis secundum astrorum motum & ad invicem respectum obtingat: vanæ sint leges & statuta nationum & civitatum & domus cujuslibet, & instructiones & increpationes, & justitia & injustitia, & eorum qui vixerunt retributiones. Vanum apud homines nomen celebratur, & neque malum punire, neque virtutem honorare convenit, si invitis nobis utraque accidant. Exactas igitur observationes, non astrologicas, sed astronomicas, magnus ille Basilius appellavit, quales sunt motus astrorum quorum progressiones ac regressiones, & consistentias, & concursus exacte cognorunt, & plenilunia, & solis ac lunæ defectiones, & quanto tempore singulæ errantes cursum suum explent, & quæcumque rationis ejuscemodi & his affinia exsistunt.

Quin & in libro secundo sic ait: Cum itaque cælum factum sit mandato Dei, statim circumfusum fuit rebus iis quæ sub ipsius ambitu continentur. Et iterum: Ceterum nunc quidem post solem factum, dies is aer est, quem sol illuminat dum est in hemisphærio: at nox umbra est terræ, quæ fit occultante se sole. Manifestum est enim ipsum isti hemisphærio quod est sub terra, opposuisse illud quod est supra terram; & cælo comprehensum fuisse ait, quidquid ejus ambitu continetur. Cum igitur omnia complexu suo comprehendat, non aliter quam circulariter figuratum fuit. Consensit etiam opinioni naturalium, terram

[1] Hom. I. in Hex.

χώραν ἡ γῆ. εἰ δὲ μέση τοῦ παντός ἐστιν, ἴσην πανταχόθεν ἐκ τοῦ πέριξ, τοῦ οὐρανοῦ φημι, τὴν ἀπόστασιν ἔχει· τοῦτο δὲ οὐδενὶ σχήματι πλὴν μόνῳ ὑπάρχει τῷ κύκλῳ. πᾶσα οὖν ἀνάγκη τὸν οὐρανὸν κύκλῳ τὴν γῆν περιέχειν· ἴσον αὐτῆς ἐκ μέρους παντὸς ἀφεστηκότα. οὕτω δὲ σφαιρικὸν εἶναι καὶ τῆς γῆς ἀνάγκη τὸ σχῆμα.

A obtinuisse medium locum universi. Quod si autem media sit universitatis, undique in circuitu, inquam, æqualiter a cælo distat: quod nulli figuræ convenit, nisi soli circulo. Omnino igitur necesse est, cælum circulariter terram circumdare, æqualiter ab ipso ex omni parte distantem. Atque adeo etiam necessarium, terræ figuram esse rotundam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ´.

Ὅτι καὶ κατὰ τὸν Ἰὼβ μέση τοῦ παντός ἐστιν ἡ γῆ, καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτῇ κατὰ φύσιν, καὶ βίας δεῖ οὐ πρὸς τὸ μένειν ἀκίνητον ἐν τῷ μέσῳ, ἀλλ' εἰς τὸ καὶ ὁπωσοῦν αὐτῆς ἐκστῆναι τούτου· καὶ ἡ ἐπὶ τούτοις Βασιλείου ψῆφος. B

Τὸ ἄνω μὲν οὖν καὶ τὸ κάτω κυρίως ἐν τῷ παντὶ μὴ εἶναί φασι, μόνον δὲ τὸ μέσον, καὶ τὸ πέριξ· ἀλλ' ὅμως κάτω μὲν τὸ μέσον καλοῦσιν ἐν ᾧ ἐστιν ἡ γῆ, διὰ τὸ τὰ βαρέα ἐκεῖ φέρεσθαι· ἄνω δὲ ὅλον τὸν οὐρανόν, διὰ τὸ τὰ κοῦφα, οἷον τὸ πῦρ ἐπὶ τὴν ἐσχάτην, καὶ πρὸς ἡμᾶς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κοίλην ἐπιφάνειαν φέρεσθαι, ἥτις πανταχόθεν ἀπὸ τῆς γῆς ἴσον διέστηκε· καὶ ὥσπερ τῷ ἄνω πυρί, τῷ ἀστραπαίῳ λέγω, καὶ τῷ κεραυνίῳ, καὶ τῷ τῶν διαττόντων, βίας δεῖ πρὸς τὸ φέρεσθαι κάτω, διὰ τὴν ἐναπόληψιν τῶν νεφῶν ἐκπυρηνιζομένῳ βιαίως ἐξ αὐτῶν· οὕτω τοῖς βαρέσιν ἡ ἐπὶ τὰ ἄνω ῥίψις βίαιος.

Ὅθεν οὐδὲ ζητεῖν δεῖ πῶς τὸ τηλικοῦτο μέγεθός τε C καὶ βάρος ἡ γῆ μετέωρος ἕστηκεν ἐπ' οὐδενὸς ὀχουμένη, καθά φησιν ὁ Ἰώβ· ἐκτείνων βορέαν ἐπ' οὐδέν, κρεμάζων γῆν ἐπὶ μηδενός. δεσμεύων ὕδωρ νεφέλαις αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ μέσῳ ἥδρασται τόπῳ ἡ γῆ, ὅποι τὰ βαρέα κατὰ φύσιν πάντα φέρεται. οὐ δεῖται οὖν τοῦ ὀχοῦντος, ἵνα μὴ κάτω φέρηται· οὐκ ἔστι γὰρ τοῦ μέσου κατωτέρω. τοὐναντίον δὲ μᾶλλον βίας δεῖ, πρὸς τὸ ἐκστῆναι τοῦ μέσου, καὶ τὸ τυχὸν αὐτῆς μόριον, καὶ ῥιφῆναι πρὸς ὕψος· οὔπω λέγω πᾶσαν, ὅπερ παντελῶς ἐστιν ἀδύνατον.

Ὅτι δὲ μέση τοῦ παντός ἐστιν ἡ γῆ, δείκνυσι καὶ τὰ βάρη πανταχόθεν πρὸς ἴσας γωνίας ἐπ' αὐτὴν φερόμενα, ὡς αὐτὸ περιέχουσαν τὸ κέντρον τοῦ παντός. διὸ καὶ οἱ οἰκοδόμοι οὐκ ἄλλως ἡδρᾶσθαι βεβαίως τὰ βάρη νομίζουσιν, εἰ μὴ κάθετος αὐτοῖς D ἐφαρμόσῃ. μόνη γὰρ αὕτη τὰς ἑκατέρωθεν γωνίας ἴσας ποιεῖ· τοῦτο δὲ τεκμήριον τῆς ἐπὶ τὸ τοῦ παντὸς κέντρον νεύσεώς τε τῶν βαρέων καὶ φορᾶς. ἐφαρμοζούσης οὖν αὐτοῖς καθέτου, δῆλον ὡς ἐπὶ τὸ κέντρον αὐτοῖς ἐστιν ἡ νεῦσις, καὶ ἀσφαλὴς διὰ τοῦτο ἡ στάσις.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπών τε καὶ λογισάμενος ὁ τοῖς τοῦ Θεοῦ δημιουργήμασιν ἐπιβλέψας Βασίλειος, ὥσπερ ἐν ἐπιλόγῳ, φησὶν οὕτω· τούτων ἄν σοι δοκῇ τί πιθανὸν εἶναι τῶν εἰρημένων, ἐπὶ τὴν οὕτω ταῦτα διαταξαμένην τοῦ Θεοῦ σοφίαν μετάθες τὸ θαῦμα. οὐ γὰρ ἐλαττοῦται ἡ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἔκπληξις, ἐπειδ' ἂν ὁ τρόπος καθ' ὃν γίνεταί τι τῶν παραδόξων ἐξευρεθῇ· εἰ δὲ μήγε, ἀλλὰ τὸ E ἁπλοῦν τῆς πίστεως ἰσχυρότερον ἔστω λογικῶν ἀποδείξεων.

Θέα μοι τοῦ ἀνδρὸς τούτου τὴν ἔνθεον σοφίαν ὁμοῦ καὶ τὴν σύνεσιν. πρὸς γὰρ τοὺς ἐπιστήμονας τῇ ἀποδείξει χρησάμενος, οὐδὲν ἧττον καὶ τοῖς τῶν τοιούτων ἐπαΐειν οὐχ ἱκανοῖς τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως βέβαιον ἔχειν παρῄνεσεν. ὅτι ἐν τῇ χειρὶ τοῦ Θεοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς. οὗτος εὐσεβοῦς διδασκαλίας τρόπος, καὶ τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖν, καὶ εἰδέναι ὡς ἡ τῆς αἰτίας τῶν

CAPUT VII.

Secundum Job quoque terram esse medium universi, & hoc illi naturaliter competere, neque opus esse vi aliqua, ut in medio immota maneat, sed ut vel tantillum ab eo recedat: & quæ sit Basilii de his sententia.

Aiunt quidem in hac rerum universitate non esse proprie sursum & deorsum, sed solum medium, & circum: nihilominus tamen deorsum quoque medium vocant, in quo terra exsistit, eo quod gravia illuc ferantur; sursum vero totum cælum, eo quod levia, qualis est ignis, ad extremam & ex parte nostra concavam usque cæli superficiem ascendant, quæ undique æqualiter a terra distat; & sicuti superno igni, fulgureo inquam atque fulmineo, coruscationibus vi opus est ut deorsum feratur, dum per nubium collisionem ex ipsis violenter exploditur; ita quoque rebus gravibus sursum ejaculatio violenta exsistit.

Quare minime quærendum est, quomodo tanta moles ac pondus terræ sublimis constiterit, a nullo sustentata, sicut ait Job: [a] *Qui extendit aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum. Qui ligat aquas in nubibus suis.* Terra enim in meditullio locata est, quo secundum naturam suam cuncta gravia vergunt: nihil enim est infra medium. Contra vero violentia opus est, ut vel tantilla ejus particula a medio amoveatur, & in altum projiciatur, nedum dico tota, quod omnino fieri non potest.

Porro terram esse medium universi demonstrant quoque gravia quæ undique æqualibus angulis ad ipsam tamquam ipsum universi centrum vergunt. Propter quod etiam architecti, gravia haud firmiter alias collocari putant, nisi perpendiculum cum ipsis quadret. Hoc enim solum, utrimque angulos æquales facit: quod & signum est propensionis, ac lationis rerum gravium ad centrum. Quando itaque perpendiculum cum ipsis quadrat, manifestum fit, ad centrum ipsa vergere, atque adeo securum ipsis esse statum.

Hæc & similia dicens ac ratiocinans Basilius, dum opera Dei contemplatur, quasi in epilogo sic ait: Quod si horum quæ dicta sunt, quidpiam tibi probabile videatur, miraculum refer in divinam sapientiam, quæ hæc ita constituit. Neque enim in rebus maximis admiratio minuitur, licet ratio qua quidpiam rerum admirabilium accidit, excogitetur; sin secus, fidei tamen simplicitas multis prævalet demonstrationibus rationum.

Considera heic viri hujus divinam simul sapientiam ac cognitionem. Nam cum ad intelligentes usus sit demonstratione, nihilominus etiam iis qui hæc capere non poterant, persuasit ut simplicem fidei firmitatem tenerent. [b] *Quoniam in manu Domini fines terræ.* Hæc piæ doctrinæ ratio est; & ea quæ apparent confiteri, & nosse quo-

[a] Job xxvi. 7. 8. [b] Psalm. xciv. 4.

ὁρωμένων κατάληψις εἰς ὕμνον μᾶλλον ἐγείρει Θεοῦ, τοῦ ταῦτα οὕτως ἔχειν τῇ ὑπὲρ νοῦν αὐτοῦ σοφίᾳ διατεταχμένου.

A modo rerum visibilium intelligentia magis excitat ad laudem Dei, qui hæc supra intelligentiam sapientia sua ordinavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Ὅτι μέγιστα ἁμαρτάνουσιν οἱ τῶν δημιουργημάτων τοῦ Θεοῦ καταψευδόμενοι, καὶ τὴν ἰδίαν περὶ αὐτὰ πλάνην τῇ θείᾳ γραφῇ περιάπτοντες.

ΕΙ δέ τινες διὰ τὸ ἀγύμναστον τῆς ψυχῆς ἐφικνεῖσθαι τῶν εἰρημένων οὐ δυνάμεναι, περὶ τὴν συγκατάθεσιν τῶν πραγμάτων ἀσχάλλουσιν, ἀρκέσει τούτοις ἡ σιωπὴ, ἵνα τὴν ἑαυτῶν καλύπτουσιν ἄγνοιαν· καὶ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν ἀπειρίαν, καὶ τὴν τοῦ λογισμοῦ βραδύτητα, τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας καταψευδέσθωσαν, τὰς ἀρὰς τὰς ἐπὶ τῷ ψεύδει φοβούμενοι, οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ γλυκὺ πικρὸν, καὶ πικρὸν γλυκύ· οἱ λέγοντες τὸ φῶς σκότος, καὶ σκότος φῶς. καὶ, ὡς ἀπολεῖ κύριος πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, ποίας οὖν ἄξιοι ποινῆς οἱ τῶν τηλικούτων ἔργων τοῦ Θεοῦ καταψευδόμενοι; ἀκούσονται γὰρ πάντως ὑπ' αὐτοῦ· δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται τὸ ὄνομά μου διαπαντὸς ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

Οἱ γὰρ τὰς τῶν οὐρανίων σὺν ἀκριβείᾳ κατειληφότες τηρήσεις, καὶ τὴν αἴσθησιν αὐτὴν μαρτυροῦσαν τοῖς λόγοις ἔχοντες· περί τε τῶν ἄλλων ὧν ἤδη εἶπον, καὶ τῶν ἐκλείψεων ἡλίου τε καὶ σελήνης, καὶ πάντα μεθόδῳ ληπτῇ τοῖς ἐθέλουσι τὰ περὶ αὐτοὺς τοὺς φωστῆρας συμβαίνοντα προλέγοντες, καὶ εἰς ἔργον ἐπ' ὄψεσι πάντων δεικνύντες ἐκβαίνοντα, τόν τε χρόνον καθ' ὃν ἐκλείπειν ἄρχονται, τόν τε μέσον καὶ τὸν ἔσχατον· ἐκ μέρους τε ποίου τῶν φωστήρων, ἡ τοῦ φωτὸς αὐτῶν ἄρχεται κρύψις, καὶ μέχρι τινὸς πρόεισι· πόθεν τε ἀνακαθαίρεσθαι ἄρχονται· καὶ ποῦ λήγουσι· καὶ διὰ τί μιᾶς οὔσης τῆς ἐκλείψεως μὴ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐν ἑκάστῳ τόπῳ, ἡ αὐτὴ γενομένη φαίνεται· ἀλλὰ παρ' Ἰνδοῖς μὲν ἐννάτην ὥραν τυχὸν, ἐν αἰγύπτῳ δὲ πέμπτην φέρε, ἢ ἁπλῶς ἐλάττονα· τοῖς δὲ περὶ τὸν δυτικὸν ὠκεανὸν τρίτην, ἢ δευτέραν· τοῖς δὲ ἐπὶ τὸ δυτικώτερον ἔτι πρώτην τυχὸν, ἢ ὑπὸ γῆν ἔτι τοῦ φωστῆρος ὄντος.

Τῆς αἰτίας ἑκάστου τούτων τοῖς ἐθέλουσι μαθεῖν ληπτῆς οὔσης, οἱ οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα δι' ἐπιστήμης ἐγνωκότες, καὶ αὐταῖς ὄψεσι τοῖς φαινομένοις ἐπιστήσαντες, ὅταν ἐντύχωσι τοῖς τοῦ καλοῦ Θεοδώρου, ἢ τινος τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ τὴν τοσαύτην τῶν λεγομένων ὑπ' αὐτῶν ἀβελτηρίαν θεάσωνται· πῶς οὐχὶ τοῦ εὐσεβοῦς ἡμῶν ἀποσκιρτήσουσι δόγματος, ὡς αἱ μυῖαι τοῖς ἕλκεσι τῶν σωμάτων ἐπικαθήμεναι, καὶ βλάσφημον καθ' ἡμῶν, ἵνα μὴ λέγω κατὰ Θεοῦ, στόμα κινήσουσι τὴν ἐκείνου τῶν λόγων ἀτοπίαν τῷ πάνυ περιάπτοντες δόγματι. ἀλλ' ἐχέτω μὲν ὡς ἔχουσι τὰ ἐκείνων· ἐγὼ γὰρ αὐτὰ καὶ λέγειν ἐπ' ἀληθείας ἐρυθριῶ, ἐφ' οἷς ἴσως ἐκεῖνοι καὶ σεμνυνόμενοι γραφῇ παρέδοσαν. μικρὰ δὲ περὶ τοῦ σχήματος τῶν οὐρανίων εἰπὼν, ὅσα καὶ τοῖς τῶν μαθημάτων ἀνηκόοις ὑπάρχει ληπτὰ, καὶ τοῖς φαινομένοις ὁμολογούμενα, τὸν περὶ τούτου καταπαύσω λόγον.

CAPUT VIII.

Plurimum peccare illos qui creaturas Dei calumniantur, & suum circa eas errorem divinæ Scripturæ impingunt.

SI qui autem propter animæ inexercitationem ad ea quæ dicta sunt pertingere non valentes, circa rerum constitutionem hallucinentur, satis erit illis, si sileant, ut suam tegant ignorantiam; ne B propter propriam inscitiam ac rationis tarditatem, Dei creationem falso criminentur, exsecrationes mendacii metuentes. [a] *Væ qui dicitis dulce amarum, & amarum dulce, dicentes lucem tenebras, & tenebras lucem.* Et sicut [b] *perdet Dominus omnes qui loquuntur mendacium*, quali pœna digni sint, qui falso talia Dei opera calumniantur? Utique omnino audient illud: [c] *Per vos blasphematur nomen meum semper inter gentes.*

Qui enim accurate rerum cælestium percipiunt observationes, & sensum ipsum scripturis consonum habent; de aliis autem quorum jam memini, ut de solis lunæque defectionibus, omnia quoque facili C methodo quæ circa luminaria illa contingunt, scire volentibus prædicunt; & cum accidunt re ipsa omnibus ob oculos ponunt, etiam ipsiusmet temporis quo deficere incipiunt, initium & medium & finem indicant, & ex qua parte luminarium lumen eorum abscondi incipiat, & quo usque se extendat, atque unde incipiant serenari; & ubi desinant, & cur una exsistente defectione, non uno eodemque tempore in quovis loco appareat, sed apud Indos quidem hora nona v. g. in Egypto vero quinta fortasse vel etiam citius: iis autem qui oceanum occiduum accolunt, hora tertia vel secunda; iis vero qui magis adhuc vergunt ad occidentem, forte hora prima, vel luminari adhuc sub terra exsistente.

D Cum igitur cujuslibet horum caussa, ipsam scire volentibus, captu facilis sit; qui hæc & similia scientifice cognorunt, atque ea quæ apparent ipsismet oculis hauserunt, quando inciderint in insignem illum Theodorum, vel aliquem sectatorum ejus, tantamque dictorum ipsorum vesaniam consideraverint; quomodo non a pia nostra doctrina resiliant, dum instar muscarum corporum ulceribus insidentium, blasphemum quoque contra nos, ne dicam contra Deum, os moveant, sermonum istorum absurditatem omni doctrinæ accommodantes? Verum habeant se illa illorum prout habent. Ego certe illa vel dicere erubesco, de quibus etiam scripto ipsi E se jactitant. Ubi autem de figura rerum cælestium pauca dixero, quæ etiam iis qui mathesi non studuerunt, captu facilia, rebusque apparentibus consona exsistunt, tum sermonem hunc concludam.

a Isai. v. 20. b Psalm. v. 7. c Rom. II. 24.

A

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Ἀποδείξεις πλείονες τῇ αἰσθήσει ληπταὶ, ὅτι σφαιρικὸν, καὶ κυκλοφορούμενόν ἐστι τὸ οὐράνιον σῶμα.

ΜΕΘ' ἡλίου δύσιν ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ, καθαρᾶς οὔσης αἰθρίας, ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, καὶ μὴ ἐπιπροσθουμένῳ στὰς, εἰς τὸ ὑπὲρ γῆν τοῦ οὐρανοῦ μέρος ἀποβλέψας [ὅπερ Ἡσαΐας ὁ προφήτης καμάραν ἔφη, συμφώνως τῷ πράγματι, ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν] ὄψει πλῆρες ἄστρων, αὐτὸ πανταχόθεν ὑπάρχον [δεῖ οὖν τῶν ἀστέρων ἀποσημειοῦσθαι, τούς τε κατὰ τὸν ἀνατολικὸν ὁρίζοντα φαινομένους, καὶ τοὺς κατὰ τὸν δυτικὸν πάλιν ὁμοίως, καὶ ὅσοι μέσον ἔχουσι τὸν οὐρανὸν] πάλιν δὲ βραχὺ πρὸς ἀνατολῆς, εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὁμοίως ἡμισφαίριον ἀτενίσας, ἐκείνους μὲν οὓς ἑσπέρας εἶδες, οὐκ ὄψῃ πάλιν, πλὴν τῶν ἄρκτων καὶ τῶν πλησιαζόντων αὐταῖς, διὰ τὸ βορείαν εἶναι τὴν καθ' ἡμᾶς οἴκησιν. οὓς δὲ πρότερον ἀστέρας ἐν τῷ ἀνατολικῷ τεθέασαι, τούτους περὶ τὸν δυτικὸν ὄψει φαινομένους ὁρίζοντα, μετὰ τὸ διεληλυθέναι τὸ ὑπὲρ γῆν ὅλον ἡμισφαίριον· τῶν ἄλλων δὲ παντελῶς οὐδένα, ἑτέρους δὲ τοσούτους διαληφότας τὸν οὐρανόν. τί οὖν γεγόνασιν ἐκεῖνοι, οἱ τότε τὸ ὑπὲρ τὴν γῆν ἡμισφαίριον πληροῦντες, εἰ μὴ ὑπὸ γῆν ἅμα ἡμισφαιρίῳ τῷ περιέχοντι αὐτοὺς γεγόνασιν; οὐ γὰρ δὲ τὴν τάξιν ἣν πρὸς ἀλλήλους εἶχον συγχέαντες, εἰς μίαν, οὐκ οἶδα ὅπῃ, σωρείαν ἠθροίσθησαν ἄτακτον, οὐδὲ τόπου ὄντος οὐδαμοῦ ἑτέρου χωρῆσαι αὐτοὺς δυναμένου.

Εἴγε κατὰ τὴν ἄγνοιαν τινῶν, τὰ ἄκρα τοῦ οὐρανοῦ τῇ γῇ ἐπίκειται, καὶ ἔξω τοῦ παντὸς ἐπ' ἀληθείας τόπος ἐστὶν οὐδείς· δῆλον οὖν ὡς ἐκεῖνο μὲν τὸ ἑσπέρας ὁρώμενον ἡμισφαίριον γέγονεν ὑπὸ γῆν, ἕτερον δὲ ἴσον ἐκείνῳ, ἑτέρων πεπληρωμένον ἀστέρων· καὶ αὐτὸ τὸν ὑπὲρ γῆν τόπον κατείληφεν· οὐκοῦν τὸ ἐξ ἀμφοῖν μία ἐστὶ σφαῖρα συνεχὴς τῇ ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ ἐκπεριπολήσει, τὸ ἡμερονύκτιον πληροῦσα. νύκτα μὲν γὰρ ποιεῖ ὑπὸ γῆν τὸν ἥλιον ἄγουσα, ἡμέραν δὲ τοῦτον ὑπὲρ γῆν ἀναφέρουσα.

Τὸ αὐτὸ δέ σοι τοῦτο σκοπείσθω, καὶ ἄλλως αὐτῇ πάλιν τῇ ὄψει φαινόμενον, ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ, αἰθρίαν ἐπιτηρήσας καθαρὰν, εὐθὺς ἀρχομένης νυκτὸς, εἰ τοὺς ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ δώδεκα τόπους, οἶσθας, οὓς οἴκους καὶ ζώδια καλοῦσιν· εἰ δὲ μὴ τὸν εἰδότα συμπαρειληφὼς, μίαν ὅλην διαγρυπνήσας νύκτα, σκόπει πάλιν τότε ἐν ἀνατολικῷ ὁρίζοντι, ζώδιον ποῖόν ἐστι, καὶ ἐν τῷ δυτικῷ πάλιν. οἷον, ἐν μὲν τῷ ἀνατολικῷ κριὸς ἔστω τυχὸν, ἐν δὲ τῷ δυτικῷ σκορπίος. ἐπιτηρῶν οὖν κατὰ συνέχειαν, ὄψει δυομένου σκορπίου ταῦρον ἑτέρωθεν ἀνατέλλοντα, καὶ τοξότου δυομένου, διδύμους ἀνερχομένους, καὶ αἰγοκέρω δύνοντος καρκίνος ἄνεισιν, ὑδροχόου κρυπτομένου λέοντα ὑπὲρ γῆν ὄψει, κατιόντων ἰχθύων παρθένος ἀνέρχεται, κριοῦ δύνοντος ὁ ζυγὸς τὸν ἀνατολικὸν ὑπερανῆλθεν ὁρίζοντα. εἷς δὲ ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων δώδεκα ζωδίων ἀποτελεῖται κύκλος, ὁ καλούμενος ζωδιακός· ἐν μιᾷ ἄρα τοῦτον ὄψει νυκτὶ καὶ μόνῃ, ἓξ μὲν δυομένων, ἑτέρων δὲ ἓξ ἐπανατελλόντων· δηλονότι τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῶν τε βορειοτέρων τοῦ ζωδιακοῦ, καὶ τῶν νοτιωτέρων παρανατελλόντων αὐτὸν καὶ συνδυνόντων. τούτων οὕτως ἐχόντων, ὀφθαλμῶν ἄρα μόνων χρεία, καὶ τηρήσεως ἀκριβοῦς,

CAPUT IX.

Plurima esse quæ sensu percepta, demonstrant corpus cæleste sphæricum exsistere, & in orbem verti.

POst solis occasum in serena & illuni nocte, in sublimi & minime obscuro loco consistens, ad eam quæ supra terram est, cæli partem aspiciens (quam Isajas Propheta, conformiter ipsi rei fornicem appellavit: [a] *Qui statuit cælum quasi fornicem;*) sera nocte undique stellis plenam exsistentem (quoniam oportet stellas annotare, tam quæ ad orien- B talem, quam quæ ad occidentalem horizontem apparent, quam etiam quæ medium cælum tenent.) Rursum vero paullulum ad orientem, in ipsum quod supra nos est, hemisphærium similiter intendens, illas quidem stellas quas vesperi videras, non videbis amplius, sed polares ipsisque vicinas, eo quod hæc nostra habitatio sit aquilonaris. Stellas autem quas prius videras in oriente, has postmodum videbis apparere ad occiduum horizontem, postquam totum quod supra terra est hemisphærium peragrarunt; ceterarum autem nullam omnino cernes, sed totidem alias cælum occupantes. Quid itaque factum sit illis, nisi simul cum hemisphærio quod ipsas continet, sub terram recesserint? Neque C enim ordinem quem ad invicem habebant, confundentes, in unum, nescio qualem, tumultuarium cumulum redactæ sunt, cum nullus alibi locus sit, qui ipsas recipere valeat.

Quod si secundum quorumdam ignorantiam, extrema cæli, terræ incumbant, & extra hoc universum nullus re vera locus exsistat; utique manifestum fit, hemisphærium illud quod vesperi cernebatur, infra terram abscessisse: alterum autem illi par est, aliis stellis refertum, & hunc locum supra terram occupavit: itaque id quod ex utrisque exsistit, unica sphæra continua est, quæ ex eodem loco in eumdem revolvendo diem & noctem explet. D Noctem enim facit, dum solem sub terram agit; diem vero, dum eumdem super terram adducit.

Id ipsum quoque considera alia ratione iterum oculis apparere, dum nocte qua non lucet luna, statim sub initium noctis liquidam observas serenitatem; si in circulo zodiaco duodecim loca nosti, quæ domos & signa vocant; sin secus, peritum tecum rerum istarum capiens, per totam aliquam noctem vigilans, observa tum denuo iterum in horizonte orientali quale signum sit, & quale rursum sit in occidentali. In orientali quidem caper sit v. g. in occidentali vero scorpius. Utique continuo observans, videbis occidente scorpio, taurum ex altera parte oriri; & sagittario occidente, geminos E oriri; & capricorno occumbente, cancer exsurgit; aquario se abscondente, leonem supra terram videas; dum pisces occumbunt, exoritur virgo; ariete occidente, libra super orientalem horizontem ascendit. Unus autem ex omnibus duodecim signis prædictis circulus perficitur, qui zodiacus appellatur. Itaque in una sola nocte videbis hunc quoad sex quidem signa oriri, quoad sex vero alia occumbere; dum nimirum omnia tam aquilonaria, quam australia zodiaci signa, cum illo simul & oriuntur, & simul occidunt. Cum hæc ita se habeant, oculis

[a] Isai. XL. 22. sec. LXX.

ἐξ ὧν τὸ σφαιρικὸν τοῦ οὐρανοῦ σχῆμα διὰ τοῦ ζωδιακοῦ μέσον τὸν ὅλον τέμνοντος οὐρανὸν προφανέστατα δείκνυται.

Δέχου καὶ τρίτην ἐπὶ τούτοις ἀπόδειξιν, καὶ αὐτὴν ταῖς ἡμετέραις φαινομένην ὄψεσιν. ἡ μὲν τοῦ ἡλίου ἔκλειψις ὑποτρεχούσης αὐτὸν, κατακάθετον γίνεται τῆς σελήνης, οὐ τοῦ ἡλιακοῦ φωτὸς ἐκλείποντος τὸν ἥλιον, ἀλλ' ὑποδραμοῦσα τοῦτον ἡ σελήνη οὐκ ἐᾷ τὰς ἡμετέρας ὄψεις ἐπιβάλλειν αὐτοῦ τῷ φωτί. καὶ νέφους γὰρ ἐπικειμένου, καὶ τῆς χειρὸς ἐπαιωρουμένης αὐταῖς, τὰς αὐγὰς οὐχ ὁρῶμεν τοῦ ἡλίου. βαθύ τε τὸ σκότος ἡ σελήνη ποιεῖ, διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς, πλησιάζουσά τε ἡμῖν, καὶ πλεῖστον τοῦ περὶ ἡμᾶς ἀέρος σκοτίζουσα. διὸ ὑπὲρ φύσιν ἡ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ σωτῆρος ἡλιακὴ γέγονεν ἔκλειψις, ἐν πανσελήνῳ γενομένη, [ἧς καὶ Φλέγων ἐν ταῖς ὀλυμπιάσι μέμνηται, ὡς καὶ [1] ἐν τῷ πρὸ τούτου γεγράφαμεν, καὶ ὁ Ἀρεοπαγίτης διηγεῖται πῶς γέγονε Διονύσιος] ἡ δὲ τῆς σελήνης ἔκλειψις πλησιφαοῦς αὐτῆς οὔσης γίνεται, τέσσαρες καὶ δεκάτην τοῦ ἰδίου μηνὸς ἀγούσης ἡμέραν, αὐτῆς τῆς σελήνης οὖσα πάθος. οὐκ ἴδιον γὰρ αὐτῆς ἐπὶ τὸ φαινόμενον φῶς, ἀλλ' ἐσόπτρου δίκην ἐξ ἡλίου δεχομένη, τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἀντιπέμπει κάτω. ἀμέλει ἐκεῖνο τὸ μέρος αὐτῆς ἀεὶ φωτίζεται ὅπερ εἰς τὸν ἥλιον νένευκε· μετὰ μὲν σύνοδον τὸ πρὸς δύσιν. [ἐκεῖ γὰρ ὁ ἥλιος ὑπάρχει] μετὰ δὲ πανσέληνον τὸ μὲν πρὸς δύσιν αὐτῆς ἀφώτιστον γίνεται, τὸ δὲ πρὸς ἀνατολὴν ἔτι μένει φωτιζόμενον· ἀνατολικώτερος γάρ ἐστιν αὐτῆς τότε ἥλιος. ὅταν δὲ τὴν διάμετρον ἀποστάσης, τὸ πρὸς ἡμᾶς αὐτῆς μέρος ὅλον ἀντιπρόσωπον τῷ ἡλίῳ γένηται, ὅλον τοῦτο τότε φωτίζεται.

Τοῦτο μὲν οὖν οὕτως ἔχον, ἐστὶ φανερόν. ἡ δὲ νὺξ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ σκίασμα γῆς, ὡς ἐδείξαμεν, ὑπὸ αὐτὴν τοῦ ἡλίου γενομένου. ἡ δὲ σκιὰ τῆς γῆς, τὴν σεληνιακὴν ὑπερβαίνει σφαῖραν κατωτέρω πάντων ὑπάρχουσαν. ὅταν οὖν τὴν διάμετρον ἀποστᾶσα τοῦ ἡλίου ἡ σελήνη, πᾶσα φωτίζεται, κατ' αὐτὸν οὖσα τὸν διαμέσων τῶν ζωδίων κύκλον, ὃν μόνον ὁ ἥλιος ἀεὶ διέρχεται, μήτε ἐπὶ τὸ βόρειον αὐτοῦ, μήτε ἐπὶ τὸ νότιον ἀποκλίνουσα, συμβαίνει τότε τὰ τρία σώματα, σελήνην, γῆν, ἥλιον κατὰ μίαν γενέσθαι κάθετον. τῆς οὖν σκιᾶς τῆς ἀπὸ τῆς γῆς εἰς αὐτὴν ἐμπιπτούσης τὴν σελήνην, συμβαίνει τότε αὐτὴν τὸ ἐκ τοῦ ἡλίου μὴ δέχεσθαι φῶς· καὶ τοῦτό ἐστι σελήνης ἔκλειψις. ὡς εἴγε μηδέποτε βορειοτέρα τοῦ ἡλίου μήτε νοτιοτέρα ἐγίνετο. πάντως ἂν κατὰ μῆνα ἐν συνόδῳ μὲν ἡλιακὴ ἐγίνετο ἔκλειψις, ἐν πανσελήνῳ δὲ σεληνιακή. μένει οὖν ἐκλεῖπον αὐτῆς τὸ ἐκ τοῦ ἡλίου φῶς, ἕως οὗ τὸν κῶνον τῆς σκιᾶς παραλλάξασα τὰς αὐτὰς πάλιν τοῦ ἡλίου δέξηται αὐγάς.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, εἰ πολλάκις ἕκτην ὥραν νυκτερινὴν μεσουρανούσης τῆς σελήνης ἔκλειψις αὐτῆς γίνεται, ἀνάγκη μίαν ἀπ' αὐτῆς κάθετον διὰ μέσης τῆς γῆς μέχρι τοῦ ἡλίου διϊκνεῖσθαι. εἰ οὖν τὸ ὑπὲρ γῆν μεσουράνημα ἐπέχει, τότε ἡ σελήνη ἀνάγκη τὸν ἥλιον ἐν τῷ ὑπὸ γῆν εἶναι μεσουρανήματι, εἰς ὃ ἡ ἀπὸ τῆς σελήνης διαμέσης τῆς γῆς φέρεται κάθετος. ἐξ οὗ πάλιν ἐδείχθη περιφανῶς, ὅτι ὅσον τοῦ οὐρανοῦ μέρος ἐστὶν ὑπὲρ γῆν, τοσοῦτον αὐτοῦ καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὑπάρχει, μιᾶς ἐκ τῶν δύο ἡμισφαιρίων ἀποτελουμένης σφαίρας. καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα πρὸς ἀπόδειξιν τούτου λέγειν ἔχοντες, τοῖς εἰρημένοις ἱκανοῖς οὖσιν πρὸς πίστιν ἀρκούμεθα, καὶ αὐτὴν ἔχοντες μαρτυροῦσαν αὐτοῖς τὴν αἴσθησιν.

A dumtaxat opus est & accurata observatione; e quibus cum zodiacus totum cælum medium secet, cæli figuram sphæricam esse manifesto demonstratur.

Accipe etiam tertiam de hisce rebus demonstrationem, ipsam quoque nostris oculis conspicuam. Siquidem eclipsis solis exsistit, cum luna sub sole decurrens, cum ipso coincidit; sole quidem luce sua minime destituto, sed luna dum subtus ipsum cursum suum tenet, impediente, quo minus sol lumen suum in oculos nostros immittat. Quin & nube interposita, vel manu oculis opposita, solis radios non cernimus. Luna vero mole sua profundas tenebras facit, eo quod nobis sit propinquior, & plurimum aeris obumbret. Quare supra naturam B fuit eclipsis illa solis, quæ contigit sub crucem Salvatoris, plenilunio exsistente; (cujus & Phlegon meminit in Olympiadibus suis, quemadmodum superius indicavimus, & Dionysius quoque Areopagita modum ejus quo contigit, exponit,) cum lunæ eclipsis exsistat, quando ipsa si luce plena est, & quartum decimum mensis proprii diem agit, tum lunæ est affectio. Non enim propria luce splendet, sed instar speculi, a sole acceptum lumen ad nos deorsum reflectit. Denique illa pars ipsius semper illuminatur, quæ solem respicit; post novilunium quidem pars illa quæ vergit ad occidentem; (ibi enim tunc sol exsistit) post plenilunium vero pars illa quæ est versus occidentem, fit obscura; C quæ vero est ad orientem, adhuc manet lucida, quoniam sol illi tunc magis orientalis est. Quando autem illa pars ipsius quæ e diametro a nobis distat, tota soli directe opponitur, tunc etiam illa pars tota illuminatur.

Hoc quidem ita se habere manifestum est. Nox autem nihil aliud est, quam umbra terræ, ut ostendimus, quando sub illa sol exsistit. Porro umbra terræ lunarem sphæram transscendit, quæ omnium est inferior. Quando igitur luna ex opposito a sole distans tota illuminatur, juxta ipsummet medium circulum zodiacum exsistens quem sol perpetuo peragrat, dum neque ad partem ejus aquilonarem, neque ad australem deflectit, contingit tum tria D corpora, lunam, terram & solem, ad unum perpendiculum exsistere. Tum itaque umbra terræ ad ipsammet lunam usque incidente, accidit lunam ipsam a sole lumen nullum recipere; & hæc est eclipsis lunæ. Cum igitur neque magis aquilonaris, neque australior facta est ipso sole, tum quidem secundum mensem solaris eclipsis exsistit in novilunio, lunaris vero in plenilunio. Manet igitur lumen ejus quod a sole deficit, donec conum umbræ transgressa, solis radios iterum excipit.

Quæ cum ita sint, si sæpenumero hora sexta nocturna, dum luna medium cælum tenet, eclipsis ejus accidat, necesse est, unum perpendiculum ab E ipsa per mediam terram ad solem usque pertingere. Si itaque luna tum obtinet medium cælum quod super terram est, necesse est solem exsistere in medio cælo quod sub terra est, ad quod perpendiculum a luna per mediam terram ducatur. Unde iterum manifeste demonstratum est, tantam cæli partem esse super terram, quanta est infra terram, duobus hemisphæriis unam sphæram perficientibus. Ceterum & alia plura ad rem hanc demonstrandam habentes, cum ea quæ dicta sunt ad fidem faciendam sufficiant, finem facimus, cum & ipsummet sensum rerum harum testem habeamus.

1 Ἐν τῷ πρὸ τούτου] *Superius indicavimus*, reddit Corderius. Tu vero, *in praecedenti libro*, nimirum secundo, in cujus sane capite XXI. Phlegontis meminit, ejusque locum recitat auctor.

Sæcul. VI. circa Ann. Chr. 600.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ἔκθεσις γραφικῶν ῥήσεων, ἃς οἱ ἀπὸ Θεοδώρου προφέρουσιν ὅτι μὴ σφαιρικὸν δῆθεν τὸ οὐράνιόν ἐστι σῶμα. ὧν αἱ μὲν αὐτὸ τοὐναντίον δεικνύσιν, ὅτι σφαιρικόν· αἱ δὲ περὶ τοῦ σχήματος, οὐδένα λόγον ποιοῦνται.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐκ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, τοῦ μὴ σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ, μαρτυρίας προτείνουσιν, αὐτοῖς μὲν λυσιτελούσας οὐδὲν, ἐπισφραγιζούσας δὲ μᾶλλον τὸ ἡμέτερόν τε καὶ ἀληθές· καὶ τούτων ἑκάστην ἐπισκέψασθαι δίκαιον. Ἡσαΐας γὰρ ὁ προφήτης οὕτως εἶπεν· ὁ στήσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν, καὶ διατείνας αὐτὸν ὡς σκηνὴν κατοικεῖν. ἰδοὺ γάρ φησιν οὐ σφαῖραν εἶναι τοῦτον, ἀλλὰ καμάραν τὸ λόγιον εἴρηκεν. ἀλλ' οὐκ ἐπέστησαν ὡς τοῦτο μὲν τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοῖς φαινομένοις ὑπάρχει συμφωνότατον· τῆς δόξης δὲ αὐτῶν ἱκανώτατός ἐστιν ἔλεγχος.

Τὸ γὰρ ὑπὲρ γῆν καὶ ὁρώμενον τοῦ οὐρανοῦ μέρος ἡμισφαίριον ὑπάρχον, σαφῶς ὁ προφήτης ἡρμήνευσε. τὰ γὰρ κυκλοτερῆ σχήματα, τέλειον μὴ ἀπαρτίζοντα κύκλον, καμάρας καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι. ἥμισυ δὲ σφαίρας ὑπάρχει τὸ ὑπὲρ γῆν, οὔτε δὲ κυλίνδρου ὡς τοῖς Θεοδώρου δοκεῖ, οὔτε ὠοειδοῦς ἐστιν ἥμισυ, οὔτε ἄλλου τινὸς σχήματος. διχοτομουμένων γὰρ τούτων κατὰ μῆκος, τὰ ἑκάστου διχοτομήματα περατοῦσιν εὐθεῖαι γραμμαὶ, καὶ τὸ μῆκος ἔχουσι τοῦ πλάτους μεῖζον. μέση δὲ πάντων ἡ γῆ δέδεικται τὸ κέντρον ἐπέχουσα τοῦ παντός· καὶ διὰ τοῦτο πρὸς οὐδὲν ἀποκλίνουσα, ἀλλ' ἴσον τοῦ τε ἀνατολικοῦ σημείου καὶ τοῦ δυτικοῦ, βορείου τε καὶ νοτίου διέστηκεν. εἰ οὖν κέντρῳ τῷ τοῦ παντὸς χρήσαιο, διαστήματι δὲ τῷ μέχρι τῶν εἰρημένων ἑνὶ σημείῳ καὶ περιαγάγῃς τὴν τὸ διάστημα ποιοῦσαν εὐθεῖαν, διὰ τῶν τεσσάρων ἥξει σημείων, καὶ κύκλον ποιήσει, ὅς ἐστι πέρας τοῦ ὑπὲρ γῆν οὐρανοῦ διορίζων αὐτὸν τοῦ ὑπὸ γῆν, ὥστε καὶ αὐτὸς ὁ περιγραφεὶς κύκλος ἡμισφαίριόν ἐστιν ἐξ ἀνάγκης. καὶ ἐκ τῆς προφητικῆς ἄρα τοῦ Ἡσαΐου φωνῆς, σφαιρικὸν ἐδείχθη τὸ οὐράνιον σῶμα, τὸ ὁρώμενον τοῖς ἀνθρώποις μέρος αὐτοῦ διαγράψαντος. οὐ γὰρ ἀστρονομίαν τοὺς ἀνθρώπους ἐδίδασκεν, ἀλλ' ἐκ τῶν φαινομένων, εἰς ἐπίγνωσιν ἤγειρε τοῦ Θεοῦ.

Τούτῳ σύμφωνον καὶ τὸ, διατείνας αὐτὸν ὥσπερ σκηνὴν κατοικεῖν. καὶ γὰρ αἱ σκηναὶ διατεταμέναι, περιφερῶς ἔξωθέν εἰσιν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. ἔδαφος μὲν ἔχουσαι τὴν ὑποκειμένην γῆν. οἶκον δὲ τὸ κυκλοτέρως κάτωθεν, ἄνω στέγης τρόπῳ διεσχηματισμένον, εἰς οἴκησιν κατὰ σκιάσμα, ᾧ τὸν κόσμον τὸ προφητικὸν ὡμοίωσε λόγιον. τούτῳ σύμφωνόν ἐστι καὶ τὸ, ἐκτείνων τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ δέῤῥιν. δέῤῥεσι γὰρ ἔξωθεν αἱ σκηναὶ περιτειχίζονται, ὡς ἦν καὶ ἡ μωσαϊκή.

Ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἡμῖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ προφήτου προφέρουσιν, οὕτως ἔχον· ἄρατε εἰς τὸν οὐρανὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἐμβλέψατε εἰς τὴν γῆν κάτω· ὅτι ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, ἡ δὲ γῆ ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται· οἱ δὲ κατοικοῦντες αὐτὴν ὥσπερ ταῦτα ἀπολοῦνται. ἡ προκειμένη τοῦ προφήτου φωνὴ, μᾶλλον δὲ τοῦ Θεοῦ, οὔτε τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ, δηλοῦν ἐθέλει, οὔτε τὴν οὐσίαν, ὅτι λε-

CAPUT X.

Expositio verborum scripturæ quæ adferunt Theodori sectatores, ut probent cæleste corpus non esse sphæricum: quorum aliqua quidem contra demonstrant illud esse sphæricum; aliqua vero nullam de figura mentionem faciunt.

CUM vero etiam ex sacræ scripturæ testimoniis prætexant figuram cæli non esse sphæricam, quæ quidem ipsis nihil prosunt, nostram autem sententiam, ac veritatem potius ipsam confirmant; hæc quoque singula considerare par est. Isaias enim Propheta sic ait: [a] *Qui statuit quasi camer-*
B *ram cælum, & extendit ipsum quasi tabernaculum ad inhabitandum.* Ecce enim, inquiunt, ipsum non esse sphæram, sed scriptura ipsum cameram appellavit. Sed non intellexerunt hoc quoque in veritate cum rebus iis quæ apparent, maxime consentire, & opinionem ipsorum sufficientissime refutare.

Siquidem eam partem cæli quæ supra terram cernitur, hemisphærium esse Propheta clare exposuit: figuras enim circulares, quæ perfectum circulum non absolvunt, cameras seu fornices appellant homines; medium autem sphæræ est id, quod super terram exsistit, non autem cylindri, ut Theodori sectatoribus placet, aut ovalis aut alterius cu-
C jusdam figuræ medium. Istis enim secundum longitudinem in duas partes dissectis, quamlibet partem dissectam rectæ lineæ terminant, & majorem habent longitudinem quam latitudinem. Ostensum autem est terram esse mediam omnium, & universi hujus centrum occupare; & idcirco cum ad nihil deflectat, æqualiter ab orientali & occidentali, & ab aquilonari & australi signo distat. Si itaque centro hujus universi utaris, rectam autem lineam quæ est usque ad spatium unius ex prædictis signis circumducas, per omnia illa quatuor signa transibit; & circulum faciet, qui sit terminus cæli supra terram exsistentis, dividens ipsum ab eo quod infra terram est; ita ut ipse quoque
D circulus circumductus, necessario sit hemisphærium. Atque adeo etiam ex prophetica voce Isaiæ demonstratum est, cæleste corpus esse sphæricum, dum describit eam cæli partem quæ hominibus apparet. Non enim docuit homines astronomiam, sed ex iis quæ apparent, ad Dei notitiam excitavit.

Isti quoque consentit illud: [b] *Et extendit ipsum quasi tabernaculum ad inhabitandum.* Nam tabernacula extensa, ut plurimum forinsecus arcuantur. Siquidem subjectam terram habent pro pavimento, habitaculum autem inferne forma circulari, super-
E ne tecti in morem arcuatum, ad inhabitandum idoneum, cui mundum hunc propheticus quoque sermo assimilavit. Huic quoque consonat illud: [c] *Extendens cælum sicut pellem.* Tabernacula enim forinsecus muniuntur pellibus, sicut etiam erat illud Mosaicum.

Quin & alium locum ex eodem propheta nobis proferunt, qui sic habet: [d] *Levate in cælum oculos vestros, & inspicite in terram deorsum: Quia cælum sicut fumus firmatum est: at terra sicut vestimentum veterascet: qui vero ipsam inhabitant, sicut hæc peribunt.* Proposita vox Prophetæ vel potius Dei, non vult cæli nobis figuram explanare, neque etiam ejus substantiam, ac si tenuis quædam esset,

a Isa. XL. 22. b Ibid. c Psalm. CIII. 2. d Isa. 51. 60.

πτή τις ἐστὶ καπνοῦ δίκην, ἀλλ' ὅτι μηδὲν τῶν ὄντων, κἂν τὸ πάντων εἴπῃς τιμιώτατον, τὸ στάσιμον οἴκοθεν ἔχει, καὶ ἀδιάλυττον. εἰπὼν γὰρ, ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, τουτέστιν, ἀδιάλυτός ἐστι καπνοῦ δίκην, μὴ ὑπὸ Θεοῦ δηλονότι συνεχόμενος· ἀθέως ἐπήγαγε καὶ περὶ τῶν λοιπῶν· ἡ δὲ γῆ, ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεται. ὥστε εἰ τὸ, ὡς ἱμάτιον, μὴ τὴν οὐσίαν ἢ τὸ σχῆμα δηλοῖ τῆς γῆς, ἀλλὰ τὸ φθαρτὴν εἶναι τὴν φύσιν αὐτῆς· οὐδὲ τὸ, ὁ οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, τῆς οὐσίας αὐτοῦ δηλωτικόν ἐστιν, οὐδὲ τοῦ σχήματος, ἀλλὰ τὸ λεγόμενόν ἐστι τοιοῦτον. εἰ καὶ στερέωμα τοῦτον ἐκάλεσα ὅπερ δηλοῖ τὸ μὴ ἀσθενὲς μηδὲ ῥᾳδίως λυόμενον, διὰ τὸ στερέμνιον αὐτοῦ τῆς συστάσεως· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον, ὑπ' ἐμοῦ μὴ συνεχόμενος, ὡς καπνὸς ἐστερεώθη, ὃς ἅμα τῷ γενέσθαι διαλύεται. διὸ καὶ ἐπήγαγεν· οἱ δὲ κατοικοῦντες αὐτὴν ὥσπερ ταῦτα ἀπολοῦνται. ταῦτα ποῖα; ὁ οὐρανὸς δηλονότι καὶ ἡ γῆ, περὶ ὧν προύλαβε. πῶς οὖν ὡς ταῦτα ἀπολοῦνται; καπνοῦ δηλονότι τρόπον, καὶ ἱματίου παλαιουμένου.

Τούτῳ σύμφωνον καὶ τὸ, οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμενεῖς. καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, ὡς ἱμάτιον, καὶ ἀλλαγήσονται. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. ᾧ πάλιν ὅμοιον εἶπεν Ἡσαΐας· εἱλιγήσεται ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον. ὥστε περὶ τῆς φθορᾶς ἁπάντων τῷ Ἡσαΐᾳ, καὶ τῷ Δαβὶδ ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τῆς τοῦ παντὸς συντελείας. οὐκ [1] ἔνι αὐτοὺς δὲ παρέθηκεν ὁ Δαβὶδ τῷ Θεῷ, διὰ τοῦ εἰπεῖν, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν· ἀλλὰ τοιοῦτο τί φησιν· οὐχ ὥσπερ τὰ ἔτη τοῦ εἶναι πάντων τῶν ὑπὸ χρόνον ἐκλείπουσιν, οὕτω καὶ τὸ εἶναι τοῦ Θεοῦ ἐνιαυτοῖς περιγέγραπται. ὁ αὐτὸς γάρ ἐστιν ἀεὶ, καὶ ἀμετάβλητον ἔχει τὸ εἶναι.

Οἶμαι δὲ πάλιν ἀπὸ τούτων λαβὼν ὁ Πλάτων, τὸν δημιουργὸν τοῖς οὐρανίοις εἰσάγει λέγοντα. ἐπείπερ ἐγένεσθε, ἄλυτοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδὲ ἀθάνατοι τὸ πάμπαν· τὸ γὰρ δεθὲν ἅπαν, λυτόν· μόνῃ δὲ τῇ ἐμῇ συνεχόμενοι βουλήσει, τὸ ἀδιάλυτον ἕξετε.

Καὶ τὸ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ δὲ προφέρουσιν, οὕτως ἔχον· ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον; γενεὰ ἔρχεται, καὶ γενεὰ πορεύεται, καὶ ἡ γῆ εἰς τὸν αἰῶνα ἕστηκε. καὶ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει. ἀνατέλλων αὐτὸς ἐκεῖ πορεύεται πρὸς νότον, καὶ κυκλοῖ πρὸς βορρᾶν, κυκλοῖ κυκλῶν. πορεύεται τὸ πνεῦμα, καὶ ἐπὶ κύκλους αὐτοῦ ἐπιστρέφει τὸ πνεῦμα. πάντες οἱ χείμαρροι πορεύονται εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστι ἐμπιπλαμένη. εἰς τὸν τόπον οὗ οἱ χείμαρροι πορεύονται, ἐκεῖ αὐτοὶ ἐπιστρέφουσι τοῦ πορευθῆναι. ταῦτα ὑπαναγνόντες, ἰδοὺ, φασιν, οὐκ εἶπε δύνοντα τὸν ἥλιον ὑπὸ γῆν φέρεσθαι, ἀλλ' ἐκ τῶν νοτιωτέρων ἐξ ὧν ἀνατέλλει κυκλεῖν ἐπὶ τὰ βόρεια, κἀκεῖθεν εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ἕλκειν, τὸν ἀνατολικόν. τε καὶ νότιον. ἐγὼ δὲ τὸν λόγον μικρὸν ἄνωθεν ἐξετάσω, συντελοῦν ἡμῖν τοῦτο πρὸς τὸ ζητούμενον.

Ἠθικώτερον τῷ Σολομῶντι τὸ βιβλίον, οὐ φυσικῶς διεσκεύασται τοῦτο, ὡς αὖ τὴν περὶ τὰ αὐτὰ ματαίαν τῶν ἀνθρώπων παῦσαι σπουδὴν, ὡς μηδὲν καινότερον ἐν μηδενὶ δυναμένων ἐπινοεῖν· διὸ καὶ ματαιότης μα-

in fumi morem; sed quod nihil rerum exsistentium, etsi id quod omnium præstantissimum est, dixeris, stabilitatem a se habeat & indissolubilitatem. Cum enim ait: *Cælum sicut fumus firmatum est*, id est, dissolubile exsistit instar fumi, nisi videlicet a Deo contineatur. Statim subjunxit etiam de reliquis: *Terra autem sicut vestimentum veterascet*. Itaque si *sicut vestimentum*, neque substantiam, neque figuram terræ significat, sed naturam ejus esse corruptibilem; utique nec illud: *Cælum sicut fumus firmatum est*, substantiam vel figuram ejus declarat; sed id quod dicitur, est ejusmodi. Etsi firmamentum hoc appellarit, quod significat id quod minime infirmum est, neque facile resolvitur propter soliditatem constitutionis suæ; nihilominus tamen nisi a me contineretur, sicut fumus firmatum esset, qui simul atque oritur, dissolvitur. Quocirca etiam subjunxit. *Qui vero ipsam inhabitant, sicut hæc peribunt*. Hæc qualia sunt? cælum scilicet & terra de quibus antea egit. Sed quomodo sicut hæc peribunt? instar nimirum fumi, & vestimenti veterascentis.

Huic consonat etiam illud: [a] *Cæli peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent; & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*. Cui iterum simile quid dixit: [b] *Contabescet cælum sicut liber*. Ita ut de universorum interitu, tam Isaiæ quam Davidi sermo sit, & de consummatione universi. Nequaquam autem ipsos David cum Deo comparat, quod dicat, *Et anni tui non deficient*: sed quid simile dicit: Non sicut anni exsistentiæ rerum omnium temporalium deficiunt, sic etiam exsistentia Dei annis circumscribitur. Nam semper idem ipse est, & statum habet immutabilem.

Existimo autem Platonem hinc iterum accepisse illud, ubi creatorem hoc modo cælis loquentem introducit: Quandoquidem facti estis, indissolubiles quidem non estis, neque omnino immortales: quidquid enim ligatum est, solvi potest; sola vero mea voluntate contenti, indissolubilitatem obtinebitis.

Quin & illud Ecclesiastæ proferunt, quod sic habet: [c] *Vanitas vanitatum, omnia vanitas. Quæ abundantia homini in omni labore suo, quo laborat sub sole? Generatio vadit, & generatio venit, & terra in sæculum stetit. Et oritur sol, & occidit sol, & in locum suum trahit. Oriens ipse illic vadit ad austrum, & circuit ad aquilonem, circuit circumiens. Pergit spiritus, & ad circulos suos revertitur spiritus. Omnes torrentes vadunt ad mare, & mare non est repletum. Ad locum quo torrentes vadunt, illuc ipsi convertuntur ad eumdem*. Hæc repetentes, Ecce, inquiunt, non dixit occidentem solem sub terram ferri, sed ex partibus magis australibus e quibus oritur, circuire ad partes aquilonares, & inde ad locum suum tendere orientalem & australem. Ego autem sermonem hunc paullo altius investigabo, quod nobis utile erit ad hanc quæstionem.

Itaque licet quis conceſſerit ipſis, canem eſſe luna majorem; in illuminando tamen ipſi plurimum cedit, forte etiam omnino deficit, quod omnibus ſimul tam errantibus quam inerrantibus ſtellis accidit: ita ut illuminandi facultate poſt ſolem, non una dumtaxat, ſed omnibus ſimul ſtellis luna major exſiſtat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιζ'.

Τί ἐστι τὸ, εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον, καὶ εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς τὴν σελήνην;

ΤΙ δέ ἐστιν, εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας τὸν ἥλιον, καὶ εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς τὴν σελήνην; οὐχ' ὅπερ ἄν τις ἀλόγως ὑπονοήσειε, τὸ συνάρχεσθαι τῇ μὲν ἡμέρᾳ τὸν ἥλιον, τῇ νυκτὶ δὲ τὴν σελήνην. τὸν μὲν οὖν ἥλιον, οὐδὲ δεῖ τῇ ἡμέρᾳ συνάρχεσθαι λέγειν. αὐτὸς γὰρ τῆς ἡμέρας ἐστὶ ποιητικός· τουτέστι τοῦ ἡμερινοῦ καταστήματος, οὐδὲν γὰρ ἄλλον ἐστὶν ἡμέρα, ἢ τὸν ἥλιον ὑπὲρ γῆν εἶναι· ἡ δὲ σελήνη κατὰ μόνην μίαν ἡμέραν τοῦ μηνὸς, ἐν ᾗ πανσέληνος γίνεται, συνάρχεται τῇ νυκτὶ, καὶ συμπαρατείνεται πάσῃ. ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς ἁπάσαις τοῦ μηνὸς ἡμέραις, ὑπολείπεται κατὰ μέρος τοσοῦτον, ὅσον τῷ ἡλίῳ καὶ συνδύνει, καὶ παντελῶς ἐστὶν ἀφεγγὴς τὸ πρὸς ἡμᾶς· ὥστε οὐδὲ πάσης ἄρχει νυκτὸς, οὐδ' ὅλης ἑκάστης.

CAPUT XVII.

Quid ſit, ſolem eſſe in principatus diei, & lunam in principatus noctis?

E QUid porro eſt ſolem eſſe in principatus diei, & lunam in principatus noctis? ne quis temere ſuſpicetur ſolem quidem una cum die principatum gerere, lunam vero cum nocte. Nequaquam itaque dicendus eſt ſol cum die principatum gerere: nam ipſe diem efficit, id eſt ſpatium diurnum, quoniam dies nihil aliud eſt quam exſiſtentia ſolis ſuper terram; luna vero ſecundum unicum dumtaxat diem quo plenilunium exſiſtit, nocti conregnat & toti coextenditur; reliquis autem omnibus diebus menſis pro tanta parte deficit, pro quanta cum ſole occumbit, & reſpectu noſtri penitus non lucet; ita ut neque omni nocti imperet, neque toti cuilibet.

Τί οὖν ἐστι τὸ εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς θεῖναι τὴν σελήνην; ὅτι τὸ φῶς αὐτῆς ἀεὶ τῆς νυκτὸς ἐπικρατεῖ, τότε σκότος αὐτῆς λύουσα, καὶ τὸ τῶν ἀστέρων ἀμβλύνουσα φῶς. ἐν πανσελήνῳ μὲν οὖν, ὡς εἶπον, ἁπάσης κρατεῖ τῆς νυκτὸς, ἐν ἀμφικύρτῳ δὲ τῇ πρὸ τῆς πανσελήνου, καὶ τῇ μετ' αὐτὴν τοῦ πλείονος· ἐν διχοτόμῳ δὲ πάλιν ἑκατέρωθεν τοῦ ἡμίσεος· ἐλαχίστου δὲ κατὰ τὰ μηνοειδῆ σχήματα. ὁ δὲ ἥλιος πάσης ἐπικρατεῖ τῆς ἡμέρας· αὐτὸς, ὡς εἶπον, αὐτὴν ποιῶν ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα γινόμενος.

A Quid igitur sibi vult, lunam in noctis principatus esse positam? Quod nimirum noctu semper lumen ejus prævaleat, quando ipsa tenebras solvit, & stellarum lumen obtundit; quoniam in plenilunio, uti dicebam, totam noctem obtinet; in gibbosa autem quæ plenilunium præcedit ac subsequitur, partem ejus majorem; in dimidiata vero rursus utrimque mediam: denique minorem secundum minores lunæ formas. Sol vero tota die prævalet, quippe qui hanc, uti dicebam, super horizontem exsistens efficit.

Καὶ τοῦτο σαφέστερον Ἀκύλας ποιεῖ καὶ Θεοδοτίων, ὁ μὲν οὕτως εἰπών· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, σὺν τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, καὶ σὺν τὸν φωστῆρα μικρὸν εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. Θεοδοτίων· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν μικρὸν εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. τούτοις συμφωνοῦσιν ἐν τοῖς ψαλμοῖς οἱ ἑβδομήκοντα, τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ, τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. ὁμοίως οὖν ἐνταῦθα καὶ τὸ παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα ἀκουσόμεθα τὸ εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸ εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, τουτέστιν εἰς τὸ ἐξουσιάζειν τὸν μὲν ἥλιον τῆς ἡμέρας, τὴν δὲ σελήνην τῆς νυκτός. τούτοις καὶ ὁ Σύμμαχος συμφωνεῖ, τὸν φωστῆρα τὸν μείζω εἰς τὸ ἡγεῖσθαι τῆς ἡμέρας, τὸν δὲ φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἡγεμονίαν τῆς νυκτός. τὸ γὰρ ἡγεῖσθαι σαφηνίζων εἰς τὸ ἡγεμονίαν μετέλαβεν, ὅπερ ταυτόν ἐστι τῇ ἐξουσίᾳ, καὶ τῷ ἄρχειν. ἐπικρατεῖ γὰρ καὶ ἐξουσιάζει. ἥλιος μὲν τοῦ ἡμερινοῦ καταστήματος, σελήνη δὲ τοῦ νυκτερινοῦ· οὐ μόνον κατὰ τοὺς φωτισμοὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν ὑπὸ σελήνην σωμάτων μεταβολήν. νυκτὶ γὰρ ἡ σελήνη μετρίως τὸν ἀέρα θερμαίνουσα, χεῖ τὴν ἀτμίδα τὴν ἐν αὐτῷ, καὶ ὑγρὸν ποιεῖ τὸ κατάστημα. λῦσαι δὲ αὐτὴν οὐ δυναμένη, τροφῆς αἰτία γίνεται πολλάκις καὶ αὐξήσεως. τούτων γὰρ τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν αἴτιον· ὡς τὰ ὀστρακόδερμα δείκνυσι φανερῶς, εὐτραφῆ μὲν ὄντα ταῖς περὶ τὰς πανσελήνους ἡμέρας, ἐλλειπῆ δὲ ταῖς ἑτέραις. ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γίνεσθαι νομίζειν εὔλογον, εἰ καὶ ἡμῖν ἐστιν ἀσυναίσθητον. τοῦτο δὲ ποιεῖν ἐν ἡμέρᾳ οὐ δύναται ὑπὸ τῆς τοῦ ἡλίου νικωμένη δυνάμεως.

Atque hoc Aquila & Theodotion faciunt manifestius. Ille quidem cum sic ait: *Et fecit Deus duo luminaria magna; simul luminare magnum in* B *potestatem diei, & simul luminare parvum in potestatem noctis.* Theodotion: *Et fecit Deus duo luminaria magna; luminare magnum in potestatem diei; & luminare parvum in potestatem noctis.* Hisce consentiunt in psalmis septuaginta: [a] *Qui fecit luminaria magna solus; solem in potestatem diei; lunam & stellas in potestatem noctis.* Eodem ergo modo heic intelligemus illud Septuaginta: *In principatus diei, & in principatus noctis.* Nempe ut sol potestatem habeat diei, luna vero noctis. His etiam Symmachus consentit; ut luminare majus sit in ducatum diei, luminare vero minus sit in ducatum noctis. Dum enim explicavit verbum ἡγεῖσθαι, accepit pro ducatu; C quod idem est quod potestas & imperium: siquidem prævalet, & potestatem habet, sol quidem interdiu, luna vero noctu, non solum secundum illuminationes, verum etiam secundum immutationem corporum sublunarium. Dum enim luna noctu moderate aerem calefacit, vaporem suum diffundit, & subjectum terræ gremium humectat: dum autem humor iste resolvi nequit, plurimis alimentum & incrementum suppeditat: quoniam humidum & calidum his conducunt, quemadmodum ostrea seu conchylia manifeste declarant, quæ circa dies plenilunii plena sunt, ceteris autem temporibus deficiunt: quod probabiliter in aliis quoque fieri putandum est, tametsi a nobis id non ita D percipiatur. Hoc autem interdiu efficere non potest, eo quod virtute solis superetur.

Τὴν δὲ τοῦ ἡλίου ἐπὶ πάντα ἐνέργειαν, τά τε ζῶα, καὶ τὰ φυόμενα, τίς ἀγνοεῖ; μεγίστην τῇ γενέσει πάντων συνεισάγοντος μοῖραν τῆς τῶν καιρῶν διαδοχῆς τῇ κινήσει τούτου γινομένης, ὡς ἤδη προείρηται· ἐξ ὧν ἡ τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὴ καὶ καιροί· ἥτε τῶν ἀπὸ γῆς βλάστησις, πέψις τε, καὶ τροφὴ, αὔξησίς τε καὶ εἰς τὸ τέλειον πρόοδος, καὶ ἡ τῶν ζώων γένεσις, καὶ μάλιστα τῶν ἀερίων τε καὶ ἐνύδρων, ἄλλων κατ' ἄλλον γινομένων, τόπον τε καὶ καιρόν. περὶ δὲ τοῦ τῆς σελήνης μεγέθους, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γινομένων τοῖς σώμασι μεταβολῶν, ὁ μέγας Βασίλειος ἄριστα λίαν πεφιλοσόφηκεν, ἐξ οὗ πάρεστι καρποῦσθαι μεγίστην τοῖς βουλομένοις ὠφέλειαν.

Porro solis in res omnes cum in animalia, tum in plantas efficaciam quis ignorat? cum omnium generationi plurimum conferat, cujus motu qui tempora distribuit, uti dictum est, hoc accidit: unde elementorum in se invicem mutatio & tempestivitates exsistunt, uti & terræ germinatio, atque concoctio, & nutrimentum, incrementumque & ad perfectionem profectus, nec non animalium ortus, maxime aeriorum & aquatilium, dum alia aliis tam loco quam tempore succedunt. Ceterum de lunæ magnitudine & immutationibus quæ ex ipsa in corporibus exsistunt, magnus Basilius optime phi- E losophatus est, ex quo qui volunt, maximam referre poterunt utilitatem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιη'.

Ὅτι αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἡ ἀστρολογικὴ μέθοδος, ἐλέγχεται, μὴ ποιητικὴ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ὑπάρχουσα.

Ἐπειδὴ δέ τινες τὸ εἰς σημεῖα γεγονέναι τοὺς ἀστέρας ἀκούσαντες, περὶ τῆς ἀσεβοῦς γενεθλιαλογίας τὸ λεχθὲν ἐξειλήφασι, τὰς ἑαυτῶν ἀτόπους

CAPUT XVIII.

Astrologicam rationem ipsam per se argui non esse caussam rerum, quæ nobis accidunt.

CUM aliqui, dum audiunt stellas in signa & tempora factas esse, de impia genethlialogia hoc dictum accipiant, absurdis suis opinionibus pa-

[a] Psalm. cxxxv. 8.

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
600.



ὑπολήψεις παραμυθούμενοι, ἀρκεῖν μὲν ἡγοῦμαι, τὰ εἰς τὸν τόπον εἰρημένα τῷ σοφωτάτῳ Βασιλείῳ, ταύτης πρὸς ἔλεγχον. πλεῖστα δὲ καὶ ἄλλοις αὐτάρκως εἴρηται, καὶ τὰ ἐκείνων λέγειν ἡμᾶς, οὔτε εὔλογον, οὔτε ἀναγκαῖον, ἑτοίμων ὄντων τοῖς ἐθέλουσιν ἐκείνων. πολλὰ δὲ πρὸς τοῦτο καὶ Ὠριγένει τῷ παλαιῷ γέγραπται. ἐγὼ δὲ μιᾶς αὐτοῦ καὶ μόνης ἐπιχειρήσεως μεμνήσομαι, καινοπρεποῦς τε οὔσης, καὶ οὐδὲ τῶν μετ᾽ αὐτὸν ἐγνωσμένης πολλοῖς, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς γενεθλιαλογικῆς μεθόδου ταύτην αὐτὴν ἐλεγχούσης.

Πρῶτον μὲν οὖν φησιν ἐκεῖνος· Θαυμάσειεν ἄν τις ἑλλήνων, πῶς τοσαύτας μαντειῶν μεθόδους ἐπινοήσαντες συμβόλους, οἰωνοσκοπίαν, σπλάγχνων τε ἀνατομὰς, χειροσκοπίαν τε, καὶ τὴν διὰ πυρὸς θεωρίαν, ἀστεροσκοπίαν τε τὴν ἐν τοῖς διάττουσι, καὶ τὴν ἐν τοῖς χρηστηρίοις ἀπάτην, καὶ τούτων ἑκάστην σημαντικὴν τῶν ἐσομένων, οὐ ποιητικὴν ὑποθέμενοι, μόνην ἀστρολογίαν δραστήριον εἶναι τῶν ἐξ αὐτῆς δηλουμένων, ὑπέθεντο, τῆς ἑαυτῶν, ὡς ἔοικεν ἀνοσιουργίας ἐπινοοῦντες παραψυχὴν, ὡς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ, καὶ οὐ πονηρίᾳ λογισμῶν ταῦτα πράττουσιν. ὅτι γὰρ εἰ καὶ συγχωρηθείησαν ἀληθεύειν, φησὶν ἐκεῖνος, σημαντικὰ μόνως εἰσὶν, οὐ δραστήρια, ἐξ αὐτῆς τῆς γενεθλιαλογικῆς μεθόδου δείκνυσιν, ἀριστοτελικῷ κανόνι χρησάμενος. κἀκεῖνος γὰρ ζητῶν, ποῖόν ἐστι τῶν ἀστέρων τὸ σχῆμα· ὅπερ ἂν, φησιν, ἑνὸς ἀστέρος ὑπάρχον τὸ σχῆμα δείξωμεν, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸ πάντων ἀνάγκη. εἶτα δείξας ἐκ τῶν φωτισμῶν τῆς σελήνης σφαιρικὸν αὐτῆς εἶναι τὸ σχῆμα, ἐκ τούτου καὶ τὸ πάντων εἶναι τοιοῦτο συνελογίσατο.

Τοῦτο οὖν καὶ ἐπὶ τῶν σχηματισμῶν, τῶν κατὰ τὰς γενέσεις τῶν ζώων Ὠριγένης ἐποίησεν. ὅτι γὰρ ἂν ἐφ᾽ ἑνὸς τῶν σχηματισμῶν εὕρωμεν φυσιν, εἴτε σημαντικὸν ἐκεῖνο φανείη τῶν παρ᾽ ἡμῖν γινομένων, εἴτε ποιητικὸν, τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ πάντων ὑπάρχειν ἀνάγκη. ἀξίωμα δέ τι προείληφε πᾶσιν ὁμολογούμενον, ὡς οὐδὲν τῶν ποιητικῶν αἰτίων, ὕστερον ὑπάρχειν τῶν αἰτιατῶν δυνατὸν, ἀλλὰ προϋπάρχει τούτων, ἢ εἰ τῷ δοκεῖ, συνυφέστηκε τοῖς αἰτιατοῖς. τούτου δεδομένου, ἐπὶ τὸ ζητούμενον μέτεισι. λαμβάνοντές φησιν οἱ γενεθλιαλόγοι τοῦ ἄρτι γενομένου τὸ θέμα παιδὸς, οἷόν τις τῶν ἀστέρων ὁ προσκοπῶν αὐτοῦ τὴν γένεσιν, ἢ τις τὸν δυτικὸν εἶχεν ὁρίζοντα, τις τὸ μεσουρανοῦν ὑπέρ γῆν τε καὶ ὑπὸ γῆν· καὶ ποῖον τῶν ἐν τῷ ζωδιακῷ σημείων τῶν πλανωμένων ἕκαστος εἶχε, τάς τε πρὸς ἀλλήλους αὐτῶν σχηματισμοὺς, καὶ ὅσα τούτοις ἕτερα τηρεῖν αὐτοῖς ἔθος. ἐκ τούτων οὐ μόνον τὰ ἐσόμενα τῷ τεχθέντι τότε προλέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους τῶν ἤδη προγεγενομένων αὐτῷ γονέων· καὶ εἰ τεθνηκότες, ὡς εἰκὸς εἶεν, λέγειν πειρῶνται ποῖον ἔσχε βίον ὁ τούτου πατὴρ, πότερα στρατιωτικὸν, ἐμπορικὸν, ἀπράγμονα, λογικὸν, ἱερατικόν. ποίας τε τὴν περιουσίαν ἦν, τὰ ἤθη τῆς ψυχῆς, καὶ τοῦ σώματος, καὶ πόσον ἐβίω χρόνον, εἰ τεθνηκὼς ἔτυχεν ἤδη, ἢ ἔτι βιώσεται. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ μητρὸς καὶ ἀδελφῶν εἰ προϋπάρχοιεν τῷ τεχθέντι.

Ὅτι οὖν, φησι, ταῦτα λέγουσιν, αὐτοῖς ἀληθεύειν δώσομεν, δῆλόν ἐστιν ὅτι ὁ εὑρεθεὶς ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδὸς τῶν ἄστρων σχηματισμὸς οὐκ ἦν τῶν προγενομένων ποιητικὸς, σημαντικὸς δὲ μόνον. οὐκοῦν καὶ τῶν ἐσομένων τῷ παιδὶ σημαντικὸς, οὐ ποιητικὸς ὑπάρχει. ἀδύνατον γὰρ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τὰ μὲν σημαίνειν τι καὶ ποιεῖν, τὰ δὲ μόνον σημαίνειν καὶ μὴ ποιεῖν. καὶ τοῦτο ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν γιγνομένων ἐστίν. εἰ οὖν πάντες εἰσὶ τῶν προϋπαρξάντων σημαντικοὶ, καὶ τῶν ἐσομένων ἄρα πάντες εἶεν

A trocinia quærentes; existimo quidem illa sufficere quæ a sapientissimo Basilio ad hunc locum dicta sunt, ad ejus refutationem. Quin & ab aliis quoque plurima sunt abunde dicta, quæ nos repetere neque consentaneum, neque necessarium est, cum in promtu sint iis uti volentibus. Quin & plurima ab antiquo illo Origene de hoc argumento conscripta sunt. Ego dumtaxat unicum ac solum argumentum ejus memorabo, quod & quasi novum sit, neque post ipsum multis cognitum, & ex ipsismet principiis genethliacis ipsammet refellat.

Primum quidem inquit ille: Mirabitur quis forte gentilium; quorsum, cum tot symbolicas divinationum rationes excogitarint, ut augurationem, B viscerum rimationes, manuum inspectionem, per ignem lustrationem, stellarum observationem, cum in cribris, tum in oraculis imposturam; & quamlibet harum futurorum designatricem, non effectricem caussam supponentes, solam astrologiam, ea quæ ex ipsa designantur, efficere supposuerint? In suæ uti verosimile est impietatis solatium, id excogitantes, ac si hæc fati necessitate, ac non nequitia cogitationum suarum perpetrarent. Quod enim, inquit ille, licet verum dicere concedantur significantia solum sint, non efficientia, ex ipsa genethliaca ratione demonstrant; Aristotelico utens argumento. Nam & ille quærens qualis sit figura stellarum: Qualem, inquit, unius stellæ figuram ostenderimus, talem necesse esse & ceterarum. C Deinde ubi ex lunæ illustrationibus ostendit, figuram ejus esse orbicularem, inde etiam omnium figuram similem esse collegit.

Hoc utique etiam fecit Origenes in efformationibus animalium secundum generationes. Quod enim, inquit, in una formatione reperimus, sive illud appareat significativum eorum quæ a nobis fiunt, sive effectivum, id ipsum etiam in omnibus locum habere necesse est. Assumsit autem axioma quoddam, omnibus probatum; quod nempe nulla caussa efficiens posterior esse possit suis effectis, sed vel præexsistat, vel si placet, saltem coexsistat effectis suis. Quo concesso, transit ad id quod quæritur. Observantes, inquit, genethliaci thema seu genituram recens geniti infantis, v. g. quale D sidus sub ejus nativitatem exortum sit, vel quæ stella tum occiduum horizontem tenuerit; quæ item medium cælum tam supra quam infra terram occuparit; & quale quælibet signorum errantium in zodiaco habuerit, & quales earum inter se habitudines exstiterint, ceteraque quæ ipsi observare solent: Ex his non solum ea quæ futura sunt, tunc nato prædicunt, verum etiam vitas majorum qui ipsum jam pridem præcesserunt; & si defuncti sint, uti notum est fieri, conantur dicere qualem hujus pater vitam egerit, utrum militarem, mercatoriam, otiosam, rationalem, ecclesiasticam. Quales item habuerit facultates, mores animi corporisque, & quanto tempore vixerit, num jam defunctus sit, num adhuc vivat. Eadem etiam E de matre ac fratribus tradunt, si nato præexstiterint.

Quando itaque, inquit, hæc dicunt, demus eos verum dicere; manifestum certe est siderum figuram seu constitutionem quæ sub pueri nativitatem exsistebat, minime fuisse effectivam progenitorum, sed tantum significativam. Ergo etiam eorum quæ puero eventura sunt, significativa est, non effectiva. Impossibile enim est unam eamdemque stellam, aliqua quidem significare & efficere, alia vero solum significare, & non efficere. Atque hoc in singulis eventis locum habet. Si itaque omnes

ἂν σημαντικοί. δραστήριος δὲ τούτων οὐδείς· τοσαῦτα μὲν οὖν ἐκεῖνος.

sint significativæ eorum quæ præexstiterunt, utique etiam omnes futurorum significativæ erunt; harum vero nulla erit efficiens. Atque hæc quidem ille.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Ὅτι ἡ γενεθλιαλογία, Θεοῦ καὶ ἀρετῆς ἀλλοτριοῖ, τοὺς αὐτῇ προσέχοντας· διὸ θείᾳ προνοίᾳ, πάντες οἱ βίον αὐτὴν ἔχοντες, δυστυχῆ καὶ παναθλίαν τρίβουσι ζωήν.

ΟΤΙ δὲ θεομίσης ἡ ἐπιτήδευσις τῆς γενεθλιαλογίας, καὶ ψυχῆς ὄλεθρος ἀφιστῶσα Θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος τοὺς μετόχους αὐτῆς, καὶ τοῦ δι' εὐχῶν καὶ εὐζωΐας αἰτεῖν ἐξ αὐτοῦ τὰ προσήκοντα, ὡς οὐδενὸς παρὰ τὴν εἱμαρμένην συμβαίνοντος, μηδὲν ἐφ' ἡμῖν γίνεσθαι βουλομένης, μηδ' ὅσον ὀφθαλμοῦ φασι περιηγέα κύκλον ἑλίξαι, ἐξ αὐτῆς δῆλον. πάντες γοῦν ὅσοι τοῦ βίου τὰς ἡνίας ἁπάσας ἀνῆψαν αὐτῇ, ἐπιῤῥεπεῖς οὗτοι πρὸς πᾶσαν ἄτοπον ὑπάρχουσιν ὄρεξιν. ὁ γὰρ πιστεύσας ἐκ τῆς ἐκεῖθεν ἀνάγκης ἥκειν αὐτῷ τὸ φαύλως βιοῦν, πῶς οὐχ' ὅτι ἂν εἰς λογισμὸν αὐτῷ τῶν ἀτόπων ἔλθοι, ἐπὶ τὴν πρᾶξιν εὐθὺς ἀνεπιστρόφως ὁρμήσει, ὡς οὐκ ἐνὸν παρελθεῖν, ὅπερ ἂν ἐκείνη τῶν φαυλοτάτων κελεύει δρᾶν; Θεοῦ δὲ λόγος αὐτοῖς οὐδεὶς, οὐδὲ τῶν βεβιωμένων ἀγαθῶν τε καὶ τῶν ἐναντίων ἐλπὶς ἀμοιβῆς. τί οὖν ἀντιβαίνειν ταῖς ἐπὶ τὰς ἀτόπους ἡδονὰς ὀρέξεσι; τίς δὲ αὐτοῖς πόνων ἀρετῆς ἐλπὶς, οὐδενὸς ἐκ τούτου περιγινομένου τῶν ἀγαθῶν, ὃ μὴ τῶν ἀστέρων ἡ κίνησις διδῷ; δίκην οὖν ἀλόγων ὅπῃ ἀνάγωσι τὰ πάθη φέρονται μηδὲν εἶναι τῶν ὁρωμένων πλέον ἡγούμενοι. διόπερ οἱ βίον ταύτην ἀράμενοι, θείᾳ προνοίᾳ δυστυχήμασιν, ὡς ἐπίπαν, περιπίπτουσιν ἐσχάτοις, ὡς καὶ αὐτῶν εἶναι τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς. ἵνα ταύτῃ γοῦν τοῦ κακοῦ λαβόντες συναίσθησιν, οἶμαι καὶ κόρον, τὴν αἰτίαν τῶν δυστυχημάτων αὐτοῖς ἐξομόσωνται, καὶ δι' αὐτῶν ἕτεροι τῷ παραδείγματι σωφρονέστεροι γίνωνται.

CAPUT XIX.

Genethlialogiam, ipsi addictos, a Deo ac virtute avertere: propter quod omnes qui ista se alunt, divina providentia calamitosam ac miseram vitam agere.

PОrro institutum genethlialogiæ Deo exosum & animæ perniciosum esse, cum consortes suos a Deo & in eum spe avertat, adeo ut neque orationibus neque vita proba ab eo quæ salutaria sunt postulent, ac si nihil præter fatum eveniret, neque quidquam velit in nostra potestate exsistere, ne tantillum quidem, ut ajunt oculum circumagendo movere, ex hoc ipso fit perspicuum. Omnes itaque qui cunctas ipsi suas vitæ rationes accommodaverunt, hi ad omnem absurdam cupiditatem propensi sunt. Qui enim credit inde sibi perverse vivendi necessitatem incumbere, quomodo non, quando illi absurda quæque in mentem venerint, illico in actum nil curando proruet, quasi evitare nequeat, quæcumque etiam flagitiosissima illa præceperit? Nullam vero ipsi Dei rationem habent, neque spem ullam retributionis gestorum bonorum vel contrariorum. Quid igitur turpium voluptatum cupiditatibus resistat? Quæ porro ipsis spes sit in laboribus virtutis, cum nihil inde bonorum eveniat, nisi quod stellarum motus concesserit? Meritam ergo eorum quæ imprudenter agunt, passionum pœnam ferunt, nihil putantes esse majus iis quæ cernuntur. Quapropter qui hanc vitam ducunt, divina providentia in extremas plerumque incidunt difficultates, ut etiam rebus ad vitam necessariis destituantur: quod fieri existimo, ut vel hac ratione mali sensu percepto, eoque saturati, calamitatum suarum caussam detestentur, aliique exemplo eorum cautiores fiant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Ὅτι οὐ τέχνης ἔργον ἐστὶν ἡ γενεθλιαλογία, ἀλλὰ τύχης, ἣν οὐ μόνους ἀγνοεῖν ἀνθρώπους, ἀλλ' οὐδὲ θεοὺς εἰδέναι φησὶν ὁ Πορφύριος.

ΟΤΙ δὲ καὶ ψευδὴς, καὶ οὐδὲ τέχνην ὅλως αὐτὴν ὀνομάζειν χρὴ, δῆλον ἐντεῦθεν. πᾶσα γὰρ τέχνη τὰ ἴδια τελεῖ, ὡς ἐπίπαν κατορθοῦσα, σπανίαν τὴν ἐν τούτοις ἀπότευξιν ἔχει. τὸ δὲ ἐπέλαττον καὶ σπανίως γινόμενον, τύχῃ συμβαίνειν ὁμολογοῦσιν ἅπαντες. ὡς εἴ τις ἀγρὸν σκάπτων φυτείας ἕνεκεν, εὕροι θησαυρὸν, ἢ λούσασθαι προελθὼν τῷ πάλαι ζητουμένῳ περιτύχοι, ὁποία καὶ ἡ γενεθλιαλογία ἐστί. πλεῖστα γὰρ ἀποτυγχάνουσα, ἐν ὀλίγοις ἐσθότε, καὶ ὀλιγάκις συμφωνοῦντα τοῖς λόγοις ἔχει τὰ πράγματα. τοῦτο δὲ τύχης, ὡς εἶπον, οὐ τέχνης τεκμήριον· ὅθεν οἱ μετιόντες αὐτὴν τῆς ἀγνοίας αἰσθόμενοι, ἄλλοι εἰς ἄλλας τῆς ἀποτεύξεως αἰτίας τρέπονται. καὶ κοινὸν μὲν ἅπασι τὸ, εἰ δὲ ὥρη ψεύσηται, συνεξώλισθεν ἅπαντα, ἣν εὑρεῖν ἐστιν ἀδύνατον.

Ἀλλ' οὐκ ἂν οἱ θεοὶ τῆς ὥρας τὴν ἄγνοιαν δικαίως ἂν αἰτιάσωνται· δι' ὃ Πορφύριος ὁ περὶ πᾶσαν αἰγυπτίαν ἐσπουδακὼς, ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ περὶ ἐκλο-

CAPUT XX.

Genethlialogiam non artis, sed casus fortuiti opus esse; quam non solos homines ignorare, sed neque deos ipsos scire Porphyrius ait.

QUod vero etiam mendax sit, neque ipsam omnino artem appellare deceat, hinc manifestum est. Quoniam ars omnis quæ sibi propria sunt perficit, quippe quæ plerumque scopum suum assequitur, & raro admodum ab eo aberrat. Id quod autem minus frequenter ac raro fit, illud casu fortuito evenire omnes confitentur. Ut si quis agrum plantandi caussa fodiens, inveniat thesaurum, vel se lotum iens, incidat in id quod olim quæsivit, qualis etiam est genethlialogia. Cum enim hæc in plurimis aberret, in paucis quandoque ac raris casibus, res ipsæ verbis respondent. Hoc autem fortuiti, ut dixi, casus, non artis indicium est; unde qui ipsam exercent, ignorantiæ suæ conscii, alii in alias caussas errores suos referunt. Hoc certe omnibus commune est, quod si hora quam reperire impossibile est, fallat, omnia simul excidisse.

Verum dii horæ ignorationem haud juste prætexent: quare Porphyrius qui in omni præstigio versatus erat, libro secundo tractatus de Philoso-



γῶν φιλοσοφίας συντάγματος, ἐμφαίνειν μὲν ἐν τοῖς A χρησμοῖς φησι τοὺς θεούς, ὅτι ὅσα ἂν τοῖς ἀνθρώποις προλέγουσι, τὴν τῆς γενέσεως γιγνώσκοντες σύστασιν λέγουσιν, ὡς εἶναι αὐτοὺς ἄκρους γενεθλιαλόγους. εἶτα βλέπων πολλὴν καὶ παρ' ἀνθρώποις ἀποτυχίαν αὐτῆς, καὶ ἐν θεοῖς οὖσαν τὴν ἀκριβῆ τῆς φορᾶς τῶν ἀστέρων γνῶσιν, καὶ τὰς ἐκ τούτων συμβάσεις, ἀκαταλήπτους οὐ μόνον ἀνθρώποις εἶναί φησιν, ἀλλὰ καὶ δαιμόνων τισὶ καὶ θεῶν, μᾶλλον δὲ πᾶσιν ἁπλῶς, ὡς διεξιὼν ταῦτα δείκνυσι. καὶ τὴν αἰτίαν εἴρηκε τούτου. πᾶν γάρ, φησι, τὸ κατιὸν εἰς γῆν, ὅτε κάτεισιν, ὑποπίπτει τῇ φορᾷ τῶν κρατούντων θεῶν, τουτέστι τῇ κινήσει τῶν ἄστρων, ὥστε αὐτοὺς τοὺς κατιόντας θεοὺς ὑπὸ τὰς μοίρας εἶναι. κατίασι δὲ καὶ κάτω χρησμῳδοῦσιν ἅπαντες, ὅπου καὶ τὰ χρηστήρια αὐτῶν ἵδρυται καὶ τὰ ἀγάλματα. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ B ἀπὸ Κρόνου καὶ Ῥέας, καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν ἅπαντες. τούτοις οὖν ἅπασιν, ὡς καὶ τοῖς ἀνθρώποις τήν τε πρακτικὴν θεοσοφίαν, [οὕτω τὴν μαγείαν καλῶν] χαλεπὴν εἰς ἐγχείρησιν εἶναί φησι, καὶ τὴν φορὰν τὴν ἀκριβῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὰς ἐκ τούτων συμβάσεις ἀκαταλήπτους, διὸ καὶ ψεύδεσθαι περὶ πολλῶν ἐρωτηθέντας, καὶ πολλὰ τούτων εἰς πίστιν ἐκ τῶν χρησμῶν παρατίθεται λόγια.

phiæ explanationibus, ait deos quidem in oraculis insinuare, se illa quæ hominibus prædicunt, dicere ex cognitione status nativitatis eorum, atque adeo ipsos esse summos genethliacos. Deinde cum cerneret homines frequenter aberrare, atque in diis esse exactissimam lationis astrorum cognitionem; ait eventus ex his dependentes incomprehensibiles exsistere non solum hominibus, verum etiam dæmonibus quibusdam ac diis ipsis: quin immo simpliciter omnibus, uti paullo post hæc explanando declarat. Et hujus rei caussam dedit: Quoniam, inquit, omne quod in terram descendit, quando descendit, cadit sub motum prævalentium deorum, id est sub motum astrorum; quare etiam ipsi dii qui descendunt, sub sortem cadunt: descendunt autem omnes, & inferne oracula reddunt, ubi etiam ipsis aræ & simulacra collocantur, v. g. Saturni ac Rheæ, atque omnium posterorum ipsorum. His igitur omnibus, uti & hominibus, practicam theosophiam, (sic magiam appellans) captu difficilem esse tradit, & exactam astrorum lationem, atque ex his eventus incomprehensibiles exsistere, nec non in plurimis interrogatos fallere; in quorum fidem multa ex vaticiniis oracula proponit.

Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ ψεύδεσθαι αὐτοὺς μαντευομένους, ἐν τῷ τρίτῳ παρέθετο. παρὰ γὰρ τὴν ἀμαθίαν τῶν καλούντων, φησὶ, βιαζόμενοι ὑπ' αὐτῶν οἱ θεοὶ παρὰ μοίραν διὰ τὴν βίαν τῶν ἐπαναγκῶν, ἄκοντες λέγειν τι τῶν ἠγνοημένων, αὐτοῖς συνελαύνονται· κἀντεῦθεν ψευδῆ τὰ μαντεῖα γίνεσθαι. πολ- C λάκις δέ φησι, καὶ αὐτὸ τοῦτο προλέγουσιν ὅτι ψεύσονται, εἶπεν γοῦν ὁ Ἀπόλλων ποτὲ τῆς περιστάσεως τοῦ περιέχοντος πονηρᾶς οὔσης, ὡς ἐδείξαμεν. [καὶ αὐτὸ γὰρ τοῦτο τὸ λέγειν τι τῶν ἐσομένων, ἢ εἰδέναι αὐτοὺς ἐκ τῆς φορᾶς τῶν ἄστρων ἔχουσιν.] ἐν τοιαύτῃ οὖν πονηρᾷ περιστάσει τοῦ περιέχοντος, εἰπεῖν τι βιαζόμενος ὁ Ἀπόλλων, οὕτως εἴρηκε:

Denique etiam in libro tertio caussam adjunxit, cur ipsi vaticinantes fallerentur. Imperitia enim, inquit, invocantium coacti ab ipsis dii violenta quadam fati necessitate, vel inviti compelluntur ipsis dicere aliquid eorum quæ ignorant, atque inde falsa reddi vaticinia. Quin hoc ipsum, inquit, sæpenumero prædicunt, se falsa prolaturos. Aliquando itaque Apollo, cum mala esset oraculum applicantis circumstantia (quoniam ut ostendimus, id ipsum aliquid futurum dicere vel nosse, ex astrorum latione obtinent) in ejusmodi igitur mala supplicantis circumstantia, coactus Apollo quippiam respondere, sic ait:

> *Λύε βίαν, κάρτος τε λόγων, ψευδήγορα λέ-
> ξω.*

> *Solve violentiam & vim verborum, mendacia
> dicam.*

Καὶ ἄλλος δέ τις φησι κληθεὶς τῶν θεῶν, ἔφη.

Item alius aliquis deorum invocatus respondit:

> *Σήμερον οὐκ ἐπέοικε λέγειν ἄστρων ὁδὸν ἱρήν.
> Ἕδραι μαντοσύνης γὰρ, ἐν ἄστρασι νῦν πεπέδηνται.* D

> *Hodie non decet Irim stellarum viam pandere,
> Nam sedes vaticinii jam in astris impedita est.*

Ἥ τε Ἑκάτη κληθεῖσα ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τοῦ περιέχοντός φησιν.

Hecate etiam in simili statu invocata, oraculum consulenti dicit:

> *Οὐ λαλέω, κλείσω δὲ πύλας δολιχοῦ φάρυγγος.
> Νυκτὸς γὰρ κέντροις ἀχρειοτάτοις προσελαύνει.
> Τιτὴνὶ σκερόεσσα θεὴ κακοῦς ἄρ' ἰδοῦσα.*

> *Non loquor, sed claudam portas longi gutturis.
> Noctis enim spiculis molestissimis appropinquat
> Soli umbrosa dea, male utique videns.*

Καὶ πάλιν φησὶ τινῶν εἰπόντων, εἰ καὶ αὐτοὶ οἱ θεοὶ ὑπὸ τὴν εἱμαρμένην εἰσὶν, ὅτι φυλάττονται ταῦτα, ἐπήγαγε.

Et rursum inquit, quibusdam interrogantibus, num etiam ipsimet dii fato subjecti sint, quod hæc observent, subjunxit:

> *Λύεσθαι φύσεως δεσμά. ἵνα σοῖσι πίθωμαι.
> Ὦ κραδίη τί λέληκας, ἀναλκείῃσι τυπεῖσα.
> Ὃ ὑποθέεις μαθέειν, ὅτι μὴ θέμις ὧδ' ἐρεείνειν.* E
> *Στῆτε πόθου, παύσασθε βίης τυτθοίπερ ἐόν-
> τες.*

> *Solvantur naturæ vincula, ut vobis obsequar.
> O quid corde dixisti, imbecilles pulsitans?
> Quod postulas scire, hoc ne quidem fas est dicere.
> Sistite desiderium, a violentia abstinete, paul-
> lisper abeuntes.*

Καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα Πορφύριος παρατίθεται, τήν τε βίαν τῶν καλούντων ἀνθρώπων ἐκτραγῳδῶν, καὶ τῶν βιαζομένων θεῶν τὴν ἐπὶ τοῖς συμπίπτουσιν ἐκ τῆς συμπλοκῆς τῶν ἄστρων ἄγνοιαν. ὡς καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν ὑποκειμένων τῇ γενεθλιαλογίᾳ, καὶ ταῖς μοίραις. καὶ ὡς ὑπὸ ἀνθρώπων τοῖς ἐπαναγκοις κατίασι βιαζόμενοι, ὡς καὶ αὐτήν ποτε τὴν Ἑκάτην δυσανασχετήσαν, εἰπεῖν πρὸς τὸν ἐπαναγκάζοντα.

Atque alia multa similia Porphyrius adfert, tam hominum supplicantium violentiam, quam deorum vim passorum, in casibus ex astrorum conjunctione contingentibus ignorantiam deplorans. Quod nimirum ipsi quoque dii genethlialogiæ fatisque subjecti sint, & hominum necessitatibus coacti condescendant; ita ut etiam ægro animo ferens, dixerit ad eum a quo cogebatur.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

A

Τίπτε μ' αἰεὶ θείοντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χατίζων.
Θειοδάμοις Ἑκάτην με θεὴν ἐκάλεσσας ἀνάγκαις.

Ut quid semper, divino ab æthere, huc egens.
Deicogis me Hecatem deam evocasti necessitatibus?

Ἐγὼ δὲ ταῦτα ἐκ πολλῶν παρεθέμην ὀλίγα, πρὸς ἔλεγχον τοῦ μηδὲ τέχνην τὴν γενεθλιαλογίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ δαιμονιώδη, καὶ μόνον ἀπάτην, μηδὲ αὐτοῖς γιγνωσκομένην τοῖς ἐπιτηδεύουσι. καὶ τοῦ μὴ ἀληθεύειν δι' ἄγνοιαν τοὺς ἐξ αὐτῆς μαντευομένους, ἀνθρώπους τε καὶ θεούς· ἐξ ὧν ὁποῖοι τε ἦσαν ἔγνωμεν οἱ τῶν χρηστηρίων προεστῶτες θεοί, καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ ψεύδεσθαι αὐτούς, ὅτι ἡ τῶν βιαζομένων αὐτοὺς γοήτων ἀνάγκη, ἣν οὐ φέροντες, ἅπερ οὐκ ᾔδεισαν ἔλεγον, τὸ ψεύδεσθαι ἢ ἀλήθειαν ἀδιάφορον ἔχοντες, οὐδὲ τὴν Ὁμήρου ποίησιν αἰδούμενοι λέγοντος·

Ego autem ex multis hæc pauca attuli, ad arguendum genethlialogiam ne quidem artem esse, sed rem dæmoniacam meramque imposturam, ut quæ ne ipsis quidem ejus professoribus sit nota, ipsique tam dii quam homines qui per eam consuluntur, propter ignorationem haud vera proferant. Ex his intelligimus quales dii fuerint qui oraculis præsidebant, & quæ caussa fuerit quod mentirentur; B nempe necessitas & violentia eorum qui ipsos incantabant, quam non ferentes, dicebant etiam illa quæ nesciebant, non habita ratione mendacii seu veritatis, neque poesim Homeri curantes quæ ait:

— — — ἐχθρός μοι ἐκεῖνος
Ὅς γ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴποι.

——— *Hostis mihi ille*
Qui aliud quidem in mente retinet, aliud vero dicit.

Καὶ τὸ περὶ Μενελάου λεχθέν,

Atque illud dictum Menelai,

Ψεῦδος δ' οὐκ ἐρέει, μάλα γὰρ πεπνυμένος ἐστί.

Mendacium autem non dicit, quoniam valde prudens est.

C

Ψευδόμενοι ἄρα θεοί, οὔτε πεπνυμένοι εἰσί, καὶ ἐχθροὶ τῷ ὄντως Θεῷ καὶ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς αὐτῇ χαίρουσιν ἀνθρώποις.

Ἀλλὰ καὶ Πίνδαρος τῆς ἀρετῆς ἀρχὴν εἶναί φησι τὴν ἀλήθειαν, οὕτω λέγων· ἀρχὰς μεγάλας ἀρετάς, ὧν ἄσσα ἀλάθεια, μὴ πταίσῃς τραχεῖ ποτὶ ψεύδει. ὁρῶ μὲν γὰρ τοὺς ἐπ' ἀρετὴν ὁρμῶντας, ἐξ αὐτῆς ἀρχομένους σχεδὸν ἅπαντας. τοῦτο γοῦν καὶ ἐν ψαλμοῖς ὁ προφήτης ἐδήλωσεν, ἐν οἷς φησιν· εἶπα, φυλάξω τὰς ὁδούς μου, τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν με ἐν γλώσσῃ μου. ἐθέμην τῷ στόματί μου φυλακήν, οὐδὲ ἀρετῆς ἄρα ἴχνους οἱ παρ' Ἕλλησι τιμώμενοι δαίμονες ἥψαντο. πάντες γὰρ οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια φησὶ τὸ λόγιον, ἀπολεῖν τε τὸν Θεὸν ἠπείλησε πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος.

Θεωρείτωσαν οὖν οἱ μέχρι νῦν ὑπ' αὐτῶν ἀπατώμενοι τινές τε ἦσαν, οἱ τῶν μαντείων προεστηκότες δαίμονες· καὶ τίς ἡ βδελυκτὴ γενεθλιαλογία, ἐξ ἧς οἱ τούτων θεοὶ πλανώμενοι, τοὺς ἐρωτῶντας ἐπλάνων. ἴσα τοῖς ἐξ αὐτῆς ἐμπορευομένοις ἀγύρταις. καὶ τοῦτο οὖν μέγιστον τῆς τῶν χριστιανῶν εὐσεβοῦς τεκμήριον πίστεως, τὸ τὴν θεομισῆ γενεθλιαλογίαν ἀπόμνυσθαι κελεύειν τοῖς προσιοῦσι τῷ δόγματι, ὡς ἀλλοτριοῦσαν τοὺς αὐτῇ προσέχοντας τοῦ Θεοῦ.

Dii itaque mendaces, neque prudentes, sed inimici veri Dei ac veritatis, atque hominum ejus amantium.

Quin etiam Pindarus; Initium virtutis ait esse veritatem, sic dicens: Principia magnæ virtutis, quorum aliqua veritas, ne offendas scabroso umquam mendacio. Quoniam video eos qui ad virtutem contendunt, ab ipsa ferme omnes initium ducere. Hoc utique etiam in psalmis Propheta declaravit, ubi ait: [a] *Dixi: custodiam vias meas, ut* D *non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam.* itaque dæmones qui a gentilibus colebantur, ne vestigia quidem virtutis attigerunt. [b] *Omnes enim dii gentium, dæmonia,* ait scriptura; Deus autem comminatus est [c] perdere omnes qui loquuntur mendacium.

Considerent igitur, ut usquedum etiam decipiantur, & qui sint impostores illi dæmones qui vaticiniis præsunt; & quænam sit exsecrabilis ista genethlialogia, qua horum dii decepti, interrogantes deceperunt, non secus ac circumforanei imposto- E res. Hoc utique etiam maximum veræ fidei Christianæ indicium est, quod Deo invisam genethlialogiam exsecrari jubeat eos qui ad religionem accedunt, ut quæ sui studiosos a Deo avertat.

a Psalm. xxxviii. 1. b Psalm. xcv. 5. c Psalm. v. 7.

A

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετάμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐγένετο οὕτως.

Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων, ἑρπετῶν ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν, καὶ πᾶν πετηνὸν πτερωτὸν κατὰ γένος.

Οσα μὲν οὖν ἐχρῆν τὸν ἐπόπτην τῶν θείων λόγων τούτων, καὶ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ σοφίας, ἐν τοῖς ὕδασι γενομένων θαυμάτων μυσταγωγὸν ὑμνῆσαι, καὶ ἀξίως αὐτὰ διηγήσασθαι, B ἡ ἱερὰ καὶ σοφωτάτη Βασιλείου φωνὴ τεθεώρηκέ τε σαφῶς, καὶ αὐτάρκως ἐδίδαξε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Διὰ τί μὴ πρότερον τὰ χερσαῖα γέγονε ζῶα, καὶ οὕτως ἐπὶ τὰ ἐξ ὕδατος γενόμενα μετῆλθεν ἡ γένεσις; καὶ καθόλου περὶ τῆς τῶν γενομένων ἁπάντων τάξεως, ἐν ᾧ ὅτι τὰ στοιχεῖα μέν ἐστιν ἄψυχα, τὰ δὲ φυτὰ ἔμψυχα.

ΕΓΩ δὲ καθὰ τὴν ἀρχὴν ὑπεσχόμην, καὶ τὰ νῦν προσάντη τῆς λέξεως, καὶ τῇ φύσει δοκοῦντα μὴ συμφωνεῖν ἀπαλεῖψαι σπουδάσω, καὶ δεῖξαι C σοφὴν ὄντως καὶ ἀκόλουθον τοῖς ἤδη γενομένοις, καὶ τὴν περὶ τῶν προκειμένων διδασκαλίαν. πρότερον δὲ συνήθως περὶ τῆς τάξεως αὐτῶν δίκαιον εἰπεῖν. τί δήποτε πεπληρωμένης τῆς τῶν οὐρανίων διακοσμήσεως, καὶ τῆς βλάστης ἐν τῇ γῇ τῶν φυτῶν γενομένης, μὴ κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ τὰ χερσαῖα γέγονε τῶν ζώων, καὶ πεπληρωμένου τοῦ κόσμου τῆς γῆς, ἐπὶ τὸ κάτωθεν δεύτερον στοιχεῖον τὸ ὕδωρ, ἡ δημιουργία μετῆλθε. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις ὁ ἀὴρ διακεκόσμηται τοῖς πτηνοῖς. τὸ γὰρ ἐφεξῆς καὶ ἔσχατον, καὶ τῷ ἀέρι συνεχές τε καὶ ἀδιάκριτον, ὃ καλοῦσιν ὑπέκκαυμα, εἰς ζώων ἀνεπιτήδειον ὑπάρχει γένεσίν τε καὶ δίαιταν, διὰ τὴν λεπτομέρειαν αὐτοῦ, καὶ τὸ ἄνικμον οὐκ ἀρκοῦν εἰς σωτηρίαν τοῖς ἀναπνέουσιν δεομένοις, διὰ τῆς συνεχοῦς τοῦ ἀέρος εἰσπνοῆς τε καὶ ἐκπνοῆς, ἐμψυχεῖν τε τὴν καρ- D δίαν καὶ τὸ ἔμφυτον ἀναῤῥιπίζειν θερμὸν, καὶ τὰ λιγνυώδη τούτου περιττώματα διὰ τῆς ἐκπνοῆς ἀποκρίνειν. διὸ καὶ Πλάτων τρία εἶναι τῶν θνητῶν ζώων τὰ γένη φησὶ, τά τε χερσαῖα, καὶ τὰ ἔνυδρα, καὶ τὰ ἀέρια. νῦν δὲ πρώτη μὲν ἡ τῶν ἐνύδρων τε καὶ ἀερίων παραδίδοται γένεσις. μετ᾽ ἐκείνην δὲ ἡ τῶν χερσαίων, τῶν ἐν τῷ πυθμένι τοῦ παντὸς διαιτωμένων τῇ γῇ. τί οὖν πρὸς ταῦτά φαμεν;

Τῶν ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην σωμάτων, τὰ μέν ἐστιν ἔμψυχα, τὰ δὲ ἄψυχα· καὶ τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ σύνθετα. τὰ μὲν οὖν ἁπλᾶ, τὰ στοιχεῖά φημι, ὡς ἀρχαὶ πάντων πρῶτα τῶν συνθέτων γέγονεν, ἐμψύχων τε καὶ ἀψύχων. οὐδὲν δὲ τῶν ἁπλῶν ἐστιν ἔμψυχον, οὐδὲ τὰ στοιχεῖα ἄρα, καὶ τοῦτο ὑπ᾽ αὐτῆς διδασκόμεθα τῆς αἰσθήσεως. πᾶν γὰρ ἔμψυ- E χον τρισὶ τούτοις γνωρίζεται τῷ τρέφεσθαι, καὶ αὔξεσθαι καὶ γεννᾷν ὅμοιον ἑαυτῷ· διὸ καὶ τὰ φυτὰ τούτων μετέχοντα ζῆν τε καὶ τεθνάναι λέγεται, καὶ ψυχὴν ἔχειν τὴν φυτικὴν, ὧν οὐδὲν ἐν τοῖς στοιχείοις ὁρῶντες, ἄψυχα εἶναι ταῦτά φαμεν εἰκότως. εἰ δέ τις αἰσθήσει μαχόμενος ἔμψυχα καὶ ταῦτα εἶναι λέγοι, περιφρονητέος ἀλόγως. οὐδὲ γὰρ τῷ λέγοντι μὴ καίειν τὸ πῦρ ἀποκριτέον, ἀλλ᾽ αὐτὸ προσακτέον τὸ πῦρ. καὶ ἄλλως ὀργανικὰ τὰ σώματα τῶν ἐμψύχων ἐστίν· οὐ-

LIBER QUINTUS.

VERS. 20. Et dixit Deus: Producant aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia volantia super terram, secundum firmamentum cæli. Et factum est ita.

VERS. 21. Et fecit Deus cete grandia, & omnem animam reptilium quæ produxerunt aquæ secundum genera eorum, & omne volatile pennatum secundum genus.

Quæcumque itaque divinorum horum sermonum contemplatorem, & magnæ Dei sapientiæ miraculorum in aquis factorum prædicatorem celebrare, ac pro dignitate narrare conveniebat, hæc sacra juxta ac sapientissima Basilii vox, & perspicue contemplata est, & sufficienter explicavit.

CAPUT I.

Cur non primum terrestria animalia creata sint, & sic ad aquatilia creatio processerit? & universim de ordine quo cuncta producta sunt; ubi ostenditur elementa quidem carere anima, plantas autem esse animatas.

EGO autem ut sub initium pollicitus sum, tam quæ dictæ lectioni contraria, quam quæ naturæ minime congruere videntur, conciliare conabor & ostendere, sapientem vere atque iis quæ creata sunt consentaneam esse præsentium doctrinam. Primum autem, pro more, æquum est de ipsorum ordine disserere. Cur nempe completa cælestium dispositione, & in terra plantarum facta germinatione, non continuo etiam terrestria animantia creata sint, & ornatu terræ perfecto, non illico ad secundum elementum aquæ creatio transierit, & post hæc loco tertio aer volucribus ornatus sit. Nam extremus ille & aeri conjunctus atque indivulsus ignis quem elementarem vocant, ob raritatem & siccitatem suam ad generationem ac vitam animalium ineptus est, neque satis salutaris iis quæ continua aeris attractione & exspiratione opus habent, ad cor animandum & insitum ejus calorem refocillandum, ac fuliginosa ipsius excrementa per exspirationem secernenda. Quapropter etiam Plato tradit esse tria mortalium animalium genera, nempe terrestria, & aquatilia, & aeria. Nunc autem aquatilium & aeriorum ortus primo loco recensetur. Post ipsum autem terrestrium, in universo terræ fundo degentium. Quid igitur ad hæc dicemus?

Corporum sublunarium aliqua quidem sunt animata, quædam vero carent anima; atque aliqua quidem simplicia sunt, alia vero composita. Ac simplicia quidem voco elementa, quæ tamquam omnium principia condita fuerunt priora compositis, tam inanimis quam animatis. Nullum autem simplicium est animatum, atque adeo neque elementa, usi sensu percipimus. Omne enim animatum hisce tribus dignoscitur, scilicet nutritione, incremento & generatione sui similis: propter quod etiam stirpes quæ hæc participant, & vivere & mori perhibentur, atque animam habere vegetantem; quorum nihil in elementis videntes, merito hæc inanima esse dicimus. Quod si vero quis cum sensu pugnans hæc etiam animata esse dixerit, jure merito contemnendus est. Neque enim dicenti ignem non urere, respondendum,

δεν δὲ τῶν στοιχείων ὀργανικὸν, οὐκοῦν οὐδὲ ἔμψυχον.

Σκόπει οὖν πῶς ἐν τάξει φυσικῇ πάντα ὑπέστη τὰ γενόμενα, καὶ ὡς ἀπὸ τῶν ἀτελεστέρων ἡ δημιουργία διά τινων μέσων προῆλθεν ἐπὶ τὰ τελειότατα. μετὰ γὰρ τὴν γένεσιν τῶν στοιχείων πρῶτα τὰ φυτὰ βλαστῆσαι τὴν γῆν ὁ Θεὸς κελεύει, ἔσχατον εἶδος ἔχοντα ζωῆς, καὶ θρεπτικὸν, καὶ αὐξητικὸν, καὶ γεννητικόν. καὶ αὐτὰ γὰρ ζῆν τε, καὶ τεθνάναι λέγεται, καὶ διὰ τοῦτο νόσου τε καὶ ὑγιείας, ἥβης τε καὶ γήρως ἐστὶ δεκτικὰ κἀντεῦθεν ὅτι ἔμψυχα, δῆλον τῇ τοιαύτῃ ψυχωθέντα ψυχῇ. αἰσθήσεως δὲ καὶ κινήσεως οὐ μετέχει τῆς κατὰ τόπον, οὐδὲ τῶν ἄλλων, οἷς τὰ ζῶα χαρακτηρίζεται.

Δευτέραν δὲ εἴληφε τῆς γενέσεως τῶν ἐμψύχων τάξιν τὰ ἔνυδρα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ στοιχεῖον τὸ ὕδωρ μετὰ τὴν γῆν ἐστι δεύτερον. ταῦτα δὲ τελειοτέραν μὲν ἔχει τῶν φυτῶν τὴν ζωήν· αἰσθήσεων γὰρ καὶ τῆς κατὰ τόπον μετέχει κινήσεως, ἀμυδροτέρας δὲ [1] ταύτης πολλῷ τῶν ἀερίων ἔχει· ἐπεὶ καὶ τὸ διαφανές τε, καὶ διεχὲς τοῦ ὕδατος, καὶ τὸ διοσμὸν ἔλαττον πολὺ τοῦ ἐν ἀέρι, διά τὴν τοῦ σώματος μὲν ἀερίου λεπτομέρειαν, παχυμέρειαν δὲ πολλῷ τοῦ ὕδατος. ἕπεται δὲ τούτοις τὸ καὶ τὴν φαντασίαν τὸ τῶν αἰσθημάτων ἐκμαγεῖόν τε καὶ φυλακτήριον ἀναλόγως ἔχειν ἀμβλυτέραν. ὅτι μὲν γὰρ φαντάζεται καὶ τὰ ἔνυδρα, δῆλον ἐξ ὧν καὶ τόπους ἀμείβει τοῖς καιροῖς ἐπιτηδείους, καὶ γνωρίζει τὰ βλάπτοντα, καὶ φεύγει. διὰ δὲ τὸ ἀμυδρὸν τῆς φαντασίας ψοφοδεῆ τέ ἐστι καὶ δειλὰ, καὶ ἀτίθασα. στέρεται δὲ καὶ φωνῆς, ἥτις τῶν ἐν τῇ φαντασίᾳ παθημάτων ἐστὶν ἐξαγγελτική. λέγουσι δὲ τὰς θαλασσίας καστόριδας τοῖς αἰγιαλοῖς πλησιαζούσας, ἀπαίσιον ὠρύεσθαι φωνὴν, τοῖς ἀκούουσι θάνατον αὐτοῖς πλησιάζοντα προσημαίνουσαν· ὅπερ εἰ καὶ ἀληθὲς εἴη, οὐκ ἔλεγχος τὸ ἓν γίνεται τοῦ ὅλου. καὶ τὸν σκάρον δέ φασι λαλαγὴν ἀφιέναι τινὰ τοῖς βραγχίοις περιπλεκομένου τοῦ ὕδατος, καὶ ψόφον ποιοῦντος. τοιοῦτον δέ τε καὶ τὸν βῶκα πάσχειν δι' ὃ καὶ τὴν ὀνομασίαν εἴληφε, βόαξ τις ὤν, τοῦ ο καὶ τοῦ α εἰς ω συνῃρημένων. ἐξ ὧν καὶ περισπωμένην ἔχει τὴν προσῳδίαν, καὶ αὐτὴν σύνθετον οὖσαν. φωνὴ δὲ τούτων ἐστὶν οὐδέτερον.

Ἐπὶ τούτοις τὰ πτηνὰ γίνονται· ἐξαγαγέτω, γάρ φησι, τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. ταῦτα δὲ τῶν ἐνύδρων ἐναργεστέρας καὶ τὰς αἰσθήσεις ἔχει, καὶ τὰς φαντασίας. καὶ ταῦτα δὲ ὅμως κατὰ τὸ πλεῖστον ἀτίθασα, μάλιστά γε ὅσα μετεωροποροῦντα πρὸς ὕψος αἴρεται πολύ.

Τὰ δὲ χερσαῖα τῶν ζώων, τῶν ἄλλων ἐστὶ τελειότερα, καὶ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὴν φαντασίαν ἐναργεστέραν ἔχει, καὶ πλησιάζουσαν τῷ λόγῳ. φρονήματά τε τούτων ἐστί τινα, δόλιά τε ἄλλα καὶ πανοῦργα, καὶ προνοητικὰ τοῦ μέλλοντος. χειροήθη τε πολλὰ, καὶ συμβιοτεύοντα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῶν μόχθων αὐτοὺς ἐπικουφίζοντα. ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ.

Τί δ' ἂν τις εἴποι περὶ κυνῶν, ὅσην πρὸς τοὺς κεκτημένους στοργήν τε καὶ εὔνοιαν ἔχουσι; πολλοὶ γοῦν καὶ ὑπεραπέθανον τῶν δεσποτῶν, τοὺς ἐπιόντας αὐτοῖς ἀμυνόμενοι. ἱστορεῖ δὲ καὶ Φλέγων [2] ἐν τῇ ἑκατο-

A sed ignis admovendus est; aliter etiam organica sunt corpora animatorum: nullum autem elementum organicum, ergo neque animatum.

Observa igitur ut ordine suo naturali creata cuncta constiterint, & ab imperfectioribus per media quædam, ad perfectissima quæque creatio progressa sit. Nam post ortum elementorum jubet Deus terram primas plantas germinare, quippe postremam vitæ formam habentes, nempe nutrientem, auctricem & generantem. Nam & vivere & mori perhibentur, atque adeo etiam morbi ac sanitatis, juventutis ac senectutis capaces exsistere; atque hinc etiam patet illas vivere, quod istiusmodi sint animatæ. Sensum autem ac motum localem, ceteraque quibus animalia insigniuntur, B nequaquam participant.

Inter animata autem secundum generationis ordinem sortita sunt aquatilia, cum & illud elementum aquæ, post terram sit secundum. Hæc autem perfectiori quidem vita gaudent quam plantæ: nam & sensus & localem motum participant; multo tamen obtusiorem vitam habent quam aeria, quoniam & perspicuitas, & personantia, & odorum trajectio multo minor est in aqua quam in aere, cum propter aerii corporis subtilitatem, tum propter multam aquæ crassitiem: unde etiam sequitur his consequenter obscuriorem ac tardiorem esse imaginationem ac sensilium expressionem C atque retensionem. Nam quod aquatilia etiam imaginentur, manifestum fit ex eo quod certis temporibus opportuna loca commutent, & noxia norint fugiantque: verum ob imaginationis hebetudinem, formidolosa & ignava, & immansueta. Quin etiam voce privata sunt, quæ in phantasia suscitat passiones. Tradunt autem Castores marinos litoribus appropinquantes, inauspicatam audientibus vocem emittere, quæ mortem ipsis instare præsagiat; quod etsi verum esset, unum illud non fit argumentum universi. Quin etiam Scarum tradunt vocem quamdam emittere, dum branchiis aqua implicatur, & strepitum facit. Tale quid etiam Bocam pati tradunt, unde etiam (Græce) nomen D accepit, quod βόαξ seu clamosus sit, *o* & *α* in *ω* contractis: unde etiam circumflectitur, cum sit vocabulum contractum. Vox autem horum nulla est.

Post hæc creata sunt altilia: [a] *Producant*, enim inquit, *aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia volantia super terram, secundum firmamentum cæli*. Hæc autem aquatilibus vivaciores, cum sensus, tum imaginationes habent; quin & hæc quoque ut plurimum immansueta sunt, præsertim ea quæ alte volant, & multum in sublimi hærent.

Porro terrestria animalia ceteris perfectiora sunt, & sensus imaginationemque promtiora obtinent, & ad rationem accedunt. Quædam enim sunt ingeniosa, alia vero dolosa & versuta, & futuri pro- E vida. Plurima sunt mansueta atque hominibus familiaria, laboresque ipsorum sublevantia: [b] *Cognovit bos possessorem, & asinus præsepe domini sui*.

Quid dicat quis de canibus, quantum erga suos heros affectum & benevolentiam ostendant? Multi namque pro heris suis mortem oppetierunt, dum invasores eorum ulciscuntur. Quin etiam Phlegon

a Gen. I. 20. b Isa. I. 3.

1 Ταύτης.) Leg. ταύτας. Nimirum, error passim obvius ad finem vocabulorum, ex antiquariorum negligentia ortus, facile tamen ex sensu & grammatica constructione corrigendus. COTELER. l. c. pag. 535. a.

2 Ἐν τῇ---τετάρτῃ.] Corderii versio sic reformanda: *in centesima vigesima* QUARTA *Olymp.*

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



...στῇ εἰκοστῇ τετάρτῃ ὀλυμπιάδι· Λυσιμάχου τοῦ Μακεδόνος ἄταφον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας τὸ σῶμα κείμενον, ὑπὸ κυνὸς φυλάττεσθαι, εἴργοντος τοῦ νεκροῦ τὰ θηρία, μέχρις οὗ Θώραξ ὁ Λαρισσαῖος περιτυχὼν αὐτὸν ἔθαψε.

Γέγονε δέ τι παράδοξον καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων, καὶ μνήμης ἄξιον, καὶ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν τῶν παλαιῶν πιστούμενον. ἠκολούθει τις κύων ὁδεύοντι μόνῳ τῷ δεσπότῃ· λῃστὴς ἐνόδιος τὸν ἄνθρωπον ἀποκτείνας ἔλαθεν. ἔμενεν ὁ κύων ἐπὶ τῷ σώματι συμπάσχων τε καὶ φυλάττων αὐτό. ἕτερος δέ τις ὁδεύων, ἰδὼν τὸ σῶμα ταφῇ παρέδωκεν. ἠκολούθησεν ὁ κύων τῷ θάψαντι· ἦν δὲ οὗτος τὸ ἐπιτήδευμα κάπηλος, συνὼν ὁ κύων αὐτῷ διηνεκῶς φυλάσσων τὸ ἐργαστήριον, πάντας τοὺς εἰσιόντας ἐπὶ πότον, ὡς οἰκείους ἔσαινε. χρόνῳ ποτὲ τὸν φονέα συνέβη πιόμενον εἰς τὸ καπηλεῖον ἐλθεῖν. ἐκεῖνον ἐπιγνοὺς ὁ κύων ὑλάκτει, καὶ ἐπεπήδα, καὶ εἰσελθεῖν οὐκ εἴα τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο πολλάκις γινόμενον, εἰς ὑποψίαν πολλοὺς θείου κινήματος ἤγαγε, δι' ὃ συσχεθεὶς εἰς κρίσιν παρεδόθη, καὶ τὸ πραχθὲν ὡμολόγησε, καὶ δίκην ἔδωκε.

Καὶ ἐκ συνεθισμοῦ δὲ πολλὰ τῶν ζώων διδάσκεται πλείονα, σπουδαῖά τε, καὶ παιγνιώδη. ἵπποι τὰ πολεμικὰ, καὶ ἐλέφαντες ἐμελέτησαν. οὕτω τῷ λόγῳ σχεδὸν πλησιάζουσιν.

Ἐπὶ τούτοις ἅπασι, τὸ τελειότατον ζῶον, ἁπάντων ἔσχατος, δημιουργεῖται ὁ ἄνθρωπος. ταύτῃ δὲ τῇ τάξει, καὶ ἡ τῆς φύσεως πρόεισι γένεσις. κάτεισι μὲν γὰρ ἄψυχον ἐν τῇ μήτρᾳ τὸ σπέρμα, ἐκεῖ δὲ τὴν φυτικὴν λαμβάνει ζωὴν, τρεφόμενόν τε καὶ αὐξόμενον· εἶτα προϊούσης τῆς γενέσεως διαπλάττεται, καὶ ψυχοῦται, καὶ ζῶον γίνεται· εἶτα τελευταῖον τῆς λογικῆς τυγχάνει ψυχῆς, καὶ τέλειος ἀποκυΐσκεται ἄνθρωπος. καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐν ἑτέροις, ἰδίας ἔτυχεν ἐξετάσεώς τε καὶ ἀποδείξεως, ὅτι τὴν λογικὴν ἐν τῇ μήτρᾳ ψυχὴν τὸ ἔμβρυον δέχεται. καὶ ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἤδη τελείων ἐστὶ ταῦτο ἰδεῖν. ὅσα μὲν γὰρ τὰς κρείττονας ἔχει δυνάμεις, ὡς ὁ ἄνθρωπος τὴν λογικὴν ὑπηρετούσας ἔχει τὰς ἐλάττους τὴν ἄλογόν τε, καὶ τὴν φυτικὴν, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα, μετὰ τῆς ἀλόγου καὶ τὴν φυτικὴν ἔχει. τὰ δὲ τὰς χείρονας ἔχοντα, οὐ πάντως ἔχει καὶ τὰς κρείττους· οὔτε γὰρ τὰ φυτὰ τὴν ἄλογον, οὔτε τὰ ἄλογα τὴν λογικήν. κατὰ ταύτην ἄρα τὴν φυσικὴν, καὶ ἀναγκαίαν τάξιν μετὰ τὴν τῶν στοιχείων γένεσιν τῶν ἐμψύχων. τὰ φυτὰ μὲν δεύτερον, τὰ ζῶα δὲ γέγονε τρίτον. καὶ ταῦτα πάλιν κατὰ τὴν εἰρημένην ἀκολουθίαν, καὶ πάντων ἔσχατος ὁ ἄνθρωπος γίνεται, πάσας ἐν ἑαυτῷ περιειληφὼς γενικώτερον τὰς ζωτικὰς δυνάμεις. τούτων εἰρημένων, ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς λέξεως ἔλθωμεν.

A in centesima vigesima tertia Olympiade historiæ tradit, Lysimachi Macedonis corpus, cum per dies plurimos insepultum jaceret, a cane servatum esse, qui feras a cadavere arcebat, usquedum Thorax Larissæus accedens, illud sepeliret.

Quin etiam nostris temporibus mirandum quid accidit, & memoria dignum, quod ipsorum etiam antiquorum historiam confirmat. Dum canis quidam herum suum, solum iter facientem sequeretur, latro obvius, hominem occiderat, & latebat. Canis juxta corpus condolens, illudque custodiens manebat, donec quidam alius de via viso corpore illud sepulturæ mandavit. Hunc deinde canis sequebatur; erat autem officio tabernarius, canisque ipsi assiduo aderat, custodiens tabernam,
B omnibusque ad potandum accedentibus, non secus ac domesticis cauda blandiebatur. Quodam tempore contigit homicidam istum, potandi gratia ad tabernam accedere; quem ubi canis agnovit, allatrat, & insilit, neque hominem ingredi permittit; quod cum crebro fieret, res hæc movit multis suspicionem divini cujusdam instinctus, Quare hic homo comprehensus, in judicium pertractus, & facinus confessus est, & pœnas dedit.

Quin etiam multa animalia ex consuetudine plurima cum seria, tum ludicra edocentur. Equi & elephantes res bellicas exercuerunt; usque adeo ad rationem ferme accedunt.

Post hæc omnia, perfectissimum omnium animal, postremo loco creatus est homo. Quin etiam
C hoc ordine naturæ generatio procedit. Siquidem inanimatum semen in matricem descendit, ibi autem vegetantem vitam accipit, dum nutritur & augetur; deinde procedente generatione formatur & animatur, & fit animal; postremo denique sortitur animam rationalem, & perfectus homo prodit in lucem. Atqui alibi etiam a nobis peculiariter quæsitum ac demonstratum est, embryonem adhuc in matris utero exsistentem accipere animam rationalem. Hoc autem ex iis etiam quæ jam perfecta sunt, videre licet. Quæ enim præstantiores habent facultates, ut homo potentiam rationalem,
D habent etiam minores facultates subjectas, nempe irrationalem & vegetantem; sicut etiam cetera animalia, cum irrationali vegetantem quoque potentiam obtinent. Ea vero quæ viliores habent potentias, non omnino etiam præstantiores habent: neque enim stirpes irrationalem, neque irrationalia ratiocinandi vim obtinent. Secundum hunc itaque naturalem ac necessarium ordinem, post elementorum quidem generationem, inter animata stirpes quidem secundo, animalia vero tertio loco creata sunt; atque hæc iterum eo quo dictum est ordine, atque omnium postremus fit homo, qui omnes potentias vitales generalius in se complexus est. His dictis, ad textus expositionem transeamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

E

CAPUT II.

Ὅτι ἐν τῷ, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα, τοῖς ὕδασι καὶ τὸν ἀέρα συμπεριείληφε, διὰ τὴν τῶν δύο τούτων στοιχείων συγγένειαν.

Quod in illo: producant aquæ, *cum aquis simul aerem complexus sit, propter duorum horum elementorum affinitatem.*

Τί δήποτε τοῖς ὕδασιν ἐξαγαγεῖν κελεύσει Θεός; οὐ τὰ νηκτὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πετηνά. εἰ γὰρ καί τινα τούτων ἔφυδρον ἔχει βίον, τὴν τροφὴν ἐκεῖθεν ἀγρεύοντα, λάροι καὶ ἀλκυόνες, αἴθυαί τε, καὶ ἁλιαίετοι, νῆσσαί τε, καὶ τὰ ἑλειόνομα πάντα· ἀλλ' οὐχ ὑποβρύχια τίκτονται, καθάπερ οἱ ἰχθύες. τοὐναντίον δὲ τῶν ἐνύδρων τινὰ ἐν γῇ τίκτει, φῶκαι, κροκόδειλοι, καρκίνοι· τὰ δὲ πτηνὰ πάντα ἐν γῇ,

Quid tandem aquas producere Deus jusserit? non solum natatilia, verum etiam volantia. Etsi enim horum aliqua in aquis vivant, & inde sibi escam venentur, ut lari, alcyones, mergi, haliæti, anates, & aves omnes palustres; verumtamen haud pariunt in profundo, ut pisces. Contra vero nonnulla etiam aquatilia in terra pariunt, ut phocæ, crocodili, cancri; verum omnia

καὶ ἐν ὄρεσι, καὶ ἐν ἀέρι, δένδρων κορυφαῖς ἐπιβαίνοντα. πλεῖστα δὲ τούτων οὐδὲ προσεγγίζει τοῖς ὕδασι, πολλὰ δὲ καὶ ἐρημόνομα τυγχάνει ὄντα. μήποτε οὖν [ὡς ἤδη καὶ πρότερον εἶπον ἐξηγούμενος τὸ, γενηθήτω στερέωμα, ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος] ἐν τῷ, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ τὸν ἀέρα συμπεριείληφε· τίνι γὰρ οὐκ ἔστι δῆλον, ὅτι οὐδὲν τῶν πτηνῶν ἐξάγει τὰ ὕδατα;

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦ ἀέρος ἐν τῇ κοσμογενείᾳ μνήμην πεποίηται Μωϋσῆς· οὐδ' ὅλως οἶδε τοῦτο τὸ ὄνομα, ἴσως καὶ ὁμωνυμίας ἐπ' ἀμφοῖν οὔσης, ἢ παρωνυμίας τινὸς, κατὰ τὴν ἑβραίων γλῶτταν, ἢ καὶ διὰ τὸ πολλὴν ὕδατός τε καὶ ἀέρος εἶναι τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. ὑγρόν ἐστιν ἑκάτερον καὶ χυτὸν, διαφανές τε καὶ δίοσμον καὶ διηχές· καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐπί τινος ἄγρας ἰχθύων, καὶ μέγιστον ἅπτουσι πῦρ οἱ ἀγρεύοντες, διὰ τούτου ἐπὶ τὰς σαγήνας αὐτοὺς προκαλούμενοι· καὶ πολὺν ἐπὶ τῶν σανίδων ποιοῦσι κτύπον, ἐφ' ἑτέρων ἄγρᾳ καὶ κοντοῖς τὸ ὕδωρ πλήττουσιν. ἄλλοι δὲ καὶ δυσώδη δελέατα ἀγκίστροις ἐπί τινων ἰχθύων ἄγρᾳ, οἷον τῶν τριγλῶν περιβάλλουσι. ῥᾳδίαν τε εἰς ἄλληλα τὴν μεταβολὴν, τὸ ὕδωρ ποιεῖται καὶ ὁ ἀήρ. ῥᾳδίως δὲ καὶ ὁ ἀὴρ ὑπὸ τοῦ πλησιάζοντος ὕδατος ψύχεται, καὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τῆς ἐκείνου ἀλέας θερμαίνεται.

A volatilia pariunt in terra, & in montibus, & in aere, summitates arborum ascendentia: plurima autem horum, ne quidem ad aquas accedunt, plurima item in eremo commorantur. Nequaquam igitur, (ut jam antea etiam dicebam, explicans illud: *Fiat firmamentum in medio aquæ*) in illo: *Producant aquæ reptilia animarum viventium*, etiam in aerem complexus est; cui enim non manifestum est aquam nullum volatile producere?

Sed neque Moyses in mundi generatione ullam aeris mentionem fecit: neque omnino nomen illud ei notum est, forte quod in Hebræa lingua nomen illud utrique isti elemento commune & æquivocum sit, atque æquipollens; vel etiam propter multam B naturæ aquæ & aeris communicationem. Utrumque enim elementum humidum est ac fusile, perspicuumque, & odorem sonumque transmittens: ut ex quorumdam piscium venatione liquet, dum venatores maximum ignem accendunt, per illum ipsos in retia allicientes: dum item in aliorum venatione, supra tabulas vel naves magnum strepitum faciunt, & contis aquam feriunt. Quin etiam alii in quorumdam piscium v. g. mulorum venatu fœtidas escas hamis suis circumponunt. Item aqua & aer facilem in se mutuo mutationem faciunt; quin etiam facile aer ab aqua vicina refrigeratur, & vicissim aqua ab illius tepore calefit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Τίς ἡ κοινωνία τε, καὶ ἡ διαφορὰ ἐνύδρων τε, καὶ ἀερίων.

Πολλὴ δὲ καὶ τῶν νηκτῶν τε, καὶ πτηνῶν ζώων ἡ κοινωνία. πτερυγωτά ἐστιν ἑκάτερα, δι' ὧν τὰ μὲν ἐν ὕδασι, τὰ δὲ ἐν ἀέρι νήχεται. ἀλλὰ τὰ μὲν ἀέρια πτερὰ μείζονα, διὰ τὴν λεπτομέρειαν ἔχει τοῦ ἀέρος, ἵνα ὑπὸ πλείονος ἀνέχηται· τὰ δὲ ἔνυδρα ἐλάττονα, διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ὕδατος, καὶ μάλιστα τοῦ θαλαττίου, καὶ ὑμενώδη, ἵνα μὴ διαῤῥέῃ τὸ ὕδωρ, ἀλλ' ἀνέχῃ· καὶ ταῖς οὐραῖς ἀμφότερα πηδαλίῳ χρῆται πρὸς τὴν τοῦ σώματος περιαγωγήν.

Ὑποβρύχια πτηνὰ γίνεται πρὸς ἄγραν τροφῆς, καὶ τῶν ἐνύδρων τινὰ τοῖς πτερυγίοις εἰς ἀέρα μετεωρίζεται, ὡς τευθίδες, ἱέρακές τε θαλάττιοι, καὶ χελιδόνες. ὅταν γὰρ ἴδωσιν μείζονα ἰχθὺν αὐτοῖς ἐπιόντα, ἀναπηδῶσιν εἰς τὸν ἀέρα πετόμενοι ἀγεληδόν· δι' ὃ καὶ τοῖς πλοίοις πολλάκις ἐπιπίπτουσιν αἱ τευθίδες· αὐτόματος ἄγρα τοῖς πλέουσι· τῶν ἄλλων γὰρ πλέον εἰς ὕψος αἴρονται.

Ἑκάτερα ᾠοτοκεῖ τὰ γένη, ὀλίγα τῶν ἐνύδρων ζωοτοκεῖ. φῶκαι δελφῖνες, νάρκαι, καὶ ἄλλα. καὶ νυκτερίδες, ἐν πτηνοῖς ζωοτοκοῦσιν.

Ἐν ἑκατέροις ἐστὶν ἀμφίβια. ἐν πτηνοῖς μὲν ὅσα τὴν ἄγραν ἐξ ὑδάτων ἔχει· καὶ γὰρ ἐν γῇ ταῦτα διαιτώμενα, τρέφεται τῇ ἀπὸ τῆς γῆς τροφῇ. τῶν δὲ ἐνύδρων ἐν γῇ διαιτῶνται, φῶκαι, καρκίνοι, πάγουροι, κροκόδειλοι, ἱπποποτάμιοι, βάτραχοι, νῆσσαι δὲ πᾶσαι ἐν ἕλεσι καὶ ἀλκυόνες, πρὸς αὐτοὺς τῆς θαλάττης τοὺς αἰγιαλοὺς ἐπῳάζουσι. κροκόδειλοι δὲ ἐν τῇ γῇ τοῦ ὕδατος ἀνωτέρῳ· φῶκαι δὲ οὐ μόνον ἐν γῇ ζωοτοκοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ τικτόμενα τρέφουσί τινα χρόνον ἕως ἂν ἁδρυνθέντα, εἰς τὰς τῶν τεκόντων ἡ μήτηρ καταγάγῃ οἰκήσεις τε καὶ διατριβάς. λέγονται δὲ καὶ οἱ ὄσμυλοι καὶ οἱ πολύποδες, εἴπου πλησίον αἰγιαλῶν σῦκα τύχοιεν, ἐξιέναι τοῦ ὕδατος, καὶ ἀνέρποντας, ἐπὶ τὰ δένδρα περιπλέκεσθαι τοῖς κλάδοις, καὶ τῶν σύκων ἐσθίειν. ἀμφίβιοί εἰσι καὶ ὁ ἡμερόκοιτος, ἤτοι ἄδωνις καλούμενος, καὶ

CAPUT III.

C *Quæ sit communicatio & differentia aquatilium & aeriorum?*


Magna est natatilium & volatilium animantium communicatio. Utraque sunt alata, quibus illa quidem in aquis, hæc vero in aere natant. Aeria autem majores alas habent propter aeris tenuitatem, ut copiosiori aeri suffulciantur; aquatilia vero minores, propter aquæ densitatem, maxime marinæ, & per modum membranæ extensas, ne aqua diffluat, sed sustentet, & caudis utraque pro gubernaculo utuntur, ad corpus circumducendum.

Quædam etiam volatilia se demergunt ad cibum D capiendum; & nonnulla aquatilia quoque alis se in aerem erigunt, ut teuthides seu loligines, & accipitres marini atque hirundines. Quando enim vident majorem piscem ipsis inhiare, exsiliunt gregatim in aerem evolantes, propter quod etiam teuthides sæpenumero in naves incidunt, ultronea præda navigantibus; ceteris enim altius in sublime feruntur.

Utrumque genus ova parit, pauca aquatilium vivum animal gignunt; ut phocæ, delphines, torpedines &c. vespertiliones etiam inter volucres vivum animal pariunt.

In utrisque sunt amphibia: ex volucribus quidem ea quæ ex aquis prædam habent, quoniam hæc etiam cum in terra commorantur, terreno E cibo nutriuntur. Ex aquatilibus vero in terra commorantur phocæ, cancri, paguri, crocodili, hippopotami, ranæ, anates quoque omnes & alcyones: ad ipsa maris litora ova pariunt; crocodili autem in terra aquis editiore: phocæ vero non solum in terra ova pariunt, verum etiam exclusos pullos tempore aliquo pascunt, donec mater adultos introducat in ædes, & exercitia parentum. Quin etiam ozænæ & polypi, sicubi juxta litora ficus sint, aquas egredi, & ad arbores arrepando se ramis ejus implicare, & ficubus vesci dicuntur. Amphibius quoque est piscis quidam ἡμερόκοιτος seu adonis appellatus, uti & marina scolopendra.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



ἡ θαλασσία σκολόπενδρα, οὐκ ἐπ' ὀλίγον δὲ καὶ αἱ ἐγχέλυες διαζῶσιν ἐν γῇ, καὶ ἕτερα πλεῖστα. διὰ ταῦτα οὖν ἅπαντα, κοινὴν εἶναι τὴν γένεσιν τῶν ἐνύδρων τε καὶ ἀερίων, ἐκ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας εἴρηκε Μωϋσῆς, ἐπειδήπερ ὡς ἔφην οὐδὲ ὀνόματος ἀέρος οὐδαμοῦ πεποίεται μνήμην. ὕδατος δὲ πολλάκις. ἐστὶ γοῦν ἄνωθεν ἀναλαβόντα, τὸν περὶ τῶν πτηνῶν λόγον εἰπεῖν οὕτως.

A Anguillæ etiam non parvo tempore in terra vivunt, ut & alia plurima. Propter hæc omnia itaque Moyses aquatilium & aeriorum, ex humida materia ortum esse dixit; quandoquidem, uti dicebam, nullibi nominis aeris mentionem fecerit, sed aquæ frequenter. Liceat itaque sermonem de volatilibus repetendo sic dicere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Ὅτι ἀναγκαίως Μωϋσῆς, καὶ τῇ φύσει τῶν πτηνῶν συμφώνως, μετὰ τῶν ἐνύδρων, αὐτοῖς τὴν γένεσιν ἔδωκε.

ΤΩΝ ζώων τὰ μὲν ἐν γῇ μόνῃ, τὰ δὲ ἐν ὕδασι μόνοις τὴν διατριβὴν ἔχει, τὰ δὲ ἐν ἀμφοῖν, ὡς τὰ ἀμφίβια. ἐν ἀέρι δέ τινα μόνῳ διάγοντα, καὶ μὴ κοινωνοῦντα γῆς ἢ ὕδατος εὑρεῖν ἀδύνατον. κοινωνοῦσι δὲ τὰ πτηνὰ κατὰ τὸ πλεῖστον τοῖς νηκτοῖς, ἐν οἷς ἀπηριθμησάμην. ἐπ' ἔλαττον δὲ τοῖς πεζοῖς, τῷ τε πόδας ἔχειν, ὡς ἐκεῖνα, καὶ εἶναι διὰ τοῦτο καὶ πεζά, καὶ τῷ ἀναπνεῖν, καὶ φωνὴν ἔχειν. ἐπὶ οὖν οὐκ ἦν αὐτῶν τῷ ἀέρι δοῦναι τὴν γένεσιν, οὐδὲ γὰρ ἔγνωστο τοὔνομα τοῦτο τῇ διαλέκτῳ τῶν ἑβραίων, κατὰ τοὺς ἐκείνου χρόνους, ὡς ἔοικεν. ἐλείπετο δὲ τὸ ὕδωρ, καὶ ἡ γῆ· ἐκοινώνει δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον τὰ πτηνὰ τοῖς νηκτοῖς, μᾶλλον ἢ τοῖς πεζοῖς, ἐν τοῖς προσοῦσι αὐτοῖς ἰδιώμασιν. ἀναγκαίως ἄρα Μωϋσῆς, καὶ τῇ φύσει αὐτῶν συμφώνως, ἐκ τῶν ὑδάτων αὐτοῖς τε, καὶ τοῖς νηκτοῖς ὁμοῦ παρέσχε τὴν γένεσιν, τοῖς ὕδασι συμπεριλαβὼν, καὶ τὸν ἀέρα.

Δῆλον δὲ ὅτι κατὰ τὴν σύνθεσιν τοῦ σώματος, πάντα μετέχει γῆς· εἴγε πᾶν σύνθετον ἐκ τῶν τεσσάρων συνέστηκε, καὶ πλείονος τῶν ἄλλων μετέχει γῆς τε καὶ ὕδατος. δι' ὃ πάντα ἐστὶ βαρέα, μᾶλλον δὲ τὰ χερσαῖα τῶν πτηνῶν· ξηρότερα γὰρ, ὡς πλείονος μετέχοντα γῆς, καὶ διὰ τοῦτο παχύχυμα, τῶν δὲ πτηνῶν ἰχθύες ὑγρότεροι, ὡς πολλοῦ μετέχοντες ὕδατος, ὡς καὶ τῶν χερσαίων οἱ ὄρνεις, ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἔνυδρα ἐν μόνοις ὑπολείπεται ἀεὶ τοῖς ὕδασιν. ἀλλὰ καὶ ἐν πέτραις ἐρείδεται, καὶ ψάμμοις καὶ πηλοῖς, βρύοις τε καὶ τῇ ὑποκειμένῃ τοῖς ὕδασι γῇ.

CAPUT IV.

Quod Moyses necessario, atque naturæ altilium congruenter, post aquatilia, ipsis ortum assignarit.

B ANimalium alia quidem in terra sola, alia vero in aquis solis commorantuur, alia denique in utrisque, ut amphibia. Quæ vero in solo aere degant, ita ut neque terræ, neque aquæ communicent, reperiri nulla possunt. Communicant autem volatilia plurimum cum natatilibus, quibus ipsa annumeravimus: minus autem cum pedestribus, quod nempe pedes habeant ut illa, atque idcirco etiam pedestria sint, & respirent & vocem obtineant. Eorum itaque ortum aeri tribuere non poterat, quoniam uti verosimile est, isto tempore nomen hoc Hebræorum dialecto ignotum erat: reliqua ergo erat aqua & terra. Cum autem volatilia proprietatibus ipsis insitis plurimum natatilibus, minus vero pedestribus communicarent; necessario utique Moyses, & naturæ ipsorum congruenter ex aquis una cum natatilibus, ipsis ortum attribuit, simul cum aquis aerem comprehendens. C

Manifestum vero est omnia secundum corporis compositionem, etiam terram participare; quoniam omne compositum e quatuor constat elementis, & præ ceteris terræ & aquæ particeps exsistit. Quocirca etiam omnia gravia sunt, terrestria tamen præ volucribus: sunt enim picciora, utpote plus terræ participantia, atque idcirco densæ complexionis; volucribus autem humidiores sunt pisces, utpote plus aquæ participantes, uti & terrestribus aves. Sed nec aquatilia in solis semper aquis degunt, verum etiam in petris hærent, & arenis, & luto, & visco, & terra aquis subjecta. D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ εʹ.

Ὅτι διὰ τὸ θεῖον πρόσταγμα μέχρι νῦν καὶ χωρὶς τῆς ἐξ ἑτέρων γονῆς, τὸ νηκτὸν γένος, ὑπὸ τῶν ὑδάτων ἐξάγεται, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὁμοίως.

ΕΞαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, τοὺς τόπους ἐν οἷς διαιτῶνται διὰ τούτου δηλοῖ, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν χερσαίων· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν. ἐξ οὗ δὲ τὸ θεῖον τοῦτο προῆλθε πρόσταγμα, γόνιμος ἡ τῶν ὑδάτων γέγονε φύσις. καὶ οὐ διέλειπεν, οὐδὲ διαλείψει ποτὲ, καὶ χωρὶς τῆς ἐξ ἑτέρων γονῆς, τὸ νηκτὸν ἐξάγουσα γένος, ὡς δείκνυσι τὰ μυρία τῆς ἀφύης γένη, καὶ τὰ [1] ἐντάλμασι γινόμενα, καὶ τὰ ἐκ σήψεως ἅπαντα, οἵας εἶναί τινες καὶ τὰς ἐγχέλεις φασὶ, καὶ τοὺς γόγγρους. τινὲς δὲ περιπλεκομένας ἀλλήλαις, καὶ προστριβομένας τῇ πολλῇ κινήσει τὰς ἐγχέλυας, ἰχῶρας ἐκ τῶν σωμάτων ἀποπέμπειν, οὓς ἰλὺν δεχομένην σπέρματος λόγον

CAPUT V.

Quod propter divinum mandatum, usque modo etiam sine partu ex aliis, natatile genus ex aquis producatur; & in terra similiter.

[a] PRoducant aquæ reptilia animarum viventium. Designat per hoc loca in quibus commorantur; uti etiam in tetrestribus: [b] *Producat terra animam viventem*. Ex quo autem divinum illud mandatum prodiit, aquarum natura fecundata est, neque defecit aut deficiet umquam, etiam sine partu ex aliis, natatile genus producere, uti demonstrant millena apuarum, seu minutissimorum pisciculorum genera, quæ nasci jussa sunt, atque omnia illa quæ ex putrefactione exsistunt; quales etiam quidam tradunt esse anguillas & congros; alii vero dicunt anguillas sibi mutuo implexas, ex frequenti motu & affrictu humores quosdam E

a Gen. I. 20. b Ibid. ℣. 24.

1 Ἐνδάλμασι.] Rescribendum ἐν τέλμασι, *quæ in lacunis, seu locis cænosis nascuntur*. Ortus error nimium solemnis ex vocabulorum conjunctione. COTELER. l. c. pag. 680, b.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

ἔχοντας, τὰς ἐγχέλυς ζωογονεῖν, ὄστρεά τι καὶ ἐχίνους, καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων πολλά· καὶ ἐν πολλαῖς δὲ ὑδάτων συστάσεσιν οὔπω πρότερον οὔσαις γεννῶνται ἰχθύες, εἰ τῆς ἐξ ἡλίου τύχωσιν ἀλέας, καὶ ἐν πηγαῖς ὁμοίως.

A ex corporibus emittere, quos instar seminis subjectus limus excipiens, anguillas pariat; ostrea item & echinos plurimaque conchilia: quin etiam in plurimis aquarum congregationibus in quibus antea nulli pisces erant, postea nascuntur, si tepore solis foveantur, & in fontibus similiter.

Οἶδα δὲ ἐγὼ καί τι τοιοῦτο γενόμενον παρ' ἡμῖν. ἐλλειπής ποτε τοῦ Νείλου γέγονεν ἡ ἐπίβασι, [1] καὶ τῆς λίμνης τῆς καλουμένης μαρίας βάθος, οὐκ ἐχούσης πολὺ διὰ τὴν τοῦ ὕδατος ἔνδειαν. ἄπειρον ἰχθύων ἠγρεύετο πλῆθος, ὡς προϊοῦσαν αὐτῶν λοιπὸν ἐλλειπεστέραν γενέσθαι τὴν ἄγραν. τοῦ καιροῦ δὲ πάλιν τῆς ἐπιβάσεως φθάσαντος, δαψιλὲς ἄγαν τὸ ὕδωρ ἐπέβαινε. καὶ τοσαύτη γέγονεν ἀλαβητῶν μάλιστα γονὴ, ὡς μὴ ἀντισχεῖν ἔτι πρὸς τὴν ἄγραν τοὺς ἁλιεύοντας, ἰσομεγέθεις τε σχεδὸν ὑπῆρχον ἅπαντες, ἤγουν οἱ πλεῖστοι. καὶ τὸ παράδοξον ἐν τοῖς καταστρώμασι τῶν σκαφῶν γονὴ λεπτοτάτη τῶν ἰχθύων τούτων ηὑρίσκετο, συγκατιοῦσα πρὸς ἕω τῇ δρόσῳ, ὡς πεπεῖσθαι μικροῦ δεῖν ἅπαντας, καὶ τὸ ἐν ἀέρι ὕδωρ ἀτμιδῶδες ὂν, ἔτι τὸ γένος τῶν ἰχθύων ἀπογεννῆσαι τοῦτο. ἐμὲ δὲ ὑπόνοιά τις ἐσήει, μήποτε τοῖς ἐξ ἡλίου ἀναφερομένοις ἀτμοῖς τὸ λεπτότατον τῆς εἰρημένης τῶν ἰχθύων γονῆς, ἅτε δὴ πλείστης οὔσης συνανεφέρετο, καὶ πηγνυμένης εἰς δρόσον ταύτῃ συγκατεφέρετο.

Quin etiam quid simile apud nos accidisse scio. Contigit aliquando, ut Nili ascensus esset pertenuis, & cum lacus, *μαρίας βάθος* appellatus, deficeret; propter aquæ penuriam, infinita piscium multitudo capiebatur, ita ut successu temporis ceterum captura fieret tenuior. Instante vero rursum tempore incrementi, copiosa valde aqua supervenit, & tanta facta est incomprehensibilium maxime piscium fetura, ut jam piscatores ad ca- B pturam non sufficerent, atque omnes ferme erant ejusdem magnitudinis, licet quam plurimi. Et quod mirum est, in tabulatis navium tenuissima fetura similium piscium reperiebatur, quæ mane una cum rore descendebat; ita ut omnes fere sibi persuaderent, etiam in aere vaporosam adhuc aquam genus id piscium procreare. Mihi autem suspicio incidebat, num forte una cum vaporibus a sole attractis dictorum piscium feturæ genus tenuissimum, utpote frequentissimum, sursum simul elevatum fuerit, & cum vaporibus iisdem jam in rorem concretis simul iterum delapsum sit.

Ιστορεῖ δὲ Διόδορος καὶ ἐν τοῖς νέφεσί ποτε βατράχων γενέσθαι πλῆθος τοσοῦτον, ὡς κελτικόν τι ἔθνος, τὴν βλάβην αὐτῶν οὐ φέρον, ἐκλιπεῖν τὴν πατρίδα. τοῦτο δὲ καὶ ἐν αἰγύπτῳ Μωϋσῆς, κατὰ Θεοῦ μῆνιν, ἱστόρησε γεγονός· καὶ ἐν Θηβαΐδι, ὑετῶν γιγνομένων πλειόνων, ἀρουραῖοι γεννῶνται μύες. αὐτόματον ἄρα τὸ ὕδωρ, ἔτι τὸ θεῖον φυλάττον πρόσταγμα, τοὺς ἰχθύας ἐξάγει, τῆς ἐξ ἑτέρων ἔσθοτε, σπερματικῆς καταβολῆς οὐ δεόμενον.

Quin etiam Diodorus historiæ mandavit, in nubibus interdum quoque tantam ranarum multitudinem progigni, ut natio quædam Celtica noxam C earum non sustinens, patriam suam deseruerit. Id ipsum etiam in Ægypto divina ultione contigisse, Moyses narravit; & in Thebaide quando crebræ sunt pluviæ, generantur mures agrestes. Aqua igitur divinum adhuc observans mandatum, aliorum aliquando seminatione non indigens, per se sponte sua pisces producit.

Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὁρᾶται συμβαῖνον. εἰ γὰρ ἡ πατουμένη γῆ νῦν, καὶ διὰ τοῦτο ἄκαρπος, ἐπὶ χρόνον σχολάσῃ τινὰ, ἢ καὶ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπιμελείας τύχῃ, καὶ ὑετῶν ἀρδείας, εὐθέως χλοηφορεῖ, καὶ προϊοῦσα βοτάνας, καὶ θάμνους, οὓς καὶ νῦν αὐτομάτως ἀνίησι. καὶ ἐκ σήψεως δὲ γῆς, καὶ ἀέρος, καὶ ἑτέρων σωμάτων, αὐτόματα γένη ζώων μυρία γίνεται. τοὺς σπερματικοὺς ἄρα τῶν ἐσομένων λόγους ἐν τοῖς στοιχείοις ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς ἐναπέθετο.

Hoc ipsum etiam in terra contingere videtur. Nam si terra jam conculcata, atque idcirco infrugifera, ad tempus aliquod quiescat, vel ab hominibus colatur & a pluviis irrigetur, illico virescit, & temporis progressu herbas ac stirpes germinat, quas etiamnum sponte sua profert. Quin etiam ex terræ & aeris aliorumque corporum corruptione, mille genera animalium sponte nascun- D tur. Seminales itaque futurorum rationes ab initio Deus indidit elementis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τίνα ἐστὶ ἑρπετὰ, καὶ διὰ τί οὕτως κέκληται;

Ερπετὰ δὲ καλεῖται κυρίως τὰ μὴ ποσὶ τῆς γῆς ἐπιβαίνοντα, ἀλλ' ὅλα ἐπιπεπτωκότα τῇ γῇ. ἔρα γὰρ ἡ γῆ παρ' ἕλλησι κέκληται, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἔραζε γέγονεν ἐπίῤῥημα, ἐραπετά τινα ὄντα, εἰς τὴν ἔραν πεπτωκότα. οὔτε δὲ οἱ ἰχθύες ποσὶν ἐν τοῖς ὕδασι κινοῦνται, οὔτε τὰ πτηνὰ ἐν ἀέρι, ἀλλ' ὅλην ἐπιθέντες, οἱ μὲν τοῖς ὕδασιν, οἱ δὲ τῷ ἀέρι, τὴν γαστέρα τοῖς πτεροῖς, ὡς κώπαις, τῷ ὑποκειμένῳ στοιχείῳ ἐρεζόμενοι, τὸ ἴδιον ἐπωθοῦσιν ἐν τῷ ἀέρι, καὶ ἐν τῷ ὕδατι σῶμα, τοῖς οὐραίοις τὴν κίνησιν αὐτοῦ, πηδαλίου δίκην, ἰθύνοντα.

Ἀλλ' ἡ γραφὴ διαστέλλουσα, ἑρπετὰ μὲν τοὺς ἰχθύας,

CAPUT VI.

Quænam sint reptilia, & cur sic dicta?

Ἑρπετὰ seu reptilia proprie vocantur, quæ non pedatim per terram gradiuntur, sed tota terræ incumbunt. Terra enim a Græcis ἔρα vocatur, unde etiam adverbium ἔραζε derivatum; sunt autem humipeta, & in terram procumbentia. At neque pisces pedibus moventur in aquis, neque volucres in aere; sed illi quidem aquis, hi vero aeri totum ventrem imponentes, alis suis tam- E quam remis subjectum elementum quatientes, corpus suum cum in aere, tum in aquis librant & impellunt, caudis suis, vice gubernaculi, motum ejus dirigentes.

Ceterum scriptura se explicans, reptilia quidem

[1] Καὶ τῆς λίμνης τῆς καλουμ. μαρίας βάθος.) Notissimus est ex antiquissimis & recentioribus lacus, Μαρία vel Μαρεία dictus; adeo ut crassa sit ignorantia in Philoponi interprete, dum verba hæc auctoris sui sic reddit: *Contigit aliquando ut Nili ascensus esset pertenuis, & cum lacus μαρίας βάθος appellatus, deficeret; propter aquæ penuriam*, cet. Immo, *& quum lacus, Maria appellatus, profundum multum non haberet: propter aquæ*, cet. COTELER. l. c. pag. 553. — Fefellit hominem distinctio male posita, ita restituenda: καὶ τῆς λίμνης, τῆς καλουμένης Μαρίας, βάθος οὐκ ἐχούσης πολὺ διὰ τὴν τοῦ ὕδατος ἔνδειαν. WESSELING, *Veter. Roman. Itiner.* pag. 725. col. 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



πτηνὰ ὠνόμασεν τὰ ἀέρια, ἡ δὲ διαφορὰ τῶν ὀνομάτων ἄλλη ἐξ ἄλλου τῶν προσόντων αὐτοῖς ἐγένετο. ἀπὸ μὲν τοῦ εἴδους τῆς κινήσεως, τὰ μὲν καλεῖται νηκτὰ, τὰ δὲ πεζὰ, τὰ δὲ πτηνά. ἀπὸ δὲ τῶν τόπων ἐν οἷς διάγουσι, τὰ μὲν ἔνυδρα, τὰ δὲ χθόνια, τὰ δὲ ἀέρια.

Ἐκ δὲ τῶν ἀπηριθμημένων ἰδιωμάτων, ἐν οἷς τὰ νηκτὰ, καὶ πετεινὰ κεκοινωνήκασιν ἀλλήλοις, κοινὴν αὐτῶν καὶ τὴν γένεσιν πεφυσιολόγηκε Μωϋσῆς, καὶ πετεινὰ πετόμενα κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. τινὲς οὐρανὸν ἐνταῦθα, τὸν ὑπὸ τὰ νέφη ἀέρα ἤκουσαν. περὶ τοῦτον γὰρ ἵπτανται· καὶ τοῦτο δῆλον ἐποίησεν, εἰπὼν ἐπὶ τῆς γῆς. ἐπίκειται γὰρ τῇ γῇ, ὁ ὑπὸ τὰ νέφη ἀὴρ, ἐν ᾧ τῶν ὀρνέων ἡ πτῆσις γίνεται. στερέωμα δὲ καλεῖται τοῦτον, ὡς παχύτερον τοῦ ὑπὲρ τὰ νέφη λεπτομερεστάτου ὄντος, διόπερ εἰς ἐκεῖνον οὐκ ἐπιβαίνουσιν. οἶδε μὲν οὖν, ὡς ἐδείξαμεν, καὶ τὸν ἀέρα καλεῖν οὐρανὸν ἡ γραφή. οὐ συγχωροῦσι δὲ τοῦτο νοεῖν ἡμᾶς ἐνταῦθα, αἱ τῶν ἄλλων ἐκδόσεις. Ἀκύλας μὲν γὰρ οὕτως εἴρηκε. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἐξερψάτω τὰ ὕδατα ἑρπετὸν ψυχῆς ζώσης, καὶ πετεινὸν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ πρόσωπον τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ. Θεοδοτίων. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· [1] ἐξερψάτωσαν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ, ψυχὰς ζώσας, καὶ πετεινὸν πετόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ πρόσωπον στερεώματος οὐρανοῦ. Σύμμαχος· εἶπεν ὁ Θεός· ἐξερψάτω τὰ ὕδατα ἑρπετὸν ψυχὴν, ζῶσαν, καὶ πετεινὸν πετόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ πρόσωπον στερεώματος οὐρανοῦ.

A pisces, volatilia vero aeria nuncupavit. Alia autem nominum differentia aliunde ipsis accidit, nempe a specie motus; alia quidem natatilia, alia vero pedestria, alia volatilia vocantur. Quin etiam a locis in quibus degunt, illa quidem aquatilia, ista vero terrestria, hæc denique aeria dicuntur.

Porro ex recensitis proprietatibus in quibus natatilia & volatilia sibi mutuo communicant, Moyses etiam ortum eorumdem declaravit: [a] *Et volatilia volantia secundum firmamentum cæli.* Quidam heic cælum, intellexerunt aerem hunc qui est sub nubibus; per hunc enim volant: atque hoc manifestum reddidit, cum dixit: *super terram.* Nam hic aer in quo volant aves, incumbit ter- B ræ, & sub nubibus exsistit. Hunc autem vocat firmamentum tamquam crassiorem eo qui supra nubes est, & tenuior exsistit; quocirca in istum non ascendunt. Utique, ut ostendimus, novit etiam aerem scriptura cælum appellare. Verum aliorum editiones minime permittunt nos hoc loco id intelligere; Nam Aquila sic ait: *Et dixit Deus: Repere faciant aquæ reptile animæ viventis, & volatile volans super terram, super faciem firmamenti cæli.* Theodotion: *Et dixit Deus: Repere faciant aquæ reptilia, animas viventes, & volatile volans super terram, secundum faciem firmamenti cæli.* Symmachus: *Dixit Deus: Repere faciant aquæ reptile, animam viventem, & volatile volans super terram, secundum faciem firmamen-* C *ti cæli.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζʹ.

Ὅτι οὐρανὸν λέγει νῦν Μωϋσῆς. οὐ τὸν ἀέρα, ἀλλ' αὐτὸ τὸ στερέωμα, ὃ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς οὐρανόν.

Ἐκ τούτων ὑπάρχει δῆλον. ὅτι μὴ τὸν ἀέρα νῦν σημαίνει. τὸ κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ ἵπτασθαι, ἀλλ' αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, περὶ οὗ εἶπε· καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. τὸ γὰρ· κατὰ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπὶ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ πέτεσθαι, δηλοῖ τὸ ἀντιπρόσωπα τῷ οὐρανῷ ἵπτασθαι· ὡς ἂν εἴποι τις, κατὰ πρόσωπόν μου ἔρχεται ὁ δεῖνα, ἐπὶ πρόσωπόν μου κινεῖται. πρόσωπον δέ ἐστι τοῦ οὐρανοῦ ἡ κοίλη, καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁρῶσα αὐτοῦ ἐπιφάνεια. οὕτως οὖν καὶ τὸ τῶν ἑβδομήκοντα· κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. τὰ γὰρ κάτωθεν τῆς πτήσεως ἀρχόμενα, ὡς πρὸς αὐτὸν φέρεται τὸν οὐρανόν. καὶ οὕτως οὐδὲν ἐν τούτοις δύσκολον, ἢ ζητήσεως ἄξιον. τὸ δὲ ἐξερψάτω, ὡς πρὸς τὸ ὄνομα τῶν ἑρπετῶν, καὶ τὴν κίνησιν αὐτῶν ἐπιτήδειον. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ γένος.

CAPUT VII.

Moysem modo cælum vocare, non aerem, sed ipsum firmamentum, quod appellavit Deus cælum.

Ex his fit manifestum, quod modo non aerem significet, cum meminit volatus secundum firmamentum cæli, sed ipsum cælum, de quo dixit: [a] *Et vocavit Deus firmamentum cælum.* Nam illud: *secundum faciem cæli*, & *super faciem cæli* cadere, declarat ea volare facie cælo obversa; ut si quis dicat: iste venit secundum faciem meam: D super faciem meam movetur. Facies autem cæli est concava ejus superficies, quæ nos respicit. Sic igitur etiam illud Septuaginta; *secundum faciem cæli* intelligendum est. Quæ enim inferne volare incipiunt, quasi ad ipsum cælum feruntur; atque ita nihil in his difficile est, aut dignum quæstione. Illud autem: *Repere faciant*, est quodammodo ad ipsum nomen reptilium, & motum eorum accommodatum. [b] *Et fecit Deus cete grandia, & omnem animam animalium reptilium quæ produxerunt aquæ secundum genera eorum, & omne volatile pennatum secundum genus.*

a Gen. I. 8. *b* Ibid. ✠. 21.

1 Ἐξερψάτωσαν τὰ ὕδατα ἑρπετὰ, ψυχὰς ζώσας.] Grabius in Epist. ad Millium *de libri Judicum genuina* LXX. *Interpretum versione*, pag. 69. observat, a Philopono mox repetitum hunc versum cap. VIII. ubi post ψυχὰς ζώσας, hæc addit, κατ' ἰδέαν ἀμφότερα, ἵνα ᾖ ὥσπερ ἐπεξηγήσεις τοῦ, ἑρπετὰ, τὸ, ψυχὰς ζώσας. Quæ tamen Corderius in sua versione præterit, neque recte interpungit.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η΄.

Ὅτι ἀκολουθότερα πρὸς διάνοιαν τὰ τῆς ἐπαναλήψεως, καὶ τὰ Συμμάχου καὶ τὰ Θεοδοτίωνος· καὶ ὅτι ἐντεῦθεν δείκνυνται θνηταὶ τῶν ἀλόγων αἱ ψυχαί, καὶ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τούτων, αἱ τῶν ἀνθρώπων ἀθάνατοι.

ΤΟ μὲν πρόσταγμά φησιν· ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, νυνὶ δὲ ἡ ἐπανάληψις, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν· ὅπερ ἀκολουθότερόν ἐστι τοῦ προτέρου πρὸς διάνοιαν. τὸ μὲν γὰρ ψυχὴν ζώων ἀκόλουθον, τὰ δὲ ἑρπετὰ ψυχῶν οὐ πάνυ· συμφωνοῦσι δὲ τῇ ἐπαναλήψει Θεοδοτίων καὶ Σύμμαχος. B ὁ μὲν γάρ· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἐξερψάτωσαν τὰ ὕδατα ἑρπετά, ψυχὰς ζώσας, κατ᾽ ἀλήθειαν ἀμφότερα, ἵνα ᾖ ὥσπερ ἐπεξήγησις τοῦ ἑρπετά, τὸ ψυχὰς ζώσας. Σύμμαχος δέ· ἑρπετὸν ψυχὴν ζῶσαν, τουτέστιν, ὅπερ ἐστὶ ψυχὴ ζῶσα. δῆλον δέ, ὅτι ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου μέρους, τὸ ὅλον ψυχὴν ὠνόμασεν. ἔθος γὰρ τῇ γραφῇ τοῦτο· οἷόν ἐστι τὸ εἰσεληλυθέναι ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς τὸν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον. καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν· ἦμεν δὲ αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἐν τῷ πλοίῳ διακόσιαι ἑβδομήκοντα ἕξ. καὶ τὸ κοινὸν δὲ ἔθος ἐπιρρεπὲς εἰς τοῦτο.

Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, ὅτι θνητὰς οἶδε τὰς τῶν ἀλόγων ψυχάς, εἴπερ τὰ ὕδατα καὶ τὴν γῆν αὐτὰς ἐξάγειν κελεύει· ὡς δίχα σωμάτων εἶναι μὴ δυναμένας. ἐπὶ γοῦν τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν εἴρηται C τοιοῦτον, ὡς εἰσόμεθα ἐκεῖσε γενόμενοι. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν φωστήρων εἰπών· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, μετελθὼν ἐπὶ τὸ πλῆθός φησι· καὶ τοὺς ἀστέρας· οὕτω καὶ νῦν εἰπών· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, ἀριθμὸν τούτων οὐκ εἰρηκώς· πολλὰ γάρ εἰσι καὶ τὰ γένη τούτων. καὶ τὰ ὑφ᾽ ἕκαστον γένος ἄτομα· μετελθὼν ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῶν ἐνύδρων πλῆθός φησι· καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγε τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν. ἀκολούθως γὰρ τῷ ζώων γενικωτέρῳ ὄντι, ἐπήγαγε τὸ ἑρπετῶν, ὅπερ ἐστὶν εἰδικώτερον. D εἰ γὰρ ἔστι καί τινα τῶν ἐνύδρων ὑπόποδα, ἅπερ ἐστὶν ἀμφίβια, καὶ ἐν γῇ βαδίζει, ἀλλὰ πᾶν ἕρπει ἐν ὕδασι. καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς λέγων· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ΄.

Ὅτι εὐλόγως ἐπὶ τῶν φωστήρων, οὐκ εἴρηται τό· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε· καὶ ὅτι οὐκ ἐκ τούτου, ἄφθαρτα δείκνυται τὰ οὐράνια.

E ΔΙΑ τί μὲν τοῖς οὐρανίοις οὐκ εἶπεν ὁ Θεός, αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὸν οὐρανόν; παντὶ νομίζω δῆλον ὑπάρχειν· ἐπεὶ μὴ φυσικὴν αὐτοῖς ἔδωκεν ἐξ ἀλλήλων διαδοχήν, φθοράν τε καὶ γένεσιν, ἀλλ᾽ ἔμεινεν οἷα καὶ ὅσα παρήγαγεν αὐτά, τὴν ἀρχὴν ὁ Θεός, αὐξήσεως χωρὶς ἢ μειώσεως. καὶ μηδεὶς αὐτὰ λεγέτω διὰ τοῦτο καὶ ἄφθαρτα, Πλάτωνος δὲ λέγοντος ἀκουέτω· παντὶ γενομένῳ φθορὰ ἕπεται ἐξ ἀνάγκης. καὶ χρόνος δ᾽ οὖν μετ᾽ οὐρανοῦ γέγονεν ἵν᾽ ἅμα γενόμενοι, ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται. καὶ ἐπείπερ ἐγένεσθε, ἄλυτοι μὲν οὐκ ἐστέ, οὐδὲ ἀθάνατοι τὸ πάμπαν. τὸ γὰρ δε-

CAPUT VIII.

Quod cum sensu magis consentiant illa quæ sunt repetitionis, & Symmachi ac Theodotionis; & quod hinc declarentur mortales esse animæ brutorum, & ad horum differentiam, animæ hominum immortales.

MAndatum quidem, inquit, est illud: *Producant aquæ reptilia animarum viventium*; Nunc vero hæc est repetitio: *Et omnem animam animalium reptilium*, quod sensui magis consentaneum quam prius. Siquidem hoc *animam animalium*, consonum est; illud autem: *reptilia animarum*, non item. Consentiunt autem repetitioni Theodotion & Symmachus. Siquidem ille: *Et dixit Deus: Repere faciat aquæ reptilia, animas viventes*. Symmachus vero: *Reptile, animam viventem*, id est, quod est anima vivens. Clarum est autem, quod a potiori parte, totum, animam appellarit. Hic enim usus est scripturæ: Quale est illud: [a] venisse cum septuaginta quinque animabus Jacob in Ægyptum. Et in Actis: [b] *Eramus vero universæ animæ in navi ducentæ septuaginta sex*. Et communis usus eo vergit.

Et his autem fit manifestum, quod brutorum animas agnoverit esse mortales; quandoquidem aquis & terræ præcipiat illas producere, ut quæ sine corporibus esse nequeant. Utique de hominibus nihil dictum est tale, ut sciamus unde sumus. Quemadmodum autem cum de luminatibus dicebat: [c] *Et fecit Deus duo luminaria magna*; descendendo ad multitudinem ait: *Et stellas*: Sic etiam modo cum dixit: [d] *Et fecit Deus cete grandia*, numerum horum non recensuit, quoniam multa etiam sunt horum genera, & sub quolibet genere individua, descendens ad reliquam aquatilium turbam ait: *Et omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera eorum*. Consentanee enim isti *animalium*, utpote generaliori, subjunxit *reptilium*, quod est specialius. Etsi enim sint quædam aquatilia suppedanea, quæ sunt amphibia & in terra incedunt; in aquis tamen repunt: [e] *Et benedixit Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas in maribus; & volatilia multiplicentur super terram.*

CAPUT IX.

Quod consentanee in luminaribus non sit dictum: Crescite & multiplicamini, *& quod cælestia ex hoc non demonstrentur esse incorruptibilia.*

CUR quidem cælestibus Deus non dixerit, Crescite & multiplicamini, & implete cælum, cuilibet existimo manifestum esse; quandoquidem non dedit iis naturalem ex invicem successionem, interitumque & ortum: sed manent qualia, quantaque Deus ipsa produxit a principio, absque incremento vel imminutione. Nec quisquam ipsa idcirco dicat incorruptibilia; verum audiat Platonem dicentem: [1] Omni creato interitus imminet ex necessitate. Tempus vero una cum cælo factum est, ut una orta, una etiam dissolvantur, si qua his dissolutio umquam contigerit. Et quoniam facta sunt, indissolubilia quidem non sunt, neque

a Deut. x. 22. b Act. xxvii. 37. c Gen. I. 16. d Ibid. ỳ. 21. e Ibid. ỳ. 22.

1 In Timeo.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

θέν, ἅπαν λυτόν. εἰ δὲ φθείρειν αὐτὰ βούλοιτο Θεὸς, ἢ μεταβάλλειν εἴς τι κρεῖττον, διά τινας λόγους ἀγνοουμένους ἡμῖν, ὥσπερ τὴν γένεσιν αὐτοῖς ἀθρόαν ἔδωκε, καὶ χρόνου χωρὶς, οὕτω καὶ τὴν φθορὰν παρέξει πάντως. μόνου γὰρ [1] τοῦτον δεσμὸν εἰδότος, εἰδέναι καὶ τὴν λύσιν ἐστὶ οὗ συνέδησε, κατὰ Πλάτωνα. ἢ εἰ μὴ λῦσαι δύναται τὸν κόσμον, οὐδὲ συνέδησε τοῦτον.

Εἰς τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ ἄναρχον εἶναι τὸν κόσμον σπουδὴ τελευτᾷ. τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ φύσεως γινόμενα, ἐν διαστάσει χρονικῇ γίνεταί τε, καὶ φθείρεται. ἡ γὰρ ἄλλου γένεσις, ἄλλου ἐστὶ φθορά. εἴ τι δὲ παρατάσεως οὐ δεῖται πρὸς τὸ ποιεῖν, ὡς ὁ ἥλιος, τὸ ἐν ἀέρι φῶς, τοῦτο οὐδὲ εἰς τὸ φθείρειν τὸ γενόμενον δεήσεται παρατάσεως. τοιαῦται δέ εἰσι καὶ αἱ τῶν ὄψεων ἀντιλήψεις. εἰ οὖν πᾶν ἀμέσως ὑπὸ Θεοῦ γινόμενον, ἀχρόνως γίνεται· εἴ τι ἄρα τούτων φθείρεσθαι βούλοιτο, τούτῳ καὶ τὴν φθορὰν ἀχρόνως ἐπάξει. ἡμῖν μὲν οὖν τοῖς ἀρχὴν ἔχειν τὸν κόσμον ἐθέλουσι, θείοις λογίοις πεπιστευκόσι, [καὶ δεδειχόσιν αὐτόγε τοῦτο ἐν ἑτέροις] ταῦτα λέγειν ἀκόλουθον· τοῖς δὲ ἄναρχον αὐτὸν ὑποτιθεμένοις, κινδυνεύσει τὸ μηδὲ δημιουργὸν αὐτοῦ λέγειν τὸν Θεόν. πῶς γὰρ τοῦ ἀεὶ ὄντος, ὡσαύτως εἴη ἂν δημιουργός; εἰ καὶ τοῦτο λέγειν οὐ τολμῶσιν οἱ εὐλαβέστεροι τὰς κοινὰς τῶν ἀνθρώπων δόξας αἰδούμενοι.

omnino immortalia: quod enim ligatum, omnino solubile. Quod si Deus illa interire, & ob rationes nobis incognitas, in aliquid melius mutare voluerit, quemadmodum ortum ipsis repentinum dedit & absque tempore, sic etiam omnino præbebit interitum. Siquidem juxta Platonem, solus qui hoc vinculum novit, etiam solutionem nosse potest ejus quod colligavit. Vel certe si mundum dissolvere nequeat, neque ipsum colligavit.

Heic itaque corruit conatus eorum qui mundum principio carere contendunt. Quæ enim a natura fiunt, in spatio temporali oriuntur & intereunt. Alterius enim ortus, est alterius interitus. Si cui autem nulla mora opus est ad agendum, v. g. soli ad aerem illuminandum, neque illi etiam mora opus erit ad id quod factum est, destruendum. Tales vero etiam sunt oculorum perceptiones. Cum igitur omne id quod immediate a Deo fit, instanti fiat; utique si quid horum interire voluerit, huic etiam interitum instantaneum procurabit. Nos profecto, qui (uti alibi demonstratum est) divinis oraculis persuasi & convicti, mundum principium habuisse volumus, hæc dicere consentaneum est. Iis autem qui supponunt ipsum carere principio, nihil oberit quo minus dicant Deum non esse ipsius conditorem. Quomodo enim semper eodem modo exsistenti, creator sit? tametsi hoc dicere non audeant modestiores ii, qui communes hominum opiniones reverentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Διὰ τί μηδὲ τοῖς φυτοῖς εἴρηται τό· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καθάπερ τοῖς ζώοις. καὶ τί ἐστι τὸ εἰς ψυχὴν ζῶσαν.

ΔΙΑ τί μὲν οὖν τοῖς οὐρανίοις τὸ αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε οὐκ εἴρηται, δῆλον. τῶν δὲ ὑπὸ σελήνην πάντων γινομένων καὶ φθειρομένων, καὶ ἐξ ἀλλήλων ἐχόντων τὴν γένεσιν, τοῖς μὲν ζώοις εἴρηται τὸ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε· τοῖς δὲ φυτοῖς οὐκέτι· καίτοι καὶ αὐτὰ τοῦ ὁμοίου ἐστὶ γεννητικά. ἐπειδὴ τὰ μὲν [ζῶά φημι] κατ' ὄρεξιν οἰκείαν ἐπὶ τὴν μίξιν ἐγείρεται, διὸ καὶ κωλῦσαι τὴν μίξιν ἐνδέχεται, διείργοντας ἡμᾶς τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος, τοῖς δὲ φυτοῖς, αὐτόματος ἡ προβολὴ τῶν καρπῶν, οἵτινες τῶν ἐσσομένων εἰσὶ σπέρματα· δι' ὃ καὶ ἐπισχεῖν τὴν ἔκφυσιν αὐτῶν οὐχ ἡμέτερον, εἰ μὴ βλάβη τις ἐκ τοῦ περιέχοντος συμπέσῃ. καὶ τὰ μὲν μετὰ συναισθήσεως ἔχει τὴν ὄρεξιν, καὶ ἐπὶ τὴν γονὴν ἑκόντα φέρεται· τὰ δὲ φυτὰ οὐκέτι αἰσθήσεως ἀμοιροῦντα καὶ κινήσεως. καὶ μήποτε τοῦτο δηλοῦν ἐθέλει τὸ εἰς ψυχὴν ζῶσαν; οὐχ ὡς πρὸς ἀντιδιαστολὴν μὴ ζώσης ψυχῆς, ἀλλὰ τὴν αἰσθητικὴν ζωὴν ζῶσαν εἴρηκε ψυχήν. ταύτην γὰρ οὐ ζῇ τὰ φυτά.

Ἢ ἴσως καὶ αὐτὸ τὸ [2] πρὸς ὃν εἴρηται τῇ ψυχῇ, οὐ πρὸς ἑτέρου ἀντιδιαστολὴν, ὡς γάλα λευκὸν, καὶ μέλι γλυκὺ, καὶ πικρὸν ἀψίνθιον, διὰ τοῦ εἰπεῖν οὖν· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, τὴν ὁρμὴν καὶ ἔφεσιν τῆς ἐξ ἀλλήλων διαδοχῆς, αὐτοῖς παρέσχεν, ἣν οὐκ ἔχει τὰ φυτά. τὸ μὲν οὖν αὐξάνεσθε, ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ μέγεθος εἴρηται τελειότητος· τὸ δὲ πληθύνεσθε, ἐπὶ τοῦ κατ' ἀριθμὸν πλήθους. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ καθ'

CAPUT X.

Cur neque plantis dictum sit: Crescite & multiplicamini, *sicut animalibus? Et quid sit illud* in animam viventem?

PAtet itaque cur cælis illud *crescite & multiplicamini*, non sit dictum. Verum cum omnia sublunaria & oriantur & intereant, & ab invicem ortum habeant, animalibus quidem dictum est: [a] *Crescite & multiplicamini*, plantis vero non; tamen etiam ipsæ sui similem gignunt. Quoniam illa quidem (animalia inquam) per appetitum proprium ad commiscendum provocantur; unde etiam commixtio eorum impediri potest, dum femellas a maribus arcemus: plantæ vero sponte sua fructus proferunt, qui futurorum semina exsistunt: propter quod etiam non est in nostra potestate ipsarum germinationem inhibere, nisi noxa quædam ex aere ambiente concurrat. Et illa quidem appetitum habent cum consensione, & ad gignendum sponte feruntur: secus vero plantæ, cum sensus ac motus sint expertes. Et numquid hoc significare voluit illud: [b] *In animam viventem*? Non quasi ad discrimen animæ non viventis: sed vitam sensilem, viventem animam nuncupavit: Hac enim plantæ non vivunt.

Quin forte etiam illud ipsum refertur ad ipsam animam, cui hoc dictum est, sine oppositione ad aliud; sicut lac album, mel dulce, absynthium amarum. Dicendo itaque *Crescite & multiplicamini*, impetum & appetitum iis indidit ex invicem successionis, quo carent plantæ. *Crescite* igitur dictum est de perfectione magnitudinis: istud vero *multiplicamini*, de numero multitudi-

a Gen. I. 22. b Ibid. ℣. 24.

1 Τοῦτον.] Heic, frequenti errore conjunctionis vocabulorum, οὗ τὸν compactum in τοῦτον cernere est: μόνου γὰρ οὗ τὸν δεσμὸν εἰδότος, εἰδέναι καὶ τὴν λύσιν ἐστὶ οὗ συνέδησε. Hoc est: *Solius enim illius est qui vinculum novit, etiam solutionem nosse ejus quod colligavit*. COTELER. l. c. pag. 580. b.

2 Πρὸς ὃν.) Errata quamplurima, ut sæpe diximus, ex unius vocis divisione in plures profluxere. Heic itaque legendum προσόν. COTELER. l. c. pag. 648. b.

ἕκαστον εἶδος ἄτομα. εἰ μὴ ἄρα ἐκ παραλλήλου κεῖται τὸ, αὐξάνεσθαι τῷ πληθύνεσθαι. τέλειον γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἕκαστον γέγονε. δύναται δὲ καὶ ἐπὶ φυσικῆς αὐτῶν διαδοχῆς εἰρῆσθαι τοῦτο.

Εὐλογίαν δὲ ἡ γραφὴ καλεῖν εἴωθεν, οὐ ψιλὸν ἁπλῶς, τὸ καλῶς λέγειν τινὰ, ἀλλὰ τὸ συνέσεσθαι πράγμασιν αὐτοῖς τῷ εὐλογουμένῳ, τὰ ὑπὸ τῶν λόγων δηλούμενα. διὸ καὶ ἐπὶ δαψιλείᾳ πραγμάτων ἐπιγιγνομένων, ἃ μὴ πρότερον ἦν συνεχῶς ἀπάγεται. ἣν καὶ κυρίως ἄν τις εὐλογίαν εἴποι, μὴ ψευδομένην τοῖς πράγμασι. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλά.

A nis. Multa enim sunt secundum quamlibet speciem individua. Nisi forte cum relatione mutua ponatur crescere & multiplicari. Quodlibet enim factum fuit ab initio perfectum. Quin etiam potuit id dictum esse de naturali ipsorum successione.

Benedictionem autem scriptura vocare solet non quamcumque tenuem bonam apprecationem, sed ita ut rebus ipsis ei cui benedicitur adsint illa, quæ verbis declarantur. Quare semper fere adhibetur verbum illud in rerum abundantia quæ antea non erat. Quam & proprie quis benedictionem dixerit, cum rebus ipsis non fallit. [a] *Et dixit Deus: Producat terra animam viventem secundum genus, quadrupedia & reptilia, & bestias terræ secundum genus, & jumenta secundum genus, & omnia reptilia terræ secundum genus. Et vidit Deus, quia bona.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια´.

Ὅτι τὸ, ψυχὴν ζῶσαν, ἀπὸ τοῦ κρείττονος μέρους, τὸ ὅλον ζῶον ἐδήλωσε· καὶ ὅτι ἐν ἀρχῇ τῆς κοσμοποιΐας, ἅμα τῷ θείῳ νεύματι τέλειον ἕκαστον ὑπέστη.

Κἀνταῦθα τὸ, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον ζῶον ἀκουστέον. οὐ γὰρ ὡς προϋπαρχουσῶν ἐν τῇ γῇ τῶν ἀλόγων ψυχῶν, περὶ ὧν νῦν ὁ λόγος. οὐδὲ γὰρ εἶναι ὅλως σωμάτων δύνανται χωρὶς, ἐν αὐτοῖς καταδεδυκυῖαι, καὶ ἐπιγιγνόμεναι τούτοις, καὶ συμφθειρόμεναι.

Καὶ γὰρ ἐν τῇ φυσικῇ γενέσει, τὰ μὲν ἄψυχα εἴδη, οἷον τὰ μεταλλικὰ, χαλκὸς, χρυσὸς, καὶ τῶν λίθων αἱ διαφοραί· σμάραγδος, ὑάκινθος τῇ ἐπιτηδειότητι τῆς κράσεως τῶν ὑποκειμένων σωμάτων εὐθὺς ἐπιγίγνονται. ἐπὶ δὲ τῶν ἐμψύχων, τῇ κράσει μὲν τῶν στοιχείων τὰ ὁμοιομερῆ συνίσταται. τούτοις δὲ ἡ τῶν ὀργανικῶν σύνθεσίς τε καὶ διάπλασις ἕπεται, ταύτῃ δὲ ἡ ψύχωσις. μήπω γὰρ τῶν ὀργάνων οἷς χρήσεται διαπεπλασμένων, μάτην ἔσται ἐν τῷ ἀδιαπλάστῳ σώματι ἡ ψυχή.

Οὕτως μὲν οὖν, ἐν τῇ φυσικῇ γενέσει· ἐπὶ δὲ τοῦ θείου προστάγματος, ἅμα τέλειον εὐθὺς ἀχρόνως ἕκαστον ὑπέστη, εἰ καὶ ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου μέρους τῆς ψυχῆς τὸ ὅλον ζῶον ὠνόμασε· καὶ τὸ ζῶσαν δέ μοι τοῦτο σημαίνειν δοκεῖ. τὸ γὰρ ζῶν, σύνθετόν ἐστι ζῶον, ἐκ ζωῆς καὶ τοῦ ζῶντος· ζῇ μὲν γὰρ τὸ σῶμα. ζωὴ δέ αὐτοῦ ἐστιν ἡ ψυχὴ, ἤγουν ἡ ἀπὸ ταύτης ἐγγινομένη αὐτῷ ἐμψυχία.

Σαφῶς δὲ τοῦτο καὶ δι' ὧν ἐπήγαγε, δῆλον ἐποίησε Μωϋσῆς. ἑρμηνεύων γὰρ τό· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, τετράποδά φησι καὶ θηρία καὶ ἑρπετὰ, καὶ κτήνη. ταῦτα δὲ οὐ ψυχαὶ, ἀλλὰ ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ζῶα. καλῶς ἄρα εἶπον, ὅτι ἀπὸ τοῦ κυριωτέρου μέρους τῆς ψυχῆς τὸ ὅλον ἐδήλωσε ζῶον.

CAPUT XI.

Quod illud in animam viventem, *a parte potiore totum animal declaravit; & quod in principio creationis mundi, simul cum Dei nutu, quodlibet animal perfectum exstiterit.*

Etiam heic, illud: *Producat terra animam viventem*, ex parte totum animal intelligen-
C dum est. Neque enim in terra quodammodo præexsistunt brutorum animæ de quibus modo sermo est: quoniam sine corporibus omnino esse nequeunt, cum ipsis immersæ sint & innatæ, simulque intereant.

Etenim in naturali generatione, formæ quidem inanimatæ, v. g. metalla, æs, aurum & lapides diversi, ut smaragdus, hyacinthus, ex apta subjectorum corporum temperie statim oriuntur. At in animatis, ex elementorum quidem temperamento partes similares constant; sed has subsequitur organicarum partium compositio atque efformatio, atque hanc demum animatio: siquidem organis quibus utitur nondum efformatis, in corpore non
D efformato frustra anima foret.

Sic utique etiam fit in naturali generatione: at in divino mandato, quidlibet statim in instanti perfectum exstitit, licet a potiori parte animæ totum animal nominarit; atque hoc mihi videtur significare illud *viventem*. Vivens enim compositum est ex vita, & eo quod vivit: vita autem ejus est anima, sive quæ ab hac ipsi insita est animatio.

Manifesto autem hoc etiam declaravit Moyses per ea quæ subjunxit. Explicans enim illud: *Producat terra animam viventem, quadrupedia*, inquit, *& bestias, & reptilia, & jumenta*. Hæc autem non sunt animæ, sed ex anima & corpore
E animalia. Recte ergo dixi, quod a potiori parte animæ totum animal significaverit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ´.

Τίνα ἐστὶ τὰ θηρία καί τινα τὰ κτήνη, καὶ ὅτι κοινῶς ἐσθότε τὰ ἄλογα πάντα θηρία καλοῦσιν οἱ παλαιοί.

Θηρία μὲν οὖν ἐστι τὰ σαρκοφάγα, καὶ ἀτιθασευμένα, καὶ κατὰ τὸ πλεῖστον ἀκοινώνητα, οὐ τοῖς ἑτερογένεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁμοειδέσι πολλάκις. κτήνη δὲ τὰ εἰς ἡμετέραν ἐπιτη-

CAPUT XII.

Quænam sint bestiæ, & quæ jumenta; & antiquos promiscue irrationalia omnia bestias appellasse.

Bestiæ itaque seu feræ sunt animalia carnivora & efferata, & ut plurimum intractabilia; non solum diversi generis, verum etiam frequenter ejusdem speciei animantibus. Jumenta au-

[a] Ibid. ℣℣. 24. 25.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



δεια κτῆσιν, ὅσα καὶ περιουσίας ἡμῖν ὑπάρχει ποιητικά. οἷος ἦν καὶ Ἰακὼβ μετὰ τῶν παίδων κτηνοτρόφων, ἐν ἀγέλαις προβάτων καὶ αἰγῶν, ἵππων τε καὶ ὄνων, καὶ καμήλων καὶ βοῶν ἐνασχολούμενος, καὶ ἐμπορίαν αὐτὰ τοῦ βίου ἔχων. τὰ μὲν γὰρ εἰς τροφὴν ἀνθρώπων ἐστὶν ἐπιτήδεια, τὰ δὲ εἰς ἐπικουφισμὸν μόχθων αὐτοῖς συνεργεῖ. πάντα δέ ἐστι ποηφάγα.

Πάντα δὲ κοινῶς τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη τετράποδά ἐστι, καὶ οὔτε δίπουν οὐδέν ἐστι τούτων, οὔτε τῶν πετεινῶν τετράπουν. ἐμπόδιον γὰρ εἰς πτῆσιν τὸ τῶν ποδῶν πλῆθος, καὶ τοὺς δύο γὰρ ἔσχε διὰ τὸ ἐν γῇ βαδίζοντα συλλέγειν τὴν τροφήν. τὰ γὰρ ἐν ὕδασι τούτων τρεφόμενα τοῖς ποσὶν νήχεται. νυκτερὶς δὲ καὶ μόνη τετράπους, ἥτις μικτήν τινα φύσιν ἔχει, ἐκ πτηνῶν τε καὶ χερσαίων. τετράπουν τε γάρ ἐστι, καὶ τοῖς χθονίοις ἔοικε μυσὶ, καὶ περὶ τὴν γῆν διατρίβει, καὶ ταύτῃ χθόνιον εἶναι δοκεῖ· ἀλλ' ἱπτάμενον οὐ καθαρῶς ἐστι πτηνὸν, ὑμένες γάρ εἰσι δι' ὧν ἵπταται, καὶ οὐχὶ πτιλὰ, ὡς τὰ τῶν πτηνῶν. ἀλλὰ καὶ ζωοποκεῖ ὡς τὰ χερσαῖα.

Ερπετὰ δὲ ποῖά ἐστιν ἔφθην εἰπών. τοιαῦτα δέ ἐστι τὸ ὀφιῶδες ἅπαν γένος, ἄποδα γάρ ἐστι. διόπερ οὐδὲ σκορπίους, οὐδὲ σαύρας, οὐδὲ σαλαμάνδρας, οὐδὲ τοὺς χερσαίους κροκοδείλους, οὐ χαμαιλέοντας, οὐδὲ τὰ τούτοις ὅμοια τοῖς ἑρπετοῖς συγκαταλέγειν ἄλογον. εἰ δέ τινα καὶ πλείοσι χρῆται ποσὶν, ὡς ὁ ἴουλος, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλείονος τετράποδα κέκληται πάντα.

Διεξελθὼν δὲ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ κτήνη ὁ προφήτης, ὥσπερ συναίρεσιν πάντων ποιούμενος, καὶ πάντα φησὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος· κοινῶς ἑρπετὰ πάντα καλέσας· εὕρηται γὰρ καὶ παρ' Ἕλλησιν ἐπὶ παντὸς ζώου καὶ μέχρι τῶν πτηνῶν τὸ ἑρπετὸν παρὰ τὸ ἕρπειν, τουτέστι κινεῖσθαι οὐ παρὰ τὸ ἐρείπειν τὸ πίπτειν· ἐξ οὗ τὰ ἄποδα, καὶ ἐπὶ γαστέρα εἰλυσπώμενα ἑρπετὰ κέκληται. καὶ θηρία δὲ κοινῶς πάντα τὰ ἄλογα καλοῦσι, καὶ μέχρι τῶν πτηνῶν πρὸς ἀντιδιαστολὴν λογικῶν, οἷς μάλιστα πρέπει τὸ κοινωνικόν τε καὶ ἥμερον.

A tem seu pecora, ad nostrum usum apta sunt, quin etiam nos divites efficiunt. Qualis etiam erat Jacob una cum filiis suis pastoribus, in gregibus ovium caprarumque, equorum ac asinorum, & camelorum & boum occupatus, atque ex iis vitæ quæstum faciens: quoniam illa quidem ad cibum hominum accommodata sunt; hæc vero ipsis, ad labores sublevandum collaborant. Omnia autem sunt herbivora.

Ceterum omnes bestiæ & jumenta communiter sunt quadrupedia, neque ullum ex his bipes exsistit, neque ex volucribus quadrupes: nam pedum multitudo impedimento esset ad volandum; duos tamen pedes habent, quod in terra gradiendo cibum colligant; quæ vero in aquis nutriuntur, iisB dem natent. Vespertilio autem sola quadrupes est, quæ mixtam quamdam naturam habet, ex volatilibus atque terrestribus; siquidem quadrupes exsistit, & muribus terrestribus non absimilis, & in terra commoratur, atque in hoc terrestris apparet: dum vero volat, haud pura volucris est, membranulæ enim sunt quibus volat, & non plumæ, uti avium ceterarum. Quin etiam vivum animal parit sicut terrestria.

Qualia porro sint reptilia, superius dictum est. Talia autem sunt serpentum genus omne, quoniam pedibus carent. Quare neque scorpiones, neque lacertas, neque salamandras, neque terrestres crocodilos, neque chamæleontes, neque his similia par est reptilibus annumerare. Quod si vero C quædam pluribus pedibus utantur ut julus, tamen a pluralitate quadrupedia vocantur universa.

Denique Propheta recensens bestias & reptilia, & jumenta quasi omnium simul collectionem faciens; *Et Omnia*, inquit, *reptilia terræ secundum genus*; communi vocabulo omnia reptilia appellando: quoniam etiam apud Græcos de omni animali, etiam usque ad jumenta dictum reperitur τὸ ἑρπετὸν seu reptile ab ἕρπειν seu rependo, id est, se movendo, non autem ab ἐρείπειν, id est, cadendo: unde pedibus carentia & ventre serpentia ἑρπετὰ, seu reptilia sive serpentia vocata sunt. Quin & bestias etiam usque ad volucres communi vocabulo bruta nuncupant; ad differentiam rationalium, quibus maxime competit communicaD tio ac mansuetudo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Ὅτι συμφθείρονται τοῖς σώμασι τοῖς ἰδίοις αἱ τῶν ἀλόγων ψυχαί.

ΟΤΙ δὲ συμφθείρονται τῶν ἀλόγων ζώων αἱ ψυχαὶ τοῖς σώμασι, συντόμως ὡς πρὸς τὸ παρὸν, ἐρῶ. οὐδεμίαν γὰρ ἐνέργειαν χωριστὴν ἔχουσι σωμάτων, ἀλλὰ πᾶσαι περὶ μόνον τὸ σῶμα στρέφονται. τροφή τε γὰρ καὶ αὔξησις, καὶ ἡ κατὰ τόπον κίνησις, οὐδενὸς ἑτέρου ἐστὶν, ἢ σώματος. αἵ τε αἰσθητικαὶ δυνάμεις ἅπασαι τῆς σωτηρίας προνοοῦνται τοῦ σώματος. ἁφὴ μὲν γὰρ θερμῶν οὖσα καὶ ψυχρῶν ἀντιληπτικὴ, ξηρῶν τε καὶ ὑγρῶν, τραχέος καὶ λείου, σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, καὶ τῶν συστοίχων τούτοις· αἱρεῖσθαι μὲν διδάσκει τὰ σώζοντα, φεύγειν δὲ τὰ ἀνιῶντα καὶ βλάπτοντα. πάλιν ἡ γεῦσις χυμῶν οὖσα διακριτικὴ, μέγιστα τῇ τροφῇ λυσιτελεῖ, διδάσκουσα καὶ αὐτὴ τὰ ἐδώδιμα, καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα. ἡ ὄσφρησις τῶν ὀσμῶν ἐστι κριτήριον. καὶ γὰρ τούτων αἱ μὲν ὠφελοῦσιν, ἃς αἱρούμεθα· αἱ δὲ βλάπτουσι φανερῶς, ἃς φεύγομεν. τοῖς δὲ κατὰ τόπον κινουμένοις, εἰ μὴ παρῆν ἡ ὄψις, ὄλεθρος ἂν αὐτοῖς ἡ κίνησις αἰτία ἦν. καὶ ἡ ἀκοὴ πάλιν οὐδενὸς ἧττον ψυ-

CAPUT XIII.

Brutorum animas, simul una cum corporibus suis interire.

QUod autem simul una cum corporibus brutorum animæ intereant, quantum ad rem præsentem facit, dicam breviter. Nullam enim operationem habent a corporibus separatam, sed omnes circa solum corpus versantur. Nam nutrimentum & motus secundum locum, nullius est E alterius, quam corporis: facultates etiam sensitivæ omnes salutem corporis procurant. Siquidem tactus, cum sit susceptivus calidorum & frigidorum, siccorumque & humidorum, asperi & lenis, duri & mollis, atque hisce similium, salutaria quidem eligenda docet, fugienda vero noxia lædentiaque. Rursum gustus cum sapores discernat, plurimum prodest nutritioni; dum & ipse docet, quænam esui apta sint, quæ non. Odoratus autem odores dijudicat, quorum alii quidem prosunt, quos sectamur; alii vero nocent, quos fugimus. Iis autem quæ secundum locum moventur nisi visus adesset, utique motus ipsis exitio esset

φων ἀντιλαμβάνεται ἀπὸ συγκρούσεως ἐν ἀλλήλοις γινομένης σωμάτων.

Εἰ οὖν πᾶσα δύναμις καὶ ἐνέργεια τῶν ἀλόγων ψυχῶν, περὶ αὐτὰ μόνα τὰ σώματα στρέφεται, οὐκ ἂν αὐτῶν ἐκτὸς ὑποστῆναι δυνήσεται. μάτην γὰρ ἂν ἦν μηδεμίαν ἑαυτῆς δύναμιν ἐνεργῆσαι [1] δυναμένην σωμάτων ἀπουσίᾳ. οὐδὲν δὲ μάτην ποιεῖ ὁ Θεὸς, οὐδὲ ἡ τούτῳ ὑπηρετοῦσα πρὸς τὴν γένεσιν, τῶν σωμάτων φύσις. οὔτε προϋπάρχειν ἄρα σωμάτων τὰς ἀλόγους ψυχὰς, οὔτε τῶν σωμάτων φθειρομένων ὑπομένειν τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Διὰ τί μὴ καὶ τῶν ἀπὸ γῆς ζώων εἴρηται τό· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.

Ἐζήτησε δὲ Ὠριγένης ἐνταῦθα, διὰ τί μὴ καὶ ἐπὶ τῆς γενέσεως εἴρηται τῶν ἀπὸ γῆς ζώων, ὡς καὶ ἐπὶ τῆς ἐκ τῶν ὑδάτων, τό· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν; καὶ ἀπορήσας καλῶς εἰς ἀλληγορίας ἐτράπετο. ὃ δέ μοι πρὸς τοῦτο ὑποπίπτει, τοιοῦτόν ἐστιν.

Ἐπὶ μὲν τῶν προτέρων, ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ μία μὲν αὐτῶν παρεδόθη ἡ γένεσις. οὐ πάντα δὲ μίαν ἔχει τὴν διατριβήν· τὰ μὲν γὰρ ἐν ὕδασι, τὰ δὲ ἐν γῇ μάλιστα τὴν διαγωγὴν ἔχει. διεῖλεν οὖν αὐτοῖς τὰς χώρας, τοῖς μὲν εἰπών· πληρώσατε τὰ ὕδατα· τοῖς δὲ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς.

Ἐπὶ δὲ τῶν χερσαίων, ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, θηρία καὶ ἑρπετὰ καὶ κτήνη. καὶ τούτων εὐθὺς ἐπεπλήρωτο ἡ γῆ. καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν ὁμοίως· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, καὶ ξύλον κάρπιμον· καὶ ἅμα τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ, πᾶσα ἡ γῆ τούτοις ἔθαλλε.

Περιττὸς οὖν τοῦ ἔργου φανέντος, ὁ λόγος ἐδόκει. ἐπὶ γὰρ τῶν ἰχθύων, τὸ ἔργον ὑποβρύχιόν ἐστιν, οὐ φαινόμενον. διὰ δὲ τοῦ λόγου σημαίνεται τὸ ἔργον· ἴσως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἰχθύων καὶ πτηνῶν εἰρημένον, ἀπὸ κοινοῦ πᾶσι προσυπακούεσθαι βούλεται.

A Nullius item auditus foret, nisi strepitus exciperetur, qui ex mutua corporum collisione exsistit.

Cum itaque omnis vis & operatio irrationalium animarum, circa hæc ipsa sola corpora versentur, nequaquam sane extra hæc ipsa subsistere poterunt. Superflua enim essent, cum ob corporum absentiam nullam suarum potentiarum exserere valerent. Nihil autem frustra facit Deus, uti nec natura, quæ ipsi in corporum generatione subservit. Fieri ergo non potest, ut animæ irrationales, vel ante corpora sua exsistant, vel corporibus intereuntibus, superstites permaneant.

B

CAPUT XIV.

Cur non etiam de terrestribus animantibus dictum sit illud: Crescite & multiplicamini?

Heic autem Origenes quæsivit, cur non item in terrestrium, ut in aquatilium animantium creatione, dictum sit: *Crescite & multiplicamini, & replete terram?* Et pulcre animum suspendens, ad allegorias conversus est. Quod autem mihi ad hoc occurrit, est ejusmodi.


C In prioribus quidem dictum: *Producant aquæ reptilia animarum viventium, & volatilia super terram secundum firmamentum cæli*; & unicus ipsorum ortus assignatus est. Non omnia tamen unicam habent vivendi rationem: alia siquidem in aquis, alia vero in terra potissimum commorantur. Ipsis itaque suas cuique regiones assignavit: dum illis quidem dixit, *Replete aquas*; his vero, *Multiplicentur super terram.*

Porro de terrestribus: *Producat terra animam viventem, bestias & reptilia & jumenta.* Et terra statim his replera fuit. Et similiter plantis: D *Producat terra herbam fœni, & lignum pomiferum*; & simul ut Deus voluit, omnis terra hæc pullulavit.

Cum itaque res appareret, verbum visum fuisset superfluum. In piscibus autem opus ipsum erat sub aquis, nec apparebat. Quin forte etiam id quod de piscibus & volatilibus dictum est, communiter omnibus subaudiri cupit.

1 Δυναμένην.) Legit δυναμένη Cotelerius l. c, pag. 535. a.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



A

ΛΟΓΟΣ ΕΚΤΟΣ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν ϗ καθ' ὁμοίωσιν.

ΑΚΥΛΑΣ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι ἡμῶν, ϗ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν.

ΘΕΟΔΟΤΙΩΝ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον ἐν εἰκόνι ἡμῶν, [1] ὡς ἐν ὁμοιώσει ἡμῶν. B

ΣΥΜΜΑΚΟΣ.

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ὡς εἰκόνα ἡμῶν, [2] καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

Διὰ τί ἐπὶ μόνης τῆς τȣ̃ ἀνθρώπȣ γενέσεως, τοσαύτη γέγονε, ὅσον ἐπὶ τῷ σχήματι τȣ̃ λόγȣ, διάσκεψις· καίτοι ϗ κάλλει, ϗ ῥώμῃ σώματος, καὶ πολυχρονιότητι, λειπομένȣ πλείστων.

Ἐφ' ἑκάστȣ μὲν τῶν τȣ̃ κόσμου μερῶν, τȣ̃τε φωτὸς, καὶ τȣ̃ στερεώματος, καὶ τῶν φωστήρων, ἁπλῶς ὅτωσὶ τὸ τȣ̃ Θεȣ̃ πρόσταγμα προῆλθε. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω φῶς· ϗ ἐγένετο φῶς. γενηθήτω στερέωμα· γενηθήτωσαν φωστῆρες· ϗ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τὸ παραπλήσιον, ϗ μόνῃ τῇ βȣλήσει τὸ ἔργον ἐπηκολȣ́θησεν. ἐπὶ μόνȣ δὲ ἀνθρώπȣ, ὥσπερ εἰ κατὰ διάσκεψιν, ἡ γένεσις αὐτȣ̃ προελήλυθεν, ἐν τῷ· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, ϗ καθ' ὁμοίωσιν, τὸ ἐξαίρετον παρὰ τὰ λοιπὰ πάντα, τῆς τȣ̃ ἀνθρώπȣ φύσεως δηλȣ̃ντος τȣ̃ λόγȣ.

Καίτοιγε πλείστων ὁ ἄνθρωπος ζώων σμικρός τε μεγέθει, καὶ ὀλιγοχρονιώτερος ὑπάρχει. τί γὰρ δεῖ περὶ τῶν οὐρανίων σωμάτων εἰπεῖν, τῷ χρόνῳ παντὶ συμπαρατεινομένων; κάλλους δὲ χάριν οὐ τὰ οὐράνια μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ζώων πτερώσεις, καὶ ἄνθη μυρία, καὶ λίθων εὐχροιαι τὴν ἀνθρωπίνην εὐπρέπειαν παρατρέχουσι. κἀκεῖνα μὲν, D διὰ τοῦ βάθους ἔχει τὰ πλεῖστα τὸ κάλλος· ἄνθρωποι δὲ μέχρι τῆς ἐπιφανείας, ϗ μόνης [εἰ ὅλως ἐστὶ] διασώζουσιν. εἰ γὰρ γυμνώσειέ τις τὴν σάρκα τοῦ δέρματος. [3] εἰ δὲ χθὲς ὄψεται, ϗ οὐδὲ θεατὸν τὸ λιπόμενον.

Ῥώμης δὲ ἕνεκα ϗ τὸ λέγειν οἶμαι γέλοιον, ὅσον οὐ μετρίως πολλῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος λείπεται. διὰ τί οὖν ἐπὶ μόνου τούτȣ, τοσαύτη τῆς γενέσεως αὐτοῦ πρόνοια, καὶ οἱονεὶ διάσκεψις, ὅσον ἐπὶ τῷ σχήματι τȣ̃ λόγου γίνεται; ἢ δῆλον ὅτι πρὸς ἔνδειξιν τῆς τοῦ λόγȣ φύσεως ἐγγιζȣ́σης, [4] ὡς εἶπεν, Θεῷ, δι' ὃν ϗ πάντα ἑαυτῷ ποιεῖ τῇ ὑπερβολῇ τῆς συνέσεως ὑποχείρια. τοσαύτη δέ ἐστιν ἡ τȣ́τȣ φύσις, E ὅτι ϗ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δημιȣργὸς καλεῖσθαι λόγος ἠξίωσε.

LIBER SEXTUS.

VER. 26. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem.

AQUILA.

Et dixit Deus: Faciamus hominem in imagine noſtra, & ad ſimilitudinem noſtram.

THEODOTION.

Et dixit Deus: Faciamus hominem in imagine noſtra, & in ſimilitudine noſtra.

SYMMACHUS.

Et dixit Deus: Faciamus hominem tamquam imaginem noſtram, ad ſimilitudinem noſtram.

CAPUT I.

Cur in ſola hominis generatione, tanta adhibita ſit, quoad ſermonis formam, conſideratio: cum & pulcritudine, & robore corporis, & longævitate multis cedat?

IN qualibet mundi parte, tam in luce, quam in firmamento & luminaribus ſimpliciter hunc in modum Dei mandatum proceſſit: *Et dixit* C *Deus: Fiat lux: Et facta eſt lux. Fiat firmamentum; Fiant luminaria*; & in reliquis omnibus ſimiliter, & ſolam voluntatem effectus ſecutus eſt. In ſolo autem homine, ac ſi ſecundum conſultationem ortus ejus procederet; in illo: *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, & ad ſimilitudinem*, naturæ hominis præ ceteris omnibus excellentiam hoc verbo declaravit.

Verumtamen homo præ plurimis animalibus, mole puſillus, & exigui temporis exſiſtit. Quid enim opus ſit de cæleſtibus corporibus habere ſermonem, quæ univerſo tempori coextenduntur. Ratione autem pulcritudinis non ſolum cæleſtia, verum etiam multorum animantium alæ, ac flores millenæ, lapidumque coloraturæ, humanum decorem ſuperant. Atque illa quidem in intrinſecis etiam ſuis partibus plurimum habent venuſtatis; homines vero illam ſuperficie tenus dumtaxat (ſi omnino ſit) ſervant. Nam ſi quis carnem pelle denudaverit, ſi quid heri apparuerit, in poſterum certe ſpectabile non erit.

Ratione vero roboris ridiculum exiſtimo dicere, quam non parum cedat homo plurimis animantibus. Cur itaque circa hunc ſolum, tanta creationi ejus providentia & conſultatio, quoad ſermonis figuram, adhibetur? Manifeſtum eſt id fieri ad naturam rationis declarandam, qua, uti dixit, ad Deum accedit, per quam etiam ob intelligendi excellentiam cuncta ipſi ſubdita fecit. Tanta autem hujus eſt natura, ut ipſemet etiam univerſorum conditor, ratio, ſeu Verbum appellari voluerit.

1 Ὡς ἐν ὁμοιώσει ἡμῶν.] Theodotionis verſionem hujus verſus recenſens Philoponus infra cap. v. iſtius libri VI. habet, ἐν ὁμοιώμασιν ἡμῶν, ſine ὡς, ut advertit Grabius l. c.

2 Καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν.] Sic item effertur verſio Symmachi apud Montfauconium *Hexapl. Origen.* tom. I. pag. 11. Sed monente Grabio l. c. auctor noſter infra cap. v. ponit, καὶ καθ' ὁμ.

3 Εἰ δὲ χθὲς -- λιπόμενον.) Quemadmodum Penteus in membra, ſic vox εἰδεχθὲς in ſyllabas ſuas miſere diſcerpta heic jacet. Eas igitur conjunge meo periculo, immo abſque periculo; verte autem: *Nam ſi quis carnem pelle denudaverit, tætrum apparebit, & neque ſpectabile id quod fuerit decorticatum*. Nam pro λιπόμενον, a manu Joannis Grammatici λεπόμενον profectum nullus dubito. COTELER. l. ſæpius c. pag. 648. a. b.

4 Ὡς εἶπεν Θεῷ.] Reſcribendum, ὡς εἰπεῖν, Θεῷ, & ſic reddendum: *ad naturam rationis declarandam, quæ, ut ita loquar, ad Deum accedit*. COTELER. l. c. pag. 583. c.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Ὅτι οὐδέν ἐστι τεκμήριον, δεῖξαι δυνάμενον, ὡς ἔμψυχά ἐστι τὰ οὐράνια, οὐδὲ μαρτύριον τῆς ἁγίας γραφῆς, ἐξ οὗ ὅτι μηδὲ συνυπέστησαν οἱ ἄγγελοι οὐρανῷ καὶ γῇ συναποδείκνυται.

Εἰ δέ τισι τῶν ἡμετέρων ἔδοξεν, ἔμψυχά τε, καὶ λογικὰ εἶναι καὶ τὰ οὐράνια· πρῶτον μὲν διὰ τί μὴ ἐπ' ἐκείνων εἴρηταί τι τῶν τοιούτων, μηδ' ὅτι κατ' εἰκόνα, καὶ ὁμοίωσιν τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὰ γέγονεν; ἀλλ' οὐδὲ τὸ πολυχρόνιον ἐκείνων, ἐστὶ τούτου τεκμήριον. καὶ γὰρ ἀδάμας, καὶ λίθων πολλοὶ τῶν τιμωμένων μάλιστα παρ' ἡμῖν, τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων εἰσί πολυχρονιώ- B τεροί τε καὶ δυσπαθέστεροι, ἐννέα τε γενεὰς ζώει λακέρυζα κορώνη, ἀνδρῶν φθινόντων. ἔλαφος δὲ τετρακόρωνος, τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ. οἱ δὲ ἐλέφαντες, μετὰ τοσούτου μεγέθους τε καὶ δυνάμεως, καὶ πολλῷ τῶν ἀνθρώπων ὑπάρχοντες πολυχρονιώτεροι, εἴκουσιν ὅμως αὐτοῖς καὶ ὑποχείριοι γίνονται. δι' ὃ καὶ πάντων ἐστὶ διὰ τὴν λογικὴν οὐσίαν, ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τιμιωτέρα, καὶ αὐτῷ πλησιαιτέρα τῷ Θεῷ.

Ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἔμψυχα τὰ οὐράνια δεικνύειν ἕξει τις, ἵνα καὶ λογικὴν ἔχειν αὐτὰ ψυχὴν συγχωρήσωμεν. εἰ γὰρ ἐκ τῶν ἀπὸ ψυχῆς ἐνεργειῶν, τὰ ἔμψυχα διακρίνομεν τῶν ἀψύχων, ποία τις C ἐνέργεια τῶν οὐρανίων, ἔμψυχα δείκνυσιν αὐτά; ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ τῶν σωμάτων κίνησις, [τῶν βαρέων φημὶ καὶ τῶν κούφων] ὥρισται τῶν μὲν κάτωθεν ἄνω, τῶν δὲ τοὔμπαλιν ἄνωθεν φερομένων κάτω. ἡ δὲ ἀπὸ ψυχῆς ἐνυπάρχουσα τοῖς ζώοις, καθ' ὁρμὴν αὐτῆς οἰκείαν, κατ' ὄρεξιν γίνεται, τῆς φαντασίας ἐπεγειρούσης τὰ κινητικὰ τῶν ζώων μόρια. διὸ καὶ οὐκ ἀεὶ ἡ αὐτὴ, ἄλλοτε δὲ ἄλλη, πρὸς τὴν ἐκείνων ὄρεξίν τε καὶ χρείαν ἡ κίνησις. ἐπὶ δὲ τῶν οὐρανίων, οὐκέτι σημεῖον οὐδὲν, τοῦ κατὰ προαίρεσιν ψυχικὴν, τὴν ἐγκύκλιον αὐτῶν γίνεσθαι κίνησιν. κύκλῳ γὰρ καὶ τὸ ὑπέκκαυμα κινεῖται, καὶ ὁ τούτῳ πλησιάζων ἀήρ· καὶ ὅτι μὴ βίᾳ δεδείχαμεν ἐν ἑτέροις.

Ἀλλ' οὐδὲ τὸ κινεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, τὰ τῇδε ταῖς ἐκείνων ψυχαῖς ἀποδοτέον, ἀλλὰ μόνῃ τῇ τῶν σωμάτων αὐτῶν συγκράσει, καὶ τῇ πλησιότητι, καὶ ἀποστάσει τῶν παρ' ἡμῖν. διὰ τί γὰρ αἱ ἐξ ἀλλήλων ἀποστάσεις αὐτῶν, καὶ αἱ σύνοδοι, ἡλίου τε καὶ σελήνης, καὶ αἱ τῶν πλανωμένων, ὡς τὰ ζώδια ἐπεμβάσεις, τὰς τοῦ παρ' ἡμῖν ἀέρος ποιοῦσι μεταβολάς; ἅπερ οὐ ψυχικῆς ἐστιν ἔργα δυνάμεως, μόνης δὲ τῆς κατὰ ποιότητα· καὶ γὰρ τὰ στοιχεῖα ποιεῖ φανερῶς εἰς τὰ ἡμέτερα σώματα, θερμαίνοντά τε καὶ ψύχροντα· φωτίζει δὲ καὶ τὸ πῦρ, ὡς ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ οἱ ἀστέρες. καὶ αὐτὴ δὲ μόνη τῶν σωμάτων ἡ κίνησις θερμαίνει τὸ ἐν ἡμῖν ἀναζωπυροῦσα θερμὸν, E καὶ ῥῶσιν τῷ ὅλῳ ποιεῖ. κίνησις γὰρ κρατύνει, φησὶν Ἱπποκράτης, ἀργίη τήκει.

Ἀλλ' οὐδὲ οἱ περὶ τὴν γενεθλιαλογίαν ἐπτοημένοι, τὴν τῶν οὐρανῶν ψυχὴν τὰ περὶ τοὺς βίους ἡμῶν συμπτώματά φασι ποιεῖν. ἀλλὰ τὴν τῆς γενέσεως [1] κατ' ἀρχὴν, καὶ τὴν κατ' ἐκείνην, πρὸς ἄλληλα τῶν πλανωμένων τε, καὶ ἀπλανῶν σχέσιν· καὶ τὰ σχήματα τούτων, καὶ τὴν ἑκάστου κατά τι τῶν μοιρῶν τοῦ ζοδιακοῦ θέσιν· τότε ὡροσκοποῦσι καὶ δῦνον καὶ μεσουρανοῦν ἐφ' ἑκάτερα. ὅθεν φασίν, ἢν δ' ὥρη ψεύσηται, ἐξήλισθεν ἅπαντα.

CAPUT II.

Quod nullum argumentum demonstrare possit cælestia esse animata, nec ex ullo scripturæ testimonio convincantur angeli non una cum cælo & terra coexstitisse.

Quod si quibusdam etiam e nostris, cælestia quoque & animata, & rationalia visa fuerint: primum quidem cur non de ipsis quoque quid simile dictum fuit; quod nempe ad imaginem ac similitudinem conditoris facta sint? Quin nec longævitas eorum hujus rei argumentum est: nam & adamas multique lapides qui maxi- B mo apud nos in pretio sunt, humanis corporibus longæviores & duriores exsistunt; ac garrula cornicula, hominibus deficientibus, ad novem superstes est generationes; cervus autem quatuor corniculis, corvus vero tribus cervis. Ceterum elephantes cum tanta magnitudine atque potentia præstent, multo etiam hominibus longiori tempore vivant, ipsis tamen obtemperant, & subijciuntur. Quare etiam natura hominum propter essentiam rationalem omnibus præstantior, ipsique Deo propinquior exsistit.

Sed neque quisquam demonstrare poterit res cælestes esse animatas, ut etiam ipsas rationalem animam habere concedamus. Etenim si ex operatio- C nibus animæ, res animatas ab inanimatis discernimus; qualis tandem rerum cælestium operatio declaret ipsas esse animatas? Siquidem naturalis corporum motus, gravium inquam & levium, definitur, horum quidem inferne sursum, istorum vero contra, superne deorsum latione. At qui ab anima inest animantibus, fit secundum proprium impetum & appetitum, dum imaginatio excitat motalia animalium membra: quamobrem etiam non semper idem, sed diversus interdum, pro illorum appetitu ac necessitate, motus exsistit. In cælestibus autem nullum umquam indicium probat motum ipsorum circulorum fieri secundum animæ propensionem. Nam & ignis elementaris circulariter D movetur, uti & aer huic vicinus: idque sine violentia fieri, alibi demonstravimus.

Quin neque rerum quæ heic sub ipsis sunt, motus, ipsorum animis tribuendus, sed soli corporum ipsorum temperamento ac vicinitati atque distantiæ a nostratibus. Ad quid enim mutui recessus atque incursus, solis & lunæ, ac planetarum, in zodiaci signa ingressus, nostri hujus aeris mutationes faciunt? quæ non sunt virtutis animalis operationes, sed tantum qualitatum; uti manifestum faciunt elementa, dum corpora nostra calefaciunt & refrigerant. Illuminat vero etiam ignis non secus ac sol, & luna, & stellæ. Quin immo ipse solus corporum motus calefacit, dum in nobis excitat E calorem, & toti corpori robur addit. Motus enim, inquit Hippocrates, corroborat, otium autem enervat.

Sed neque hi qui genethlialogiæ penitus addicti sunt, vitæ nostræ casus cælestium animæ attribuunt, sed stellarum cum errantium, tum inerrantium habitudini seu affectioni, quam sub, & circa initium nativitatis ad invicem obtinent; & earumdem figuris; nec non sicuti cujuslibet, signorum, seu partium zodiaci, dum horoscopum observant, & utriusque signum quod occidit & medium cælum tenet. Hinc ajunt: Quod si hora fefellerit, omnia aberrasse.

[1] Κατ' ἀρχὴν.) Orta hæc lectio ex importuna unius vocis divisione. Junctim legendum καταρχήν. Coteler. l.c. pag. 648. b.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

Εἰ οὖν ἐκ μηδενὸς τῶν εἰρημένων, ἔμψυχα τὰ οὐράνια δείκνυται, πολλῷ γε μᾶλλον οὐδ' ὅτι λογικῆς, ἢ νοερᾶς μετέχει ψυχῆς, καὶ ἀναπόδεικτος παντελῶς ἡ ὑπόθεσις. ἡ δὲ ἄτακτος αὐτῶν κίνησις, θεόθεν αὐτοῖς, οὐκ ἀπὸ ψυχῆς, καὶ πρόγε πάντων, ὅτι μηδέ τι τοιοῦτο περὶ αὐτῶν, ὁ μέγας ἠνίξατο Μωϋσῆς. τολμηρὸν οὖν ὡς ὁμολογουμένῳ τίθεσθαι ὃ μήτε λόγος δείκνυσι, μήτε θεία γραφὴ τούτῳ μαρτυρεῖ.

Κἀντεῦθεν οὖν πάλιν προφανὲς, ὅτι μηδὲ αἱ τῶν ἀγγέλων λειτουργικαὶ τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, τοῖς πρώτοις συνυπέστησαν σώμασιν, οὐρανῷ καὶ γῇ, καθὰ Θεοδώρῳ δοκεῖ. εἰ γὰρ τὸ τῶν λογικῶν ἔσχατον ὁ ἄνθρωπος, ὁ θανάτῳ λυομένην ἀπὸ τοῦ σώματος ἔχων τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα φθαρτὸν, οὕτω τιμίας τῆς ἐκ τοῦ δημιουργοῦ συστάσεως ἠξιώθη· πῶς τῆς ἐκείνων γενέσεως οὐδὲ ψιλὴν ἤμελλεν ὁ προφήτης ποιεῖσθαι μνήμην, ἀλλὰ συνεπινοεῖν ἡμᾶς οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις ἤθελεν, ὡς τὰ μεταξὺ στοιχεῖα τούτων ἀέρα καὶ ὕδωρ, οὕτως ἀτίμως αὐτῶν παραῤῥίπτων τὴν σύστασιν, καίτοιγε πολλάκις αὐτῶν ὡς ὑπερκοσμίων ἐμνήσθη; ἀλλὰ γέλοτα ταῦτα καὶ μόνης ὕβρεως, καὶ τοῖς προφητικῆς διανοίας οὐκ ἄξια.

A Si itaque ex nullo eorum quæ dicta sunt, demonstretur, cælestia esse animata; multo sane minus illa rationalem aut intelligentem animam participare, atque adeo hæc suppositio est omnino indemonstrabilis. Ordinatus autem ille motus a Deo ipsis, non ab anima insitus est, præsertim cum nihil simile de ipsis magnus Moyses insinuaverit. Temerarium itaque fuerit tamquam pro confesso ponere, quod neque ratio demonstrat, neque divinæ scripturæ testimonio comprobatur.

Unde iterum manifestum fit, virtutes illas angelorum quæ Deo ministrant, non una cum primis istis corporibus, cælo & terra, conditas fuisse, uti Theodoro placet. Nam si homo rationa-
B lium postremus, qui animam a corpore morte resolvendam, & corpus ipsum corruptibile sortitus est, tanto honore dignus habitus sit a conditore suo; quomodo Propheta ne tenuem quidem creationis angelorum mentionem facere, sed nos una cum cælo & terra simul angelicas virtutes subintelligere voluisset; non secus ac intermedia elementa, aerem & aquam adeo inhonoratam creationem ipsarum relinquendo, cum tamen sæpenumero earum tamquam supramundialium meminerit? Verum hæ ridicula sunt & contumeliosa, & prophetico sensu indigna.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γʹ.

Ὅτι ἀδύνατον διὰ τῶν πληθυντικῶν φωνῶν πρὸς τοὺς ἀγγέλους κοινολογεῖσθαι τὸν Θεόν· ἢ ἀντὶ τοῦ ἑνικοῦ ἀριθμοῦ, τῷ πληθυντικῷ χρήσασθαι.

ΟΤΙ μὲν οὖν μέγα τι χρῆμα, παρὰ τὰ λοιπὰ τῶν ἐγκοσμίων ὁ ἄνθρωπος, ἐντεῦθεν δῆλον. ταῖς δὲ πληθυντικαῖς φωναῖς, τῇ ποιήσωμεν, καὶ τῇ κατ' εἰκόνα ἡμῶν ἐπέστησαν ἅπαντες, οὐ χριστιανοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίων οἱ λόγιοι. ἀλλὰ Ἰουδαῖοι μὲν πρὸς τοὺς ἀγγέλους, ταῦτα κοινολογεῖσθαί φασι τὸν Θεόν. οὕτω δὲ συμβαίνει, μὴ μόνον κατ' εἰκόνα Θεοῦ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ κατ' εἰκόνα τῶν ἀγγέλων [ποιήσωμεν γάρ φησιν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν] καὶ οὐ μόνον τὸν Θεὸν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγγέλους τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως ὑπάρχειν αἰτίους, διὰ τὸ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον. πῶς οὖν ἐπήγαγε Μωϋσῆς· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· καὶ τῶν ἀγγέλων οὐδεμία μνήμη; οὐδαμοῦ γὰρ ἡ θεία γραφὴ τὴν δημιουργικὴν αὐτοῖς δίδωσι δύναμιν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ Θεῷ, ὃν καὶ τῶν ἀγγέλων φησὶν ὑπάρχειν δημιουργόν. ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ, πυρὸς φλόγα· οὐκ ἄρα τὸ, ποιήσωμεν, οὐδὲ τὸ, κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, τῷ Θεῷ τοὺς ἀγγέλους συμπεριείληφεν.

Ἀλλ' οὐ δὲ ἕτεροι νενομίκασι, τῇ πληθυντικῇ φωνῇ, ἐφ' ἑνὸς ἑαυτοῦ ἐχρήσατο ὁ Θεὸς, ὡς καὶ ἐπ' ἀνθρώπων εἴωθε γίνεσθαι. εἴποι γὰρ ἄν τις ἄρχων, ἡμεῖς σοι κελεύομεν· ἡμεῖς γὰρ παῖδα φαρμακεύομεν, ἡ Ἀνδρομάχη παρ' Εὐριπίδῃ. οὐ γὰρ ἑτέρωθί που τῆς γραφῆς, τοῦτο γιγνόμενον ἴσμεν ἐπὶ Θεοῦ, τοὐναντίον δὲ μᾶλλον, ἑνικῶς ἀεὶ Θεὸς ὑμνεῖται· κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν. οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ. οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. σὺ πιστεύσεις ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καλῶς ποιεῖς.

C A P U T III.

C *Quod impossibile sit, Deum vocibus pluralibus cum angelis conferre; vel pro singulari numero, plurali uti.*

HInc manifestum est hominem præ ceteris rebus mundialibus, quid magni exsistere. Quin etiam vocibus pluralibus dictum esse, [a] *Faciamus*, & *ad similitudinem nostram*, omnes consentiunt, non solum Christiani, verum etiam Judæi peritiores. Attamen Judæi tradunt Deum verba hæc ad angelos dirigere. Verum sic contingeret hominem non solum ad imaginem Dei factum esse, sed etiam ad imaginem angelorum: *Faciamus*
D enim, inquit, *hominem ad imaginem nostram*, & *ad similitudinem*; & non solum Deum, verum etiam angelos, generationis hominis auctores exsistere, propter illud: *faciamus hominem*. Quomodo igitur subjunxit Moyses: [b] *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*; & nulla fit mentio angelorum? Nullibi enim scriptura tribuit ipsis vim creandi, sed soli Deo, quem & angelorum ait esse creatorem: [c] *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam*. Nequaquam igitur istud: *Faciamus*, neque illud: *ad imaginem nostram*, simul cum Deo angelos comprehendit.

Quin nec, ut aliqui existimarunt, plurali vo-
E ce de se ipso uno usus est Deus, sicut etiam hominibus usu venit. Dixerit enim princeps aliquis: Nos tibi præcipimus. Nos enim puero pharmaca damus, inquit Andromache apud Euripidem. Nullibi enim alias in scriptura novimus hoc in Deo factum esse. Quin potius contra singulariter semper Deus prædicatur. [d] *Dominus Deus tuus, Dominus unus est. Non est Deus præter me.* [e] *Nemo bonus nisi unus Deus.* [f] *Tu credis quoniam unus est Deus, bene facis.*

a Gen. I, 26. b Ibid. ℣. 27. c Psalm. CIII, 4. d Deut. II. 7. e Marc. x. 18. f Jac. II, 19.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δʹ.

Πλείονες ἀποδείξεις, ὅτι τὸ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος δόγμα, προανεκήρυξε Μωϋσῆς.

ΛΕίπεται οὖν τὸν υἱὸν ἐν τούτοις νοεῖν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὓς καὶ ὁ ψαλμὸς συνδημιουργεῖν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὸ πᾶν εἴρηκε. τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. καὶ πάλιν· καὶ ἐκέκραξαν πρὸς κύριον, ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἐκ τῶν ἀναγκῶν αὐτῶν ἔσωσεν αὐτούς, ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτοὺς, καὶ ἐῤῥύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. οὐ γὰρ προφορικὸν λόγον, τὸν ἅμα τῷ προελθεῖν λυόμενον, τῷ Θεῷ περιάπτειν θέμις· οὐδὲ τὸ ἀποστέλλεσθαι τοῦ προφορικοῦ ἐστι λόγου. εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τί ἂν ἕτερον ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος ὑπάρχοι, πλὴν οὐσία Θεοῦ πάντως ἐξ αὐτοῦ προεληλυθυῖα, τοῦ γεννήσαντος αὐτὸν Θεοῦ καὶ πατρός;

Καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὁμοίως. οὐχ οἷον τὸ ἐξ ἡμῶν ἐκπνεόμενον, ἀλλ᾽ ὁμοίως καὶ αὐτὸ θείαν οὐσίαν φησὶ, τὴν δημιουργικὴν δύναμιν ἔχουσαν. πολὺς δέ ἐστι περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ παλαιᾷ λόγος. ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. καὶ πάλιν· οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας. καὶ ὁ Δαβίδ· καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ᾽ ἐμοῦ. καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. πνεῦμα γὰρ ἅγιον σοφίας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας.

Καὶ περὶ τοῦ σωτῆρος ὁ Ἱερεμίας. πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς κύριος, οὗ εἴπομεν ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσι. τοῦτο δὲ τίνι ἄλλῳ παρὰ τὸν σαρκωθέντα τοῦ Θεοῦ λόγον ἁρμόσει; ὡς καὶ διὰ τοῦτο Χριστὸς ἐκλήθη. ἔπινον γὰρ ἐκ πνευματικῆς, ἀκολουθούσης πέτρας· ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός. καὶ πάλιν ὁ Δαβίδ· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. καὶ Μωϋσῆς ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· δεῦτε καταβάντες συγχέωμεν τὰς γλώσσας αὐτῶν. τὸ γὰρ δεῦτε, προστακτικὸν, οὐ συγχωρεῖ, ὡς ἐφ᾽ ἑνὸς ἑαυτοῦ, πληθυντικὸν λέγειν τὸν Θεὸν τὸ καταβάντες καὶ τὸ συγχέωμεν. ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐξ αὐτοῦ ὁ λόγος, οἷς πληθυντικῶς ἑαυτὸν συμπαρείληφεν. ὁ γὰρ προστάσσων, ἑτέροις προστάσσει.

Πάλιν εἰπὼν, ὦφθαι τὸν Θεὸν τῷ Ἀβραὰμ ἐν τῇ δρυῒ καθημένῳ τῇ Μαμβρῇ, ἐν τρισὶν ἀνδράσι τὴν ὀπτασίαν τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φησίν.

Εἰ οὖν ἐκ πάντων τούτων, καὶ ἄλλων πλειόνων, τὰ τρία τῆς θεότητος πρόσωπα, καὶ ἡ παλαιὰ φαίνεται γραφὴ διδάσκουσα· τὸ ἄρα ποιήσωμεν, καὶ τὸ κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, τὰ σπέρματα τῆς ἀκριβοῦς θεολογίας ἄνωθεν τοῖς νοεῖν δυναμένοις τε, καὶ ἀξίοις προκατεβάλετο Μωϋσῆς, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν προφῆται, περὶ ὧν οὐ καιρὸς ἐκτείνειν. τὸν δὲ πληθυντικὸν τούτων τῶν προσώπων ἀριθμὸν, καὶ ἄλλα σαφέστερον ἐκδόσεις ἡρμήνευσαν· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν.

CAPUT IV.

Pluribus demonstratur, Moysem prædicasse dogma de sancta Trinitate.

RElìquum est igitur, ut in his Filium, & Spiritum sanctum intelligamus. Quos etiam psalmus, universum hoc, una cum Deo ac Patre, condidisse, ait: [a] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus, omnis virtus eorum.* Et iterum: [b] *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; & de necessitatibus eorum liberavit eos.* [c] *Misit verbum suum, & sanavit eos; & eripuit* B *eos de interitionibus eorum.* Neque enim prolatitium verbum, quod simul ut profertur resolvitur, Deo accommodare fas est: neque mitti, est prolatitii sermonis. Quod si itaque non hoc, quid ergo aliud sit Verbum Dei ab ipsomet genitore Deo ac Patre perfectissime procedens?

In Spiritu sancto similiter, non quasi spiritus aerius qui a nobis exspiratur; quin etiam eodem modo, ait ipsum esse divinam essentiam, quæ creandi vim habeat. Frequens autem in veteri testamento sermo est de Spiritu sancto. [d] *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur; & renovabis faciem terræ.* Et iterum: [e] *Non* C *permanebit Spiritus meus in hominibus istis, eo quod sint ipsi carnes.* Et David: [f] *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Et spiritu principali confirma me.* [g] *Spiritus enim sanctus sapientiæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Et de Salvatore Jeremias: [h] *Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus, cujus diximus, in umbra ejus vivemus in gentibus.* Hoc autem, cuinam alteri, præterquam incarnato Dei Verbo conveniat? ita ut etiam idcirco Christus nuncupatus sit. [i] *Bibebant enim de spiritali consequente eos petra; Petra autem erat Christus.* Atque iterum David: [k] *Dixit Dominus Domino meo; sede a* D *dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et Moyses tamquam ex persona Dei: [l] *Venite, descendentes confundamus eorum linguam.* Illud enim *venite*, præcipientis est. Neque convenit ut Deus de se ipso uno, pluraliter dicat, *venite, & confundamus.* Sed ad creaturas ejus sermo est, quibuscum pluraliter semet ipsum comprehendit. Nam qui præcipit, aliis præcipit.

Rursum dixit [m] apparuisse Deum Abrahæ in quercu Mambre sedenti, in tribus viris visionem contigisse tradit.

Cum itaque ex his omnibus aliisque locis pluribus, tres divinitatis personas, vetus etiam scriptura docuisse videatur; utique illud *Faciamus*, E *& ad imaginem nostram*, tamquam exactæ theologiæ semina, intelligere valentibus ac dignis, præmisit Moyses, ac Prophetæ qui post ipsum exstiterunt, de quibus jam fusius agere tempus non permisit. Ceterum pluralem istum trium personarum numerum, aliaque clarius Septuaginta interpretes exposuerunt: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem.*

a Psalm. xxxii. 6. b Psal. cvi. 13. c Ibid. ℣. 20. d Psal. ciii. 29. 30. e Gen. vi. 3. f Psalm. L. 13. 14. g Sap. II. 5. h Thren. iv. 40. i I. Cor. x. 3. k Psalm. cix. 1. l Gen. II. 7. m Gen. xviii. 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Οπ πνὲς ἀσυμφώνως τῷ γράμματι, τὸ κατ᾽ εἰκόνα, κατὰ τὸν ὑὸν ἐξειλήφασι.

ΕΠέστεσαν τέτῳ πνὲς, ὅπ μὴ εἶπε· ποιήσομεν ἄνθρωπον εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν, ἀλλὰ κατ᾽ εἰκόνα. καί φασιν· εἴπερ εἰκὼν ἐσπ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ ὑὸς, περὶ ὃ καὶ Παῦλος εἶπεν· ὅς ἐσπν εἰκὼν τῦ Θεῦ ἀοράτυ. καὶ ὁ κύριος· ὁ ἑορακὼς ἐμὲ, ἑόρακε τὸν πατέρα. πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐσπ. διὸ καὶ λόγος ἐςὶ τῦ Θεῦ καὶ πατρὸς, καὶ μεγάλης βυλῆς ἄγγελος. ὡς γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος, τῶν ἐν τῷ νῷ τῷ ἡμετέρῳ νοημάτων ἐξαγγελπκός ἐςι, τὰ τῦ πατρὸς ἀόρατα τοῖς ἔξω διηγέμενος. ὕτω καὶ ὁ τῦ Θεῦ λόγος, τῆς μεγάλης βυλῆς τῦ πατρὸς ἀγγέλος ἐκλήθη, καὶ τῦ ἀοράτυ Θεῦ εἰκών. διὸ καὶ ὐδεὶς δύναται γνῶναι τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ ὑὸς αὐτῷ ἀποκαλύψῃ. ὡς ὐδὲ τὰ ἡμέτερα νοήματα γνῶναί πνι δυνατὸν, μὴ τῦ ἡμετέρου λόγυ ταῦτα τοῖς ἔξωθεν ἀπαγγέλλοντος. ἐπεὶ οὖν εἰκὼν τοῦ Θεῦ καὶ πατρός ἐσπν ὁ ὑὸς, κατὰ ταύτην τὴν εἰκόνα, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν αὐτῆς γεγονέναι τὸν ἄνθρωπον νοῦσιν.

Οὐκ ἀπίθανος μὲν οὖν ἡ ἐπίστασις αὐτῶν καὶ ἡ ἐπιβολὴ, ἀλλ᾽ αἱ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεις ὐ πάνυ τύτῳ συμφέρονται. Ακύλας· ἐν εἰκόνι ἡμῶν, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἡμῶν. Θεοδοτίων· ἐν εἰκόνι ἡμῶν, ἐν ὁμοιώμασιν ἡμῶν. Σύμμαχος· ὡς εἰκόνα ἡμῶν καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἡμῶν. καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμόν· ἐν εἰκόνι Θεῦ ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον. Ακύλας ὖν καὶ Θεοδοτίων, ἐν εἰκόνι ἡμῶν εἰπόντες· ὁ δὲ Σύμμαχος· ὡς εἰκόνα ἡμῶν, ὐ κατὰ τὴν εἰκόνα τῦ Θεῦ καὶ πατρὸς, ὅς ἐςιν ὁ ὑὸς, [εἰκὼν ὑπάρχων τῦ Θεῦ τῦ ἀοράτυ] ἰδιαίτερον τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι φασὶν, ἀλλ᾽ αὐτὸν μόνον εἰκόνα Θεῦ γεγονέναι, τουτέςι τῆς ἐν τριάδι μιᾶς θεότητος. ὅθεν καὶ ἐν τῇ ἐπαναλήψει, ἀπὸ τῦ πληθυντικῦ μετῆλθεν ἐπὶ τὸ ἑνικὸν, διὰ τὸ μοναδικὸν τῆς θεότητος. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ᾽ εἰκόνα Θεῦ ἐποίησεν αὐτόν.

CAPUT V.

Quosdam dissentanee sensui litterali, illud, ad imaginem, secundum filium accepisse.

INstiterunt huic loco aliqui, quod non dixerit: Faciamus hominem imaginem, & similitudinem nostram, sed *ad imaginem*. Et ajunt: Cum Filius etiam sit imago Dei ac Patris, de quo & Paullus ait: [a] *Qui est imago Dei invisibilis*. Et Dominus: [b] *Qui videt me, videt & Patrem*: [c] *Omnia enim, quaecumque habet Pater, mea sunt*. Quapropter etiam est Verbum Dei ac Patris, & ma- B gni consilii angelus. Quemadmodum enim verbum nostrum eas quæ in mente nostra sunt, cogitationes enuntiat; sic ipse iis qui foris sunt, invisibilia Patris exponit. Quare etiam Dei Verbum magni consilii Patris angelus vocatus est, & invisibilis Dei imago. Quocirca etiam [d] nemo potest nosse Patrem, nisi Filius ipsi revelaverit: sicut nemo potest nostras cogitationes nosse, nisi nostrum verbum exterius illas promulget. Cum itaque Filius sit imago Dei ac Patris, ad hanc imaginem & ad ipsius similitudinem, hominem esse factum censent.

Utique hæc illorum instantia & objectio haud omnino improbabilis est. Sed ceterorum expositio- C nes huic non admodum consentiunt. Aquila: *In imagine nostra, & ad similitudinem nostram*. Theodotion: *In imagine nostra, in similitudinem nostram*. Symmachus: *Tamquam imaginem nostram, & ad similitudinem nostram*. Et post diluvium: [e] *In imagine Dei feci hominem*. Aquila itaque & Theodotion, dum dicunt, *In imagine nostra*; Symmachus vero, *Tamquam imagiuem nostram*, non ad imaginem Dei ac Patris quæ Filius est, (utpote, [f] *imago Dei invisibilis*) proprie hominem factum ajunt, sed ipsum solum factum esse, imaginem Dei, id est divinitatis, quæ una est in Trinitate. Quare etiam in repetitione, a plurali transivit ad singularem, propter divinitatis unita- D tem. [g] *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς΄.

Οτι οὐδὲ σωματικῶς ἐκληπτέον τὸ κατ᾽ εἰκόνα· ἀλλ᾽ ὡς ἐπήγαγε Μωϋσῆς, κατὰ τὸ ἄρχειν ἁπάντων τῶν θνητῶν ζώων. ὖ δεικπκὸν, τὸ θεῖναι τὸν Αδὰμ τοῖς χερσαίοις τε καὶ πτηνοῖς τὰ ὀνόματα.

ΕΠΙ τούτοις ζητεῖται αὐτὸ τοῦτο τὸ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ, καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν, τί δηλοῦν ἐθέλει. ὅτι μὲν οὖν οὐ κατὰ τὸ σῶμα ἡ εἰκὼν, καὶ ἡ ὁμοίωσις. δῆλον τοῦτο δὴ τὸ καταγέλαςον· ὑπό τινων μὲν ὑποπτευθὲν ἀλογώτατα· ὑπὸ πολλῶν δὲ καλῶς ἐληλεγμένον. ἐσχάτως γὰρ ἀσεβὲς, τὸ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸ θεῖον, ὅτε οὐδὲ ἡ ψυχὴ, οὐδ᾽ ἄλλο τι τῶν ἀσωμάτων.

Πότερον δὲ ἐκ παραλλήλου ταὐτόν ἐσπν ἑκάτερον, ἢ ἄλλο μέν π τὸ κατ᾽ εἰκόνα δηλοῖ, ἕτερον δὲ τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν. εἰ μὲν οὖν ταὐτὸν ἑκάτερον, ἔοικεν ὁ Μωϋσῆς τοῦ κατ᾽ εἰκόνα, ὥσπερ ἐξήγησιν ἐπαγαγεῖν τὸ καθ᾽ ὁμοίωσιν. εἶτα τί τοῦ τό ἐςι δηλῶν προσέθηκε· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τῦ ὐρανῦ, καὶ τῶν κτη-

CAPUT VI.

Quod non corporaliter accipiendum sit illud: Ad imaginem; *sed sicut subjunxit Moyses, secundum principatum in omnia animalia mortalia: cujus indicium est, quod Adam tam terrestribus quam volatilibus nomina imposuerit.*

IN his quæritur illud ipsum, *Ad imaginem Dei, & ad similitudinem*, quid sibi velit. Siquidem non secundum corpus imaginem ac similitudinem E existere, manifestum est. Hoc quidem nonnullorum ridiculum atque insulsissimum est commentum, verum a plurimis pulcre refutatum. Extremæ enim impietatis sit existimare Deum humana forma præditum esse, cum neque anima sit, neque quidquam ceterarum rerum incorporearum.

Ceterum, vel utrumque inter se idem est; vel certe quid aliud significat illud: *Ad imaginem*, item aliud: *ad similitudinem*. Quod si utrumque quidem idem sit, visus est Moyses, isti *Ad imaginem*, per modum expositionis subjunxisse illud: *Ad similitudinem*. Deinde quid hoc sit declarans addidit: [h] *Et præsit piscibus maris, & volatilibus*

a Coloff. II. 15. b Joan. XIV. 9. c Joan. XVI. 15. d Matth. XI. 27. Luc. X. 22. e Gen. IX. 7. f I. Coloff. 15. g Gen. I. 27. h Gen. I. 28.

νῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. σημαίνοντος τούτου, ὅτι καθάπερ ἁπάντων τῶν ὄντων βασιλεύς ἐστιν ὁ Θεὸς, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον καθ' ὁμοίωσιν ἑαυτοῦ βασιλέα τῶν ἐπὶ γῆς πάντων ἐπέστησε.

Καὶ τοῦτο πάλιν διὰ τῶν ἑξῆς ἐδήλωσεν ἐναργέστερον, εὐλογήσας αὐτοὺς, καὶ εἰπών· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. κυριεύει μὲν γὰρ ἀληθῶς, καὶ ἄρχει πάντων ὁ Θεὸς ὧν ἐποίησε, καὶ εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν ἐκ μὴ ὄντος. ἀγαθὸς δὲ ὢν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ὡς φύσει γενητῇ δυνατὸν ἐξομοιοῦν ἑαυτῷ βουλόμενος, κυριεύειν καὶ ἄρχειν πάντων ἐπέταξε, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς διὰ τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ λόγου δυνάμεως.

Γενομένῳ τοίνυν εὐθὺς τὴν ἐξουσίαν ταύτην διδοὺς, ἤγαγε πρὸς αὐτὸν πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ἐφ' ᾧ τούτων ὄνομα θεῖναι ἑκάστῳ. καὶ πᾶν ὃ ἐκάλεσεν ὁ Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ. καὶ ἡμεῖς γὰρ τῶν οἰκετῶν οὓς ἐν ἀρχῇ κτώμεθα, τὰ πρότερον ἀμείβοντες, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ὀνόματα, ἕτερα τίθεμεν αὐτοῖς, καὶ τοῦτο τῆς κατ' αὐτῶν δεσποτείας ποιούμενοι σύμβολον. οἱονεὶ παλιγγενεσίαν τινὰ διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἀμοιβῆς αὐτοῖς παρεχόμενοι. τοῖς γὰρ ἄρτι τεχθεῖσι τίθεμεν ἄνθρωποι τὰ ὀνόματα. οὕτω μὲν οὖν, εἰ ἐκ παραλλήλου νοοῖμεν τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν.

A cæli, & jumentis, & omni terræ, & omnibus reptilibus reptantibus super terram. Per hoc significans; Quod sicut Deus est rerum omnium imperator, sic etiam hominem ad similitudinem suam, regem constituerit omnium quæ sunt supra terram.

Atque hoc rursum per ea quæ sequuntur manifestius declaravit; cum [a] *benedixit eis, dicens: Crescite, & multiplicamini & replete terram, & dominamini ei; & imperate piscibus maris, & volatilibus cæli, & omnibus jumentis, & omni terræ, & omnibus reptilibus reptantibus super terram.* Dominatur enim vere Deus ac præest omnibus quæ fecit, & ex nihilo in lucem produxit. Cum autem bonus esset, hominemque, quoad creaB tæ naturæ licet, sibi ipsi assimilare vellet, per inditam illi rationis facultatem, omnibus dominari ac præesse jussit.

Recens itaque creato hanc illico potestatem donans, [b] adduxit ad eum omnes bestias terræ, & volatilia cæli, ut cuilibet horum nomen poneret. Et omne quodcumque vocavit Adam, hoc nomen illi. Etenim nos quoque servis quos primum obtinemus, priora nomina permutantes, plerumque alia nomina imponimus, hoc dominii in illos symbolum statuentes, quasi alteram quamdam regenerationem per nominis immutationem ipsis communicantes. Recens enim natis homines nomina imponimus. Sic itaque ex comparatione possumus C intelligere istud: *Ad imaginem*, & *ad similitudinem*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ'.

Εἰ ἕτερον τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ἕτερον τὸ καθ' ὁμοίωσιν, τί τούτων ἐστὶν ἑκάτερον;

Εἰ δὲ τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἰδίαν ἔχει παρὰ τὸ κατ' εἰκόνα σημασίαν, εἴη ἂν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἐκ τῆς κατὰ προαίρεσιν ἡμῶν εὐζωΐας, καὶ πρὸς Θεὸν ὁμοιώσεως εἰρημένον· καὶ γὰρ ὁ κύριος· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. καὶ πάλιν· γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί. καὶ πάλιν· ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς, τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι. καὶ ὁ ἀπόστολος· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. καὶ ὁ Ἰωάννης· νῦν τέκνα Θεοῦ ἐσμὲν, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. οἴδαμεν ὅτι ἐὰν φανερωθῇ ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα.

Εἰ δ' οὕτω ταῦτα διαιρεστέα· δῆλον οἶμαι λοιπὸν ὅτι τὸ μὲν κατ' εἰκόνα εὐθὺς γενόμενος ἄνθρωπος εἴληφε, τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν, δυνάμει μόνον ἔσχεν εὐθὺς, διὰ τὸ τὴν λογικὴν οὐσίαν δεκτικὴν εἶναι τούτου κατ' ἐνέργειαν, ὅτε διὰ γνώσεως ἀληθοῦς καὶ βίου καθαρότητος, καὶ τῆς τῶν δεομένων αὐτοῦ προνοίας, ἐξομοιώθη τῷ Θεῷ. τοῦτο γάρ ἐστι Θεοῦ μίμησις, καὶ τὴν διαστολὴν τούτων καὶ ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως δεῖξαι δυνατόν. ἐν γὰρ τῇ ἐπαναλήψει τοῦ λόγου φησὶν οὕτως· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, καὶ τὰ ἐπιφερόμενα τούτοις. τὰ μὲν τῆς εἰκόνος δηλώσας διὰ τοῦ, καὶ ἄρχειν τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἑξῆς. τὸ

CAPUT VII.

Si aliud sit ad imaginem, & *aliud* ad similitudinem; *quid horum utrumque sit?*

Si illud *ad similitudinem* peculiarem habeat significationem, præ illo *ad imaginem*; dictum fuerit istud *ad similitudinem*, de libera nostra recte vivendi ratione, qua Deum imitamur; juxta illud Domini: [c] *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benedicite exsecrantibus vos, beneD facite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Et iterum: [d] *Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Item: [e] *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* Et Apostolus: [f] *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* Et beatus Joannes: [g] *Nunc filii Dei sumus; & nondum apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus.*

Quod si hæc ita definienda sint, ceterum puto manifestum, illud quidem quod est *ad imaginem*, statim ut factus est, hominem accepisse; verum E id quod est *ad similitudinem*, virtute dumtaxat statim habuisse; quoniam natura rationalis hanc actu suscipit, quando per veritatis agnitionem & vitæ puritatem, & eorum quæ ad ipsam pertinent providentiam, Deo fuerit assimilata. Hæc est enim Dei imitatio. Atque horum differentia, etiam ex ipso Moyse demonstrari potest. In sermonis enim repetitione, ait in hunc modum: *Et fecit Deus hominem; Ad imaginem Dei fecit illum*; & quæ his subinferuntur. Ea quidem quæ ad imaginem

a Gen. I. 28. b Gen. II. 19. 20. c Matth. v. 44. 45. d Luc. vi. 36. e Matth. 5. 48. f I. Cor. II. 1. g I. Joan. III. 2.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

δὲ καθ' ὁμοίωσιν σιγήσας, ὅτι τοῦτο τῆς κατὰ προαίρεσιν ἐδεῖτο ζωῆς. A

Εντεῦθεν οἶμαι καὶ τοὺς ἔξω σοφοὺς τὴν φιλοσοφίαν οὕτως ὁρίζασθαι· φιλοσοφία ἐστὶν ὁμοίωσις Θεῷ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ. ταὐτὸν δὲ τοῦτό ἐστι τὸ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γενέσθαι τὸν ἄνθρωπον. μήποτε δὲ τοῦτο σημαίνει καὶ ὁ ψάλλων, ἐν οἷς φησιν· ἰδοὺ παλαιστὰς ἔθου τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου. πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. οὕτω γὰρ τὸ ὠκύμορον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐκτραγῳδήσας τὸ ἀξίωμα λοιπὸν ἐπάγει τῆς λογικῆς οὐσίας εἰπών· μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος· ὡς παλαιστὰς ἐοικέναι τῷ μήκει τοὺς χρόνους ἡμῶν τοῦ βίου, B καὶ διὰ τοῦτο ματαιότητι αὐτοῦ ἔοικεν ἡ ζωὴ, τουτέστι ἴση τῷ μὴ ὄντι, μάταιον γὰρ τὸ μάτην ὄν. ἀλλ' οὖν εἰκόνα Θεοῦ φέρων ἐπὶ τῆς γῆς τὸν βίον τοῦτον διαπορεύεται.

Εἰ οὖν ἐπὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων ὁ λόγος οὗτος διήκει, δῆλον ὡς οὐ τὴν δι' ἀρετῆς πρὸς Θεὸν ὁμοίωσιν σημαίνει τὸ κατ' εἰκόνα. τοῦτο γὰρ ὀλίγον ἐστὶ καὶ τῶν κατὰ Παῦλον λέγειν δυναμένων. ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. καὶ, μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.

spectant, declarans per illud. *Et imperate piscibus maris, & volatilibus cæli*, &c. Illud vero quod ad similitudinem attinet, silens, quoniam ad hanc vitæ libertas requirebatur.

Hinc etiam existimo externos sapientes philosophiam sic definire: Philosophia est assimilatio Dei, quanta homini possibilis est. Quod idem est atque hominem factum esse ad similitudinem Dei. Numquid etiam hoc significat Psalmista cum ait: [a] *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tamquam nihilum ante te. Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens.* Ubi enim celerem vitæ nostræ interitum sic deploravit, deinde dignitatem naturæ rationalis subjungit, dicens: [b] *Verumtamen in imagine pertransit homo*: Ita ut mensurabiles appareant longitudine temporis vitæ nostræ, atque idcirco vanitatis similis ipsi visa est vita nostra, id est, æqualis eo quod non est: vanum enim est, quod frustra est. Verumtamen imaginem Dei ferens in terra, vitam hanc pertransit.

Si itaque ad omnes homines sermo hinc pertineat, manifestum est illud *ad imaginem*, non significare illam Dei similitudinem quæ per vitam probam obtinetur. Hæc enim est paucorum, & eorum qui cum Paullo dicere possint: [c] *Vivo autem, jam non ego; vivit vero in me Christus.* Et: [d] *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

C Ὅτι τὸ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἐκ παραλλήλου ὁ Παῦλος ἤκουσεν, ἐπὶ τῆς κατ' ἀρετὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομοιώσεως.

ΤΑῦτα μὲν οὖν· ἡ διάφορος σημασία, τοῦ κατ' εἰκόνα, καὶ τοῦ καθ' ὁμοίωσιν, ἔοικε δὲ ὁ ἀπόστολος ἐκ παραλλήλου ταῦτα λαβεῖν, οὐ πρὸς τὸ ἄρχειν τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλὰ πρὸς τὸ διὰ βίου θεοφιλοῦς ὁμοιοῦσθαι Θεῷ, καὶ εἰκόνα τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ φέρειν ἐπὶ τῆς γῆς· τοῦ σωτῆρος γὰρ εἰπόντος· ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. καὶ πάλιν· γίνεσθε οὖν οἰκτίρμονες καὶ τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, οἰκτίρμων ἐστὶ καὶ τέλειος.

Παῦλος πρὸς Κολασσαεῖς, φησὶν οὕτως· νυνὶ δὲ ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργὴν, θυμὸν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. καὶ πρὸς Ἐφεσίους πάλιν· ἀποθέσθαι ὑμᾶς, κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν, τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἀνανεοῦσθαι δὲ τῷ πνεύματι τοῦ νοὸς ὑμῶν, καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. ἐξ οὗ καὶ ὅτι μὴ σωματικὴ ἡ εἰκὼν πρόδηλον.

Καὶ ἑτέρωθι πάλιν· ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς E χοϊκὸς, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί· οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ

CAPUT VIII.

Quod illud ad imaginem, *& ad* similitudinem *comparate Paullus intelligat de similitudine ad Deum.*

HIS ita constitutis; cum diversa sit significatio istius *ad imaginem*, & *ad similitudinem*; Apostolus autem hæc comparate visus sit accipere, non referendo ad imperium terrestrium, sed ad similitudinem Dei quæ ex amica Deo vita exsistit, & ad imaginem bonitatis ejus quam supra terram gerimus, Salvatore scilicet dicente: [e] *Ut sitis filii Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit supra malos, & bonos, & pluit supra justos & injustos.* Item: [f] *Estote misericordes, & perfecti, sicut Pater vester cælestis, misericors est,* D *& perfectus.*

Paullus etiam ad Colossenses sic ait: [g] *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis; & induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem, secundum imaginem ejus qui creavit illum.* Item ad Ephesios: [h] *Deponere vos secundum pristinam conversationem, veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Unde etiam manifestum fit, imaginem istam non esse corpoream.

Et rursum alibi: [i] *Primus homo de terra, terrenus: secundus homo, * ipse Dominus e cælo. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Paullus igitur pro

a Psalm. XXXVIII. 6. b Ibid. ℣. 7. c Gal. II. 20. d I. Cor. XI. 1. e Matth. V. 45. f Luc. VI. 36. g Coloss. III. 8 -- 10. h Ephes. IV. 22 -- 24. i I. Cor. XV. 47.

* *De cælo cælestis.*

ἐπουρανίου. εἰς ταυτὸν ἄρα ὁ Παῦλος, τὸ κατ' εἰκόνα, A καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν εἴληφεν, αἰχμαλωτίζων πᾶν νόημα εἰς τὴν κατὰ Χριστὸν ζωήν.

Ὅτι δὲ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐστι, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ὁ δι' ἀξίας Θεὸν μιμούμενος, ἐδήλωσε καὶ ὁ Δαβὶδ εἰπών· ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν, οὐ συνῆκε, παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. ἐκπεσὼν γὰρ διὰ φαυλότητα βίου τῆς τοῦ Θεοῦ ὁμοιώσεως, ὡμοιώθη τοῖς κτήνεσιν, ὧν τὴν ζωὴν ἐμιμήσατο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

B Ὅτι Θεόδωρος κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι φησὶ τὸν ἄνθρωπον, ἵνα τῷ περιέπειν αὐτὸν, πᾶσα ἡ κτίσις τιμᾷ τὸν Θεὸν, ὡς καὶ διὰ βασιλικῆς εἰκόνος τιμᾶται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔλεγχος ὡς ἀτόπου τῆς ὑποθέσεως, καὶ εἰς ἑλληνισμὸν ἀγούσης.

ΤΑῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον. ὁ δὲ χρηστὸς Θεόδωρος πολλαχοῦ προφάσεις ἐπὶ ταῖς κατὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ βλασφημίαις, ζητῶν τι καὶ ἐπινοῶν, ἄλλως ἐξηγεῖται, τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν, ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὴν γένεσιν, ἵνα κατὰ μικρὸν ὑφέρπων κατὰ Χριστοῦ τὴν ἑαυτοῦ γλῶτταν, ὡς εἶπον, ἐγείρῃ.

C Ὡς γὰρ εἴ τις βασιλεὺς, φησι, πόλιν μεγίστην οἰκοδομήσας, εἰκόνα ἑαυτοῦ κατασκευάσας, ἐν μέσῳ τῆς πόλεως στήσειεν, ὡς ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀντὶ τοῦ βασιλέως τιμᾶσθαι ταύτην, προσκυνεῖσθαι δὲ μᾶλλον· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ποιήσας, τὸν ἄνθρωπον ἐν τάξει παρήγαγεν εἰκόνος οἰκείας, ὡς ἂν ἅπασα ἡ κτίσις ἐν τῇ τούτου θεραπείᾳ τὴν προσήκουσαν ἀναφέρῃ τιμὴν τῷ Θεῷ.

Τὴν γὰρ σωματικὴν, τὴν ἐκ τῶν γεγονότων τῷ ἀνθρώπῳ προσαγομένην ἀπαριθμησάμενος, μέχρις αὐτῶν πρόεισι τῶν ἁγίων ἀγγέλων, καὶ αὐτοὺς λέγων ἀντὶ τοῦ Θεοῦ, θεραπεύειν τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου μαρτύρεται, τὸ οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ὡς διὰ τοῦτο γενομένων αὐτῶν, οὐκ ἐννοῶν, ὅτι καὶ ὁ δεσπότης ἔφη Χριστός· οὐ γὰρ D ἦλθεν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. ἦλθεν γὰρ ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός.

Καὶ οἱ ἄγγελοι τοίνυν οὐχ' ὡς ὑποβεβηκότες ἡμῶν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ λειτουργοῦντες, εἰς σωτηρίαν ἡμῶν ἀποστέλλονται. χαρὰ γάρ φησι γίνεται ἐν οὐρανῷ, ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. ἄνθρωποι μὲν γὰρ πάντες ἐξέκλιναν Θεοῦ, καὶ οὐκ ἦν, οὐδὲ μέχρις ἑνὸς, ὁ ποιῶν χρηστότητα. οἱ δὲ ἅγιοι ἄγγελοι δυνατοὶ ἰσχύϊ ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ. διὸ καὶ ὁ κύριος εὔχεσθαι κελεύει, [h] γενηθῆναι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. ὡς τοῦ E θείου θελήματος, ὑπὸ τῶν ἄνω πληρουμένου δυνάμεων.

Ἀλλὰ καὶ τοῖς σωζομένοις, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ὡς ἀγγέλοις ἐν οὐρανῷ, ἔσεσθαι Χριστὸς ἐπηγγείλατο. κἀκεῖνοι μὲν διαπαντὸς, φησιν ὁ κύριος, βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. οἱ δὲ κατὰ Παῦλον νυνὶ βλέπουσιν ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ τοῦ ἀγγελικοῦ τυχόντες ἀξιώματος, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. μακάριοι γάρ φησιν οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ἀλλὰ Θεόδωρος τὰς λειτουργικὰς τοῦ Θεοῦ δυνάμεις, τὰς ἀρχὰς, τὰς ἐξουσίας, τοὺς θρόνους, τὰς κυριότητας, τὰ χερουβὶμ, τὰ σεραφὶ,

A eodem sumsit illud *ad imaginem*, & *ad similitudinem*, captivans omnem intellectum in vitam secundum Christum.

Denique etiam ad imaginem Dei & ad similitudinem exsistere illum qui per probam vitam Deum imitatur, David etiam declaravit, dicens: [a] *Homo cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Excidens enim per vitæ parvitatem a Dei similitudine, assimilatus est jumentis quorum vitam imitabatur.

CAPUT IX.

B *Quod Theodorus dicat, hominem factum esse ad imaginem Dei, ut ipsi obsequendo, omnis creatura Deum honoret: quemadmodum etiam per regiam imaginem rex honoratur; & quasi absurdæ suppositionis arguitur, & ad gentilismum vergentis.*

ATque hæc quidem hactenus. Bonus autem Theodorus, dum frequenter prætextus blasphemiis suis contra Dominum Christum quærit & excogitat; aliter exponit illud *ad imaginem* & *ad similitudinem*, in quarto suo libro in Genesim ut sensim, sicut dixi, surrepens contra Christum linguam suam acuat.

Quemadmodum enim, inquit, si quis rex ci- C vitatem magnam ædificans, imaginem suam erectam in media civitate collocet, ut hæc a civibus pro rege honoretur, vel potius adoretur; sic etiam Deus, quando mundum hunc condidit, hominem imaginis suæ loco produxit, ut omnis creatura, in hujus cultu, debitum Deo honorem deferret.


Ubi enim recensuit corporale ministerium quod res creatæ homini præstant, ad sanctos usque angelos procedit, dicens: hos etiam pro Deo, homini servire, illud testimonio confirmans Apostoli dicentis: [b] *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hereditatem capient salutis?* ac si idcirco creati sint; D non considerans Dominum quoque Christum dixisse: [c] *Non venit filius hominis ministrari, sed ministrare.* [d] *Venit enim quærere & salvum facere quod perierat.*

Itaque angeli non tamquam inferiores nostri, sed tamquam Dei administri, ad salutem nostram mittuntur. [e] *Gaudium* enim, inquit, *est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente*. Homines siquidem omnes declinaverant a Deo, [f] nec erat qui bonum faceret, non erat usque ad unum, Angeli autem sunt [g] *potentes virtute, qui faciunt verbum ejus*. Quare etiam Dominus orare jubet: E ut [h] *fiat voluntas Dei, sicut in cælo & in terra*; quemadmodum nempe divina voluntas a supernis virtutibus impletur.

Quin etiam iis qui post resurrectionem ex mortuis salvandi sunt, promisit Christus ipsos futuros [i] tamquam angelos in cælo. Siquidem illi, inquit Dominus [k], *semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est*. Qui autem secundum Paullum [l] modo vident in speculo & ænigmate, tunc autem angelicam dignitatem consecuti, facie ad faciem. [m] *Beati* enim, inquit, *mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Verum Theodorus administratorias Dei Virtutes, Principatus, Potestates, Thronos, Dominationes, Cherubim, Sera-

a Psalm. XLVIII. 13. b Heb. I. 14. c Matth. XX. 28. d Matth. XVIII. 11. Luc. XIX. 10.
e Luc. XV. 7. 10. f Psalm. XIII. 3. g Psalm. CII. 20. h Matth. VI. 10. i Matth XXII. 30.
k Matth. XVIII. 10. l I. Cor. XIII. 12. m Matth. V. 8.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



ἀντὶ Θεοῦ, φησιν, ὡς εἰκόνα Θεοῦ περιέπειν τὸν A ἄνθρωπον.

Ποία δὲ ἡ παρὰ τῆς ἄλλης κτίσεως, τῷ ἀνθρώπῳ προσαγομένη θεραπεία, ὡς εἰκόνι Θεοῦ, δι' ἧς αὐτὸς ἐν ἐκείνῳ θεραπεύεται ὁ Θεός; ἡ τῶν καιρῶν πάντων εὐκρασία, καὶ ἡ τῶν στοιχείων πρὸς ἄλληλα συμμετρία, δι' ὧν βλαστάνει τε, καὶ εἰς τέλος ἔρχεται τὰ φυόμενα, ἐξ ὧν ἡ τῶν σωμάτων γένεσίς τε, καὶ τροφὴ, καὶ αὔξησις, ἅ ἐστι πάντα, κατὰ τὸν Παῦλον, εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει. καίτοιγε εἰς τὴν αὐτὴν χρείαν τὰ αὐτὰ, καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις ὑπηρετεῖ. ἀλλὰ καὶ τούτοις, φησὶ, δι' ἡμᾶς ἐξανατέλλει χόρτον τοῖς κτήνεσι, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ὀλίγα τούτων ἐστὶν οἷς συγχρώμεθα, ἢ εἰς τροφὴν, ἢ εἰς μόχθων κοινωνίαν. B τὰ πλεῖστα δὲ λυσιτελεῖ τὸ παράπαν ἡμῖν οὐδέν. πολλὰ δὲ τούτων, οὐδὲ εἰ ἔστιν ὅλως, γιγνώσκομεν, ἐν ἐρήμοις καὶ θηριώδεσιν, ἢ ἀπλώτοις ὄντα θαλάσσαις.

phin, pro Deo, ait, hominem tamquam Dei imaginem cultu prosequi.

Porro quis ab alia creatura homini tamquam Dei imagini cultus exhibetur, per quem Deus ipse in illo colatur? Tempestivitatum utique temperies, & elementorum inter se contemperationes, quibus & germinant & ad perfectionem suam plantæ perducuntur; ex quibus item corporum ortns, & alimentum & incrementum, [a] *quæ omnia* secundum Paullum *sunt in interitum ipso usu*. Etenim ad eumdem usum hæc ipsa etiam irrationalibus animantibus serviunt. Quin etiam propter nos, inquit, [b] *producit fenum jumentis, & herbam servituti hominum*: tamen pauca horum sunt quibus utimur, sive ad cibum sive ad laborum sublevationem. Plurima autem nobis nihil omnino prosunt. Multa etiam eorum ne quidem an omnino sint cognoscimus, cum in desertis & saltibus, vel in maribus innavigalibus exsistant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Ὅτι τὸν Χριστόν φησι Θεόδωρος, ἕνα ὄντα ἐξ ἡμῶν, εἰς οὐρανὸν ἀναγαγεῖν τὸν Θεὸν, ἵνα τε ὑψηλὸς ὢν, ὑπὸ πάσης προσκυνῆται τῆς κτίσεως, καὶ ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐπιβουλεύηται δυνάμεων. καὶ ἔλεγχος τῆς ἀσεβοῦς ταύτης ὑπονοίας.

CAPUT X.

Quod Theodorus dicat Christum, cum unus esset ex nobis, in cælum adduxisse Deum, tum ut sublimis exsistens ab omni creatura adoraretur, tum ne a contrariis virtutibus circumveniretur: & impiæ hujus opinionis refutatio.

Ἐπιπλέον δὲ τὴν βλασφημίαν ἐκτείνων Θεόδωρος, C καὶ εἰς αὐτὸν ἤγαγε τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὐ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα λέγων αὐτόν· κατὰ τό· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. καὶ πάλιν· ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικὸς, γενόμενον ὑπὸ νόμον. καὶ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο, τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβὼν ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος.

Ταῦτα καὶ μυρία τούτων ἐναργέστερα, Θεόδωρος κατὰ νώτου βαλὼν, ἀκριβέστερόν, φησιν, ὁ Θεὸς τὰ τῆς εἰκόνος ἡμῖν διασῶσαι βουλόμενος, ἄνθρωπον ἐξ ἡμῶν ἕνα λαβὼν, ἀθάνατόν τε καὶ ἄτρεπτον ποιήσας εἰς οὐρανὸν ἀνήγαγεν, ἑαυτῷ συνάψας, D ἵνα μὴ μόνον εἰς ὕψος τυγχάνων, παρὰ πάσης προσκυνῆται τῆς κτίσεως· ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ πάντα φοβερός τε, καὶ ἀνεπιβούλευτος ᾖ τοῖς ἐναντίοις, ἅτε μηδεμίαν παρατροπὴν, ἢ ἀλλοίωσιν ὑπομένειν οἷός τε ὤν.

Πόθεν ταῦτα λαβὼν ἔχει Θεόδωρος; εἰ μὴ ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος τὸν δεσπότην Χριστὸν, εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, βάλε σεαυτὸν κάτω. ὑπενόει γὰρ ὁ πειράζων ς ὡς εἰ τοῦτο ποιεῖν τολμήσειεν, ἐλέγχεται μὴ ὤν, ὅπερ εἶναί φησιν, ἀληθινὸς υἱὸς τοῦ Θεοῦ. τὸ γὰρ ἐπικάλυμμα τῆς σαρκὸς αὐτὸν ἠπάτα. ἐξ οὗ καὶ Θεόδωρος εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ὅτι τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἔλαβεν ἐξ ἡμῶν ὁ Θεὸς, ἀνήγαγεν εἰς οὐρανὸν E διὰ δύο αἰτίας· μίαν μὲν ἵνα ὑψηλὸς ὢν, ὑπὸ πάσης προσκυνῆται τῆς κτίσεως, ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου, τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγονέναι, δεικνὺς ἀκριβῶς· καίτοιγε περὶ αὐτοῦ, ἐνδιαίτημα τῶν ἀγγέλων ὁ οὐρανὸς εἶναι λέγεται· ὃ καὶ Θεοδώρῳ δοκεῖ. ἑτέραν δὲ, ἵνα φοβερὸς ὢν, διὰ τὸν τόπον ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων ἀνεπιβούλευτος μείνῃ· καίτοι ἐν γῇ ὄντος ἔτι, τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ὑπεχώρουν οἱ δαίμονες, καὶ ὑπετάσσοντο, διὰ τὸ πρὸς αὐτοὺς τοὺς μαθητὰς εἰρηκέναι τὸν Χριστόν· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν, πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ.

Amplius autem blasphemiam extendens Theodorus, etiam ipsimet Christo Domino eam impegit, dicens ipsum non esse Deum incarnatum; juxta illud: [c] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Item: [d] *At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege*. Et: [e] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus*.

Hæc & millena hisce clariora Theodorus post tergum rejiciens: Manifestius, inquit, Deus, cum imaginem nostram servare vellet, hominem quempiam ex nobis assumens, immortalemque & immutabilem reddens, in cælum adduxit, postquam eum sibi adaptasset; ut non solum in sublimi exsistens ab universa creatura adoraretur; verum etiam secundum omnia terribilis exsisteret; neque ullis adversariorum insidiis pateret, quippe nullam perversionem aut immutationem subire valens.

Unde Theodorus hæc accepta habet, nisi ex eo qui ipsimet Christo Domino dixit: [f] *Si filius Dei es, mitte te deorsum?* Suspicabatur enim tentator, quod si hoc facere auderet, argueretur non esse, qui dicebatur verus filius Dei: nam velamentum carnis ipsum decipiebat. Unde etiam Theodorus ausus est dicere, quod hominem quem Deus ex nobis assumserat, duas ob caussas in cælum abduxerit: Unam quidem, ut sublimis exsistens, ab omni creatura cum visibili tum invisibili adoraretur, ipsum exacte ad imaginem Dei factum demonstrans: etenim ante ipsum dicitur cælum esse habitatio angelorum, quod etiam Theodoro placet. Alteram vero, ut cum terribilis sit, propter locum a contrariis virtutibus immunis perseveret. Cum enim adhuc in terra versaretur, discipulis ejus dæmones cesserunt, & subjiciebantur: eo quod Christus ad discipulos dixisset: [g] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici*.

a Coloss. II. 22. b Psalm. CIII. 14. c Joan. I. 14. d Gal. IV. 4. e Philip. II. 6. f Matt. IV. 6. g Luc. X. 19.

Ἐν τούτοις δὲ Θεόδωρος, καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν θείαν οὐσίαν, τὴν βλασφημίαν διέτεινεν, εἴπερ ἐδεήθη ὁ Θεὸς, προσφύγιον τῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ βλαβῇ ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, τῶν ἐν τῇ γῇ λίαν ὑποτρεμόντων αὐτὸν, καὶ λεγόντων, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ Θεοῦ, ἦλθες ὧδε πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς; πῶς δ' ὅλως ὁ ποιήσας ἀθάνατον αὐτὸν καὶ ἀμετάβλητον, ἔτι δεδιὼς μήτι πάθῃ ὑπὸ τῶν ἐναντίων δυνάμεων, ἑτέραν αὐτῷ βοήθειαν ἐπινοεῖ τὸν οὐρανόν; εἰ δὲ καὶ οἱ τῆς ἀναστάσεως τῶν ἁγίων ἀξιωθέντες, ὡς ἄγγελοι Θεοῦ εἰσιν ἐν οὐρανῷ, πάντοτε σὺν κυρίῳ ὄντες, καὶ τοῦ κατ' εἰκόνα τυχόντες ἀκριβῶς· δεήσει κατὰ τὸ ἀκόλουθον, καὶ αὐτοὺς ὑπὸ πάσης προσκυνεῖσθαι τῆς κτίσεως.

Εἰ οὖν ἐπὶ τῶν ἀτόμων οὐκ ἀληθὴς ὁ τοῦ ἐκκλησιαστοῦ λόγος ἐδείχθη, λείπεται περὶ τῶν εἰδῶν εἰρηκέναι, ὅτι οὐδὲν ἐν τῷ κόσμῳ εἶδός τι γίνεται πρόσφατον, ὃ μὴ γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἀπὸ ἔμπροσθεν ἡμῶν. καὶ ἔστι μὲν ἀληθὴς ὁ λόγος. μεθ' ὃ γὰρ τὸν κόσμον ὑπέστησεν ὁ θεὸς, οὐδὲν ἕτερον αὐτῷ πρόσφατον ἐπεισήγαγεν εἶδος. τοῦτο δὲ τῇ ὑποθέσει αὐτῶν, οὐδὲν συνοίσει. καὶ μηδεμιᾶς γὰρ προϋπαρχούσης ψυχῆς λογικῆς, ἄλλης δὲ ἐν ἄλλῳ γιγνομένης χρόνῳ, οὐδὲν τῷ παντὶ πρόσφατον εἶδος ἐπεισῆλθεν. οὐδὲ ὁ ἐκκλησιαστὴς ἄρα τῇ δόξῃ αὐτῶν συνηγόρησε. καὶ ἑτέρας δὲ πλείστας λέγειν ἔχοντες πρὸς ἑκατέραν ὑπόθεσιν φερουμένας οὐκ ἐγκαταφρονήτους ἐνστάσεις, διά τε τὸ μῆκος, καὶ τὸ μηδὲν ταῦτα τῷ προκειμένῳ συντελεῖν σκοπῷ, τοῖς εἰρημένοις ἀρκούμεθα.

Ἐκεῖνο δὲ μόνον ὑπομνήσας, τὸν περὶ τούτων καταπαύσω λόγον. ὅτι καὶ πρὸς Πλάτωνα δεικνύειν ἐθέλοντα ὡς αἱ ἐνταῦθα μαθήσεις ἀναμνήσεις ὑπάρχουσιν ὧν ἔξω σώματος ἐγνώκασιν ἡμῶν αἱ ψυχαὶ, ὁλόκληρον πραγματείαν ἐλεγκτικὴν τῶν εἰς τοῦτο ἐπιχειρήσεων αὐτοῦ τε καὶ Πρόκλου προκατεβαλόμην εἰς δύναμιν. ἀλλ' ἐπανιτέον πάλιν ὅθεν ἐξέβημεν.

ut hæc ficus, hic equus, & ille bos; & in hominibus similiter. Nullum enim individuum, eorum qui nunc sunt, hominum, vel exstitit priusquam nasceretur, vel corruptum denuo nascetur; cum nullum individuum, semel corruptum, idem numero denuo nasci ullo modo possit. Neque enim ignis semel exstinctus, idem denuo exsistit, sed alius ejusdem speciei. Neque aqua in aerem evaporata, eadem numero aqua fit, sed illi similis; & in omnibus individuis tam animatis, quam inanimatis similiter. Nam si pro iis quæ interierunt non alia rursum fierent, omnia deficerent.

Sin vero quis dixerit animam Paulli, v. g. antequam in hoc corpore exsisteret, prius esse corpore nudatam: etiamsi quis hoc ipsum quod quæritur, sine demonstratione assumenti concesserit; nihil tamen id faciet ad textum Ecclesiastæ citatum. Nullum enim sub sole corpus exsistebat, priusquam mundus fieret, neque etiam hoc censent ii qui supponunt animas extra corpora præexstitisse. Nam propter hanc ipsam earum ex bono defectionem ajunt corpora fieri quibus induantur. Adhæc etiam in inanimatis & in plantis individua rationem hanc refellunt.

Cum itaque ostensum sit sermonem istum Ecclesiastæ in individuis non verificari, restat ut de speciebus dictum sit, nullam in mundo speciem novam fieri quæ non exstiterit in sæculis quæ fuerunt ante nos. Et sermo hic est verus. Nam postquam Deus mundum condidit, nullam aliam novam speciem in illum intulit. Hoc autem nihil favet ipsorum suppositioni. Cum enim nulla rationalis anima præexstiterit, sed alia atque alia in alio tempore fiat; nulla nova species in universum illata est. Quare nec Ecclesiastes opinioni ipsorum patrocinatur. Cum vero plurimas alias adferant instantias parum recte excogitatas quæ ad alteram hypothesim spectant, cum propter prolixitatem, tum quia nihil ad propositum scopum conferunt, jam dictis contenti erimus.

Ceterum sermonem de his finiam, solum illud memorans, ut etiam contra Platonem demonstrare cupientem, quod heic nostræ disciplinæ tantum recordationes sint eorum quæ extra corpus animæ nostræ cognoverant, integrum tractatum præmiserim quo tam ipsius quam Procli argumenta refelluntur. Verum iterum revertendum unde digressi sumus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Τῶν διαφόρων ἐκδόσεων ἐξέτασις.

Σημειωτέον τὰς διαφόρους ἐκδόσεις. τῶν γὰρ ἑβδομήκοντα εἰπόντων, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, οἱ ἄλλοι φασί· καὶ ὑποτάξατε αὐτήν. ταυτὸν δέ ἐστι τῇ ἐννοίᾳ τοῦ κυριεύσατε, τὸ ὑποτάξατε. ὁ γὰρ ὑποτάσσων ἑαυτῷ τι, κυριεύσει αὐτοῦ. πάλιν ἀντὶ τοῦ, ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, Ἀκύλας· ἐπικρατεῖτέ φησι. ὁ γὰρ ἄρχων ἐπικρατεῖ τοῦ ἀρχομένου. ὁ δὲ Θεοδοτίων· καὶ παιδεύετε ἐν τοῖς ἰχθῦσι τῆς θαλάσσης. εὔλογον δὲ ἡγοῦμαι τὴν πε συλλαβὴν, διὰ τοῦ ε γράφεσθαι. εἰ καὶ ἀσυνηθες ἕλλησιν. οὐ παρὰ τὴν παιδείαν, ἀλλὰ τὰς πέδας, ἀντὶ τοῦ ὑπὸ πέδας αὐτοὺς ἄγετε καὶ δεσμούς. τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ἰχθύων ἄγρα, καὶ τῶν ἐν ἀέρι, τὰ ἐν τῇ γῇ. εἰ δέ τις τὸ παιδεύετε κατὰ τὸ σύνηθες, διὰ τῆς αι διφθόγγου γράφοι, οἷόν ἐστι

CAPUT IV.

Diversarum editionum examinatio.

Notandæ sunt diversæ editiones. Septuaginta enim dicentibus: *Et dominamini ejus*, alii ajunt: *Et subigite illam*. Sensus vero idem est, *dominamini* & *subigite*. Qui enim aliquid sibi subigit, ipsius dominabitur. Rursum pro *imperate piscibus maris*, Aquila dicit: *prævalete*. Qui enim imperat, prævalet illi cui imperatur. Theodotion autem: *Et* * *castigate in piscibus maris*, probabile existimo syllabam πε per ε scribendam esse, licet id Græcis inusitatum sit; ita ut non a παιδεία seu disciplina, sed a πέδαις, id est, pedicis derivetur, ut idem sit quod pedicis seu vinculis illos subjicite: istiusmodi enim est captura piscium & aeriorum & terrestrium. Si quis autem illud παιδεύεται prout solet per αι diphtongum scripse-

* Πεδεύετε.

τό · ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει, τουτέστι, πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, οὐ κυρίως ἐπὶ τῶν ἰχθύων κεῖται.

Σαφέστερον δὲ πάντων ὁ Σύμμαχος εἶπε· καὶ χειροῦσθε τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης· τὸ εἶδος τῆς ἀρχῆς ἐμφαίνων. καὶ γὰρ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πρὸς τὸν Νῶέ φησιν ὁ Θεός. καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης ὑποχειρίους ὑμῖν ἔδωκα. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον, σπεῖρον σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω τῆς γῆς· καὶ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν σπέρματος σπορίμου. ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς, καὶ πάντα χόρτον εἰς βρῶσιν. καὶ ἐγένετο οὕτως.

B Ακύλας· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν σύμπασαν χλόην σπερμαίνουσαν σπέρμα ἐπὶ πρόσωπον πάσης [1] τῆς γῆς. ᾧ ἐν αὐτῷ ψυχὴ ζῶσα σὺν παντὶ λαχάνῳ χλόης εἰς βρῶσιν.

Θεοδοτίων· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὸν πάντα χόρτον σπερμαίνοντα σπέρμα τοῦ ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς· καὶ τὸ πᾶν ξύλον, ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ καρπὸν ξύλου, [2] σπερμάτων σπέρμα ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς, τῷ ἔχοντι ἐν αὐτῷ ψυχὴν ζωῆς, τὸν πάντα χλωρὸν χόρτον εἰς βρῶσιν.

Σύμμαχος· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον τὸν σπερματίζοντα σπέρμα τὸν ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς. καὶ πᾶν ξύλον ἐν ᾧ ἐστι καρπὸς ξύλου σπερματίζοντος σπέρμα, ὑμῖν εἶναι εἰς βρῶσιν, πᾶσί τε C τοῖς ζώοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσί τε τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παντὶ κινουμένῳ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ἐστι ψυχὴ ζῶσα· [3] πᾶν χλωρὸν χόρτου εἰς βρῶσιν τὸν πάντα χόρτον σπόριμον σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, τουτέστι μὴ ἔχοντα στέλεχος, ἀλλὰ μόνον ὑπερανέχοντα τῆς ἐπιφανείας τῆς γῆς τὸν καθ᾽ ἑαυτὸν σπειρόμενον καὶ γεωργούμενον, ὧν ἐστι τὰ πλεῖστα χέδροπα καὶ οὔτε θαμνώδη, οὔτε δενδρώδη.

Καὶ τοῦτο σαφέστερον ὁ Ακύλας φησὶ, σύμπασαν χλόην σπερμαίνουσαν σπέρμα ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. πρόσωπον δὲ τῆς γῆς, τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῆς ἡ γραφὴ καλεῖ. τὸ αὐτὸ καὶ Θεοδοτίων καὶ Σύμμαχος τούτοις ἐπιφέρουσι· καὶ τὰ ξυλώδη, ὡς ἀπὸ αὐτῆς ἐπιφανείας ὑπερανέστηκε τῆς γῆς· καὶ πᾶν ξύλον ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν σπέρματος σπορίμου. πολλὰ γάρ ἐστι D καὶ ἄκαρπα.

Αναγκαίως δὲ πάλιν τὸ σπορίμου πρόσκειται. ἔστι γὰρ καρποφοροῦντα μὲν καὶ σπερματίζοντα, μὴ ὄντα δὲ πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια· διὰ τοῦτο σπορίμου προσέθηκε, τουτέστι γεωργουμένου, καὶ φροντίδος γεωργικῆς ἀξιουμένου, ὡς τὸν καρπὸν αὐτοῦ σπείρειν, ἵνα πλεονάζωσι κατὰ γένος ὡς πρὸς ἀπόλαυσιν ἀνθρώπων γενόμενα. ἀκριβῶς δὲ λίαν καὶ τὸ καρπὸν σπέρματος εἴρηται. τὸ αὐτὸ γὰρ καὶ καρπός ἐστι καὶ σπέρμα· καρπὸς μὲν τοῦ γεννήσαντος, σπέρμα δὲ τοῦ ἐξ αὐτοῦ γεννησομένου.

A rit, juxta illud: [a] *Quem diligit Dominus castigat*, ad se convertit, improprie hoc de piscibus positum est.

Omnibus autem clarius Symmachus dixit: *Et mancipata pisces maris*, speciem imperii designans. Nam post diluvium ad Noe Dominus ait: [b] *Et omnes pisces maris sub manibus vobis dedi.* [c] *Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam seminiferam seminantem semen quod est super terram; & omne lignum quod habet in semet ipso fructum seminis seminiferi, vobis erit in escam, & omnibus bestiis terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni reptili reptanti super terram, quod habet in semet ipso animam vitæ, & omnem herbam viridem in escam. Et factum est ita.*

B Aquila: *Et dixit Deus: Ecce dedi vobis simul omnem herbam seminantem semen super faciem omnis terræ, cui in ipsa anima vivens, cum omni olere viridi in cibum.*

Theodotion: *Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam seminantem semen super faciem omnis terræ; & omne lignum quod habet in se ipso fructum ligni, seminorum semen, vobis erit in escam, & omnibus bestiis terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni reptili reptanti super terram, habenti in se ipso animam vitæ, omnem viridem herbam in cibum.*

Symmachus: *Et dixit Deus: Dedi vobis omnem herbam seminantem semen super faciem omnis terræ. Et omne lignum in quo est fructus ligni semi-* C *nantis semen vobis esse in escam, & omnibus animalibus terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni quod movetur super terram, in quo est anima vivens, omnem herbam seminalem seminantem semen, quod est supra faciem terræ*; id est non habentem stolonem, sed solummodo exorientem in superficie terræ, quæ se ipsam seminat & colit, qualia plurima sunt legumina quæ neque frutices sunt, neque arbusta.

Atque hoc Aquila clarius vocat, *simul omnem herbam seminantem semen super faciem omnis terræ.* Faciem autem terræ, scriptura vocat ejus superficiem. Hoc ipsum etiam Theodotion & Symmachus his subiungunt, *& lignosa*, ut quæ ipsa superficie terræ elevata sunt: *Et omne lignum, quod habet* D *in se ipso fructum seminis seminalis*. Multa enim etiam sunt infrugifera.

Rursus autem necessario additur *seminalis*. Sunt enim quædam frugifera quidem & seminifera, sed hominibus haud idonea sunt ad cibum; idcirco addidit, *seminalis*, id est quæ colitur & agricolæ curam meretur, qui fructum ejus ferat, ut fecundum genus suum abundent, quippe ad usum hominum facta. Quin etiam valde accurate dicit, *fructum seminis*. Idem enim & fructus & semen est; fructus quidem ejus quod genuit, semen vero ejus quod generandum est.

a Heb. XII. 6. b Gen. IX. 2. c Gen. I. 29. 30.

1 Τῆς γῆς.] Quum τῆς γῆς ψ. 30. iterum occurrat, negligens librarius omnia intermedia omisit. GRAB. ibid. not. c.

2 Σπερμάτων.] Heic σπερμαῖνον legendum jubet Grabius ibid.

3 Πᾶν χλ.] Procopius postquam in versione τῶν O. quæ habet, καὶ πάντα χόρτον χλωρόν, particulam καὶ superfluam esse notaverat, addit, ἐκδέδωκεν ὁ Σύμμαχος χωρὶς τοῦ καί. GRAB. l. c. not. d.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ έ.

Ὅτι κυριωτάτη τροφὴ τῶν ἀνθρώπων, μάλιστά ἐστι τὰ ἀπὸ γῆς, καὶ τῶν ἄλλων δὲ ζώων ὁμοίως ἦν. ὕστερον δὲ τὸ σαρκοφαγεῖν ἐπιτέτακται.

Ταῦτα οὖν πάντα φησὶν ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ τὰ ἑξῆς, ἃ καὶ πρόκειται. ἐξ ὧν δῆλόν ἐστιν ὡς ἀνθρώπων μὲν κυρίως ἐστὶ τροφὴ τὰ ἐκ γῆς φυόμενα. διὸ καὶ μέχρι νῦν πολλοὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀπέχονται τροφῆς. καὶ πάντα δὲ ζῶα σχεδὸν, ὅσα χειροήθη ἐστὶ καὶ ἥμερα ποηφαγοῦσι, καὶ τῶν πτηνῶν τὰ πλεῖστα. εἰ δὲ καὶ τῶν χερσαίων πολλὰ, καὶ τῶν πτηνῶν σαρκοφάγα μόνως ἐστὶ, καὶ ποηφαγεῖ τούτων οὐδὲν, ὡς γύπες καὶ ἱέρακες, καὶ ἰκτῖνοι, πῶς εἰς βρῶσιν τούτων ἁπάντων τοὺς ἐκ τῆς γῆς καρποὺς ἀφώρισεν ὁ θεός;

Πρὸς ὅπερ ἀπολογούμενοί φασί τινες, ὡς ἐοίκασι κατ' ἀρχὴν σὺν τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὰ χερσαῖα, καὶ ἀέρια πάντα, ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς φυομένων τρέφεσθαι. καὶ νῦν γὰρ πολλὰ τῶν σαρκοφάγων, ὡς ἄρκτοι, καὶ κύνες, καὶ αἴλουροι, καὶ μύες, καὶ ἕτερα πλεῖστα, καὶ τὴν ἑτέραν οὐδὲν ἧττον προσίεται τροφήν.

Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν τῷ Νῶε καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ προσέταξεν ὁ θεὸς λέγων· πᾶν ἑρπετὸν ὅ ἐστι ζῶν ὑμῖν ἔστω εἰς βρῶσιν· ὡς λάχανα χόρτου δέδωκα ὑμῖν τὰ πάντα· πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. μήποτε οὖν ἐκεῖθεν πολλὰ, καὶ τῶν ἄλλων γέγονε σαρκοφάγα. δυνατὸν δὲ καὶ ἐκ τοῦ πλείονος ἀκούεσθαι τό· καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι τοῖς πετηνοῖς. τὰ πλεῖστα γὰρ τούτων μόνως ποηφαγεῖ· ἐλάχιστα δέ ἐστι μόνως σαρκοβόρα.

Τὸ δὲ καὶ πᾶν χλωρὸν χόρτου εἰς βρῶσιν, τοῖς τρισὶν εἰρημένον, Ἀκύλας σαφέστερον ἡρμήνευσεν, εἰπών· καὶ παντὶ λαχάνῳ χλόης εἰς βρῶσιν. ἔφθη γὰρ εἰπὼν ἐν ἀρχῇ, πάντα χόρτον, δι' οὗ τὰ σπέρματα πάντα δεδήλωκεν, ὧν τὰ λαχανώδη νῦν διέκρινε. διαφέρουσι δὲ ὅτι ἐκείνων μὲν οἱ καρποὶ μόνοι εἰσὶ βρώσιμοι, τούτων δὲ πᾶν τὸ βλάστημα. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε· καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα ἕκτη.

CAPUT V.

Propriissimum cibum hominum esse fructus terrae, uti & animalium ceterorum: postmodum autem ejus carnium praeceptus est.

HAEC igitur, inquit, omnia vobis erunt in escam, & omnibus bestiis terrae &c. quae etiam proposita sunt. Ex quibus patet hominum quidem proprie cibum esse terrae germina. Quocirca etiam usquedum multi ab animatorum cibo abstinent: uti & omnia ferme animalia, quae mansueta sunt & cicura, plurimaque volatilia. Verum cum terrestrium & volatilium non pauca tantum sint carnivora quae numquam herbis vescuntur, ut vultures, & accipitres, & milvi; quomodo Deus in horum omnium escam terrae fructus destinavit?

Ad hoc respondent aliqui, verosimile esse sub initium una cum hominibus, tam terrestria quam aerea universa, terrae germinibus se sustentasse. Quin etiamnum multa carnivora animalia, ut ursi, & canes, & feles, & mures aliaque quam plurima, alium nihilominus etiam cibum admittunt.

Ceterum post diluvium Noe ac filiis ejus praecepit Deus, dicens: [a] *Omne * reptile quod est vivens, vobis erit in cibum: tamquam olera herbae dedi vobis omnia: verumtamen carnes in sanguine animae non comedetis.* Nondum igitur tunc multa alia erant carnivora. Licet etiam ex potiori parte intelligere illud, *Et omnibus bestiis terrae, & omnibus volatilibus*: horum enim plurima tantum herbis vescuntur; paucissima vero sunt quae solum carnibus vescantur.

Illud vero, *Et omne viride herbae in escam*, a tribus dictum, Aquila clarius id interpretatus est, dicens: *Et omni olere herbae in escam*. Superius enim sub initium dixerat: *Omnem herbam*, per quam seminalia cuncta significaverat, a quibus modo olera distinguit. Differunt autem in hoc, quod illorum fructus soli sint comestibiles, horum vero integrum germen. [b] *Et vidit Deus omnia quaecumque fecit, & ecce bona valde. Et factum est vespere, & factum est mane dies sexta.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Ὅτι ἐπὶ πλέον ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν τοῦ καλοῦ, εἴ τι μὲν γὰρ καλὸν ἀγαθὸν, οὐκ εἴ τι δὲ ἀγαθὸν πάντως καλόν.

Ἐφ' ἑκάστῳ τῶν γενομένων ἀναπεφώνηται ὑπὸ τοῦ προφήτου τό· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. οὐ μετὰ τὴν γένεσιν ἑκάστου κρίναντος τοῦ θεοῦ, ὅτι καλόν. οὐ γὰρ ὅτι γέγονε, καλόν. οἶδε γὰρ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι νενόηκεν ἔσεσθαι καλὸν, διὰ τοῦτο πεποίηκεν ἕκαστον. καὶ τὸ καλὸν δὲ τελικόν ἐστι τῶν γινομένων, ὡς καὶ τὸ ἀγαθόν. εἰ καὶ ἐπ' ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ τὸ καλόν· καλὸν μὲν γὰρ εἴρηται παρὰ τὸ κηλεῖν καὶ θέλγειν, ἢ παρὰ τὸ πρὸς ἑαυτὸ καλεῖν. τοῦτο δὲ ἀγαθόν ἐστιν, ὅπερ ἂν εἴποι τις ποιητὴς ἠγάθεον, τουτέστιν ἄγαν θεῖον, ἢ παρὰ τὸ ἄγαν ἐπ' αὐτὸ θέειν. τἀγαθὸν γὰρ, Ἀριστοτέλης φησὶν, οὗ πάντα ἐφίεται.

CAPUT VI.

Bonum latius patere quam pulcrum. Nam si quid pulcrum, etiam bonum; non tamen si quid bonum, illico etiam pulcrum.

AD singula quae facta sunt a Propheta acclamatum est illud: *Et vidit Deus quia pulcrum.* Non quod Deus post singulorum ortum indicaret, illum esse pulcrum. Non enim quia factum, pulcrum; (quoniam novit omnia ante ortum ipsorum) sed quia sciebat fore pulcrum, idcirco unumquodque fecit. Siquidem pulcrum caussa finalis est eorum quae fiunt, uti & bonum; quamvis pulcrum quid minus sit bono: καλὸν enim, id est pulcrum, dictum est a κηλεῖν, id est a deliniendo & mulcendo, sive ad se alliciendo; ἀγαθὸν vero, id est bonum, idem est ac si quis Poeta dicat ἠγάθεον, id est valde divinum, sive quod ad ipsum valde currant. Bonum enim, inquit Aristoteles, id est quod omnia appetunt.

a Gen. IX, 5. b Gen. I. 31.

* *Reptile.*] πετεινὸν, *volatile.*

Πᾶν μὲν οὖν καλὸν ἀγαθὸν, οὐ πᾶν δὲ ἀγαθὸν καλόν. τῷ νοσοῦντι γὰρ τὸ καθάρσιον, εἰ οὕτω τύχοι, ἀγαθὸν, καὶ ἡ τομὴ, καὶ ἡ καῦσις, καὶ ἡ ἀσιτία πολλάκις, διότι ἐπὶ τὴν ὑγίειαν ἀνακαλοῦνται τὸ νεσοσηκός. καὶ τῷ ἡμαρτηκότι τὸ δοῦναι δίκας ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν, ἀγαθόν. καὶ τοῦτο γὰρ πρὸς ὑγίειαν ψυχῆς ἀνακαλεῖται τοὺς σώφρονας· οὐ καλὸν δὲ ὅμως· οὐ γὰρ κηλεῖ τὸν πάσχοντα, οὐδὲ κηλεῖ πρὸς ἑαυτὰ, τοὐναντίον δὲ λυπεῖ καὶ ἀλγυνει, καὶ ἀποτρέπει τῆς αὐτῶν κοινωνίας. καί ἐστιν ἀπάκτα μὲν, ἀναγκαῖα δέ. τοῖς μέντοι πρὸς τὸ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὁρῶσι φορητὰ καὶ ἐπιτηδευτὰ, πολλάκις μετὰ πολλῆς καρτερίας, οὐ δι' ἑαυτὰ [ὅσον γὰρ ἐφ' ἑαυτοῖς φευκτὰ] διὰ δὲ τὸ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενον τοῖς ὑπομένουσιν ἀγαθόν. ὥστε καλὰ μὲν οὐκ ἔστιν, ἀγαθὰ δὲ, καὶ τοῦτο οὐ δι' ἑαυτὰ, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν ἐσόμενον πέρας τὴν ὑγίειαν, ἢ τοῦ σώματος, ἢ τῆς ψυχῆς. ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. τίς γὰρ υἱὸς ὃ οὐ παιδεύσει πατήρ; διὰ τοῦτο οὖν ἀγαθά. εἰ δὲ ἦν ἐκείνων χωρὶς καθαρθέντας τοῦ ἀγαθοῦ τυχεῖν, ἢ τοῦ ψυχικοῦ, ἢ τοῦ σωματικοῦ, οὐδενὶ ἂν ὑπῆρχεν αἱρετά.

Η συνήθεια πολλάκις ἀδιαφόρως χρῆται τῷ καλῷ καὶ τῷ ἀγαθῷ. καὶ τὴν ὕλην δέ φασιν οἱ φυσικοὶ οὐ καλὴν, αἰσχρὰ γὰρ ὡς ἀνείδεος, ἀγαθὴ δὲ ὡς τιθήνη καὶ δεξαμένη τῶν εἰδῶν. εἰ οὖν καὶ τὸ καλὸν τελικόν ἐστιν αἴτιον, εἰ καὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπ' ἔλαττον, προηγεῖται δὲ τὸ τελικὸν ἐν παντὶ ποιητικῷ [οἷον τῷ ποιοῦντι τὸν οἶκον ἢ τὸ ἱμάτιον ἢ τὴν θύραν τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ καλὸν, δι' ὃ γίνεται τούτων ἕκαστον] καὶ ὁ τοῦ παντὸς δὲ δημιουργὸς διὰ μόνην ἀγαθότητα δημιουργεῖ πᾶν ὃ ἐὰν ποιῇ, καὶ οἶδεν πρὶν ἕκαστον ποιήσῃ, τὸ καλόν τε καὶ τὸ ἀγαθὸν δι' ὃ γίνεται. οὐ μετὰ τὸ γενέσθαι ἄρα ὅτι καλόν ἐστι τὸ γινόμενον ἔγνωκεν, ὥστε δι' αὐτόγε τοῦτο καὶ μόνον πεποίηκεν αὐτὸ, ἀλλ' ᾔδει καὶ πρὶν αὐτὸ ποιήσῃ, τοιοῦτον ἐσόμενον.

A Omne igitur pulcrum, bonum; non autem omne bonum, pulcrum est. Siquidem ægroto purgatio, si ita res ferat, bona est, uti & sectio, & adustio, & inedia frequens, quoniam recuperandæ sanitati conducunt. Quin & peccatorem pro delictis suis pœnas dare bonum est: (quoniam hæc prudentes revocat ad animæ sanitatem) non tamen id pulcrum. Hæc enim tolerantem minime demulcent, neque ad se alliciunt, sed contra tristitia doloreque afficiunt, & a se avertunt: & sunt abominanda quidem, attamen necessaria. Quin etiam ad bonum ex ipsis futurum spectantibus tolerabilia frequenter magnaque constantia suscipienda, non quidem propter se (quantum enim est ex parte ipsorum, fugienda B sunt) sed propter bonum inde sustinentibus eventurum. Atque ita quidem haud pulcra, sed tamen bona sunt, non propter se, sed propter finem ex ipsis eventurum, nempe sanitatem sive corporis sive animæ. [a] *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam justificationes tuas.* [b] *Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit.* Quis enim filius quem pater non castiget? Idcirco igitur bona. Quod si vero sine illis expiati, bonum assequi possemus, sive corporale sive spiritale, hæc nulli essent optabilia.

Ceterum consuetudine non raro indifferenter sumitur pulcrum & bonum. Quin etiam physici materiam vocant non pulcram, siquidem turpis, ut-C pote informis est; quamvis bona, quatenus nutrix & susceptrix formarum est. Cum igitur etiam pulcrum sit caussa finalis, etsi quid minus bono; caussa autem finalis præcedit in omni opere: (v. g. facienti domum, vel vestem, vel januam, propositum est bonum vel pulcrum, cujus gratia quodlibet horum fit) etiam universi conditor, propter solam bonitatem omnia facit, quæcumque facit; & antequam singula faciat, novit id ipsum pulcrum & bonum propter quod fiunt. Non igitur postquam facta sunt, cognovit quia pulcra sunt, ita ut idcirco dumtaxat illa fecerit; sed antequam fierent illa, talia futura esse prænoverat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ζ.

Ὅτι ὁ μὲν παρ' ἡμῖν τεχνίτης θαυμάζει πολλάκις τὸ ἴδιον ἔργον, ὡς κατὰ σκοπὸν αὐτῷ γενόμενον. ὁ δὲ Θεὸς οὐχ' ὅτι γέγονεν, οἶδεν ὅτι καλὸν, ἀλλ' ὅτι προέγνω καλὸν ἐσόμενον, πεποίηκεν αὐτό. καὶ διὰ τί Μωϋσῆς μετὰ τὴν ἑκάστου γένεσιν εἶπε· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν;

Ὁ μὲν οὖν παρ' ἡμῖν τεχνίτης ἴσως ἂν θαυμάσειεν τὸ ἴδιον ἀποτέλεσμα, γνοὺς ἐκ τοῦ τέλους, ὅτι μὴ τοῦ περὶ αὐτοῦ σκοποῦ διήμαρτεν· ὁ δὲ Θεὸς οὐδὲν μετὰ τὸ ποιῆσαι τῆς ἐννοίας ἧς ἔσχε περὶ ἑκάστου προσείληφε. πῶς οὖν μετὰ τὸ γενέσθαι ἕκαστον, φησιν, ὁ προφήτης· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλὸν, ᾧ μηδὲν προσγέγονε παντελῶς ὕστερον;

Ἐπειδήπερ ὡς πολλάκις εἶπον, εἰς ἐπίγνωσιν Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις τὴν βίβλον ταύτην ἔγραψε Μωϋσῆς, διὰ τοῦ λέγειν οὖν ἐφ' ἑκάστῳ· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλὸν, νύττει καὶ διεγείρει τὴν ἑκάστου ψυχὴν εἰς κατανόησιν τῶν γενομένων, τί τὸ ἐν ἑκάστῳ καλὸν ὑπάρχει καὶ ἀγαθόν· οὐ γὰρ οὖν καὶ αὐτῷ τῷ Θεῷ καλὸν ἐφαίνετο, [μὴ μεγίστην ἔχον τοῦ κάλλους ὑπερβολήν.] διὸ καὶ Θεῷ τὴν τούτου κρίσιν ἀνέπεμψε Μωϋσῆς. οὐ γὰρ ἀξιόχρεως εἶναι ἐδόκει ἑαυτῷ προστιθεὶς τῶν γενομένων τὸν ἔπαινον. ἐκ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως, ὡς εἴη καλὰ, πίστιν ταῖς ψυχαῖς ἐντίθησιν ἀναμφίλεκτον,

D CAPUT VII.

Quod apud nos quidem artifex sæpenumero proprium opus admiretur, ut ex animi sententia factum. Deus autem, non quia factum est, idcirco novit; sed quia præcognovit illud pulcrum futurum, idcirco illud fecit. Et cur Moyses post cujusque ortum dixerit: Et vidit Deus quia pulcrum?

Is quidem qui apud nos est, artifex opus suum fortassis admirabitur, ex fine colligens, se ab ejus scopo minime aberrasse: Deus autem post creationem, nullam præter eam quam habebat cujusque rei notitiam accepit. Quomodo igitur post cujuslibet rei productionem Propheta dicit: *Et vidit Deus* E *quia pulcrum*, cum postmodum nulla ipsi notitia accesserit?

Quandoquidem, ut sæpe monui, librum hunc Moyses scripserit, ut homines ad Dei cognitionem manu duceret, ad singula utique dicendo: *Et vidit Deus quia pulcrum*, provocat & excitat uniuscujusque animum ad considerandum, quid in quolibet eorum quæ facta sunt, pulcrum bonumve exsistat; non quod ipsimet etiam Deo quodlibet pulcrum apparuerit, (cum pleraque haud maximam habeant pulcritudinis excellentiam) Moyses hujus rei judicium Deo tribuit; quia ipse sibi haud satis magnæ auctoritatis esse videbatur, ad cuilibet rei laudem suam tribuendam. Ipsius igitur Dei calculo cuncta

[a] Psalm. CXVIII. 71. [b] Heb. XII. 6.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

τῆς ἑκάστου μεγαλειότητος, καὶ τοῖς μήπω συνεωρακόσι τοὺς λόγους δι᾽ οὓς γέγονεν, ὡς λοιπὸν τὸ σολομώντειον ἐκεῖνο συμβαίνειν, ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως τὸν γενεσιουργὸν αὐτῆς πᾶσι θεωρεῖσθαί τε καὶ εἰς ὕμνον αὐτοῦ διεγείρεσθαι πάντας.

Ἐφ᾽ ἑκάστου τοίνυν τῶν γενομένων ὁ προφήτης εἰπών· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλὸν ἐπὶ τῇ συμπληρώσει πάντων κοινὸν ἐπιφέρει μετ᾽ ἐπιτάσεως πᾶσι τὸν ἔπαινον. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε. καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Ἀκύλας· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς σύμπαν ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ ἀγαθὸν σφόδρα. Σύμμαχος· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἦν καλὰ σφόδρα.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η.

Ὅτι εἰκότως ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς συμπληρώσει τοῖς ἐπιτετμημένοις ἐπαίνοις ἐχρήσατο Μωϋσῆς.

ΠΑΝ γὰρ τὸ ἐκ μερῶν συγκείμενον, ἔχει μὲν καὶ καθ᾽ ἕκαστον τῶν μορίων αὐτοῦ τὴν ἰδίαν τελειότητα, καὶ τὸ ἐπ᾽ αὐτῇ κάλλος ἀνθοῦν, οἷον ὡς ἐπ᾽ ἀνθρώπου χειρὸς, ὅταν μηδὲν ἐλλείπῃ μεγέθους ἢ σχήματος, δακτύλων τε πρὸς ἀλλήλους ἀναλογίας, καὶ ὅσα κοσμεῖ ταύτην ἕτερα. ὁμοίως ἐπὶ κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν θέσιν τε, καὶ σχῆμα, καὶ μεγέθους αὐτάρκειαν, εὐχροιάν τε, καὶ κίνησιν, καὶ ἐνέργειαν, καὶ ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν λοιπῶν ὁμοίως. ἀλλ᾽ εἰ καὶ ἕκαστον καθ᾽ αὐτὸ καλὸν, C ἀλλ᾽ ἡ ἐν τῇ συνθέσει πάντων εὐαρμοστία, καὶ ἡ πρὸς τὸ ὅλον σύμπνοια καὶ συμπαθία, καὶ τὸ ἐκ πάντων ἀποτετελεσμένον τοῦ ζώου κάλλος, τοσοῦτον ὑπερβαίνει τῶν ἐπὶ μέρους καλῶν, ὅσον καὶ τὸ ὅλον τῶν μερῶν ἐστι τιμιώτερον. εἴπερ τὰ μὲν ἕνεκα τοῦ, τὸ δὲ οὗ ἕνεκα, καὶ τέλος ἐστί.

Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν τεχνιτῶν ἔστιν ἰδεῖν. ἑκάστην χορδὴν τοῦ λυραοιδοῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν συμφωνίαν τείνοντος, καὶ ἀποπειρωμένου τοῦ ἤχου ταύτης. ἔμπειρος μὲν γὰρ τῆς μουσικῆς, εὐθέως εἴσεται τὸ κάλλος αὐτῆς. ἐπειδὰν δὲ λοιπὸν ἡ ἐκ πασῶν συμφωνία φανῇ τοῖς ἀγνοοῦσι πρότερον, τὴν ἑκάστης δύναμιν, τότε δὴ τότε τὴν ὑπερβολὴν τῆς μιᾶς ἐκ πασῶν συμφωνίας πᾶς ἄν τις ὑπερθαυμάσειε. D

Τοῦτο οὖν καὶ τοῦ κόσμου παντὸς θεωρητέον. καλὸν μὲν γὰρ ἕκαστον τῶν αὐτοῦ μερῶν, καὶ καθ᾽ αὐτὸ θεωρούμενον εἴτε στοιχεῖον, εἴτε ζῶον εἴποις. οὐρανός τε γὰρ καλὸς, καὶ ἡ ἐν ἑκάστῳ τῶν φωστήρων φαιδρότης. εἰ δὲ τὴν ἐκ τούτων ἁπάντων σύνθεσιν καὶ τάξιν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα σύμπνοιαν κατίδοις· καὶ πόση μὲν ἡ τῆς κινήσεως τῶν οὐρανίων τάξις, πόση δὲ ἡ ἐκ ταύτης τῶν ἐντὸς αὐτῆς χρεία καὶ σύστασις, ἥτε τῶν στοιχείων ὁμοίως πάλιν πρὸς ἄλληλα θέσις τε καὶ τάξις, καὶ ὡς οὐδὲν μόριον αὐτῶν τῆς εἰς ἕτερον ἀνέχεται, καὶ βιαζόμενον μεταθέσεως, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ὁρμᾷ τόπον, καὶ ὡς οὐδὲν τὰ λοιπὰ πλεονεκτεῖν ἀνέχεται, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς εἰς ἄλληλα μεταβολαῖς ἐξίσωσις, ἐν τοῖς ἀντικειμένοις τοῦ πλεονάζοντος γίνεται· καὶ ὅσα περὶ τὴν ἑκάστου E φύσιν, καὶ τὸν ἕνα πάντων τῆς σωτηρίας τοῦ ὅλου σκοπὸν, δικαίως ἀναπεφωνημένον ὄψεται τό· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν, ἢ καλὰ σφόδρα. ἢ καὶ ὡς Ἀκύλας, ὡς πρὸς τὸ ὅλον ποιούμενος τὴν ἀναφορὰν, ἔφη· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς σύμπαν ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ ἀγαθὸν σφόδρα. τῇ μὲν πληθυντικῇ φωνῇ τὰ μέρη δηλῶν, τῇ δὲ ἑνικῇ, τὴν εἰς τὸν ἕνα κόσμον ἐκ πάντων σύμπνοιαν.

A pulcra dicens, indubitatam animis fidem adstruit cujusque magnitudinis, etiam iis quibus necdum perspectæ sunt rationes quibus factæ sunt, ita ut de cetero juxta illud Salomonis, [a] *Ex magnitudine & specie creaturarum*, per analogiam *generator horum* ab omnibus *conspiciatur*, omnesque ad laudem ejus excitentur.

Cum itaque in singulis Propheta dixisset: *Et vidit Deus quia pulcrum*, post omnium consummationem, communem eorum laudem subjungit dicens: *Et vidit Deus omnia quæcumque fecit, & ecce bona valde*. Aquila: *Et vidit Deus simul omne, quæcumque fecit, & ecce bonum valde*. Symmachus: *Et vidit Deus omnia quæcumque fecit, & erant pulcra valde*.

CAPUT VIII.

Quod merito Moyses in universi consummatione prædictis laudibus usus sit.

OMne enim quod ex partibus constat, habet etiam secundum quamlibet sui partem, propriam perfectionem, nec non pulcritudinem inde pullulantem, ut v. g. in manu hominis, quando nihil deest magnitudini, vel figuræ, digitorumque ad invicem proportioni, ceterisque quæ ipsam ornant. Similiter in capite, quando habet oculorum situm, & figuram, & magnitudinem convenientem, coloremque ac motum, & actionem & in quolibet ceterorum similiter. Verumtamen licet quælibet pars per se pulcra sit, omnium tamen in composito concinnitas atque cum toto congruentia consensioque, nec non animalis ex his omnibus perfectio, tantum superat pulcritudines quæ sunt in partibus, quantum totum suis partibus præstantius est. Siquidem hæ sunt ipsius caussa; ipsum vero est id, cujus caussa sive finis.

Idem etiam in arte factis videre licet, dum v. g. lyricen unamquamque chordam ad futurum concentum intendit, ejusque sonum explorat; peritus quidem musicæ statim percipiet ejus concinnitatem. At ubi ceterum concentus ex omnibus, cujusque chordæ vim prius ignorantibus, perceptus fuerit; tunc utique præ concentu unius, omnium simul chordarum excellentiam quis admirabitur.

Hoc igitur etiam in universo mundo considerandum est. Siquidem pulcra quidem quælibet pars ejus secundum se considerata, sive elementum, sive animal dixeris. Cælum quoque pulcrum, uti & splendor qui singulis inest luminaribus. Verum si ex omnibus compositionem, & ordinem, & ad invicem consensionem perspexeris, & quantus sit motus cælestium ordo, quantaque sit ex illis quæ in ipso sunt utilitas ac contemperatio, quæque sit elementorum similiter ad invicem constitutio & ordo, & ut nulla pars ipsorum, etiam vi in alteram se transferri patiatur, sed illico ad proprium locum tendat, & ut nullum cetera superare valeat, sed dum in se mutuo transmutantur, in contrariis, ejus quod redundat, exæquatio fiat; & quæcumque pro cujusque natura, unicoque omnium salutis universi scopo faciunt, merito illud acclamatum cernet: *Et vidit Deus omnia, quæcumque fecit, & ecce bona valde*, seu *pulcra vehementer*. Vel ut Aquila referens hoc ad universum, dixit: *Et vidit Deus simul omne, quæcumque fecit, & ecce bonum valde*. Voce quidem plurali, partes designans, singulari vero illam ex omnibus in unum mundum conspirationem.

[a] Sap. XIII. 5.

Εὐλόγως δὲ οἶμαι τὸν Ἀκύλαν τὸ ἀγαθὸν εἰπεῖν A ἀντὶ τοῦ καλοῦ· καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὸ καλὸν εἰρηκεν. ἄλλον μὲν γὰρ ἄλλου τῶν μερῶν ὑπάρχει κάλλιον, οἷον οὐρανὸς γῆς, καὶ σελήνης ἥλιος· καὶ ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. καὶ τῶν φυτῶν τὰ ζῶα, καὶ τῶν ἐνύδρων τὰ χερσαῖα, καὶ ἡ τῶν ὁμογενῶν ἑκάστου πρὸς τὰ λοιπὰ διαφορὰ, καὶ τούτων ὁ ἄνθρωπος. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐκ πάντων συστήματος, τοῦ κόσμου φημὶ, οὐδεμιᾶς ἔτι πρὸς ἕτερον σῶμα παραθέσεως οὔσης [μονήρης γάρ ἐστιν ὁ κόσμος καὶ εἷς, τὸ μὴ ἔχον ὑπέρθεσιν] τὸ ἀγαθὸν ἔπρεπεν ἐπ' αὐτοῦ λέγεσθαι, οὗ μηδεμία ἐστὶν ἐπίτασις. καλοῦ μὲν γὰρ ὡς εἶπον εἶναι κάλλιον δυνατὸν, τὸ δὲ ἀγαθὸν τὸ τέλος τῶν ἐπαίνων ἀπείληφε· διόπερ οὐδὲ ἡ λέξις παρὰ τοῖς ἀκριβοῦσι τὴν ἑλλήνων φωνὴν ὑπερτίθεται εἰς τὸ ἀγαθώτερος ἢ ἀγαθώτατος. B ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῇ τὸ ὑπερθετικὸν ἐπίρρημα τὸ ἄγαν. κἂν εἴπου παρά τινι σπανίως εἴρηται παρέλκει. τί γὰρ ἂν εἴη τοῦ ὑπερκειμένου πάντων ἀνώτερον;

Τούτου οὖν οὕτως ἔχοντος· εἰ ὁ κόσμος ἐν ἑαυτῷ περιείληφεν, ἔμψυχά τε πάντα καὶ ἄψυχα σώματα, εἰκότως ἀντὶ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγαθὸν Ἀκύλας εἴρηκεν ἐπ' αὐτοῦ. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ τὸ καλὰ, προσῆψαν, οἱ μὲν τὸ λίαν, οἱ δὲ τὸ σφόδρα· ὡς μηδεμίαν ὑπεροχὴν τῆς αὐτοῦ καλλονῆς ὑπολείπεσθαι.

Jure optimo etiam existimo Aquilam pro pulcro bonum dicere, etsi alii omnes pulcrum dixerint. Nam alia pars alia pulcrior exsistit, v. g. cælum terra, & sol luna: [a] *Et stella differt a stella in claritate*. Et plantis animalia, & aquatilibus terrestria præstant; & eorum quæ sunt ejusdem generis, est ad cetera differentia, atque ex his homo est. At in illa omnium, mundi inquam, constitutione, cum jam nullum corpus esset cum quo conferretur; (mundus enim solitarius est & unus, nihil habens quod ei præferatur) decebat ut bonum de ipso diceretur, cui nihil addendum erat. Nam pulcro, ut dixi, potest quid esse pulcrius; bonum autem perfectam laudem retulit: unde hæc vox a Græcæ linguæ peritioribus non effertur per superlativum, nec dicitur *bonior*, *bonissimus*, sed in se continet adverbium superlativum *valde*; & sicubi ab aliquo particula ista parce adhibeatur, redundat. Quid enim sit superius illo, quod omnibus supereminet?

Quod cum ita sit, si quidem mundus in se complexus sit omnia corpora tam animata quam inanimata, merito Aquila de ipso bonum pro pulcro enuntiavit. At alii quidem dictioni *pulcra* adjunxerunt particulam λίαν, valde; alii vero σφόδρα, seu vehementer, ut nihil reliquum foret quod pulcritudine ipsi præferretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Διὰ τί ἐπὶ μόνης τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, οὐκ εἶπε· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν. C

Ἐπετήρησαν δέ τινες, ὡς ἐφ' ἑκάστου τῶν γενομένων ὁ προφήτης εἰπών· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλὸν, ἐπὶ τοῦ καλλίστου πάντων τῶν ζώων τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο σεσίγηκε. καὶ ἔστιν ἡ αἰτία προφανής. τελευταίας γὰρ οὔσης τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, συλλήβδην εὐθὺς ἐπήγαγε· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. ὥστε συμπεριείληπται τῷ ἐπαίνῳ πάντων ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἄλλως. εἰ τῶν δι' αὐτὸν γενομένων ἕκαστον ὑπάρχει καλὸν, πῶς ὁ οὗ ἕνεκα γεγόνασιν ἐκεῖνα τελικὸν αὐτῶν αἴτιον ὑπάρχων ὁ ἄνθρωπος, οὐ πολλῷ μᾶλλον καλὸν ἂν εἴη; διόπερ ἐπὶ τῇ γενέσει τούτου τὸν κοινὸν πάντων ἀναπεφώνηκεν ἔπαινον.

CAPUT IX.

Cur in sola fabricatione hominis non dixerit: Et vidit Deus, quia bonum.

Observarunt aliqui Prophetam cum in quolibet eorum quæ facta sunt, dixisset: *Et vidit Deus quia pulcrum*; in homine cunctorum animalium pulcherrimo, illud siluisse. Et ratio in promtu est. Quia cum hominis ortus postremus esset, simul illico subjunxit: *Et vidit Deus omnia quæcumque fecit, & ecce bona valde*. Ita ut homo etiam sub ista omnium laude comprehensus sit. Atque aliter. Cum quodlibet eorum quæ per ipsum facta sunt, pulcrum exsistat; quomodo homo propter quem ista facta sunt, cum eorum finalis caussa exsistat, non multo magis pulcher exsistat? Quare in hujus ortu, communem omnium laudem D subjunxit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ι.

Πῶς λύομεν τὸ ἀπορούμενον. ὡς εἰ πάντα καλὰ λίαν· πόθεν τὰ κακά; καὶ κατὰ Μανιχαίων ἐν ἐπιδρομῇ· καὶ ὅτι τῶν ὄντων, τὰ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὰ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν.

Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑπὸ τῶν ἀσεβεστάτων Μανιχαίων θρυλλούμενον φροντίδος ἄξιον. εἰ γὰρ πάντα, φασὶ, καλὰ λίαν, πόθεν ἐν τῷ κόσμῳ τὰ κακά; πρῶτον μὲν οὖν τῇ ἀκριβείᾳ τῆς λέξεως προσεκτέον. πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς καλὰ λίαν. οὐδὲν δὲ τῶν κακῶν ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐδέ ἐστιν αὐτῶν ὑπόστασις οὐσιώδης, οὐδὲν καθ' αὐτὸ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἡμετέρας παρυπέστη προαιρέσεως τὸ κακόν. ὁ γὰρ Θεὸς ἀπείραστός ἐστι κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα. ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος. καὶ ὁ κύριος· δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. ἐν ἡμῖν οὖν τὸ ἐγγίσαι Θεῷ. καὶ πρὸς τὴν Ἰερουσαλήμ· Ἰερουσαλὴμ, Ἰερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν· ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγα-

CAPUT X.

Quomodo solvamus illud dubium: Si omnia bona valde, unde mala? Et contra insultum Manichæorum: Et quod eorum quæ sunt, alia quidem sint in nostra potestate, alia vero non sint in nostra potestate.

Sed nec illud quod ab impiissimis Manichæis occlamatur, magnopere curandum est. Si enim, inquiunt, omnia bona valde, unde in mundo mala sunt? Primum igitur accurationi textus attendendum est. Omnia enim quæcumque fecit Deus, E bona valde. Nullum autem malum fecit Deus, neque illorum productio substantialis. Nec ullum malum per se, sed ex nostra substitit libertate. [b] *Deus enim intentator malorum est; Ipse autem neminem tentat. Unusquisque autem tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus*. Et Dominus: [c] *Venite*, inquit, *ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. In nostra igitur potestate situm est Deo appropinquare. Et ad Hierusalem ait: [d] *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt,*

a I. Cor. xv. 41. b Jac. I, 13. 14. c Matth. II. 28. d Matth. xx. III. 37. 38.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.

γεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς, ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. καὶ πάλιν· ὅσα ἐὰν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται.

Ὥστε διὰ τούτων δῆλον, ὅτι ἑκούσιόν ἐστι τὸ κακόν. καὶ αἱ κοιναὶ δὲ πάντων ἔννοιαι τοῦτο βοῶσι. διὰ τί γὰρ τοῖς μὲν κακοποιοῦσι τῶν οἰκετῶν ἢ τῶν υἱέων ἡμῶν ἐπιπλήττομεν, τοῖς δὲ νοσοῦσι, καὶ ὑπακούειν ἡμῖν οὐ δυναμένοις, οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦμεν καὶ ἐπιμελείας αὐτοὺς ἀξιοῦμεν, ἢ γινώσκοντες, ὅτι τὸ μὲν ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν; εἰ γὰρ καὶ τὸ κακοποιεῖν, οὐκ ἐφ' ἡμῖν ἦν, ἀλλὰ βίαιον, ἀνῄρηται τῆς ψυχῆς τὸ αὐτοκίνητον. καὶ οὔτε τὴν ἀρετὴν ἐπαινετέον, οὔτε τὴν κακίαν φευκτέον. περιττοὶ δὲ νόμοι θεῖοί τε καὶ ἀνθρώπινοι, συμβουλαί τε καὶ διδασκαλίαι, μηδὲ εἰσπραττέσθωσαν οἱ φαῦλοι δίκας, ἀλλ' ἐλεείσθωσαν μᾶλλον, ἀκουσίως ἐπὶ τὴν κακίαν ἑλκόμενοι. καὶ γὰρ ἐλεήσειεν ἄν τις ἢ μισήσειε τὸν ὑπὸ λῃστῶν, ἢ τυράννων ἀκουσίως ἑλκόμενον ὑπηρετεῖσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν βιαίως τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ ἄλλο τι τῶν μελῶν ἐκκοπτόμενον; νυνὶ δὲ τοὺς πονηροὺς οὐδ' αὐτοίγε οὗτοι συγγνώμης οἴονται ἀξίους εἶναι, ἢ μηδὲ τοὺς ἀδικοῦντας αὐτοὺς καταμεμφέσθωσαν.

A quoties volui congregare filios tuos, *quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Et iterum: [a] *Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ.*

Hinc itaque patet malum esse voluntarium; quin & communes omnium sententiæ hoc clamant. Cur enim famulos & filios nostros dum male agunt increpamus, secus quam ægrotos, ut illos qui nobis obtemperare nequeunt, quorum etiam nos miseret, eorumque curam gerimus, nisi quia scimus illud esse in nostra potestate, hoc vero non? Si enim male agere in nostra quoque potestate non esset, sed nobis violentum foret, animæ nostræ libertas tolle-
B tur, & neque virtus laudanda, neque vitium fugiendum esset. Superfluæ etiam essent leges, tam divinæ quam humanæ, consiliaque & disciplinæ, nec facinorosis supplicia infligerentur, sed potius miseratio exhiberetur, utpote invite in vitium pertractis. Etenim miserebitur ne quis, an odio prosequetur eum, qui a latronibus vel tyrannis invitus coactus est ipsis obsequi, & violenter oculis aliisve membris mutilatus est? At nunc maleficos nec hi ipsi quidem venia dignos esse censent, neque reprehendunt eos qui ipsos lædunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ια.

Ὅτι οὐδέν ἐστιν οὐσιῶδες κακὸν, ἀλλ' ἡ παράχρησις τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἐκ προαιρέσεως γινομένη αἰτία τοῦ κακοῦ, καὶ ὅτι οὐ κακὸν ἡ προαίρεσις.

Ὅλως γὰρ οὐδέ ἐστιν οὐδὲν ἐν τῷ κόσμῳ κακὸν οὐσιῶδες, οὐδ' ὅλως ἐστὶν οὐσία κακοῦ, ἀλλ' ἐκ τῇ παραχρήσει τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας γινομένη προαιρέσεως, τὸ κακὸν παρυφίσταται. οἷον ἡ μοιχεία κακόν· πότερον; δι' αὐτὴν μόνον τὴν πρὸς γυναῖκα μίξιν; οὐκοῦν καὶ ἡ πρὸς τὴν κατὰ νόμον, ἐξευγμένην πρὸς παιδοποιΐαν μίξις, κακόν.

Εἰ δὲ τοῦτο, μὴ τὴν μοιχείαν ὅτι κακὸν λεγέτωσαν, ἀλλὰ τὴν μίξιν αὐτὴν ἁπλῶς. εἰ δὲ κακὸν πᾶσα μίξις, οὐκοῦν καὶ ἡ τεκνογονία κακὸν, καὶ τὰ ἀποτελέσματα ταύτης οἱ ἄνθρωποι. ὥστε καὶ Μανιχαῖος κακὸς οὕτω γενόμενος, καὶ οἱ τὰ ἐκείνου φρονοῦντες. εἰ δὲ κακὸς Μανιχαῖος, οὐδὲν αὐτῷ λέγοντι πιστευτέον. ὁ γὰρ πονηρὸς ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐκβάλλει τὰ πονηρὰ δόγματα. εἰ δὲ μὴ πονηρὸς Μανιχαῖος, καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ διδάσκοντες, οὐδὲ ἡ μίξις ἐξ ἧς γεγόνασι πονηρόν.

Εἰ δὲ πονηρὸν ἡ γένεσις, διὰ τὸ συνδεῖν τῷ σώματι τὴν ψυχὴν, ἀγαθὸν ἡ φθορὰ, λύουσα ταύτην ἀπὸ τοῦ σώματος! μηδεὶς οὖν τοῖς φονεῦσι μεμφέσθω, ἀγαθὸν ἐργαζομένοις πρᾶγμα, τὸν θάνατον χωρίζοντα τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος· καὶ ὁ τῶν φόνων αἴτιος, οὐ κακός ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθός. εἰ δὲ τὸ φονεύειν κακὸν, οὐκοῦν ἀγαθὸν ἡ γενεσιουργία, καὶ ἡ μίξις, ἡ ταύτης αἰτία.

Κακὴ οὖν ἡ μοιχεία, οὐ διὰ τὴν μίξιν ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι μὴ τῇ κατὰ νόμον, ἀλλὰ τῇ ἑτέρῳ ἐζευγμένῃ συνῆλθεν ὁ μοιχός. ὥστε μόνη ἡ προαίρεσις ἡμῶν, κακῶς τῇ μίξει χρησαμένη τῆς τοῦ κακοῦ παρυποστάσεως αἰτία γέγονε· διὸ καὶ ἐπὶ τούτῳ ποιναί. τίμιος ὁ γάμος, [φησὶν ὁ Παῦλος] καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. πόρνους δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ θεός.

CAPUT XI.

Nullum esse malum substantiale: sed mali caussam
C *esse abusum naturalium virium operandi, qui ex libero exsistit arbitrio: & ipsum liberum arbitrium non esse malum.*

Quin neque ullum in mundo malum substantiale est, neque omnino ulla substantia est mali, sed in abusu naturalium operationum qui ex nostra libertate exsistit, quasi subexsistit malum. V. g. malum est adulterium; unde? Num ob solam cum muliere commixtionem? ergo etiam commixtio quæ cum legitima conjuge fit ad liberos procreandos, quid malum erit.

Quod si ita sit, non adulterium, sed ipsam simpliciter mixtionem quid malum dicant. Quod si vero mixtio omnis mala sit, ergo etiam mala est
D liberorum procreatio, uti & effectus ejus, nempe homines. Quare etiam Manichæus malus, qui ita generatus est, uti & illi qui cum ipso sentiunt. Quod si malus sit Manichæus, nihil ipsi dicenti credendum est. Nam [b] *malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala* dogmata. Sin vero Manichæus non sit malus, uti & illi qui doctrinam ejus tradunt; utique nec mixtio qua procreati sunt, mala est.

Sin vero generatio sit mala, eo quod animam corpori alliget; bona est corruptio, quæ hanc a corpore absolvit. Nemo igitur accuset homicidas, quia bonum opus perpetrarunt, nempe mortem quæ animam separat a corpore; & qui cædum auctor est, non malus, sed bonus exsistit. Sin vero occi-
E dere malum, ergo generatio bona est, uti & commixtio quæ hujus est caussa.

Malum igitur adulterium, non propter simplicem, sed propter illegitimam mixtionem, quodque cum alterius conjuge congressus fuerit adulter. Atque ita sola libertas nostra, perperam usa mixtione, mali subexsistentis caussa fuit; & hinc pœnæ. [c] *Honorabile connubium*, inquit Paullus, *& torus immaculatus. Fornicatores vero & adulteros judicabit Deus.*

a Matth. VII, 12. b Matth. XII, 35. c Heb. XIII. 4.



A Ἀλλ' οὐδ' ἡ προαίρεσις κακὸν, ἐπεὶ καὶ ἀγαθῶν ἐστιν αἰτία, αἱρουμένη τὰ κρείττω, ἀρετὴν, εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἐφ' οἷς ἥμαρτε μεταμέλειαν, καὶ ψυχῆς κάθαρσιν, τὴν δι' ἀσκήσεως. ὁ τρόπος οὖν, οὐχ' ἡ μίξις κακόν.

Πάλιν οὐ διὰ τὸν φόνον κακὸς ὁ σίδηρος, ἀεὶ γὰρ ἂν κακῶν αἴτιος ἦν. νυνὶ δὲ ἀγαθοποιεῖ τὰ πλεῖστα εἰς γεωργίαν συντελῶν καὶ εἰς οἴκων καὶ ἱματίων, καὶ βιβλίων κατασκευὰς [1] εὐσεβῶς, εἰς τομὰς ἑλκῶν, καὶ θεραπείας καὶ εἰς τὰς ἄλλας τοῦ βίου χρείας· οὐ κακὸν ἄρα καθ' αὑτὸ ὁ σίδηρος.

Εἰ δὲ καὶ τὰ εἰρημένα κακὰ, οὐκοῦν καὶ τὸ ἐσθίειν κακὸν, καὶ τὸ [2] ἐνδεδῦσθαι, καὶ τὸ ὑποδεδέσθαι, καὶ τὸ ἐν οἴκοις εἶναι, καὶ τὸ ἰατρεύειν, καὶ τὸ ἀναγινώσκειν, καὶ πάντα ὅσα διὰ σιδήρου γίνεται, πονηρά. B

Καὶ κινδυνεύσει πάλιν τὸ φθείρεσθαι εἶναι καλὸν, στερούμενον τῶν συνεχόντων ἡμῶν τὸ εἶναι. εἰ δὲ κακὸν τὸ φθείρειν, καὶ αὐτὴ ἡ φθορά. τὸ ζῆν ἄρα ἀγαθὸν, καὶ ἡ γένησις, καὶ ἡ μίξις, καὶ τὰ εἰρημένα πάντα ὅσα τῆς ζωῆς συναίτια.

Ἀλλ' οὐδὲ τὸ φονεύειν ἀπροσδιορίστως κακὸν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἀναγκαῖον. τί γὰρ εἰ τῶν πολλῶν κακῶν αἴτιον ὁ νόμος φονεύοι; καὶ ῥύεται ταύτῃ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ μέλλοντας πάσχειν κακῶς, καὶ τὴν ἐκείνου ψυχὴν τῶν πλειόνων ἀδικημάτων ἐλευθεροῖ. καὶ ἐπ' ἑκάστου δὲ τῶν ἄλλων οὕτω σκοπῶν, εὑρήσεις ὅτι οὐκ οὐσία τίς ἐστιν ἀφωρισμένη τοῦ κακοῦ, ἀλλ' ἡ τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν παράχρησις τῇ κακίᾳ παρυπόστασιν ἔδωκε. C

Πολλῶν δὲ ὄντων οἷς ἄν τις ἐλέγξειε τὴν ἀσεβῆ ταύτην ὑπόθεσιν, τοῖς παροῦσιν ἐν ἐπιδρομῇ λεχθεῖσιν ἀρκούμεθα. δεδειγμένου τοίνυν, ὡς τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων, οὐχ' ὅτι μὴ κακὸν ἁπλῶς τι, ἀλλ' ὅτι τῶν καλλίστων ἕκαστον, καλῶς ἄρα Μωϋσῆς ὁ μέγας, τὴν κοσμογονίαν συμπερανάμενος· καὶ εἶδεν ὁ Θεός, φησι, πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν.

Sed neque libertas malum est, quoniam etiam bonorum caussa exsistit, dum meliora eligit, ut virtutem, pietatem, & pro peccatis pœnitentiam, atque animæ expiationem, per exercitium pietatis. Modus itaque, & non ipsa mixtio, malum est.

Rursum, non propter cædem malum est ferrum, nam semper malorum caussa foret. Nunc autem plurima bona facit, dum conducit agriculturæ, & ad domorum, & vestium, & librorum structuram prodest, & ad ulcerum incisiones atque curationes, aliasque vitæ commoditates: ferrum itaque per se minime malum est.

Si autem ea quæ modo dicta sunt, mala sint; ergo etiam malum sit comedere, & indui, subigi, in ædibus commorari, mederi & legere; & quæcumque mediante ferro fiunt, mala erunt.

Atque aliquis iterum contendet interitum esse bonum, ut qui nos privet iis quibus vitæ nostræ ratio continetur. Si autem malum sit interire, ergo etiam malus est interitus. Quare & vita, & generatio, & mixtio ceteraque omnia quæ ad vitam conducunt, bona sunt.

Sed neque semper cædes absolute mala est, quin etiam aliquando necessaria. Siquidem lex multorum criminum reum neci tradit; atque ita liberat eos qui ab ipso lædendi erant, atque animam ejus plurimis criminibus eximit. Atque alia etiam similia hoc modo perpendens, invenies non esse definitam quamdam mali substantiam, sed naturalium operationum abusum, malitiæ subexsistentiam dedisse.

Cum etiam plurima sint quibus aliquis impiam hanc sententiam confutare possit, hisce cursim recensitis contenti simus. Quoniam itaque demonstratum est nihil eorum quæ a Deo facta sunt, simpliciter malum esse, sed unumquodque pulcherrimum exsistere: recte utique magnus ille Moyses mundi generationem concludens, ait: *Et vidit Deus omnia quæcumque fecit, & ecce bona valde.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιβ'.

Ὅτι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς γενομένοις ἔπαινον τοῦ Θεοῦ ἐμιμήσατο Πλάτων.

D ΚΑΙ Πλάτων δὲ πάλιν αὐτὸν κἀν τούτῳ μιμούμενος τὸ πᾶν τόδε ὑποστῆναι διδάξας ὑπὸ Θεοῦ, καὶ λοιπὸν ἤδη κινούμενον ὑποθέμενος τοῦ οὐρανοῦ, ταῦτά φησιν· ὡς δὲ κινηθὲν αὐτὸ καὶ ζῶον ἐνόησε τῶν ἀϊδίων θεῶν γεγονὸς ἄγαλμα, ὁ γεννήσας πατὴρ ἠγάσθη τε καὶ εὐφρανθείς. ἔτι δὲ μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα ἕκτη.

CAPUT XII.

Quod etiam Plato imitatus sit laudem Dei in iis quæ facta sunt.

QUin etiam Plato rursum ipsum etiam in hoc imitatus, universum hoc a Deo conditum docens, atque ceterum supponens cælum moveri, hæc ait: Ut autem mobile ipsum etiam animal advertit deorum æternorum simulacrum evasisse, Pater qui ipsum genuerat, gavisus fuit ac recreatus. Quin immo cogitavit ipsum simile facere ad exemplar. [a] *Et factum est vespere, & factum est mane, dies sexta.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιγ'.

Διὰ τί ἐν ἓξ ἡμέραις τὸν κόσμον συνεπλήρωσεν ὁ Θεός;

E ΔΙΑ τί ἐν ἓξ ἡμέραις τὸν κόσμον ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐ δίκαιον μὲν ἴσως περιεργάζεσθαι. τί γὰρ εἰ καὶ ἐν πλείοσιν, ἢ καὶ ἐλάττοσιν ἐγεγόνει, λέγειν ἔχομεν, ἢ καὶ ἀθρόον καὶ ἅμα πᾶς; ἤρκει δὲ καὶ ἡ μέχρι νῦν τοῦ παντὸς διάταξις, καὶ ἡ ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων ἑβδοματικὴ τῶν ἡμερῶν ἀπαρίθμησις ἀπό-

CAPUT XIII.

Cur Deus in sex diebus mundum compleverit?

CUR Deus in sex diebus mundum absolverit, haud æquum est curiosius investigare. Quid enim diceremus, si pluribus aut paucioribus diebus conditus fuisset, vel totus etiam simul & instanti? Quin immo sufficiebat etiamnum ordo universi, nec non septimanaria jam omnibus hominibus usitata

a Gen. I, 31.

1 Εὐσεβῶς.] Loco ἀσεβῶν. *Librorum structuram*, omisso *piorum*, ex inscitia. COTELER. *Eccl. Gr. Monum.* tom. III. pag. 606. c.

2 Ἐνδεδῦσθαι — ὑποδεδέσθαι.] *Se ipsum induere* — *subligare sibi calceos*. Bochartus legebat ὑποδεῖσθαι. Sed editi lectionem probam esse, adeoque haud solicitandam recte statuit Huetius *Dissert.* I, tom. I. pag. 183. edit. Florent.

SAECUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 600.



A δεῖξιν ἱκανὴν ἔχουσαν τοῦ ἐν τοσαύταις ἡμέραις τὸν πάντα κόσμον δημιουργῆσαι τὸν Θεὸν, τῆς ἑβδόμης ὥσπερ ἑορτῆς ἐπὶ συμπληρώσει τῆς γενέσεως τοῦ παντὸς ὑπαρχούσης.

Τινὲς δὲ καὶ ἀριθμητικήν τινα τοῦ ἓξ ἀριθμοῦ θεωρίαν οὐκ ἄκομψον παρειλήφασι ταύτην. τέλειος τῶν ἀριθμῶν ἐστιν ὁ ἕξ. τέλειον γὰρ ἀριθμόν φασι τὸν ἐξισάζοντα τοῖς ἰδίοις ἑαυτοῦ μέρεσι. πρῶτος δὲ τῶν τελείων ἐστὶν ὁ ἕξ, καὶ μόνος τῶν ἐντὸς τῆς δεκάδος τέλειος, ἐκ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ἰδίου τῶν τριῶν, καὶ τοῦ τρίτου τῶν δύο, καὶ τοῦ ἕκτου τοῦ ἑνὸς συγκείμενος. τρία γὰρ, καὶ δύο, καὶ ἕν, τὸν ἓξ συνάγουσιν.

Ἔπρεπεν οὖν τὸν τελειότατον, καὶ ἐν ἑαυτῷ πάντα συνειληφότα κόσμον εἰς τὸ εἶναι παραγόμενον ὑπὸ B Θεοῦ, εἰ μὴ ἀθρόον ὁμοῦ τοῦτον ἐθέλοι παράγειν, διὰ λόγους ἀγνοουμένους ἡμῖν, ἐν τοσούτῳ ἡμερῶν ἀριθμῷ τῷ πρώτῳ τελείῳ παραγαγεῖν τὸν τέλειον κόσμον, καὶ πρώτως νῦν ὑφιστάμενον, ἐξ ὧν καὶ ὁ χρόνος ἀνακυκλεῖται.

Ἔστι δὲ τὸν λόγον ἐπεκτείνοντα τοῦτον, καὶ ἐκ τοσούτων αὐτὸν μερῶν γενικωτέρων δεῖξαι συγκείμενον. εἴτε μαθηματικώτερόν τις, εἴτε φυσικώτερον τοῦτο σκοποίη, πᾶν μέγεθος ἐν τῷ κόσμῳ περιείληπται. τρία δὲ ταῦτά ἐστι, τὸ ἐφ' ἓν διάστατον, ὃ καλεῖται γραμμή. τὸ ἐπὶ δύο, μῆκος καὶ πλάτος ἔχον, ὃ προσαγορεύουσιν ἐπιφάνειαν, ἧς πέρας ἐστὶν ἡ γραμμή. τὸ ἐπὶ τρία, τὸ πρὸς τοῖς εἰρημένοις δύο καὶ βάθος ἔχον, ὃ καλεῖται σῶμα, οὗ πέρας ἐστὶν C ἡ ἐπιφάνεια. καὶ παρὰ ταῦτα μέγεθος ἕτερον ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν οὐδέν. αἱ τρεῖς οὖν διαστάσεις, καὶ αἱ δύο, καὶ ἡ μία τὸν ἓξ συνάγουσι τῶν διαστάσεων ἀριθμόν.

Τὸ αὐτὸ δὲ καὶ φυσικώτερον σκοποῦσι φανήσεται. τῶν γὰρ σωμάτων τὸ μὲν ὑπεστρωμένον ἅπασι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον ἐστὶν ἄποιον, ἐξ οὗ τὸ πεποιωμένον γίγνεται σῶμα. τοῦτο εἰς ἄψυχον διαιρεῖται καὶ ἔμψυχον. τοῦ δὲ ἐμψύχου τὸ μὲν φυτόν, τὸ δὲ ζώφυτον, τὸ δὲ ζῷον. τοῦ δὲ ζῴου τὸ μὲν λογικόν, τὸ δὲ ἄλογον. καὶ πάλιν ὁ ἓξ συνάγεται· ἡ ὕλη πάντων τὸ ἄποιον σῶμα, εἰ καὶ μηδέποτε γυμνὸν ποιοτήτων εὑρίσκεται, τὸ ἄψυχον, τὸ φυτόν, τὸ ζώφυτον, τὸ ἄλογον ζῷον, D τὸ λογικόν. ἐπειδὴ δέ φησι Μωϋσῆς· καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησε· καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησε.

A dierum supputatio, quæ abunde declarant, Deum totidem diebus mundum hunc universum condidisse, septimo die, tamquam festo, universitatis hujus generationem concludente.

Nonnulli etiam ex numeris arithmeticam quamdam hujusce modi non incongruam rationem excogitarunt. Sex, inquiunt, numerus est perfectus. Eum enim numerum perfectum vocant, qui propriis suis partibus æqualis est. Sex autem numerorum perfectorum primus est, ac solus infra decadem perfectus, quippe constans ex sua medietate trium, & tertia duorum, & sua sexta unius. Tria enim & duo, & unum conflant sex.

Decebat itaque perfectissimum hunc mundum, B & in se omnia complectentem, a Deo productum, (nisi ipsum simul in instanti producere voluisset) ob rationes nobis ignotas, in tanto dierum numero, nempe primo perfecto, perfectum etiam mundum exhibere, utpote jam tum primum exsistentem, unde etiam ex ipsis fit temporis revolutio.

Quin etiam liceat rationem hanc extendendo, demonstrare; ipsum ex totidem partibus præcipuis constare. Sive enim mathematice sive physice quis consideret, omnis magnitudo in mundo continetur. Hæc autem tres sunt, quarum nempe una unicam habet dimensionem, quæ vocatur linea. Altera duas, quæ nimirum habet longitudinem & latitudinem, quam vocant superficiem, cujus terminus est linea. Altera C vero tres, quippe quæ præter duas dictas, habet etiam profunditatem, & vocatur corpus, cujus terminus est superficies; & præter has nulla in rebus alia est magnitudo. Tres igitur dimensiones, & duæ, & una, sex numero faciunt dimensiones.

Hoc ipsum etiam ista physice consideranti apparebit. Corporum enim aliud quidem omnibus secundum propriam suam rationem substratum est, & expers qualitatum, ex quo fit corpus qualitatibus insignitum. Hoc dividitur in animatum, & inanime. Animatum autem aliud quidem est planta, aliud vero fertilis planta, aliud denique animal. Porro animal aliud est rationale, aliud irrationale. Atque iterum sex exsistunt: scilicet, materia universorum D (quæ est corpus expers qualitatum, tametsi numquam omnino qualitatibus destituta reperiatur) corpus inanime, planta, planta fertilis, animal irrationale. Deinde Moyses subjungit: [a] *Et perfecit Deus in die sexta opera sua quæ fecit; & requievit Deus in die septima ab omnibus operibus suis quæ fecit.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιδ'.

Διὰ τί ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, κατέπαυσεν ὁ Θεὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ.

A θύεσθαι τὸ πάσχα, οὐκ ἐν τῇ εἰρημένῃ πρώτῃ τῶν ἀζύμων, τουτέστι τῇ πρὸ τῶν ἀζύμων ἀλλ᾽ ἐν αὐτῇ τῇ τῶν ἀζύμων, ἐν ᾗ ὁ ἀμνὸς ἐθύετο. εἶπον γὰρ ὅτι ἀπὸ ἕκτης ὥρας τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἡμέρας πᾶς ζυμωτὸς ἄρτος ἐξηφανίζετο. πάντων οὖν τῶν δοκούντων ἀντιπίπτειν λυθέντων, ἀληθέστατον ἐδείχθη λοιπὸν, ὅτι μὴ τὸ τυπικὸν καὶ νομικὸν πάσχα ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ μετὰ τῶν μαθητῶν ἔφαγεν ὁ Χριστὸς τὸ τῆς παλαιᾶς λέγω διαθήκης, ἀλλὰ τὸ ἴδιον καὶ ἀληθινὸν τὸ τῆς καινῆς διαθήκης. πᾶν γὰρ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφανισμοῦ. τῇ καινῇ τοίνυν διαθήκῃ παρούσῃ, δικαίως ἡ παλαιὰ ὑπεχώρει.

B Ἐντεῦθεν καὶ ἕτερον ἡμῖν συναπόρηται, ἀλλαχοῦ δεδειγμένον ἱκανῶς, ὅπερ συντόμως ὑπομνήσω νῦν, ὡς οὐ τὴν νύκτα Μωϋσῆς τῇ μετ᾽ αὐτὴν συναποδίδωσιν ἡμέρᾳ, καθά πσιν ἔδοξεν, ἀλλὰ τῇ πρὸ αὐτῆς. τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν ἀναγνωσθέντων νῦν τοῦ Λευιτικοῦ φανερόν. ἐν τῷ πρώτῳ μηνί φησιν, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς, ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν πάσχα τῷ κυρίῳ· καὶ ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς τούτου, ἑορτὴ τῶν ἀζύμων τῷ κυρίῳ. εἰ οὖν ἐθύετο μὲν, ὡς ὁ νόμος λέγει, πρὸς ἑσπέραν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τὸ πρόβατον, ἠσθίε- C το δὲ ἀναμέσον τῶν ἑσπερινῶν, τουτέστι μέσην νύκτα, ὅτε καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν αἰγυπτίων ἀπώλετο· τὴν δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν, καὶ αὐτὸν τοῦτον τὸν καιρὸν, πάσχα τῷ κυρίῳ καὶ ἑορτὴν ὀνομάζει τοῦ πάσχα· πᾶσιν οἶμαι δῆλον, ὅτι τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τὴν μετ᾽ αὐτὴν νύκτα προσῆψε. τὴν γὰρ μετὰ τὸ πάσχα πεντεκαιδεκάτην ἑορτὴν τῶν ἀζύμων ὠνόμαζεν, οὐχὶ τοῦ πάσχα ἑορτήν. εἰ δὲ ἡ νὺξ τῆς ἐπιούσης ἦν ἡμέρας, ἐν ᾗ τὸν ἀμνὸν ἤσθιον, πάντως ἂν τὴν πεντεκαιδεκάτην ἑορτὴν ἐκάλει τοῦ πάσχα δικαίως. ἐν οἷς οὖν διέστειλε τὰς δύο τῶν ἑορτῶν ἡμέρας· καὶ τὴν μὲν τοῦ D πάσχα ἑορτὴν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ δίδωσι, τὴν δὲ τῶν ἀζύμων ἑορτὴν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ. περιφανέστατον ἂν εἴη λοιπὸν, ὡς ἡ νὺξ ὅτε τὸ πρόβατον ἤσθιον, τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης ἐστὶ τοῦ μηνὸς, οὐ τῆς πεντεκαιδεκάτης. ὅσα δὲ τούτῳ προσαντῆ ἔδοξεν εἶναί τισιν, ἐξηγούμενοι τὸ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωῒ ἡμέρα μία, διελύσαμεν.

A *necesse erat occidi pascha*, non in dicta prima die azymorum, in qua agnus immolabatur. Dicebam enim quod ab hora sexta diei decimæ quartæ, omnis panis fermentatus abolebatur. Omnibus itaque quæ contra facere videbantur solutis, ceterum demonstratum est, verissimum esse, non typicum ac legale pascha, veteris inquam testamenti, Christum cum discipulis in mystica ista cœna manducasse, sed proprium ac verum novi testamenti. Quidquid enim veterascit & senescit, ad interitum vergit. Præsente igitur novo testamento, jure merito vetus recessit.

B Hinc etiam aliquid aliud nobis opitulatur, quod alibi a nobis satis demonstratum est, & modo breviter repetam. Quomodo nimirum Moyses noctem non attribuit diei subsequenti, uti quidam putarunt, sed præcedenti, sicut etiam ex iis quæ in Levitico leguntur manifestum fit. [a] *In primo*, inquit, *mense, in quarta decima die mensis, inter vespertina phase Domino; & in decima quinta die mensis hujus, festum azymorum Domino*. Cum itaque agnus quidem, uti lex ait, occideretur die C decima quarta sub vesperum, comederetur vero inter vespertina, id est nocte media, quando etiam primogenita Ægypti occisa fuerant; diem autem decimam quartam, & hoc ipsum tempus, pascha Domino, & festum paschæ nominaverit: omnibus existimo manifestum, quod diei decimæ quartæ noctem sequentem adjunxerit. Nam decimam quintam quæ est post pascha, festum azymorum nuncupavit, non festum paschæ. Sin vero nox fuisset diei subsequentis in qua agnum comedebant, merito sane diem decimam quintam, pascha appellasset. In his itaque duos istos dies festos con- D traxit: & festum quidem paschæ attribuit diei decimæ quartæ, at festum azymorum diei decimæ quintæ. Manifestissimum itaque est, noctem qua agnum comedebant, decimæ quartæ mensis esse, non decimæ quintæ. Quæ autem aliquibus his contraria videbantur, solvimus dum explicuimus illud: [b] *Et factum est vespere, & factum est mane, dies una*.

a Levit. xxiii. 5. 6. b Gen. I. 5.

Τ Ε Λ Ο Σ. F I N I S.

ELENCHUS

CAPITUM.

LIBRI I.

LIBRI II.

L I B R I III.

L I B R I IV.

L I B R I V.

LIBRI VI.

L I B R I VII.

LEONTII

BYZANTINI MONACHI

OPERA

QUÆ HACTENUS PRODIERUNT,

Simul collecta, recensita notisque illustrata.

ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ

Σ Χ Ο Λ Ι Α,

Ἀπὸ φωνῆς ΘΕΟΔΟΡΟΥ, τοῦ θεοφιλεστάτου ἀββᾶ, καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν.

LEONTII ADVOCATI BYZANTINI

S C H O L I A,

Ex ore Theodori religioſiſſimi abbatis, doctiſſimique philoſophi, divinis pariter externiſque litteris eruditi, excepta.

Interprete Joanne Leunclavio.

Π Ρ Α Ξ Ι Σ α΄.

Ἀναγκαῖόν ἐστι, μέλλοντας ἡμᾶς αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι, πρῶτον περὶ τεσσάρων τινῶν ἐν ταῖς τῶν πατέρων χρήσεσι διαλαβεῖν. εἰσὶ δὲ αὗται, οὐσία, φύσις, ὑπόστασις, πρόσωπον. ἰστέον οὖν ὅτι οὐσία καὶ φύσις ταὐτόν ἐστι παρ᾽ αὐτοῖς· καὶ πάλιν, ὑπόστασις καὶ πρόσωπον ταὐτόν. οὐσία δέ ἐστιν, ἤτοι φύσις, παρ᾽ αὐτοῖς, ὅπερ οἱ φιλόσοφοι λέγουσιν εἶδος. εἶδος δὲ, τὸ κατὰ πολλῶν καὶ διαφερόντων τῷ ἀριθμῷ λεγόμενον. ὑπόστασιν δὲ, ἤτοι πρόσωπον καλοῦσιν, ὅπερ οἱ φιλόσοφοι ἄτομον οὐσίαν λέγουσι. καλῶς δὲ προστεθείκαμεν ἄτομον οὐσίαν. οἱ γὰρ ἐκκλησιαστικοὶ τὰ ἄτομα τῶν συμβεβηκότων, οὔτε πρόσωπον καλοῦσιν, οὔτε ὑπόστασιν. τούτων οὕτως προεγνωσμένων, ἡ ἡμετέρα πίστις ἐστὶν, ὅτι μία ἐστὶ θεότης ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι νοουμένη. ἔστι δὲ μία ὑπόστασις ἡ τοῦ πατρὸς, καὶ μία ἡ τοῦ υἱοῦ, καὶ μία ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος. ταῦτα δὲ τὰ τρία, οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν, εἰ μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα· κατὰ τὸ, τὸν μὲν, εἶναι πατέρα· τὸν δὲ, υἱόν· τὸν δὲ, πνεῦμα ἅγιον. ἐπεὶ μία οὐσία ἡ τῶν τριῶν, καὶ μία δύναμις, καὶ μία βούλησις. τοῦτο μόνον διαφέρουσιν, ὅτι ὁ μὲν υἱὸς γεννᾶται ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸ δὲ πνεῦμα ἐκπορεύεται ἐξ αὐτοῦ. πῶς δὲ γεννᾶται ὁ υἱὸς ἐξ αὐτοῦ, ἢ πῶς ἐκπορεύεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι. ἰστέον δὲ, ὅτι οὐχ ὡς ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου δεῖ νοεῖν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα. ἡ γὰρ ἁγία γραφὴ οὕτως ἁπλῶς ταῦτα ὠνόμασεν, ὡς ἂν ηὐπόρησε περὶ αὐτῶν διδάξαι καὶ εἰπεῖν, καὶ ἡμεῖς δυνηθείημεν ἀκοῦσαι. αὕτη τοίνυν ἡ ἁγία τριὰς, μία θεότης, ἐκ τοῦ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντος, ἐποίησε τὰ πάντα, τά τε ὁρατὰ, καὶ ἀόρατα. εἰ δὲ τὰ ἀόρατα πρότερον ἐγένοντο, ἐν τοῖς ἐφεξῆς μαθησόμεθα.


Τοῦτο δὲ δεῖ γνῶναι, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα· ἐν τῇ ὑστέρᾳ δὲ, ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον· καὶ ποιήσας αὐτὸν, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ. τί δέ ἐστιν ὁ παράδεισος, ἐν τοῖς ἐφεξῆς γνωσόμεθα. λαβὼν δὲ ὁ Θεὸς ἐκ τῆς μιᾶς τῶν πλευρῶν αὐτοῦ σάρκα, ἐποίησε γυναῖκα, ἥτις ὠνομάσθη ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ Εὔα. ἐνετείλατο δὲ αὐτοῖς ἐντολὴν, εἰπὼν, ὅτι εἰ μὲν φυλάξητε αὐτὴν, σωθήσεσθε· εἰ δὲ μήγε, ἀποθανεῖσθε. καὶ μὴ φυλάξαντες, ἐξεβλήθησαν ἐκ τοῦ παραδείσου· καὶ ἐκατηράσατο ὁ Θεὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος. ἐκβληθέντων δὲ αὐτῶν, ἔγνω Ἀδὰμ τὴν Εὔαν,

A A C T I O I.

I. Quum ex antiquitatis memoria ſectarum hiſtoriam repetituri ſimus, neceſſarium eſt, de quatuor ut vocabulis quæ in patrum dictis reperiuntur, paucis diſſeramus. Ea vocabula ſunt, Subſtantia, natura, hypoſtaſis, perſona. Sciendum ergo, ſubſtantiam & naturam apud ipſos idem eſſe: ac rurſus idem, hypoſtaſim & perſonam. Subſtantia ſive natura eſt apud eos, quod philoſophi ſpeciem vocant. Et ſpecies eſt, quæ de pluribus B ac numero diverſis dicitur. Hypoſtaſin vero ſive perſonam vocant, quod individuam philoſophi ſubſtantiam dicunt: ac recte quidem adjecimus, individuam ſubſtantiam: nam eccleſiaſtici ſcriptores accidentium individua nec perſonam vocant, nec hypoſtaſin. His ita præcognitis, fidem hanc profitemur, unam ſcilicet eſſe divinitatem, quæ tribus in hypoſtaſibus intelligatur. Una Patris eſt hypoſtaſis, altera Filii, tertia Spiritus ſancti: atque hæc tria C nihil inter ſe differunt, niſi ſolo proprietatum reſpectu; quatenus hic Pater eſt, alter Filius, tertius Spiritus ſanctus. nam horum trium una eſt ſubſtantia, & una poteſtas, una voluntas. In hoc tantum differunt, quod Filius ex Patre gignitur, Spiritus procedit. Quo autem modo vel Filius ex eo gignatur, vel Spiritus ſanctus procedat; curioſius inveſtigandum non eſt. Sciendum vero, non humano more, Patris, & Filii, & ſancti Spiritus voces accipiendas. Quippe ſacræ litteræ ſic iſtis ſimpliciter adpellationibus uſæ ſunt, prout de rebus iis docere ac loqui licuit, noſque auditu percipere po- D tuimus. Hæc ergo ſancta Trinitas, unaque divinitas, prorſus ex nihilo condidit univerſa, tam adſpectabilia quam inadſpectabilia. Num vero inadſpectabilia prius facta fuerint, ex ſequentibus intelligemus.

II. Hoc quidem ſciendum, Deum ſex diebus univerſa condidiſſe, hominem ultimo die creaſſe, creatum in paradiſo collocaſſe. Quid autem paradiſus ſit, deinceps cognoſcemus. Hinc Deus carne de hominis coſta quadam ſumta, feminam condidit, cui qui- E dem ab Adamo Evæ nomen eſt inditum. Præſcripſit autem ipſis mandatum Deus, cui ſi obtemperarent, ſalvos fore; ſin autem morituros ajebat: quod quum illi non præſtitiſſent, ejecti de paradiſo fuerunt: ſimul Deus humanum genus eſt exſecratus. Ejectis autem ipſis, Adamus cum Eva rem

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



καὶ ἐγένοντο αὐτοῖς τρεῖς υἱοὶ, Καΐν, καὶ Ἀβελ, καὶ Σήθ. τούτων γεννηθέντων, ἐπλεόνασε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων· καὶ ἤρξαντο παραπικραίνειν τὸν κύριον, ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ἔπεμψεν αὐτοῖς τὸν κατακλυσμὸν, ἐξ οὗ μόνος ἐσώθη ὁ Νῶε, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, οἱ πάντες ὀκτώ. τούτων σωθέντων, πάλιν ἐπλεόνασεν ἡ ἀνθρωπίνη γενεὰ, καὶ ἤρξαντο πάλιν εἰδώλοις προσκυνεῖν. καὶ τότε ἐπέβλεψεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν Ἀβραὰμ, ἄνδρα Χαλδαῖον, τῆς Μεσοποταμίας χώρας, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἔξελθε ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ τῆς γῆς σου, καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἐγώ σοι δείξω. καὶ ἐξῆλθε, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ ὁ Θεὸς τὴν γῆν τῆς Χαναναίας ἤτοι Παλαιστίνης, εἰπὼν αὐτῷ· ταύτης σὲ καταστήσω κληρονόμον. ἐγέννησεν οὖν ἐν τῇ γῇ ὁ Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ, ὁ δὲ Ἰσαὰκ, τὸν Ἰακώβ· ὁ δὲ Ἰακὼβ ἐγέννησε ιβʹ. τέκνα, ὧν εἷς ἦν ὁ Ἰούδας. οὗτοι ἦσαν οἱ ιβʹ. πατριάρχαι. πατριάρχαι δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ αἱ δώδεκα φυλαὶ ἐξ αὐτῶν ὠνομάσθησαν. ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι Ἰσραηλῖται, καὶ Ἑβραῖοι, καὶ Ἰουδαῖοι. καὶ Ἰσραηλῖται μὲν ἐκαλοῦντο, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰακώβ. τούτῳ γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι οὐ κληθήσῃ Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ, τοῦτ' ἔστι νοῦς ὁρῶν Θεόν. ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ οὖν, τοῦ ὀνομασθέντος Ἰσραὴλ, ἐλέγοντο Ἰσραηλῖται. Ἑβραῖοι δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἕβερ τοῦ προπάτορος Ἀβραάμ. Ἰουδαῖοι δὲ ἐλέγοντο, οὐ κυρίως πάντες, ἀλλ' οἱ καταγόμενοι ἀπὸ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα. καταχρηστικῶς δὲ ἐλέγοντο Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ ἐκ τῆς φυλῆς ταύτης γίνεσθαι τοὺς βασιλεῖς· καὶ ἐκ τούτου ἐπεκράτησε τὸ ὄνομα ἐπὶ πάντων.

A habuit, eisque nati sunt tres filii, Cainus, Abelus, Sethus. His procreatis, augeri genus humanum cœpit, ac Dominum offendere; qui quidem ira commotus, eis diluvium immisit, e quo solus Noa cum uxore, tribus filiis & eorum uxoribus, octo scilicet homines, salvi evaserunt. His servatis, iterum gens humana excrevit, cœpereque rursus adorare simulacra. Tunc Deus in Abrahamum conjecit oculos, hominem Chaldæum, habitantem in Mesopotamia. [a] *Discede*, inquit eum adpellans, *a cognatis tuis & patria tua, in eam regionem quam ego tibi monstrabo.* Quo inde digresso, Deus ei terram Chananæam sive Palæstinam ostendit, inquiens: [b] *Hujus ego te possessorem constituam.* In hac igitur regione B Abrahamus Isaacum genuit, Isaacus Jacobum, Jacobus XII. filios, quorum unus erat Judas. Hi sunt illi XII. patriarchæ, quibus hoc nomen ex eo datum, quod XII. tribubus adpellationes dederint. Vocabantur autem Israelitæ, & Hebræi, & Judæi; quorum nominum primum a Jacobo nacti sunt; cui Deus aliquando dixit; [c] *Non Jacobus adpellabere, sed Israelus*, id est, mens Deum adspiciens. Itaque ab Jacobo cui cognomentum Israeli datum, Israelitæ dicti. Hebræi vero, ab uno de Abrahami proavis Hebero. Judæi denique dicebantur, non proprie universi; sed quotquot ex Judæ tribu originem ducebant: nihilominus & aliis hoc nomen abusive tribuebatur ex ea caussa, quod ex illa tri- C bu reges creabantur.

Τούτων τῶν ιβʹ. ἦν ὁ Ἰωσὴφ, ὃν παρεζήλουν οἱ ἄλλοι ἀδελφοὶ, ἕως οὗ ἐπώλησαν αὐτὸν ἀνθρώποις ἀπιοῦσιν εἰς Αἴγυπτον. οὗτος ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον, ἔσχε χάριν ἐνώπιον Φαραὼ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἐκεῖσε. λιμοῦ δὲ γενομένου ἐν Παλαιστίνῃ, μετὰ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν παίδων τῶν υἱῶν αὐτοῦ, πάντων οε. ἦλθεν ὁ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, ἀκούσας εἶναι σῖτον πολύν. καὶ γνωρισθέντες ὑπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἔμειναν ἐκεῖσε. τελευτήσαντος δὲ ἐκεῖσε τοῦ Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ἰωσὴφ, κατεπονοῦντο ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων οἱ Ἰσραηλῖται. καὶ τότε ἐμνήσθη ὁ Θεὸς τῆς ἐντολῆς, ἧς ἐνετείλατο τῷ Ἀβραάμ. καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως τοῦ προφήτου, ὄντας χ. χιλιάδας, χωρὶς παίδων καὶ γυναικῶν. ἔμειναν δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη μʹ. ὅτε καὶ τὸν νόμον δέδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς διὰ Μωσέως. ἦσαν δὲ πάντα ποιοῦντες κατέναντι τοῦ νόμου, ὥς φησιν ἡ γραφή. καὶ μετὰ μʹ. ἔτη ἐξῆλθον ἐκ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, τοῦ Μωσέως ἀποθανόντος. ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν γῆν ταύτην, οὐδὲ οὕτως ἐπεστράφησαν, προφητῶν πολλῶν ἀναφαινομένων, καὶ πολλὰ αὐτοῖς παραινούντων· ἀλλ' ἔμειναν οἱ αὐτοί. καὶ τότε ὁ υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, ἐνοικήσας δι' ἡμᾶς ἐν τῇ Θεοτόκῳ, σῶμα ἐνδυσάμενος ἔμψυχον, νοερὸν, λογικὸν, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀνθρώπινον, ἡνώθη τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι, ἀσυγχύτως, ἀληθινῶς, ἀδιαιρέτως. ἀληθινῶς μὲν, ὅτι μία ὑπόστασις ἐκ τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἀπετελέσθη· ἀσυγχύτως δὲ, ὅτι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἐφυλάχθη τὰ ἑνωθέντα, μηδὲν τῶν κατ' οὐσίαν μεταλλαξάντων· ἀδιαιρέτως δὲ, ὅτι μία ἐστὶν ἡ αὐτῶν ὑπόστασις. ταῦτα δὲ πάντα ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς πιστεύμεθα. ἑνὸς γὰρ καὶ τοῦ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ διαφόρων φύσεων λέγει ἔργα γινόμενα, ποτὲ μὲν Θεοῦ, ποτὲ δὲ ἀνθρώπου. πάντα γὰρ, ὅσα δεῖ ἄνθρωπον ὑπομεῖναι, ὑπέμεινεν. ἐτέχθη γὰρ, καὶ ἐγαλακτοτροφήθη, καὶ ἐτράφη, καὶ ηὔξησε, καὶ γενόμενος ἐτῶν λʹ. ἐβαπτίσθη, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα ἤρξατο σημεῖα ποιεῖν, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἰου-

III. In horum XII. numero Josephus erat, quem ceteri fratres æmulatione quadam persequebantur, donec eum tandem viris quibusdam in Ægyptum proficiscentibus venderent. In Ægyptum delatus, apud Pharaonem regem & alios ibidem gratiosus esse cœpit: quumque annonæ caritas exstitisset in Palæstina, Jacobus cum filiis nepotibusque suis, capitibus omnino LXXV. in Ægyptum venit, ubi copiam esse magnam annonæ inaudisset: atque heic a Josepho adgniti, manserunt. Ibidem exstinctis Jacobo & Josepho, ab Ægyptiis Israelitæ adfligebantur. Itaque recordatus est Deus, quid Abrahamum D facere jussisset: eosque per Mosem vatem eduxit ex Ægypto, sexcenta scilicet hominum millia, absque pueris & mulierculis. Manserunt autem in solitudine annis XL. quo tempore legem quoque Deus eis per Mosem dedit: cui quidem legi omnia, ceu sacræ litteræ loquuntur, adversa faciebant. Post annum XL. egressi sunt de solitudine in terram promissam, Mose rebus humanis exemto. In hanc traducti, ne sic quidem conversi sunt, licet multi vates exsisterent, eosque plurimum cohortarentur ac instruerent; sed iidem manserunt. Tandem Filius & Sermo Dei, constituto propter nos in Deipara virgine domicilio, quum corpus animatum, mente præditum, rationis particeps, & simpliciter ut loquar, E humanum induisset, eidem humano corpori unitus est citra confusionem, & vere, citraque divisionem. Vere, quoniam ex Deo Sermone humanoque corpore, hypostasis absoluta est una: citra confusionem, quoniam post unionem nihilominus unitæ res salvæ atque integræ manent, non mutatis substantialibus proprietatibus: citra divisionem, quoniam una est earum hypostasis. Horum omnium fidem sacræ nobis litteræ faciunt. Sic enim loquuntur de uno & eodem, ac si diversis a naturis actiones ipsæ provenirent; nunc quidem a Deo, nunc autem ab homine. Nam omnia, quæcumque sustinere hominem oportet, sustinuit: in lucem est editus, lacte nutritus, educatus, auctus statura corporis, & annos na-

[a] Gen. XII. 1. [b] Ibid. ℣. 7. [c] Gen. XXXV. 10.

δαίας· καὶ τῷ λγ'. ἔτει ἐςαυρώθη, καὶ ςαυρωθεὶς ἀνέςη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς μετὰ τοῦ σώματος, καὶ νῦν καθέζεται μετ' αὐτοῦ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καὶ αὐτός ἐςιν ὁ μέλλων εἰς τὴν ἀνάςασιν κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. αὕτη ἐστὶν ἡ πίςις τῶν χριςιανῶν.

A tus xxx. baptizatus fuit, ac post baptismum prodigia facere cœpit, & Judæos docere: annoque XXXIII. in crucem actus: quo facto, tertio die resurrexit & in cælos adsumtus cum corpore: cum quo jam Patris ad dexteram sedet; estque is, qui vivos & mortuos in resurrectione judicabit. Hæc Christianorum fides est.

Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ἐν τῇ παρούσῃ θεωρίᾳ τεσσάρων αἱρέσεων ἡμεῖς ἐπιμνησθῶμεν· ὧν αἱ μὲν δύο, περὶ θεολογίας εἰσὶν, ἐκ διαμέτρου μαχόμεναι ἀλλήλαις. Σαβέλλιος γὰρ μίαν φύσιν ἔλεγε τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ μίαν ὑπόστασιν πολυώνυμον. ὁ δὲ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ τρεῖς φύσεις ἐκφύλους. πρῶτον γὰρ ἔλεγεν εἶναι τὸν πατέρα, ποιήματα δὲ αὐτοῦ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, γενόμενα ἐξ αὐτοῦ πρὸς ὑπουργίαν τῶν ἐξ αὐτοῦ κτισθησομένων. τούτων οὕτως ἀλλήλοις μαχομένων, ἡ ἐκκλησία μέσον χωροῦσα, οὔτε ὡς ὁ Σαβέλλιος μίαν φύσιν δοξάζουσα, ὥστε καὶ μίαν ὑπόστασιν δοξάζειν· οὔτε ὡς ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποςάσεις, ἵνα καὶ τρεῖς δοξάσῃ φύσεις· [ὁ μὲν γὰρ Σαβέλλιος ἀπὸ τῆς μιᾶς φύσεως πλανώμενος, καὶ μίαν ὑπόςασιν ἐδόξασεν· ὁ δὲ Ἄρειος διὰ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις, καὶ τρεῖς φύσεις ἔλεγε] χωροῦσα οὖν μέσον τούτων ἡ ἐκκλησία, μίαν φύσιν λέγει τοῦ Θεοῦ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν τριάδι μονὰς, καὶ ἡ ἐν μονάδι τριάς. εἶτα καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους, ὅ, τε Νεστόριος καὶ Εὐτυχής. ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος ἔλεγε δύο φύσεις, οὐκ ἔλεγε δὲ αὐτὰς δέξασθαι ἕνωσιν. ἀλλὰ σχέσιν πολλὴν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον πρὸς τὸν υἱὸν, ὥστε καὶ δι' αὐτοῦ ἐνεργεῖν, ὅσα βούλεται· καὶ δι' αὐτὸ ἔλεγε καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον, υἱὸν λέγεσθαι. εἴ τις δὲ εἴποι πρὸς αὐτὸν, καὶ διατί ἕνα λέγεις υἱὸν, καὶ μὴ δύο; ἀνταπεκρίνατο αὖ ὁ Νεστόριος· τοσαύτη ἦν ἡ φιλία καὶ ἡ σχέσις τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οἱ δύο εἷς υἱὸς ἐλέγοντο· ὁ δὲ Εὐτυχὴς μίαν ὑπόστασιν ἔλεγεν, καὶ τοσαύτην ἔλεγε γενέσθαι ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ὥστε καὶ μίαν φύσιν ἀποτελεσθῆναι ἐκ τῶν δύο. πάλιν δὲ ἐκκλησία μέσον χωροῦσα τούτων, οὔτε δύο φύσεις ἔλεγεν ὡς ὁ Νεστόριος, ὥστε μηδὲ ἕνωσιν εἰπεῖν γεγενῆσθαι. ἀλλ' οὔτε τοιαύτην ἕνωσίν φησιν, ὡς ὁ Εὐτυχὴς, γεγενῆσθαι, ὥστε καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν. ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος διὰ τὰς δύο φύσεις, οὐκ ἔλεγε γεγενῆσθαι ἕνωσιν· ὁ δὲ Εὐτυχὴς διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μίαν φύσιν ἔλεγεν. ἀλλὰ δοξάσει ἡ ἐκκλησία μίαν ὑπόστασιν ἐν δύο φύσεσι. καὶ ἔστι τὸ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως δόγμα ἀντίστροφον τῷ περὶ τῆς θεολογίας, ὥς φησιν ὁ θεῖος Γρηγόριος. ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ἓν παρέχομεν τῇ φύσει, τὸ δὲ διάφορον ταῖς ὑποςάσεσιν· ἐνταῦθα δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου, τὸ μὲν ἓν, τῇ ὑποςάσει· τὸ δὲ διάφορον, ταῖς φύσεσιν· ἐν τούτοις ἡ πρᾶξις.

IV. Atque his ita declaratis, in hac consideratione nostra de quatuor sectis commemorandum erit: quarum duæ quidem, ad doctrinam de Deo spectant, ex diametro secum invicem pugnantes. Quippe Sabellius unam sanctæ Trinitatis naturam dicebat, & unam hypostasim, habentem plura nomina. Arius autem esse tres ajebat hypostases, ac tres diversi generis naturas. B Nam primum dicebat esse Patrem, ejusque creata Filium & Spiritum sanctum, ab ipso facta ad serviendum ei in creatione rerum condendarum. His in hunc modum a se invicem dissidentibus, Ecclesia medio incedens itinere, nec more Sabellii sic unam naturam tradens, ut una quoque statuatur hypostasis: nec ita tres hypostases, de Arii sententia, ut tres itidem naturæ statuantur: (quippe Sabellius propter unitatem naturæ in errorem actus, unam quoque tradebat hypostasin: Arius vero, propter hypostases tres, tres quoque naturas esse dicebat.) Medio igitur inter hos Ecclesia incedens itinere, unam esse Dei naturam dicit in tribus hypostasibus. Atque hæc est in Trinitate unitas, & in unitate Trinitas. Deinde similiter C ex diametro quasi pugnabant inter se, de incarnatione Dei Sermonis, Nestorius & Eutyches. Quippe Nestorius, duas ille quidem naturas fatebatur; sed non dicebat earum factam unionem. Magnam volebat esse hujus hominis ad filium adfectionem; adeo quidem, ut per eum quæcumque velit efficiat: eamque ob caussam ajebat hunc hominem, filium quoque adpellari. Quod si quis objiceret, Cur unum filium dicis esse, non duos? respondisset Nestorius, tantum esse amorem & adfectionem Dei Sermonis erga hunc hominem, ut duo, Filius unus adpellati fuerint. Eutyches vero perhibebat unam esse hypostasin, & tam arctam ajebat unionem Dei Sermonis cum homine factam: ut etiam de duabus una fuerit effecta D natura. Rursus autem Ecclesia medio pergens inter hos itinere, nec duas naturas ita cum Nestorio fatetur, ut non & unionem factam dicat: nec vicissim talem dicit unionem factam, qualem Eutyches, ut unam quoque naturam adserat. Nestorius enim propterea quod duæ naturæ sint, unionem factam negabat: Eutyches propter unionem, naturam dicebat unam. Verum Ecclesia tradit unam esse hypostasin, duabus in naturis. Atque hæc doctrina de incarnatione Filii, doctrinæ de Trinitate vice versa respondet, sicut divus ille Gregorius ait: Nam istic unitatem naturæ tribuimus, discrimen hypostasibus; heic E autem e contrario, unitatem hypostasi, discrimen naturis. Ac de his quidem heic agere modo lubuit.

Hac secunda Actione quid sacri libri utriusque Testamenti complectantur, paucis, dilucide tamen declaratur. Hebræorum & Samaritanorum hæreses explicantur & refelluntur.

ΠΡΑΞΙΣ β'.

Ἀκόλουθόν ἐςι μετὰ τὰ προλαβόντα, περὶ αἱρέσεών τινων διαλαβεῖν. εἰσὶ δὲ αἱ πᾶσαι, πδ'. ἃς ἀπαριθμεῖται Ἐπιφάνιος ὁ Κύπρου ἐπίσκοπος. ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἅψασθαι ἡμᾶς αὐτῶν, πῶς ἀπαριθμησώμεθα τὰ ἐκκλησιαςικὰ βιβλία. τῶν τοίνυν ἐκκλησιαςικῶν βιβλίων, τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς εἰσι γραφῆς· τὰ δὲ, τῆς νέας. παλαιὰν δε λέγομεν γραφὴν, τὴν πρὸ

ACTIO II.

SEquitur, ut post illa jam præmissa, de sectis quibusdam breviter agamus. Universæ quidem numero LXXXIV. sunt, quas Epiphanius Cypri antistes enumerat. Prius tamen quam eas adtingamus, libros ab Ecclesia receptos recenseamus. Igitur ex libris ecclesiasticis, alii scripturæ veteris sunt, alii novæ. Veterem scripturam vocamus eam,

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ· νέαν δὲ, τὴν μετὰ τὴν παρουσίαν. τῆς μὲν οὖν παλαιᾶς βιβλία εἰσὶν κβ΄. ὧν τὰ μὲν εἰσιν ἱστορικά· τὰ δὲ, προφητικά· τὰ δὲ, παραινετικά· τὰ δὲ, πρὸς τὸ ψάλλειν γενόμενα. εἰ δὲ καὶ ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ εὑρίσκεται, ἀλλ' οὖν ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος ἕκαστον κέκληται. τὰ τοίνυν ἱστορικὰ βιβλία εἰσὶ ιβ΄. ὧν πρῶτόν ἐστιν ἡ γένεσις. περιέχει δὲ τοῦτο τὸ βιβλίον τὰ ἀπὸ τῆς ποιήσεως τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσήφ. δεύτερός ἐστιν ἡ ἔξοδος· περιέχει δὲ καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσήφ, καὶ τῆς ἐξόδου τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἕως τῶν γενομένων ἄχρι τοῦ φθάσαι αὐτοὺς τὸ ὄρος τοῦ Σινᾶ. ταῦτα δέ ἐστι, πῶς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διεπέρασαν, καὶ τί ἐν τῷ μεταξὺ γέγονε, καὶ πῶς τὸν νόμον διὰ Μωσέως ἔλαβον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. τρίτον ἐστὶ βιβλίον, οἱ λεγόμενοι ἀριθμοὶ, ἐν οἷς ἀπαριθμεῖται τὰς φυλὰς τῶν Ἰσραηλιτῶν, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν. τέταρτόν ἐστι τὸ Λευιτικὸν, ἐν ᾧ προστάττει, πῶς δεῖ λατρεύειν τοὺς ἱερεῖς· ὅθεν καὶ ἐκλήθη Λευιτικόν· ἀπὸ γὰρ τῆς φυλῆς τῶν Λευιτῶν ἐγίνοντο οἱ ἱερεῖς. πέμπτον ἐστὶ, τὸ Δευτερονόμιον, ἐν ᾧ ὡς ἐν συνόψει διηγεῖται τὰ ἀπὸ τῆς ἐξόδου γενόμενα, μέχρι τοῦ ὄρους τοῦ Σινᾶ. καὶ ὅτι, τὸν νόμον πλατίως ἐκτίθεται, ὅθεν καὶ δευτερονόμιον ἐκλήθη. ἃ γὰρ ἐν τῇ ἐξόδῳ ὡς ἐν συντόμῳ γέγραπται περὶ τοῦ νόμου, ταῦτα πλατύτερον ἐν τῷ δευτερονομίῳ παραδίδοται μετὰ καὶ ἑτέρων ἄλλων.

Ταῦτα δὲ τὰ πέντε βιβλία, πάντες τοῦ Μωσέως μαρτυροῦσιν εἶναι. τὰ γὰρ ἐφεξῆς, οὐδεὶς οἶδε τίνος εἰσί. λέγονται δὲ ταῦτα, ἡ πεντάτευχος. ἕκτον μετὰ τὸ δευτερονόμιόν ἐστιν, Ἰησοῦς τοῦ Ναυῆ, ἐν ᾧ λέγεται, πῶς ἐξήγαγε τοὺς Ἰσραηλίτας ἀπὸ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὁ Ἰησοῦς, μαθητὴς γενόμενος τοῦ Μωσέως, καὶ ἰσοδύναμος αὐτῷ. ἕβδομόν ἐστιν, οἱ λεγόμενοι κριταί. ἐλθόντες γὰρ οἱ Ἰσραηλῖται εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, ἐποίησαν ἑαυτοῖς κριτὰς, ἵνα κρίνωσι τὸν λαόν. βασιλεῖς γὰρ οὐκ εἶχον, μόνον τὸν Θεὸν βασιλέα ὀνομάζοντες. ἐπειδὴ οὖν ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ διηγεῖται, ὅσα ἐποίησαν οἱ κριταὶ μέχρι τῶν βασιλέων. διὰ τοῦτο ἐκλήθη, οἱ κριταί. ὄγδοόν ἐστι βιβλίον ἡ Ῥούθ. Ῥοὺθ δὲ λέγεται, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ διηγεῖται, πῶς ἡ Ῥοὺθ γυνὴ οὖσα Μωαβῖτις, εἰς τοὺς Ἰσραηλίτας μετέστη. ἦν δὲ αὕτη γυνὴ τοῦ προπάτορος Δαβίδ. μετὰ ταῦτά ἐστι δύο βιβλία, καὶ περιέχει τὰς βασιλείας. τέσσαρες γάρ εἰσι λόγοι τῶν βασιλειῶν, ἐν δύο βιβλίοις φερόμενοι.

Ἐβασίλευσαν δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. ὁ Σαμουὴλ, ὃς ἐγένετο ὕστερος τῶν κριτῶν, ἀνὴρ ἐγένετο προφήτης καὶ μέγας, ὅστις μετὰ πάσης δικαιοσύνης ἔκρινε τὸν λαὸν Ἰσραήλ. οὗτος ἔσχε δύο παῖδας, οἵτινες γηράσαντος τοῦ Σαμουὴλ γενόμενοι κριταὶ, οὐκ ἔκριναν τὸν λαὸν κατὰ τὰ δικαιώματα τοῦ πατρός· ἀλλὰ δῶρα λαμβάνοντες, προεδίδουν τὰς κρίσεις. γέροντος οὖν ὄντος τοῦ πατρὸς αὐτῶν, συνήχθησαν οἱ Ἰσραηλῖται, αἰτοῦντες αὐτὸν μεταστεῖλαι αὐτοῖς βασιλέα. ὁ δὲ εὐχόμενος τῷ Θεῷ περὶ τούτου, ἤκουσεν ὅτι, ποίησον αὐτοῖς βασιλέα. οὐ γάρ σε ἐξουδένωσαν, ἀλλ' ἐμὲ, αἰτήσαντες ἑαυτοῖς βασιλέα. ὁ δὲ ἀκούσας τοῦ Θεοῦ, ἐποίησεν αὐτοῖς βασιλέα τὸν Σαοὺλ, ἄνδρα ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· ὅστις ἄρξας ἔτη μ΄. οὐκ ἐφύλαξε τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ. καὶ τότε ὁ Θεὸς ἀντ' αὐτοῦ τὸν Δαβὶδ ἐποίησε βασιλέα τῆς φυλῆς τοῦ Ἰούδα. καὶ ἀπ' ἐκείνου ἔμεινεν ἡ φυλὴ τοῦ Ἰούδα βασιλεύουσα, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενοι τὴν βασιλείαν· ἕως οὗ Ναβουχοδονόσορ ἐλθὼν ἠνδραποδίσατο τὰ Ἱεροσόλυμα. τὸ οὖν ἔννατον καὶ δέκατον βιβλίον περιέχει τὰς βασιλείας. ἑνδέκατόν ἐστιν, αἱ παραλειπόμεναι. παραλειπόμεναι δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ ἐν αὐταῖς διεξέρχεται, ἃ παρέλειπον οἱ συγγραψάμενοι τὰς βασι-

quæ ante Christi adventum litteris prodita fuit: novam, quæ post ipsius adventum. Veteris, libri sunt XXII. partim historici, partim prophetici, partim præcepta continentes, partim ad concinendum facti. Quod si alterum in altero alicubi reperitur, a potiore tamen parte singulis adpellationes datæ. Historici libri sunt XII. Primus, est Genesis, resque gestas a condito cælo ac terra, usque ad Josephi mortem continet. Alter, Exodus; & a morte Josephi & exitu Israelitarum gesta complectitur ad illud usque tempus, quo ad montem Sinam pervenerunt. Ea vero sunt, quomodo mare rubrum transierint, quid interea factum, quomodo legem a Deo per Mosem acceperint. Tertius liber est, quem Numeros vocant; quo tribus Israelitarum eorumque principes recensentur. Quartus, Leviticus est; quo præcipitur, quo ritu Deo servire sacerdotes debeant: unde & Levitici nomen invenit. Nam de Levitarum tribu sacerdotes creabantur. Quintus est, Deuteronomium; in quo velut in synopsi, ab exitu facta narrat, usque ad montem Sinam. Item, latius exponit legem. Unde Deuteronomium vocarunt, quasi legem iteratam. Nam quæ de lege breviter in Exodo perscripta sunt, ea latius in Deuteronomio cum pluribus aliis traduntur.

II. Atque hos quinque libros, universi Mosis esse testantur: qui enim sequuntur proximi, cujus sint, nemo novit. Isti quidem Pentateuchus vocantur. Sextus Deuteronomium sequitur liber, Jesus Nave filius; eoque narratur, quo pacto Jesus qui Mosis discipulus fuerat, & potestate post ipsum pari præerat, Israelitas e solitudine promissam in terram deduxerit. Septimus est, qui Judicum nomen habet: nam quum in terram promissam Israelitæ venissent, judices sibi constituerunt, qui populo jus dicerent. Regibus enim carebant, solumque Deum regem suum adpellabant. Itaque liber hic Judicum nomen accepit, quod in eo commemorentur res ab judicibus ad reges usque gestæ. Octavus Ruthæ liber est, propterea sic dictus, quod in eo narretur, quo pacto Rutha, mulier natione Moabitis, ad Israelitas accesserit. Erat autem hæc avi Davidis uxor. Secundum hos libri duo sunt, qui regnorum historiam continent: quippe libri sunt de regnis omnino quatuor, libris duobus comprehensi.

III. Regnum Judæorum hanc originem habuit. Samuelis, judicum postremus, & vates & magnus vir exstitit; qui justissime populo Israelitico cum potestate judicis præfuit. Erant huic duo filii, qui Samuelo jam senio confecto judices declarati, patris in jure dicundo justitiam & æquitatem non imitabantur: sed munera capientes judiciarias caussas prodebant. Quapropter in ista Samueli senecta collectus Israelitarum populus, ab eo petebat, regem sibi designaret. Ille votis ob hanc caussam ad Deum conceptis, responsum tulit, quo regem eis constituere jubebatur. [a] *Non enim*, inquit Deus, *te nihili fecerunt rege postulato; sed me ipsum*. Samuelus accepto Dei responso, Saulum eis regem dedit, virum Beniamineæ tribus: qui regno annis XL. potitus, mandatis Dei non est obsequutus. Quare Deus ipsius loco Davidem e tribu Juda regem fecit: a quo tempore Juda tribus in possessione regni mansit, filiis parentum in potestatem succedentibus; donec Nabuchodonosor eo cum copiis profectus, in servitutem Hierosolyma capta redegit. Nonus ergo decimusque liber regna continent. Undecimus est,

a I. Reg. VIII. 7.

λείας· δωδέκατόν ἐστι τῶν ἱστορικῶν βιβλίων ὁ Ἔσδρας, ἐν ᾧ ἐστι τὰ μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Ἰουδαίων γενόμενα, ἕως τῆς ἐπανόδου αὐτῶν, τῆς ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, ἐπὶ Κύρου γενομένης.

A Paralipomena; quod nomen invenit ex eo, quod commemorando persequatur, quæ librorum de regnis auctores omiserant. Duodecimus inter historicos libros Esdras est, quo facta post Judæorum captivitatem exponuntur, usque ad eorum ex Assyria terra reditum, qui regnante Cyro accidit. Et hi quidem sunt historici libri.

Καὶ ταῦτα μὲν ἱστορικά. προφητικὰ δέ εἰσι πέντε. ὧν πρῶτόν ἐστιν ὁ Ἡσαΐας· δεύτερον ὁ Ἱερεμίας· τρίτον ὁ Ἰεζεκιήλ· τέταρτον, ὁ Δανιήλ· πέμπτον, τὸ δωδεκαπρόφητον λεγόμενον, ἐν ᾧ δώδεκα προφητῶν κεῖται προφητεία. παραινετικά εἰσι βιβλία δ΄. ὧν πρῶτον ὁ Ἰώβ. τοῦτο δέ τινες ἐνόμισαν Ἰωσήπου εἶναι σύγγραμμα. δεύτερόν ἐστιν, αἱ παροιμίαι Σολομῶντος. τρίτον, ὁ ἐκκλησιαστής. τέταρτον, τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. τετάχθαι δὲ νῦν [1] μετὰ τὰ παραινετικὰ τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων λέγω, ἐπειδὴ ἡ τούτων θεωρία ὑψηλοτέρα ἐστίν. εἰσὶ δὲ ταῦτα τὰ τρία βιβλία τοῦ Σολομῶντος. μετὰ ταῦτά ἐστι τὸ ψαλτήριον. καὶ ταῦτα μέν εἰσι τὰ κβ΄. βιβλία τῆς παλαιᾶς. τῆς δὲ νέας, ἓξ εἰσι βιβλία. ὧν δύο περιέχει τοὺς τέσσαρας εὐαγγελιστάς. τὸ μὲν γὰρ ἔχει Ματθαῖον καὶ Μάρκον, τὸ δὲ ἕτερον, Λουκᾶν καὶ Ἰωάννην. τρίτον ἐστὶν, αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων. τέταρτον, αἱ καθολικαὶ ἐπιστολαὶ, οὖσαι ἑπτά· ὧν πρώτη τοῦ Ἰακώβου ἐστί. ἡ β΄. καὶ ἡ γ΄. Πέτρου, ἡ δ΄. καὶ ε΄. καὶ ς΄. τοῦ Ἰωάννου. ἡ δὲ ζ΄. τοῦ Ἰούδα. καθολικαὶ δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ οὐ πρὸς ἓν ἔθνος ἐγράφησαν, ὡς αἱ τοῦ Παύλου· ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντα. πέμπτον βιβλίον, αἱ ιδ΄. τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολαί. ἕκτον ἐστὶν, ἡ ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου. ταῦτά ἐστι τὰ κανονιζόμενα βιβλία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ παλαιᾷ, καὶ νέᾳ; ὧν τὰ παλαιὰ πάντα δέχονται οἱ Ἑβραῖοι;

IV. Prophetici quinque sunt. Primus, Esaias; alter, Jeremias; tertius, Jezechielus; quartus, Danielus; quintus a Prophetis XII. dicitur, quo scilicet oracula XII. vatum continentur. Qui præcepta continent, quatuor libri sunt. Primus Jobi, quem nonnulli conscriptum ab Josepho putarunt. B Alter, Proverbia Salomonis. Tertius, Ecclesiastes sive Concionator. Quartus, Canticum canticorum. Et post libros qui præcepta continent, hoc Canticum canticorum ordine proximum collocatum esse dico: propterea quod ipsarum rerum consideratio sublimior sit. Hi vero tres libri, Salomonis sunt. Sequitur Psalterium. Habes scripturæ veteris libros XXII. Novæ, sex libri sunt; quorum duo, quatuor evangelistas continent: primus Matthæum & Marcum, alter Lucam & Joannem. Tertius est Acta Apostolorum. Quartus, Epistolæ catholicæ, numero septem: prima, Jacobi; secunda & tertia, Petri; quarta, quinta, sexta, Joannis; septima, Judæ. Catholicæ sive generales dictæ sunt, quod non ad C unam scriptæ sint gentem, uti Paullinæ; sed generaliter ad omnes. Quintus liber, XIV. sancti Paulli epistolæ. Sextus sancti Joannis revelatio. Hi sunt libri, tam prisci, quam recentes; qui in Ecclesia pro canonicis habentur: ac priscos quidem omnes Hebræi recipiunt.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἄξιον ἐκθέσθαι πρῶτον τὰ τῶν Ἑβραίων δόγματα, καὶ πρῶτον τὰ περὶ θεολογίας. οἱ τοίνυν Ἑβραῖοι μίαν ὑπόστασιν λέγουσι τοῦ Θεοῦ, καὶ μίαν φύσιν. τριάδα δὲ οὐδαμοῦ δοξάζουσιν, οὐδὲ λέγουσιν οὔτε πατέρα, οὔτε υἱὸν, οὔτε ἅγιον πνεῦμα. εἰ μὴ ἄρα πατέρα εἴποιμεν, φασὶ, τὸν Θεὸν, ὡς πατέρα πάντων ἀνθρώπων ὄντα. ἰσχυρίζονται δὲ μίαν ὑπόστασιν εἶναι τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν Μωσέα· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστιν. ἡμεῖς δὲ λέγομεν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι τοῦτο εἶπεν ὁ Μωσῆς, ἀποβλέπων πρὸς τὴν οὐσίαν, οὐ πρὸς τὰς ὑποστάσεις. καὶ ἡμεῖς γὰρ ἕνα Θεὸν λέγομεν, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. ἐπεὶ ὅτι τριάς ἐστιν, ἀπὸ πολλῶν ἐστι δεῖξαι. πρῶτον ἀφ' ὧν λέγει Θεὸς ἐν τῇ γενέσει, ὅτι ποιήσωμεν ἄνθρωπον· οὐκ ἂν γὰρ ἔλεγε πληθυντικῶς, ποιήσωμεν· εἰ μὴ καὶ ἄλλοι αὐτῷ τῆς δυνάμεως ἐκοινώνουν. δεύτερον, ἀφ' ὧν πάλιν ἐν τῇ γενέσει λέγει· ὅτι ἰδοὺ ἐγένετο Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. ὅτι μὲν οὖν ἁγία τριάς, ἀπὸ πολλῶν ἐστι δεῖξαι. μετέλθωμεν δὲ νῦν, καὶ δείξωμεν, πῶς δοξάζουσι περὶ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ. τριῶν τοίνυν ζητουμένων περὶ τοῦ Χριστοῦ, εἰ ἔρχεται, εἰ ἤδη ἦλθε, καὶ τρίτον, εἰ Θεὸς ὁ ἐλθών· περὶ μὲν τοῦ πρώτου, εἰ ἔρχεται, οὐδὲν δεῖ λέγειν. καὶ αὐτοὶ γὰρ ὁμολογοῦσιν, ὅτι ἥξει. περὶ δὲ τῶν ἄλλων δύο, δέον ἐστὶ, δεῖξαι αὐτοὺς κακῶς λέγοντας. ἡμῶν τοίνυν λεγόντων, ὅτι ἦλθε, καὶ τοῦτο δεικνυόντων ἀπὸ πολλῶν, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν σημείων, ὧν ἐποίησε, δεύτερον δὲ, ἀπὸ τοῦ ἐξ αὐτοῦ καταλυθῆναι τὰ εἴδωλα· [ὁ γὰρ Ἡσαΐας

V. Quæ quum ita sint, operæ pretium fuerit, Hebræorum dogmata primo loco exponi; & primum, quæ ad doctrinam de Deo pertinent. Igitur Hebræi unam dicunt hypostasin (sive personam) unamque naturam Dei; nullam plane Trinitatem admittentes, ac neque Patrem, neque Filium, neque Spiritum sanctum dicentes: nisi forte sic Deum, D inquiunt, adpellemus patrem, ut qui omnium sit hominum pater. Unam ex eo probant esse hypostasin Dei; quia Moses dixerit: [a] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est*. Nos autem respondemus eis, hoc a Mose dictum, respiciente substantiam, non hypostases: quippe nos etiam Deum unum dicimus, in tribus hypostasibus. Et esse Trinitatem, pluribus ostendi argumentis potest. Primum ex Dei verbis, in Genesi dicentis: [b] *Faciamus hominem*. Non enim plurium numero dixisset, *Faciamus*; si non & alios potestatis & consortes haberet. Secundo ex iis quæ rursus in Genesi profert: [c] *Ecce factus est Adamus, velut unus ex nobis*. Pluribus itaque probari potest, esse sanctam Trinitatem. Sed progrediamur, & quid de incar- E natione Christi sentiant, ostendamus. Quum ergo tria de Christo in quæstionem venire soleant, an veniat, an venerit; & tertio loco, sit ne qui venit, Deus: de primo, cum scilicet veniat, nihil opus est dici. Nam ipsimet venturum fatentur: de duobus ceteris probandum, eos male loqui. Quippe dicentibus nobis, cum venisse, atque hoc ipsum multis argumentis ostendentibus: primum ex signis, quæ fecit: deinde ex eo, quod ab ipso sublata sint e

a Deut. VI. 4. b Gen. I. 26. c Gen. III. 22.

1 Μετὰ τὰ παραιν.] Sensus exigit, μετὰ τῶν παραινετικῶν, cum, non post; uti postea nactus sum in ms. regiæ bibliothecæ. COTELER. ad Constit. Apost. lib. I, cap. VI. not. 5.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



λέγει· ἰδοὺ κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, A καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου, ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ] τρίτον, ἀφ' ὧν λέγει ὁ Δανιήλ· αἱ γὰρ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες τῶν ἐτῶν, ἃς λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ἐφ' οὗ χρόνου δεῖ καὶ ἐκβάλλειν αὐτὰς, εἰς τοὺς χρόνους τοῦ Χριστοῦ καταλήγουσιν. ἔστι δὲ ἡ ἀρχὴ τῆς ἐκβολῆς, ἀπὸ τοῦ κ. δ'. ἔτους Ἀρταξέρξου τοῦ Μακρόχειρος.

medio simulacra: (nam Esaias inquit: [a] *Ecce Dominus in levi nube considet, ac in Ægyptum veniet, & Ægypti simulacra manu facta quatientur ab ipsius conspectu*) tertio, de verbis Danieli vatis: etenim illæ annorum septuaginta septimanæ de quibus ad eum Angelus loquitur, ab illo tempore quo inchoandæ sunt, in annos Christi desinunt. Estque principium computationis ab Artaxerxis Longimani anno XXIV.

Ἡμῶν οὖν ταῦτα δεικνύντων αὐτοῖς, διϊσχυρίζονται λέγοντες, ὅτι οὐκ ἦλθε. λέγει γάρ, φασιν, ὁ Ψαλμὸς, ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνατελεῖ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης. καὶ ἕτερα τοιαῦτα παραφέρουσιν ἀπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς. νῦν δέ, φασιν, B οὐδὲν τούτων ὁρῶμεν· ἀλλὰ τοὐναντίον, πλεονάσασαν ἀδικίαν καὶ ἁμαρτίας πολλὰς γινομένας. ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι διττή ἐστιν ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ. ἡ μὲν μετὰ δόξης, ἣν ὁ Δανιὴλ διεξέρχεται λέγων· ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἄχρι τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ ἐξουσία· πάντα τὰ ἔθνη αὐτῷ δουλεύσουσι· καὶ τὰ ἑξῆς. ἡ δὲ, μετὰ ταπεινώσεως, περὶ ἧς λέγει ὁ Ἡσαΐας· καὶ εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, καὶ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. ὅταν οὖν εἶπεν ὁ Ψαλμὸς, ὅτι ἀνατελεῖ ἐν ταῖς C ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, τοῦτο λέγει ὡς πρὸς τὴν ἔνδοξον μέλλουσαν παρουσίαν. ἐπεὶ ὅτι πάντως ἀνάγκη ἁμαρτίας γενέσθαι ἐπὶ τῆς πρώτης παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, εὔδηλον ἐντεῦθεν. ἐρωτῶ γὰρ αὐτούς. ἰδίῳ θανάτῳ ἀποθανεῖται ὁ ἐρχόμενος Χριστὸς, ἢ ἄλλοι αὐτὸν ἀποκτενοῦσιν; ἀποκρίνονται δηλονότι, ὡς ἄλλοι αὐτὸν φονεύσουσι. τί δέ; ὁ τὸν τοιοῦτον μέγαν ἄνθρωπον ἀποκτείνων, οὐ μεγάλως ἁμαρτάνει; πάντως φήσουσιν ὅτι ναί. οὐκοῦν εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἀνάγκη πάντως ἁμαρτίαν γενέσθαι ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ πρώτης παρουσίας· ὥστε ὁ ψαλμὸς λέγει, ἐπὶ τῆς δευτέρας. ἄλλως τε καὶ ἀλλαχοῦ φησιν ὁ ψαλμός· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. δηλοῖ γὰρ ὅτι ἔσχεν ἐχθρούς. D ὅπου δὲ ἔχθρα, οὐκ ἔστιν εἰρήνη. περὶ δὲ τοῦ μὴ εἶναι Θεὸν τὸν Χριστὸν, ὅπερ ἦν τρίτον ζητούμενον, ἰσχυρίζονται ἐφ' ὧν εἶπεν ὁ Μωσῆς· προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὡς ἐμέ. ἰδοὺ γάρ, φασιν, οὐ Θεὸν αὐτὸν εἶπεν, ἀλλὰ προφήτην. ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πάντα ἦν ὁ Χριστός· καὶ ἄνθρωπος γὰρ ἦν, καὶ προφήτης, καὶ Θεός. ὅθεν οὖν δήποτε ἐξῆν αὐτὸν ὀνομάσαι, ὅτι γὰρ Θεὸς ἦν, δειχθέντος τοῦ, εἰ ἦλθε, ῥᾴδιον ἦν ἀπὸ τῆς νέας γραφῆς ἀποδεῖξαι. πλὴν καὶ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς δείξομεν τοῦτο. φησὶ γάρ που λέγων τοῦτο Ἱερεμίας ἀναφανδόν· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ E αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. ταῦτα μὲν οὖν εἰσι τὰ τῶν Ἑβραίων, καὶ αἱ πρὸς αὐτὰ ἀντιλογίαι.

VI. Nobis igitur hæc eis ostendentibus, ipsi non venisse Christum adfirmant. [b] In Psalmo dicitur, inquiunt, *ipsius tempore justitiam & pacis copiam exorituram*: aliaque talia de sacris litteris male proferunt. Nunc autem, inquiunt, nihil horum cernimus: sed e contrario, crevisse injurias, multaque peccata designari. Ad hoc nos respondemus, adventum Christi duplicem esse: unum cum majestate, de quo Danielus commemorat, inquiens: [c] *Offerebat se mibi visum nocturnum: & ecce quidam quasi filius hominis in nubibus cæli veniebat, & usque ad antiquum dierum accessit, eique datum est imperium, & honor, & potestas; & omnes gentes ei servient*, & cetera. Alterum cum humilitate, de quo loquitur Esaias: [d] *Et vidimus eum, nec speciem habebat ullam, nec pulcritudinem: immo species ejus erat turpis, & infra omnes homines*. Quum ergo Psalmus ait, exorituram ipsius temporibus justitiam, hoc ipsum dicit respectu futuri aliquando gloriosi adventus. Nam in primo Christi adventu necessario futurum, ut peccata fiant, vel hinc plane manifestum est. Hebræos enim interrogo: Morietur ne Christus ille qui veniet, a se ipso: an eum occident alii? Respondent scilicet, ab aliis occidendum. Quid autem? qui talem tantumque necabit hominem, an non peccabit graviter? omnino peccaturum dicent. Ergo si hoc conceditur, omnino necesse est, in primo Christi adventu peccata fieri; adeoque dictum illud Psalmi de adventu secundo erit accipiendum: præsertim quum & alibi Psalmus dicat: [e] *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis; donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum*: Indicat enim, Christum habuisse inimicos. Ubi vero inimicitia est, ibi non est pax. Christum denique non esse Deum, de quo tertio loco quæritur, ex iis quæ Moses dixit, adfirmant: [f] *Vatem vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus nostris, mei similem*. Ecce, inquiunt, non Deum adpellavit, sed vatem. Nos autem ad hoc respondemus, Christum omnia fuisse: nam & homo erat, & vates, & Deus: itaque quovis adpellari nomine poterat. Etenim quod Deus erat, demonstrata quæstione, an venerit, ex novi fœderis scriptura probari facile posset. Verum & illud ostendemus e scriptura veteri. Nam manifesto Hieremias id alicubi dicit his verbis: [g] *Hic Deus noster est, alius cum eo non comparabitur. Omnem scientiæ viam invenit, eamque Jacobo puero suo dedit, & dilecto ab se Israelo: Secundum hæc in terra conspectus est, & inter homines versatus*. Hæc igitur Hebræorum dogmata sunt, & eorumdem refutationes.

Μετέλθωμεν δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δόγματα τῶν Σαμαρειτῶν. ἀλλὰ πρῶτον ἱστορίαν τινὰ μάθωμεν, πόθεν κατάγεται ἡ αἵρεσις τῶν Σαμαρειτῶν. μετὰ οὖν τὸ βασιλεῦσαι τὸν Σαοὺλ ἔτη μ'. κατέστησεν ἀντ' αὐτοῦ ὁ Θεὸς τὸν Δαβὶδ βασιλέα τῶν Ἰσραηλιτῶν, ἄνδρα τῆς φυλῆς Ἰούδα. καὶ ἔμεινεν ἡ γενεὰ τοῦ

VII. Nunc ad Samaritanorum quoque dogmata transeamus. Sed cognoscenda prius historia quædam, unde scilicet hæc Samaritanorum orta sit hæresis. Postquam ergo Saulus annis XL. regnasset, Davidem Deus e Juda tribu prognatum, ejus loco regem Israelitarum constituit: ac Davidis posteritas in pos-

a Isa. XIX. 1. b Psalm. LXXI. 7. c Dan. VII. 13. 14. d Isa. LIII. 2. 3. e Psalm. CIX 1.
f Deut. XVIII. 15. 18. g Baruch. III. 36 — 38.



Δαβὶδ βασιλεύουσα, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεχόμενος τὴν ἀρχὴν, μέχρι Σεδεκίου. ἀποθανόντος δὲ τοῦ βασιλέως Δαβὶδ, ὁ Σολομὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐδέξατο τὴν βασιλείαν. οὗτος μὲν οὖν πάντα μετὰ δικαιοσύνης ἔπραττεν, ὅθεν ὁ Θεὸς πολλὴν αὐτῷ σοφίαν καὶ δυναστείαν ἐχαρίσατο. γηράσας δὲ, προσεκύνησεν εἰδώλοις, πειθόμενος ταῖς ἑαυτοῦ γυναιξίν. ὅθεν ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς, εἶπεν Ἱεροβοὰμ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ· ὅτι ἐὰν ποιήσεις τὸ θέλημά μου, ἐπὶ δέκα σκήπτρων τοῦ δεσπότου σου καταστήσω σε βασιλέα· τὰ γὰρ ἄλλα δύο ἐάσω, διὰ τὸν Δαβὶδ, τὸν πατέρα αὐτοῦ. ἔσται δὲ ταῦτα μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτόν. ἀποθανόντος δὲ Σολομῶντος, ἤμελλε τῆς βασιλείας κληρονομεῖν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ῥοβοάμ. καὶ συλλεγέντες οἱ Ἰσραηλῖται, εἶπον πρὸς αὐτόν· ὁ πατήρ σου ἐβάρυνε τὸν ζυγὸν ἡμῶν, ἀλλ' ἐλάφρυνον σὺ αὐτὸν ἀφ' ἡμῶν, καὶ δουλεύσομέν σοι. ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίνατο· ἔνδοτέ μοι τρεῖς ἡμέρας, καὶ λέξω ὑμῖν τὴν βουλήν μου. ἀπελθὼν δὲ, πρῶτον τοῖς πρεσβυτέροις τῶν πατρῴων αὐτοῦ φίλων ἀνεκοινώσατο. οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον· θεράπευσον τὸν Ἰσραὴλ, καὶ δουλεύσει σοι. ἀνέθετο δὲ καὶ παιδαρίοις. οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ, ὅτι εἰπὲ πρὸς αὐτούς· ὅτι ἡ σμικρότης μου, στερεωτέρα ἐστὶ τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου. ἐκεῖνος ὑμᾶς μάστιξιν ἐπαίδευσεν, ἐγὼ σκορπίοις παιδεύσω. τούτοις πεισθεὶς Ῥοβοὰμ, ταῦτα τοῖς Ἰσραηλίταις ἀπεκρίνατο. οἱ δὲ Ἰσραηλῖται ἀπεκρίναντο· βόσκε τὸν οἶκόν σου Δαβὶδ, ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἕκαστος ἀποχωρείτω εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ. καὶ ταῦτα εἰπόντες, ἀπεχωρίσθησαν αὐτοῦ πάντες, πλὴν δύο φυλῶν, τῆς τε Βενιαμὶν, καὶ τῆς τοῦ Ἰούδα. αὗται μὲν αἱ δύο τὰ Ἱεροσόλυμα εἶχον, καὶ τὰ πέριξ αὐτῆς· αἱ δὲ ἀποχωρισθεῖσαι δέκα, τὰ περὶ Νεάπολιν εἶχον. ἐκαλοῦντο δὲ αἱ μὲν δέκα φυλαὶ, Ἰσραηλῖται, ἀπὸ τοῦ πλεονάζοντος λαμβάνοντες τὸ ὄνομα· αἱ δὲ δύο, Ἰουδαῖοι. αἱ οὖν δέκα προστησάμεναι αὐτῶν Ἱεροβοὰμ τὸν δοῦλον τοῦ Σολομῶντος, συνεχῶς ἐπολέμουν πρὸς Ἰουδαίους, ἐπειδὴ δὲ νόμος ἦν ἑκάστῳ ἔτει προσκυνεῖν τοὺς Ἑβραίους ἐν Ἱεροσολύμοις τῇ κιβωτῷ, φοβηθεὶς ὁ Ἱεροβοὰμ, μὴ αὐτομολήσωσι, συνεχῶς ἀπιόντες ἐκεῖ· ἐποίησε δύο δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὅτι οὗτοί εἰσιν οἱ θεοὶ, οἱ ἐξαγαγόντες ὑμᾶς ἐξ Αἰγύπτου· τούτοις προσκυνεῖτε. καὶ οἱ Ἰσραηλῖται οὖν, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, ἀπὸ τοῦ Ἱεροβοὰμ εἰδωλολάτρουν, ἐπὶ πολλοὺς βασιλέας· ἕως οὗ ὁ Θεὸς ὀργισθεὶς ἤγαγεν ἐπ' αὐτοὺς τὸν βασιλέα τῶν Ἀσσυρίων τὸν Σαλμανασάρ· καὶ ᾐχμαλώτισε τὰς δέκα φυλὰς τῶν Ἰσραηλιτικῶν. τοὺς γὰρ Ἰουδαίους οὐδὲ ἐπολέμησεν. αἰχμαλωτίσας δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας, ἀντ' αὐτῶν ἄλλους ἐκεῖσε κατέστησε, πρὸς φυλακὴν τῆς χώρας, οἵτινες ἐκλήθησαν Σαμαρεῖται· ἐπειδὴ Σαμαρείτης λέγεται ὁ φύλαξ παρ' Ἑβραίοις. τούτους δὲ ἀντὶ τῶν Ἰσραηλιτῶν οἰκοῦντας, λέοντες ἀπέκτεινον πυκνῶς· ἕως οὗ ἔπεμψαν, λέγοντες τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων· ὅτι λέοντες ἡμᾶς ἀπόλλουσιν, ἐπειδὴ οὐκ ἴσμεν λατρεῦσαι τῷ Θεῷ τῆς γῆς ταύτης. ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς, ἔπεμψεν αὐτοῖς ἕνα τῶν αἰχμαλωτισθέντων ἱερέων, ἐπὶ τὸ διδάξαι αὐτοὺς, πῶς δεῖ προσκυνεῖν τῷ Θεῷ τῆς γῆς ἐκείνης. ὁ δὲ ἐλθὼν, οὐδὲν ἄλλο ἐδίδαξεν αὐτοὺς, ὥς φασιν οἱ ἔξωθεν ἱστοροῦντες, εἰ μὴ μόνον τὴν πεντάτευχον, ὅθεν καὶ μόνην αὐτὴν δέχονται οἱ Σαμαρεῖται. μέχρις οὖν τῶν ἐνταῦθα λέγει ἡ γραφή.

A sessione regni mansit, filiis parentum imperium excipientibus, usque ad Sedeciam. Ceterum mortuo Davide rege, Solomon filius ejus regnum suscepit. Hic juste agebat omnia: quapropter ei Deus magnam sapientiam potestatemque largitus est. Verum ubi consenuisset, adoravit simulacra, uxoribus suis obtemperans. Quam ob caussam iratus Deus, Hieroboamo Solomonis servo dixit, se decem domini sui sceptris eum præfecturum regem, si voluntati divinæ pariturus esset: reliqua quidem duo sceptra Solomoni se relicturum, propter patrem ipsius Davidem: atque hæc post mortem Solomonis primum eventura. Quum autem mortuus fuisset Solomon, filius ipsius Roboamus in regni possessione successurus erat. Itaque collecti ad ipsum Israelitæ, sic eum
B compellavere: [a] *Nimis gravi nos jugo pater tuus oppressit: tu fac tolerabilius leviusque sit, & serviemus tibi.* Ad ea Roboamus: *Triduum mihi concedite, meumque consilium vobis exponam.* Ac digressus ab eis, primo rem cum natu majoribus amicis paternis communicabat: qui deliniendos Israelitarum animos ajebant, quo facto lubenter illos ipsi servituros. Hinc etiam ad adolescentulos retulit. Illi respondendum dixere, gracilitatem Roboami solidiorem esse lumbo paterno. Patrem flagris eos castigasse, se castigaturum scorpionibus. His adsensus Roboamus, in eam sententiam Israelitis respondit. Illi vero vicissim dixere: [b] Tu Davidis patris tui
C familiam administrato: & Israelici quisque suas ad domos ac tabernacula revertuntor. Quibus prolatis, ab eo diverterunt universi, duabus exceptis tribubus, Beniaminea scilicet & Judæa, quarum erant in ditione tam Hierosolyma quam loca continentia: decem vero tribus illæ quæ secessionem fecerant, vicinam Neapoli regionem occupabant. Et adpellabantur hæ decem tribus, Israelitæ: nomen a majori parte consequuti; reliquæ vero duæ, Judæi. Tribus igitur decem Hieroboamo, Solomonis servo, sibi præfecto, continua cum Judæis bella gerebant: & quia lex erat, ut Hebræi quotannis arcam Hierosolymis adorarent, veritus Hieroboamus, ne frequenter eo commeantes, transfugium facerent: duas
D juvencas aureas fecit, suisque dixit, hos illos esse deos, qui ex Ægypto Israeliticos eduxissent: eos adorarent. Quo factum est, ut pariter & Israelitæ, & Judæi, ab Hieroboamo temporibus simulacra sub multorum regum imperio colerent: donec iratus Deus, Salmanasarum Assyriorum regem in eos duxit. Is decem Israelitarum tribus in servitutem redegit: Judæis ne bellum quidem intulit. Quumque captivos Israelitas abduxisset, alios ibidem eorum loco, regionis custodiendæ caussa, constituit; qui Samaritani sunt vocati, quippe Samarita, custos Hebræis dicitur. Eos autem incolentes Israelitarum terras, sæpenumero leones interficiebant; donec missis legatis, Assyriorum regi significarent, ab leonibus ad internecionem se deleri, propterea
E quod ritum colendi Deum illius regionis ignorarent. Quibus rex auditis, unum ex abductis in captivitatem sacerdotibus ad eos misit, qui doceret, quo pacto regionis illius Deus esset adorandus. Is ubi advenisset, nihil aliud eos docuit, ut extranei scriptores ajunt, nisi Pentateuchum: quamobrem illam solam Samaritani recipiunt. Hactenus scriptura sacra.

Καὶ ἀπὸ τούτων λέγουσι γεγενῆσθαι τοὺς Σαμαρείτας. ἡ δὲ αἵρεσις αὐτῶν, τοιαύτη ἐστί. περὶ μὲν τὴν θεολογίαν, τὰ αὐτὰ δοξάζουσι τοῖς Ἑβραίοις. μίαν γὰρ ὑπόστασιν, καὶ μίαν φύσιν δοξάζουσι.

VIII. Perhibent autem, ab his ortos Samaritanos: quorum est hujusmodi secta. In doctrina de Deo, cum Hebræis eadem statuunt: unam hypostasin, & unam esse naturam tradentes. Quod ad in-

a III. R. XII. 4. 5. b Ibid. ℣. 16.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ, οὕτως ἔχουσιν· οὐ πιστεύουσιν, ὅτι ἦλθεν, ἀλλ᾽ ὅτι μέλλει ἐλθεῖν, οὐδὲ ὅτι Θεός, ὁ ἐρχόμενος, ἀλλὰ προφήτης. οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. οὐ συγκατατίθενται γὰρ τοῖς Ἑβραίοις, ὅτι Χριστὸς μέλλει κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ ὅτι μὲν εἰσὶν ἄγγελοι, ἐλέγχονται ἀπὸ τῆς πεντατεύχου. ἐκεῖ γάρ φησιν· ἰδοὺ ὁ ἄγγελός μου προπορεύεται πρὸ προσώπου σου. καὶ, ὅτι ἄγγελος κυρίου ἐκάλεσε τὴν Αγαρ. καὶ, ὅτι ἐκάλεσεν ἄγγελος κυρίου τὸν Αβραάμ. καὶ, ὅτι εἰσῆλθον οἱ ἄγγελοι εἰς Σόδομα. καὶ ἕτερα τοιαῦτα. καὶ ὅτι ἡ ψυχὴ θνητή ἐστι, φασὶ, καὶ οὐκ ἀθάνατος· μαρτυρεῖ ὁ Μωϋσῆς, εἰπὼν, μὴ φάγεσθε αἷμα, ἀλλ᾽ ἐκχέετε αὐτὸ μετὰ τῆς γῆς. παντὸς γὰρ ζώου τὸ αἷμα, ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πρῶτον μὲν οὐκ ἔστι τὸ αἷμα ἡ ψυχὴ τῶν ζώων, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦ αἵματος ἐκχεομένου καὶ ἡ ψυχὴ ἀπόλλυται· ἐκ τούτου περὶ τοῦ αἵματος κτηνῶν ἦν αὐτῷ ὁ λόγος, ἃ καὶ ἡμεῖς θνητὰ ὁμολογοῦμεν εἶναι· οὐ περὶ ἀνθρώπων. καὶ ἀπὸ ἱστορίας δὲ δεικνύομεν, ὅτι καὶ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ κρίσις ἐστὶ νεκρῶν. ὁ Κάϊν καὶ Αβελ, δύο ἦσαν ἀδελφοί· καὶ ὁ μὲν ἦν γεωργός, ὁ δὲ ποιμήν. καὶ ἔθυσαν ἀμφότεροι τῷ Θεῷ· καὶ τὸν Ἄβελ, ὡς δίκαιον, προσεδέξατο. τὸν δὲ Κάϊν, οὐκέτι. ἐκεῖθεν οὖν παρεζήλου τὸν Αβελ, ἕως αὐτὸν ἀπέκτεινε. τῶν οὖν Σαμαρειτῶν λεγόντων, ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀπολαμβάνειν πρὸς τὰς ἑαυτοῦ πράξεις ἕκαστον· τί ἔχομεν εἰπεῖν περὶ τοῦ Αβελ, ᾧ δικαιοσύνην ἐμαρτύρησεν ὁ Θεός; ὅσον γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν βίου, κακὰ ἀντὶ καλῶν ἀπέλαβεν. ἐκ τούτου οὖν δῆλον, ὅτι καὶ ἡ ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι, καὶ ἀνάστασιν δεῖ δοξάζειν. εἰ μὴ γὰρ ἦν, ἐν ᾗ τῶν οἰκείων ἔμελλεν ἀπολαῦσαι πράξεων, οὐκ ἂν ὁ τοιοῦτος ἀδίκως ἀπέθανεν. αὕτη ἐστὶν ἡ αἵρεσις τῶν Σαμαρειτῶν. ἰστέον δὲ, ὅτι Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς τῶν Ασσυρίων, ἐλθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπὶ Σεδεκίου τοῦ βασιλέως, καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἠχμαλώτευσε, καὶ ἔλαβεν εἰς Περσίδα. ἐν οἷς ἦν Ανανίας, Αζαρίας, Μισαὴλ, καὶ Ἰεζεκιὴλ, καὶ Ἔσδρας. μετὰ οὖν ό. ἔτη, ἐπὶ Κύρου τοῦ βασιλέως, ἐπανέλυσαν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, τοῦ Κύρου αὐτοῖς συγχωρήσαντος τὴν ἐπάνοδον, διὰ τὸ πολλὰ αὐτῷ προλέγειν, ὧν ἤμελλε ποιεῖν. ὁ δὲ Ἔσδρας συνεγράψατο τὴν ἐπάνοδον αὐτῶν. καὶ ἐλθὼν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ εὑρὼν, ὅτι πάντα τὰ βιβλία ἦσαν καυθέντα, ἡνίκα ἠχμαλωτίσθησαν, ἀπὸ μνήμης λέγεται συγγράψασθαι τὰ κβ΄. βιβλία· ἅπερ ἐν τοῖς ἄνω ἀπηριθμησάμεθα, ἐν τούτοις ἡ θεωρία.

A carnationem Christi adtinet, hoc modo sentiunt: Christum venisse non credunt, venturum existimant: nec Deum esse qui veniat, sed vatem. Præterea nec Angelum opinanrur esse, nec animam immortalem, nec resurrectionem. Non enim Hebræis adsentiuntur: credentibus Christum vivos atque mortuos judicaturum. Ceterum Angelos esse, de Pentateucho convincuntur, ex hisce verbis: [a] *Ecce Angelus meus ante faciem tuam præit*. Item, [b] *Angelus Domini compellavit Agarem*. Item, [c] *Angelus Domini compellavit Abrahamum*. Item, [d] *Ingressi sunt Angeli Sodomorum oppidum*. Aliaque talia. Mortalem vero animam esse, non immortalem; testatur, inquiunt ipsi, verbis hisce Moses: Sanguinem ne comederitis, sed eum in terram effundite. B Nam cujusvis animalis sanguis, ipsius est anima. Sed nos ad hoc respondemus, primum non esse sanguinem animalium animam; sed quoniam effuso sanguine, anima quoque interit: idcirco de sanguine jumentorum sic loquitur, quæ nos quoque morti obnoxia fatemur esse; non de hominibus. Quin & animam esse immortalem, & judicium fore mortuorum; ex historia probamus. Cainus & Abelus, duo fratres erant, unus agricola, pastor alter: quibus ambobus rem Deo sacram factitantibus, Abelum Deus, ut justum, acceptavit, neglecto Caino. Is hanc ob caussam adversus Abelum æmulatione C concepta, tandem eum occidit. Quum ergo Samaritani dicant, in hac vita compensari facta cujusvis; quid de Abelo dicere possumus, cujus justitiæ Deus ipse testimonium perhibuit. Nimirum, quod ad hanc vitam adtinet, mala pro bonis recepit. Unde manifesto patet, & immortalem esse animam, & resurrectionem esse, statui debere: nam nisi vita restaret, in qua suarum actionum ille fructum capiet; nequaquam vir talis immerito fuisset interemtus. Et hæc quidem Samaritanorum est secta. Sciendum vero, regem Assyriorum Nabuchodonosorum, quum regnante Sedecia cum copiis Hierosolyma venisset, Judæos in captivitatem abduxisse, atque in Persidem transtulisse: quorum in numero Ananias, Azarias, Misaelus, Jezechielus & Esdras. Post an- D nos LXX. regnante Cyro, rursus Hierosolyma profecti sunt, quum Cyrus eis reditum propterea concessisset, quod ei pleraque per ipsum gerenda prædixissent. Hunc reditum descripsit Esdras; qui quum Hierosolyma venisset, omnesque libros id temporis, quo in captivitatem abducti fuerant, reperisset exustos: ex memoria depromtos illos XXII. libros quos supra recensuimus, in litteras retulisse perhibetur. Hæc considerare libuit.

a Exod. XXIII. 20. b Gen. XXI. 17. c Gen. XXII. 11. d Gen. XIX. 1.

Hac tertia Actione dividuntur tempora quæ a nativitate Christi ad imperium Constantini effluxerunt: enumerantur patres ecclesiastici, qui toto illo interstitio temporis floruerunt.

Π Ρ Α Ξ Ι Σ γ΄.

ΕΠειδὴ περὶ χριστιανῶν δογμάτων ὁ λόγος, ἀναγκαῖόν ἐστι τῶν χρόνων διαίρεσίν τινα ποιήσασθαι· ἵνα ἐκ τούτου γνῶμεν, τίνες διδάσκαλοι, καὶ ποῖαι αἱρέσεις, ὧν ἑκάστη τοὺς μὲν πρὸ αὐτῆς δέχεται πατέρας, τοὺς δὲ μετ᾽ αὐτὴν οὐκέτι. τῶν τοίνυν χρόνων, οἱ μέν εἰσι πρὸ Χριστοῦ, ὧν ἤδη ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἐμνήσθημεν· οἱ δὲ, μετὰ τὸν Χριστόν. καὶ ἔστι τῶν μετὰ τὸν Χριστὸν ἡ διαίρεσις τοιαύτη. οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, ἄχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τοῦ νῦν. ὑπο-

A C T I O III.

I. QUoniam de Christianis dogmatibus habenda E erit oratio, necessarium est, temporum partitionem quamdam instituî, ut hinc cognoscamus, qui doctores, quæ sectæ fuerint; quarum quælibet patres se priores admittit, posteriores rejicit. Temporum igitur alia Christi nativitatem præcedunt, quorum supra mentionem fecimus: alia Christum sequuntur. Horum post Christum temporum hæc est divisio. Partim a nativitate Christi ad imperium Constantini pertinent, partim ab imperii Constantini principio ad nostram memoriam,

διαιροῦνται δὲ πάλιν οἱ ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ, ἄχρι τῆς βασιλείας τοῦ Κωνσταντίνου, εἰς τρεῖς. οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ ἄχρι τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀναλήψεως, περὶ ὧν διαλαμβάνουσιν αἱ πράξεις τῶν ἀποστόλων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς περιόδου καὶ τελευτῆς τῶν ἀποστόλων, ἄχρι τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, περὶ ὧν διαλαμβάνουσί τινες ἐκκλησιαστικοί, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, καὶ Θεοδώρητος, οὓς ἐξ ἀνάγκης οὐ δεχόμεθα. μέχρι γὰρ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων κεκανόνισται δέχεσθαι ἡμᾶς. οἱ δὲ ἀπ' ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἄχρι τοῦ νῦν, διαιροῦνται οὕτως. οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἀπὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, μέχρι τοῦ νῦν. B ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυς, Κλήμης καὶ Ἱππόλυτος ἐπίσκοποι Ῥώμης, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. τούτους ἅπαντας αἱ μετ' αὐτοὺς γενόμεναι αἱρέσεις δέχονται.

A Rursus anni a nativitate Christi usque ad imperium Constantini, triplices sunt. Nam ex eis alii numerantur a nativitate Christi usque ad ipsius adsumtionem; alii ab adsumtione, de quibus Apostolorum acta pertractant: alii a periodo & obitu Apostolorum, usque ad principium imperii Constantiniani: de quibus historici quidam ecclesiastici memoriæ prodiderunt, Eusebius Pamphili, & Theodoritus; quorum scripta necessario non recipimus. Nam extra Apostolorum acta nihil horum ut admittamus, patrum regulis sancitum est. Anni vero ab initio Constantiniani regni ad nostram ætatem usque, sic dividuntur: alii a Constantini imperio numerantur, usque ad initium coactæ synodi Chalcedonensis: alii a coacta Chalcedonensi synodo, ad nostra usque B tempora. Ceterum temporibus illis qui a Christi nativitate usque ad imperium Constantini numerantur, hi doctores & patres exstiterunt: Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Justinus philosophus & martyr, Clemens & Hippolytus episcopi Romani, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius miraculorum effector, Petrus Alexandrinus episcopus & martyr. Hos omnes sequutæ deinceps hæreses recipiunt.

Αἱρέσεις δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις ἐγένοντο μὲν πολλαί, πλὴν μόνων τῶν ἐπισήμων δέον μνησθῆναι. ἐγένετο τοίνυν πρῶτον, ἡ τῶν Μοντανῶν, περὶ ἧς ἐν ἄλλοις διαληψόμεθα· εἶτα τῶν Μανιχαίων, ἥτις ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἐκλεξαμένη τὰ χείριστα, οὐδὲν ἀγαθὸν ἔχει. C περὶ ἧς οὐ δύναταί τις εἰπεῖν ἀκριβῶς, εἰ μὴ τῆς αὐτῶν γένηται πολιτείας. οὐ φείδεται δὲ οὐδὲ εἰδωλολατρείας, οὐ παντὸς εἴδους κακοῦ. ἃ δὲ περὶ τὴν θεότητα ἀφειδῶς ἁμαρτάνουσι, καὶ περὶ τὴν [1] ἀνθρωπότητα, ταῦτά ἐστι. περὶ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, οὕτως ὑπειλήφασι· δύο ἀρχὰς, καὶ δύο Θεοὺς λέγουσιν, ἕνα ἀγαθὸν καὶ ἕνα κακόν. καὶ τὰ μὲν κρείττονα τῶν πραγμάτων ἀνατιθέασι τῷ ἀγαθῷ· τὰ δὲ χείρονα, τῷ κακῷ: οἷον, τὸ μὲν φῶς ἀνατιθέασι τῷ ἀγαθῷ Θεῷ· τὸ δὲ σκότος, τῷ κακῷ. καὶ πάλιν, ἐπὶ τῶν συνθέτων ζώων, τὴν ὕλην τῷ κακῷ Θεῷ· τὸ δὲ εἶδος, τῷ ἀγαθῷ Θεῷ. οὗτοι καί τινα βιβλία τῆς παλαιᾶς γραφῆς τῷ κακῷ Θεῷ ἀνατιθέασιν· ὥσπερ τὴν ἀπὸ Αἰγύπτου ἔξοδον τῶν Ἰσραηλιτῶν. οὐκ ἔστι γάρ, φασι, τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, τὸ ἐκβαλεῖν αὐτοὺς ἀπὸ Αἰγύπτου, καὶ πολλὰ κακὰ D αὐτοῖς ὕστερον ποιῆσαι. οὗτοι καὶ βιβλία τινὰ ἑαυτοῖς καινοτομοῦσι. λέγουσι γὰρ εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν καὶ Φίλιππον, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν. δι' οὓς καὶ ἐκάλεσαν οἱ ἅγιοι πατέρες, ποῖα βιβλία δεῖ δέχεσθαι ἡμᾶς. περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν οὕτως δοξάζουσιν· οὐχ ὁμολογοῦσιν ἀληθῆ γενέσθαι τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ κατὰ φαντασίαν· καὶ ἐν τοῖς πάθεσιν ὅτι ἄλλον ἄνθρωπον ὑπέβαλεν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἔφυγεν. ἐπιστοῦντο δὲ τὸ τῆς φαντασίας, ἀπό τινων ῥημάτων ἐν τοῖς εὐαγγελίοις κειμένων, ἐξ ὧν λέγουσιν, ὅτι ἐν τῷ ὄρει ὢν μετεμορφώθη καὶ ἄφαντος γέγονε. καὶ πάλιν, ὄχλου πολλοῦ περιεστηκότος, ἐξένευσεν ὁ Ἰησοῦς. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἱκανὸν παραστῆσαι, ὅτι κατὰ φαντασίαν γέγονεν ἡ ἐνανθρώπησις. E καὶ ἄνθρωποι γὰρ μετεμορφώθησαν, καὶ γεγόνασιν ἄφαντοι. μετεμορφώθη γὰρ Μωϋσῆς εἰς ἔνδοξον πρόσωπον, ὥστε μὴ δύνασθαι τοὺς Ἰουδαίους ἀτενίσαι εἰς αὐτὸν, ἀλλὰ κεκαλυμμένος τὴν ὄψιν ἐλάλει αὐτοῖς. ἠφαντώθη δὲ καὶ ὁ Φίλιππος, καὶ ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς ἐξαίφνης ἐγένετο εἰς Ἄζωτον.


II. Et exstiterunt iisdem temporibus sectæ complures, sed claræ dumtaxat commemorandæ. Primum ergo secta Montanorum est orta, de qua tractabimus alibi: deinde Manichæorum, quæ quia de sectis singulis pessima quæque selegit, nihil omni- C no boni continet. Nec potest quisquam accurate de hac loqui, nisi eorum se conversationi adjungat. Non de astrorum cultu, non mali specie quavis abstinet. Quæ circa doctrinam de Deo, deque incarnatione Christi, magna cum licentia delinquunt, hæc sunt. De divinitate sic opinantur, ut esse duo principia, duosque Deos dicant, unum bonum, & unum malum. Si qua meliora sunt in rebus, ea Deo bono adsignant; tenebras, malo. Rursus in compositis animalibus, materiem ad malum Deum; formam ad bonum Deum referunt. Iidem & veteris scripturæ libros quosdam Deo malo attribuerunt: ut eum, qui de Israelitarum ex Ægypto discessu narrat. Ajunt enim, non esse Dei boni, eos Ægypto ejicere, multaque mala deinceps irrogare. Præ- D terea novos quosdam sibi libros excogitant. Quippe commemorant Evangelium scriptum a Thoma, & alterum a Philippo; quæ nos ignoramus. Atque horum gratia sancti patres expressere nominatim, quos libros recipere debeamus. De incarnatione sic sentiunt: Non vere factam incarnationem Christi fatentur, sed specie tenus: & in ipsis cruciatibus Christum pro se hominem alium subjecisse, ac fuga evasisse. Huic de specie opinioni ex quibusdam dictis quæ in evangeliis reperiuntur, fidem adstruebant: unde perhibent, Christum in monte transformatum fuisse, ac inadspectabilem factum. Rursus, quum magna eum multitudo circumstetisset, Jesus deflexit. Hoc vero non satis est ad probandum incarnationem specie tenus esse factam. E Nam & homines transformati fuerunt, & inadspectabiles facti. Quippe Moses transformatus est, vultus adeo majestate referto, ut oculos in eum Judæi dirigere nequirent; sed obvelato vultu ad eos loqueretur. Itidem & Philippus inadspectabilis factus est, & ex regione montana subito pervenit Azotum.

Ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλη αἵρεσις κατὰ τοὺς χρόνους

III. Alia quoque secta, nimirum Paulli Samosa-

[1] Ανθρ.] ἐνανθρώπησιν, paullo post infra.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



τούτους, ἡ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως· ὅστις καὶ περὶ τὴν θεότητα ἐσφάλλετο, καὶ περὶ τὴν ἐνανθρώπησιν. περὶ μὲν γὰρ τὴν θεότητα, ὅτι πατέρα μόνον ἔλεγε· περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι ψιλὸν ἄνθρωπον ἔλεγε τὸν Χριστὸν, γενέσθαι δὲ ἐν αὐτῷ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, μὴ νομιζόμενος· καὶ μὴ δοξάζων τὰ αὐτὰ τῷ Νεστορίῳ. ὁ μὲν γὰρ Νεστόριος, εἰ καὶ ψιλὸν ἄνθρωπον ἔλεγε τὸν Χριστὸν, ἀλλ' οὖν τὸν αὐθυπόστατον λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ υἱὸν ἔλεγε γενέσθαι ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ. περὶ γὰρ τὴν τριάδα οὐχ ἡμάρτανεν ὁ Νεστόριος. ὁ δὲ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς οὐκ ἔλεγε τὸν αὐθυπόστατον λόγον γεγενῆσθαι ἐν τῷ Χριστῷ, ἀλλὰ λόγον ἔλεγε τὴν κέλευσιν καὶ τὸ πρόσταγμα· τοῦτ' ἔστιν, ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς δι' ἐκείνου τοῦ ἀνθρώπου, ὃ ἐβούλετο, καὶ ἐποίει. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τὴν θεότητα τὰ αὐτὰ ἐδόξαζε τῷ Σαβελλίῳ· ὁ μὲν γὰρ Σαβέλλιος, τὸν αὐτὸν ἔλεγε πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, καὶ τριώνυμον πρᾶγμα ἔλεγε τὸν Θεόν· οὐκέτι τριάδα δοξάζων. ὁ δὲ Παῦλος, οὐ τὸν αὐτὸν ἔλεγε πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ ἅγιον πνεῦμα· ἀλλὰ πατέρα μὲν ἔλεγε τὸν Θεὸν, τὸν πάντα δημιουργήσαντα· υἱὸν δὲ, τὸν ἄνθρωπον τὸν ψιλόν· πνεῦμα δὲ, τὴν ἐπιφοιτήσασαν χάριν τοῖς ἀποστόλοις. ἐν τοῖς χρόνοις δὲ τούτοις καὶ ἡ Σαβελλίου αἵρεσις ἐγένετο, περὶ ἧς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν.

A tensis, his temporibus exstitit: qui & circa divinitatem & incarnationem errabat. Circa divinitatem, quia patrem solum fatebatur: circa incarnationem, quia purum solumque hominem esse Christum dicebat: in quo fuisse Dei Sermonem non arbitrabatur; nec ea sentiens, quæ Nestorius. Quippe Nestorius, licet Christum diceret purum hominem esse; tamen subsistentem per se Dei Sermonem, ac filium, in homine illo fuisse fatebatur. Non enim circa Trinitatem aliquod Nestorii fuit erratum. Paullus autem Samosatensis subsistentem per se Dei Sermonem in Christo fuisse non dicebat, sed volebat Sermonem esse jussum quemdam, ac mandatum: hoc est, jussit Deus (ut ipse loquebatur) fieri per illum hominem, quod volebat; B idemque per illum condebat. Nec erat eadem Paulli de divinitate sententia, quæ Sabellii. Nam Sabellius eumdem dicebat esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Deumque rem trini nominis adpellabat, nullam prorsus esse Trinitatem statuens. Paullus vero, non eumdem dicebat esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum: sed Patrem ajebat illum esse Deum qui omnia creasset; Filium, purum illum hominem; Spiritum, illam gratiam quæ super Apostolos venerit. His temporibus exstitit & Sabellii secta, de qua paullo ante loquuti sumus.

Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, ἄχρι τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐγένοντο διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Σίλβεστρος Ῥώμης ἐπίσκοπος, Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, Εὐστάθιος Ἀντιοχείας, Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, Ἰούλιος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως, Ἱλάριος Πικτάβων, πόλεως τῆς Γαλατίας, Ἀμβρόσιος Μεδιολάνων, Βασίλειος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, Γρηγόριος Νύσσης, Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ, Ἀμφιλόχιος Ἰκονίων, Ἀντίοχος Πτολεμαΐδος, τῆς κατὰ Φοινίκην, Γελάσιος Καισαρείας Παλαιστίνης, Νεκτάριος, Ἀττικὸς, [1] Ἰωάννης, Πρόκλος, καὶ Φλαβιανὸς, Κωνσταντινουπόλεως· Σεβηριανὸς Γαβάλων, Ἐπιφάνιος Κύπρου, Αὐγουστῖνος [2] Ἱππόνης πόλεως τῆς Ἀφρικῆς, Θεόφιλος καὶ Κύριλλος, Ἀλεξανδρείας. τούτους οὖν πάντας τοὺς ἐπισκόπους αἱ μετ' αὐτοὺς αἱρέσεις δέχονται, αἱ δὲ πρὸ αὐτῶν, οὐκέτι. ἐγένετο δὲ εὐθέως ἐν αὐτῇ τῇ βασιλείᾳ Κωνσταντίνου, ἡ τοῦ Ἀρείου αἵρεσις· ὅστις καὶ περὶ τὴν θεότητα, καὶ περὶ τὴν ἀνθρωπότητα ἐσφάλλετο· περὶ μὲν τὴν θεότητα, ὅτι ἔλεγε κτίσμα εἶναι τοῦ Θεοῦ, τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν ἄψυχον εἶναι· ἄρχειν γὰρ ἔλεγεν ἐν αὐτῷ ἀντὶ ψυχῆς τὸν λόγον. τοῦτο δὲ ἔλεγεν, ἐπειδὴ συνεβάλλετο αὐτῷ εἰς δόγμα τῆς τριάδος, ὡς ἔχομεν δεῖξαι. ἐπιστοῦτο δὲ, ὅτι κτίσματά εἰσι Θεοῦ, ἤτοι ποιήματα, ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἀπὸ χρήσεών τινων τῆς ἁγίας γραφῆς. λέγει γὰρ, ὥς φησιν, ὁ Πέτρος ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων· ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦτον τὸν Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ· ὅθεν ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτόν. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἐν τοῖς εὐαγγελίοις φησίν· ὁ ἀποστείλας με πατὴρ, μείζων μου ἐστί. τοῦτον δὲ ἀνατρέπουσιν οἱ ἅγιοι πατέρες, καὶ πρῶτον μὲν, ἐναντίας τούτων τῶν

IV. Ceterum temporibus illis quæ numerantur ab imperii Constantini principio, usque ad colle- C ctionem synodi Chalcedonensis; hi doctores & patres vixerunt: Silvester episcopus Romanus, Alexander episcopus Alexandrinus, Eustathius Antiochenus, Athanasius Alexandrinus, Julius Romanus, Alexander Constantinopolitanus, Hilarius Pictavorum Galliæ civitatis, Ambrosius Mediolanensis, Basilius Cæsareæ Cappadociæ, Gregorius Nyssenus, Gregorius Nazianzenus, Amphilochius Iconiensis, Antiochus Ptolemaidis oppidi Phœniciæ, Gelasius Cæsareæ Palæstinæ, Nectarius, Atticus, Joannes, Proclus, & Flavianus, Constantinopolitani: Severianus Gabalorum, Epiphanius Cypri, Augustinus Hipponis civitatis Africæ, Theophilus & Cyrillus, Alexandrini. Hos igitur omnes episcopos sectæ posteriores ipsis recipiunt, at non itidem priores. D Exstitit autem statim ipso Constantino imperante Arii hæresis, qui quidem & circa divinitatem, & circa naturam humanam errabat. Circa divinitatem, quia Filium dicebat esse Dei creatum, itidemque Spiritum sanctum: circa incarnationem, quia Christi corpus ajebat inanimum esse, in quo animæ loco Sermo principatum obtinuerit. Hoc autem propterea dicebat, quoniam conduceret ad stabiliendum ipsius de Trinitate dogma, sicut ostendere possumus. Probabat autem, Filium Spiritumque sanctum esse Dei creata, sive opificia; de sacrarum litterarum quibusdam auctoritatibus. Ait enim, Petrum in actis Apostolorum dicere: [a] *Certo sciat universa Israelitarum familia, quod Deus hunc Jesum quem vos in crucem egistis, Dominum Christumque fecerit*. E Et rursus, Apostolum in epistola ad Hebræos scripsisse: [b] *Quapropter sancti fratres, consortes vocationis cælestis, considerate Apostolum illum Pontificemque confessionis nostræ Jesum, fidelem ei qui fecit eum*. Præterea, Dominum ipsum in evangeliis dicere: [c] *Qui me misit Pater, major me est*. Sed refutant eum sancti patres; ac primo quidem, auctoritates hisce contrarias proferunt: deinde has ipsas

a Act. II. 36. b Hebr. III. 1. 2. c Joan. XIV. 28.

1. Ἰωαν.] Chrysostomum intellige. 2 [Ιππ.] Ἱππῶνος.

χρήσεων παραφέρουσιν. ἔπειτα δὲ καὶ ταύτας τὰς παρενεχθείσας ἐξ αὐτῶν θεραπεύοντες. ἐναντίας μὲν, ὅτι φησὶν Ἰωάννης· [a] ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ περὶ τοῦ υἱοῦ λέγει ὁ ἀπόστολος· [b] ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. εἰ δὲ ἦν κτίσμα, ἀλλὰ μὴ γέννημα τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, οὐκ ἂν εἶχεν εἶναι χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Θεοῦ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος φησίν· [c] ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ οὕτω μὲν ἀπὸ τῶν ἐναντίων χρήσεων ἀνατρέπουσι τὸν Ἄρειον. θεραπεύουσι δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν παρενεχθείσας, τοιούτῳ λόγῳ· ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ πάντα ὑπομεῖναι ἀξιώσας, ὡς ἄνθρωπος, οὐκ ἀπηξίωσε καὶ μείζονα αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν πατέρα. ὅταν μὲν οὖν ποίημα αὐτὸν καλεῖ ὁ ἀπόστολος, οὐ πρὸς τὴν θεότητα ἀποβλέπων, οὕτως αὐτὸν καλεῖ, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα. καθὸ μὲν γὰρ Θεὸς, γέννημά ἐστι Θεοῦ, οὐ ποίημα· καθὸ δὲ ἄνθρωπος, ποίημα, καὶ ἀπόστολος, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ ἰστέον, ὅτι τὸ δόγμα τῆς ἡμετέρας ἐκκλησίας ἐστὶ, τὸ ἀνατρέπον τὸν Ἄρειον. εἰ μὴ γὰρ δύο φύσεις εἴπωμεν [1] περὶ Χριστοῦ, καὶ τῇ μὲν ἀνθρωπίνῃ τὰς ταπεινὰς ταύτας φωνὰς ἀναθήσωμεν, τῇ δὲ θεότητι τὰς ἄλλας, οὐκ ἀνατρέπεται. διὰ τοῦτο τὸ δόγμα τοῦ Ἀρείου, τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἔλεγεν ἄψυχον εἶναι· ἵνα τὰς τοιαύτας ταπεινὰς φωνὰς μηκέτι ὡς ἀνθρώπῳ ἀναθῶμεν τῷ Χριστῷ, ἀλλ' ὡς υἱῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ εὑρεθῇ, κατὰ τὸ δόγμα αὐτοῦ, ὁ υἱὸς ἐλάττων τοῦ πατρός. ὅτι δὲ καὶ ψυχὴν ἔσχε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, μαρτυρεῖ αὐτὸς ὁ Χριστὸς λέγων, [d] ὅτι ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ ἀπὸ ἄλλων πολλῶν. κατὰ τούτου δὲ τοῦ Ἀρείου, πρεσβυτέρου ὄντος Ἀλεξανδρείας, ἐκροτήθη σύνοδος ἐν Νικαίᾳ, ἐπισκόπων ἐκκρίτων τιη. βασιλεύοντος Κωνσταντίνου. καὶ καθεῖλον αὐτὸν, καὶ σύμβολον, ἤτοι μάθημα κατ' αὐτοῦ ἐξέθεντο, ὅπερ φέρεται, καὶ τοῖς βουλομένοις ἔξεστιν αὐτῷ ἐντυχεῖν. ἐν τούτοις ἡ πρᾶξις.

A quoque productas ab Arianis sanant. Contrarias quidem; quod Joannes dixerit: [a] *In principio erat Sermo, & Sermo erat apud Deum, & Sermo ille Deus erat.* Ac rursus in epistola ad Hebræos de Filio dicit Apostolus: [b] *Qui radius est majestatis, & effigies substantiæ Patris.* Quod si creatum, non soboles Dei Christus esset; non caderet in eum, esse Dei tum effigiem, tum radium. Quin & ipse Dominus ait: [c] *Ego & Pater unum sumus.* Et hoc quidem modo per auctoritates contrarias Arium refutant. Productis autem per Arianos, opem hac ratione ferunt; quod Filius Dei scilicet, omnia sustinere dignatus, ut homo; non etiam dedignatus sit, Patrem se majorem dicere. Quum Apostolus Factum dicit, non ad divinitatem respiciens, ita loquitur; sed ad naB turam humanam. Quatenus enim Deus est, soboles Dei, non creatum est: quatenus autem homo, tam creatum, quam Apostolus, & quæcumque nomina sunt hujus generis alia. Et quidem sciendum, hoc ipsum esse dogma Ecclesiæ nostræ, quod Arium evertat. Nam nisi duas in Christo naturas esse dixerimus, & humanæ quidem humiles hasce voces adtribuerimus; divinitati vero, diversas: nequaquam confutatus evertitur. Idcirco Arianum dogma, Christi corpus inanimum esse, tradebat: ut humiles ejusmodi voces Christo, non ut homini, adtribueremus; sed ut Dei Filio: deque ipsius sententia, Filius Patre minor deprehenderetur. Quod autem Christi corpus anima præditum fuerit, Christus ipse verbis hisce testatur; [d] *Turbata est anima mea*: deque C pluribus aliis probatur. Adversus hunc Arium presbyterum Alexandrinum, eximiorum CCCXVIII. episcoporum synodus Nicææ, Constantino imperante, coacta fuit: qui & officio removerunt eum, & symbolum sive doctrinæ formulam adversus ipsum exposuerunt, quæ vulgo habetur; & possunt eam qui cupiunt, consequi. Hæc tractare voluimus.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



a Joan. I. 1. b Hebr. I, 3. c Joan. x. 30. d Joan. XII. 27.

1. Περί.] Επί.

Hac quarta Actione Macedonii, Apollinaris, Nestorii, Eutychis hæreses deteguntur & examinantur, Dioscorus quod Eutychi hæretico favisset, in insulam relegatur.

ΠΡΑΞΙΣ δ'.


Μετὰ τὴν αἵρεσιν Ἀρείου, μᾶλλον δὲ αὐτῆς ἔτι συνισταμένης [ἐκράτησε γὰρ πολλὼ χρόνον] ἀνεφύησαν καὶ ἄλλαι δύο αἱρέσεις, ἥτε Μακεδονίου ἐπισκόπου ὄντος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἡ τοῦ Ἀπολιναρίου πρεσβυτέρου ὄντος. ἦν δὲ ἡ μὲν τοῦ Μακεδονίου αἵρεσις τοιαύτη. ἡμάρτανε περὶ τὴν θεότητα, ἐξ ἡμισείας συνασεβῶν τῷ Ἀρείῳ. τὸν μὲν δὲ γὰρ υἱὸν λέγων γέννημα τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα ποίημα ἔλεγε. καὶ ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ μὴ φανερῶς, φησι, κεῖσθαι ἐν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ, ὅτι Θεὸς ἦν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐλέγχεται δὲ ἀπὸ πολλῶν χρήσεων. καὶ περὶ τοῦ πνεύματος γὰρ τοῦ ἁγίου ὡς Θεοῦ, ἐμνήσθη ἡ ἁγία γραφή. πρῶτον μὲν γὰρ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων πρὸς Ἀνανίαν φησὶν ὁ ἅγιος Πέτρος· [a] Ἀνανία, ἵνα τί ἐπλήρωσεν ὁ σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαί σε ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν; οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ· ἰδοὺ γὰρ φανερῶς Θεὸν ἐκάλεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. εἶτα πάλιν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων λέγεται, ὅτι

ACTIO IV.

D I. Post Arii sectam, vel ea potius adhuc vigente, (nam longo tempore duravit) exortæ sunt aliæ duæ sectæ, Macedonii Constantinopolitani episcopi, & Apollinaris presbyteri. Macedonii quidem hæresis hujusmodi fuit. Circa divinitatem delinquebat, & ex semisse particeps erat impietatis Arianæ: nam Filium ex Deo genitum tradens, Spiritum creaturam esse dicebat. Atque hoc dogma suum ex eo confirmabat, quod apertus sacris in litteris, ut ipse quidem ajebat, textus non exstet, qui Spiritum sanctum esse Deum tradat. Sed multis auctoritatibus convincitur. Nam & Spiritus sancti, tamquam Dei, mentionem sacra scriptura fecit. Primum in Actis Apostolorum ad Ananiam sanctus Petrus ait: [a] *Cur satanas, Anania, cor tuum implevit, ut Spiritui sancto imponeres, partemque* E *de pretio fundi defraudares? Nonne tuum manebat, & in potestate tua distractum erat? Non hominibus, sed Deo mentitus es.* En aperte Spiritum sanctum adpellavit Deum. Deinde rursus in Actis Apostolo-

a Act. v. 3. 4.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



νηστευόντων αὐτῶν, καὶ λειτουργούντων τῷ κυρίῳ, εἶπε A τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀφορίσατέ μοι τόν τε Παῦλον, καὶ τὸν Βαρνάβαν, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. ἔδειξε γὰρ διὰ τοῦ, ἀφορίσατε, τὴν οἰκείαν ἐξουσίαν, ὅτι ὡς αὐτὸς ὢν Θεὸς διαλέγεται. εἰ γὰρ κτίσμα ἦν Θεοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀπεσταλμένον, εἶχεν αὖ εἰπεῖν· ὅτι εἶπεν ὁ κύριος, ἀφορίσατέ μοι τόν τε Παῦλον καὶ Βαρνάβαν. οὕτω γὰρ ἡ ἁγία γραφὴ εἴωθε λέγειν, ὅτε διά τινος ἐλάττονος ποιεῖται ὁ κύριος τὸν λόγον. καὶ ὁ κύριος δέ φησιν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις· τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· ὃ γέννημά ἐστι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ. οὐδαμοῦ γὰρ ἐπὶ κτίσματος φαίνεται τοῦτο ῥῆμα λέγουσα ἡ ἁγία γραφή. πάλιν ἐν ἑτέροις λέγει ὁ κύριος, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύμα- B τος. εἰ γὰρ ἦν κτίσμα τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐκ ἂν συνηριθμήθη αὐτὸ τοῖς ἀκτίστοις, ἵνα σὺν αὐτοῖς προσκυνῆται καὶ συνδοξάζηται.

rum dicitur: [a] *Ipsis jejunantibus, & ministrantibus Domino, dixisse Spiritum sanctum: Segregate mihi Paullum atque Barnabam ad illud opus, ad quod eos vocavi.* Nam dum inquit, *Segregate*; potestatem suam ostendit, quod ita scilicet loquatur, quasi Deus sit. Quippe si Dei creatum esset, & ab eo missus, sic loqui debuerat; Dixit Dominus, segregate mihi Paullum & Barnabam. Sic enim litteræ sacræ loqui solent, quoties per aliquem minorem Dominus verba facit. Ipse quoque Dominus in Evangeliis ait: [b] *Spiritus ille veritatis, qui de Patre procedit*: hoc est, qui ortus est de substantia Dei. Nusquam enim de creato verbum hoc usurpasse litteras sacras, constat. Rursus alibi Dominus ait: [c] *Profecti docete gentes universas, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Quod si Spiritus sanctus creatum esset, non cum increatis connumeratus fuisset, uti cum eis adoretur, & eadem gloria adficiatur.

Ὁ δὲ Ἀπολινάριος περὶ μὲν τὴν θεολογίαν οὐ φαίνεται ἁμαρτάνων, πλὴν διελέγχουσι καὶ τοῦτον οἱ Γρηγόριοι περὶ ταύτην ἁμαρτάνοντα. κτίσμα μὲν γὰρ, φασιν, οὐ λέγει· ὑπόβασιν δὲ μικρὰν λέγει τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, πρὸς τὸν πατέρα. περὶ δὲ τὴν οἰκονομίαν φανερῶς διεσφαλλέτο. ἔλεγε γὰρ, τὸ σῶμα ὃ ἐνεδύσατο ὁ Θεὸς λόγος, ψυχὴν μὲν ἔχειν, νοῦν δὲ οὐδαμῶς· ἀλλ' ὥσπερ ἄλογον ψυχὴν οὕτως ἔλεγεν ἔχειν. διϊσχυρίζετο δὲ τὸ δόγμα αὐτοῦ, οὐκ ὑπὸ ῥητοῦ τινος, ἀλλ' ἀπὸ περινοίας. ἔλε- C γε γὰρ, ὅτι ὁ νοῦς ἁμαρτητικόν τι ἐστίν. ἄτοπον δέ ἐστιν ὅλως, ὑπονοῆσαι περὶ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, ὅτι συνήφθη τινὶ ἁμαρτητικῷ. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι τοὐναντίον τῷ ἁμαρτητικῷ δεῖ μᾶλλον αὐτὸν ὑπονοῆσαι συναφθῆναι, τῷ καὶ σωτηρίας δεομένῳ. ἐκεῖνον γὰρ ἔσωσεν, ᾧ καὶ συνήφθη. τούτων τῶν δογμάτων κινουμένων, συνέρχεται ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος ἀνδρῶν ρ. ν. ἥτις ἄνδρας ἔσχε μεγάλους, τοὺς Γρηγορίους, καὶ Ἀμφιλόχιον. καὶ συναχθέντες, καθαίρουσι τὸν Μακεδόνιον καὶ Ἀπολινάριον· καὶ ἐκτέθεινται ὅρον ἤτοι μάθημα πίστεως, ὅπερ λέγομεν.

II. Apollinarem vero circa divinitatem deliquisse non adparet, quamquam & hunc duo Gregorii eo se errore convincunt obstrinxisse. Nam creati quidem ille mentionem non facit, inquiunt; inferiorem tamen gradum Filii tradit, & Spiritus sancti, respectu Patris. In dispensatione vero Christi, manifesto errabat. Corpus enim quod Deus ille Sermo induit, animam quidem habere, sed mente prorsus carere tradebat: quippe qui non aliter anima præditus esset, atque brutum aliquod animal. Hoc dogma suum, non aliquo scripturæ dicto, sed ratiocinando probabat. Quippe mentem ajebat esse quiddam peccato pollutum. Absurdum vero prorsus, de Dei Sermone cogitare, copulatum fuisse cum re peccato contaminata. Nos autem respondemus, e contrario potius existimandum, obnoxiæ peccato rei propterea fuisse copulatum, quod ea salutis indigeret. Nam illi salutem adquisivit, cui conjunctus fuit. Quum hæc essent moveri cœpta dogmata, Constantinopolitana synodus, hominum CL., coivit; in qua viri magni fuerunt, Gregorii duo, & Amphilochius. Hi collecti, Macedonium & Apollinarim ab officio removerunt, & decretum sive doctrinæ fidei formulam, ut loqui solemus, exposuerunt.

D

Περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἐγένοντο δύο ἄνδρες μεγάλοι, Διόδωρος ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μοψουεστίας· οἵτινες ἀντηγωνίσαντο πρὸς Ἀρειανοὺς, καὶ Μακεδόνιον, καὶ Ἀπολινάριον, καὶ τὴν ἄλλην γραφὴν ὑπεμνημάτισαν, καὶ ἐν τιμῇ ὄντες μεγάλῃ, ἀπέθανον· καὶ οὐδεὶς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἐπελάβετό τινος αὐτῶν· ἀλλ' ἐγκώμια ἔγραψαν εἰς αὐτοὺς πολλοί. καὶ Βασίλειος γὰρ αὐτοὺς ἐγκωμιάζει, καὶ Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος. ὕστερον δὲ κινουμένου τοῦ Νεστοριανοῦ δόγματος, ἠναγκάσθη Κύριλλος, ὁ πρώην αὐτοὺς ἐπαινῶν, κατὰ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν γράψαι. ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος. ὑπομνηματίσαντες γὰρ οὗτοι τὴν ἁγίαν γραφὴν, οὐκ ἔστησαν ἄχρι τοῦ δέοντος, ἀλλὰ βουληθέντες μερί- E σαι τὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ φωνὰς, τὰς μὲν τῇ θεότητι, τὰς δὲ τῇ ἀνθρωπότητι· εὑρέθησαν δύο ὑποστάσεις τοῦ Χριστοῦ καὶ διαίρεσιν εἰσάγοντες. καὶ δι' αὐτὸ ἠναγκάσθη ὁ Κύριλλος κατ' αὐτῶν γράψαι, ἐπεὶ ἀπ' αὐτῶν ἰσχυρίζετο τὸ δόγμα αὐτοῦ ὁ Νεστόριος. διὰ τοῦτο δὲ ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεῖπεν, ἐπειδὴ τὸ μάχεσθαι πρὸς τὰς μείζους αἱρέσεις, ἔσκεπε τὰ τοιαῦτα δόγματα. μετὰ δὲ χρόνον ὀλίγον τοῦ ἀποθανεῖν Θεόδωρον καὶ Διόδωρον, ἀνέ-

III. Exstiterunt ii temporibus magni quidam duo viri, Diodorus episcopus Tarsi, & Theodorus Mopsuestiæ: qui & adversus Arianos, & Macedonium, & Apollinarim pugnabant, universasque litteras sacras commentariis illustrabant; & in pretio habiti, mortem oppetierunt; nec ipsis vivis, quisquam dictum aliquod eorum reprehendebat; immo complures scriptis encomiis eos celebrarunt. Nam & Basilius, & Joannes Chrysostomus, eos prædicant. Verum postea moto dogmate Nestoriano, coactus est Cyrillus, qui & ipse pridem eos laudasset, adversus eorum opera scribere; quod dogma suum Nestorius ex eis confirmaret. Nam editis illi facras in litteras commentariis, intra fines non constiterunt; sed quum distribuere vellent sacrarum litterarum voces, alias ad divinitatem, alias ad naturam humanam relatas: deprehensum est, eos duas Christi hypostases, & divisionem quamdam introducere. Quam ob caussam Cyrillus adversus ipsos scribere coactus fuit, confirmante dogma suum ex eis Nestorio. Vivis quidem ipsis cur nemo contradixerit, factum ideo quod pugnandi contra sectas majores necessitas ejusmodi dogmata tegeret. At paullo post quam diem Theodorus ac Diodorus obiissent, suscitata Ne-

a Act. XIII. 2. b Joan. XV. 26. c Matth. XXVIII. 19.

στὴ ἡ αἵρεσις Νεστορίου. ἦν δὲ Κωνσταντινουπόλεως αὐτὸς ὁ Νεστόριος ἐπίσκοπος, Ἀλεξανδρείας δὲ Κύριλλος, Ἀντιοχείας δὲ Ἰωάννης.

Τί δὲ ἦν τὸ δόγμα τοῦ Νεστορίου, ἤδη μὲν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν· καὶ νῦν δὲ μικρὰ διεξέλθωμεν. οὐκ ἔλεγε γὰρ ἕνωσιν τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ δύο ὑποστάσεις ἔλεγε, καὶ διαίρεσιν. ὅθεν οὐδὲ τὴν ἁγίαν Μαρίαν ἐκάλει Θεοτόκον, ἀλλὰ χριστοτόκον. εἰ δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ Θεὸν ἀπεκάλει τὸν Χριστόν· ἀλλ' οὐκέτι ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ τῇ σχέσει καὶ τῇ οἰκειώσει. ὥσπερ λέγομεν περὶ δύο τινῶν φίλων, πάνυ ἀλλήλους ἀγαπώντων· ὅτι οἱ δύο οὗτοι μίαν ψυχὴν ἔχουσι, κατὰ τὸ τ' αὐτὰ ἀλλήλοις ἀρέσκειν, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλίας. τούτῳ δὲ τῷ Νεστορίῳ ἐναντίος ἦν ὁ Κύριλλος, καὶ ἔγραφεν αὐτῷ συνεχέστερον, ἀποστραφῆναι ἀπὸ τοῦ δόγματος τούτου· ἔγραψεν οὖν πρώτην αὐτῷ καὶ δευτέραν ἐπιστολὴν, καὶ οὐκ ἔπεισεν αὐτόν. ὕστερον δὲ γράφει αὐτῷ τρίτην ἐπιστολὴν, ἐν ᾗ ἔγραψε δώδεκα κεφάλαια περὶ πίστεως· καὶ ὕστερον ἔγραψεν, ὅτι εἰ μὲν καταδέχῃ ταῦτα, συλλειτουργὸς ἡμῶν εἶ, καὶ φίλος· εἰ δὲ μὴ, ἀνάθεμα ἔσῃ. οὐδ' οὕτως δὲ ἔπεισε· κινουμένης δὲ τῆς μάχης ταύτης, κελεύει ὁ βασιλεὺς [ἦν δὲ Θεοδόσιος ὁ μικρὸς] γενέσθαι σύνοδον ἐν Ἐφέσῳ, καὶ κριτὴν γενέσθαι Κυρίλλου καὶ Νεστορίου Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας ἐπίσκοπον. ἦλθεν οὖν ὁ Κύριλλος εἰς τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν μετὰ πάσης τῆς συνόδου αὐτοῦ εἰς τὴν Ἔφεσον. ὁμοίως καὶ Νεστόριος μετὰ τῆς αὐτοῦ συνόδου. ἐμβραδύναντος δὲ Ἰωάννου ἐλθεῖν, καὶ παραπροθεσμήσαντος ἡμέρας ιϛ'. νομίσας ὁ Κύριλλος, ὅτι οὐκέτι ἔρχεται, συναγαγὼν τοὺς εὑρεθέντας ἐπισκόπους, καὶ ἀνεγνωκὼς ἐπὶ αὐτῶν τὰ Νεστορίου συγγράμματα, καὶ ὕστερον ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων χρήσεις ἐναντιουμένας αὐτοῖς, Νεστορίου μὴ συνελθόντος, ἀλλὰ λέγοντος προσμένειν τὸν κριτὴν, ποιεῖ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ. μετὰ δὲ ιϛ'. ἡμέρας ἐλθὼν ὁ Ἰωάννης, καὶ εὑρὼν τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου γενομένην χωρὶς αὐτοῦ, ἀγανακτήσας καὶ λυπηθεὶς, ὅτι πρὸς ἀτιμίαν αὐτοῦ γέγονε χωρὶς αὐτοῦ ἡ καθαίρεσις Νεστορίου· εἰς τὴν ἐκκλησίαν εἰς ἣν ἀνῆλθεν ὁ Κύριλλος, οὐ συνῆλθεν· εἰς ἄλλην δὲ ἀνελθὼν, ἐμάχετο μὲν πρὸς Κύριλλον, καὶ ἀνεθεμάτιζον ἀλλήλους· οὐκ ἀπεδέχετο δὲ Νεστόριον.

Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρετός τις ἐλλόγιμος, Κύρου ἐπίσκοπος ἀνατολῆς. οὗτος κατὰ Κυρίλλου λέγων, ἐπιλαμβάνεται καὶ τῶν ιβ'. κεφαλαίων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Νεστόριον, καὶ ἀνέτρεπεν αὐτὰ, λέγων ὅτι Ἀρειανός ἐστι Κύριλλος, καὶ τὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖ. ὁ γὰρ Κύριλλος Νεστορίῳ ἀπομαχόμενος, τῷ διαιροῦντι τὴν οἰκονομίαν, τῆς ἑνώσεως μᾶλλον φροντίδα πεποίηται. ὅθεν καὶ ἐδόκει πως τῷ Θεοδωρήτῳ ὁ Κύριλλος, ὡς μίαν φύσιν δοξάζων, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ, καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον. πλὴν οὐδὲ Θεοδώρητος φαίνεται πώποτε τὸν Νεστόριον ἀποδεχόμενος, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριλλον ἀπομεμφόμενος, διὰ τὴν συμβᾶσαν εἰς Ἰωάννην ἀτιμίαν. ἰστέον δὲ, ὅτι φέρεται Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας ἐπισκόπου, πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἐπιστολὴ πρὸς Νεστόριον ἀνατρέπουσα τὸ δόγμα αὐτοῦ, ἐν ᾗ ὑπέγραψαν πάντες οἱ τῆς αὐτοῦ συνόδου. ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι φέρονταί τινες ἐπιστολαὶ Θεοδωρήτου καὶ Νεστορίου, ἐν αἷς ἀλλήλους ἀποδέχονται. πλασταὶ δέ εἰσι. πλάττουσι δὲ αὐτὰς οἱ αἱρετικοὶ, τοῦ μάχεσθαι δι' αὐτῶν πρὸς τὴν σύνοδον. εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνώτω περὶ τῶν αἱρέσεων τὸ αὐτοῦ Θεοδωρήτου γεγραμ-

A storii fuit hæresis: eratque Constantinopolitanus episcopus hic ipse Nestorius, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Antiochenus.

IV. Quodnam dogma Nestorii fuerit, expositum id quidem est in iis quæ modo diximus: sed nihilo minus paucis explanemus. Non esse factam ajebat unionem Dei Sermonis cum homine, sed duas tradebat hypostases, ac divisionem: quamobrem nec sanctam illam Mariam vocabat Deiperam, sed Christiperam. Quod si maxime Christum & hominem, & Deum adpellabat: non tamen hoc eo faciebat sensu, quo nos; sed adfectionis conjunctionisque respectu: quemadmodum de duobus quibusdam amicis dicimus, invicem valde se diligentibus, unam B eos habere animam: quod amoris nimii caussa, eadem ipsis placeant. Huic autem Nestorio Cyrillus adversabatur, litterasque frequentes exarabat, ut hominem ab illo dogmate diverteret. Hoc studio impulsus, & primam ad ipsum & alteram scripsit epistolam, nec tamen persuasit. Tandem litteras ad eum tertias dedit, in iisque XII. de fide capitula perscripsit, & adjecit in extremis: Si quidem hæc recipis, & ministerii consors, & amicus noster es: sin autem, anathema eris. Verum ne sic quidem persuasit. Hac autem rixa mota, jubet imperator, (is erat Theodosius minor) Ephesi synodum haberi, judicemque constitui tam Cyrillo quam Nestorio, Joannem Antiochenum episcopum. Itaque Cyrillus universo cum cœtu suo, Ephesum ad diem C præstitutum venit: itidemque suo cum concilio, Nestorius. Quum autem Joannes adventum suum longius extraheret, & ultra diem dictum moram XVI. dierum interponeret: Cyrillus eum non venturum amplius arbitratus, coactis episcopis, quotquot inventi sunt; & lectis in eorum præsentia Nestorii scriptis, itidemque patrum auctoritatibus quæ his adversarentur: absente Nestorio qui judicem exspectare se diceret, eum ab officio removendum statuit. Post XVI. vero dies, ubi Joannes jam adventasset, factamque Nestorii depositionem absque se comperisset: ira partim, partim dolore impulsus, quod ipsius ad infamiam Nestorii depositio, nulla interveniente scilicet ejus anctoritate facta fuisset; in ecclesiam quam Cyrillus adierat, minime se contulit; D sed in aliam digressus, Cyrillum quidem oppugnabat, invicemque se anathemati subjiciebant; non tamen Nestorium admittebat.

V. Aderat Joanni Theodoretus quidam, vir eruditus & eloquens; Cyri, orientis oppidi, episcopus. Hic Cyrillum oppugnans, XII. quoque capita reprehendit, quæ in epistola ad Nestorium tertia perscripserat; eaque sic refutabat, ut Cyrillum & Arianum, & ab Eunomio atque Apollinari esse diceret. Quippe Cyrillus cum Nestorio pugnans, dispensationem Domini dividente, præcipuam inculcandæ unionis curam sibi sumsit. Ideoque Theodoreto Cyrillus quodam modo naturam unam, Arianorum & Apollinaristarum more, opinari videbatur. Verum E ne Theodoretum quidem constat umquam admisisse Nestorium, sed dumtaxat de Cyrillo questum, ejus infamiæ caussa, quæ Joanni contigisset. Sciendum vero, circumferri Joannis episcopi Antiocheni scriptam ante hanc synodum epistolam ad Nestorium, ipsius dogma refutantem: cui antistites universi ad Joannis concilium pertinentes subscripsere. Sciendum & illud, circumferri quasdam Theodoreti ac Nestorii epistolas, in quibus se mutuo recipiunt; sed fictitiæ sunt: & fingunt eas hæretici, ut earum ope synodum oppugnent. Si cui vero cognoscere libet, quam gravi Nestorium Theodoretus odio prosequu-

μένου βιβλίου. καθαιρεθέντος οὖν Νεστορίου, καὶ τούτων κινηθέντων, διαλύεται ἡ σύνοδος, ἑκάστου ἀναχωρήσαντος εἰς τὸν ἴδιον τόπον. καὶ ὁ μὲν Κύριλλος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἦλθεν, ὁ δὲ Ἰωάννης εἰς Ἀντιόχειαν. καὶ ἦν ἐκ τούτου μάχη τῶν Αἰγυπτίων πρὸς τοὺς ἀνατολικούς. καὶ ἐδοκοῦντο οἱ μὲν ἀνατολικοὶ τὰ Νεστορίου φρονεῖν· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι τὰ Ἀπολιναρίου. τῆς δὲ μάχης ταύτης ἐνισταμένης, γράφει ὁ Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Κυρίλλῳ, ἵνα φιλιωθῇ Ἰωάννῃ· καὶ Ἰωάννῃ, ἵνα φιλιωθῇ Κυρίλλῳ. καὶ δεξάμενος ὁ Ἰωάννης τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως, ποιεῖ ἐπιστολὴν πρὸς Κύριλλον, περιέχουσαν πῶς δοξάζει, καὶ πέμπει διὰ Παύλου, τῆς τῶν Ἐμεσηνῶν πόλεως, ἐπισκόπου. καὶ συναινέσαντος αὐτῇ Κυρίλλου, διαλύεται ἡ μάχη τῶν ἀνατολικῶν ἐπισκόπων πρὸς Αἰγυπτίους. χρόνου δὲ ὀλίγου διαδραμόντος, ἄρχεται ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος κινεῖσθαι.

A tus fuerit, is librum ipſius Theodoreti perſcriptum de ſectis legat. Itaque Neſtorio depoſito, & hiſce rebus motis, ſynodus ipſa ſolvitur, quolibet ſuum ad locum profecto. Alexandriam Cyrillus, Joannes Antiochiam abiit; & ex eo rixa inter Ægyptios & orientales erat. Orientales cum Neſtorio ſentire putabantur, Ægyptii cum Apollinari. Hac ineunte rixa, Theodoſius imperator Cyrillo ſcribit, amicitiam cum Joanne redintegraret: ac Joanni, Cyrillo ſe reconciliaret. Joannes acceptis litteris imperatoris, epiſtolam ad Cyrillum componit, qua ſententiæ ſuæ formulam complectebatur, eamque Paulli Emeſenæ urbis epiſcopi opera Cyrillo mittit. Hac a Cyrillo adprobata, orientalium epiſcoporum B adverſus Ægyptios rixa extincta eſt. Quumque paullum temporis intercesſiſſet, Chalcedonenſe concilium cogi cœpit.

Ἦν δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους, τῆς ἐκκλησίας Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, Διόσκορος· Κωνσταντινουπόλεως δὲ, Φλαβιανός· Ῥώμης δὲ Λέων· Ἀντιοχείας δὲ, Δόμνος. ἐν δὲ Κωνσταντινουπόλει ἦν τις Εὐτυχὴς τῷ ὀνόματι, πρεσβύτερος καὶ Ἀρχιμανδρίτης, ὅστις ἐδόξαζε, μὴ εἶναι μὲν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὁμοούσιον ἡμῖν μετὰ τὴν ἕνωσιν· διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἑνώσεως, καὶ τὸ μίαν φύσιν λέγειν, οὐκ ἔλεγεν ὁμοούσιον ἡμῖν μετὰ τὴν ἕνωσιν τὸ σῶμα. τούτῳ τῷ Εὐτυχεῖ γνώριμος ἦν Εὐσέβιος ὁ Δορυλέων ἐπίσκοπος. καὶ γνοὺς ἐξ αὐτοῦ τὸ δόγμα τοῦτο, ἀνήγγειλε Φλαβιανῷ, λέγων· δεῖ σε ἐπιτιμῆσαι τῷ Εὐτυχεῖ, τοιοῦτο δόγμα εἰσφέροντι, ἵνα μὴ διαστραφῇ ἡ πίστις ἡμῶν. ὁ οὖν Φλαβιανὸς τούτων ἀκούσας, συνήγαγε τοὺς αὐτοῦ συνόδου ἐπισκόπους ὡς περὶ λʹ. καὶ ἠρώτησεν ἐπὶ αὐτῶν τὸν Εὐτυχῆ, λέγων· ὅτι ὁμολογεῖς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὁμοούσιον ἡμῖν, καὶ ἢ οὔ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι μέχρι μὲν τῆς σήμερον οὐχ ὡμολόγουν· δι' ὑμᾶς δὲ ὁμολογῶ. τοῦτο δὲ ἔλεγεν εἰρωνείᾳ. ἀπεκρίνατο πρὸς αὐτὸν ὁ Φλαβιανός· οὐχ ἡμεῖς ἐσμεν, οἱ ταῦτά σοι λέγοντες ὁμολογεῖν, ἀλλ' οἱ πατέρες. εἰ οὖν ὁμολογεῖς, ἀναθεμάτισον τοὺς μὴ οὕτω δοξάζοντας. ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὡς εἶπον, μέχρι τῆς σήμερον οὐχ ὡμολόγουν τοῦτο· δι' ὑμᾶς δὲ λέγω. οὐκ ἀναθεματίζω τινά· ἐὰν γὰρ ἀναθεματίζω τινὰ, τοὺς πατέρας μου ἀναθεματίζω, καὶ τὴν ἁγίαν γραφήν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ λέγουσα, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡμῖν ὁμοούσιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα ἀκούσας ὁ Φλαβιανὸς, καθεῖλεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς πρεσβυτερείας, καὶ τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀρχιμανδρίτην, εἰπὼν, ὅτι οὐκ ἔστι κατ' ἀνάγκην πίστις.

VI. Erat autem illis annis Alexandrinæ præſes eccleſiæ Dioſcorus, Conſtantinopolitanæ Flavianus, Romanæ Leo, Domnus Antiochenæ: ac degebat Conſtantinopoli quidam, cui nomen eſſet Eutyches, dignitate presbyteri & archimandritæ præditus: qui Chriſti corpus non unius eſſe nobiſcum ſubſtantiæ poſt unionem traderet. Nam quod unionem nimiam, & unam adeo naturam ſtatueret; Chriſti corpus unius eſſe nobiſcum naturæ poſt unionem negabat. Huic Eutychi notitia cum Euſebio Doryleorum epiſcopo intercedebat, qui hoc ejus ex ipſomet intellecto dogmate, rem ad Flavianum verbis hiſce detulit: Increpandus tibi Eutyches, hujuſmodi dogmatis au- C ctor; ne fides noſtra pervertatur. Quibus auditis, Flavianus epiſcopos ſuæ ditionis ad xxx. coegit, iiſque præſentibus interrogavit Eutychem, Chriſti ne corpus ejuſdem eſſe nobiſcum ſubſtantiæ fateretur, an non? Ille vero reſponderit, hactenus id ſe quidem minime faſſum; ſed ipſorum tamen cauſſa nunc confiteri: quod ſane per ſimulationem ab eo proferebatur. Viciſſim Flavianus dicere, non ipſos eſſe qui hæc eum confiteri juberent; ſed patres: ideoque ſi confiteretur, anathemate diverſum ſentientes exſecraretur. Ille Flaviano reſpondere, ſe, quemadmodum antea dixiſſet, ad eum diem id minime confeſſum: ipſorum tamen gratia facturum. Neminem interim anathematizare: quippe ſi hoc fa- D ceret, anathemate patres exſecraturum, ipſaſque ſacras litteras; quæ ſic loquantur, ut Chriſti corpus ejuſdem nobiſcum eſſe ſubſtantiæ negent. Quibus auditis, ab ordine presbyterorum, & archimandritæ munere Flavianus eum removit: quum quidem diceret, fidem non admittere coactionem.

Τούτου δὲ καθαιρεθέντος, γράφει ὁ Φλαβιανὸς τῷ Λέοντι Ῥώμης ἐπισκόπῳ τὴν καθαίρεσιν· καὶ ἀντιγράφει πρὸς αὐτὸν Λέων, ὅτι καλῶς αὐτὸν καθεῖλε. καλεῖται οὖν ἡ ἐπιστολὴ αὕτη Τόμος Λέοντος, περὶ οὗ ἀμφιβάλλουσιν οἱ διακρινόμενοι λέγοντες αὐτὴν κακῶς ἔχειν. ὁ δὲ Εὐτυχὴς μετὰ τὴν καθαίρεσιν συνεχῶς ἐνετύγχανε τῷ βασιλεῖ, λέγων ἠδικῆσθαι ὑπὸ Φλαβιανοῦ. καὶ τότε κελεύει ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος, γενέσθαι ἐν Ἐφέσῳ οἰκουμενικὴν σύνοδον, ἵνα κρίνωσιν, εἰ καλῶς καθεῖλεν ὁ Φλαβιανὸς τὸν Εὐτυχῆ, ἢ οὔ. ἐπέτρεψε δὲ τὴν πᾶσαν κρίσιν Διοσκόρῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας. γενομένης δὲ τῆς συνόδου, πρῶτον μὲν ἄτοπον ἐποίησεν ὁ Διόσκορος. μόνον γὰρ ἀνέγνω τὰ πεπραγμένα Φλαβιανοῦ, οὐκ εἴασε δὲ αὐτὸν συνηγορῆσαι αὐτοῖς, ἢ ἐρωτῆσαι αὐτὸν τί ποτε, περὶ ὧν ἀμφιβάλλειν ἐνόμιζε. δεύτερον δὲ, οὐδὲ τὸν κατήγορον Εὐτυχοῦς, Εὐσέβιον εἴασε παρελθεῖν εἰς τὴν κρίσιν· ἀλλὰ καταψηφισάμενος Φλαβιανοῦ, καθεῖλεν αὐτόν· τὸν δὲ Εὐτυχῆ ἐδέξατο, καὶ ἐποίησε πάλιν πρεσβύτ-

VII. Hoc ab officio remoto, Flavianus ad Leonem Romanum epiſcopum de hominis depoſitione perſcribit. Reſpondet Leo, rite depoſitionem illam eſſe factam: quæ quidem epiſtola Tomus Leonis adpellari ſolet, de quo ancipites ſunt eorum qui Hæſitantes dicuntur, ſententiæ; male comparatam dicentium. Eutyches autem ab officio remotus, im- E peratorem adire crebro, ſibique factam a Flaviano injuriam dicere. Quapropter imperator Theodoſius generale concilium Epheſi coire jubet; in quo cognoſceretur; recte ne Flavianus Eutychem depoſuiſſet, an non. Univerſam vero cauſſæ cognitionem Dioſcoro epiſcopo Alexandrino mandat. Itaque coacta ſynodo, primum hoc abſurde Dioſcorus egit; quod geſta Flaviani dumtaxat legebat, nec patrocinii copiam ei faciebat, aut interrogandi de iis quæ dubia putarentur. Alterum, quod accuſatorem Eutychis Euſebium adeſſe judicio minime permittebat: ſed lata ſententia contra Flavianum, mox eum abdicabat; admiſſo ad communionem Eutyche, quem

ρον καὶ ἀρχιμανδρίτην. τούτου γενομένου, διελύθη ἡ σύνοδος. καὶ ἀποθανόντος Φλαβιανοῦ, ἀπελθόντες οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου, [αὐτὸς γὰρ οὐδέποτε ἀφικνεῖτο εἰς σύνοδον] ἀπήγγειλαν αὐτῷ τὰ γενόμενα. ὁ δὲ ἀκούσας, ἠγανάκτησε, καὶ προσέρχεται Οὐαλεντινιανῷ τῷ Ῥώμης βασιλεῖ, ὑπὲρ τοῦ ἐκδίκησιν παθεῖν· τοὺς χρόνους γὰρ ἐκείνους, βασιλεὺς εἷς ἦν ἐν Ῥώμῃ, καὶ εἷς ἐν Βυζαντίῳ. Οὐαλεντινιανὸς οὖν ὀχλούμενος ὑπὸ Λέοντος τοῦ πάπα, γράφει Θεοδοσίῳ τῷ μικρῷ, ἵνα ἐπιτρέψῃ σύνοδον γενέσθαι, ἐν ᾗ γνῶναι, εἰ καλῶς ἔκρινεν ὁ Διόσκορος, ἢ οὔ. ὁ δὲ Θεοδόσιος ἀντέγραψεν αὐτῷ, λέγων· ὅτι οὐ ποιῶ ἄλλην σύνοδον. καλῶς γὰρ ἔκρινεν ὁ Διόσκορος. ἀποθανόντος δὲ Θεοδοσίου, γίνεται βασιλεὺς Μαρκιανὸς, καὶ ἐπιτρέπει B εὐθέως γενέσθαι οἰκουμενικὴν σύνοδον ἐν Χαλκηδόνι, ὀφείλουσαν κρῖναι τὰ πεπραγμένα παρὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου, εἰ κακῶς ἔκρινε γενέσθαι τὰ γινόμενα [1] περὶ Φλαβιανὸν ἐν Βυζαντίῳ. ταύτης οὖν τῆς συνόδου γενομένης, ἀνδρῶν χλ΄. τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ συνῆλθεν αὐτοῖς Διόσκορος· εἶτα ἑσπέρας καταλαβούσης, καὶ διαλυθέντος τοῦ συνεδρίου, τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ ἐλθόντες ἔπεμψαν καὶ δὶς, καὶ τρίτον, καὶ οὐκ ἠνέσχετο ἐλθεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἦλθε μετασταλεὶς ἐκ τρίτου, κατὰ τοὺς κανόνας καθαιροῦσιν αὐτὸν, καὶ ἐξορίζουσιν εἰς Γάγγρας· καὶ ἐκτίθενται μάθημα, πῶς δεῖ πιστεύειν· ὅτι ἕνα Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως. καὶ οὕτω διαλύεται ἡ σύνοδος.

A quidem & in ordinem presbyterorum, & in archimandritæ locum restituit. Hoc peracto, finem synodus habuit. Quumque diem Flavianus obiisset, domum profecti vicarii Romani episcopi qui synodo non interfuerat; quæcumque accidissent, renuntiarunt. Ille rebus hisce cognitis excandescere, Romanum principem Valentinianum adire, quo vindictam caperet: quippe temporibus iis unus Romæ imperator erat, alter Byzantii. Valentinianus ergo cui Leo papa molestus esset, Theodosio minori scribit, synodum haberi juberet, in qua cognosceretur, recte ne Dioscorus an male judicasset. Rescribit Theodosius, auctorem se alterius concilii nequaquam futurum, quod recte judicasset Dioscorus. Sed Theodosio mortuo, Marcianus imperio potitur, statimque generale concilium Chalcedone haberi mandat, quod de synodi Ephesinæ actis agnosceret, male ne de gestis a Flaviano Byzantii pronuntiasset. Itaque quum hæc synodus convenisset in qua viri DCXXX. erant, primo quidem die Dioscorus cum ceteris congressus est. Deinde quum advesperasset, synodusque dimissa fuisset; postridie collecti reliqui, bis terve ad Dioscorum miserunt, qui tamen venire recusabat. Ubi tertio citatus non venit, hominem ab officio secundum canones removent, & Gangras in exsilium mittunt; fideique formulam, quo pacto credendum sit, exponunt: esse scilicet unum Christum in naturis duabus citra confusionem ac divisionem confitendum. Atque hoc modo concilium dimissum fuit.

1 Περὶ φλ.] Παρὰ φλ.

Declarantur in hac quinta Actione quædam factiones non leves inter ecclesiasticos rectores exortæ propter concilium Chalcedonense; ad quas tollendas necessarium fuit ut imperatoris accesserit auctoritas, quæ contumaces punivit, bene sentientes conservavit. Debinc novæ secutæ sunt quæstiones de corruptibili & incorruptibili natura Christi: hinc novi in Ecclesia tumultus: quibus sedatis novi hæretici erumpunt Agnoetæ, Christum ignorantiæ arguentes: post Agnoetas venere Tritheitæ suam hæresim Philoponi summi philosophi auctoritate fulcientes.

ΠΡΑΞΙΣ ε΄. C ACTIO V.

ΔΙαλυθείσης δὲ τῆς συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι, καὶ Διοσκόρου ἐξορισθέντος εἰς Γάγγρας, συναπερράγη αὐτῷ πᾶς ὁ ὄχλος Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου. καὶ γίνεται ἀντ᾽ αὐτοῦ δεχόμενος τὸ δόγμα τῆς συνόδου Προτέριος. τούτῳ δὲ οὐδεὶς τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκοινώνει, ἀλλ᾽ οὕτως αὐτὸν ἐμίσουν, ὥστε ἀναχθέντες ἔκαυσαν αὐτόν. οἷα δὲ αὐτοῖς ἐγένετο διὰ τὸ φονεῦσαι αὐτὸν κακὰ ἀπὸ τοῦ βασιλέως Λέοντος, οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν νῦν. ἀποθανόντος δὲ Διοσκόρου ἐν Γάγγραις, διαδέχεται αὐτὸν Τιμόθεος. D καὶ ἦν ὁ μὲν Προτέριος φανερῶς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπος, ὁ δὲ Τιμόθεος κρύφα. οὗτος δὲ ὁ Τιμόθεος ἀνεθεμάτιζε καὶ τὴν σύνοδον, καὶ τὸν μὲν Εὐτυχῆ, ἐπειδὴ μὴ ἔλεγεν ὁμοούσιον ἡμῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· τὴν δὲ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ὅτι δύο φύσεις ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ. ἀπελογεῖτο δὲ καὶ ὑπὲρ Διοσκόρου, ὅτι ὡς λέγει, οὕτως ἐπίστευε. καυθέντος δὲ τοῦ Προτερίου διαδέχεται Τιμόθεος. καὶ ἦσαν δύο Τιμόθεοι, ὁ μὲν, φανερῶς δεχόμενος τὸ δόγμα τῆς συνόδου· ὁ δὲ κρύφα, δεχόμενος τὸν Διόσκορον. ἀποθανόντων οὖν τῶν δύο τούτων, τὸν μὲν ἀπὸ Διοσκόρου διαδέχεται Πέτρος ὁ Μογγός· τὸν δὲ E τῆς συνόδου, Ἰωάννης.

I. SOluto Chalcedonensi conventu, & Dioscoro Gangras relegato; universa plebs Alexandrina & totius Ægypti cum eo defecit. Substitutus est autem in ejus locum Proterius, qui concilii decretum recipiebat. Cum hoc Alexandrinus nemo communicabat, sed hominem tanto prosequebantur odio, tandem ut eum concursu facto vivum cremarent. Et quæ perpessi sint ob cædem hujus ab imperatore Leone mala, ne dici quidem modo potest. Dioscoro Gangris exstincto, Timotheus succedit: eratque palam Proterius Alexandrinus Episcopus, Timotheus occulte. Hic Timotheus pariter & synodum, & Eutychem anathematizabat: hunc quidem propterea quod Christi corpus ejusdem esse nobiscum substantiæ non diceret; synodum vero quod Christi naturas duas traderet. Dioscorum quoque purgabat, qui sicuti loqueretur, ita crederet. Proterio cremato Timotheus successit. Itaque duo erant Timothei; palam unus, qui decretum synodi recipiebat; alter occulte, qui Dioscorum acceptabat. Hisce duobus mortuis, in adhærentis Dioscoro locum Petrus Mongus succedit: ei vero qui synodum probabat, Joannes.

Ἐβασίλευε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους ὁ Ζήνων. οὗτος θεωρῶν τὸ σχίσμα τοῦτο μέγα, βουλόμενος ἕνωσιν ποιῆσαι τῶν ἐκκλησιῶν, γράφει ἐπιστολὴν, ἥπερ ἐκλήθη Ἑνωτικὸν, περιέχουσαν περὶ πίστεώς τινα, ἅπερ εἶχε τὸ μάθημα τῶν ἐν

II. Imperio temporibus illis Zeno potiebatur. Hic magnum esse videns hoc dissidium, & unire volens ecclesias, epistolam perscribit, quam Henoticum (ab unione) vocarunt; continentem quædam de fide, quæ quidem & fidei Nicænæ for-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



Νικαίᾳ, καὶ ἄλλα τινὰ μέσα, ἅπερ ὡμολόγουν κοινῶς ἑκάτεροι, ὀρθῶς δὲ εἰς τὰ κατὰ τὰ ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· διαῤῥήδην δὲ αὐτὴν οὐκ ἀνεθεμάτιζε· τοῦτο δὲ ἔγραφεν, ὅτι εἴ τις τῶν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἢ τῶν πρότερον ἀλλαχοῦ γενομένων, μὴ καλῶς δοξάζει, ἀνάθεμα ἔστω. τούτου τοῦ ἑνωτικοῦ ἐλθόντος, δέχεται μὲν αὐτὸ Πέτρος ὁ Μογγὸς, φεύγει δὲ Ἰωάννης εἰς Ῥώμην. ἐφ' οὗ καὶ Πέτρος ὁ Κναφεὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ ὑπὸ Ζήνωνος προβάλλεται ἐπίσκοπος. γενομένης δὲ τῆς ἑνώσεως, ὁ Πέτρος δηλονότι παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι προετιμᾶτο. δεξάμενος οὖν τὸ ἑνωτικὸν ὁ Πέτρος, δέχεται καὶ τὸν θρόνον Ἀλεξανδρείας, καὶ οὐκέτι ἦν κρύφα, ἀλλὰ φανερῶς ἐπίσκοπος. διὰ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μίσους, ὅπερ εἶχον πρὸς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ἀποσχίζονταί τινες ἀπὸ Πέτρου, καὶ οὐκ ἐκοινώνουν αὐτῷ. διότι δεξάμενος τὸ ἑνωτικὸν, οὐ φανερῶς ἀνεθεμάτιζε τὴν σύνοδον. καὶ ἐλέγοντο οἱ τοιοῦτοι Ἀκέφαλοι, διότι τῷ πατριάρχῃ αὐτῶν μὴ ἀκολουθήσαντες, καθ' ἑαυτοὺς ἐκοινώνουν. εἶτα ὁ Πέτρος θεωρῶν τὸν δῆμον ἐπὶ πολὺ σχιζόμενον, ἀναγκάζεται φανερῶς ἀναθεματίσαι τὴν σύνοδον, καὶ ἐδέχετο μὲν τὸ ἑνωτικὸν, ἀνεθεμάτιζε δὲ καὶ τὴν σύνοδον φανερῶς. οὐδὲ οὕτως ἐκοινώνησαν αὐτῷ οἱ Ἀκέφαλοι, ὅτι ὅλως ἐδέξατο ἐξ ἀρχῆς τὸ ἑνωτικὸν, μὴ ἀναθεματίσας τὴν σύνοδον.

A mula complectitur, & alia quædam media, quæ communiter illa quidem utrique confitebantur; sed erant directo decretis synodi Chalcedonensis contraria. Quam ipsam tamen expresse non anathematizabat: sed erant hæc verba perscripta: *Si quis eorum qui Chalcedonensi synodo adfuerunt, aut aliis alibi prius habitis, non recte sentit, anathema sit*. Hoc unionis scriptum Alexandriam allatum Petrus Mongus recipit, Joanne Romam fugiente. Sub Zenone Petrus quoque Fullo auctoritate imperatoria fit Antiochenus episcopus. Unione facta, Petrus apud Alexandrinos in honore præcipuo erat, probatoque unionis illo scripto, solio potitur Alexandrino; nec jam amplius occulte, sed palam erat episcopus. Quidam tamen B nimio contra synodum Chalcedonensem odio impulsi, secessionem a Petro faciunt, nec cum illo communicabant ob eam caussam, quod unionis scripto probato, synodum anathemate manifesto non fuisset exsecratus. Atque hi vocabantur Acephali, (capite carentes) quod patriarcham suum minime sequuti, seorsum communicarent. Hinc Petrus qui populum multipliciter scindi videret, tandem palam synodum anathematizare cogitur: quo fiebat, ut pariter & unionis scriptum reciperet, & palam anathemati synodum subjiceret. Verum ne sic quidem Acephali cum eo communicabant, qui ab initio scriptum unionis adprobasset, non anathematizata synodo.

Τὸν δὲ Πέτρον διεδέξατο Ἀθανάσιος. καὶ οὗτος δεχόμενος τὸ ἑνωτικὸν, ἀνεθεμάτιζε τὴν σύνοδον. πλὴν οὐδὲ τούτῳ ἐκοινώνησαν οἱ Ἀκέφαλοι, διότι τὸν Πέτρον ἐδέχετο. μετὰ δὲ τὸν Ἀθανάσιον γίνεται Ἰωάννης, καὶ πάλιν Ἰωάννης, εἶτα Διόσκορος, καὶ εἶθ' οὕτω Τιμόθεος. καὶ οὗτοι δὲ πάντες, δεχόμενοι μὲν τὸ ἑνωτικὸν, ἀναθεματίζοντες δὲ τὴν σύνοδον. ἀποθανόντος δὲ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως, διαδέχεται τὴν βασιλείαν ὁ Ἀναστάσιος, καὶ τότε πλέον κρατεῖ τὸ κατὰ τῆς συνόδου δόγμα. τῶν γὰρ διακρινομένων ἦν ὁ Ἀναστάσιος, ἐφ' οὗ καὶ Σευῆρος γίνεται ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπίσκοπος, τὰ αὐτὰ φρονῶν Τιμοθέῳ τῷ Ἀλεξανδρείας. ἀποθανόντος δὲ Ἀναστασίου, γίνεται βασιλεὺς Ἰουστῖνος ὁ πρῶτος, καὶ ὡς μετὰ ἕνα ἥμισυ ἐνιαυτὸν, εὐθέως Ἰουστινιανός. τούτου δὲ βασιλεύσαντος, καὶ τῶν συνοδιτῶν ὄντος, φοβηθεὶς ὁ Σευῆρος, φεύγει εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Ἰουλιανόν τινα ἐπίσκοπον Ἀλικαρνασοῦ. οὗτοι ἐλθόντες, ἐκαθέζοντο [1] εἰς τὸ ἔννατον. καί ποτε λόγου κινηθέντος μεταξὺ αὐτῶν, ἠμφισβήτουν [2] περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου, εἰ ἄρα τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ πρὸ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ φθαρτὸν ἦν, ἢ ἄφθαρτον. ὁ μὲν γὰρ Ἰουλιανὸς κατακολουθῶν τῇ ἀρχαίᾳ δόξῃ, ἔλεγεν ὅτι ἄφθαρτόν ἐστι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. εἰ μὴ γὰρ εἴπωμεν αὐτὸ ἄφθαρτον, ἀλλὰ φθαρτὸν, διαφορὰν εἰσάγομεν πρὸς τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. διαφορᾶς δὲ εἰσαγομένης, δύο φύσεις εὑρίσκονται ἐν τῷ Χριστῷ. καὶ τί ἀκαίρως μαχόμεθα τῇ συνόδῳ; πρὸς ταῦτα ἔλεγεν ὁ Σευῆρος, ὅτι δύναται καὶ ἄφθαρτον εἰπεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ διαφορὰν εἰσαγαγεῖν, καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν.

C III. Petro successit Athanasius, qui scripto unionis suscepto, anathemati synodum subjiciebat. Verum nec cum illo communicabant Acephali, quia Petrum reciperet. Post Athanasium Joannes fit episcopus, & rursum Joannes alter, inde Dioscorus, & tandem Timotheus. Hi omnes unionis scriptum recipiebant, & synodum anathematizabant. Zenone vero principe mortuo, Anastasius in imperio succedit, quo tempore dogma synodo contrarium vires majores adquirebat. Erat enim Anastasius ex eorum numero qui Hæsitantes vocabantur: sub quo & Severus episcopus Antiochenus designatur, cum Alexandrino Timotheo consentiens. Anastasio rebus humanis exemto, Justinus prior imperio potitur, ac post annum & dimidium mox Justinianus succedit. Eo rerum po D tito, qui synoditam se profiteretur, Severus metu impulsus, Alexandriam profugit, Julianum quemdam Halicarnasensem episcopum secum abducens. Posteaquam eo venissent, sedebant ad Ennatum; & mota inter ipsos aliquando quæstione de corruptibili & incorruptibili ambigebant, num scilicet Christi corpus ante resurrectionem ejus corruptibile fuerit, an incorruptibile. Julianus enim, insistens opinioni pristinæ, Christi corpus esse dicebat incorruptibile: quippe si non incorruptibile, sed corruptibile dixerimus, inquit, inter corpus & Sermonem Dei discrimen introducimus. At vero si discrimen constituatur, duæ in Christo naturæ reperiuntur. Et cur tam importune synodum oppugnamus? Ad ea Severus: posse se pariter & E Christi corpus incorruptibile dicere, & discrimen constituere; & nihilominus unam ei tribuere naturam.

Ἔμειναν οὖν οὗτοι μαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἐκτιθέμενοι. ὁ δὲ Τιμόθεος, ποτὲ μὲν τούτῳ, ποτὲ δὲ ἐκείνῳ συνήγορος ἦν. μέλλων δὲ ὁ Τιμόθεος συνιέναι πρὸς τὸν βασιλέα, τελευτᾷ. μεταστείλα-

IV. Itaque hi contendere inter se non desinebant, librisque rem prosequi. Timotheus autem modo huic, modo illi patrocinabatur: quumque imperatorem aditurus esset, vivendi finem fecit, ar-

1. Εἰς τὸ ἔννατον.] Vide sis quæ superius p. 153. not. c. observabamus ex Wesselingio ad Liberati Breviarium cap. XIX. Quibus addas velim quæ in hunc locum adnotavit Cotelerius *Eccl. Gr. Monum.* tom. I. pag. 809. c.

2. Περὶ φθαρτοῦ καὶ ἀφθάρτου.) Cotelerius in *Eccl. Gr. monum.* tom. I. pagg. 787. seq. ex Euthymii Panoplia Græca fragmentum refert Leontii, quod huic loco lucem adferre possit.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



το γὰρ αὐτὸν, [ὀφείλων ἢ πεῖσαι γενέσθαι συνοδίτην, ἢ καθελεῖν αὐτόν. ἦσαν δὲ τότε δύο ἄνδρες, Γαϊανὸς καὶ Θεοδόσιος. ὁ μὲν Γαϊανὸς ἀρχιδιάκονος Τιμοθέου, ὁ δὲ Θεοδόσιος λογογράφος. ἀποθανόντος οὖν Τιμοθέου, χειροτονεῖ ὁ κλῆρος, καὶ οἱ πρῶτοι τῆς πόλεως, Θεοδόσιον ἐπίσκοπον. τούτου χειροτονηθέντος, εἰσελθὼν ὁ δῆμος, καὶ ἑωρακὼς αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θρόνου καθεζόμενον, οὕτως ἠγανάκτησεν, [ἐμίσουν γὰρ αὐτὸν] ὥστε ἀθέως τις ἀπὸ τοῦ θρόνου ἔρριψεν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν Θεοδόσιος ἔφυγε· Γαϊανὸς δὲ βίᾳ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ ἐπίσκοπος. συναπέστησαν δὲ καὶ τοῖς προσώποις, οἱ τῆς πόλεως. οἱ μὲν γὰρ μεγάλοι τῆς πόλεως ἦσαν μετὰ Θεοδοσίου, ὁ δὲ δῆμος μετὰ Γαϊανοῦ. συνέβη οὖν οὐ μόνον τοῖς προσώποις συναπορραγῆναι τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς δόγμασιν. ὁ μὲν γὰρ Γαϊανὸς τῷ δόγματι ἠκολούθει Ἰουλιανοῦ, ὁ δὲ Θεοδόσιος τῷ δόγματι Σεβήρου.

cessitus enim a principe fuerat, vel persuasuro, synoditis uti se conjungeret; vel hominem ab officio remoturo. Erant id temporis viri duo, Gajanus & Theodosius: ille quidem archidiaconus Timothei, Theodosius vero scriptor orationum. Itaque mortuo Timotheo, clerus & urbis primates Theodosium suffragiis suis episcopum legunt: quo designato, plebs ingressa, quum in solio sedentem conspexisset, usque adeo indignata est, quod hominem odisset, ut mox eum quidam e throno dejiceret: quapropter aufugiente Theodosio, Gajanus ipsius loco per vim factus est episcopus. Et incolarum urbis quoque sequutæ sunt factiones, quippe magnates urbis a Theodosio stabant, plebs a Gajano: quapropter accidit, non solum ut hominum factionibus urbs tota distraheretur, sed etiam sententiis. Nam Gajanus Juliani sententiam sectabatur, Severi Theodosius.

Ἀκούσας δὲ τὰ γινόμενα Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς, πέμπει τὸν Νάρσην, ὀφείλοντα μαθεῖν, τίς ἐκ τῶν δύο ὀφείλει εἶναι ἐπίσκοπος. ὁ δὲ Νάρσης ἐλθὼν, καὶ ἐρωτήσας, τίς ἐκ τῶν δύο ἐστὶ πρῶτος γενόμενος, καὶ μαθὼν, ὅτι Θεοδόσιος· τὸν μὲν Γαϊανὸν ἐξώρισε, [καὶ ἀφανὴς ἐγένετο ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς σήμερον] τὸν δὲ Θεοδόσιον ἐκάθισεν εἰς τὸν θρόνον. χρόνου δὲ μικροῦ διαδραμόντος, πέμπει καὶ καθαιρεῖ καὶ τὸν Θεοδόσιον ὁ Ἰουστινιανὸς, καὶ φέρει αὐτὸν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἀντ' αὐτοῦ χειροτονήσας τὸν Παῦλον δεχόμενον τὸ δόγμα τῆς συνόδου. ὅστις καθῃρέθη, συνειδοκήσας φόνῳ. καθαιρεθέντος δὲ Παύλου, γίνεται ἀντ' αὐτοῦ Ζώϊλος, ὅστις καὶ αὐτὸς καθῃρέθη, ὡς ἐν τοῖς ἐφεξῆς λέξομεν. μετὰ Ζώϊλον γίνεται Ἀπολινάριος, μετὰ τὸν Ἀπολινάριον Ἰωάννης, μετὰ Ἰωάννην Εὐλόγιος. πάντες οὖν οὗτοι ἐπὶ Παύλου συνοδῖται. καὶ αὕτη μὲν ἡ τάξις τῶν ἐπισκόπων.

V. Imperator autem Justinianus auditis quæ fierent; Narsem ablegat, cogniturum uter ex ambobus esse deberet episcopus. Narses Alexandriam profectus, quum uter amborum prior factus fuisset episcopus, interrogasset; idque de Theodosio comperisset: Gajanum quidem in exsilium misit, qui ab eo tempore in hodiernum usque diem evanuit: Theodosium vero in solium collocavit. Nec multo elapso tempore, mittit Justinianus, ac Theodosium quoque removet; eique Byzantium deportato, Paullum subrogat, qui sententiam synodi amplectebatur. Is deinde remotus fuit, propter adprobatam cædem. Paullo dejecto, substituitur in ejus locum Zoilus; remotus & ipse ab officio, sicuti deinceps indicabimus. Post Zoilum fit episcopus Apollinaris, post Apollinarem Joannes, post Joannem Eulogius. Omnes hi post Paullum synoditæ fuerunt. Et hæc quidem episcoporum fuit series.

Καθεζομένου δὲ ἐν Βυζαντίῳ κατ' ἰδίαν τοῦ Θεοδοσίου, ἐκινήθη τὸ δόγμα τῶν Ἀγνοητῶν. ἐπειδὴ γὰρ λέγει ὁ κύριος, ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ὥραν τῆς κρίσεως, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος· ἐζητήθη, εἰ ἄρα ἠγνόει ὁ Χριστὸς, ὡς ἄνθρωπός που. καὶ ὁ μὲν Θεοδόσιος ἔλεγε μὴ ἀγνοεῖν, καὶ ἔγραψε κατὰ Ἀγνοητῶν. ἄλλοι δὲ ἔλεγον ἀγνοεῖν αὐτὸν, ὥσπερ καὶ πονέσαι λέγομεν αὐτόν. καὶ ἐκ τούτου ἀπεσχίσθησαν ἀπὸ τῶν Θεοδοσιανῶν οἱ λεγόμενοι Ἀγνοηταί. καὶ ἐκκλησίαν ἰδίαν ποιήσαντες καθ' ἑαυτοὺς ἐκοινώνουν. ἔτι δὲ καθεζομένου τοῦ Θεοδοσίου ἐν τῷ Βυζαντίῳ, ἐκινήθη πάλιν τὸ δόγμα τῶν Τριθεϊτῶν, οὗ αἱρεσίαρχος γέγονεν ὁ Φιλόπονος. ἐπεὶ γὰρ ἠπόρητο τῇ ἐκκλησίᾳ, ὅτι εἰ δύο λέγετε φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, ἀνάγκη ὑμᾶς καὶ δύο ὑποστάσεις εἰπεῖν. ἡ δὲ ἐκκλησία ἀνταπεκρίνατο, ὅτι εἰ μὲν ταὐτόν ἐστι φύσις καὶ ὑπόστασις, ἀνάγκη ἡμᾶς ὁμολογῆσαι τὸ ἄτομον. εἰ δὲ ἄλλο ἐστὶ φύσις, καὶ ἄλλο ὑπόστασις· τίς ἡ ἀποκλήρωσις, λέγοντας ἡμᾶς δύο φύσεις, ὁμολογῆσαι πάντως καὶ δύο ὑποστάσεις; ἀπεκρίναντο πρὸς τὴν ἐκκλησίαν οἱ αἱρετικοὶ, ὅτι ναὶ, ταὐτόν ἐστι φύσις καὶ ὑπόστασις. εἶτα πάλιν ἡ ἐκκλησία· εἰ ταὐτόν ἐστι φύσις καὶ ὑπόστασις, οὐκοῦν λέγομεν καὶ τῆς ἁγίας τριάδος τρεῖς φύσεις. ἐπειδὴ ὁμολογουμένως τρεῖς ὑποστάσεις ἔχει. ἐπειδὴ ταῦτα ἔλεγεν ἡ ἐκκλησία, ἀπεκρίνατο ὁ Φιλόπονος· ὅτι καὶ ἔστω τρεῖς φύσεις λέγειν ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος. ἔλεγε δὲ ταῦτα, λαβὼν τὴν ἀφορμὴν ἀπὸ τῶν Ἀριστοτελικῶν. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι εἰσὶ τῶν ἀτόμων καὶ μερικαὶ οὐσίαι, καὶ μία κοινή. οὕτως οὖν

VI. Quum autem privatus Byzantii Theodosius degeret, Agnoetarum (sic ab ignoratione dictorum) dogma motum fuit. Nam quia Dominus ait [a], neminem horam judicii scire, ne filium quidem, extra solum patrem: quæsitum est, an Christus eam ignoraret, ut homo. Theodosius Christum ignorare negabat, & adversus Agnoetas scripsit. Alii vero Christum horam ignorare tradebant, quemadmodum ipsum & dolorem sensisse dicimus. Inde divulsi sunt à Theodosianis, qui Agnoetæ vocantur: quumque peculiarem sibi fecissent ecclesiam, seorsum communicabant. Adhuc degente Byzantii Theodosio, denuo motum fuit dogma Tritheitarum: cujus sectæ princeps Philoponus exstitit. Quoniam enim objiciebat Ecclesiæ, si duas in Christo naturas diceret, necessario quoque duas hypostases confessuram: respondebat Ecclesia, si natura & hypostasis idem sint; necessario quoque confitendum individuum. Sin aliud natura, & aliud hypostasis; quænam illa sortitio fuerit, ut naturas duas statuentes, omnino duas quoque confiteamur hypostases? Ei respondebant hæretici plane idem esse naturam & hypostasim. Vicissim Ecclesia dicere, si natura & hypostasis idem sint, etiam in sancta Trinitate naturas tres esse dicendas; quum in confesso sit, eam tres hypostases habere. Hæc proferente Ecclesia, respondebat Philoponus, admittendum ut tres naturas in sacrosancta Trinitate profiteamur. Hæc autem dicebat, occasionem ex Aristotelicis nactus. Tradit enim Aristoteles individuorum & particulares esse substantias, & unam communem. Sic igitur & Phi-

[a] Marc. XIII. 32.

καὶ ὁ Φιλόπονος ἔλεγεν, ὅτι εἰσὶ τρεῖς μερικαὶ οὐσίαι ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος· καὶ ἔστι μία κοινή. ἐν τούτοις ἡ θεωρία.

A loponus ajebat, esse tres particulares in sancta Trinitate substantias, & unam communem. Hæc consideranda veniebant.

Hæc Actio sexta reprehendit quosdam qui synodum Chalcedonensem nolebant admittere: eorumdemque rationes & examinantur & refelluntur.

ΠΡΑΞΙΣ ϛʹ.

Μετὰ τὰ εἰρημένα, φέρε καὶ περὶ ἐπιχειρημάτων τινῶν, ἅπερ κοινῶς πρὸς τὴν ἐκκλησίαν λέγουσι πάντες οἱ διακρινόμενοι, μικρὰ διαλάβωμεν. διέλωμεν δὲ αὐτὰ τριχῇ, ἐπειδὴ τὰ μὲν αὐτῶν ἱστορικά εἰσιν, ἐκ τῶν πραχθέντων τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ λαμβανόμενα· τὰ δὲ ἀπὸ συλλογισμῶν, καὶ περινοίας· τὰ δέ, ἀπὸ χρήσεων. ἀλλὰ πρῶτον περὶ τῶν ἱστορικῶν διαλαμβάνωμεν. εἰσὶ δὲ ἃ μέλλομεν λέγειν, ἐπιχειρήματα τέσσαρα, ὧν πρῶτόν ἐστι τοῦτο, ὅτι οὐ δεῖ δέχεσθαι τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ἐπειδὴ οἱ ἐν αὐτῇ γενόμενοι ἄνδρες παλίμβολοι ἦσαν, καὶ ἀλλόκοτοι. οὗτοι γὰρ καὶ καθεῖλον τὸν Εὐτυχῆ ἐν Βυζαντίῳ, καὶ εἰς Ἔφεσον ἐλθόντες, τὸν μὲν Εὐτυχῆ ἐδέξαντο μετὰ Διοσκόρου, τὸν δὲ Φλαβιανὸν ἀπεβάλλοντο. πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πρῶτον μὲν δέον λογίζεσθαι ἡμᾶς τὰ ἀνθρώπινα. καὶ ἀλλαχοῦ γάρ τινες τῶν ἁγίων πατέρων ἐγκρίτων, τοῦτο φαίνονται πολλάκις πεπονθότες. ἔπειτα δέ, εἰ καὶ πέντε, ἢ τριάκοντα, ἢ πλείω ἀπὸ τῶν χλʹ. ἐκείνων εὑρεθέντες ἐν τῇ συνόδῳ ἐφάνησαν παλίμβολοι, οὐ διὰ τοῦτο χρὴ χλʹ. ἀνδρῶν σύνοδον ἀποβάλλεσθαι. δεύτερον δὲ ἐπιχείρημά ἐστιν ἐπὶ τοῦτο, ὅτι αὕτη ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος, ὡς ἔστιν ἐκ τῶν πεπραγμένων αὐτῇ μαθεῖν, φαίνεται εἰποῦσα, ὅτι οὐ διὰ πίστιν καθῃρέθη ὁ Διόσκορος. ἄρα αὐτὸς μὲν καλῶς ἐδόξασεν, ἡ δὲ σύνοδος κακῶς αὐτὸν ἀπεβάλλετο. καὶ πῶς τὴν τοιαύτην σύνοδον ἔχομεν ἀποδέξασθαι; ἄξιον δέ ἐστιν, ἐπειδὴ καὶ ἄλλο ἄτοπον ἐκ τούτου ἡμῖν ἀναφαίνεται, εἰπεῖν τίνος κινηθέντος ἐλέχθη τὸ ῥητὸν τοῦτο.

Ἰστέον οὖν, ὅτι συναχθέντων τῶν χλʹ. Χαλκηδόνι, καὶ καθελόντων τὸν Διόσκορον, μετὰ ταῦτα ἔδοξεν αὐτοῖς, ὥστε ὅρον πίστεως καὶ μάθημα ποιῆσαι. καὶ δὴ οἱ πρῶτοι αὐτῶν καθ᾽ ἑαυτοὺς γενόμενοι, ἐξεφώνησαν τὸν ὅρον, ὃν Ἀσκληπιάδης ἐπανέγνω τῇ συνόδῳ. περιεῖχε δὲ οὗτος ὁ ὅρος, τὸ ἐκ δύο φύσεων. τούτου ἀναγνωσθέντος, πολλὴ γέγονεν ἀμφιβολία μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων· οἱ δὲ ἄρχοντες, οὓς ἔπεμψεν ὁ βασιλεὺς πρὸς κατάστασιν, ὁρῶντες αὐτοὺς ἀμφιβάλλοντας, εἶπον πρὸς αὐτούς· ὅτι ὁ Διόσκορος, τὸ ἐκ δύο φύσεων, ἔλεγεν· ὁ δὲ ἁγιώτατος Λέων, ἐν δύο φύσεσιν ἔλεγε Χριστὸν, ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως· τίνι ἀκολουθεῖτε; Διοσκόρῳ, ἢ Λέοντι; ἀναστάντες δὲ πάντες, εἶπον· ὅτι ὡς Λέων, πιστεύομεν· ἀνάθεμα Διοσκόρῳ. τούτων δὲ καὶ ἄλλων τινῶν λεχθέντων, ὡς ἔχει τὰ πεπραγμένα, Ἀνατόλιος ὁ πατριάρχης εἶπεν· ὅτι οὐ διὰ πίστιν καθῃρέθη ὁ Διόσκορος, ἀλλ᾽ ὅτι ἀκοινωνησίαν ἐποίησε τῷ μακαρίῳ Λέοντι, καὶ ὅτι ἐκ τρίτου κληθεὶς ἐκ τῆς συνόδου, οὐκ ἦλθε.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, δύο τινὰ ἀποροῦσιν οἱ διακρινόμενοι πρὸς τὴν ἐκκλησίαν· πρῶτον, ὅτι εἰ διὰ πίστιν εἶπεν ἡ σύνοδος αὕτη μὴ καθαιρεθῆναι τὸν Διόσκορον, διὰ τί ἀποβάλλεται ἡμᾶς; ὡς ἐκεῖνος γὰρ, οὕτω πιστεύομεν. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι εἰ σκοπήσει τὶς τὴν ἀλήθειαν, οὐ

ACTIO VI.

I. Post ea quæ hactenus exposuimus, age de argumentis quoque nonnullis, quæ omnes illi Hæsitantes objiciunt Ecclesiæ, paucis disseramus. Et partiamur ea sane tripliciter, quod partim historica sint, sumta de iis quæ a synodo Chalcedonensi acta fuerunt: partim ex syllogismis & arguta ratiocinatione collecta: partim ex auctoritatibus. De historicis primum agamus. Sunt autem argumenta quatuor, quæ sumus expositurі. Primum est, synodum Chalcedonensem propterea non esse recipiendam, quod ei homines inconstantes, & sibi ipsis dissimiles interfuerint. Nimirum eos & Eutychem ab officio removisse Byzantii, & Ephesum profectos, Eutychem una cum Dioscoro recepisse, rejecto Flaviano. Ad hoc respondemus, primum expendendas esse res humanas. Nam & alibi quibusdam sanctis adprobatisque patribus hujusmodi quid accidisse sæpenumero constat. Deinde, si vel maxime quinque, vel xxx., vel plures ex illorum ıɔcxxx. patrum numero, reperti fuerunt in synodo, & inconstantes visi: non propterea ıɔcxxx. virorum synodus reijci debet. Alterum argumentum est, quod isthæc habita Chalcedone synodus, uti de ipsius actis intelligi potest, dixisse videatur, Dioscorum non propter fidem abdicatum esse. Recte igitur sentiebat Dioscorus, & male synoduseum abdicabat. Talem vero synodum, quo pacto nos adprobare possimus? Fuerit autem pretium operæ, quando & aliud absurdum ex hoc nobis oritur, exponi qua re mota id ipsum in synodo prolatum fuerit.

II. Sciendum ergo, collectis Chalcedone ıɔc. illis & xxx. patribus, posteaquam Dioscorum abdicassent: eis deinceps visum fuisse, ut fidei definitio doctrinæque formula conficeretur: itaque præcipui ex eis seorsum congressi, definitionem pronuntiaverunt, quam Asclepiades synodo recitavit. Ea definitio verbum illud continebat, *Ex naturis duabus*: quod ubi recitatum fuisset, ingens inter episcopos exstitit dubitatio. Proceres vero quos imperator moderandæ synodi caussa miserat, quum episcopos hæsitare viderent, sic eos adloquuti sunt: Dioscorus hanc vocem, *Ex duabus naturis*, usurpavit: sanctissimus autem Leo Christum in duabus naturis citra mutationem, confusionem, divisionem, dixit. Quem sequimini? Dioscorum, an Leonem? Ibi consurgentes universi dixerunt: Sicut Leo, credimus: anathema Dioscoro. His & aliis quibusdam pronuntiatis, quemadmodum in actis est, Anatolius patriarcha dixit: Non propter fidem depositus est Dioscorus, sed quia fecit excommunicationem beato Leoni, tertioque vocatus a synodo, non venit.

III. Quæ quum ita sint, duo quædam objiciunt Ecclesiæ dubia, qui Hæsitantes vocantur. Primum, si hæc synodus non propter fidem Dioscorum depositum dixit, cur nos reijcit? sic enim credimus, ut ille credebat. Respondemus autem, si veritatem quis consideraverit, non propter fi-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



διὰ τὴν πίστιν ἀπεβλήθη ὁ Διόσκορος, οὐδὲ τοῦτο γέγονε τῆς καθαιρέσεως αὐτοῦ αἴτιον· [οὐδὲ γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὴν σύνοδον, ἵνα κριθῇ περὶ τούτου] ἀλλ' ὅτι κληθεὶς τῷ ὄντι ἐκ τρίτου, οὐκ ἠνέσχετο συνελθεῖν. εἰ συνῆλθε δὲ, καὶ διὰ τὴν πίστιν ἀπεβάλλετο. πλὴν πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων ὁ Ανατόλιος εἶπεν, ὅτι οὐ διὰ πίστιν καθῃρέθη ὁ Διόσκορος. δεύτερον ἄπορόν ἐστι, διατί ἀπεβάλλετο ἡ σύνοδος τὸν ὅρον τὸν περιέχοντα, ἐκ δύο φύσεων· καίτοιγε ὁ ἅγιος Κύριλλος ἄνω καὶ κάτω ἐκ δύο φύσεων λέγει. πρὸς ταῦτα λέγομεν, ὅτι οὐκ ἀπεβάλλετο αὐτὸν, ἐπειδὴ τὸ ἐκ δύο φύσεων εἶχε· [τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ διακρινόμενοι δέχονται, καὶ ὁ Εὐτυχὴς] ἀλλ' ὅτι ἐλλειπτὴς ἦν. οὐ γὰρ εἶχε τὸ ἀνατρέπον τὰ δόγματα Εὐτυχοῦς, ἀλλ' ὃ μόνον κοινῶς ἡμῖν ἐδόξαζε. τοσοῦτον δὲ οὐκ ἀντέστη πρὸς τὸ ἐκ δύο φύσεων, ὅτι ἐν τῷ δευτέρῳ ὅρῳ πανταχοῦ ἀνατρέπουσα τὸν Εὐτυχῆ, οὐδαμοῦ ἐμνήσθη τὸ ἐκ δύο φύσεων, ὡς δηλονότι δεχομένη αὐτό.

A dem abdicatum eſſe Dioſcorum, nec illam fuiſſe depoſitionis ipſius cauſſam: (quippe nec adiit propterea ſynodum, ut hoc nomine de ipſo judicaretur) ſed quoniam reapſe tertio vocatus venire recuſavit. Si tamen veniſſet, etiam propter fidem fuiſſet abdicatus. Nihilominus ad iſta reſpiciens Anatolius dixit, non propter fidem eſſe depoſitum Dioſcorum. Alterum dubium eſt, cur ſynodus definitionem illam repudiaverit, qua continebatur verbum iſtud, *Ex duabus naturis*: quum tamen ſanctus ille vir Cyrillus ſurſum deorſumque duabus ex naturis dicat? Ad hoc reſpondemus; non rejectam fuiſſe propterea, quod iſta verba contineret, *Ex duabus naturis*: (hæc enim & nos admittimus, & ipſi Hæſitantes & Eutyches) ſed B quod eſſet imperfecta. Nullam enim refutationem dogmatum Eutychis habebat, ſed id ſolum complectebatur, quod communiter utriſque probatur. Tantum vero abeſt, ut reſtiterit illis verbis, *Ex duabus naturis*: ut in ſecunda definitione ubique refutans Eutychem, nuſquam mentionem fecerit hujus loquendi formulæ, *Ex duabus naturis*; quaſi ſcilicet eam admitteret.

Τετάρτη ἐστὶν ἀπορία; [ἡ γὰρ δευτέρα εἰς δύο διαιρεῖται] ὅτι αἱρετικοὺς ἀνθρώπους ἐδέξατο ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος. ἐδέξατο γὰρ Θεοδώρητον, καὶ τὸν Ἴβαν· ὧν ὁ μὲν Θεοδώρητός ἐστιν ὁ ἀντειπὼν πρὸς τὰ ιβ'. κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ὡς τὰ Νεστορίου φρονῶν. ὁ δὲ Ἴβας καὶ αὐτὸς Νεστοριανὸς, ὡς δηλοῖ ἡ γραφεῖσα παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην, ἐν ᾗ ἄνω καὶ κάτω ἐπαινεῖ τὸν Θεόδωρον, ἀφ' οὗ τὰ οἰκεῖα δόγματα ἰσχυρίζετο ὁ Νεστόριος. λέγομεν οὖν πρὸς μὲν τὸ Θεοδωρήτου δόγμα, ὅτι οὐ πρότερον αὐτὸν ἐδέξατο ἡ σύνοδος, πρὶν ἀναθεματίσαι Νεστόριον καὶ τὸ φρόνημα αὐτοῦ. ἀλλὰ πάλιν ἐπαποροῦσιν ἡμῖν, ὅτι καὶ διατί μὴ ἀπῄτησεν αὐτὸν καὶ τὰ οἰκεῖα συγγράμματα, ἃ ἐποίησε πρὸς τὰ ιβ'. κεφάλαια τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, ἀναθεματίσαι; πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι τοῦτο οὐκ ἔδει αὐτῇ τῇ συνόδῳ μᾶλλον ἐγκαλέσαι, ἢ τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ. ἐκεῖνος γὰρ κοινωνίαν ποιήσας πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Θεοδώρητον, οὐκ ἀπῄτησεν αὐτὸν ἀναθεματίσαι τὰ οἰκεῖα συγγράμματα, τὰ πρὸς τὰ ιβ'. κεφάλαια γενόμενα. ὃ οὖν ὁ ἅγιος Κύριλλος οὐκ ἐποίησε, τοῦτο ἡ σύνοδος ὀφείλει ἐγκαλεῖσθαι μὴ ποιήσασα; καίτοι ὃ μὴ ἐποίησεν ὁ ἅγιος Κύριλλος, αὕτη ἐποίησεν, ἀναγκάσασα τὸν Θεοδώρητον ἐπὶ πάντων ἀπὸ στόματος ἀναθεματίσαι τὸν Νεστόριον.

IV. Quarta difficultas eſt, (ſecunda enim in duo dividitur) quod homines ſectarios ſynodus Chalcedonenſis receperit, Theodoretum ſcilicet, ac Ibam. Ex his Theodoretus eſt ille, qui XII. capitulis beati Cyrilli contradixit, tamquam Neſtorii ſententiam probans: Ibas autem & ipſe Ne- C ſtorianus fuit, quemadmodum ab eo perſcripta ad Marim Perſam epiſtola docet, in qua ſurſum deorſum Theodorum laudat, cujus auctoritate dogmata ſua Neſtorius confirmabat. Nos vero Theodoreti dogma quod attinet, dicimus; non prius a ſynodo receptum fuiſſe, quam Neſtorium & ipſius ſententiam anathemati ſubjeciſſet. Rurſus objiciunt, cur ſynodus ab eo non poſtulaverit, ut ſcripta ſua quæ adverſus XII. beati Cyrilli Capitula compoſuerat, anathematizaret? Reſpondemus, ob id non tam accuſandam ſynodum, quam ipſum Cyrillum, hominem ſanctum. Nam is communione cum orientalibus & ipſo Theodoreto conſtituta, non poſtulavit ab eo ut anathemate ſcripta ſua quæ contra XII. capitula facta fuiſſent, exſe- D craretur. Quod igitur ipſe Cyrillus, vir ſanctus, non fecit; ob ejus intermiſſionem an ſynodus culpari meretur? Atqui ſynodus id fecit, quod ſanctus ille Cyrillus non fecit: quippe Theodoretum in omnium præſentia coegit ore ſuo Neſtorium anathematizare.

Πρὸς δὲ τὸ τοῦ Ἴβα λέγομεν, ὅτι οὐδὲ τοῦτον ἐδέξατο, εἰ μὴ πρότερον τὸν Νεστόριον ἀναθεματίσῃ, καὶ τὸ φρόνημα αὐτοῦ. ἀλλὰ πάλιν ἐπαποροῦσιν, ὅτι καὶ διατί μὴ ἀπῄτησεν αὐτὸν ἀναθεματίσαι Θεόδωρον, ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ἐπιστολὴν αὐτοῦ, τὴν πρὸς Μάριν; ἐν ᾗ πολλά ἐστιν ἐπαινῶν τὸν Θεόδωρον; ὅτι καὶ τοῦτο πρότερον μᾶλλον ἐγκαλέσαι τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ ὤφειλον, ἤπερ τῇ συνόδῳ. αὐτὸς οὖν ὁ ἐν ἁγίοις Κύριλλος, ζητησάντων τινῶν ἤδη ἀναθεματίσαι τὸν Θεόδωρον, φαίνεται γράφων πρὸς Πρόκλον, ὅτι οὐ δεῖ ἀναθεματίζειν. οἱ γὰρ ἀνατολικοὶ πάντες, φησὶ, μέγαν ἔχουσι διδάσκαλον τὸν Θεόδωρον, καὶ ἐὰν αὐτὸν ἀναθεματίσωμεν, μέγα σχίσμα ποιοῦμεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν ἀνατολικῶν. ὧν εἷς καὶ Ἴβας, μὴ ἀνασχόμενος αὐτὸν ἀναθεματίσαι. ὃ οὖν ὁ ἅγιος Κύριλλος ἐκώλυε, τοῦτο πῶς εἶχε ποιῆσαι ἡ σύνοδος; εἰ δὲ καὶ θῶμεν, ὅτι φανερῶς ἦσαν αἱ-

V. Quod Ibam adtinet, reſpondemus; ne hunc quidem ab ſynodo receptum fuiſſe prius, quam Neſtorium ejuſque ſententiam anathemati ſubjeciſſet. Sed rurſus objiciunt: Cur ab eo non requiſivit, ut Theodorum anathematizaret: immo ſcriptam ad Marin epiſtolam recepit, in qua Theodorum frequenter Ibas prædicat? Nimirum & hoc potius de ſancto Cyrillo queri debebant, quam E de ſynodo. Nam ſanctæ memoriæ Cyrillum, quum nonnulli hoc ipſum quærerent, ut Theodorus anathemati ſubjiceretur, ad Proclum ſcripſiſſe conſtat; minime Theodorum anathematizari debere. Nam orientales, inquit, univerſi Theodorum pro magno doctore habent, quem ſi anathemati ſubjecerimus, in orientalium eccleſia diſſidium ingens excitabimus: quorum unus eſt Ibas, qui eum anathematizari non patietur. Quod ergo ſanctus Cyrillus fieri prohibebat, quo pacto ſynodus facere poterat? Jam ſi maxime ponamus, hos duos pa-



ρετικοὶ οὗτοι, οὐδὲ οὕτως ὤφειλον ἀποβάλλεσθαι τῆς συνόδου. ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος ἐδέξατο ἑπτὰ αἱρετικοὺς, καὶ πρὸ τούτου Ἀρειανοῦντας, καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιμείναντας. καὶ ὅμως οὐ διὰ τοῦτο λέγομεν τὴν σύνοδον, τιά. ἀλλὰ τιη. καὶ Ἰουβενάλιος δὲ, ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν γενομένων ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ δευτέρᾳ συνόδῳ, ἣν κατεδέχοντο, εὑρέθησαν ἐν Χαλκηδόνι.

lam fuisse sectarios; tamen ne sic quidem a synodo reijci debebant. Etenim ecce Nicæna quoque synodus septem hæreticos admisit, qui & in sententia deinceps perseverarunt. Nec tamen idcirco vocamus eam CCCXI. patrum synodum, sed CCCXVIII. Itidem Juvenalis Hierosolymorum episcopus, & alii quidam qui secundæ synodo Ephesinæ interfuerant eamque probaverant, Chalcedone quoque reperti fuerunt.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, ἄλλη ἀπορία ἡμῖν ἀνεφύη ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἰουστινιανὸς, θεωρῶν τοὺς διακρινομένους καταβοῶντας Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα, καὶ ὥσπερ δι᾽ αὐτοὺς ἀποστρεφομένους τὴν σύνοδον, ἀνεθεμάτισεν αὐτοὺς, ἀποροῦσιν ἡμῖν, ὅτι διατί αὐτοὺς ἀναθεματίζετε; ἢ καλοὶ ἦσαν, ἢ κακοί. καὶ εἰ μὲν καλοὶ, διατί αὐτοὺς ἀναθεματίζετε; εἰ δὲ κακοὶ, διατί αὐτοὺς ἐδέξατο ἡ σύνοδος; εἰ γὰρ καὶ ὑμεῖς νῦν αὐτοὺς ἀναθεματίζετε ὡς κακοὺς, τί πρὸς τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, τὴν δεξαμένην αὐτοὺς, ἣν ὑμεῖς καταδέχεσθε; πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι κατ᾽ οἰκονομίαν τινὰ τοῦτο ἐποίησε Ἰουστινιανός. ἐπειδὴ γὰρ ἑώρα, ὥσπερ εἴπομεν, τοὺς διακρινομένους διὰ τούτους ἀποστρεφομένους τὴν σύνοδον, ἐνόμισεν ὅτι ἐὰν ἀναθεματίσῃ αὐτοὺς, ποιεῖ δεχθῆναι τὴν σύνοδον. ἡγήσατο οὖν δύο τινὰς ἀναθεματίσαι, [εἰ καὶ μὴ ἔδει αὐτοὺς ἀναθεματισθῆναι] ἵνα πάντων ἕνωσιν ποιήσῃ. καὶ διὰ τοῦτο ἀνεθεμάτισεν αὐτοὺς καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐδέξαντο οἱ διακρινόμενοι τὴν σύνοδον.

VI. Quæ quum ita sint, alia nobis oritur de Justiniani temporibus difficultas. Nam quia Justinianus, qui videret Hæsitantes occlamare Theodoreto & Ibæ, quasique propter ipsos aversari synodum, anathemati eos subjecit:, objiciunt nobis quamobrem illos anathematizemus? Aut boni scilicet erant, aut mali. Si boni, cur eos anathematizatis? sin mali, cur a synodo recepti sunt? Quod si vos jam ipsos, ut malos anathematizatis; quid hoc ad Chalcedonense concilium, a vobis probatum quod eos recepit? Ad hoc respondemus, Justinianum hoc certo quodam consilio fecisse. Nam quia videbat, ut diximus, horum caussa Hæsitantes synodum aversari; perfecturum se putabat, ut iis anathematizatis, synodus reciperetur: ideoque duos anathematizandos duxir, (quamquam minime anathematizatos oportuit) ut omnes ad unionem redigeret: hanc igitur ob caussam illos anathemati subjecit. Verum ne sic quidem adducti sunt Hæsitantes, ut synodum reciperent.

Philosophicis respondetur rationibus quas Hæsitantes adferebant, ut reprehenderent quæ fuerant de Christi natura decreta.

ΠΡΑΞΙΣ ζ.

Μετὰ τὰ ἀπὸ τῶν πραχθέντων ἐπιχειρήματα, μετέλθωμεν καὶ ἐπὶ ἐπιχειρήματα, ἅπερ ἡμῖν ἀπὸ συλλογισμῶν προβάλλονται. ὧν πρῶτόν ἐστι τοῦτο· εἰ δύο φύσεις, φασὶ, λέγετε ἐν τῷ Χριστῷ, πάντως καὶ δύο ὑποστάσεις λέγετε. εἰ δύο ὑποστάσεις, καὶ δύο πρόσωπα, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱούς· καὶ εὑρεθήσεσθε τὰ αὐτὰ φρονοῦντες τῷ Νεστορίῳ. ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐπιλυόμεθα ἐνστάσει καὶ ἀντιστάσει. ἐνστάσει μὲν, ὅτι κακῶς ἀπορεῖτε, καὶ τοσοῦτον, ὅτι καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ συνάγεται ἄτοπον. εἰ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγετε τὸν Χριστὸν, οὐκοῦν δύο ὑποστάσεις, καὶ δύο πρόσωπα καθ᾽ ἑαυτὰ, καὶ ἰδιοπερίγραπτα· καὶ ἦν ποτε καθ᾽ ὑμᾶς ἡ ἀνθρωπότης χωρὶς τῆς θεότητος, ὅπερ ἄτοπον, καὶ οὐδὲ ὑμεῖς ἀνέχεσθε ὁμολογῆσαι. ὃ γὰρ ὑμεῖς λέγετε ἑνωθῆναι, τοῦτο λέγομεν ἡμεῖς μετὰ τὴν ἕνωσιν. εἰ μὲν οὖν ἀνυποστάτους τὰς φύσεις λέγετε ἑνωθῆναι, καὶ ἡμεῖς τοῦτο λέγομεν· εἰ δὲ ἐνυποστάτους, ἄτοπον μὲν ὁμολογῆσαι, ὅμως δὲ λέγομεν, ὑμῶν δὲ προαρξαμένων τῆς ἀτοπίας. ἵνα δὲ καὶ τῇ ἀντιστάσει λύσωμεν τὴν ἀπορίαν, ἑτέραν τινὰ ἐπαγαγοῦσιν ἀπορίαν, ὁμοίαν μὲν τῇ προτέρᾳ, ἄλλως δέ πως πλεκομένην· ἧς λυομένης, καὶ ἡ ἀνωτέρα λυθήσεται· ἔστι γοῦν τοιαύτη· εἰ δύο φύσεις λέγετε, φασὶν, ἢ ἐνυπόστατοί εἰσιν, ἢ ἀνυπόστατοι. εἰ μὲν οὖν ἐνυπόστατοί εἰσι, δύο πρόσωπα εἰσάγετε, καὶ δύο Χριστοὺς, καὶ δύο υἱούς. εἰ δὲ ἀνυπόστατοι, οὐκ ἄρα τῶν ὄντων εἰσίν. εἰπεῖν δὲ τὰς φύσεις τοῦ Χριστοῦ μὴ εἶναι τῶν ὄντων, ἄτοπον. πρὸς ταύτην πάλιν τὴν ἀπορίαν ἐνστάσει καὶ ἀντιπεριστάσει μαχόμεθα· ἐνστάσει μὲν, ὅτι κακῶς ἀπορεῖτε. εἰ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγετε τὸν Χριστὸν, αὗται αἱ φύσεις ἢ ἐνυπόστα-

ACTIO VII.

I. Post expositionem argumentorum, ex ipsis actis petitorum; ad ea transeamus, quæ ratiocinando nobis objiciunt. Primum illud est: Si duas naturas, inquiunt, in Christo dicitis; omnino duas etiam hypostases traditis. Si duas hypostases, etiam duas personas, & duos Christos, & duos filios, adeoque reperiemini eadem sentire quæ Nestorius. Hanc objectionem & instando & opponendo dissolvimus. Instando; quia male objicitis, & adeo quidem, ut eadem absurditas vobis quoque colligatur. Si enim Christum ex duabus naturis dicitis, erunt nimirum & hypostases duæ, & duæ personæ seorsum, ac peculiariter circumscriptæ; sequeturque de opinione vestra, quod erat humanitas aliquando absque divinitate: quod absurdum est, ac ne vos quidem fateri sustinetis. Nam quod vos dicitis unitum esse, hoc nos dicimus post unionem. Enimvero si non hypostaticas naturas unitas esse dicitis, idem nos quoque dicimus: sin hypostaticas, absurdum id quidem fateri; sed dicemus tamen, vobis hanc absurditatem exorsis. Ut autem & opponendo solvamus objectum, aliam quoque difficultatem adferunt, priori similem, sed quæ diverso quodam modo texitur; qua soluta quoque superior erit. Est autem hujusmodi: Si duas naturas dicitis, inquiunt, aut hypostaticæ sunt, aut non hypostaticæ. Si hypostaticæ, personas duas introducitis, & Christos duos, & duos filios. Si non hypostaticæ, rerum in natura non sunt. At vero dicere, naturas Christi non esse in natura rerum, absurdum est. Ad hanc objectionem rursus & instando & opponendo pugnamus. Instando, quia male objicitis. Nam si Christum ex naturis duabus dicitis, hæ quoque naturæ vel hypostaticæ sunt, vel non

τοί εἰσιν, ἢ ἀνυπόστατοι. εἰ μὲν οὖν ἐνυπόστατοι, δύο πρόσωπα εἰσάγετε, καὶ δύο Χριστοὺς καὶ δύο υἱούς· εἰ δὲ ἀνυπόστατοι, ἐκ μὴ οὐσῶν φύσεων λέγετε εἶναι τὸν Χριστόν.

Ἵνα δὲ μὴ ἀπόρῳ τὸ ἄπορον μείνωμεν ἐπιλυόμενοι, [τοῦτο γὰρ οὐδὲν γενναῖον] φέρε ἀντιπεριστάσει χρησάμενοι, τὴν ἀπορίαν κακῶς ἔχουσαν διελέγξομεν. ἰστέον οὖν, ὅτι [1] τὸ ἐνυπόστατον ἤτοι ἡ ὑπόστασις δύο σημαίνει. σημαίνει γὰρ τὸ ἁπλῶς ὄν. καθ' ὃ σημαινόμενον λέγομεν καὶ τὰ συμβεβηκότα ἐνυπόστατα, εἰ καὶ ἐν ἑτέροις ἔχουσι τὸ εἶναι. σημαίνει καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸ ὄν, ὡς τὰ ἄτομα τῶν οὐσιῶν· ὥστε συμβαίνει τὸ καθ' ἑαυτὸ ἐνυπόστατον, διχῶς λέγεσθαι ἐνυπόστατον. καθ' ὃ ὄν ἐστιν, καὶ καθ' ἑαυτό, τοῦτ' ἔστι Πέτρος καὶ Παῦλος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνυπόστατον διττόν. λέγεται γὰρ ἀνυπόστατον, καὶ τὸ μηδαμῶς ὄν, ὡς τραγέλαφος καὶ ἱπποκένταυρος. λέγεται πάλιν ἀνυπόστατον, οὐ τὸ μὴ ὂν μέν, τὸ ἔχον δὲ ἐν ἑτέρῳ τὴν ὑπόστασιν, καὶ μὴ καθ' ἑαυτὸ ὑφιστάμενον· ὡς τὰ συμβεβηκότα. τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅταν ἐρωτήσωσιν ἡμᾶς, ὅτι εἰ δύο φύσεις λέγετε τοῦ Χριστοῦ, ἐνυποστάτους αὐτὰς λέγετε, ἢ ἀνυποστάτους; ἀντερωτῶμεν αὐτούς, ὅτι πῶς λέγετε ἐνταῦθα τὸ ἐνυπόστατον; ἐὰν μὲν εἴπωσιν, ὅτι περὶ τοῦ σημαίνοντος τὸ ὂν ἁπλῶς· λέγομεν, ὅτι δύο φύσεις λέγομεν τοῦ Χριστοῦ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, καὶ οὐδὲν ἄτοπον συνάγεται ἡμῖν, ὥστε καὶ δύο πρόσωπα εἰσαγαγεῖν. οὐ γὰρ περὶ τούτου τοῦ σημαινομένου ἐλάβομεν τὴν ὑπόστασιν. ἵνα δὲ σαφὲς εἴη τὸ λεγόμενον, μεταβαλόντες τὰ ὀνόματα, συλλογιστικῶς προσαγάγωμεν τὸν λόγον, καὶ εἴπωμεν οὕτως· εἰ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, παρέπεται τὸ ἐνυποστάτους αὐτὰς εἶναι· τὸ δὲ ἐνυπόστατον, τὸ ὂν σημαίνει. αἱ δύο φύσεις ἄρα τοῦ Χριστοῦ, τῶν ὄντων εἰσίν. ἐὰν δὲ εἴπωσιν, ὅτι τὸ ἐνυπόστατον λέγομεν περὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸ ὑπάρχοντος· λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι κατὰ τοῦτο αἱ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ οὐκ εἰσὶν ἐνυπόστατοι, ἀλλ' ἀνυπόστατοι. καὶ οὐ συνάγεται ἡμῖν ἄτοπον. ἀνυποστάτους γὰρ λέγομεν αὐτάς, οὐ καθὸ μή εἰσιν· ἀλλ' ὅτι τῶν μὴ καθ' ἑαυτὰ ὄντων εἰσίν. καὶ ἵνα πάλιν σαφὲς εἴη τὸ λεγόμενον, μεταβαλόντες τὰ ὀνόματα, συλλογιστικῶς προσαγάγωμεν τὸν λόγον. εἰ δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ, παρέπεται τὸ ἀνυποστάτους αὐτὰς εἶναι. τὸ δὲ ἀνυπόστατον σημαίνει οὐ τὸ μὴ ὄν, ἀλλὰ τὸ καθ' ἑαυτὸ μὴ ὄν. αἱ δύο φύσεις ἄρα τοῦ Χριστοῦ, καθ' ἑαυτὰς οὐκ εἰσί. καὶ οὕτως ἐὰν εἴπωμεν, οὐ δύο πρόσωπα εἰσάγομεν, οὔτε μίαν τῶν μὴ ὄντων [2] αὐτὰ ποιοῦμεν. ἀνυπόστατον γὰρ ἐλάβομεν ἐνταῦθα τὸ σημαῖνον τὸ μὴ καθ' ἑαυτό, οὐκέτι τὸ μὴ ὄν. ὅτι δὲ δύο σημαινόμενα οἶδε τῆς ὑποστάσεως ἡ ἐκκλησιαστικὴ συνήθεια, τότε σημαῖνον τὸ ἁπλῶς ὄν, δηλοῖ ὁ ἅγιος Κύριλλος. καὶ πάλιν, εἴ τις ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ διαιρεῖ τὰς ὑποστάσεις, πῆ μὲν περὶ τοῦ ἁπλῶς ὄντος λέγων, πῆ δὲ ἐπὶ τοῦ καθ' ἑαυτό, ὅτι δὴ ἀσύγχυτοι μεμενήκασι τοιγαροῦν αἱ ὑποστάσεις, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα. ὅστις δὲ δυσὶ προσώποις, ἤγουν ὑποστάσεσι, τὰς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἀπονέμοι φωνάς, ἀνάθεμα ἔστω. ὥστε δέδεικται, ὡς ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας βούλονται ἡμᾶς παραλογίσασθαι.

hypostaticæ. Si quidem hypostaticæ, duas personas introducitis, & duos Christos & filios duos. Si non hypostaticæ, de naturis non exsistentibus Christum esse dicitis.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.




II. Ut autem non pergamus rem inexplicabilem per aliud inexplicabile dissolvere, (nihil enim in eo præclari) age vicissim eis opponendo nostra, objectionem eorum male comparatam redarguamus. Sciendum igitur, hypostaticum & hypostasin duo significare. Nam & significat id quod simpliciter exsistit: quo significato dicimus & accidentia hypostasin habere, licet in aliis esse suum habeant. Significat & id quod seorsum & per se exsistit, qualia sunt individua substantiarum: quo fit ut hypostaticum per se, duplici modo dicatur hypostaticum: quatenus est quiddam exsistens, tum quatenus seorsum ac per se exsistit, ut Petrus & Paullus. Itidem & non hypostaticum duplex est: nam expers hypostasis dicitur, quod prorsus non exsistit; ut tragelaphus & hippocentaurus. Rursus expers hypostasis dicitur, non id quidem quod non exsistit, sed quod hypostasin habet in alio, ac non per se subsistit: qualia sunt accidentia. His ita constitutis, quoties nos interrogaverint, si duas Christi naturas dicitis, num eas dicitis hypostaticas, an expertes hypostasis? nos vicissim ex eis quæramus, quomodo hypostatici vocem accipiant. Si dixerint, accipere se de eo, quod significet rem simpliciter exsistentem; fatebimur, duas nos Christi naturas hoc significato dicere, nec absurdi quidquam a nobis colligi, duas uti scilicet personas introducamus. Non enim isto significato vocem hypostasis cepimus. Ut autem perspicuum sit, quod a nobis dicitur; permutatis nominibus, syllogistice rem proferamus, hoc modo: Si duæ sunt naturæ Christi, sequitur eas hypostaticas esse. Hypostatici vero vox significat id quod exsistit. Ergo duæ Christi naturæ sunt earum in rerum numero, quæ exsistunt. Sin dixerint, hypostaticum accipere se de eo quod per se subsistit, inferemus nos, ea ratione duas Christi naturas non hypostaticas esse, sed expertes hypostasis. Nec absurdi quidquam a nobis colligitur: nam expertes hypostasis eas dicimus, non ideo quod non sint: sed quod eorum e numero sint, quæ seorsum ac per se non exsistunt. Rursus uti perspicuum sit quod dicimus, permutatis nominibus, syllogistice rem proferamus. Si duæ sunt Christi naturæ, sequitur eas expertes hypostasis esse. Quod autem hypostasis expers est, non id significat quod non exsistit, sed quod seorsum ac per se non exsistit. Ergo duæ Christi naturæ seorsum ac per non exsistunt. Quo pacto si loquamur, non duas personas introducimus, nec Christi naturas ad ea referimus quæ non exsistunt: nam expers hypostasis ita cepimus, ut significet id quod seorsum per se non exsistit; non autem, quod non exsistit. Adgnoscere vero Ecclesiæ scriptores hæc duo hypostasis significata, tum de eo quod simpliciter exsistit, tum de persona reque seorsum ac per se exsistente: sanctus etiam Cyrillus indicat. Et rursus, si quis in uno Christo dividit hypostases, partim dicens de eo quod simpliciter exsistit, partim de eo quod seorsum exsistit; inconfusas mansisse scilicet hypostases, hinc cognoscemus. Quisquis autem duabus personis sive hypostasibus exstantes in Evangeliis voces attribuit, anathema sit. Probatum igitur, quod ex æquivocatione nobis imponere velint.

1. Τὸ ἐνυπ.] Similia docet Leontius in fragmento quod ex Collectaneis mss. contra Severianos recitat Lequienus ad opp. Damasceni tom. 1. pag. 45. not. 1.

2. Αὐτά.] αὐτάς.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



Ἄλλην δὲ ἡμῖν ἀπορίαν ἀποροῦσι, καὶ ἔστι τοιαύτη· ὅτι, εἰ δύο φύσεις λέγετε, διαίρεσιν εἰσάγετε. ἀριθμὸν γὰρ εἰσάγετε. ὁ δὲ ἀριθμὸς τοῦ διωρισμένου ἐστὶ ποσοῦ. πρὸς τοῦτο πάλιν τὸ ἀνωτέρω εἰρημένον ἐστὶν εἰπεῖν· ὅτι καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ἄτοπον συνάγεται. εἰ γὰρ ἐκ δύο φύσεων λέγετε εἶναι τὸν Χριστὸν, ἐπειδὴ τὰ δύο ἀριθμὸν εἰσάγει, ὁ δὲ ἀριθμὸς ὑπὸ τὸ διωρισμένον ἀνάγεται· εὑρεθήσεσθε διαίρεσιν εἰσάγοντες. ἵνα δὲ ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ἐμφιλοσόφως ἐπιχειρήσωμεν, δεῖ γνῶναι, ὡς οὐδὲ παντὸς τοῦ διωρισμένου ποσοῦ ἐστιν ὁ ἀριθμὸς, ἀλλὰ ἐπὶ τῶν συνεχῶν ἐστιν εὑρεῖν αὐτὸν λεγόμενον. ὥσπερ λέγομεν πεντάπηχυ ξύλον, καὶ, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ὅτι χρόνος ἐστὶν ἀριθμὸς κινήσεως. ἀριθμὸν γὰρ ἐκάλεσε τὸν χρόνον συνεχῆ ὄντα ὡμολογημένον. διττὸς οὖν ὁ ἀριθμὸς, καὶ ἐπὶ τοῦ διωρισμένου, καὶ ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς λεγομένου ποσοῦ. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀκριβείας γενέσθαι, οὐ δέον ἐστὶν ἡμᾶς τὴν δυάδα ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς ἀριθμοῦ λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. συνεχὲς γάρ ἐστιν, οὗ τὰ μόρια κοινὸς ὅρος συνάπτει. μόρια δὲ ἐννοῆσαι ἐπὶ θεότητος, ἵνα καὶ κοινὸς ὅρος αὐτὰ πρὸς τὸ σῶμα συνάψῃ, οὐδὲ πλάσαι ῥάδιον· τὸ γὰρ συνεχὲς, ἐπὶ μόνων μεγεθῶν λέγεται. ἀλλ' ἐπὶ τοῦ διωρισμένου ποσοῦ δέον παραλαμβάνειν ἐνταῦθα τὸν ἀριθμόν. διωρισμένον γάρ ἐστιν οὐ πάντως τὸ καθάπαξ διῃρημένον, ἀλλὰ καὶ ἡνωμένον, πλὴν τὸν οἰκεῖον λόγον διακρινόμενον ἀποσώζοντα· ὥσπερ τὸ σῶμα συνεχὲς λέγομεν, καὶ διωρισμένον· συνεχὲς μὲν, καθὸ διαστάσεις ἁπλῶς ἔχει· διωρισμένον δὲ καθὸ τρεῖς εἰσι διαστάσεις· καί τοι οὐκ εἰσὶ διεσπασμέναι ἀπ' ἀλλήλων αἱ διαστάσεις, ἀλλὰ διὰ τοῦτο διωρισμένας αὐτὰς λέγομεν, ἐπειδὴ ἑκάστη αὐτῶν ἴδιον λόγον ἔχει.

Ἐπειδὴ δέ τινες δυσχεραίνουσιν ὅλως τοῦ διωρισμένου ἀκούοντες, φέρε αὐτὴν τὴν λύσιν καίτοι ἔχουσαν ἐάσαντες, ἄλλην ἐπαγάγωμεν. ἰστέον οὖν, ὅτι ὥσπερ τὸ ἓν πολλαχῶς λεγόμενόν ἐστι. λέγεται γὰρ ἓν τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ Σωκράτης· καὶ ἓν τῷ εἴδει, ὡς ἄνθρωπος· καὶ ἓν τῷ γένει, ὡς τὸ ζῶον. ἀλλὰ καὶ τὰ δύο ὁμοίως· λέγονται γὰρ δύο τῷ ἀριθμῷ, ὡς ὁ Σωκράτης, καὶ Πλάτων· καὶ δύο τῷ εἴδει, ὡς ἄνθρωπος καὶ ἵππος· καὶ δύο τῷ γένει, ὡς οὐσία καὶ λευκόν. τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ὅταν εἴπωμεν τὰ δύο ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ τῷ ἀριθμῷ λέγομεν αὐτὸν δύο, ἀλλ' ἕνα μὲν τῷ ἀριθμῷ, δύο δὲ τῷ εἴδει. ὅτι δὲ δυνάμεθα οὕτως εἰπεῖν, δηλοῖ καὶ ὁ Ἀριστοτέλης, περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους φανερῶς εἰπὼν, ὅτι ταῦτα ἓν μέν εἰσι τῷ ἀριθμῷ, δύο δὲ τῷ εἴδει. ὁ δὲ ἅγιος Γρηγόριος, περὶ τοῦ Χριστοῦ λέγων· ὥστε τὸ συναμφότερον ἓν, οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. πρὸς τοῦτο πάλιν ἐπαποροῦσιν ἡμῖν, ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τὸ ἓν λέγοντες, καὶ τὰ δύο, ἀντίφασιν εἰσάγετε· καὶ εὑρεθήσεται ἢ ὃ λέγετε, ψευδές· ἢ ἀντίφασις συναληθεύουσα· πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀληθεύει· ἀλλὰ κατ' ἄλλο, ὅπερ οὐκ ἄτοπον.

Ἰστέον δὲ, ὅτι πᾶσαι αἱ ἀπορίαι αὗται οὐκ εἰσὶ τῶν διακρινομένων ἴδιαι, ἀλλ' ἀπὸ τῶν Νεστοριανῶν κλέψαντες, ἀποροῦσιν ἡμῖν αὐτάς. ἐκεῖνοι γὰρ δύο πρόσωπα καὶ δύο Χριστοὺς δοξάζοντες, κοινῶς πρὸς πάντας τοὺς λέγοντας δύο φύσεις, εἴτε ἑνωθείσας, εἴτε μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἠπόρουν αὐτάς· ὅτι εἰ δύο φύσεις λέγετε, καὶ δύο πρόσωπα εἰσάγετε. ἀμέλει δι' αὐτὸ καὶ τὸ ἄτοπον συνήχθη ἡμῖν τε καὶ τοῖς διακρινομένοις ἐκ τούτων τῶν ἀπο-

III. Aliam nobis objectionem hujusmodi proferunt. Si duas naturas dicitis, divisionem introducitis; quippe numerum introducitis: numerus autem discretæ quantitatis est. Ad hoc respondere licet, quod & superius dictum fuit; Vobis eamdem absurditatem colligi. Quippe si Christum duabus ex naturis esse dicitis, quum vox *duarum*, numerum introducat, & numerus ad quantitatem discretam referatur, reprehendemini divisionem introducere. Ut autem philosophice, quemadmodum & ipsi faciunt, argumentemur: sciendum ne quidem omnis discretæ quantitatis dumtaxat esse numerum, sed eum reperiri de continuis quoque dictum: quemadmodum lignum quinque cubitorum dicimus, &, ut Aristoteles tradit, tempus esse numerum motus. Quippe tempus appellat numerum, quod citra controversiam est continuum. Duplex igitur numerus est, tum discretæ, tum continuæ, ceu loqui solemus, quantitatis. Quod si subtilitatibus utendum erit, non necesse est, nos binarium de quantitate continua dicere, quum de Christo loquimur: quippe continuum est, cujus partes communis terminus conjungit. At vero in divinitate cogitare partes, ut communis terminus eas cum corpore conjungat; ne fingendo quidem facile: nam continuum de solis magnitudinibus dicitur. Nimirum de quantitate discreta numerus heic accipi debet. Etenim discretum non omnino dicitur id quod prorsus est separatum; sed etiam conjunctum & unitum, quod tamen suam quamdam rationem qua secernitur, retinet: veluti corpus continuum dicimus, & discretum; continuum quidem, quatenus dimensiones simpliciter habet; discretum vero, quatenus tres sunt dimensiones: atqui non invicem a se divulsæ sunt dimensiones, sed idcirco discretas dicimus, quoniam quælibet earum suam rationem habet.

IV. At quia nonnullis omnino discreti nomen audire molestum est, age omissa solutione hac, ceteroqui bona, subjiciamus aliam. Sciendum ergo, pluribus modis unum dici: quippe dicitur unum numero, ut Socrates: & unum specie, ut homo: & unum genere, ut animal. Similiter & duo pluribus modis efferuntur: nam dicuntur duo numero; ut Socrates, & Plato: & specie duo, ut homo & equus: & genere duo, ut substantia & album. His ita constitutis, quum duo de Christo dicimus, non eum duo dicimus esse numero: sed unum numero, specie duo. Quod autem ita loqui possimus, etiam ipse ostendit Aristoteles, aperte de materie ac forma dicens, esse illa unum quidem numero, sed specie duo. Itemque sanctus ille Gregorius, de Christo dicens: Utraque natura copulata, unum quid est; non tamen natura, sed coitione. Verum heic rursum nobis objiciunt: Si unum & duo de eodem dicitis, contradictionem introducitis: adeoque deprehendetur, vel id quod dicitis, esse falsum; vel contradictionem pariter esse veram. Ad hoc respondemus, non eodem respectu veram esse, sed diverso; quod minime absurdum est.

V. Sciendum autem, universas objectiones hasce non esse proprias Hæsitantium, sed quod eas Nestorianis suffurati, nobis proponant. Nam illi duas personas & duos Christos dicentes, communiter hæc omnibus, duas naturas vel unitas, vel post unionem, confitentibus objiciebant: Si duas esse naturas dicitis, etiam duas personas introducitis. Nempe idcirco & absurdum illud tam nobis quam Hæsitantibus per has objectiones colligitur:



ἐμῶν. τοῖς Νεστοριανοῖς δὲ οὐκέτι τὸ ὅμοιον συνάγετε· ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἰσχυρίζεται τὰ αὐτῶν ὅσον ἀπὸ τούτων. ἀποροῦσι δὲ ἡμῖν καὶ ἄλλην τινὰ ἀπορίαν, ἥτις ἰδία μὲν αὐτῶν ἐστιν, εἰς Νεστοριανῶν δὲ δόγμα καταλήγει. ἐπειδὴ γὰρ λέγει πρὸς αὐτοὺς ἡ ἐκκλησία, ὅτι εἰ λέγετε ἀσύγχυτα τὰ ἑνωθέντα, καὶ τὸ μὲν παθητὸν, τὸ δὲ ἀπαθὲς, καὶ ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον, καὶ περίγραπτον, καὶ ἀπερίγραπτον, καὶ θνητὸν, καὶ ἀθάνατον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἰσάγετε· ἀντιλέγουσι πρὸς ταῦτα, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἀσύγχυτα ὁμολογῆσαι τὰ ἑνωθέντα· καὶ τὸ μὲν παθητὸν, τὸ δὲ ἀπαθὲς, καὶ μίαν φύσιν ἐπὶ αὐτῶν· καὶ λοιπὸν παραφέρουσι πρὸς πίστιν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου. ἰδοὺ γὰρ, φασιν, ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀσυγχύτως ἡνώθη ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου. καὶ τὸ μὲν ὁρατὸν, τὸ δὲ ἀόρατον· καὶ θνητὸν, καὶ ἀθάνατον, καὶ τὰ ἄλλα· καὶ ὅμως οὐ λέγομεν δύο φύσεις, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου. πρὸς ταῦτα πάλιν λέγουσιν οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου, ὅτι ὃν τρόπον λέγετε σώζεσθαι ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἑνωθέντα μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸ μὲν θνητὸν, τὸ δὲ καὶ ἀθάνατον, καὶ τἄλλα πάντα· οὕτω λέγομεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. ταῦτα δὲ πάντα δύο φύσεώς εἰσι γνωριστικά.

Πρὸς ταῦτα οἱ μὲν ἀπὸ Γαϊανοῦ οὐδὲν εὑρήκασιν εἰπεῖν. ὁμολογοῦντες γὰρ ἀσύγχυτα εἶναι τὰ ἑνωθέντα, οὐκ ἀνέχονται ὅλως οὐδὲ διαφορὰν εἰπεῖν, οὐδ᾽ ὅλως τὸ δύο ὀνομάσαι, ἀλλ᾽ ἕν τι τὰ ἑνωθέντα μετὰ τὴν ἕνωσιν λέγουσιν. οἱ δὲ Θεοδοσιανοὶ, ἤτοι ἀπὸ Σεβήρου, εὑρήκασιν ἑαυτοῖς ἀπολογίαν, καὶ λέγουσιν, ὅτι ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν διάφορα εἶναι τὰ μέρη, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα ἕν. ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου διάφορά εἰσι τὰ μέρη, ἤτοι ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, τὸ δὲ ἀποτέλεσμα ἕν. βούλονται γὰρ κατὰ πάντα μεθαρμόζειν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ· εἶτα ἐπειδὴ συνῄσθοντο ἑαυτοὺς εἰς τὸ δόγμα τῆς συνόδου ἐμπεσόντας, ἐπὶ ἕτερόν τι μεταβιβάζουσι τὸν λόγον, καὶ φασὶν, ὅτι διαφόρους φύσεις φαμὲν ἡμεῖς τῶν μερῶν· τοῦ δὲ ἀποτελέσματος, μίαν. τῇ μέντοι συνόδῳ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος ἦν ὁ λόγος. πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι ψεύδεσθε. οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος ἦν ὁ λόγος τῇ συνόδῳ, ἀλλὰ περὶ τῶν μερῶν· καὶ τοῦτο δῆλον ἀπὸ πολλῶν ἐστι. πρῶτον ἀπὸ τῶν Γαϊανιτῶν. ἐκεῖνοι γὰρ τὸ ἀρχαῖον δόγμα φυλάττοντες, οὕτω μάχονται νῦν τῇ συνόδῳ, ὡς δύο λεγούσῃ τὰ μέρη. αὐτοὶ γὰρ καὶ τὰ μέρη ἕν τι βούλονται εἶναι μετὰ τὴν ἕνωσιν. ἀλλ᾽ ἴσως λέγουσι πρὸς τοῦτο οἱ Θεοδοσιανοὶ, ὅτι οὐχί. οὐ γὰρ οἱ Γαϊανῖται εἰσὶν οἱ φυλάττοντες τὸ ἀρχαῖον δόγμα, ἀλλὰ μᾶλλον ἡμεῖς. ἀλλὰ πάλιν πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τῶν Γαϊανιτῶν πιστοῦσθαι τοῦτο, ἀλλ᾽ οὖν ἀπὸ τῶν Ἀκεφάλων ἀνάγκη ὑμᾶς τοῦτο πιστώσασθαι. ἐκεῖνοι γὰρ ἀρχαιότεροι ὑμῶν καὶ τῶν Γαϊανιτῶν φανερῶς ὄντες, οὕτω μάχονται τῇ συνόδῳ, ὡς δύο λεγούσῃ τὰ μέρη. ἔπειτα καὶ ἀπὸ Εὐτυχοῦς πιστούμεθα τοῦτο. πρὸς γὰρ τὸν Εὐτυχῆ ἐποιεῖτο τὸν λόγον ἡ σύνοδος, ὅστις περὶ τῶν μερῶν ἠμφισβήτει, μὴ λέγων ὑμῖν ὁμοούσιον εἶναι τὸ σῶμα. ὡς οὖν πρὸς ἐκεῖνον ποιουμένη τὸν λόγον, δηλονότι καὶ αὐτὴ περὶ τῶν μερῶν ἐποιεῖτο τὸν λόγον, οὐκέτι δὲ περὶ τοῦ ἀποτελέσματος. ἔτι δὲ εἰ μὴ τοῦτο δέξησθε, πάσας τὰς προειρημένας ἀπορίας ἐξ ὑμῶν ἀνατρέψετε. οὕτω γὰρ αὐτὰς ἡμῖν ἠπορεῖτε, ὡς τὸ δύο οὐκ ἂν οἱωσδήποτε λεχθῇ μετὰ τὴν ἕνωσιν, εἰ μὴ διαίρεσιν εἰσάγουσιν. ἀλλ᾽ ἴσως λέγουσιν ἡμῖν καὶ αὐτοὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι θῶμεν τῇ συνόδῳ τὸν λόγον εἶναι περὶ τῶν μερῶν· ὑμεῖς διατί οὐ λέγετε νῦν τοῦ ἀποτελέσματος μίαν φύσιν; λέγομεν πρὸς αὐτοὺς, ὅτι πρῶτον μὲν οὐδαμοῦ φαίνονται τοῦτο

A quum nihil tale Nestorianis accidat, sed e diverso ipsorum sententia, quod hæc attinet, confirmetur. Objiciunt nobis & aliam difficultatem, quæ peculiariter ipsorum quidem est; sed in Nestorianorum dogma desinit. Quum enim ad ipsos ait Ecclesia, si unita dicant inconfusa, & unum passibile, alterum passionis expers; unum adspectabile, alterum inadspectabile; unum circumscriptum, alterum non circumscriptum; unum mortale, alterum immortale; quæque alia sunt hujusmodi; duas necessario naturas eos introducere: respondent illi vicissim, nullam absurditatem esse, inconfusa confiteri unita, nihiloque minus unum passibile, alterum passionis expers; & unam in B eis naturam: quod uti probent, hominis exemplum proferunt. En, inquiunt, corpus & anima citra confusionem in homine unita sunt, unum adspectabile, alterum inadspectabile; unum mortale, alterum immortale; aliaque talia: non tamen naturas duas dicimus, sed unam hominis naturam. Ad ea synodi sectatores vicissim respondent, quemadmodum ipsi salvas esse res in homine unitas, post unionem factam, dicant; nihiloque minus unum esse mortale, alterum immortale, aliaque omnia: sic de Christo se quoque loqui, at hæc omnia duarum naturarum esse indicia.

VI. Nihil ad hæc Gajanitæ quod dicant, ha- C bent. Quum enim unita fateantur inconfusa, omnino ne discrimen quidem aliquod dicere sustinent, nullove modo duum vocem admittere: sed unum quiddam unita, post unionem, facta dicunt. At Theodosiani, vel qui a Severo sunt, satisfactionem sibi quamdam invenerunt, seque dicunt fateri, partes esse diversas; at unum effectum: quemadmodum & in homine partes diversæ sint, anima & corpus: at unum effectum. Nam per omnia hominis exemplum ad Christum accommodare volunt: deinde semet animadvertentes in synodi dogma prolapsos, ad aliud orationem transferunt, seque diversas dicere partium naturas ajunt, effecti unam: quum synodus de ef- D fecto loquuta sit. Nos autem respondemus eos mentiri. Non enim synodus de effecto loquebatur, sed de partibus: quod quidem ex pluribus constat. Primum indicant hoc ipsi Gajanitæ. Nam antiquum illi dogma retinentes, ita nunc synodum oppugnant, quasi quæ partes duas dicat: quum ipsi post unionem partes quoque velint unum quiddam esse. Fortassis ad hoc Theodosiani respondebunt, nequaquam Gajanitas, sed se potius illos esse, qui antiquum dogma retineant. Nos vero rursum respondemus, si maxime non a Gajanitis ipsi fidem illam sumserint, tamen esse necesse, ut ab Acephalis acceperint. Nam illi manifesto Theodosianis & Gajanitis antiquiores, E ita synodum oppugnant, quasi quæ partes duas tradat. Idem & per Eutychem docere possumus. Etenim adversus Eutychem synodus illa verba proferebat, cujus erat de partibus controversia, dicentis, corpus non esse nobiscum unius substantiæ: ideoque verbis ad illum directis, & ipsa scilicet de partibus loquebatur; non de effecto. Præterea nisi hoc admiseritis, omnes expositas hactenus objectiones vestras evertetis. Sic enim nobis eas opponebatis, quasi duorum vox nullo modo post unionem proferri possit, nisi ab iis qui divisionem introducant. Verum nobis ipsi fortasse respondent, dare se, de partibus loquutam synodum. Vos autem, cur modo non dicitis unam effecti naturam? Primum dicimus, nusquam hoc dictum a patribus constare. Deinde ne quidem ef-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

λέγοντες οἱ πατέρες. ἔπειτα δέ, οὐδὲ τοῦ ἀποτελέσματος, εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσοι, μία ἐστὶν ἡ φύσις, ἀλλὰ δύο. ἀλλ' εἴποι τις αὖ, καὶ πῶς οὐκ ἀντίκειται ἡμῖν τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου, ὅς τις ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ὤν, μίαν ἔχει τὴν φύσιν, οὐκ ἔτι δὲ δύο, ὡς λέγομεν ἔχειν τὸν Χριστόν; πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι αὐτὸ γὰρ τοῦτο, ἐπειδὴ μίαν φύσιν λέγομεν τοῦ ἀνθρώπου, δύο δὲ τοῦ Χριστοῦ. ὃν γὰρ λόγον ἔχει ἡ μία φύσις ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ ἀνθρώπου, τὸν αὐτὸν ἔχουσιν αἱ δύο ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

A fecti, si quis subtiliter rem consideret, una natura est; sed duæ. Fortasse dixerit aliquis: Et quonam fieri pacto potest, ut hominis exemplum nobis non adversetur? qui ex anima corporeque constans, unam naturam habet, non duas; quas Christum habere diximus? Ad hoc respondemus, id ipsum in caussa esse, quod unam hominis naturam, Christi duas dicamus. Quam enim rationem habet una natura in hominis hypostasi, eamdem & duæ in hypostasi Christi habent.

Καὶ ἵνα σαφὲς εἴη τὸ λεγόμενον, ἐπαναληπτέον τὰς προλεχθείσας ἀπορίας. τῆς ἐκκλησίας λεγούσης, ὅτι εἰ ἀσύγχυτα λέγετε τὰ ἑνωθέντα, καὶ σώζεσθαι τὰς φύσεις αὐτῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸ μὲν θνητὸν, τὸ δὲ ἀθάνατον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἰσάγετε· ἀντίλεγον ἐκεῖνοι, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον, καὶ ἀσύγχυτα λέγειν τὰ ἑνωθέντα, καὶ σώζεσθαι τὰς φύσεις αὐτῶν μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ μίαν φύσιν εἰπεῖν. ἰδοὺ γὰρ λέγομεν, φασὶ, μίαν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ ὅμως ἀσύγχυτά εἰσιν ἐπὶ αὐτοῦ τὰ ἑνωθέντα. πρὸς τοῦτο τὸ παράδειγμα στενοχωρούμεναι οἱ ἀπὸ τῆς συνόδου, εἶπον, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου δύο φύσεις λέγομεν. εἶτα οἱ Θεοδοσιανοί· οὐκοῦν εἰ δύο φύσεις τοῦ ἀνθρώπου λέγετε, ἀναγκαῖον ὑμᾶς τοῦ Χριστοῦ τρεῖς εἰπεῖν. εἶτα πρὸς αὐτοὺς πάλιν οἱ συνοδῖται· εἰ ἀναγκάζετε ἡμᾶς εἰπεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τρισὶ φύσεσιν, οὐκοῦν καὶ ὑμεῖς ἐκ τριῶν αὐτὸν λέγετε. λέγετε γὰρ αὐτὸν ἐξ ἀνθρωπότητος, καὶ θεότητος. καὶ ἔστι μὲν τῆς ἀνθρωπότητος δύο φύσεις, καὶ τῆς θεότητος μία. ἐπιστῆσαι δέον, ὅτι τῇ μὲν συνόδῳ συνάγεται, τὸ λέγειν τρεῖς φύσεις· οὐκέτι δὲ τοῖς Θεοδοσιανοῖς, ἐκ τριῶν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἐξ ἀνθρωπότητος καὶ θεότητος Χριστὸν λέγοντες, μίαν φύσιν λέγουσι τοῦ ἀνθρώπου, ἡμεῖς δὲ δύο. ὥς τε ὑμῖν συνάγεται τὸ λέγειν τρεῖς φύσεις, οὐκ ἐκείνοις. δύο γὰρ λέγομεν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ μίαν τοῦ λόγου. ἁπλῶς δέ οὐ λέγομεν, ἀλλ' ὅτι μία φύσις ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου, δύο δὲ αἱ τοῦ Χριστοῦ. καὶ πόθεν τοῦτο, γνωστέον. λέγομεν, ὅτι εἰσὶν, ἀρχαί τινες παρὰ τῇ ἁγίᾳ γραφῇ, παρὰ πᾶσιν ὁμολογούμεναι, ἃς καὶ ἡμεῖς καὶ αὐτοὶ δεχόμεθα. ἐξετάσωμεν οὖν ἐπὶ ταύταις ἑκάτερον δόγμα, καὶ ὃ δ' ἂν εὕρωμεν συμφωνοῦν ταῖς ἀρχαῖς, ἐκεῖνο δηλονότι καλῶς ἔχει. τὸ δὲ ἐναντιούμενον, ἐκεῖνο ὡς κακῶς ἔχον πρόδηλον ὡς δεῖ ἀποβάλλεσθαι. ὡμολόγηται τοίνυν, ὅτι αὐτὸς ἦν Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι αὐτὸς κυρίως Θεὸς, καὶ κυρίως ἄνθρωπος· καὶ ὅτι αὐτὸς φύσει Θεὸς, καὶ φύσει ἄνθρωπος· καὶ ὅτι αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν· καὶ ὅτι αὐτὸς εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν· καὶ ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἠξίωσεν ἄνθρωπος γενέσθαι; καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα εὑρήσομεν ἐν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ.

VII. Atque ut perspicuum sit quod a nobis dicitur, objectiones prius expositas repetamus. Quum diceret Ecclesia, si vos inconfusa dicitis ea quæ
B unita sunt, & salvas eorum naturas esse post unionem; unumque mortale, alterum immortale; quæque sunt hujusmodi alia; duas necessario naturas introducitis: illi vicissim respondebant, nihil esse absurdi, & inconfusa dicere, quæ unita sint; & post unionem, salvas esse naturas eorum; & unam profiteri naturam. Nam ecce, inquiunt, unam hominis naturam dicimus, & in eo tamen inconfusæ sunt partes unitæ. Hoc exemplo in angustum quasi coacti defensores synodi, se in homine quoque naturas fateri duas ajebant. Mox Theodosiani: Si duas hominis naturas dicitis, necesse est Christi tres esse fateamini. Vicissim synoditæ: Si nos cogitis dicere Christum tribus in
C naturis, etiam vos eum ex tribus naturis dicetis. Nam dicitis eum ex humanitate divinitateque constare. Divinitatis autem una natura est, humanitatis duæ. Sciendum tamen, ex adsertione synodi quidem colligi, tres naturas dici: sed non a Theodosianis illud, ex tribus. Etenim hi tradentes, Christum ex humanitate divinitateque constare, naturam hominis unam dicunt: nos autem, duas; quo fit ut ex doctrina nostra, non illorum, colligatur, tres naturas dici. Nos enim duas hominis naturas dicimus, & unam Sermonis. Non tamen hoc simpliciter dicimus, sed unam esse naturam hominis, duas Christi; & hoc quidem unde, cognoscendum. Principia quædam sa-
D cris in litteris esse dicimus, quæ apud omnes in confesso sint, quæque pariter a nobis & ipsis recipiantur. Ad hæc utrumque dogma examinemus, quodque principiis convenire deprehenderimus, id recte comparatum scilicet erit: quod iisdem adversabitur, ceu male comparatum rejici debere, manifesto patet. Est igitur in confesso, Christum fuisse Deum & hominem; proprie Deum eumdem, & proprie hominem; natura Deum eumdem, & natura hominem: unius eumdem cum Patre naturæ, & ejusdem naturæ nobiscum: unum de sancta Trinitate, ac unum de nobis: quodque Deus Sermo dignatus sit homo fieri: alia denique plura talia sacris in litteris reperiemus.

E

Ἐξετάσωμεν οὖν ἐπὶ ταύταις ἑκάτερον δόγμα, καὶ πρῶτον ἐπὶ τῆς μιᾶς φύσεως, καὶ εἰ μὲν καλῶς ἔχῃ, δεξόμεθα· εἰ δὲ κακῶς, ἀποβαλώμεθα. ὑποκείσθωσαν οὖν τρία τινὰ, ψυχαὶ ἁπλῶς, καὶ σώματα ἁπλῶς, καὶ ἄνθρωποι ἀποτελεσθέντες. λαβόντες οὖν ἡμεῖς ἐκ τούτων μίαν ψυχὴν, καὶ ἓν σῶμα, ἀποτελέσωμεν τόν τινα ἄνθρωπον, τυχὸν τὸν Πέτρον· καὶ οὐδ' αὖ εὑρεθείη ἔχων τὴν φύσιν ἐκείνων, δηλονότι ὁμοούσιόν ἐστιν ἀνθρώποις. ὁ τοίνυν Πέτρος ἀποτελεσθεὶς, οὐδὲ ταῖς ψυχαῖς ἐστιν ὁμοούσιος, οὐδὲ τοῖς σώμασιν· οὐδὲ κυρίως ψυχὴ, οὐδὲ κυρίως σῶμα. οὐδὲ γὰρ ὃν αὖ λόγον ἀποδῷ τις τῆς ψυχῆς, ἢ τοῦ σώματος, τὸν αὐτὸν ἀποδίδωσι Πέτρου· ἀλλὰ τίνι ἐστὶν ὁμοούσιος τοῖς ἀνθρώποις, [ἐκεί-

VIII. Examinemus igitur ad ista principia utrumque dogma, & primum adeo de una natura; quod si belle habebit, acceptabimus: sin autem, rejiciemus. Sint igitur tria quædam posita, simpliciter animæ, & corpora simpliciter, & homines absoluti: nosque sumta de his anima una & uno corpore, quemdam hominem efficiamus, puta Petrum. Is vero, tametsi naturam eorum habere deprehendatur, ejusdem tamen substantiæ cum hominibus non erit. Petrus enim absolutus, nec ejusdem est cum animis naturæ, nec ejusdem cum corporibus: nec anima proprie, nec proprie corpus. Non enim quæ corporis aut animæ tradi definitio potest; eadem & Petri traditur: sed aliquo tenus ejusdem est substantiæ cum hominibus, (nam

νων γὰρ τὸν ὅρον ἐπιδέχεται] καὶ ἄλλο τί ἐστι παρὰ τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ σῶμα. ἔλθωμεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. ἀναλογεῖ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ μὲν θεότης τῇ ψυχῇ, ἡ δὲ ἀνθρωπότης τῷ σώματι. οὐκοῦν ὁ Χριστὸς οὐδὲ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, οὐδὲ ὁμοούσιος ἡμῖν. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Πέτρος οὐδὲ ὁμοούσιός ἐστι τῇ ψυχῇ, οὐδὲ ὁμοούσιος τῷ σώματι· οὐκοῦν καὶ ὁ Χριστὸς οὐδὲ κυρίως Θεὸς, οὐδὲ κυρίως ἄνθρωπος· οὐδὲ φύσει Θεὸς, οὐδὲ φύσει ἄνθρωπος· οὔτε εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, οὔτε εἷς ἐξ ἡμῶν. ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Πέτρος οὐδὲ εἷς ἐστι τῶν ψυχῶν, οὐδὲ εἷς τῶν σωμάτων. τὰ δὲ τοιαῦτα λέγειν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀνελεῖν ἐστιν ἃς ἔχομεν ὡμολογημένας ἀρχὰς, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ δύο φύσεις ὑποθώμεθα ἔχειν τὸν Χριστὸν, οὐδὲν τούτων ἀναιροῦμεν τῶν ἀρχῶν, ἀλλὰ πάντα συμφωνοῦντα εὑρίσκομεν. ὁ αὐτὸς γὰρ καὶ Θεός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος. καὶ ὁ αὐτὸς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν. καὶ κυρίως Θεὸς, καὶ κυρίως ἄνθρωπος, καὶ φύσει Θεὸς, καὶ φύσει ἄνθρωπος. καὶ εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, καὶ εἷς ἐξ ἡμῶν. ἡ αὐτὴ γὰρ ὑπόστασις τοὺς ὅρους τῶν δύο φύσεων ἐπιδέχεται· καὶ ὃν δ' αὖ λόγον ἀποδῷ τις τῆς θεότητος, τὸν αὐτὸν εὑρίσκει καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ. καὶ ὃν δ' αὖ ἀποδῷ τῆς ἀνθρωπότητος, τὸν αὐτὸν εὑρίσκει καὶ ἐπὶ τῆς οὐσίας τοῦ Χριστοῦ κατ' οὐσίαν ἁρμόζοντα. ὥστε ἐξ ἀνάγκης δύο φύσεις εἶναι τῆς μιᾶς ὑποστάσεως τοῦ Χριστοῦ.

A illorum definitionem quoque recipit) & diversum quiddam est tam ab anima quam corpore. Nunc ad Christum veniamus: quippe respondet apud ipsos divinitas animæ, humanitas corpori. Christus ergo nec ejusdem cum Patre, nec ejusdem nobiscum est substantiæ: quemadmodum & Petrus nec ejusdem est cum anima, nec ejusdem cum corpore substantiæ. Quamobrem & Christus nec proprie Deus est, nec proprie homo; nec Deus natura, nec natura homo; nec unus sanctæ Trinitatis, nec unus ex nobis: sicut & Petrus nec unus ex animis est, nec unus ex corporibus. At hujusmodi de Christo dicere, nihil est aliud quam indubitata principia quæ habemus, subvertere: quod absurdum fuerit. At vero si Christum duas B habere naturas dabimus, nullum ex hisce principiis evertimus, sed omnia consonantia reperimus. Idem enim & Deus est, & homo: idem ejusdem cum Patre substantiæ, & ejusdem substantiæ nobiscum: proprie Deus, & proprie homo: natura Deus, & natura homo: unus sanctæ Trinitatis, & unus ex nobis. Nam eadem hypostasis duarum naturarum definitiones recipit: & quodcumque de divinitate quis protulerit, idem & in Christo invenit: ac vicissim quidquid de humanitate dixerit, idem & in substantia Christi invenit, eidem substantialiter competens: quo fit, ut necessario duæ sint unius hypostasis Christi naturæ.

Ἀποροῦσι δὲ, λέγοντες· καὶ πῶς ἐπὶ ἑνὸς ἀτόμου δύο ἐστὶν εὑρεῖν; πῶς, ἐπιλυόμεθα τῷ παραδόξῳ· ὅτι οὐ τὸ γεγονέναι τὶ παράδοξον ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἄτοπον· ἀλλὰ τὸ ψεύδεσθαι καὶ ταῖς ἀρχαῖς ἐναντιοῦσθαι, τοῦτο ἄτοπόν ἐστιν. ἰστέον δὲ, ὅτι τοῖς μίαν φύσιν δοξάζουσιν ἐπὶ Χριστοῦ, ἐξ ἀνάγκης συνάγεται, ἢ δύο ὑποστάσεις εἰπεῖν τῆς θεότητος, ἢ τέσσαρας, οὐκέτι δὲ τρεῖς, ὡς παρὰ πᾶσιν ὡμολόγηται. εἰ γὰρ μίαν φύσιν λέγουσιν ἡμῖν ἐπὶ Χριστοῦ, ποῦ παρέχουσιν ἡμῖν τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς θεότητος; ἔχομεν γὰρ μίαν τοῦ πατρὸς, καὶ μίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος· τὴν δὲ ἄλλην, οὐκέτι δύνανται εἰπεῖν, ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν λέγοντες. εἰ γὰρ μία φύσις ἐστὶν, οὐκέτι φύσει Θεὸς, ὡς ἤδη δέδεικται ἡμῖν. μὴ ὢν δὲ φύσει Θεὸς, πῶς λεχθείη ὑπόστασιν ἔχειν θεότητος; ὥστε δύο ὑποστάσεις αὐτοῖς συνάγεται λέγειν. ἐὰν δ' οὕτως εἴπωσιν, ὅτι ἡ τρίτη ὑπόστασίς ἐστι τοῦ Θεοῦ λόγου· ἵνα ἡ μία μὲν τοῦ πατρὸς, δευτέρα δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τρίτη δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου; τέσσαρας ἐξ ἀνάγκης εἰσάγουσι, μίαν τοῦ πατρὸς, καὶ μίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ μίαν τοῦ Θεοῦ λόγου, καὶ μίαν τοῦ Χριστοῦ. πανταχόθεν δέδεικται, ὅτι δύο φύσεις δεῖ δοξάζειν, οὐ μίαν.

IX. Verum heic isti Hæsitantes: Quo pacto, C inquiunt, in uno individuo reperiri duo possunt? Hoc ipsum *quo pacto*, per rem abhorrentem ab opinione solvimus. Quippe non absurdum est, accidisse quid in Christo præter opinionem hominum: sed absurdum est mentiri, ac principiis adversari. Sciendum autem, ab iis qui unam in Christo naturam statuunt, necessario colligi, vel duas ut hypostases divinitatis dicant, vel quatuor, non tres; quod omnes confitentur. Nam si unam nobis in Christo naturam tradunt, unde tres nobis hypostases divinitatis depromment? Habemus enim Patris unam, & unam sancti Spiritus: reliquam dicere nullam poterunt, unam in Christo naturam statuentes: quippe si una natura est, non jam natura Deus erit, uti modo probavimus. Si D non est natura Deus, quomodo divinitatis hypostasin habere dici poterit? quo fit ut ipsos duas hypostases dicere colligatur. Sin dixerint, tertiam hypostasin esse Dei Sermonis; ut una sit Patris, altera Spiritus sancti, tertia Dei Sermonis: necessario quatuor hypostases introducunt, unam Patris, unam Spiritus sancti, unam Dei Sermonis, & unam Christi. Modis omnibus probatum est, duas naturas statuendas, non unam.

Sincere explicantur loci quos Hæsitantes hæretici assumebant ad confirmationem suæ hæreseos contra duas Christi naturas.

ΠΡΑΞΙΣ η.

Ὑπολοιπόν ἐστι περὶ τῶν ἐπιχειρημάτων ὧν ἀπὸ χρήσεων τῶν ἁγίων πατέρων παραφέρουσιν ἡμῖν, διεξελθεῖν. τούτων δὲ, τὰ μέν εἰσιν, ἀφ' ὧν οὐκ εἶπεν ἡ σύνοδος. τὰ δὲ παραφέρουσι πρὸς πίστιν τοῦ οἰκείου δόγματος. τὰ δὲ, ἀφ' ὧν εἶπεν. ἀφ' ὧν μὲν οὐκ εἶπεν, ἐπιλαμβάνονται αὐτῆς ἐκ τριῶν· ὅτι οὐκ εἶπεν ἡ σύνοδος τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν, οὐδὲ μίαν τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην, οὐδὲ τὸ ἐκ δύο φύσεων. ταῦτα δὲ

ACTIO VIII.

I. Restat, ut de iis argumentis quæ de sancto- E rum patrum dictis nobis proferunt, agamus. Ea vero partim petita sunt ex iis quæ synodus non dixerit; partim ad conciliandam ipsorum dogmati fidem proferuntur; partim denique struuntur ex ipsis synodi verbis. Ob ea quæ non dixerit, tribus modis synodum reprehendunt: quod nimirum non unionem hypostaticam, nec unam Dei Sermonis naturam incarnatam, nec istud loquendi

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

πάντα ὁ ἅγιος Κύριλλος εἶπεν. ἄξιον δὲ εἰπεῖν, διατί λέγει τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν. διττὴ τοίνυν ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἔννοια. τοῦ γὰρ Νεστορίου λέγοντος, ὅτι κατὰ σχέσιν γέγονεν ἡ ἕνωσις τοῦ Θεοῦ λόγου πρὸς τὴν σάρκα, καὶ σχετικῶς λέγοντος ἓν πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου καὶ τῆς σαρκὸς, ὁ ἅγιος Κύριλλος ἀντιλέγων πρὸς αὐτὸν φησιν, ὅτι καθ' ὑπόστασιν γέγονεν ἡ ἕνωσις, τοῦτ' ἔστι καθ' ὕπαρξιν, καὶ αὐτῶν πραγμάτων· καὶ οὐκέτι λέγει κατὰ σχέσιν. καὶ σημειωτέον πάλιν ἐνταῦθα τὴν ὑπόστασιν καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων ἁπλῶς. δευτέρα δὲ ἔννοιά ἐστιν, ὅτι καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν εἶπε γενέσθαι, τοῦτ' ἔστιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει. καὶ ἑκατέρα μὲν ἔννοια ἀντίκειται Νεστορίῳ, πλὴν ἀληθινωτέρα ἡ πρώτη. λέγουσιν οὖν, τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ταῦτα εἰπόντος, ἡ σύνοδος ἀπεβάλλετο αὐτὰ, καὶ οὐδὲν περὶ αὐτῶν εἶπεν. ἑνὶ δὲ λόγῳ ταῦτα πάντα ἀνατρέπομεν, ὅτι ὡς κοινὰ ὄντα καὶ ὁμολογούμενα παρείασεν αὐτὰ ἡ σύνοδος, πρὸς Εὐτυχῆ γὰρ τὸν λόγον ἐποιεῖτο, ὅστις ἐκ διαμέτρου τῷ Νεστορίῳ μαχόμενος, δηλονότι καὶ ταῦτα ὡμολόγει. καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης δεῖ τὰ ὁμολογούμενα πάντως τιθέναι· ἀλλ' ἔστιν ἐνίοτε παραλιμπάνειν. καὶ δηλοῦσιν αἱ πρότεραι σύνοδοι, πολλὰ τῶν ὁμολογουμένων ἐν πολλοῖς παραλείψασαι. ἔπειτα εὑρίσκομεν ἐν πολλοῖς τόποις τὴν σύνοδον εἰποῦσαν, μίαν ὑπόστασιν, καὶ ἓν πρόσωπον. ὅπερ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν εἰπεῖν, εἰ μὴ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν.

Καὶ ταῦτα μὲν εἰσὶν, ἀφ' ὧν οὐκ εἶπε. πρὸς πίστιν δὲ τοῦ οἰκείου δόγματος παραφέρουσι χρήσεις πολλάς. καὶ πρώτη μὲν ὅτι ὁ ἅγιος Κύριλλος φανερῶς εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην. πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι ὁμολογοῦμεν τὸν ἅγιον Κύριλλον τοῦτο εἰρηκέναι· ἀλλ' οὐδὲν ἐναντιοῦται τοῦτο τῷ δόγματι. οὐ γὰρ εἶπε τοῦ Χριστοῦ μίαν φύσιν σεσαρκωμένην, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, τὴν ἄλλην φύσιν δηλῶν. καὶ ὅτι τὴν ἄλλην βούλεται δηλῶσαι φύσιν, τῷ εἰπεῖν σεσαρκωμένην· δῆλον ἀφ' ὧν ἑαυτὸν ἐπεξηγεῖται ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον δευτέρᾳ ἐπιστολῇ λέγων· εἰ μὲν γὰρ μίαν φύσιν εἰπόντες τοῦ Θεοῦ λόγου, σεσιγήκαμεν, οὐκ ἐπενεγκόντες τὸ, σεσαρκωμένην· ἀλλ' οἷς ἔξω θέντες τὴν οἰκονομίαν, ἦν αὐτοῖς τάχα που καὶ οὐκ ἀπίθανος ὁ λόγος προσποιουμένοις ἐρωτᾷν, ποῦ τὸ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι, ἢ πῶς ὑφέστηκεν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐσία; ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἐν ἀνθρωπότητι τελειότης, καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οὐσίας ἡ δήλωσις εἰσκεκόμισται διὰ τὸ λέγειν σεσαρκωμένην· παυσάσθωσαν καλαμίνην ῥάβδον ἑαυτοῖς ὑποστήσαντες. τοὺς γὰρ ἐκβάλλοντας τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἀρνουμένους τὴν σάρκωσιν, ἦν τὸ ἐγκαλεῖσθαι δικαίως, ἀφαιρουμένους τὸν υἱὸν τῆς τελείας ἀνθρωπότητος. εἰ δὲ ἔφην, ἐν τῷ σεσαρκῶσθαι λέγειν αὐτὸν, σαφής ἐστι καὶ ἀναμφίλογος ἡ ὁμολογία τοῦ, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος· οὐδὲν ἔτι κωλύει νοεῖν, ὡς εἷς ὑπάρχων καὶ μόνος ὁ Χριστὸς, αὐτὸς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος· ὥσπερ ἐν θεότητι τέλειος, οὕτω καὶ ἐν ἀνθρωπότητι τέλειος. ὀρθότατα δὲ, καὶ πάνυ συνετῶς ἡ σὴ τελειότης τὸν περὶ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐκτίθεται λόγον, οὐκ αὐτὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθὸ νοεῖται καὶ ἔστι Θεὸς, παθεῖν εἰς ἰδίαν φύσιν τὰ τοῦ σώματος διϊσχυριζομένη· παθεῖν δὲ αὐτὸν μᾶλλον τῇ χοϊκῇ φύσει· ἔδει γὰρ, ἔδει σαφῶς ἀμφότερα σώζεσθαι τῷ ἑνὶ κατ' ἀλήθειαν υἱῷ, καὶ τὸ μὴ, πάσχειν θεϊκῶς, καὶ τὸ λέγεσθαι παθεῖν ἀνθρωπίνως. ἡ αὐτοῦ γὰρ πέπονθε σάρξ.

A genus usurpaverit, *Ex duabus naturis*. At isthæc, inquiunt, omnia sanctus ille Cyrillus protulit. Est autem par indicari, quamobrem hypostaticam unionem ille dixerit. Duplex scilicet hujus est intellectus. Nam quia Nestorius diceret, unionem Dei Sermonis cum carne per adfectionem quamdam esse factam, adeoque personam Dei Sermonis & carnis unam ratione mutui adfectus esse traderet: idcirco sanctus vir Cyrillus ei contradicens, unionem hypostaticam esse factam ait, hoc est, ratione subsistentiæ, ipsarumque adeo rerum unionem; non adfectionis respectu. Ac notandum heic rursus, hypostasin dici de iis quæ simpliciter exsistunt. Alter intellectus est, quod hypostaticam B unionem factam dixerit, hoc est, in unam hypostasin. Ac sententia quidem utraque refragatur Nestorio, prima tamen verior est. Objiciunt igitur, synodum hæc a sancto Cyrillo tradita rejecisse, nec eorum mentionem ullam fecisse. Verum uno verbo isthæc omnia subvertimus, synodum illa, quasi communia & in confesso essent, omisisse: nam adversus Eutychem disserebat, qui ex diametro cum Nestorio pugnans, & ista citra controversiam fatebatur. Non est autem necessarium, ut quæ confessa sunt, omnino ponantur: sed licet ea nonnumquam omittere. Satis hoc synodi priores ostendunt, quæ pleraque confessa in pluribus omiserunt. Deinde synodum multis in locis unam hypostasin, & unam personam dixisse deprehendimus: quod nihil C est aliud dicere, quam unionem hypostaticam.

II. Et hæc quidem sunt de iis quæ synodus omiserit. Ad faciendum vero fidem dogmati suo plures auctoritates producunt, quarum est prima, quod sanctus ille Cyrillus unam naturam Dei Sermonis incarnatam aperte dixerit. Ad hoc respondemus, fateri nos, id a sancto Cyrillo dictum: sed idem nihil omnino sententiæ nostræ refragari. Non enim Christi naturam unam incarnatam dixit, sed unam naturam Dei Sermonis incarnatam; videlicet alteram illam naturam denotans. Et quod alteram illam significare voluerit, dum incarnatam ait, ex D iis manifestum est quibus se ipsum in secunda ad Successum epistola declarat, inquiens: Quod si unam Dei Sermonis naturam dicentes obticuissemus: nec verbum illud, *Incarnatam*, subjecissemus; adeoque dispensationem ipsam velut omisissemus: fortasse probabilis esset ipsorum oratio, quærere de nobis præ se ferentium, ubi sit illa perfectio in humanitate, vel quomodo substantia quam nos tradimus, subsistat? Sed quoniam & ipsa in humanitate perfectio, & substantiæ quam nos tradimus, significatio per verbum istud, *Incarnatam*, comprehensa est: inniti arundineo baculo desinant. Nam dispensationem rejicientes, & incarnationem negantes, merito accusaremur; ceu filium perfecta E humanitate spoliantes. At vero si dicam, in eo quod ipsum incarnatum dixi, perspicuam minimeque ambiguam esse confessionem, quod homo factus sit: nihil est amplius, quod cogitare vetet, Christum unum & unicum, pariter & Deum & hominem esse: ut perfectum in divinitate, sic etiam perfectum in humanitate. Rectissime vero, & admodum erudite perfectio tua doctrinam de passione salutari exponit, quum non ipsum unigenam Dei filium, quatenus intelligitur & est Deus, passum in natura sua, quæ cadunt in corpus, adfirmas: sed potius eum natura terrena passum. Oportebat enim, oportebat utraque manifesto salva esse uni reapse filio; tum ut divinitatis respectu non pateretur, tum ut humanitate esse passus diceretur: quippe caro ipsius passa fuit.

Ἰστέον δὲ, ὅτι πρῶτος ἐν ὀρθοδόξοις τὸ, μίαν A φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, εἶπεν ὁ ἅγιος Κύριλλος. ἐν ὀρθοδόξοις δὲ εἴπομεν, ἐπειδὴ ὁ Ἀπολινάριος πολλάκις ἔλεγε τοῦτο. ὅθεν καὶ ἐνομίσθη ὁ ἅγιος Κύριλλος παρὰ τῶν ἀνατολικῶν Ἀπολιναριστὴς εἶναι, οὐκ ὢν δέ. οὐδὲ γὰρ δέον ἐστὶ πάντα, ὅσα λέγουσιν οἱ αἱρετικοὶ, πάντως μὴ δέχεσθαι· τὰ δὲ κακὰ ἀποβάλλεσθαι. παραφέρουσι δὲ καὶ ἑτέραν χρῆσιν ὡς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, κειμένην ἐν τῇ πρὸς Διονύσιον τὸν Κορίνθου ἐπίσκοπον ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχὴ, θαυμάζω πυνθανόμενος περί τινων. καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις τοιαύτη. ἀνάγκη γὰρ δύο λέγοντας αὐτοὺς φύσεις, τὴν μὲν προσκυνεῖν, τὴν δὲ μὴ προσκυνεῖν. καὶ εἰς μὲν θείαν βαπτίζεσθαι. εἰς δὲ τὴν ἀνθρωπί- B νην μὴ βαπτίζεσθαι. καὶ ἕτερα δὲ πολλὰ κεῖται ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ. ἡμεῖς δὲ ἀπὸ πολλῶν διελέγχομεν, μὴ εἶναι τὴν ἐπιστολὴν ταύτην τοῦ μακαρίου Ἰουλίου, ἀλλὰ τοῦ Ἀπολιναρίου. πρῶτον μὲν, ὅτι εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσοι, οὐδὲν φέρεται τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. ἀλλὰ καὶ αἱ ἑπτὰ ἐπιστολαὶ, ἃς λέγουσιν εἶναι αὐτοῦ, τοῦ Ἀπολιναρίου εἰσίν. ἔπειτα, ὅτι μνησθεὶς ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ νοερὸν εἶπεν, ἢ ἔμψυχον. ἔθος δὲ εἶχον οἱ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πατέρες, ἔνθα ἂν μνησθῶσι τοῦ σώματος, τὸ νοερὸν λέγειν καὶ ἔμψυχον. καὶ τοσοῦτόν ἐστι τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι ὑφορώμενοι τοῦτο τὸ ἔγκλημα, προσέθηκαν ὕστερον, τὸ νοερὸν καὶ τὸ ἔμψυχον. καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν τινα C τῶν μεταγενεστέρων βιβλία, μὴ ἔχοντα τὴν προσθήκην τῶν παλαιῶν. ὅτι δὲ καὶ ἐκ τούτου ἐλέγχεται τοῦ Ἀπολιναρίου οὖσα, καὶ οὐκ αὐτοῦ τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. Γρηγόριος γὰρ ὁ Νύσσης ἐν τῇ πρὸς Ἀπολινάριον πραγματείᾳ φαίνεται μεμνημένος πολλῶν τῶν ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἀνατρέπων αὐτὰ, ὡς κακῶς ἔχοντα. ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ ἄλλου αὐτὴν διελέγξαι μὴ οὖσαν τοῦ μακαρίου Ἰουλίου. φασὶ γὰρ κεῖσθαι αὐτὴν ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ἐν Ἐφέσῳ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου· καὶ ψεύδονται φανερῶς. οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον κεῖται ἐκεῖ, ἀλλὰ ἄλλη ἐστὶν ἡ κειμένη ἐκεῖ, ὡς ἀπὸ τοῦ Ἰουλίου, ἥτις οὐδὲ Ἰουλίου ἐστὶν, ἀλλὰ Τιμοθέου, ὡς ἔστιν ἀπὸ πολλῶν ἀντιγράφων καταμαθεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ κατὰ μηδὲν ἡμῖν ἐναντιοῦται, εἰ καὶ Ἰουλίου ταύτην εἴπωσιν, οὐ D φροντιστέον.

III. Sciendum autem, primum inter orthodoxos Cyrillum protulisse verbum illud; unam naturam Dei Sermonis incarnatam. Inter orthodoxos dicimus, quoniam sæpius hoc Apollinaris repetebat; unde factum, ut sanctus Cyrillus pro Apollinarista sit habitus ab orientalibus, quum talis non esset. Nec enim necesse est omnia, quæcumque dicunt hæretici, omnino non admitti; mala quidem rejici debent. Adferunt aliud quoque dictum, velut a beato Julio profectum, quod exsistat in epistola scripta ad Dionysium Corinthi episcopum, cujus initium est: *Miror de quibusdam audiens*. Estque dictum hujuscemodi: Necesse est eos, quum duas naturas dicunt; unam adorare, alteram non B adorare: ac in divinam quidem baptizari, at in humanam non baptizari: aliaque plura isthæc epistola continet. Sed nos argumentis pluribus convincimus, non illam epistolam esse beati illius Julii; sed Apollinaris. Primum ex eo, quod si quis eam subtiliter consideret, nihil Juliano dignum nomine habeat: quin & septem illæ epistolæ quas ejus esse dicunt, Apollinaris sunt. Deinde, quod in eadem epistola corporis mentione facta, nusquam id mente præditum vel animatum dixerit. Erat autem in more patribus illius sæculi, ut sicubi corporis mentionem facerent, id ipsum mente præditum animatumque dicerent: quod quidem usque adeo verum est, ut reformidantibus eis hoc cri- C men, ideoque deinceps illas voces, *Mente præditum & animatum*, adjicientibus, nulli posteriorum libri reperiantur, qui hanc veterum adpendicem non habeant. Præterea de hoc quoque non beati Julii, sed Apollinaris esse redarguitur: quod Nyssenus ille Gregorius in opere contra Apollinarim aperte multa recitet, quæ hac epistola continentur: eaque ceu prava, refutet. Potest & aliunde convinci, quod beati Julii non sit. Ajunt enim actis synodi Ephesinæ sub beato Cyrillo insertam: quod quidem aperte mentiuntur. Nam ibi nihil in textu tale reperitur, sed alia quædam inserta est epistola, velut a Julio scripta: nec ipsa Julii, sed Timothei: quemadmodum de multis exemplaribus intelligi potest. Enimvero quum nihil no- D bis adversetur, quod eam Julii dicant, flocci scilicet faciendum.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλην ἡμῖν χρῆσιν παραφέρουσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ, ἐκ τῆς κατὰ μέρος πίστεως· οὐ δύο πρόσωπα, οὐ δύο φύσεις. οὐ δεῖ γὰρ τέσσαρα προσκυνεῖν, καὶ τὰ ἑφεξῆς. λέγομεν δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι πρῶτον μὲν καὶ αὕτη ἀμφεβλήθη παρὰ τοῖς παλαιοτέροις, μὴ εἶναι τοῦ ἁγίου Γρηγορίου· ἔπειτα Γρηγόριος ὁ Νυσσαεὺς γράφων ἐπιτάφιον εἰς τὸν Θαυματουργὸν λέγει, μηδὲν σύγγραμμα φέρεσθαι αὐτοῦ, εἰ μὴ μόνην τὴν πίστιν, ἣν κατὰ ὀπτασίαν εἶδεν. ἔτι δὲ καὶ ἄλλην παραφέρουσι χρῆσιν, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ περὶ E σαρκώσεως λόγου. ἔστι δὲ τοιαύτη· καὶ εἶναι τὸν αὐτὸν υἱὸν Θεοῦ κατὰ πνεῦμα, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου κατὰ σάρκα· οὐ δύο φύσεις τὸν ἕνα υἱὸν, μίαν προσκυνητὴν, καὶ μίαν ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην. πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι πρῶτον μὲν οὐδὲν ἡμῖν ἐναντιοῦται. οὐδὲ γὰρ δοξάζομεν δύο φύσεις, τὴν μὲν προσκυνητὴν, τὴν δὲ ἀπροσκύνητον· ἀλλὰ δοξάζομεν μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην. ἔπειτα δὲ οὐδ' ἔστι τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. ἐρωτώμενοι γὰρ παρ' ἡμῶν, ποῦ κεῖται· καὶ μὴ εὐποροῦντες δεῖξαι, στενοχωρούμενοι παραφέρουσι μικρόν τινα λόγον, ὡς δύο φύλλων, ἐν ᾧ

IV. Proferunt nobis & aliam quamdam auctoritatem sancti Gregorii, quem prodigiorum effectorem nominamus, ex illius confessione fidei, seorsum exposita. Non duas personas, inquit, non duas naturas; quia non adoranda sunt quatuor: & alia quæ sequuntur. Ad hoc quoque respondemus, primum de hac itidem dubitatum apud antiquiores, an sit Gregorii. Deinde Gregorius Nyssenus orationem de illo prodigiorum effectore funebrem scribens, nullum ait opus ipsius in manibus esse, præter solam fidem quam in visione conspexerit. E Aliam quoque proferunt auctoritatem sancti Athanasii ex oratione de incarnatione, quæ quidem hujusmodi est: Eumdem esse Dei filium, ratione spiritus; & hominis filium, ratione carnis: non duas naturas unum illum filium, quarum una sit adoranda, non adoranda sit altera: sed unam naturam Dei Sermonis incarnatam. Respondemus primo, dictum hoc nobis non adversari. Non enim duas naturas ita tradimus, ut adoretur una; non adoretur altera: sed unam statuimus esse naturam Dei Sermonis incarnatam. Deinde ne quidem est Athanasii: nam quum a nobis interrogantur, ubi dictum hoc exstet, nec ejus ostendendi copiam habent: in arctum coacti, pusillam quamdam orationem profe-

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

κεῖται αὕτη ἡ χρῆσις. δῆλον δὲ πᾶσιν, ὅτι πάν- A
τα τὰ συγγράμματα τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, πάνυ μεγάλα εἰσίν.

Ἀλλὰ τί ἔχομεν εἰπεῖν, ὅτι παραφέρουσι τὸν μακάριον Κύριλλον, παράγοντα αὐτὴν κατὰ Θεοδώρου, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου; λέγομεν πρὸς τοῦτο, ὅτι τῷ ὄντι μὲν κεῖται ἐν τοῖς τοῦ μακαρίου Κυρίλλου κατὰ Θεοδώρου ῥηθεῖσιν, ἀλλὰ σφάλμα ἐστὶν ἀρχαῖον. ὁ γὰρ Διόσκορος διάδοχος γενόμενος τοῦ μακαρίου Κυρίλλου, καὶ εὑρὼν τὰ αὐτοῦ συγγράμματα, ἴσως οὐκ αὖ ὤκνει τινὰ θεῖναι ὧν ἐβούλετο. μήποτε δὲ καὶ ἐπιστοχάσασθαι, ὅτι οὐ παρήγαγεν αὐτὴν ὁ μακάριος Κύριλλος κατὰ Θεοδώρου, καὶ ἐντεῦθεν δῆ- B
λον. Θεοδώρητος γὰρ ὑπὲρ Θεοδώρου λέγων, ἀνατρέπων πάσας τὰς χρήσεις, ὅσας παρήγαγε κατ' αὐτοῦ ὁ ἅγιος Κύριλλος ἀπὸ τῶν ἁγίων πατέρων, οὐδαμοῦ ταύτης τῆς χρήσεως μέμνηται. ἀλλὰ λέγουσι πρὸς τοῦτο, ὅτι πανούργως αὐτὴν παρείασεν ὁ Θεοδώρητος. μὴ δυνάμενος γὰρ πρὸς αὐτὴν ἀντιβλέψαι, ὡς πάνυ φανερὰν, ἑκὼν παρέλειπεν αὐτήν. πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι τοσοῦτον οὐ παρέδραμεν αὐτὴν κειμένην ἐκεῖ, ὅτι τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ἄλλοις εἰρηκότος, ἀλλὰ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην· εἰ ᾔδει τὴν χρῆσιν ταύτην κειμένην παρὰ τῷ μακαρίῳ Κυρίλλῳ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου προενεχθεῖσαν, οὐκ αὖ οὕτως ἀμαθῶς ἔμελλεν εἰπεῖν· C
τίς σοι τῶν πατέρων εἶπε μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην; ἀλλὰ λέγουσι πάλιν, ὅτι τοσοῦτον ᾔδει αὐτὴν εἰρημένην τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ, ὅτι εἶπεν· ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι. πρὸς τοῦτο λέγομεν, ὅτι ἕκαστος σπουδάζει ἃ λέγει δεῖξαι τοὺς πατέρας εἰρηκότας, εἰ καὶ μὴ αὐτολεξεὶ, ἀλλὰ δυνάμει. παραφέρουσι δὲ καὶ ἄλλην χρῆσιν ἀπὸ Ἐρεχθίου, ὅστις οὐδέποτε ἠκούσθη εἰς πατέρας, καὶ τοσοῦτον, ὅτι Τιμοθέου γράψαντος κατὰ τῆς συνόδου, καὶ παραγαγόντος χρῆσιν ἀπὸ Ἐρεχθίου, Κῦρος ὁ οἰκεῖος πρεσβύτερος ἔγραψε πρὸς αὐτόν· ὅτι D
ἤθελόν σε διορθώσασθαι τοῦτο. ὁ γὰρ Ἐρέχθιος οὐδέποτε ἠκούσθη εἰς πατέρας. ἐν τούτοις ἡ θεωρία.

A runt, quasi duorum foliorum, in qua dictum hoc legitur. At notum est universis, omnia sancti Athanasii opera valde magna esse.

V. Quid autem ad hoc respondebimus, quod beatum Cyrillum producunt, citantem hoc dictum libro adversus Theodorum, quasi profectum ab Athanasio? Nimirum dicimus, reapse quidem illud in beati Cyrilli contra Theodorum invectivis legi; sed mendum esse priscum. Dioscorus enim successor beati Cyrilli factus, quum ejus opera reperisset; forte non veritus est inserere nonnulla, quæ ipsi lubitum fuit. Neque vero conjecturis nos modo niti, quod beatus Cyrillus illud contra Theo-
B dorum non produxerit; ex eo quoque manifestum est. Nam Theodoretus qui Theodorum defendebat, universas auctoritates refutans, quascumque sanctus Cyrillus contra Theodorum de sanctis patribus protulerat; nusquam hujus dicti meminit. At enim isti referunt, a Theodoreto callide omissum. Quod enim adversis eam auctoritatem oculis adspicere non posset, ut admodum planam & apertam; idcirco sponte ab ipso prætermissam. Respondemus, tantum abesse ut eam Theodoretus ibi positam præterire voluerit; ut quum beatus ille Cyrillus alibi dixisset, Unam naturam Dei Sermonis incarnatam; si quidem scivisset Theodoretus id verbum quod apud Cyrillum exstat, ex sancto Athanasio citatum, nequa-
C quam adeo temere dicturus fuerit: Quis tibi patrum dixit unam naturam Dei Sermonis incarnatam? Vicissim ingerunt, tam esse certum, scivisse sic loquutum Athanasium; ut etiam dixerit, Quemadmodum patres loquuti sunt. Nos contra quemque dicimus eniti, ut ostendat, a patribus ea prolata quæ ipse tradat, si non iisdem verbis, saltem vi verborum eadem. Producunt & aliam auctoritatem ex Erechthio, cujus inter patres nec auditum est umquam nomen: adeo quidem, ut quum Timotheus contra synodum scripsisset, & auctoritatem Erechthii citasset; Cyrus qui apud ipsum pres-
D byteri loco esset, his ad eum verbis perscripserit: Mallem hoc te corrigere. Nam Erechthii nomen inter patres auditum numquam fuit. Hæc consideranda veniebant.

Recitantur quædam verba synodi Chalcedonensis, quæ putabant Hæsitantes suæ hæresi favere.

ΠΡΑΞΙΣ θ'.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ λέξεών τινων πραττόμενοι ἐκ τοῦ ὅρου τῆς συνόδου, ἐπιλαμβάνονται αὐτῆς· φέρε καὶ ταύτας ἐκθέμενοι, καὶ πῶς ἐπιλαμβάνονται αὐτῶν εἰπόντες, ὕστερον τὰς πρὸς ταύτας ἀνατροπὰς ἐπαγάγωμεν. τῆς συνόδου τοίνυν εἰπούσης· ἤρκει μὲν οὖν εἰς ἐντελῆ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσιν τὸ σοφὸν τοῦτο καὶ σωτήριον τῆς θείας χάριτος σύμβολον. περί τε γὰρ τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκ- E
διδάσκει τὸ τέλειον, καὶ τοῦ κυρίου τὴν ἐνανθρώπησιν τοῖς πιστῶς δεχομένοις παρίστησιν. ἔστι δὲ λίαν ὑπόψυχρος ἡ ἐπιλαβή. πρῶτον μὲν γὰρ τοσοῦτον οὐ φρονεῖ τὰ Νεστορίου, ὅτι Ἰωάννης τις Αἰγεώτης πρεσβύτερος Νεστοριανὸς, ἐπιλαμβανόμενος τῆς συνόδου φησὶν, ὅτι αὕτη σύνοδος Κυριλλιανή ἐστι, καὶ τὰ ἐκείνου φρονεῖ. εἰ δὲ ἦν Νεστοριανὴ, οὐκ ἂν τοῦτο εἶχεν ὁ Ἰωάννης εἰπεῖν. ἔπειτα εἰ ἀπὸ τῶν τοιούτων λέξεων ἐπιλαμβάνονται τῆς συνόδου, διατί μὴ καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἐπιλαμβάνονται; καὶ αὐτοὶ γὰρ πολλὰ τοι-

ACTIO IX.

Quia vero voces etiam nonnullas carpendo de synodi definitione, synodum ipsam reprehendunt: age & illis expositis, ubi quemadmodum eas reprehendant, indicaverimus; ita deinde refutationes nostras subjiciamus. Synodi verba sunt: Sufficeret quidem ad perfectam pietatis cognitionem & confirmationem, hoc eruditum ac salubre divinæ gratiæ symbolum, quod & per-
E fectam de Patre, & Filio, & Spiritu sancto doctrinam tradit, & incarnationem Domini fideliter excipientibus exhibet. Est autem sane quam frigida reprehensio. Primo tantum abest, ut cum Nestorio sentiat; ut Joannes quidam Ægeota presbyter Nestorianus, synodum reprehendens, diceret; Eam synodum esse Cyrillianam, & a Cyrilli sententia stare. Quod si Nestoriana, numquam hoc Joannes ille dixisset. Deinde si propter hujusmodi voces synodum reprehendunt, cur itidem sanctos quoque patres non reprehendunt? Nam & illi plura talia protulerunt. Etenim beatus ille

αὐτὰ εἰρήκασι. φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Κύριλλος ἐν τῷ εἰς Ζαχαρίαν τὸν προφήτην ὑπομνήματι, οὗ ἡ ἀρχή· προφητεύει μὲν ὁ ἅγιος Ζαχαρίας, οὕτως. δεῖ δὴ ἄρα τῶν τοιούτων ἀποφοιτᾶν, καὶ ὡς ἐκ γῆς ἀλλοτρίας, τῆς ἀπεψυγμένης καὶ νεκρᾶς τοῦ νοῦ διαθέσεως μεταφοιτᾶν εἰς Σιὼν, τοῦτ' ἔστιν εἰς τὸ ἀληθές· ἵνα νοῶμεν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ, ἐν ᾧ γεγονότες, κατοψόμεθα τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ τριάδι περιαθρήσομεν λόγους, καὶ αὐτὸν εὑρήσομεν ἐκ παντὸς ἡμᾶς * τρόπου συναγείροντα τὸν Χριστὸν, καὶ συνδέοντα πνευματικῶς εἰς ὁμοψυχίαν. ἰδοὺ γὰρ εἰπὼν τὸ, τῷ Θεῷ δοκοῦν, ἐπήγαγε· καὶ τοὺς ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ τε καὶ ὁμοουσίῳ τριάδι περιαθρήσομεν λόγους, καὶ αὐτὸν εὑρήσομεν ἡμᾶς συναγείροντα τὸν Χριστόν. καὶ ὅσον ἐξ ὧν λέγουσι, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος τετράδα δοξάζει. καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πολλὰ παρὰ τοῖς ἁγίοις πατράσιν εὑρίσκομεν, ἃ διὰ πολυλογίαν νῦν οὐ δεῖ παραθέσθαι. ἐπιλαμβάνονται δὲ αὐτῆς πάλιν, ὡς εἰπούσης τὸ ἐν δύο φύσεσιν. ὅτι δὲ καὶ τοῦτο εἴρηται παρὰ τοῖς πατράσι, ῥᾴδιον δεῖξαι ἀπὸ πολλῶν.

A Cyrillus in commentario Zachariam vatem declarante, cujus initium; *Vaticinatur quidem sanctus ille Zacharias;* sic ait: Discedendum igitur a talibus, & a mentis adfectione rigida mortuaque, velut e terra peregrina, transeundum ad Sionem, hoc est, ad veritatem; ut Ecclesiam Christi consideremus: in qua constituti, perspiciemus id quod Deo placet, & ad illas in sancta uniusque substantiæ Trinitate rationes oculos circumferemus, ipsumque Christum deprehendemus ex omni loco nos colligentem, ac spiritualiter in unanimem consensum colligantem. Nam ecce, postquam dixit, Quod Deo placet; subjicit: Et ad illas in sancta uniusque substantiæ Trinitate rationes oculos cir- B cumferemus, ipsumque Christum deprehendemus ex omni loco nos colligentem. Quantum ergo colligitur ex iis quæ ipsi dicunt; etiam beatus ille Cyrillus quaternionem statuit. Alia quoque consimilia multa reperimus apud sanctos patres, quæ nunc vitandæ prolixitatis caussa, non sunt heic adjicienda. Rursus eam reprehendunt, quasi quæ formulam illam verborum, In duabus naturis, usurpaverit. Verum & illa patres usos, de pluribus ostensu facile.

Actione decima error Gajanitarum detegitur, contra quos probatur Christi corpus fuisse corruptibile, & iisdem passionibus excepto peccato subjectum. Deinde Agnoetæ reprehenduntur: postremo deliria Origenis refutantur.


ΠΡΑΞΙΣ ι.

Ἄξιόν ἐστι μετὰ τὰ προρρηθέντα ἅπαντα, καὶ περὶ τῆς δόξης τῶν Γαϊανιτῶν, καὶ ἄλλων τινῶν, διεξελθεῖν. οἱ τοίνυν Γαϊανῖται, ὁμολογοῦσι τὸν Θεὸν λόγον ἐνανθρωπῆσαι ἐκ τῆς παρθένου τελείως καὶ ἀληθινῶς· ἀπὸ δὲ τῆς ἑνώσεως ἄφθαρτον ὁμολογοῦσιν εἶναι τὸ σῶμα. πάντα μὲν γὰρ τὰ εἴδη τῶν κακῶν λέγουσιν αὐτὸν ὑπομεῖναι. καὶ ἐπείνησε γὰρ, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἐκοπίασεν. οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ταῦτα ἡμῖν παθεῖν. φασὶ γὰρ, ὅτι ἡμεῖς μὲν ἐξ ἀνάγκης φυσικῆς καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν· ὁ δὲ Χριστὸς ἑκουσίως πάντα ὑπέμεινεν. οὐ γὰρ ἐδούλευε τοῖς τῆς φύσεως νόμοις. ἐπεὶ καὶ ἀκούσια ὁμολογήσομεν τὰ πάθη, ὅπερ ἄτοπον. αὕτη μὲν ἡ τῶν Γαϊανιτῶν δόξα. ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα λέγομεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς ἑκούσια ὁμολογοῦμεν τὰ πάθη. οὐ διὰ τοῦτο δὲ λέγομεν, ὅτι τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης ἔπασχεν. ἀλλὰ λέγομεν, ὅτι ἑκουσίως ἐδούλευε τοῖς τῆς φύσεως νόμοις, καὶ ἑκὼν ἐδίδου τῷ σώματι, παθεῖν τὰ ἴδια τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν. καὶ μαρτυροῦσι τούτοις οἱ πατέρες· ὁ μὲν ἅγιος Γρηγόριος εἰπών· τῇ φύσει ἐδίδου, ὅτε ἐβούλετο, ἐνεργεῖν τὰ ἴδια. ὁ δὲ μακάριος Κύριλλος, εἰρηκώς· ὅτι διὰ τῆς εἰσπορεύσεως τῶν βρωμάτων, καὶ τῆς ἐκπορεύσεως, διεκράτει τὴν ὑπόστασιν, τοῦτ' ἔστι τοῦ σώματος. καὶ πάλιν ἐκ τοῦ διαλόγου, ὅτι εἷς ὁ Χριστός· ἐφιέναι αὐτὸν τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, διὰ τῶν τῆς ἰδίας φύσεως ἰέναι νόμων. καὶ αὖθις· ὡς ἐπιτρέπει τὸ σωματικὸν κατὰ τὴν φύσιν προσόντα παθεῖν, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὄντως καὶ κατ' ἀλήθειαν φορέσαι σάρκα, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι κατὰ τὰς γραφάς. ὁ δὲ ἅγιος Ἀθανάσιος, ἐκ τοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγου· ὅτι διὰ τοῦτο ἔλεγεν ὁ κύριος, νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται. τὸ δὲ νῦν τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἠθέλησεν. ὅμως μέντοι τὸ ὂν ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ τὸ μὴ ὂν ὡς παρὸν ὠνόμαζεν, ὡς δοκήσει γινομένων τῶν λεγομένων· φύσει γὰρ καὶ ἀληθείᾳ τὰ πάντα ἐγίνετο. πάλιν ἐν ἑτέρῳ· ὅτι κἂν μὴ ἡττήματι φύσεως συνέβαινε τὰ

ACTIO X.

C I. POst omnia quæ hactenus exposita sunt, operæ fuerit pretium de Gaianitarum quoque ac aliorum quorumdam opinione narrationem instituì. Confitentur ergo Gaianitæ, Deum Sermonem e virgine naturam humanam adsumsisse perfecte ac vere: sed post unionem esse corpus incorruptibile dicunt. Omnes enim malorum species Christum perpessum ajunt, qui & esuriverit, & sitiverit, & defatigatus fuerit: at non eodem ista quo nos, modo passum. Ajunt enim nos quidem naturali quadam necessitate tum esurire, tum sitire: sed Christum hæc omnia sponte sustinuisse. Non enim, inquiunt, naturæ legibus serviebat: alioqui passiones istas fatebimur ei præter voluntatem accidisse; quod absurdum fuerit. Hæc Gaianitarum est opinio. Nos ad D ea respondemus, etiam nos fateri passiones & adfectiones illas fuisse voluntarias: nec tamen idcirco dicere, Christum eas perpessum eodem modo quo nos. Nam sponte dicimus ipsum serviisse naturæ legibus, volentemque concessisse corpori, ut sua perpeteretur eodem modo quo & nos patimur. Atque hæc testimoniis suis patres ipsi comprobant, ut sanctus ille Gregorius, inquiens: Naturæ permittebat, quum vellet, ut ageret sua. Beatus autem Cyrillus dixit: Per immissionem ciborum & excretionem, conservabat substantiam, corporis scilicet. Rursus E ex dialogo, quo unum esse Christum probat, Permisisse ipsum carni suæ, ut naturæ suæ legibus obsequeretur. Et rursus: Sic permittit id quod corporeum erat, ea perpeti quæ ipsi naturaliter adsunt; ut ostenderet, se reapse vereque gestare carnem, & secundum litteras sacras hominem esse factum. Sanctus autem Athanasius libro adversus Apollinarem: Propterea dicebat Dominus, animam suam nunc perturbari. Et hoc *nunc* significat, quando ipse voluit. Id tamen, quod erat, indicatur: non enim quod non erat, quasi si præsens esset, protulit: ac si specie tenus fierent, quæ fieri dicebantur; quippe natura & vere omnia fiebant. Rursus alibi: Non defectu naturæ tamen accidebant, quæ dice-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



λεγόμενα; ἀλλ' ἐπιδείξει ὑπάρξεως ἐγίνετο τὰ γινόμενα.

Ὥστε εἰ τὸν αὐτὸν ἡμῖν τρόπον ἔπασχεν, οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν αὐτὸ ἄφθαρτον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἡμέτερον. καὶ ἀποροῦμεν τοιαύτην ἀπορίαν, ὅτι εἰ ἄφθαρτον λέγετε τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἔστιν ἡμῖν ὁμοούσιον, εἰ τὸ μὲν τοῦ Χριστοῦ, ἄφθαρτόν ἐστι, τὸ δὲ ἡμέτερον, φθαρτόν. ἀλλὰ πρὸς τοῦτο ἀντείποιεν αὖ καὶ αὐτοὶ, ὅτι ὃν τρόπον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἄφθαρτον λέγοντες τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ὁμοούσιον λέγετε αὐτὸ εἶναι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἄφθαρτον λέγοντες, ὁμοούσιον ἡμῖν ὁμολογοῦμεν εἶναι. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι εἰ καὶ ἄφθαρτον αὐτὸ ὁμολογοῦμεν B μετὰ τὴν ἀνάστασιν, οὐ τῇ φύσει λέγομεν αὐτὸ ἄφθαρτον, τῇ δὲ χάριτι. εἰ δὲ εἴπωσιν, ἔστω καὶ πρὸ τῆς ἀναστάσεως τῇ χάριτι ἄφθαρτον· λέγομεν, ὅτι οὐ συγχωρεῖ τοῦτο τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ λεγόμενα. πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἀναστάσεως λέγεται καὶ πεινῆσαι, καὶ διψῆσαι. καὶ πῶς αὖ εἴη τὸ ταῦτα πεπονθὸς, ἄφθαρτον; μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν οὐδὲν τῶν τοιούτων ἔπαθεν. ὡς δῆλον, πρὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως, φθαρτὸν εἶναι τὸ σῶμα· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ἄφθαρτον. εἰ γὰρ καὶ λέγεται φαγεῖν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τοῦτο δι' οἰκονομίαν ἐποίησεν, οὐχ ὡς τῷ ὄντι πεινῶν· ἀλλ' ἵνα δείξῃ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. ὃν τρόπον καὶ τοὺς τύπους τῶν ἥλων λέγεται ἐπιδεῖ- C ξαι αὐτοῖς. καίτοι ἡμεῖς οὐδὲν τῶν πρὸ τῆς ἀναστάσεως παθῶν ἀνιστάμεθα ἔχοντες. ἀπαρχὴ δὲ τῆς ἐκ νεκρῶν ἡμῶν ἀναστάσεως ὁ Χριστός. καὶ ὅμως αὐτὸς εὑρέθη ἔχων· ὡς δῆλον, ὅτι δι' οἰκονομίαν τοῦτο γέγονεν. ἀμέλει οὐδὲ λέγει ἡ γραφὴ, ὅτι ἐπείνησεν, ἀλλ' ὅτι ἔφαγεν. ἐπιστῆσαι δὲ δέον, ὅτι παραφέρουσι χρήσεις τινὰς ἀπὸ τῶν πατέρων, ἄφθαρτον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ λεγούσας. ὥσπερ καὶ τὸν μακάριον Κύριλλον εἰπόντα, ὅτι οὐχ ὑπεδέξατο φθαρτὸν ἡ τοῦ λόγου σάρξ. ὅταν δὲ τὰς τοιαύτας παραγάγωσι χρήσεις, δεῖ ἐπισκέψαι, ὅτι ὁμώνυμόν ἐστι τὸ τῆς φθορᾶς ὄνομα. λέγεται γὰρ φθορὰ, ἡ παντελὴς διάλυσις τοῦ σώματος εἰς τὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνετέθη. καὶ λέγεται φθορὰ, D τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα πάθη, τοῦτ' ἔστι τὸ πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ὅταν οὖν εἴπῃ τις τῶν πατέρων, ὅτι οὐχ ὑπέμεινε φθορὰν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ διαμπὰξ ἐλύθη. ὅπερ ἀληθὲς δῆλον ἐξ ὧν ἀντιλέγουσιν. ἐν πολλοῖς γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως φθαρτὸν αὐτὸ λέγουσι· μετὰ δὲ τὴν ἀνάστασιν, ἄφθαρτον. καὶ τοσαῦτα μὲν περὶ Γαϊανιτῶν.

Οἱ δὲ Ἀγνοηταὶ πάντα ὁμολογοῦντες ὡς οἱ Θεοδοσιανοὶ, εἰς τοῦτο διαφωνοῦσιν, ὅτι οἱ μὲν Θεοδοσιανοὶ οὐ λέγουσιν ἀγνοεῖν τὸ ἀνθρώπινον τοῦ Χριστοῦ· οἱ δὲ, ἀγνοεῖν. κατὰ πάντα γὰρ, φασὶν, ἔοικεν ἡμῖν. εἰ δὲ ἀγνοοῦμεν ἡμεῖς, δηλονότι καὶ αὐτὸς ἠγνόει. καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις φησὶν, E ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὴν ἡμέραν, οὐδὲ τὴν ὥραν, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ μόνος ὁ πατήρ. καὶ πάλιν, ποῦ τεθείκατε Λάζαρον; ταῦτα γὰρ πάντα τὰ προσρήματα, φασὶ, ἀγνοίας εἰσίν. ἀλλ' ἀντιλέγουσι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι ταῦτα εἶπεν ὁ Χριστὸς κατ' οἰκονομίαν, ἵνα ἀποτρέψῃ τοὺς μαθητὰς μαθεῖν ἐξ αὐτοῦ τὴν ὥραν τῆς συντελείας. ἀμέλει, φασὶ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐρωτώμενος πάλιν ἐξ αὐτῶν, οὐκέτι εἶπεν, ὅτι οὐδὲ ὁ υἱὸς, ἀλλ' ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι οὐ δεῖ πάνυ ἀκριβολογεῖν περὶ τούτων. τοιγαροῦν οὐδὲ ἡ σύνοδος τοιοῦτο ἐπολυπραγμόνησε δόγμα. πλὴν ἰστέον, ὅτι οἱ πολλοὶ τῶν πατέρων, σχεδὸν δὲ πάντες, φαίνονται λέγοντες αὐτὸν ἀγνοεῖν.

A bantur; sed quæ fiebant, demonstrandæ caussa veræ substantiæ fiebant.

II. Quapropter si eodem nobiscum modo patiebatur, non possumus ei corpus incorruptibile tribuere, sicuti ne nobis quidem. Adeoque tale quiddam eis objicimus: Si Christi corpus incorruptibile dicitis, non ejusdem est nobiscum substantiæ: quando corpus illius incorruptibile, nostrum est corruptibile. Sed fortassis ad hoc ipsi vicissim inferent, quo modo nos a resurrectione Christi corpus incorruptibile dicentes, nihilominus ejusdem esse nobiscum substantiæ tradamus: eodem se quoque modo dicentes idem ante resurrectionem incorruptibile, nihilominus ejus- B dem esse nobiscum substantiæ fateri. Verum nos respondemus: etiamsi post resurrectionem incorruptibile fateamur; non tamen a nobis incorruptibile natura dici, sed gratia. Si subjecerint, Etiam ante resurrectionem incorruptibile per gratiam esto: dicimus, non hoc ea permittere quæ de Christo traduntur: etenim ante resurrectionem & esuriisse dicitur, & sitiisse. Quo autem modo incorruptibile fuerit, quod talia passum est? At post resurrectionem nihil tale accidit: unde potest ante resurrectionem corpus fuisse corruptibile, post resurrectionem incorruptibile. Nam quod edisse post resurrectionem dicitur, id vero per dispensationem fecit: non quia re vera esuriret, sed uti discipulis suis ostenderet, se ipsum esse qui de mortuis resurrexis- C set: quo quidem modo clavorum quoque cicatrices eis monstrasse dicitur. Atqui nos ita resurgemus ut earum nulli passionum obnoxii simus; quas ante resurrectionem experimur. Interim primitiæ resurrectionis nostræ de mortuis Christus est; & tamen hæc ille repertus est habere: de quo manifestum est, id esse per dispensationem factum. Et quidem scriptura non dicit eum esuriisse, sed comedisse. Sciendum vero, proferri ab eis quasdam patrum auctoritates, quæ incorruptibile Christi corpus dicunt: sicut & Cyrillum allegant, his verbis: Nihil corruptibile suscepit caro Sermonis. Sed quoties hujusmodi auctoritates proferunt, considerandum venit, æquivocum esse corruptionis vocabulum. Nam corruptio dicitur plena dissolutio corporis in elementa, de quibus compositum D fuit: itidemque corruptionem vocamus adfectiones sive passiones illas humanas, ut esurire, sitire, quæque sunt ejus generis alia. Quum ergo patrum aliquis dixerit, Christi corpus non sustinuisse corruptionem; hoc nimirum dicit, non prorsus fuisse dissolutum: quod sane verum esse, de contrariis eorum dictis patet. Pluribus enim in locis ante resurrectionem ipsum esse corruptibile tradunt, post resurrectionem incorruptibile. Tantum de Gaianitis.

III. Agnoetæ vero confitentes omnia quæ Theodosiani; discrepant in hoc, quod Christi humanitatem ignorare Theodosiani negant; illis ignorare adfirmantibus. Ajunt enim per omnia Christum nobis adsimilari. Quod si nos ignoremus, & ipsum E ignorasse. Quin & in Evangeliis [a] ipsummet ita loqui, ut neminem dicat illum diem & horam nosse; ne filium quidem, extra solum patrem. Et rursus: [b] Ubi Lazarum posuistis? Hæc enim omnia verba, inquiunt, ignorationem significant. Verum alii respondent, ea Christum consilio quodam sic pronuntiasse, ut ab se discipulos averteret, qui horam consummationis avebant ex ipso cognoscere. Nempe, dicunt, a resurrectione rursus ab eis interrogatus, non amplius respondebat, Ne filius quidem; sed, Nemo vestrum. Nos autem dicimus non adeo de his subtiliter inquirendum: nec synodus ipsa curiosius de hoc dogmate solicita fuit. Sciendum tamen, complures ex patribus, ac propemodum uni-

a Marc. XIII. 32. b Joan. XI. 34.

εἰ γὰρ κατὰ πάντα λέγεται ἡμῖν ὁμοούσιος, ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς· δηλονότι καὶ αὐτὸς ἠγνόει. καὶ ἡ γραφὴ δὲ λέγει περὶ αὐτοῦ, ὅτι προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ· δηλονότι [1] ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἠγνόει.

A versos videri dicere, quod ignoret. Nam quum per omnia nobiscum unius esse substantiæ dicatur, & nos ignoremus: nimirum ignorabat & ipse. Quin & ipsa scriptura dicit [a] eum profecisse tam statura quam sapientia: discentem id scilicet quod ignorabat.

Ἄξιον δὲ καὶ περὶ Ὠριγένους, καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων εἰπεῖν. ὁ τοίνυν Ὠριγένης ἀρχαῖος ἄνθρωπος ὢν τῶν πρὸ Κωνσταντίνου γενομένων, μέγας τε ἦν, καὶ πεπαιδευμένος εἰς τὴν ἁγίαν γραφὴν, γραμματικός τε ἦν. τούτου ὁ πατὴρ ἐμαρτύρησε, καὶ αὐτὸς δὲ ἤχθη ἐπὶ τὸ μαρτυρῆσαι. ἠναγκάσθη δὲ ἐπιθῦσαι ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. ἐν τῷ αὐτὸν μαρτυρεῖν, παρήγαγον αὐτῷ Αἰθίοπά τινα, καὶ ἠνάγκαζον ἢ μετὰ τοῦ Αἰθίοπος ἀσχημονῆσαι, ἢ τοῖς θεοῖς ἐπιθῦσαι. ὁ δὲ μᾶλλον εἵλετο ἐπιθῦσαι τοῖς θεοῖς. καὶ λαβὼν, ἔρριψε τῇ θυσίᾳ. ὕστερον δὲ μεγάλως μετενόησε καὶ ἐθρήνησεν ἐπὶ τούτῳ. περὶ δὲ τὰ δόγματα τοιοῦτος ἦν. ὑπόβασιν ἔλεγε τοῦ υἱοῦ, ὥσπερ μετὰ ταῦτα οἱ Ἀρειανοὶ ἀπολογοῦνται ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντες, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι τῶν πατέρων οὐκ ἐφρόντιζον ἀκριβολογίας. μήπω γὰρ ἀναφανεισῶν τῶν αἱρέσεων, ἁπλούστερον ἐκέχρηντο ταῖς λέξεσιν. ὅτε δὲ ἀνεφάνησαν, τότε ἤρξατο ἕκαστος τῶν πατέρων ἑαυτὸν ἀσφαλίζεσθαι. ἡμεῖς δὲ λέγομεν, ὅτι οὐχ ὡς ἁπλούστερον κεχρημένος ταῖς λέξεσιν ὑπόβασιν ἐδόξαζεν, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἰσχυρῶς ἀντελαμβάνετο τούτου τοῦ δόγματος. φαίνεται γὰρ ἐν ἐπιστολῇ αὐτοῦ περὶ τούτου ἀγωνιζόμενος γενναίως, καὶ λέγων, ὅτι ὁ υἱὸς ἢ μείζων ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ἢ ἐλάττων, ἢ ἴσος. εἰ οὖν δείξω, ὅτι οὐδὲ μείζων ἐστὶν, οὐδὲ ἴσος· δῆλον ὅτι ἐλάττων ἐστίν. εἰ καὶ δοξάζει ὑπόβασιν, ἀλλ' οὖν σπουδάζουσιν ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. ὁ δὲ φανερῶς δοξάζει, καὶ ἀπολογίαν οὐκ ἔχει.

IV. Par est etiam de Origene, deque dogmatis ipsius ut aliquid dicamus. Origenes ergo, priscus homo, de illorum numero qui ante Constantinum exstiterunt, & magnus habebatur, & sacris erat in litteris eruditus, & grammaticus. Ejus pater martyr factus est, & ipsemet quoque deductus, ut martyrium obiret. Verum sacrificare coactus ex hujusmodi caussa fuit. Dum martyrium obiret, quemB dam ad eum producebant Æthiopem, ac, vel cum Æthiope fœda committeret, vel diis sacrificaret, urgebant. Origenes diis sacrificare maluit: acceptumque tus abjecit in sacrificium: sed ejus facti magnopere postea pœnituit, idque commissum deploravit. Opiniones habebat hujusmodi: Gradum inferiorem filio tribuebat, sicut eum & Ariani postea defendunt; dicentes priscos illos patres non fuisse de subtilitatibus solicitos. Quum enim sectæ nondum emersissent, simplicius eos vocabulis usos: at posteaquam emerserint, cœpisse quemque patrum sibi cavere. Nos autem dicimus, eum non, ut simplicius vocabulis usum, filio gradum inferiorem tribuisse: sed istud dogma reapse totis viribus oppugnasse. C Nam patet eum in epistola quadam sua de hoc alacriter certare, quum ait: Filius aut patre major est, aut minor, aut æqualis. Si probavero, nec majorem esse, nec parem: patebit esse minorem. Quamvis igitur inferiorem filio gradum tradit, tamen eum purgare nituntur. At vero manifeste hanc opinionem fovet, & excusationem nullam habet.

Τὸ δὲ, περὶ τῆς προϋπάρξεώς ἐστι, καὶ ἀποκαταστάσεως· [2] καὶ πῶς περὶ τῆς προϋπάρξεως ἐδόξαζεν οὕτως, ὅτι πρὸ τῶν αἰώνων νόες ἦσαν πάντες καθαροὶ, καὶ οἱ δαίμονες, καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ οἱ ἄγγελοι, λειτουργοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ποιοῦντες. ὁ δὲ διάβολος εἷς ὢν, ἐπειδὴ τὸ αὐτεξούσιον εἶχεν, ἠβουλήθη ἀντιστῆναι τῷ Θεῷ, καὶ ἀπώσατο αὐτὸν ὁ Θεός· συναπέστησαν δὲ αὐτῷ πᾶσαι αἱ ἄλλαι δυνάμεις. καὶ οἱ μὲν πάνυ ἁμαρτήσαντες, δαίμονες ἐγένοντο· οἱ δὲ ἔτι ἔλαττον, ἄγγελοι· οἱ δὲ ἔτι ἔλαττον, ἀρχάγγελοι· καὶ οὕτως ἐφεξῆς ἕκαστος πρὸς τὴν οἰκείαν ἁμαρτίαν ἀπέλαβεν. ὑπελείποντο δὲ αἱ ψυχαὶ, αἵ τινες οὐδὲ τοσαῦτα ἦσαν ἁμαρτήσασαι, ἵνα δαίμονες γένωνται· οὐδὲ πάλιν οὕτω κουφοτέρως, ἵνα ἄγγελοι γένωνται. ἐποίησεν οὖν τὸν παρόντα κόσμον, καὶ τὴν ψυχὴν συνέδησε τῷ σώματι πρὸς κόλασιν. οὐδὲ γὰρ, φησὶ, προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἵνα πάντα ταῦτα μιᾶς φύσεως ὄντα, [πάντα γὰρ λογικά εἰσι καὶ ἀθάνατα] τοὺς μὲν ποιήσοι δαίμονας, τοὺς δὲ ψυχὰς, τοὺς δὲ, ἀγγέλους· ἀλλὰ δῆλον, ὅτι ἕκαστον πρὸς ὃ ἥμαρτε τιμωρούμενος, τὸν μὲν ἐποίησε δαίμονα· τὸν δὲ, ψυχήν· τὸν δὲ, ἄγγελον. εἰ μὴ γὰρ ἦν τοῦτο, καὶ προϋπῆρχον αἱ ψυχαὶ, διατί τινὰς μὲν τῶν νεωστὶ τεχθέντων βλέπομεν τυφλοὺς μηδὲν ἁμαρτήσαντας· ἄλλους δὲ μηδὲν ἔχοντας κακὸν, τικτομένους; ἀλλὰ δῆλον ὅτι προϋπῆρχόν τινες ἁμαρτίαι ταῖς ψυχαῖς, ἀφ' ὧν ἑκάστη πρὸς τὴν ἀξίαν ἀπολαμβάνει.

V. Alterum est de præexsistentia, deque restitutione in integrum. De præexsistentia tradebat, ante sæcula mentes fuisse, ac puras quidem omnes, tum dæmonas, tum animas, tum angelos, ministeria divina obeuntes, ac Dei mandatis obtemperantes. Diabolum vero, de his unum, quod arbitrii liberD tate præditus esset, Deo voluisse resistere; ideoque rejectum a Deo: simul universas alias copias cum eo defecisse. Qui graviter deliquissent, dæmonas factos: qui minus, angelos: qui adhuc minus archangelos: eodemque deinceps modo quemlibet pro delicto suo pœnas tulisse. Reliquas fuisse animas, quæ neque tam gravi scelere semet obstrinxissent, ut dæmones evaderent: nec rursus adeo levi, ut angeli fierent. Itaque mundum hunc condidisse Deum, & animam supplicii caussa corpori alligasse. Nec enim, ait, personarum acceptator est Deus, qui hæc omnia, naturæ unius exsistentia (sunt enim omnia ratione prædita, & immortalia) sic ab initio conderet; ut alios, dæmonas; alios, animas; alios, anE gelos faceret: sed manifestum potius est, Deum pro ratione delicti quemque sic punivisse, ut alium faceret dæmonem; alium, animam; alium, angelum. Absque quo esset, ac nisi præexsisterent animæ, quei fieri possit ut alios recens in lucem editos, nullo admisso crimine, cæcos; alios contra, sine vitio nasci, deprehendamus? Nimirum patet, inquit, exstitisse prius in ipsis animis delicta quædam, quorum caussa quælibet ex merito pœnam refert.

Περὶ δὲ τῆς ἀποκαταστάσεως, οὕτω δοξάζει·

VI. De restitutione vero in integrum, hæc ejus

[a] Luc. II. 52.

1. Ἐκεῖνο μανθάνων, ὅπερ ἠγνόει.] Mirari subit, Leontium Agnoetis concessisse, Christum qua homo erat, multa nescivisse, quæ proficiendo sapientia & ætate didicerit. Vide Lequienum ad opp. Damasceni tom. 1. pag. 245. not. 3. & pag. 246. not. 2.

2. Καὶ πῶς κ. τ. λ.] Hunc locum illustrat Huetius *Origenian.* lib. II. Quæst. V, §. II. p. 68.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



A ὅτι γίνεται νεκρῶν ἀνάστασις, καὶ γίνεται κόλασις, ἀλλ' οὐκ ἀπέραντος. κολαζομένου γὰρ τοῦ σώματος κατὰ μικρὸν καθαίρεται ἡ ψυχὴ, καὶ οὕτως ἀποκαθίσταται εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν. καὶ τοὺς δαίμονας δὲ, καὶ ἀγγέλους λέγει ἀποκαθίστασθαι. ἀνατρέπωμεν δὲ ταῦτα πάντα, καὶ πρῶτον τὸ τῆς προϋπάρξεως. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τοῦ λέγειν, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, συνάγει τὰς ψυχὰς λογικὰς οὔσας καὶ ἀθανάτους, ὥσπερ καὶ οἱ ἄγγελοι, τὰς μὲν συνδῆσαι Θεὸν τῷ σώματι, τοὺς δὲ ἐᾶσαι ἐν οὐρανῷ, αὐτῷ συμπολιτεύεσθαι· ἰστέον, ὅτι τὸ τοῦ λογικοῦ καὶ ἀθανάτου, ὁμώνυμός ἐστιν. B ἄλλο γάρ ἐστι τὸ λογικὸν καὶ ἀθάνατον τῶν ἀγγέλων, καὶ ὑπερβαῖνον τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, καὶ ἄλλο τὸ ἡμέτερον. ἐπεὶ καὶ τὸν Θεὸν λογικὸν καὶ ἀθάνατον λέγομεν· καίτοι οὐ λέγομεν αὐτὸν εἶναι τῆς ἡμῶν φύσεως. πρὸς δὲ τὸ λέγειν, ὅτι καὶ πῶς οἱ μὲν τίκτονται τυφλοὶ, οἱ δὲ μηδὲν κακὸν ἔχοντες· λέγομεν, ὅτι ταῦτα κρίματά εἰσι κυρίου, καὶ δεῖ ἡμᾶς ταῦτα μὴ ζητεῖν. ἐπεὶ ἀνταπορῶμεν αὐτοὺς, διατί οἱ ἵπποι μιᾶς ὄντες φύσεως, οἱ μὲν C μοχθοῦσιν ἐν ἀρτοκοπείοις, οἱ δὲ ἐν τρυφῇ ζῶσι παρὰ μεγάλοις ἀνθρώποις; καί τοι τὰς ψυχὰς τούτων οὐχ ὁμολογοῦσι προϋπάρχειν. οἱ δὲ Πλατωνικοὶ ἐκ ταύτης στενοχωρούμενοι τῆς ἀπορίας, καὶ τῶν ἀλόγων εἶπον προϋπάρχειν τὰς ψυχάς. περὶ δὲ τοῦ λέγειν αὐτοὺς, μὴ εἶναι ἀπέραντον τὴν κόλασιν· [λέγουσιν γὰρ, ὅτι τὸ τοῦ αἰῶνος ὄνομα ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου λαμβάνεται, καὶ ὅταν εἴπῃ ἡ γραφὴ, ὅτι αἰωνία ἐστὶν ἡ κόλασις, οὐ λέγει, εἰ μὴ ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου] ἰστέον, ὅτι τῷ ὄντι τὸ τοῦ αἰῶνος ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς ἔξω, καὶ παρὰ τῇ γραφῇ D πολλάκις ἐπὶ ὡρισμένου χρόνου λαμβάνεται· πλὴν ἐπὶ τῆς κολάσεως, οὕτως οὐ δύναται ληφθῆναι. αὐτὸς γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι ἀπελεύσονται, οἱ μὲν, εἰς ζωὴν αἰώνιον· οἱ δὲ, εἰς κόλασιν αἰώνιον· καὶ ἢ τὸ τῆς ζωῆς ὡρισμένον λαμβάνομεν, ὅπερ ἄτοπον· ἢ ἀμφότερα ἐπὶ τοῦ ἀπεράντου.

Ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῶν ὀρθοδόξων δογμάτων, καὶ ἔλεγχον τῶν κακοδόξων αἱρέσεων, ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῖν ἐχορήγησε Χριστὸς ὁ Θεός· E ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A opinio: futuram mortuorum resurrectionem, atque supplicium; sed minime finis expers. Nam dum corpus, ait, punitur; anima paullatim purgatur, atque hoc modo pristinum in locum restituitur. Quin & dæmonas & angelos in integrum restitui tradit. Sed enim hæc omnia nos, ac primum illud de præexsistentia refutemus. Nam quia fretus ea ratione, quod personas Deus non acceptet; colligit, eum rationis participes animas & immortales quales & angeli sunt, alligasse corporibus; angelos autem in cælo reliquisse, uti cum ipso B conversarentur: sciendum voces istas, Rationis particeps, & immortale, æquivocas esse. Nam aliter angeli rationis participes & immortales sunt, aliter nos, minus scilicet quam illi: quippe Deum ipsum quoque rationis participem & immortalem dicimus, nec tamen eum esse naturæ nostræ statuimus. Ad hoc vero quod ait, quonam pacto cæci quidam nascantur, aliis vitii nihil habentibus: respondemus, esse illa Dei judicia quæ in- C quirenda non sint. Nos enim ei vicissim objicimus, queinam fiat, ut quum equi naturæ sint unius; alii tamen in pistrinis laborent, alii magnos apud homines in deliciis vivant? atqui nullas horum animas Origenici prius exsistere confitentur. Platonici tamen, hac objectione pressi, brutorum animas quoque prius exsistere dicebant. Quod autem inquiunt, non esse supplicium finis expers; (tradunt enim, nomen ævi de tempore definito accipi: & quoties scriptura dicat, supplicium illud ad ævum durare; non nisi de tempore definito eam loqui) sciendum, vere quidem id dici, D quod ævi nomen tam apud extraneos scriptores quam sacris in litteris sæpe de tempore definito accipiatur: sed de supplicio non sic intelligi posse. Nam Christus ipse dixit[a], alios quidem abituros in vitam ad ævum duraturam, alios ad supplicium in ævum duraturum. Aut igitur spatium vitæ definitum accepimus, quod absurdum fuerit: aut utraque de tempore finis experte.

Et hæc quidem ad demonstrationem dogmatum veris sententiis innixorum, atque sectarum pravas opiniones amplectentium refutationem, in ipsa E oris apertione Christus Deus, largitor ille bonorum, nobis suppeditavit: cui gloria, & imperium, cum Patre ac Spiritu sancto, nunc & in ævum. Amen.

a Matth, xxv. 46.

INDEX ACTIOUM DE SECTIS, LEONTII BYZANTINI.

Secul. VII.
circa
Ann. Chr.
610.



LEONTII,
BYZANTINI MONACHI
LIBRI TRES
CONTRA EUTYCHIANOS ET NESTORIANOS.

I. *Contra Enantiodocetas.*
II. *Contra Aphthartodocetas.*
III. *Contra illos, qui simulabant, se Chalcedonensem Synodum recipere; cum essent Nestoriani.*

Interprete Francisco Turriano.

PROLOGUS.

CUM viri Deo cari & divinorum dogmatum studiosi, disputationes quas frequenter publice habuimus, approbassent, hortati sunt nos, ut dubitationum & solutionum, in iis de quibus sæpe disseruimus, designationes quasdam scripto ipsis traderemus, ut esse eis possent, sicut quidam dixit, remedium oblivionis, excitatio memoriæ, & temporis quod omnia obliterat, reparatio. Nos vero sæpe interpellati, distulimus cum propter alia multa, tum propter duo potissimum; quorum alterum quidem erat, non esse nos pares ad scribendum, quoniam nec externam disciplinam percepimus; & spiritualem doctrinam quam divina gratia suppeditat mundo corde præditis, nondum assecuti sumus; non enim pudet me conscium mihi esse tenuitatis meæ, cum ii qui nunc sunt sapientes, se penitus ignorent: alterum vero, quod istorum ingrata memoria veterum laborum quos sancti patres susceperunt, multam pigritiam animo meo ad obediendum jussis caritatis afferebat. Quibus enim non suaserunt libri tanta Dei gratia & sapientia, ac summo etiam philosophiæ & aliarum disciplinarum studio scripti & editi, quomodo hic meus exilis sermo ex tenuitate tum mentis, tum linguæ profectus suadere poterit? Jussis tamen benevolis, etsi non prius, nunc tandem parere decrevimus; non enim jusserunt, ut eorum qui robusti sunt & recte valent, curam haberemus. Tres itaque libros scripsimus, quorum primus contrariæ & falsi nominis scientiæ, Nestorii & Eutychis objecta & opposita summatim continet, paucis omnes fere eorum quæstiones comprehendens. Distinguimus autem librum in capita; ita ut unumquodque caput ea contineret, quæ ad ipsum referri poterant.

Inscriptio autem hujus libri accommodate ad propositam rem subjectam adhibita est, contrariæ inter se fictionis Nestorii & Eutychis circa divinitatem ac humanitatem Christi confutatio, quia alter divinitatem, alter humanitatem speciosis nominibus usi, ut utrique visum est, fictam tradunt.

Secundus liber est in eos, qui ex nostris accesserunt ad corruptam sententiam eorum, qui corpus Christi incorruptibile ante resurrectionem tradebant, qui ex eo vocati sunt ἀφθαρτοδοκῆται. Justissime autem sunt hi accusandi, qui unius Domini & Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi differentiam, & proprietates, & operationes sciunt. Eos enim qui naturis adversantur, & earum differentiam negant post unionem, ac proprietates & actiones in eis scelerate confundunt, non magis ridemus propter inscitiam, quam dolemus & miseramur propter impietatem, qui de modo unionis naturarum dubitant, quas neque concedunt, neque ponunt esse. Oportebat enim primum positum esse & fixum ipsis, esse & servari post unionem naturam divinitatis Christi, & naturam humanitatis ejus; atque ita inquirere postea, quomodo se habeant inter se, & quomodo sint. Hujus libri stilus conformatus est in disputatione & dialogo, nihilque, ut arbitror, relictum est eorum, quæ ad propositam quæstionem spectabant & commoda erant. Ne autem personæ confunderentur, persona dubitantis habet stellam insignitam: persona solventis dubitationes figuram crucis. Nec id quidem factum est temere. Nota enim stellæ significamus tenuem, & non explicatam cognitionem personæ dubitantis; defensorem autem veritatis tropæo crucis armavimus. Est autem inscriptus hic liber, Adversus eos, qui ex nostris se adjunxerunt ad corruptam sententiam Aphthartodocetarum, id est eorum qui corpus Christi ante resurrectionem incorruptibile fuisse senserunt, dialogus:

Tertius liber continet confutationem eorum, qui simulant se tenere magnam & œcumenicam synodum Chalcedonensem; & sunt Nestoriani. Hi sicut & reliqui hære-

fium fectatores, videntur divinas fcripturas & fuperiores fynodos recipere, non quidem quod fecundum eas fentiant, fed ut impietatem fuam ad decipiendos fimpliciores hac fimulatione tegant, ficut Apolinarius & Macedonius fynodum Nicænam, & Neftorius præter Nicænam etiam Conftantinopolitanam: Eutyches præter alias, etiam fynodum Ephefinam. Sic etiam hi fimulant fanctam fynodum Chalcedonenfem, tum ut gravi auctoritate perfonarum ejus impietatem fuam celent, tum ut viam fibi muniant ad oppugnandam veritatem. Quorum verfutiam cum impietate implicatam cum detegere ac prodere vellemus, ad primos patres ejus impietatis confutationem revocavimus, proferentes in apertum eorum origines & fontes impietatis, ut fic eos femel fimplici veritate claudere, & eorum fluxionem impiam interrumpere ftuderemus. Hoc enim modo reliquus fluxus impietatis delebitur. Siquidem natura comparatum eft, ut initiis malorum extinctis, quæ ex eis profecta funt, fimul extinguantur. Librum autem confutationum in capita diftinximus, adfcripto numero in fronte cujufque capitis. Eft autem infcriptus liber fic:

De tacita fimulatione & origine impietatis Neftorianorum, & de eorum patribus patefactio & triumphus. Eos vero qui hunc librum lecturi funt, rogamus, ut veniam dent, ficubi adverfariis plagam mortiferam non inflixiмus; & veritatem infirmius quam par erat, defendiffe videbimur. A differendo quidem pro dignitate rerum omnes fimiliter abfumus: ftudio vero & amore pietatis alius alio præftat. Unufquifque ut erit præparatus, ita fane menfuram gratiæ accipiet. Hoc etiam lectorem oratum velim, ut fi quid ipfi non fatis explicate a nobis dictum effe videbitur, aut propter abftrufam quæftionem, aut propter quarumdam vocum variatam fignificationem ac proprietatem, ne hoc cum primum legerit, improbet. Cum enim iterum & fæpius quæ dicta funt animadverterit, fententiam eorum quæ dicuntur, explanatam reperiet. Perfecta vero per fe merces laboris in quærendo pofiti, erit veritatis inventio. Auctoritates etiam cum iis quæ a nobis expofita funt, facientes, fingulis libris fubjecimus, ut veritatem teftimonio antiquorum confirmaremus.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



SÆCUL. VII.
CIRCA
ANN. CHR.
610



LEONTII CONFUTATIO UTRIUSQUE FICTIONIS INTER SE CONTRARIÆ,

Nestorii & Eutychis, circa divinitatem Christi & humanitatem.

PRopositum mihi est exponere, & explanare rationem hypostasis, & substantiæ, id est, personæ, & naturæ (idem enim utraque sunt, & circa idem versantur) confusam, & non explanatam apud eos, qui hoc tempore sapientes numerantur; atque alia præterea capita explicare, quæ cum prima quæstione cohærent, idque Deo juvante, & infirmitatem cogitationum nostrarum merito precationum vestrarum fulciente; quibus confisus ad tractationem hujus quæstionis me contuli. Non ignoramus, quod qui nobis adversantur, & quibus unum cum sanctis patribus certamen est, sicut illos, sic etiam nos qui illorum disciplinam sectamur & defendimus, inhonorant; qui nos potius nescientes honorant, dum probra quæ illis objiciunt, nobiscum communicant. Hi enim & divina ludunt, & theologos conviciis consectantur: & quid mirum, si nos qui sumus nihili, contemnunt? in quibus hoc tantum dignum est admiratione, quod omnem virtutem quæ in actione est, studiose negligunt; seque ipsos sapientes esse jubent; & sunt tamquam ex jussione [1] & edicto prudentia præditi; quos eruditos esse fecit, velle tantum: sicut eos quidam ex hominibus urbanis, lepide, & venuste, ἀκροφιλοσόφους, [2] id est, summos philosophos vocavit. Sed non oportet nos propter illorum depravatam voluntatem vel fiduciam, vel certamen remittere; quin immo contra, certaminibus virorum beatorum ad fortitudinem stimulari & urgeri, ut idem eveniat nobis, quod ferro calidissimo, quod quidem aquæ frigidæ immersum, & infusum durescit. Et nos dum cum his certamus, ad præmium certaminis roboramur. Age ergo verbo penetranti, tamquam gladio ancipiti, aciem eorum adversus veritatem instructam a dextris & a sinistris perrumpentes, prosternamus eos, hinc exorsi.

Discipuli Nestorii in idololatria humanitatis Christi, & discipuli Eutychis in fictione, immo discipuli utriusque fictionis: belle enim utrosque religiosus & divinus vir ἐναντιοδοκήτας, id est, contrariæ fictionis auctores contrarios appellavit; illi quidem divinitatem in Salvatore ficte dicunt; hi vero humanitatem. Nestorius beneplacitum & dignitatem pro fictione divinitatis defendit; Eutyches carnem ineffabilem, pro naturali & nostra. Sic honestis nominibus & verbis decoris, tamquam fictis coloribus, fœditatem contrariæ quidem impietatis, sed tamen æqualis, honestare nituntur. Quasi studium nobis sit elegantia nominum utendi, & non potius faciem veritatis vere auream aspiciendi, qua nihil est amabilius, quamvis nihil elegans & splendidum A accedat. Nec enim ornamentis indiget, quæ naturali pulcritudine splendescit; nec verborum, quasi pigmentorum fucata & fallaci specie. Hi igitur secum & cum veritate pugnantes bellum in eam per contraria partiti sunt, eisdem propositionibus ad suum uterque finem abutentes; ita ut consensio impietatis contrarie dissentientium uno argumento veritatis a discipulis ejusdem veritatis convellatur, & concordia pravitatis copiosam victoriam pariat: quibus enim argumentis alterum istorum qui impietate connexi sunt, refellimus, eisdem etiam alterum simul refutavimus. Est au- B tem advertendum idem evenisse circa incarnationem Eutychi [4] cum Nestorio, quod in Trinitate Sabellio cum Ario; illi enim per contraria in malum æquale ciciderunt. Sabellius quidem propter substantiam, in unam hypostasin confudit hypostases; Arius vero propter hypostases, simul cum eis substantiam divisit. Hi vero converse: Nestorius quidem dividit naturas in hypostases; Eutyches vero commiscet naturas in naturam. Quibus enim disputationibus & argumentis a superiorum temporum hominibus Trinitas divisa est, eisdem a posterioribus œconomiam, id est, incar- C nationem confusam esse reperimus. Quibus autem nunc œconomiam dividunt; his illi divinitatem confundunt. Age ergo, proferamus in medium eorum sophisticas propositiones. Et tamquam in judicio, demus locum accusationibus eorum; atque ita quæ frustra contra veritatem vane excogitaverunt, diluere conabimur.

Ajunt enim, si duas naturas in uno Christo esse dicitis, natura autem non est sine hypostasi, duæ ergo erunt hypostases. Unum autem est utriusque, dixi, certamen, quamvis finis sit differens. Illi enim, id est, Nestoriani, ut cum naturis hy- D postases inferant; alii vero, id est, Eutychiani ut per hypostases naturas etiam tollerent, eodem argumento usi sunt. Sed audiant, qui Eutychis partes sequuntur. Nobis enim unum commune certamen contra utrosque est; proprium vero contra hos. Quod vos, unam naturam esse dicitis? Non, inquiunt, sed unam incarnatam. Nihil autem prohibet, quin vobiscum conjungamur. Unam itaque naturam Verbi, quam dicitis, a vobis datam & concessam tenemus. De altera autem natura contendamus, quam naturam aliam esse dicimus præter naturam Verbi, quæ a vobis dici solet. E Quid de hac carne dicitis? habet ne naturam, vel substantiam, aut partem quidem naturæ? quantum autem habeat, in vestra potestate est, sive dimidiam, sive tertiam partem, sive aliam minimam

1. *Et sunt tamquam ex jussione*] οἷον ἐξ ἐπιτάγματ☉ σωφοί. TURRIANUS.
2. Aliter. σαπροφιλοσόφους, id est, *putres philosophos*. ID.
3. Aliter depingitur Nonnus iste a Cyrillo in vita S. Sabæ & S. Quiriaci. ID.
4. Eadem habet in libro de Sectis act. I. p. 496. BASN.

partem vocare libet. Et ut eadem forma argumentandi vobiscum utar, est ne caro ἀνούσιος, id est, expers substantiæ, vel expers naturæ? Quomodo nostram quæstionem effugietis? Etenim si est caro expers substantiæ, vel extra naturam; demonstrate, quæ est, & quomodo hæc habet, & nos acquiescemus. Sin autem extremæ inscitiæ est, quo modo effugietis, quam ipsi nobis propositionem objicitis? Si enim non est caro expers substantiæ, id est, non habens naturam; non est autem natura sine hypostasi; non est igitur caro sine hypostasi. Oportet ergo vos aut naturam a carne penitus removere; aut duas hypostases Domino tribuere secundum legem vestram, quæ dicit non esse naturam sine hypostasi. Etenim si non est natura sine hypostasi, naturam autem Verbi dicitis, hypostasim ergo Verbo dabitis. Et relinquitur quæstio de carne. Utrum si non habet propriam naturam, vocetur caro, & vocata, habeat etiam hypostasim; aut non habens hypostasim, etiam naturam amittat. Sic igitur vos vestris dubitationibus convicti estis. Et nulla versutia vos extra pœnas eorum criminum de quibus nos accusastis, esse faciet. Et si unam quæstionem solveritis, magno honore digni apparebitis. Si non est natura sine hypostasi; ex duabus autem naturis esse Dominum conceditis; est igitur ex duabus hypostasibus. Quis igitur propter Nestorii divisionem hypostaseon reus fuerit, vobis permittimus judicium. Sic ergo vos his argumentis revictos dimittimus. Cum iis autem qui contrario modo atque nos, a veritate aberrant, sic disputabimus.

Non est idem hypostasis, & enypostaton, id est, quod est in subsistente; sicut aliud est substantia, & aliud esse in substantia, si quidem hypostasis aliquem unum declarat; esse autem enypostaton declarat substantiam, sed non aliquem unum: & hypostasis quidem personam definit proprietatibus designantibus: enypostaton vero significat non existens, quod in alio habet ut sit, & non in se cernitur. Cujusmodi sunt omnes qualitates, & quæ substantiales etiam dicuntur, ex quibus nulla est substantia, id est, res per se exsistens, sed quæ semper circa substantiam cernitur, ut color in corpore, & scientia in anima. Qui igitur dicit, Non est D natura sine hypostasi, verum dicit; non tamen recte concludit, cum concludit, quod non est sine hypostasi hypostasim esse: ut si quis dicat non carere corpus figura, quod verum est; deinde non recte concludat, figuram ergo esse corpus, & non potius cerni in corpore. Natura igitur, id est, substantia numquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis, quia neque remeat. Hypostasis enim est natura, natura autem non jam est hypostasis. Natura enim [1] rationem essentiæ recipit. [2] Hypostasis vero rationem per se essentiæ: natura rationem speciei continet; hypostasis [3] declarat aliquem unum, natura, rei universalis characterem (id est formam) declarat; hypostasis proprium a communi secernit. Et ut E in summa dicam, unius naturæ proprie dicuntur consubstantialia, & quorum est ratio essentiæ communis. [4] Definitio vero hypostasis est, vel natura quidem eadem, numero vero differentia; vel ex differen-

A tibus naturis composita, [5] communionem vero essentiæ [6] simul etiam inter se habentia, non tamquam complentia substantiam inter se. Quod quidem fit in substantiis, & iis quæ substantialiter de ipsis prædicantur, quæ dicuntur qualitates, sed tamquam alterutrius natura, & substantia non cernatur per se, sed cum composita, & [7] coinsita. Quod quidem & in aliis rebus reperitur; & non minus in anima & corpore, quorum communis quidem hypostasis, propria vero natura & ratio differens.

At, inquiunt, homo etsi ex differentibus specie compositus est, neutrum tamen eorum sine altero habet essentiam.„ Verbum autem ante humanitatem „ est, & homo quidem ex imperfectis partibus con- B „ stat: Christus vero perfectas habet partes; & „ hac ratione ne partes quidem merito vocari pos- „ sunt „. Quomodo igitur, compositionem hominis tamquam similem in Verbo & incarnatione accipis nihil simile habentem? Hæc quidem Nestoriani, scilicet sententiæ contrariæ, & divisionis patroni objiciunt. Aliis enim, Eutychianis inquam, placet exemplum non sumtum apte & convenienter, sed valde inscite, & ut confusio prototypi poscit, & tamquam expressa imago illius. Quod autem non est nostrum inventum hoc, sed a majoribus, ut in proverbio est, filius a patre, accepimus, testantur scripta theologorum, in quibus hoc exemplo hominis ex anima & corpore compositi, in unione usi sunt. Non tamen re- C cte faciunt qui vim adhibent, ut sic se habeat exemplum, ut prototypum. Non enim esset jam exemplum, nisi haberet aliquid dissimile. Nos enim non sumsimus hominem exempli caussa, quia prius essent partes, neque quia simul, neque quia imperfectæ. Concedimus enim istis male feriatis, ut imperfectas vocent, cum alioqui non sint, secundum rationem essentiæ, ut postea demonstrabimus; sed sumsimus exemplum ad declarandum esse Verbum ipsi substantiæ unitum, corpori scilicet ex nobis sumto, & numquam sine eo cerni, quamvis servet etiam in unione differentiam; sicut etiam servat communis homo. In neutro enim cernuntur confuse proprietates. Nec enim ex invisibili & immortali facta est anima nostra invisibi- D lis, & mortalis. Neque Verbum factum est visibile, & mortale, quamvis in corpore visibili & mortali. Utrumque enim dictorum servat integre suam proprietatem, sicut utriusque natura postulat; homo scilicet communis ex anima & corpore constans, & Salvator in divinitate & humanitate subsistens. Isti vero exemplum accipiunt; non quatenus simile est, sed quatenus dissimile. Et male feriantur in suis percunctationibus, ut cum nos splendorem solis exempli caussa in Verbo & Patre assumimus propter conjunctionem ortus splendoris cum sole, nos vexant, quasi hac ratione faciamus Verbum non subsistere per se. Quod autem neque homo ex imperfectis partibus compositus est secundum rationem cujusdam essentiæ alterutrius E partis, quamvis quoad definitionem totius hominis non recipiunt partes rationem totius tamquam totius, sic intelliges. Quid enim deest animæ habenti separatam & propriam vitam, ad hoc, ut sit substantia incorporea, semper mobilis? Hoc

1. *Rationem essentiæ recipit*] τὸν τοῦ εἶναι λόγον. TUR.
2. *Hypostasis vero rationem per se essentiæ*] τὸν τοῦ καθ' ἑαυτὸν εἶναι. ID.
3. *Declarat aliquem unum*] τῷ τινὸς δηλωτικῷ. ID.
4. *Definitio vero hypostasis*] Hypostasis significat substantiam particularem non quocumque modo, sed quatenus est in suo complemento, id est, per se separatim & incommunicabiliter exsistens. Quatenus vero in unionem alicujus magis completi, non dicitur hypostasis. Anima & corpus, ex quibus homo componitur & completur in specie seu natura humana, sunt ἐνυπόστατα. Convenit cum his definitio Damasceni in Logica cap. 44. ID.
5. *Communionem vero essentiæ*] τῷ εἶναι. ID.
6. *Simul etiam inter se*] ἅμα καὶ ἐν ἀλλήλαις. ID.
7 *Coinsita*] συμπεφυκός.



enim declarat immortalem esse eam, & interire non posse. Quid rursus deest corpori, ut sit corpus? quod quidem qui definiunt, ajunt esse corpus triplici dimensione; aut corpus naturale organicum potestate vitam habens; utraque enim definitio apte conveniet corpori nostro; non sunt igitur imperfecta sumta per se, tametsi imperfecta dicuntur, quoad hypostasim totius, in quo sunt partes; hac enim ratione, non aberrabit, qui etiam mysterium Christi interpretabitur. Imperfectum enim est, si vel Deus nudus sine humanitate, vel homo item nudus sine divinitate sumatur, ut hinc appareat [1] duplicem esse perfectionis definitionem in Christo; unam, quæ simpliciter dicitur; alteram, quæ in habitudine cernitur, secundum magnum Gregorium. Perfectum namque est Verbum, & plenum, & præbens perfectionem: perfecta autem est anima hominis, quantum ad definitionem essentiæ suæ. Sed tamen neque Verbum est perfectus Christus, non unita humanitate, quamvis perfectus Deus sit; nec anima perfectus homo est, licet perfectam substantiam habeat, corpore non simul cum ea cogitato. [2] Hoc autem annotandum est, quod cum definitionibus rerum non assumuntur tempora, sicut neque loci. Rationem enim eorum tantum continent, sine quibus non consistunt. Præterea omnis definitio rei est, quæ nunc est; non autem ejus, quæ ex ea postea eveniet. Alioqui nihil eorum quæ ortum capiunt, definitionem essentiæ quam habet, recipere poterit, quia nihil perseverat; sed omnia mutantur in omnia, quæ ortum & interitum subeunt: immo omnes substantiæ ratione præditæ, cum plus & minus secundum virtutem recipiant, & nunc quidem sic, nunc vero illo modo se habeant, in motu cernuntur; in eisdem enim perstare non est proprium naturæ creatæ, siquidem de solo Deo proprie dicitur: [a] *Tu autem idem ipse es*.

At, inquiunt defensores divisionis: corpore circumscribitur anima, & passiones recipit, & dolores sustinet; quare si sic Verbum unitum est animæ, licet tibi ipsum etiam eisdem subjicere, & facere Verbum patibile, & circumscriptum. Quid? nonne vos potius hæc facitis? objiciam enim quæ nobis in crimine ponitis. Siquidem formidastis unire Verbum carni, & toti homini, quasi necesse esset, sic circumscribi, & pati. Si igitur Verbum natura pati potest, aut circumscriptionem loci recipit, erunt hæc in ipso propter ipsum, & non propter unionem cum corpore patibili & circumscripto; atque erit ita patibile & circumscriptibile, quamvis non passum sit, neque circumscriptum: quod si natura est immutabile, & incircumscriptum, & impatibile, licet sit in corpore, servabit proprietatem impassibilitatis, & rationem immutabilitatis. Siquidem neque cum mundum crearet, & in hanc formam eum adduceret, cum prius non esset, ex supra mundano, & ex supra quam substantia in hæc quæ in mundo aut circa mundum sunt, delapsum cernitur; vel ex incircumscripto eo venit, ut circumscriptum esset: quare neque prius cum mundum, & ea quæ in

A eo sunt, creavit; neque postea quando magnum mundum, in parvo, hominem in se ipso filius Dei complexus est, circumscriptus est. Et quid mirum? siquidem & anima hominis non simpliciter quia ipsa est in corpore, hæc patitur; sed quia natura ei inest, ut hæc patiatur, etiam ut a corpore separata est: alioqui sub aspectum cadet, & morietur, & alia ejusmodi quæ corporis sunt, patietur. Atqui hæc non est passa, quia hæc habet secundum substantiam, [3] naturaliter a Deo accepta. Patitur autem, quippe quæ habet potentias passivas cum quibus migrat a corpore, id quod animæ quæ apud inferos sunt, & earum vincula declarant, propter quæ illic Christus adfuit; *qui*, sicut Petrus ait [b], *spiritibus qui in carcere erant*, *prædicavit* remissionem.

B Declarant præterea immundi dæmones, qui pœnas dant & dabunt, quamvis a corporibus humanis liberi & soluti. Sed patitur quidem simpliciter anima, quia passivas potentias ad utilitatem suam aptatas accepit; patitur autem passiones corporeas [4] propter unionem cum corpore cum quo colligata est, & propter proprietatem locorum in quibus degit & versatur; quia enim simpliciter innatum est ei pati, hujus passionis capax est. Circumscripta etiam est [5] ratione exsistentiæ. Dicitur deinde secundo modo circumscripta esse, quatenus vivit in corpore circumscripto. Afficitur etiam secundum Deum divinis rebus, nequaquam vero propter corpus. Quomodo enim propter corpus, quod sæpe-

C numero resistit? quin potius propter se & naturam suam, cum cupiditas quidem amore erga Deum protenditur; ita vero viriliter roborata, & non inflexa, cum cupiditate conspirat. Ratio autem eorum quæ non videntur, [6] contemplationes sine inumbratione & obscuritate recipit, & unice illuminatur. Pulcre ante nos a quodam sapiente dictum est: unum desiderium bonum, & æternum quo vera cognitio concupiscitur. Has potentias animus qui sordidat, in vitio & ignorantia versatur; & non ex corpore vitia ducit, quamvis quædam ex ipsis per corpus patrantur: ex quibus nihil umquam Verbum Dei recipere potest, cum sit natura immutabile, & invariabile. Non tamen propter impassibilitatem naturæ recusabit unionem

D substantialem cum natura humana, ne recusatio passio vera fore videatur, & vereri in illis esse, in quibus animæ studiosorum ipso adjutore nihil incommodi ex corpore ceperunt, immo magis Deo pleni fuerunt utentes corpore non adversario, sed adjutore.

„ Si perfecta, inquiunt, est hypostasis Verbi,
„ & perfecta item hominis quem suscepit; man-
„ sit autem Verbum immutabile, caro etiam ser-
„ vata est invariabilis; quomodo non est pium
„ dicere duas hypostases, neutra confusa? Videntur mihi valde malitiose & indocte percontari. Siquidem quasi nos non prius distinxerimus perfe-

E ctum, quomodo dicatur & quod dupliciter; præterea etiam, quid proprie significet hypostasis, transferunt se a natura Verbi, quæ commune etiam naturæ cum proprietate hypostasis significat:

a Psalm. CI. 28. *b* I. Petr. III. 19.

1. *Duplicem esse*] Duplex definitio perfectionis in Christo, altera simplex dicta; altera in habitudine simplex ad divinitatem Verbi spectat: illa quæ in habitudine consistit, pertinet ad unionem Verbi cum humanitate. TUR.

2. *Hoc autem annotandum est*] Adverte, quod definitiones non inferunt simul cum definitis loca & tempora; nec enim, quæ definiuntur, constant ex his, quamvis in his: hominem enim definientes, animal rationale mortale dicimus; quando autem natum sit, aut ubi exsistat, non subjicimus: essentiam enim animalis solum significamus, relictis illis quæ in omni re creata conjuncte intelliguntur; quæ sunt tempus & locus: sine tempore & loco nihil rerum creatarum dicere aut intelligere possumus. ID.

3. *Naturaliter*] ἐσιωδῶς, q. d. essentialiter. ID.

4. *Propter unionem cum corpore*] διὰ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος. q. d. propter mixtionem cum corpore. ID.

5. *Ratione exsistentiæ*] ὑπάρξεως λόγῳ. ID.

6. *Contemplationes*] ἀδήλους ἐμφάσεις vocat τὰς θεωρίας τῶν ἀοράτων, ἤτοι τῶν μὴ βλεπομένων, considerationes invisibilium vel non apparentium, ut S. Paulus ait. ID.

Verbi enim naturam diximus non simpliciter naturam; transferunt, inquam, se ad proprium significatum hypostasis, & ajunt perfectam esse hypostasim Verbi: sic vocantes naturam filii αὐτοτελῆ id est, per se perfectam, quæ non est alia præter naturam Patris, designatione proprietatis secundum generationem solum differens, prædicantes proprietatem pro eo, in quo est proprietas; & habitudinem naturarum inter se pro iis, in quibus hæc habitudo prædicatur. Nomina enim alia declarant naturam subjectorum; alia habitudinem rerum ostendunt. Eorum autem quæ specie differunt, ad ea quæ ejusdem speciei sunt, diversa est communicatio habitudinum: Nam quæ habent communia speciei, scilicet hypostases; his communibus ea quæ sunt ejusdem speciei, nempe naturis, his copulantur inter se: & quibus dividuntur ea, quæ sunt diversæ speciei, nempe naturis, his copulantur inter se quæ sunt ejusdem speciei: numero enim discreta inter se, cum iis quæ sunt ejusdem speciei copulantur, in natura scilicet. Definitione autem copulata inter se, ab iis quæ sunt diversæ naturæ, distincta sunt. Cum ergo duæ habitudines secundum idem Verbum cernantur, una quidem, secundum quam Filius est idem cum Patre; altera, secundum quam Filius est ab eo distinctus, & una quidem declaretur appellatione naturæ; altera vero appellatione hypostasis: commutantes isti habitudines, habitudinem distinguentem a Patre carni dant, ignorantes naturam quidem totam esse Dei, quæ est substantia Verbi, perfecti perfecta; proprietatem vero generationis fecisse, ut vocaretur hypostasis, & Filius; sicuti rursus in Patre proprietas innascibilitatis, & [1] caussæ hypostasim, & Patrem ostendit. Idem intelligendum est in Spiritu sancto: non enim natura Patris, & Filii, & Spiritus sancti vim habet complendi, tamquam minus sit in una quam in tribus. Et hoc est natura Trinitas, quod est unum quid eorum, qui cernuntur in Trinitate, quoniam non est ex tribus imperfectis unum perfectum, sed ex tribus perfectis unum supraperfectum, & anteperfectum, ut alicubi dicit magnus Dionysius. Cum igitur sex habitudines contempletur, duas Patris ad Verbum, & Verbi ad Patrem: duas deinde Verbi ad carnem, & carnis ad Verbum: duas præterea Christi ad nos, & nostras ad ipsum; tres fiunt generales conjugationes: ac prima quidem habitudo conjugationum sic habet, sicut tertia quidem a prima: secunda vero a media, illa enim quibus extrema inter se conveniunt, contrario modo se habent, atque in media; sicut contra, media. Quibus enim contrarie habet ad se ipsam, convenienter habet ad extrema, & quibus rursus convenienter habet ad se ipsam, contrarie habet ad extrema. His breviter dictis, conabor explanare exemplo. Sint positæ tres res, anima simpliciter, corpus simpliciter, homo ex anima & corpore compositus, & horum inter se habitudines, ut animæ ad animam, animæ ad corpus suum; hominis ad corpus simpliciter, & ad animam simpliciter. Anima quidem ad animam sic se habet, ut diversitate naturæ discreta sit; unita vero ratione hypostasis, quam vita ἀλληλοῦχος, id est, mutuo accepta, & reddita perfecit: hoc secunda eademque media habi- A tudo servat: homo vero ad corpus simpliciter, & ad animam simpliciter relatus, tamquam totus omnino ab istis discretus, propter habitudinem ad partes suas, secundam communionem cum ipsis facit. Quare Christus ad nos & ad Patrem relatus, tamquam totus ex partibus, propter partes suas medius est inter extrema; ex toto hypostasis, relatus ad Patrem, propter divinitatem cum humanitate; & ex toto hypostasis relatus ad nos, propter humanitatem cum divinitate, permutatis habitudinibus secundum distinctionem & unionem quas secum propter partes suas habet; & quas cum Patre & nobiscum habet, propter convenientiam partium cum extremis. Cum autem partes B dicimus, audire oportet prudenter: non enim partes dicimus tamquam imperfectas natura, sed tamquam complentes personam hypostasis Christi. Sic enim a Gregorio & Cyrillo dictum est totum non una natura, & simpliciter, & ad aliquid, & imperfectum, & perfectum.

„ Quid igitur ajunt? Nonne dicimus unam naturam hominis, quamvis cognoscamus, differentia esse, quæ coeunt in unum? Quid ergo obstat, quin sicut heic non ad tollendum proprietatem partium naturas vocamus naturam, aliquid simile in Christo facere videamur? Quin potius convicia facitis, & illuditis quasi confusionem in Christo excogitemus, quia partes appellatione totius significamus. Si volebatis vocare partes nomine totius, oportebat profecto, ut totum etiam nominatione partium declararetis, C atque ita nulla vobis invidia esset. Carnem autem, vel hominem vocantes potius Dominum, totum ex parte significaretis, & non duas naturas vocantes unam. Sæpe enim non proprie loqui discrepantiam dogmatis efficit. Unde nos secundum scripturas, & speculationes a patribus traditas sæpe totum ex parte, & partem nomine totius afficimus, cum Verbum filium hominis nominamus; & Dominum gloriæ crucifixum confitemur. Sed non propterea communicatione idiomatum tollimus propriam rationem proprietatis alterutrius in eodem. Deinde, hæc etiam nobis per propria nomina declarantur, cum communicationem quidem idiomatum in una hypostasi contemplamur; pro- D prietatem vero quæ est in communitate, in differentia naturarum agnoscimus. Vos autem utentes exemplo hominis, cum ipso prototypo exemplum simul corrumpitis. Unam enim naturam hominis dicimus; non ut vos dicitis, qui naturam carnis in substantiam animæ trahitis, ut fiant idem; aut rursus naturam animæ in substantiam carnis, nec ex alterutra utramcumque fieri dicimus. Naturam autem vocamus hanc, non intuentes in habitudinem partium: nulla enim est ratio, quæ diversitatem naturæ partium etiam in unione lædat. Sed potius significationem universalis & speciei de particulari & proprio prædicamus: quia sicut tradunt qui regulas differendi discernunt, parti- E cularia quidem communicant universalibus; universalia vero prædicantur de particularibus; & [2] communicatio quidem individuorum ad speciem relata, est secundum naturam; universalium vero communicatio ad particularia, est secundum appellationem, (sive prædicationem:) idcirco non recu-

1. *Caussæ hypostasin*] Utitur vocabulo *caussæ* pro principio, more Græcorum. Tur.

2. *Communicatio quidem individuorum*] communicatio individuorum ad speciem est secundum naturam, & non secundum appellationem; quia individuum naturaliter participat speciem, quæ cum ipso communicatur secundum naturam; sed non prædicatur individuum de natura, directa scilicet & usitata prædicatione; non enim dicimus: Homo est Petrus. Contra vero fit in communicatione universalium ad particularia. Est enim hæc communicatio secundum appellationem seu prædicationem; cum universalia de particularibus directa prædicatione prædicentur: dicimus enim; Petrus est homo. Id.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



famus, ut dixi, appellatione totius appellare partem, quia una natura totum speciei humanæ repræsentat; quia nihil eorum quæ sub eadem specie numerantur, est diversæ substantiæ: unde convenienter & apte nomine communis particulare nominatur. Non enim reperiri potest aliquis homo, qui sit diversa specie [1] ab homine universali: in Christo autem hujusmodi ordo habitudinis non reperitur, cum non sit species Christorum, sicut est species hominum, ut ex his Christis unus tamquam proprie quodammodo propter universalem & communem Christum Christus ipse nominatus, una natura dicatur ad illos, & ab illis; ut ipsum & unam naturam, & duas vocemus; unam quidem habentem, propter communitatem naturæ; duas vero, propter partes ejus, sicut in nobis cernitur. Cum enim caussa quæ in nobis est, non reperiatur ab illo quod in nobis proprie & apte dicitur, ad illum non potest transferri. Manifestum autem est heic, quare homo dicitur una, & duæ naturæ. Unam naturam habet propter communicationem speciei; duas vero propter partes, quæ non sunt altera in alteram mutatæ. In Christo autem cum non sit species, quomodo duæ naturæ dici possunt una? tres enim tantum modos reperimus, quibus aliquid una natura dicitur: aut quia est species; aut quia participat speciem; aut quod confusione ex diversis speciebus diversa specie effectum est, quod utriusque particeps, nec alterutrum pure est. Quam naturam adulterinam vocant, qui hæc tractant.

Præterea, ne duæ naturæ in Christo dicantur, hujusmodi dubitationes opponitis: non enim ut duas, & unam sicut in nobis dicatis, sed ut unam solam; hinc enim vobis etiam non volentibus passio confusionis insuper advenit, & nec passio divisionis recedit. Non enim necesse est, ut una natura unum numero sit, quin immo tam multa, & tot numero, quot sunt hypostases complentes ipsam naturam. Consideremus etiam sic: quæ sunt eidem æqualia, inter se sunt æqualia. Describatur triangulus æquilaterus rectangulus; ut enim se habet primum latus ad secundum, & secundum ad tertium, ita se habet primum ad extremum. [2] Scribe igitur tria latera, & da tres personas in unoquoque latere; & reperies, quod sicut se habet primum ad medium, & medium ad extremum, ita se habebit primum ad extremum. Quare hæc dico? Quia si datis dici unam Verbi & carnis naturam, confitemini ante unam esse naturam Verbi & Patris: dabitis igitur unam esse naturam carnis & Patris. „ At inquiunt, non dicimus eo„ dem modo unam esse utriusque naturam; sed „ in Patre & Filio eadem ratione naturæ; heic au„ tem in Christo ratione unionis; ergo non est „ idem quod unione unum dicitur, & quod natu„ ra unum „. Si autem non est idem, secundum aliud quidem illud; secundum vero aliud hoc; quare erit idem unum, & duo; unum quidem unione; duo vero naturis: quod si non hoc, erit idem secundum idem & unius substantiæ, & diversæ substantiæ; quo quid esse potest magis absurdum? Sic vobis una natura, quam dicitis, non effugit divisionem quam habet natura in multitudine personarum communicantium ipsi, & confusionem introduxit in identitate naturæ compositæ, nec alterutrum unitorum post unionem exhibens: nobis autem utrumque, Dei gratia, pulcre servatum est & differentia unitorum, quam prædicamus etiam in unione duplicis naturæ, & una A atque eadem persona propter concursum duarum naturarum unitarum in unam hypostasim.

„ Sicut tibi visum est, explicasti, in unoquo„ que homine duas naturas, & unam dici; ex „ quo quidnam sequitur, nisi in Christo non duas „ tantum naturas confiteri, sed etiam tres? Quomodo igitur alterum confitentes, alterum recusatis? cum alioqui ratio necessaria hoc fateri quamvis nolentem cogat. Quid nos ad hæc? Quid aliud, quam quod in eos convenit? [a] *Sapientia fatui est*, ut ait scriptura, *sermones non expensi neque considerati*. Cum enim sermones suos non mandunt, B & idcirco neque concoquunt; ex malis cibis insipientiæ ructationes nobis & halitus, (quomodo enim sine nausea, & fastidio dicam?) non bene olentes emittunt. Cum non omnis quæstio quod in dubium venit, consideret, & ex concessis rationem concludat; isti (non enim sunt sapientes [3] nisi in inscitia) quod est ab omnibus concessum, tamquam dubium in quæstione ponunt; & quod manifestum, tamquam obscurum inducunt. Siquidem natura hominis, secundum communes omnium notiones, animam & corpus significat; & consignificat, ut sæpe dixi, cum toto partes. Isti vero quod a cogitatione omnium recessit, tamquam dubium sumunt; quasi aliquis nostrum affirmet, quod C homo est aliquid duplex, vel corpus solum, vel anima sola; & ideo volunt dicere in Christo tres naturas, quasi natura hominis non satis sit ad inferendum secum partes. Duas enim naturas dicimus, non Dei & carnis, neque Dei & animæ, sed Dei & hominis. Nec enim proprie est natura hominis, natura partis. Quare qui dixit hominem vel naturam hominis, naturas declaravit; qui autem Christum nominavit, neque [4] nomen certum & nostris notionibus subjectum nominavit, neque rem declaravit.

Declarant hoc multæ, & variæ & inter se pugnantes de eo apud Christianos opiniones, quæ non extitissent, si statim nomen Christi veritatem rei D subjectæ significaret. At appellatio hominis communis est, & omnibus vulgata, & maxime Christianis. Nomen vero Christi simile est nomini artis & scientiæ. Ut enim [5] illa nomina artis & scientiæ illi tantum sciunt, qui illam disciplinam perceperunt; sic iis tantum qui in divinis eruditi sunt, veritas in hoc nomine abdita, explanata est. Testantur ipsi verum esse quod dico, qui semper affirmant ex duabus naturis constare Christum, & numquam ex tribus naturis, quamvis animam rationis participem carni Christi tribuunt. Sint itaque isti primi auctores & duces hujus inscitiæ, & confitebuntur ex tribus eum naturis esse: & nos in eo acquiescemus, quod confitemur ea ex quiE bus factus est, servari, in quo hæc noscuntur esse: siquidem non ex tribus solum, sed ex pluribus eum esse dicere cogentur, ut demonstrabimus; quia adhuc rerum simplex & generalis notio facit, ut cognitionem habeamus universam, & non explicatam: horum autem divisio cogitatione, ad perfectam cognitionem nos adducit eorum, ex quibus constant. Ob hanc caussam divisionem totius in partes facimus; dividere autem in partes partium post primam divisionem, ridiculum est. Non

[a] Eccli. xxi. 21.

1. *Ab homine universali*] πρὸς τὸν καθόλου ἄνθρωπον. TUR.

2. *Scribe igitur tria latera*] Pater. △ caro. Verbum △ Pater. Verbum caro. pater caro △ Verbum. ID.

3. *Nisi inscitia*] σοφοὶ τὴν ἀπαιδευσίαν. ID.

4. *Nomen certum*] κλῆσιν ὁμολογουμένην. ID.

5. *Nomina artis*] τεχνικὸν καὶ ἐπιστημονικὸν ὄνομα. ID.


enim huc usque evadit, & heic sistit, sed in infi- A nitum progreditur: verbi gratia, ut quod dico, intelligatur, partes hominis sunt corpus & anima; partes vero partium ejus, in anima quidem substantia rationis particeps, & qualitas incorporea; & hæc partim est vis ratiocinandi quæ est princeps, partim irascendi, partim concupiscendi & harum partium illa princeps notiones format; & cogitat; & meminit; & consultat, & opinatur. Pars irascendi appetit, & declinat; pars concupiscendi habet facultatem propulsandi, & efficiendi, & multa alia subter ista dividuntur. Omittatur nunc illa quæstio, utrum sint hæc tamquam partes in anima, an tamquam potentiæ, sive facultates: & quæ sic; & quæ secus. Non enim hæc agimus B nunc. Rursus divisio corporis fit in partes similes, & dissimiles; & dissimilium, in caput, & manus, & pedes; & hæc in ossa, & carnes, & nervos; & hæc rursus in quatuor elementa; & hæc in materiam, & formam. Multa etiam alia medici philosophantur de facultatibus naturalibus, ex quibus aliam vocant attrahendi facultatem, aliam retinendi, aliam immutandi, aliam secernendi. Multa vero etiam de sensu & phantasia, & de vitali & organico spiritu; qui continet animal, qui alius spiritus est, ut ajunt, præter rationalem. Sicut ergo ad significanda hæc omnia satis est dicere carnem, vel corpus hominis; & rursus satis est nominando animam rationalem, decla- C rare partes in quas divisa est; nec enim fideles loqui artificiose consueverunt, nec hoc eis placet; sic satis est nominasse hominem, vel naturam hominis ad declaranda omnia, ex quibus compositus est, & in quibus esse cognoscitur. Isti autem talia captiose loquuntur, non ut hominem perfectum ostendant, sed ut Dominum calumnientur, & eum a salute nostra alienent; quasi vel non assumsisset a principio humanitatem nostram, vel non servasset incolume, quod ex nobis habuit salutis totius naturæ pignus, quod excidere non poterat. Sed sciant, quod confessio partium, ut dixi, index est incolume esse totum; iterata vero partium in partes divisio non est dogmaticæ bre- D vitatis, neque sermonis secundum evangelium concisi, sed scepticæ speculationis & artificii supervacanei, & plerisque difficilis ad intelligendum. Partes enim Christi non confusæ, sunt divinitas & humanitas; anima vero & corpus non sunt partes Christi, sed partes partis; quibus declaratis, per significationem perfectam humanitatis naturalis, supervacua est subdivisio in naturas partium, nisi post subdivisiones quibus prius in homine communi usi sumus, reliquam divisionem velint inducere; ut hinc non tres tantum, secundum eos, sed etiam plures naturas in Christo profiteri oporteat: quo quid esse potest magis joculare?

„ Quandoquidem universum bellum motum est E „ de modo unionis quem plerique ignorant, & „ idcirco omnibus in dubium venit; de hac unio- „ ne philosophari oportet, ut scire possimus, „ utrum de hoc ipso dissentiamus; an vero nobis „ de hoc consentientibus quæstio sit, quid efficiat „ unio; & utrum de rebus ipsis sit controversia, „ an de vocibus res ipsas significantibus. Sic enim „ quæstione distincte habita, & veritate rerum „ ostensa, qui imperite aut impie contradicit, „ patefiet, vel corrigendus, vel in judicio vitupe- „ randus„. Unionem divinitatis cum humanitate alii secundum substantiam factam esse affirmarunt, alii secundum energiam, alii secundum voluntatem. Sunt autem qui nimiam reverentiam in Deum vel habentes vel simulantes, nullo ex his modo factam dixerunt, sed ineffabilem esse & carere nomine affirmarunt; sive ita haberent, sive non, metuebant certe ne impietatis arguerentur. Vidimus enim etiam nunc quosdam, qui cum notionem unionis valde expressam & tritam haberent, ἄῤῥητον, id est, ineffabilem eam vocabant: ut non solum contrario contrarium efficerent, id est, dicendo esse ineffabilem, vulgatam facerent, sed ut argumenta quibus redarguerentur, effugerent. Sicut alii sane, ut carnem Domini magis ficte apparere, quam in ea confusionem factam esse defendere studerent, incarnatum esse ut voluit, & ut ipse novit, ajebant. Non enim ut hæc probent, ad reverentiam re vera a reverentia alienam se conferunt, alioqui veritas hos ad lumen suum adduceret; sed ut licenter impietate abutantur, ad honesta nomina, tamquam ad propugnaculum quoddam validum & inexpugnabile confugiunt. Vere enim neque dici nec intelligi potest unio secundum substantiam, & substantialis, & in hypostasi. Quomodo enim quæ tantopere secundum naturam differunt, & tam longe distant, inter se coierunt, & [1] unita non sunt confusa; sed potius unum est, & duo noscuntur, & nec unitate personæ commixta sunt; neque propter proprietates naturarum in hypostases divisa sunt. Hæc sola fides capit, & Verbum divinum, quod non pronuntiatione vocis, sed illuminatione intelligentiæ hæc declarat; & eos qui digni sunt, doctrina non sonante, sed tacita erudit.

De eis igitur qui ex reverentia ægrotant, donec quid eis propositum sit, non est manifestum, neque verbum faciendum est; qui vero neque ex lumine, si id nacti sunt, fiduciam capiunt, nec quod animas tenebris circumfusas habeant, moleste ferunt, tamquam insanabiles a nobis rejiciantur: de aliis vero sic differemus. Qui unionem non secundum substantiam, sed secundum operationem aut beneplacitum, aut aliam quamdam hujusmodi habitudinem factam esse tradunt; ad veritatem quidem nullo modo proxime accedunt; mendacium vero, quod multiplex est, partiti sunt, aliis aliam partem ejus avellentibus, & in unam aberrationem a veritate, inter se conciliatis. Qualis enim potest esse hæc unio, & quomodo digna nomine unionis illius supra naturam, & quæ sola est post solam & primam, quæ non colligat res, & in id ipsum adducit? Unde admirari licet, quod cum hujusmodi unionem isti profiteantur & celebrent, illud non confusas esse naturas, & illud immutabile earum opponunt; quam enim mutationem suspicari jure possunt in divisione rerum, qui dignitates quidem in dignitatem confundunt, (non enim dignitates dignitas umquam fieri possunt sine confusione, sicut neque naturæ natura sine mutatione) substantias vero separant? nec enim unio rerum est unio dignitatis. Alioqui cunctos qui divinam dignitatem sortiti sunt, in unum cum divina substantia conjungemus, & duas naturas esse in singulis sanctis docebimus: quantitas enim dignitatis omnino dividit ea quæ secundum dignitatem differunt; sed quanta fuerit, tantum conjunget naturas: nec enim omnino eas separabit, non separato eo quod conjungit. Quantum enim

1. *Unita non sunt confusa*] κραθέντα οὐ συγκέχυνται. Utuntur orthodoxi scriptores vocabulo κράσεως q. d. mixtionis, in mysterio Incarnationis explicando: sed utuntur sensu bono & commodo, ut præcise unionem significet. Photius de Eulogio Patriarcha Alexandrino. κέχρηται δὲ καὶ τῇ λέξει τῆς κράσεως εὐσεβῶς μέν. *Usus est & Craseos vocabulo: sed pie, testatus se id non usurpare more amentis Ap[illegible]: neque impii Eutychis; sed ut pietatis regula præscribit.* Tur.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



participant dignitatem, tantum participare debent A rationem naturæ. Si autem cum altera persona sanctæ Trinitatis copulare volunt reliquos sanctos præterquam cum Christo, sit hoc potestatis, quam habent in impietate; vocati namque sunt Dei, & filii Dei, & Spiritus sancti; sicut Apostolus ait [a], *Qui adhæret Deo, unus spiritus est*. Quomodo ergo, cum omnis creatura rationalis & beata, quæcumque est in angelis & hominibus, plena sit gratia deificante, & adoptante Spiritus sancti, solus natus ex virgine, Deus, & filius hominis in scriptura vocatus est; & secundum scripturam adoratur ab omni rationali natura? Oportebat namque impios scire, quod etsi præcipua pars variæ distributionis inest in celsioribus comparatis cum B inferioribus; commune tamen esse cum omnibus charisma operationis & donum dignitatis; & vel illas cum Verbo Dei, vel cum una quam volunt, ex personis sanctæ Trinitatis, vel cum tota veneranda Trinitate conjungere in duas naturas; & duas aut quatuor hypostases dividere. Aut si non cum his, cum natura Verbi Dei conjungere, & vel in unum filium componere, vel ipsum unum facere homonyme filium comparatum cum filio primogenito: hæc, inquam, oportebat impios istos scire, & non alia loqui. Cum enim una sit naturalis habitudo filii, ex cujus habitudinis participatione omnis habitudo filii exsistit; necesse est hominem quem ipsi faciunt, aut naturalem habitu- C dinem filii participare, aut illam quæ ex gratia fit; & vel ipsum cum unigenito conjungere tamquam unione secundum substantiam reddente mutuo alteri naturæ, quæ alteri insunt: aut pios esse non patientes, aperte ipsum in eumdem ordinem cum aliis redigere. At hi in impietate quidem non fidenter audent; natura enim malum diffidentiam creat: veritatem vero non amant, neque rursus præmia linguæ dolosæ metuunt.

Verum isti quidem excludantur ex divino cœtu cum parentibus hujus impietatis Nestorio & aliis, quicumque hunc docuerunt, & quos ipse docuit. Unionis vero secundum substantiam veritas magna voce prædicetur; & de hac philosophandum est, D ut ipsi veritati placet. Non enim leve periculum, si quis ab hac deflexus, & detortus in contrarium quidem, æquale vero malum, confusionem dico, incidat. Ut autem nota sit differentia unionis eorum quæ secundum substantiam uniuntur, & non mutantur in ea, quæ ex unione, natura mutantur: & quæ species sit prioris unionis; & quis effectus secundæ, fiat jam divisio. Omnia quæ sunt, conjunguntur inter se communitatibus universalibus; & rursus divisa sunt inter se differentiis specificis, & nec unionibus confundunt divisum, neque divisionibus separant unitum. Quin potius si oportet loqui præter opinionem vulgi & secundum Patres, unita sunt divise; & divisa unite. Unionum E autem, & divisionum duplex est ratio. Alia enim unita quidem sunt speciebus; divisa vero hypostasibus. Alia divisa sunt speciebus, unita vero hypostasibus: & eorum quæ unita sunt speciebus, divisa autem hypostasibus, partim simplicem unionem & divisionem habent; partim compositam. De iis igitur quæ simplicem habent habitudinem, non est nunc dicendum, non enim ad quæstionem præsentem pertinet illorum [1] per partes explicatio: ac interim multorum cognitionem, & disciplinam subterfugere. Sed de habitudinibus secundum compositionem, id est, connexionem, vel κρᾶσιν, vel unionem, vel quomodocumque vocare libet substantiales habitudines eorum quæ diversæ speciei sunt, dicendum nobis est, rejectis ad eos qui de nominibus certant, significationibus magis manifestis, aut magis propriis, ut ipsi putant. Non enim nobis vacat ad eligendum voces, qui ad intelligendum properamus.

Eorum igitur quæ substantialiter sunt, & secundum substantiam uniuntur, partim etiam in unione servant propriam rationem essentiæ; partim confundunt, & lædunt ac tollunt, [2] quod summum est in unitis. Priorum igitur habitudo, quæ inter ipsa & in ipsis cernitur, unum quidem ex utrisque perficit, & ut ita dicam, demonstrat unum numero esse, & ea differentiam essentiæ in ipsa eadem unitate servare: atque hujus rei exemplum sit, in animalibus quidem homo naturæ nostræ; in simplicibus autem, aut corporibus naturalibus eorum quæ hypostasim habent, & per se esse possunt, [3] talis habitudo inter ipsa. Ut verbi gratia, in lampade licet cernere; aliud enim est [4] lucerna, aliud rursus substantia ignis flammea: inter se autem, & in se ipsis unita unam faciunt ambo lampadem. Ut si quis dicat, etsi durum videatur, ignis est ligneus; & lignum igneum: & hoc quidem participavit splendorem ignis; ille vero, id est, ignis terrenam crassitudinem ex face; & alterum alteri reddidit vicissim idiomata, cum ambo alioqui in proprietate sua fixa, & non confusa maneant. Nemo vero male feriatus & otio abutens exemplum carpat, si quid dissimile habet, proferens oleum, quod in hac unione medium est, aut qualitatem olei subjectam, aut non durare diu, sed in cinerem redigi; memor eorum quæ antea diximus de exemplo, & de ejus definitione; eadem reperiri potest unio ignis cum aere; & aeris cum aqua: mixtio enim aquæ cum terra speciem attingit confundentem unionem; præparatque humidis, & tenuibus, præcipuis vero secundum immutationem qualitatum, & variationem ex mutua affectione proficiscentem. Prætereo enim dicere qualitates, quæ separatis substantiis, sæpenumero inter se sunt unitæ sine mixtione; sicut stellarum lucentium splendores inter se & cum aere unitæ, servant proprietatem quanti in quali: demonstrat hoc ars, quæ naturæ est imitatrix. Si quis igitur, ut magnus Dionysius ait, multas faces accensas in una domo includat, deinde unam ex omnibus educat e domo, simul exibit cum hac & lumen proprium, nihil aliorum luminum sibi assumens, neque quidquam proprii luminis rursus illis facibus relinquens; & ut universe dicam, nihil eorum quæ uniuntur, mutationem aut confusionem subit, nisi prius utrumque unitorum qualitates habeat passibiles: si enim non sunt ejusmodi, qualitas quidem efficiendi facultatem habens, faciet, non patietur; qualitas vero passibilis patietur, non efficiet. Quorum autem communis ratio est passionem accipiendi & reddendi, hæc secundum dominatum caussarum efficientium passiones, quem habent in alterutro, aut æqualitatem, patiuntur, & agunt. Sicut evenit in omnibus, quæ liquantur; & in metallis, & in iis omnibus quæ medici vel artifices igne utentes commiscere & liquare ex arte solent.

[a] I. Cor. VI. 17.

1. *Per partes explic.*] ἐξάπλωσις εἰς τὰ κατὰ μέρος. TUR.

2. *Quod summum est in unitis.*] τὴν ἀκρότητα τῶν ἑνωμένων. ID.

3. *Talis habitudo.*] ποία σχέσις. *Habitudo qualificata*. ID.

4. *Lucerna.*] θρυαλλίς. ID.

His ergo prius distinctis, sciendum est, quod quæ habent vim mutandi se inter se constantia ex diversis speciebus, & substantiis nihil purum in compositione servant post compositionem: sed potius ars proprietatis omnium miscens & confundens, ex omnibus aliam præter omnia speciem ex toto commixtam reddidit: fitque multarum hypostaseon & naturarum commixtio & confusio, quæ neque proprium hypostasis, neque commune naturæ conservat; sed aliud ex his fit, quod cum nullo eorum ex quibus factum est, idem exsistit. Si igitur divinitas & humanitas secundum substantiam unitæ, non servant in unione suam naturalem proprietatem, confusæ sunt; & neque divinitas mansit, neque humanitas, sed alia species substantiæ ex his, quæ non est ista quæ unita sunt, confecta est. Quo quid esse potest magis impium, aut magis detestabile vel cogitare tantum, ne dum sentire & docere?

Reliquum igitur est, ut ex investigatione quæstionis unionis secundum substantiam & divinitatis & humanitatis proprietatem sine confusione secundum exempla superiora intelligamus, colligentes ex omnibus tenuem quamdam imaginem veritatis omnia superantis, quæ demonstrat [1] unum quoddam ex his reddi, sive personam, sive hypostasim, sive atomum, sive subjectum, sive quid aliud appellare libet, non contendo. Eos enim, qui dignitate, vel auctoritate, aut aliqua hujusmodi habitudine dividente copulando separant, paullo ante disputatio nostra refutavit, & convicit naturas dividere hypostasibus, nullamque communionem vel inter se accipiendi vel reddendi habere. Ac de his hactenus secundum parvam mensuram intelligentiæ, quæ a nobis tributa est. Mittimus deinceps lectorem ad doctrinam sanctorum patrum, a quibus nos hæc tamquam in parvo vase ratione mentis nostræ humilis hausimus, & eos qui studio veritatis tenentur, potare studuimus. Vos autem quibus hæc porrexit veritas, habete ea tamquam remedium oblivionis, & post meum ab hac vita recessum tamquam monumentum amoris, ne lapsu temporis effluens abeat: retundite autem audaciores, & simpliciores manu ducite ad fulgorem veritatis purum & liquidum, qui per hæc in sanctis patribus cernitur, & orate pro nobis, qui hæc propter caritatem, ut conscientia testatur, & præter voluntatem conscribere sustinuimus. Deo autem gratias agimus pro omni dono ejus in omnibus, in sæcula sæculorum. Amen.

Allaturus in medium auctoritates sanctorum patrum, ad confirmationem eorum quæ scripsimus, rogo lectorem, ut advertat animum: prudentem enim auditorem requirit doctrina eorum, qui fuerunt admirabiles Spiritus sancti consiliarii. Laborat enim sermo, auribus imperitiæ sordibus onustis exceptus. [a] *Sicut monile aureum*, ait Sapiens in Proverbiis, *& sardium magni pretii alligatum, sic sermo sapiens in auribus bene audientium*. Auditum igitur nostrum secundum sensum divinum, repurgemus ab omni onere ex anticipatione conflato, & mentem surdam reddente. Jam enim nubem testium, sicut Apostolus ait [b], producemus. Si forte tantis cedant qui repugnant. Siquidem propter contentionem a majoribus eorum traditam non produxi-

A mus auctoritatem ambiguam, aut quæ dupliciter accipi posset, nec ignobiles patres testes citavimus, sed potius clarissimos, & qui fuerunt splendidissima orbis lumina ad dicendum testimonium vocavimus. Produximusque testimonia manifestissima, & minime dubia; ut omnem eorum adversus veritatem excogitationem excluderemus. Non recitavimus testimonia, in quibus est, ex quibus & a quibus, & de quibus (scilicet naturis) & ante unionem, ut ipsis placet vocare, aut in unione, & non etiam post unionem; siquidem est secundum sapientiam istorum finis hujus unionis: sed indicavimus sanctos, qui in testimoniis suis dixerunt in quibus, & per quas, & utrasque, &
B per ambas, & ambas naturas, & substantias exsistentes, & servatas in unione, & in tempus infinitum indivisibiles in unione secundum substantiam hypostatica. Si quis autem horum multitudinem vel auctoritatem personarum, sicut ille impius, quem scriptura dicit [c], non reveretur; ait enim, impius est, qui non reveretur personam honorati: ipse autem ignotas auctoritates, & non vel ex ipsis cognitas vel ex aliis, his nostris contrarias producit, demonstret prius non esse illorum has nostras, & sic istas recipiemus. Quamdiu enim hæ satis firmitatis habent, propter splendorem librorum & propter nobilitatem patrum, illas vel non recipiemus a principio, cum his pugnantes: vel si reci-
C piamus, tamquam cum his consentientes, & nullo modo discrepantes recipiemus. Conari enim theologos ad contradictionem adducere, & dicere a se ipsis dissentire, hic conatus susceptus & hoc negotium non est contra nos, sed contra illorum gloriam, immo vero contra Paullum, & adhuc contra Spiritus Sancti auctoritatem, & Christum qui in Paullo loquebatur. [d] Post enim Apostolos & Prophetas, Doctores posuit in ecclesia Deus secundum providentiam Spiritus Sancti incomprehensam, in opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi. Quare qui Patres illos non recipit qui in ecclesia clari & celebres sunt, plane ordinationi & constitutioni Dei resistit. Quid ergo substantia ab hypostase differat, id est natura a persona, ex magnis
D luminibus Basilio & Gregorio licet discere; qui sub regulam & definitionem, quæ nunc quærimus reduxerunt, clare & distincte docentes, quid substantia, & quid hypostasis, & quod natura idem est quod substantia, idem hypostasis & persona, & quomodo, & de quibus hæc dicuntur. [2] Et quod Trinitas contra atque incarnatio habet pronomina, & complexionem secundum adjunctionem & variationem nominum. Post hanc comparationem, producemus in medium alios sacros doctores, una aut altera auctoritate recitata, que totam mentem sanctorum nobis ob oculos ponat. Hæ enim sufficiunt reverentiæ & pudori prudentium. Nam qui non
E fuerint tales, nec universus cœtus sanctorum eis persuadebit, quamvis omnes eorum doctrinas hauriamus, & in istos effundamus.

S. Basilii ex epistola ad Terentium.

„ Si oportet, ut nos etiam, quod nobis videtur, „ dicamus; illud dicemus, quod quam rationem ha„ bet commune ad proprium, hunc habet substantia „ ad hypostasim: unusquisque enim nostrum commu-

a Prov. xxv. 12. sec. lxx. b Heb. xii. 1. c Sap. II. 10. d Ephes. iv. 11. 12.

1. *Unum quoddam.*] ἕν τι τοῦτον ἀποτέλεσμα. Tur.

2. Adde: pronomina sunt, quæ ponuntur pro nominibus personarum, in Trinitate est alius & alius, sed non aliud & aliud, & est hic, & iste, & ille: in incarnatione contra, non est hæc complexio, est alius, & alius, sed est aliud & aliud, nec est hic Deus, & ille homo, sed ipse idem est Deus & homo; non sic in Trinitate; heic Pater non est ipse Filius, &c. in alio loco vocat hæc pronomina voces indicativas, Tur.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

„ ni ratione substantiæ participat essentiam; & pro„ prietatibus quæ circa ipsum sunt, est ille, & ille. „ Sic etiam illic ratio quidem substantiæ communis „ est, ut bonitas, vel divinitas, sive aliud quid in„ telligatur; hypostasis vero in proprietate paternita„ tis, vel filiationis, vel virtutis sanctificantis cer„ nitur. Si igitur dicunt personas esse sine hypostasi, „ ex se ipsa habet oratio absurdum: Sin autem con„ cedunt esse eas in vera hypostasi, quod confiten„ tur, hoc etiam numerent, ut ratio homousii, id „ est, consubstantialis servetur in unitate naturæ; & „ pia cognitio Patris, & Filii, & Spiritus sancti in „ hypostasi perfecta, & integra uniuscujusque no„ minatorum prædicetur.

Ejusdem ex epistola ad Amphilochium.

„ Substantia, & hypostasis hanc habent diffe„ rentiam, quam habent commune, & singulare, „ id est, quam habent animal, & ille homo. Et „ paullo post: Qui dicunt idem esse substantiam „ & hypostasim, coguntur personas solum confi„ teri differentes esse.

Ejusdem ex epistola synodica, in qua fecit subscribere Eustathium Armenium, qui erat suspectus, quasi contrarium sentiret.

„ Oportet igitur clare confiteri, quod credunt „ secundum verba a patribus nostris exposita in „ synodo Nicæna, & secundum sententiam ipsis ver„ bis sane subjectam. Sunt enim quidam, qui in „ hac fide verbum veritatis depravant: & sensum „ verborum quæ in ea sunt, ad voluntatem suam „ trahunt. Utpote cum Marcellus exponens hypo„ stasim Domini nostri Jesu Christi, & nudum „ ipsum Verbum, impie ausus est excusare illinc „ accepisse principia.

Ecce unam hypostasim Domini nostri Jesu Christi dixit Doctor Basilius, qui prius definierat non esse idem substantiam, & hypostasim.

Gregorii Theologi ἐκ τοῦ συντακτικοῦ.

„ Credimus in Patrem, & Filium, & Spiritum „ sanctum ejusdem substantiæ, & ejusdem gloriæ. Et „ aliquanto post: Unum quidem substantia agno„ scentes etiam individua adoratione; tres vero „ hypostasibus, id est, personis, vel ut libet ap„ pellare; nec enim de his contendere honestum „ est.

Ejusdem ex epistola ad Cledonium. Hujus auctoritatis meminit etiam beatus Cyrillus in synodo sua.

„ Naturæ quidem duæ, Deus & homo, quia „ & anima & corpus; filii vero non duo, neque „ dii, non enim heic duo homines, tametsi sic Paul„ lus vocavit interiorem hominem & exteriorem. „ Et si breviter dicendum est, aliud sunt ex qui„ bus Salvator constat, siquidem non est idem in„ visibile cum visibili, & quod sine tempore, „ idem cum eo quod cadit sub tempus; non ta„ men alius, & alius, absit. Utraque enim sunt „ unum τῇ συγκράσει (id est, unione) Deo fa„ cto homine, & homine facto Deo, vel si quo „ alio modo nominare libet; dico autem aliud & „ aliud contra atque in sancta Trinitate; illic „ enim alius & alius, ne hypostases confundamus;

A „ non aliud, & aliud: unum namque sunt tres, „ & id ipsum divinitate.

Satis sunt hæc ad declarandum, quam opinionem Veteres habuerunt de persona, & hypostasi, natura & substantia, & quod unio incarnationis contra atque in sancta Trinitate, se habet quæ quidem unio aliud & aliud demonstrat post unionem ea, ex quibus facta est unio. Si quidem non est idem invisibile, quod est visibile; nec esse sine tempore, & esse sub tempore; hæc enim numquam inter se sunt idem, tametsi circa eumdem utraque: alius enim Pater (inquit) & alius Filius; non aliud & aliud, absit; non enim alius Verbum, & alius Christus; nec alius filius natura, & alius homo positione; sed unus & idem utra-

B que. Alius namque & alius Pater, & Filius, & idcirco duæ hypostases. Aliud autem, & aliud Deus & homo; & idcirco duæ naturæ. Non quidem quandoque illud; sed semper, alius quidem, respectu Patris; aliud vero, respectu carnis. Sicut demonstrabunt deinceps sanctorum patrum scripta.

Proclus Constantinopolitanus in illud, Puer natus est nobis.

„ Ipse vere Deus, & vere homo, Patri, quate„ nus erat, consubstantialis; & mihi, quatenus factus „ est sine peccato, ejusdem naturæ; divina natura „ est increata; quæ ex me sumta est, legitima, &

C „ unus est filius, non duabus naturis in duas hypo„ stases divisis; sed stupenda incarnatione naturas „ duas in unam hypostasim uniente.

S. Isidori ex epistola ad Theonem.

„ Panis vocatus est Dominus: ipse se ipsum hoc „ nomine vocavit, secundum notionem quæ in „ promtu est, tamquam factus omnibus cibus sa„ lutis; secundum vero sensum arcanum, tamquam „ qui univit sibi fermentum humanæ massæ, & „ purgavit, & proprio igne divinitatis coxit, & „ in unam personam cum ipsa, & in unam ado„ ratam hypostasim coivit „. Tempus est, ut alio-

D rum patrum auctoritates, ut promisimus, recitemus.

[1] *Sancti Justini philosophi & martyris ex tertio libro de Trinitate. c. 3.*

„ Tunc a cælis non discedens ad nos descendit; „ non enim fuit descensus corporis, sed divinæ ope„ rationis voluntas, virgine intermedia ex genere „ David oriunda propter promissiones ei factas usus „ ad necessitatem incarnationis: & in hujus ute„ rum ingressus tamquam semen divinum, format „ sibi templum, & in templi formationem sub„ stantiam perfecti hominis sumti, & non partem „ illius naturæ, contulit; & indutus hanc perfe„ ctam humanitatem summa unione cum ambabus

E „ naturis exivit. Inde enim filius, & Deus & „ homo est. Sic œconomiam in assumtione naturæ „ nostræ complevit.

Ejusdem ex eodem opere. c. 17.

„ Cum ergo audieris de filio Dei voces contra„ rias, impartire voces convenientes naturis. Si „ quid magnum & divinum est quod dicitur,

1. In hunc locum a Leontio citatum *ex tertio libro de Trinitate cap.* 3. sancto Justino philosopho & martyri tributo, nonnulla observat Grabius in *Spicilegii* tom. II. pag. 163. quæ minus recte ab eo fuisse accepta evincit Maranus in Append. parte I. ad opera ejusdem S. Justini pag. 419.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.



„ tribue divinæ naturæ; si quid vero parvum & A
„ humanum, reputa humanæ naturæ convenire.
„ Sic effugies discrepantiam vocum, si unaquæ-
„ que natura recipiat, quod ei naturaliter con-
„ gruit; & unum filium ante omnia sæcula, &
„ recentem secundum divinas scripturas confite-
„ beris.

Ejusdem ex eodem capite.

Sicut unus quidem est homo, habet autem naturas differentes duas, & secundum aliud ratiocinatur; & secundum aliud id de quo ratiocinatus est, operatur. Anima enim intelligente de ædificanda navi ratiocinatus, quod ratione habet comprehensum, manibus ad effectum perducit: sic B filius cum unus esset, & idem naturæ duæ; secundum aliam naturam miracula operabatur, & secundum aliam naturam humilia suscipiebat. Et postea: Sicut enim post unionem primi luminis cum corpore solis nullus jam ea dirimere poterit; neque solem vocabit per se separatim, neque rursus lumen disjuncte; sed unus sol, & unum lumen dicitur; sic in vero lumine, & in sanctissimo corpore nemo poterit dicere post unionem hunc quidem separatum filium scilicet Deum Verbum; hoc vero, scilicet hominem, non filium; sed potius unum & eumdem in utraque natura intelliget; sicut unum lumen, & unum solem, lumen susceptum, & corpus quod lumen suscepit. Rursus, sicut unum quidem lumen, & unus sol, naturæ vero duæ, una C quidem luminis, & altera corporis solis; sic etiam heic, unus quidem filius, qui est Dominus, & Christus, & unigenitus; naturæ vero duæ, una supra nos, altera nostra. Et iterum: Sicut operationem luminis, quatenus lumen est, nemo separabit a corpore ipso lumen recipiente; si vero ratione separet, agnoscet naturam, cujus est propria operatio: sic in uno filio Dei omnem operationem nemo separabit ab una filiatione; a natura vero cui est cognatum quod sit, ratione separabit.

Sancti Irenæi episcopi Lugdun. & martyris.

Sicut enim arca aurata erat intus & extra auro D puro, sic corpus Christi purum erat & fulgens; intus quidem Verbo decoratum, extra vero spiritu splendescens; ut ex utrisque claritas naturarum demonstraretur.

Sancti Hippolyti episcopi & martyris ex benedictionibus Balaam.

Ut demonstretur utrumque quidem in se habere substantiam, scilicet Dei, & hominum, sicut Apostolus ait [a]: *Mediator* quidem *Dei & hominum, homo Christus Jesus*; sicut Apostolus ait, mediator Dei & hominum homo, Christus Deus; [b] *mediator autem unius* hominis *non est*, sed hominum. [1] Oportebat ergo, ut Christus factus me- E diator Dei & hominum, ab utrisque arrabonem quamdam acciperet, ut appareat mediator duarum naturarum.

S. Petri episcopi Alexandriæ & martyris ex homilia de adventu salvatoris nostri.

Et Judæ dixit: [c] *Osculo filium Dei tradis?* Hæc, & his similia. & signa omnia quæ fecit, & virtutes demonstrant esse eum Deum factum hominem. Utraque itaque demonstrantur, & quod erat Deus natura, & quod fuit homo natura.

Sancti Cyriaci episcopi Paphi & confessoris, qui fuit unus ex patribus synodi Nicænæ, ex homilia in Theophania.

[d] *Qui cum in forma*, inquit, *Dei esset, non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens.* Si forma Dei æqualis est Deo, & perfectus Deus erat; & forma servi perfectus homo; hoc enim docet scriptura divina: perfectus ergo in ambabus substantiis Christus consubstantialis Deo, & Patri; & consubstantialis virgini & matri: sine matre supra, ex Patre; sine Patre infra, ex matre.

S. Athanasii ex libro de Trinitate: hujus auctoritatis meminit beatus Cyrillus in epistola ad monachos.

Scopus igitur, & signum, ut sæpe diximus, quo scriptura sancta collineat, est esse in ea duplicem de Salvatore annuntiationem, quod semper erat Deus, & est filius, qui est Verbum, & splendor, ac sapientia Patris; & quod postea sumto corpore ex virgine, Dei matre, Maria, homo factus est.

Ejusdem ex libro contra Apolinarium.

Idem factus homo, non mutatus in formam hominis, neque aspernatus essentiam hominis instar umbræ apparuit, sed potius cum esset natura Deus, generatur homo; ut unus sit utraque perfectus secundum omnia, naturalem & verissimum ortum ostendens.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Et sic dicatur perfectus Deus, & perfectus
„ homo Christus; non quod divina perfectio in
„ humanam perfectionem mutata sit, quod est im-
„ pium; nec quod duarum perfectionum secundum
„ divisionem esse fateamur, quod a pietate alienum
„ est; nec secundum progressum virtutis & assum-
„ tionem justitiæ, absit! sed secundum essentiam
„ integram, ut unus sit utraque, perfectus secun-
„ dum omnia Deus; & idem homo.

S. Basilii episcopi ex libro I. contra Eunomium.

„ Ego enim esse in forma Dei tantumdem vale-
„ re dico, quantum esse in substantia Dei. Ut enim
„ assumsisse formam servi significat fuisse Dominum
„ nostrum in substantia humanitatis; sic qui dicit
„ esse in forma Dei, proprietatem divinæ substan-
„ tiæ demonstrat.

Ejusdem ex libro III. contra Eunomium.

„ Intelligendum ergo est illud quidem *genuit*,
„ in Deo filio; illud vero, *creavit*, in eo qui
„ formam servi accepit. In his vero omnibus non
„ dicimus duos, Deum separatim, & hominem
„ separatim: unus enim erat. Sed cogitatione unius-
„ cujusque naturam reputamus.

a I. Tim. II. 5. b Gal. III. 20. c Luc. XXII. 48. d Philipp. II. 6. 7.

1. Non unius hominis, sed hominum; quia natura communis non est unius singularis tantum, quod enim de Phœnice ferunt, Maximus fabulam esse demonstrat ob hanc caussam & rationem. Unus itaque est Deus, id est, una natura communis trium personarum, & una natura hominum, & Christus mediator duarum naturarum. Tur.

A

S. Gregorii theologi ex apologetico.

Hoc exinanita divinitas; hoc assumta caro; hoc nova mixtio, Deus & homo, unum ex ambobus; & per unum ambo.

Ejusdem ex oratione in natalem Domini.

,, Missus quidem est, sed ut homo. Duplex enim erat; siquidem defatigatus est, & esurivit, & sitivit; & fuit in angore, & lacrymatus est lege naturæ.

Ejusdem ex oratione secunda de filio.

B

,, Hæc igitur nobis dicta sint in eos, qui magnopere se jactant. Deus autem dicatur non Verbi, sed ejus qui cernitur. Quomodo enim proprie erit Deus Dei? Sicut & Pater non ejus qui cernitur, sed Verbi. Erat enim duplex. Idcirco unum quidem proprie in ambobus; alterum vero non proprie, sed contrarie atque in nobis. Nostri enim proprie dicitur Deus; Pater autem non proprie: & hoc est, quod hæreticos in errorem inducit, complexio nominum mutatis nominibus propter unionem. Signum autem hujus rei est, quod quando naturæ cogitatione distinguuntur, simul etiam nomina dividuntur. Audi Paullum dicentem: [a] *Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, pater gloriæ*. Christi quidem Deus; gloriæ vero pater. Si enim utrumque est unum, at non natura, sed coitione.

C

Ejusdem ex epistola ad Cledonium secunda.

,, Sicut facta esse omnia per Christum, & habitare Christum in cordibus nostris, non accipitur secundum illud, Dei, quod apparet & cernitur; sed secundum illud, quod intelligentia percipitur, naturis quasi mixtis, sic & nominibus inter se circumincedentibus ratione unionis naturarum.

Beati Gregorii episcopi Nysseni ex libris contra Eunomium.

D

,, Mediatorem enim Dei & hominum, sicut Apostolus nominavit [b], nihil sic, sicut nomen filii demonstrat aptatum utrique naturæ divinæ, & humanæ: idem enim & filius Dei est; & filius hominis secundum œconomiam incarnationis factus est. Ut communione utriusque naturæ per se ipsum uniat ea quæ natura differunt.

Ejusdem ex libro secundo.

E

,, Qualis forma in passione percutitur? & qualis ex æternitate glorificatur. Manifesta sunt hæc, quamvis nullus oratione interpretetur, quia plagæ quidem servi fuerunt, in quo Dominus: honores vero Domini, circa quem servus: ut propter conjunctionem & unionem naturarum, quæ utriusque naturæ sunt ambo cum uno fiant communia, plagis servi acceptis a Domino; & honoribus Domini honorato servo.

Ejusdem ex libro quarto.

,, Ubique enim prædicans unionem humani cum divino, nihilominus in utroque proprium cernit.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Ut ex eo, quod duo circa unum dicuntur; circa utrumque intelligatur, quod congruit: circa divinum non pati; circa humanum pati œconomice.

S. Gregorii Nysseni libro contra Apolinarium.

,, Si igitur naturale est carni habere, qui ei præsit, sicut ait Apolinarius; præesse vero natura convenit Deo: quomodo qui hæc concedit, decernit unum natura ambo a principio esse? cum omnibus pateat, aliam esse rationem subjecti, & aliam præpositi; & aliud esse quod natum est, ut a duce viæ dirigatur; & aliud rursus cui inest natura, ut sit dux, & præfectus? Si ergo in contrariis proprietatibus cernitur natura alterutrius, carnis scilicet & divinitatis, quomodo duæ naturæ sunt una? Quomodo divinam, & cælestem carnem Verbo circumformat? Immo ipsum Verbum ante incarnat, non œconomice novissimis diebus ad nostram formam subeundam delapsum, sed potius semper hoc factum, & semper in eodem statu firmatum? Qui enim carnem dicit indigere immutabili, indigere item ductore & præposito carnem plane nostram dicit, quæ propter mutabilitatem naturæ in peccatum cecidit. Sin vero supracælestе, & divinum corpus, sicut ait, contemplatur circa Verbum, nec immutabilitatem ei omnino, ut consequens erat, tribuit.

[1] *S. Julii episcopi Romani. Hanc auctoritatem Cyrillus produxit in synodo Ephesina.*

,, Unde necesse est & corporeum de toto, & divinum item de toto dici: & qui non potest in unitis differentiam cognoscere, & quid proprium utriusque, in repugnantias discrepantes incidet. Qui vero propria cognoscit, & unionem servat, neque naturas mentietur, nec unionem ignorabit.

S. Hilarii episcopi Pictaviensis qui fuit unus ex patribus synodi Nicænæ, ex libro IX. de fide.

,, Non novit hic, non novit vitam suam, qui Jesum Christum ut verum Deum, ita & verum hominem non novit.

Et postea:

,, Hæc Verbum caro factum ajebat, & homo Jesus Dominus gloriæ docebat ad salutem ecclesiæ, ipse mediator exsistens in se ipso & in ipso hoc mysterio, per quod Deo & hominibus fuit intermedius: unus utrumque, ex unitis in hoc ipsum naturis, unum & idem per utramque naturam exsistens; verum sic, ut in utroque neutro privetur, ne desinat esse Deus, natus homo; aut rursus homo non sit, quia manet Deus. Hæc est ergo

a Ephes. I. 17. b I. Tim. II. 5.

1. *Julii episcopi Romani*] Alibi, nempe in libro de Sectis, actione octava, negat Leontius hanc Epistolam in synodo Ephesina citatam tom. 2. cap. 7. esse Julii Romani pontificis: sed ait esse Timothei Apollinaristæ. Verum Eulogius Alexandrinus patriarcha apud Photium non diffitetur a Julio scriptam illam Epistolam, quæ est ut ipse loquitur dura, ad Docium, seu ut habent Acta concilii Ephesini, ad Prosdocium: citatur autem in concilio non is quem Leontius adducit locus, sed alius; ut concilium cum Leontio conferenti patebit. TUR.

„ beatitudo naturæ humanæ, Deum & hominem A „ prædicare; carnem & Verbum confiteri; & Deum „ scire esse hominem; & carnem non ignorare Verbum esse.

Ejusdem ex libro de fide 7.

„ Vides igitur sic & Deum, & hominem nos „ confiteri. Et postea: Et quia utraque ex propriis naturis constant, unum mihi esse illum „ Christum memineris, qui est utrumque. Hæc „ idcirco brevi exposui, ut utramque naturam in „ Domino nostro Jesu Christo intelligi memineri„ mus. [a] Qui enim erat in forma Dei, formam „ servi accepit.

S. Ambrosii episcopi Mediolanensis & confessoris, ex libro de fide ad Gratianum. Hujus auctoritatis meminit Cyrillus in sua synodo.

„ Servemus differentiam divinitatis, & carnis; „ unus enim in utraque natura loquitur filius Dei; „ siquidem in ipso est utraque natura. Etsi enim „ idem est, qui loquitur, tamen non semper uno „ modo & more loquitur. Contemplare in eo „ nunc quidem gloriam Dei; nunc vero passiones „ hominis: ut Deus, divina loquitur, quia Ver„ bum est; ut homo humana loquitur, quia in „ substantia secundum meam loquebatur.

Ejusdem ex tertio libro.

„ Sed quomodo heic se dicit filius sine auxilio „ esse? Quamvis ille superius dixit [b]: *Posui auxilium super potentem*. Distingue igitur heic na„ turas. Adjutorem namque habuit caro: non ha„ buit divinitas.

Ejusdem ex libro contra Apolinarium 9. [1]

„ Verum hæc fides generatim ad omnes spectat. „ Christus est filius Dei, & æternus ex Patre, & „ natus ex virgine, quem tamquam gigantem san„ ctus propheta David interpretatus est [c], quia solus „ esset duplici forma, & gemina natura, cum quo „ esset communis divinitas & humanitas. D

Et post alia:

„ Unus enim est in utroque, id est, in divini„ tate, & corpore: non enim alius ex Patre, & „ alius ex virgine, sed idem ipse: aliud quidem „ ex Patre, aliud vero ex virgine: & genera„ tio generationi non præjudicat; neque caro di„ vinitati.

Ejusdem ex libro ad Sabinum episcopum.

„ Igitur cum esset in divinitate perfecta, [d] *exinanivit se ipsum*, & accepit perfectam & integram „ naturam humanam. Sicut nihil defuit Deo; sic „ nihil defuit perfectioni humanitatis, ut esset in „ utraque natura perfectus. E

Ejusdem interpretantis sententiam divini symboli.

„ Eos autem, qui dicunt Christum esse nudum „ hominem, vel Verbum passibile, vel mutatum „ in carnem, habuisse substantiam corporis, vel „ corpus e cælo attulisse, vel qui dicunt mortale „ fuisse Verbum, & opus ei fuisse, ut suscitaretur „ a Patre, vel assumsisse corpus inanimatum, vel „ hominem sine mente, vel naturas Christo com„ mixtione confusas factas esse unam: & qui non „ confitentur Dominum nostrum Jesum Christum „ duas naturas esse non confusas, unam vero per„ sonam, quatenus unus Christus, & unus Domi„ nus est, hoc anathematizat catholica & aposto„ lica Ecclesia.

S. Amphilochii episcopi Iconii ex libro contra Arianos.

„ Discerne naturas, Dei naturam, & hominis B „ naturam. Nec enim factus est homo, facta jactu„ ra divinitatis; neque secundum progressum fa„ ctus ex homine Deus. Deum enim & homi„ nem cum dicis, tribue passiones carni; & mi„ racula Deo.

Ejusdem ex epistola ad Seleucum.

„ Ut forma Dei, & forma servi in unam per„ sonam filii & Domini Jesu Christi convenirent; „ sic Deum & hominem confiteor filium Dei, „ unum filium, duarum naturarum, passibilis & „ impassibilis, mortalis & immortalis, tactilis & „ non tactilis, principio carentis & cœptæ, in„ circumscriptæ & definitæ. C

Ejusdem ex eadem epistola.

„ Christus filius Dei, qui est duarum naturarum „ perfectarum, filius unus, secundum divinitatem „ infinitus & incircumscriptus, omnia continens. „ Unum quidem dico filium Dei, duarum vero na„ turarum, non negans divinam.

Et postea:

„ Ipse igitur Deus Verbum propria facit, quæ „ erant templi, nihil patiens; quia in unam per„ sonam coeunt duæ naturæ.

S. Gelasii episcopi Cæsareæ Palæstinæ, & confessoris unius ex patribus synodi Constantinopolitanæ centum quinquaginta, ex interpretatione symboli.

„ At non potuit hoc facere humana lingua, in„ firma quippe erat natura. Venit igitur in eum„ dem Deus & homo, ut corpus quidem ministra„ ret; Deus autem per corpus actionem exhibe„ ret. Duplicia omnia; & vera omnia, & perfe„ cta omnia. Obstruatur omne os hæreticum. No„ biscum Deus; nobiscum qui est cum Patre; no„ biscum, qui est ex nobis. Caro mea, inquit, „ ex ipsis. Verum alterum quidem semper, alte„ rum vero propter nos. Ac divinitas quidem sem„ per; humanitas vero propter nos.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Nos autem divino Verbo illustrati, custodia„ mus sine contumelia nobilitatem unigeniti: ne„ que propter humilitatem carnis Verbum repu„ diantes; neque propter altitudinem divinitatis „ carnem contemnentes. Quin potius Verbum, ut „ Deum; carnem, ut templum Dei honoremus.

a Philipp. II. 6. 7. b Psalm. LXXXVIII. 20. c Psalm. XVIII. 6. d Philipp. II. 7.

1. Scripsit Ambrosius libros contra Apolinarium qui non exstant. CAN.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

Augustini episcopi Hipponensis ex epistola ad Volusianum.

„ Nunc autem sic inter Deum & homines apparuit mediator, ut ipse in unitate personæ utramque naturam copularet.

Et post alia:

„ Cognosce duplicem naturam Christi, divinam dico æqualem Patri; & humanam, qua major est Pater: sed utrumque simul; & non duo, sed unus est Christus; ne Deus sit quaternitas, sed Trinitas.

Magni Joannis episcopi Constantinopolitani, ex epistola ad Philippenses.

„ Quia tamen formam servi accepit; id est, homo, inquit, factus est: igitur qui in forma Dei erat, Deus erat. Forma enim, & forma positum est. Si hoc verum est, & illud. Natura homo forma servi; igitur natura Deus forma Dei.

Ejusdem ex epistola ad Timotheum hom. VII.

„ Quia enim duarum naturarum medius fuit, duabus naturis affinem esse oportuit: sicut enim qui est medius aliquorum locorum, utrique loco est affinis; sic qui utriusque naturæ est, conjunctionem affinitatis cum utraque natura habere debet: sicut ergo factus est homo, sic & Deus erat.

Ejusdem in assumtionem.

„ Et quid facit mediator? Opus mediatoris; sicut si duo a se mutuo aversi sint, neque reconciliari velint, accedatque aliquis, qui se medium inferat, utriusque inimicitiam dissolvet; sic Christus fecit. Iratus erat nobis Deus; nos Deum hominum amantem averteramus: se ipsum immisit Christus medium; & utramque naturam reconciliavit.

S. Ephræm ex homilia in Margaritam.

„ Duarum naturarum est particeps margarita magnæ æstimationis, ut ostendat Christum, quod cum esset Verbum Dei, ex Maria ortum est. Non habuit naturam ex parte; quia nec aliud animal erat. Perfectam habet duplicem naturam, ne amittat duas. Neque semideus visus est in terra; neque semihomo ascendit ad cælos. Ex perfecto perfectus; ex homine homo; ex Deo Deus; ex virgine Christus.

Cyrilli episcopi Hierosolymitani, ex quarta Catechesi.

„ Duplex erat Christus; homo qui cernebatur; Deus, qui non cernebatur.

S. Flaviani episcopi Antiochiæ in assumtionem.

„ [a] *Quis vere loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?* Quis verbis confe- qui poterit magnitudinem beneficii in nos? cum humana natura divinitas copulatur, manente in se utraque natura!

A

Ejusdem ex homilia in evangelium Joannis.

Demonstravit se ipsum per nubem corporis, qui naturam nostram induit, ut ambas naturas ejus discamus, & hominem qui cernebatur, & divinitatem, quæ per corpus operabatur.

Antiochi episcopi Ptolemaidis. Hujus auctoritatis meminit Cyrillus.

„ Ne confundas naturas, & non torpebis circa œconomiam, id est, mysterium incarnationis. Tene Deum: tribue Deo, quæ eum decent. Recipe humanitatem: redde humanitati, quæ eam decent.

B

Procli episcopi Constantinopolitani in illud, Puer natus est nobis.

„ Naturas ratione divide; & unionem mysterii θεολόγητον (id est unionem carnis cum Deo fatere.)

Ejusdem in nativitatem Christi.

„ Nisi mater mansisset virgo, nudus homo natus esset, & partus non fuisset admirabilis. Si vero post partum mansit virgo, ille incorrupte natus est, qui januis clausis sine ullo impedimento ingressus est: cujus conjunctionem naturarum cum Thoma contemplaretur, clamavit inquiens [b]: *Dominus meus, & Deus meus.*

C

Isidori Pelusiotæ ex epistola ad Theodosium diaconum

„ Non possunt quæri naturales demonstrationes eorum, quæ sunt supra naturam: etsi enim Verbum caro factum est, non tamen Christus nudus homo est; quin potius Deus homo factus: in utraque natura unus est filius.

Ejusdem ex epistola ad Timotheum lectorem.

„ Omni custodia custodi cor tuum; ne forte unam naturam Christi post incarnationem admittas. Utriusque enim negatio est unius affirmatio: vel divina natura mutata; vel nostra imminuta. Hæc fuit Manetis carybdis, per quam studuit, ut omnes ad gehennam deduceret.

D

Ejusdem ex epistola ad Cyrillum episcopum Alexandriæ.

„ Quod verus, & supra omnia Deus homo factus est, non mutatus ab eo quod erat; & assumtus quod non erat, unus in duabus naturis filius sine principio, & infinitus, recens, & æternus: nec ipse negabis, cum plurimas sancti patris nostri magni Athanasii de his habeas comprobationes, homine supra naturam divina aggresso opera.

E

Ejusdem ex epistola ad Leandrum.

„ Natura humana, vir mirabilis, neque capax malorum est, neque naturaliter possidet mala; sed potius voluntate, & segnitie frustrationem eorum quæ bona & honesta sunt, sustinet; quod & primo homini evenit. Qui excidit de possessione salutis, quam illi rursus secundus de cælo homo reddidit, qui veram naturam nostram in

a Psalm. cv. 2. b Joan. xx. 28.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

,, se ipso demonstravit. Deus enim cum vere esset, A
,, factus est vere homo, in duabus naturis unus fi-
,, lius Dei non mutatus in eo quod erat, cum
,, factus est quod sumus.

Scholium Leontii.

In omnibus superioribus studuimus, ut in medium afferremus auctoritates & beati [1] Cyrilli & patrum qui eum antecesserunt, quæ totam mentem ejus & confirmarent, & interpretarentur: ut sciant omnes, quod nec ipse, nec alius ex patribus illud ex duobus, aut ex ambobus ad negandum eum qui erat in duobus, dixerunt. Multis enim in locis contendens adversus divisionem Nestorii posuit non solum, ex quibus, sed in præpositione in B utriusque naturis usus est, ut ex auctoritatibus ejus quæ subjunximus, facile est perspicere. In omnibus autem sermonibus ejus eas tantum auctoritates, quæ nihil dubii habent, & quas nec insani prave interpretari poterunt, afferre curavimus.

Beati Cyrilli episcopi Alexandrini ex primo tomo de Trinitate.

,, Ille vere sacer, & sapientissimus Paullus, im-
,, mo universus chorus sanctorum veluti duplicem
,, sermonem nobis in filio & cognoverunt, & in-
,, ducunt, postquam unitus est carni, id est, fa-
,, ctus sicut nos integra similitudine, solo peccato
,, excepto.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Duplex ergo est sermo in filio: quare referen-
,, da sunt ad Deum, quæ Dei sunt; & tamquam
,, ad factum sicut nos, referenda nostra, id est,
,, humana.

Ejusdem ex libro ad Acacium.

,, Fratres vero Antiocheni solis cogitationibus
,, illa ex quibus Christus esse intelligitur, accipien-
,, tes, differentes naturas dixerunt, quia non sunt
,, idem, ut dixi, in qualitate naturali divinitas &
,, humanitas; unum alioqui filium & Christum & D
,, Dominum; & quia vere unus est, unam perso-
,, nam ejus esse dicunt.

Ejusdem ex secundo tomo contra Nestorium.

,, Si igitur cum hominem nominas, scis eum
,, esse natura Deum, bene habet: finem faciam.
,, Sin vero partiens naturas non solum intelligen-
,, do, quæ est humana natura; & quæ rursus di-
,, vina, sed potius separans, ne in unionem coeant,
,, manifeste cultum Dei homini tribuis: & tibi di-
,, cemus, labores fructuum tuorum comedes.

Ejusdem ex epistola ad Successum.

,, Igitur quantum in cogitatione cadit, & solum
,, oculis animæ cernitur, quomodo unigenitus factus
,, fuerit homo, duas naturas esse dicimus, unum
,, vero Christum, & filium & Dominum, Ver-
,, bum Dei factum hominem & incarnatum. Et
,, si videtur, accipiamus compositionem nostram,
,, secundum quam sumus homines: sumus enim
,, compositi ex anima & corpore; & videmus duas
,, naturas, unam quidem carnis, alteram vero ani-
,, mæ: verum unus ex utrisque homo secundum
,, unionem facit, ut unus sit, qui ex corpore &
,, anima compositus est; & non compositum esse ex
,, duabus naturis, facit, ut duos homines intelligan-
,, tur. Si enim negemus, quod unus & solus Chri-
,, stus est ex duabus naturis differentibus, qui post
,, unionem disjungi non potest, dicturi sunt qui
,, cum recta sententia pugnant, Si totum est una na-
,, tura, quomodo factus est homo? & quam carnem
,, ex nobis sumtam fecit sibi propriam?

Ejusdem ex dialogis de Trinitate, quod unus est Christus.

,, Num igitur confusæ sunt naturæ, & ambæ fa-
,, ctæ sunt una natura? Deinde, quis usque adeo
,, stupidus & ineruditus erit, ut existimet, vel di-
,, vinam naturam Verbi in id quod non erat; vel
,, transisse carnem secundum modum mutationis in
,, naturam ipsius Verbi? impossibile enim est hoc.

Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

,, Non dicimus tamquam confusionem quamdam
,, accidisse circa naturas, ut natura Verbi in natu-
,, ram hominis forte transiret, neque humana na-
,, tura in naturam ipsius Verbi: quin potius utra-
,, que natura intelligitur; & existit in definitio-
C ,, ne propriæ naturæ; atque ita unionem factam
,, esse dicimus, habitante Verbo corporaliter in
,, templo ex virgine.

Ejusdem ex scholiis.

,, Non est igitur dividendus unus Dominus Jesus
,, Christus in hominem separatim; sed potius unum
,, & eumdem Jesum Christum esse dicimus, agno-
,, scentes differentiam naturarum, servantesque il-
,, las semper non confusas.

Beati Paulli episcopi Emesæ ex homilia in ecclesia Alexandrina, sedente Cyrillo, & laudante.

,, Continuo Petrus coryphæus, & Apostolorum
,, os, [a] *Tu*, inquit, *es Christus filius Dei vivi*; tu
,, es Christus, qui es duplex natura, qui factus
,, es homo; tu es Christus, & non dixit, filii,
,, sed filius Dei vivi, agnovit etiam singularem
,, personam.

Ejusdem ex homilia secunda.

,, Esaias igitur prædicat Emmanuelem, id est,
,, Deum factum hominem. Petrus dicit, *Tu es*
,, *Christus filius Dei vivi*. Duplicem naturam, &
,, singularem personam filii dicit etiam Joannes
,, theologus: [b] *Et habitavit in nobis*, duas naturas
E ,, unigeniti, & unam personam; mansit autem
,, Deus Verbum impassibile.

Cyrillus ad hæc.

,, Ecce igitur hausimus aquam ex fonte sancto,
,, doctoris, inquam, antegressi, qui facibus Spiri-
,, tus sancti illuminatus explanavit nobis magnum
,, & venerabile Salvatoris mysterium.

a Matth. XVI. 16. b Joan. I. 14.

1. Erant qui Cyrillum accusabant in hoc dogmate, unde necesse fuit illi suos anathematismos alioqui catholicos contra Nestorium interpretari, quos male quidam intelligebant, ut Theodoretus, qui eos confutavit non intelligens, & non paucis suaserat, male sentire Cyrillum. CAN.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

A

Ejusdem ex tomo III. contra Nestorium.

„ Non enim quia factus est sicut nos, amittet „ esse Deum, nequaquam; neque rursus quia na„ tura Deus est, non potest fieri similis nobis, & „ recusabit fieri homo. Sicut enim mansit Deus in „ humanitate; sic cum esset alioqui in celsitate di„ vinitas, est nihilominus homo: ambo itaque in „ eo, & unus simul Deus, & homo Emmanuel.

Ejusdem ex interpretatione Levitici cap. IV.

„ Rursus in his totum mysterium Salvatoris no„ stri clare circumspice, & emundationem per san„ ctum baptismum. Duas enim aviculas vivas & „ mundas jubet capere, ut intelligas ex avibus, „ hominem cælestem simul & Deum in duas na„ turas eatenus divisum, quoad pertinet ad ratio„ nem unicuique naturæ consentaneam. Ver„ bum enim erat, quod ex Deo Patre splenduit; „ quod in carne ex muliere apparuit, verum non „ partitum; unus namque est ex ambobus Chri„ stus. Idcirco tamquam duæ aviculæ capiuntur; „ & rursus ambæ intelliguntur ut una; sed tamen „ vivæ & mundæ.

Ejusdem ex primo libro de adoratione in spiritu, tom. II.

„ Christus vero ut legis & prophetarum Domi„ nus, quæ sibi videntur, sancit: & mediator erat, „ concurrente in ipso, & tamquam in unum eun„ te divinitate & humanitate: ambæ enim, & in „ eodem intelligitur Christus.

Ejusdem ex interpretatione epistolæ ad Hebræos.

„ Vide igitur in duobus hircis unum Christum, „ id est, Deum factum hominem; & morientem „ quidem humane propter peccatum, ut aspersione „ proprii sanguinis totam ecclesiam sanctificaret, „ manentem vero rursus impassibilem divine.

Ejusdem in illud, Omnia mihi tradita sunt a Patre meo.

„ Aliquando quidem voces mittit decentes ho„ minem; aliquando vero res demonstrat, quæ soli „ divinitati debentur, ut intelligatur utrumque.

Ejusdem in libro II. de adoratione in spiritu, [1] *tom. IX.*

„ Aureum caput columnæ. Atqui & corpus au„ reum. Templum enim ex virgine opulentiam „ & divitias habebat ex habitatione in eo naturæ „ divinæ; symbolum vero divinitatis est aurum, „ quod omnibus antecellit: in tali forrasse materia „ dico, ex argento autem, & ex duobus basis; „ splendidus enim, & conspicuus erat in terra Chri„ stus, juxta illud [a], *Deus Dominus & illuxit no„ bis*, utpote notionem habens duplicis naturæ; „ intelligitur enim idem Deus & homo: hoc nam„ que arbitror esse habere duplicem basim ex ar„ gento.

Ejusdem ex apologetico ad Alexandrinos.

„ Si enim mixtæ sunt duæ naturæ in unam mix„ tionem, quæ sunt diversæ substantiæ; neutra ser„ vatur, sed potius ambæ confusæ, deletæ sunt.

Ejusdem ex eadem Oratione.

„ Et solutum est templum tempore sepulturæ tri„ dui, ipso volente; & rursus excitavit ipsum: & „ unitus est ei arcana & inexplicabili ratione, non „ mixtus in ipso, vel incarnatus, sed servans in „ se ipso proprietatem non confusam duarum natu„ rarum diversæ substantiæ.

B

Ejusdem ex secundo tomo interpretationis epistolæ ad Hebræos.

„ Separantes enim naturas duas inter se, & de„ monstrantes nobis separatim utramque non uni„ tam alteri, in solis personis ajunt factam esse „ unionem, & tamquam in sola consensione, & in „ eadem ratione consilii & voluntatum nutibus se„ cundum illud, quod in Actibus Apostolorum scri„ ptum est [b]; *Multitudinis autem credentium erat „ cor unum, & anima una.*

C

Ejusdem in Joannem evangelistam libro primo.

„ Retractat autem utiliter evangelista, quod di„ xerat, & quam habet vim hæc sententia ad cla„ riorem notionem adducit: quia enim dixerat [c] Ver„ bum Dei factum esse carnem, ne quis magna in„ scitia suspicaretur, a propria substantia recessis„ se, atque ita conversum esse in carnem, & pas„ sum esse, quod fieri non poterat; ab omni enim „ mutatione in aliud quid secundum rationem ali„ quo modo exsistendi, remotus est Deus; valde „ commode & opportune subjunxit statim evan„ gelista illud, *& habitavit in nobis*: ut cum in„ tellexeris duo significata, habitantem scilicet, & „ in quo habitavit, ne in carnem mutatum esse „ eum existimes. Sed potius habitasse in carne tam„ quam proprio usum corpore templo ex sancta vir„ gine: [d] *In ipso namque habitavit omnis plenitu„ do divinitatis corporaliter*, ut Apostolus ait.

D

Ejusdem ex scholiis per capita.

„ Verbum enim natura Deus [e] *in similitudine ho„ minum factum est, habitu autem inventus est „ ut homo*; ut cum sit alioqui unus, in eodem „ ipso intelligatur utrumque; neque nudus homo, „ neque rursus Verbum sine humanitate & carne.

E

Ejusdem ex epistola ad Valerianum.

„ Plane igitur, quod est ex carne, caro est; „ quod ex Deo, Deus. Est autem utraque in eo„ dem simul Christus unus filius & Dominus cum „ propria carne sua.

Ejusdem epistola ad Orientales.

„ Evangelicas autem & apostolicas de Christo „ voces scimus viros theologos alias quidem face„ re communes tamquam in una persona; alias ve„ ro dividere tamquam in duabus naturis: atque

[a] Psalm. CXVII. 27. [b] Act. IV. 32. [c] Joan. I. 14. [d] Coloss. II. 9. [e] Philipp. II. 7.

1. Græci aliquando dividunt librum in tomos; aliquando tomum in libros; & tomos, orationes, libros, homilias, omnia vocare solent λόγους. CAN.

„ eas quidem quæ Deum decent, divinitati Christi; humiles vero & abjectas, humanitati ejus „ tribuere.

Ejusdem ex scholiis.

„ Quod autem remanserint naturæ non confusæ, A „ hinc sciemus: aurum enim oblitum ligno, mansit quod erat; & ditatum est lignum splendore „ auri, ceterum non desivit esse lignum.

Hactenus confutatio, & eversio contraria Nestorii & Eutychis fictionis & opinationis circa divinitatem Christi, & humanitatem.

LEONTII BYZANTINI

LIBER II.

Qui continet Dialogum adversus eos, qui ex nostris se adjunxerunt ad corruptam sententiam Aphthartodocetarum. id est, eorum qui defendebant corpus Christi ante resurrectionem fuisse incorruptibile.

SOlvimus pro viribus in superioribus, Deo adjuvante, objecta argumenta [a] *falsi nominis scientiæ*, quibus adversus nos utentes qui sunt contrariæ fictionis, (non enim hoc nomine appellare eos desinemus, quia namque fas est,) simpliciores a veritate abducere se putant. Nunc autem alterius quæstionis considerationem evolvere & explicare aggrediar. Sit dux disputationis nostræ Deus & Verbum, & lumen, & vita, & veritas aspirans nobis intelligentiam, ut possimus recte intelligere & exprimere cum gratia & sapientia cælesti, quæ ad materiam propositi argumenti pertinent.

Si igitur pugnam nunc adversariorum inter ipsos excitatam, viderem in ipsis illis mansisse, & non ad nos usque progredi contendentem, fortasse lucrum ducerem pugnam & concertationem adversariorum: ipsi enim a se ipsis percussi & eversi nullum negotium nobis, nisi solum spectaculum belli adhiberent. Uno tantum horum interitu doleremus; qui domum quidem David, sicut ait scriptura, respuere ausi sunt, concordiam vero cum domo Hieroboam neglexerunt, nec illam servarunt, sed disrupti, & discissi a se & adversus se sunt; ut liceat paullo acutioribus ex fructu arborem cognoscere, sicut Salvator dixit, cum turbulentus spiritus qui in eis operatur, ex tam multiplici scissione eorum maxime demonstretur. [1] Insitum est enim impietati studium inimicitiæ & belli. Nunc autem inimicorum inter se malevolentia & diffidium nobis nocet; o imperitiam! & facti sumus miserabiliores, quam qui apud eos in malitia secundas tenent; qui neque quantum inimici, nostra videre & custodire possumus. Si quidem alterius partis schismatum pater cognovit quid opus esset; & veritus est bellum aperte contra veritatem suscipere; nos vero cognitionem illorum aditum ad ignorantiam fecimus, factique sumus imprudentiores quam inimici.

Cum enim Severus & Julianus, duo initia unius impietatis, inter se dissiderent, stulte quidem, quoad propria principia, cordate vero quoad ipsam veritatem, & de corruptibili & incorruptibili concertarent; qui erant partis Severi, ut verum dicam, inimicorum pravitatem in lucro ponebant: quæ enim nullus eis ante hunc dicere suasit, hæc nunc malevolentia in suos, confiteri coegit: postquam vero in splendorem veritatis conjicere oculos cœperunt, conjectus illorum fuit caussa cæcitatis quibusdam, qui ex nostris ad pejorem partem se B adjunxerunt & per unum verbum eo devenerunt; ut idem atque adversarii sentirent, & propter decorem nominis totum incarnationis mysterium sustulerunt. Cum enim, ut dixi, stulte illi quoad propria principia, prudenter vero quoad caussas veritatis quærerent, utrum corruptibile, an incorruptibile dicendum esset corpus Domini, quod ex nobis pro nobis Dominus induit & suscepit; Severus sero quidem, tamen sensit demum se ipsum; & bellum contra suos lucratus est, coactus confiteri & prædicare differentiam & proprietates. Sit autem sapientiæ ejus, & eorum qui student ei, differentiam & proprietates prædicare non de subjectis rebus; vel duas naturas confiteri recusantem, non vereri C nunc dicere duas proprietates corruptibilis & incorruptibilis, & divisionem numeri duorum, quam sursum deorsum versans & omnia miscens in superioribus accusabat: aut quomodo non admiremur eruditionem ejus, qui participationem quidem clara voce prædicat; id autem ex quo ducta est participatio, non solum non servat, sed oppugnare nititur? Si enim corpus dicit passibile, & passiones naturales ei tribuit, idque post unionem; respondeat igitur nobis iste sapiens, an non a natura naturalia proficiscantur, ut ab arte artificiosa? Verum quæ illius sunt, reservemus longioribus libris, vel iis qui majore otio, quam nos abundant.

Quid autem dices de iis, qui hæc semper clara D & omnibus manifesta voce denuntiabant, ac præterea operationem aliam quidem esse carnis, aliam vero divinitatis; & passionem circa corpus, & impassibilitatem circa Verbum confitebantur; si & unioni rerum communicationem harum operationum concesserunt, & ut de alterutra natura reciproce propter proprietatem alterutrius in eodem variantem prædicarentur; nunc autem tamquam ex necessitate sibi contradicunt, & incorruptibili assentiuntur. De quibus nescio quid dicere debeam, admirer ne firmitatem eorum, an laudem levitatem; qui uno verbo decoro anima avide invitata, ad speciosam fallaciam abducti & detorti sunt. Id quod aliis olim & nunc accidisse scimus. Jam enim E nonnulli superioribus temporibus ad fallaciam Encratetarum se adjunxerunt, elegantia vocis in barathrum Manichæi præcipitati. Alii autem inquinati immunditie eorum, Cathari, id est, mundi vocabantur, nulla alia re nisi specioso nomine depravati sunt. Plerique etiam recentium & veterum, quorum numerare nomina difficile esset, suo

a I. Tim. VI. 20.

1. Insitum est] συμπέφυκε τῇ ἀσεβείᾳ τὸ φίλεχθρον, καὶ τὸ πολεμοχαρές.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

corrupto patrocinio impassibilitatis Verbi, in Nestorii hæresim inciderunt.

In summa, totas classes animarum tamquam a quadam Scylla, aut ei objecta Charybde raptas, & submersas esse scimus inscite offensas humilibus verbis & rebus Christi Dei nostri, propter ejus erga nos condescensum. Quid enim aliud infinitas nationes gentium, aut Judaicas copias in nos armavit, & furore accendit, nisi ut Paullus nominavit [a], stultitia prædicationis? Ecquis novorum dogmatistarum eruditionem non admiraretur, si secundum eorum nugas omnes martyres celebres & omnes confessores, sine tormentis coronas pro pietate per has duas voces obtinere potuissent, si eas quidem didicissent? Qui autem istius magnæ sapientiæ expertes essent, recessissent per negligentiam decepti, non facti in vita columnæ fortitudinis; nullus opinor, ex crudelissimis & maxime malevolis persecutoribus pœnas ab ullo Christiano repetisset, si in tribunali natum ex virgine, & crucifixum & sepultum, ac suscitatum a mortuis hominem tantum fuisse confessi essent. Quæ enim eos invidia cepisset resurrectione hominis prædicata? Qui quidem in nullo alio eorum, sive qui falso, sive qui vere ad vitam revocati esse narrantur, invidia commoti sunt, cum multi alioqui fuerint: neque vero si secundum novam istorum sapientiam, ipsum corpus Christi sit impassibile & immortale, & invariabile; ex eadem potestate pendeat, invisibile ipsum blaspheme dicere, & intactile & non tractabile, sine quantitate & sine qualitate, & in summa, incorporeum: quæ quidem omnia una cum hoc admirabili nomine incorrupti cogitant.

Quæ enim sortitio est, alia quidem ex divinis nominibus tribuere ei, & aliis privare; & magnam partem dignitatis & honoris abscindere, a supra substantiam, ut ipsi opinantur, & supra naturam, & incorporeo corpore? Quis autem ex infidelibus ægre ferat, si dicamus corpus Christi non esse natura visum, & cibum & potionem adhibuisse, & dormisse, ac passum esse, & quæcumque alia præter hæc humanam infirmitatem sustinuisse non pudet te? Est enim omnibus manifestum, multa hujusmodi jam facta esse lege miraculi, non ratione naturæ. Non enim eo dementiæ provecta esset multitudo Judæorum, si quæ ratio ipsis probasset, non fuisse simile nobis per omnia, & re vera humanæ naturæ corpus, quod ab ipsis crucifixum & passione affectum est & a discipulis sepultum. Siquidem cum plena sit scriptura sacra multis Dei apparitionibus, videre tamen licet, quemadmodum bona Dei erga nos providentia, ut ratio utilitatis eorum quibus consulebat, postulabat, ad humanas figuras, & res, & operationes, ac sermones se accommodaverit; nihil tamen horum eos adduxit ad suspicandum de Deo humana, tametsi humane ab eo gerebantur. Suadent Judæis quæ ausi sunt, fuisse hominem similem nobis passibilem Dominum, quamvis non suaserunt eis miracula, esse Deum præstantia naturæ universis superiorem.

Sic unigeniti Verbi contra Christum impassibilitas impiorum, & carnis contra nostram salutem incorruptibilitas nunc sophistarum, vere passione & corruptione affecta esse cognoscitur; dum illa quidem non facit nobiscum esse eum qui est supra nos; hæc vero non finit eum qui nobiscum est, manere sicut nos, donec adsit tempus medicinæ, & humanitas nostra, ratione & ordine ad id quod supra nos est, ascendat & excitetur. Quomodo enim

A similitudinem Dei habebimus, non compatientes cum eo qui passus est? Quomodo vero passus est, si non est sicut nos passus? Non igitur sicut nos passus est, si non mansit similis nobis. Glorificatus vero nequaquam est, si non accepit secundum carnem, quod semper secundum spiritum habuit.

Verum quidam ex iis qui in his sapientes sunt, nuper mecum colloquens, satis esse, ajebat, sumsisse Dominum humanitatem ad salvandum nos.

ORTHODOXUS. Quid vero, inquam ego, non sola voluntas saluti sufficiebat?

HÆRETICUS. Sufficiebat, inquit.

ORTH. Quomodo ergo, inquam, non sola voluntate salvavit nos?

B HÆR. Quia non potestate, inquit, usus est, sed potius caritate & justitia salvare placuit. Illud enim necessitatis herilis erat; hoc providentiæ paternæ. Illud solius violentiæ; hoc voluntarii condescensus. Et illud quidem ipsius solum; hoc vero etiam nostrum. Siquidem non velle simpliciter, consentaneum est Deo; sed illa etiam facere, quæ suadent & pudore flectunt, quos salvat.

ORTH. Optime, inquam: propterea enim, ut mihi quidem videtur, novus beneficii erga nos modus inductus est post crebram & multiplicem providentiam ab exordio erga genus humanum demonstratam. Ut jam solum hoc salutis remedium reliquum esset. Nullum enim remedium valentius C ad convertendum ad melius reperiemus, quam mysterium incarnationis. Hac via & ratione qui solus sapiens est medicus animarum, passiones hominum in se recipiens, omnium infirmitatem in se ipso curavit.

HÆR. Non igitur fas est recte sentientibus aliter confiteri, quam quod ad perfectam salutem admirabile incarnationis sacramentum maxime nobis sufficit.

ORTH. Nec ipse, inquam, non hæc ita esse, dicere umquam possim. Modum vero incarnationis qui curiositati mentis ad majorem explanationem abditus est, libentissime disceremus: considera unicum, inquit.

D HÆR. Si tibi placet.

ORTH. Quia igitur dixi, oportebat non solum velle, sed fecisse Deum aliquid erga nos, necessario tale esse oportebat quod fieret, ut [1] nullam hyperbolem sapientiæ haberet.

HÆR. Recte, inquit. Quoniam nec esset aliud congruentius; opus erat illo modo, & non hoc, ad perficiendum perfecte, quod studebat.

ORTH. Recte hæc, inquam, dicis amice. Sed illud est multa consideratione dignum. Si enim solam carnem sibi Dominus univisset, an non maxima re salus nobis periclitabatur? Maxime inquit.

E ORTH. Anima enim, inquam ego, ut opinor, maxime purgatione indigebat; & ob eam caussam assumta est, quia primum passa, prima etiam damnata est.

HÆR. Divine, inquit, dicis.

ORTH. Toto igitur homine, ex corpore, inquam, & anima rationis compote & intelligente composito secundum substantiam assumto totius hominis salutem operatus est simili simile repurgans.

HÆR. Bellissime, inquit, hæc omnia, & absolutissime dicis.

ORTH. At ego illi: Igitur sicut si cum animam sumsit, non meam animam sumsisset; si autem & meam, non tamen per omnia secundum substantiam,

a I. Cor. I, 18. 23.

1. *Ut nullam hyperbolen*] ὥστε μηδεμίαν ἔχειν σοφίας ὑπερβολήν. Hyperbole sapientiæ fuisset, si corpus natura impassibile passum fuisset. Quis enim crederet? Etsi enim credimus, quæ sunt supra naturam quam videmus; & supra rationem quam attingimus; non tamen sunt contra naturam & contra rationem simpliciter. TUR.

sicut mea fuisset; aliud plane præter meam animam A esset, quod factum est salvum.

HÆR. Sane, inquit: illius enim prorsus animæ salus fuisset, a qua non differre reperta esset.

ORTH. Ad eumdem modum, inquam ego, si carnem sumsisset non meam; si vero meam, tamen aliquanto differentem, essetque differentia, si non esset similiter passibilis, & per omnia cum iis quæ carnis nostræ sunt, conveniens; necessario illius carnis salus esset, cui carnem sibi unitam assimilare voluisset.

HÆR. Et quis, inquit, eo insaniæ processerit, ut vera esse hæc non confiteatur; & eos qui non sic sentiunt, in damnatis non numeret?

ORTH. Illi inquam certe, qui definiunt corpus B fuisse impassibile & incorruptibile.

HÆR. Non, inquit, impassibile natura corpus factum esse dicimus, sed unione cum Verbo.

ORTH. Ego vero nihil posterius a priore differre dixi, sed eamdem vim ad nocendum habere, si caro Domini penitus affinitatem cum passibilitate nostri corporis recusat.

HÆR. Quomodo, inquit, hoc ais?

ORTH. Quoniam non est, inquam, hoc quod quæritur, utrum unione, an naturæ fabricatione factum est incorruptibile; sed an naturæ nostræ notas & signa sine ulla immutatione, excepto peccato, servabat.

HÆR. Quoad primam, inquit, ipsius naturæ con- C stitutionem & principia ex matre Dei & sorore nostra secundum naturam, quæ omnem proprietatem humani corporis participavit.

ORTH. Clariorem expositionem responsio postulabat, quæ nobis dilucidius quæstionem explicaret; non enim sic simpliciter ex iis quæ dixisti, intelligere possum.

HÆR. Quid, inquit, obscurius dixi?

ORTH. Utrum, inquam, corpore virginis mutato, & a propria natura virtute Verbi alienato, naturam nostram sic ex ipso utero aliter habentem unitam esse ei dicis; an vero manente virgine in proprietatibus naturæ, principiis vero primis, sanguinis scilicet virginalis, transmutatis carnem in- D corruptibilem generatam esse?

HÆR. Nonnulli, inquit, priori opinioni simpliciorum opinor, plusquam convenit, adhærescunt honorantes virginem, & absurdum inde proficiscens non providentes, & quod si quid hujusmodi accidisset virgini, habilitate pariendi privata fuisset.

ORTH. Verissima, inquam ego, dicis. Quod enim incorruptibile est, numquam ad ferendum partum, & pariendum idoneum erit. Adventus autem Spiritus sancti non fecit, neque prohibuit, quin virgo ad generandum apta esset. Contra potius ad conceptum sine semine provisum supra naturam provexit. Illud vero mihi in mentem venit, quod si, ut illi opinantur, virgo per adventum Spiritus sancti facta est incorruptibilis, illa necessario facta est E immortalitatis generis nostri radix, & non surculus divinus ex ea productus.

HÆR. Optime, inquit, dicis; nec enim semel proditum est, vitam virginis naturalis habitus mutationem cepisse: puritatem enim animæ & sanctificationem carni attulit adventus Spiritus sancti; non autem substantiæ aut naturæ immutationem in ea effecit.

ORTH. Illud, inquam, adde ad superiora, quod Spiritus quidem virginem virtute gravidante implevit, ut natura supra naturam, spicam sine aratione produceret, & ramus ex radice virginali supra quam naturaliter oriretur.

HÆR. Recte inquit, bone vir,

ORTH. Nunc vero tempus est amice, ut amanter & placide quod deinceps sequitur, consideremus. Cum enim conveniat inter nos, eadem natura fuisse semper virginem, nec in alium naturæ statum, quam quo a principio erat, transisse; pignus ex ipsa natura nostra, an non via & ordine naturæ, tempora partus servabat?

HÆR. Immo maxime, inquit.

ORTH. Paullatim enim, inquam, in utero virginali fictus & formatus, proficiebat lege partus, tamquam ad maturitatem perfectam infantis, ut ex verbis evangelii perspici potest, cum ait [a]: *Et impleti sunt dies, ut pareret* ipsa. Ubi circa partum, sicut circa conceptum, miraculum admirabile & novum factum est, quod neque partus virginitatem solvit, neque virginitas partum impedivit.

HÆR. Divine, inquit, ais.

ORTH. Sed, inquam ego, sicut conceptus supra naturam nostram factus, non fuit a natura alienus; sic quidem generatio quæ admirabilitatem habebat, non mutavit naturam ejus qui propter nos natus est: quin immo ortus est ramus, & fructus similis utero qui generavit.

HÆR. Nos igitur, inquit ille, sic de carne Christi confitemur, quod secundum principium conceptus simul & virginalia viscera attigit, & quod assumtum est, in incorruptibilitatem mutatum est: quomodo enim fieri poterat, ut naturam corruptibilem non deponeret, quod Verbo immortali unitum erat?

ORTH. Quin immo, inquam, videris mihi tuorum verborum immemor. Superius enim virginem Dei matrem immutabilem mansisse confessus es; & quod auctor temporum non recusavit, cum formatus est, habitare in utero tempus humani conceptus. Quomodo igitur qui voluit habitare in visceribus matris, & tempora partus explevit, & cum non esset præstantior quam nos virgo, excepta sanctitate, tamquam pœnitentia quadam ductus naturam corporis sui respuit: idque a matre quæ eum genuit, per omnia non differret?

HÆR. His, inquit ille, omnes communiter assentientur. Verum corpus ex utero corruptibile quod ex virgine sumsit, quod statim ad immortalitatem transtulit, eorum est qui nobis recte sentire videntur.

ORTH. Et ubi, inquam ego, est ratio, & tempus vitæ communis ac conversationis, quæ maxime nobis utilis & necessaria fuit, si puncto & momento temporis similitudo, ut ais, nobiscum ab eo demonstrata, celeriter mutata est; quando non hoc solum indigebamus, sed ut conversaretur nobiscum Dominus; & per omnia pergeret per quæ natura humana principium capiens, & per media progrediens, ad finem suum evadit?

HÆR. Quid enim, inquit, ista prohibebat, quamvis unio corpus impassibile fecisset?

ORTH. Et quomodo, inquam, vel cum hominibus principio vixisset, vel passiones pro nobis suscepisset, si ex ipso principio unionis negatum esset, esse similem nobis passibilem, & mortalem?

HÆR. Passus est, respondit ille, sed non necessitate naturæ, verum ratione œconomiæ, permittente Verbo, ut pateretur.

ORTH. Ergo, inquam, quod dictum est, nihil ab ænigmate differt. Quomodo enim naturam habebat superiorem quam ut pati posset, & rursus sinebatur, præter naturam, quæ carnis sunt, pati? Si enim unio Verbi carni impassibilitatem dedisset, numquam eam dono quod semel tribuisset, privasset. Præterea, si ex unione Verbi accepisset non posse corrumpi, tempus est, ut audeas nefarie avellere ad-

[a] Luc. II. 6.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



mirandam, & supra naturam unionem. Siquidem non poterat pati, quod ex unione erat a passione liberum, nisi unione prius sublata; sicuti neque tenebræ umquam erunt, nisi caussa & lumine recedente: & in summa, nihil ex caussa continente proficiscens aptum natum est, ut in effectis permaneat, nisi caussa adsit. Considera autem & hoc, quod si sustinuit Verbum, ut cum patiente congrederetur; sustineret etiam, ut corpori passibili uniretur.

HÆR. Num igitur, inquit, non patiebatur caro volente Verbo, sed naturæ legibus subjectus erat?

ORTH. Ecquis, respondi ego, hoc diceret? Quod non volente Verbo, quidquam eorum quæ naturaliter accidunt, carni eveniret; ac non magis ipso permittente, ut quæ naturalia erant sine peccato, caro pateretur, quæ ad patiendum natura apta nata erat. Non enim si secundum naturam erat supra quam ut pati posset, apta ad patiendum per Verbum facta esset. Contra potius, aliquando passiones caro superabat, tribuente ei Verbo, ut plurimum, dominatum in passiones, ut naturalis coagmentatio naturæ Verbi cum carne inseparabilis esset, & semper indissolubilis; passiones vero non participare non semper corpori liceret. Non enim ex unione habuit non pati, sed ex voluntate uniti hoc opportune, & ad aliquam utilitatem gubernantis ac disponentis. Nisi enim hoc verum esset, alterum duorum confiteri necesse esset, aut non passam esse quidquam penitus, quæ erat propter unionem natura impassibilis; aut si passa est, ab unione penitus divulsam esse.

HÆR. Si igitur, ait ille, ut tu dicis caro cum naturam haberet aptam ad patiendum; tum alia propter se, tum mortem sustinuit, exciderunt nobis & perierunt gloriationes, quibus gloriabamur, tamquam ipsa propter nos passa fuisset.

ORTH. Propter nos pati carnem Domini, inquam ego, bone vir, dupliciter dicitur, & quod permittente Verbo passio circa ipsam accidit, quia scilicet cum prohibere posset, non prohibuit, ut magnus Athanasius ait; & quod superior omni peccato cum esset, non debebat propter se mortem, siquidem principio mors propter peccatum irrupit, & in totam naturam humanam pervasit, [a] *in quo*, inquit Paullus, *omnes peccaverunt*: non enim est, aut fuit ab omni sæculo anima hominis voluntarii, & non voluntarii peccati pura. Immo etiam animas sanctorum patrum aliquid sordium & vitii, & si non secundum actum, saltem cogitationem admisisse dicam. Et hoc aperte licet ex Domino docente audire, cum ait [b]: *Venit princeps hujus mundi, & in me nihil invenit.* Cum dixit *in me*, & *nihil*; plane significavit, se solum ab omni peccato etiam cogitationis liberum fuisse. Quamobrem damnatio peccati cum nullum locum in eo reperisset, substitit, & circumscripta est, & a reis deinceps recessit. Mortua enim mors est, cum carnem quæ non peccaverat, degustavit. Existimare autem, quod caro natura passionis expers, & immortalis quod naturæ ejus non inerat, sponte admisit; primum quidem hoc est ignorare, velle & non velle non esse carnis proprium, sed animæ rationalis, in qua potestas liberi arbitrii, & voluntatis in utramque partem propensio & inclinatio cernitur. Deinde faciunt eam ream, quæ voluit quod præter naturam erat; & id elegit, ad quod nata non erat. Hic autem ultimus peccati limes. Nec hoc est sine animadversione prætereundum, quod cum tres caussæ cernantur ex quibus omnis actus proficiscitur, unus quidem est ex naturali potentia; alius vero ex depravatione habitus secun-

A dum naturam; tertius consideratur secundum ascensum & progressum ad melius: Ex his primus est naturalis; secundus præter naturam; tertius supra naturam est, & nominatur. Ille ergo actus qui vocatur præter naturam, qui est aberratio quædam a naturalibus habitibus & potentiis, lædit substantiam ipsam & operationes ejus naturales: naturalis autem actus ex caussa non impedita, & secundum naturam nixus proficiscitur: actus vero supra naturam, evehit, & elevat, & ad perfectiora roborat, & ad ea quæ non potuisset efficere, si in iis quæ sunt secundum naturam mansisset. Quæ igitur supra naturam sunt, non interimunt, quæ sunt secundum naturam, sed potius

B deducunt & impellunt, ut & ea quæ secundum naturam sunt, possimus; & virtutem ad ea quæ supra hæc sunt, accipiamus.

HÆR. Exemplo, inquit, familiari declara, quod dicis; nondum enim mens mea illud percipit.

ORTH. Considera, inquam, sic: sicut in iis quæ arte fiunt, videre licet, quemadmodum ars artificio mutat in aliam formam, & naturalem materiæ subjecta deformitatem ad pulcriorem habitum & speciem transfert, & magis ad utilitatem evocat; largitur enim ars, quod natura non habuit: ad hunc modum tibiæ, & citharæ, & alia ejusmodi instrumenta vi artis sonos emittunt. Sic ars fingendi cum alia, tum aurum in infinita ge-

C nera animalium ratione carentium, & in formas humanas mutat. Ac rursus ars mechanica sphæras astronomicas, & horologia, & alia hujusmodi excogitavit. Longum esset, numerare formas, quibus ratio artificiosa manente natura intra fines suos, & nihil læsa, pulcritudinem, & commoditatem ex arte adhibet. Ad eumdem modum, ut quæ humilia sunt, & similitudinem longe a veritate remotissimam ferunt, cum divinis exempli caussa conferamus; considera mihi carnem Domini salvis naturæ legibus post unionem supra naturam & admirabilem, etiam ea quæ supra na-

D turam sunt, locum habent, non habente natura quod secundum naturam est. Definitque miraculum esse, cum id quod est supra naturam, naturam mutat, ac magnificentia quæ naturæ violentiam adhibet, in contumeliam vertitur.

HÆR. Et mihi, inquit, hæc videntur. Sic tamen, ut passiones ratione miraculi carni acciderent; non posse autem pati, & immortalitas ejus in naturæ legibus indissolubilibus niteretur.

ORTH. Et unde, inquam ego, hoc accepisti, bone vir? Quis fuit tibi hujus novæ & peregrinæ sapientiæ magister? An ignoras, quod lex naturæ non est, quod rarum est, sed quod semper, vel ut plurimum cernitur & permanet? Dominus

E igitur noster totis triginta tribus annis nobiscum secundum carnem versatus, non abhorrendo ullo modo a nostra consuetudine, humanitatem honoravit, cibo & potu & somno utens, & alia omnia naturaliter adhibens quæ veritatem sumti corporis demonstrabant, & miracula non prius quam triginta annos natus, facere cœpit. Ne enim mihi ullus miracula Domini puerilia ex puerili sensu proferat; hæc ætas perfectam virtutis periclitationem, & doctrinæ maturum tempus habebat, quando vera evangelia nobis prædicavit; & ad confirmationem doctrinarum divinarum admirabilitate miraculorum ea quæ dicebantur, munivit: & usque adeo hic cernitur naturalibus, & citra reprehensionem corporis consuetudinibus usus, ut existimationem [c] voracis & vini potoris sustineret, dum similiter, ut nos, modum necessitatis expleret. Quid præterea dices, quo pacto semper in nostra

[a] Rom. v. 12. [b] Joan. xiv. 30. [c] Matth. xi. 19.



forma videbatur, & cum multitudine versans; & nihil a multis habitu differens? Siquidem [a] premebant eum turbæ, ut Petrus ait; & qui eum prodidit signa dedit ex quibus deicidæ eum agnoscerent, propter similitudinem; ut quidam ex nostris dixit, habitus Domini cum habitu discipulorum. Hæc vero ab ortu ejus usque ad ascensum in crucem, & usque ad sepulturam tridui quadam serie & ordine naturali processerunt: ad ostensionem vero divinitatis, quæ nondum declarata erat, raro quoad totam vitæ seriem miracula circa corpus fecit, ad ostensionem, ut dixi, divinitatis; non ad negationem veritatis corporis. Idcirco super mare ambulans non deprimitur; & in monte transfiguratur: totis quadraginta diebus jejunus; naturalis necessitatis oblitus est: ex visceribus virginalibus ortus est salvo & integro flore virginitatis: hæc ad declarandum thesaurum divinitatis, non ad interimendam & mutandam assumtam humanitatem mirabiliter operatus est. Et ut breviter dicamus, miracula divina & arcana quæ faciebat, notæ & indicia divinitatis erant; passiones vero, & ante eas conceptus, & partus, & fasciæ, & accretio ætatis, & cetera omnia quæ lege naturæ circa corpus ejus facta sunt, verum hominem & nostræ substantiæ esse demonstrabant.

Sed quod pæne mentem effugerat, illud addam.

HÆR. Dic, inquit, id.

ORTH. Cogitavi, inquam ego, illud recte habere, & pium omnibus videri, quod sicut Dominus omnia sua cum carne communicans, non recessit a se, manetque fixus, ac stabilis in statu suo naturali; sic etiam humanitas ejus perseverans in iis quæ naturæ ejus sunt, & habens naturales facultates, & actiones corporis, ac passiones communes, & a crimine alienas ac liberas numquam deserens, & definitionem perfectionis nostræ secundum substantiam possidens; omnia bona ex Verbo participavit, quin potius ipsum fontem bonorum, Verbum scilicet habens, emittit e se omnia, quæ Verbi sunt, propter Verbum. Ne enim existimemus, magnum aliquid de carne Domini dicere, si ei tribuamus, quod nec ipsam honoravit, & quod honorem nostrum abstulit; nec enim Verbi erat, privare eam nostris proprietatibus manentem alioqui nobiscum: nec erat humanitatis, affinitatem nobiscum habentis, delere similitudinem patiendi, nisi velimus excidere ab ejus imitatione & similitudine. Nec vero ea quæ communiter justi & injusti post resurrectionem habebunt, immortalitatem dico, & non posse interitum capere, & in primis non esurire, non sitire, non expetere somnum, tamquam grande aliquid carni Christi projiciamus. Heic enim vere dici potest, gloria in confusione eorum, qui per honorem & nos & carnem Domini inhonorant: [1] carnem quidem Domini, cum eam iis quæ nostra sunt, privant; nos vero, cum faciunt, ut ab iis quæ carnis Domini sunt, excidamus: non enim glorificabit non compatiens, quæ per passionem glorificat.

HÆR. En nunc, inquit, nolens distinxisti corruptibile a passibili: patiuntur enim in cruciatu corpora peccatorum cum ipsis animis; non tamen patiendo, mortem vel interitum capient: ut hinc pateat, non esse idem corruptibile atque passibile; siquidem illa patiuntur, sed non corrumpuntur.

ORTH. At inquam ego, bone vir, non hoc dico, quod omnis passio interire facit patientem; sed tales passiones & talem. Suppliciorum igitur quæ in inferis sunt, & acerbi sensus eorum non est proprium naturam subjectam corrumpere: si enim audacter dicendum est, conferunt etiam aliquid tortis & cruciatis ad permanendum & perdurandum: videre etiam licet, quemadmodum hoc ipsum eveniat in medicamentis; faciunt enim illa reviviscere, & naturam fovent, cum aliqui [2] alte stimulent, & pungant, nec sinant nos sentiendo marcescere, sed potius dolore conservent, & urendo corroborent & densent. Humanæ vero & naturales passiones carnis quas Dominus suscepit, quodammodo erant natura aptæ ad debilitandum carnem, & defatigandum, ac dolore afficiendum, & denique ad dissolvendum; quod quidem in cruce factum esse cognovimus. Dissolutionem vero [3] quantum in natura est, corruptio sequitur. Passiones igitur humanæ naturam possunt offendere, compositum lædere, & finem atque separationem inferre, & interitui subjicere: quæ quidem omnia, similiter atque nos, Dominus participavit, secundum magnam Apostoli doctrinam [b].

HÆR. Quid aliud, inquit, his omnibus suadere & demonstrare studuisti, nisi quod cum Christus sit passibilis, idque natura corporis, non voluntate divinitatis, necessario erit corruptibilis? Non enim ignoramus te hoc moliri: quod quidem numquam concedemus, etsi infinita istis addas. Magis enim credendum est principi Apostolorum Petro, ac præterea David regi a Deo electo, & prophetarum principi, qui dixerunt, quod [c] caro ejus non vidit corruptionem.

ORTH. Quandoquidem ab humanis cogitationibus, inquam ego, sero tandem, & a probabilitatibus recessisti, & ad scripturas sacras confugisti; & nos memoria cujusdam dicti prophetici contra ea quæ a te dicta sunt, effugerat: rogo te nunc, ut hoc nobis declares.

HÆR. Quid, inquit, hoc est, quod dicis?

ORTH. Quod divinus Hieremias, respondi ego, in lamentationibus locutus est, demonstrans prophetice eum qui lamentationes dissoluturus erat, [d] *Christus Dominus*, inquit, *in corruptionibus nostris comprehensus est*. Aliud hujusmodi reperire licet dictum ex persona Domini per prophetam: [e] *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* Inscriptio autem Psalmi, & tota verborum consequentia, docet nos intelligere Christum per Psalmum mystice præfiguratum, secundum interpretationem theologorum. Immo & Petrus ipse iis qui resurrectionem Salvatoris non credebant, gravissime, ut videmus, dicit [f], quod suscitavit eum, non amplius reversurum esse eum; plane declarat eum de quo hoc dixit, non fuisse alienum a capienda corruptione. An igitur non putas adversari hæc iis quæ a te allata sunt? & nos majoribus vinculis quæstionis implicare?

HÆR. Per veritatem, inquit ille, multa obscuritate plena sunt hæc, nisi aliquem interpretem adipiscantur, qui discrepantiam quæ in ipsis videtur esse, ad scopum veritatis collineet.

ORTH. Age ergo, inquam, bone vir, sententiam horum obscuritate involutam explica, & veritatem nobis retege, sive eam a te, sive ab alio acceperisti.

HÆR. Non, inquit, aliquam valde bellam & speciosam excusationem invenisse mihi visus es, cum contrariis auctoritatibus veritatem majore ob-

[a] Luc. VIII. 45. [b] Heb. II. 14. [c] Psal. XV. 10. Act. II. 27. [d] Thren. IV. 20. [e] Psal. XXIX. 10. [f] Act. II. 31. seqq.

1. Caro domini per passionem glorificat compatientes Rom. VIII. compati autem non possemus, nisi caro Domini compateretur, quod est pati nobiscum, & nos cum ipso. CAN.

2. *Alte stimulent*] τὸ βαθὺ κεντρίζοντα. TUR.

3. *Quantum in natura est*] ὅσον ἐν τῇ φύσει. ID.

scuritate involvisti. Ut quæstio quidem dubitationem, dubitatio vero confessionem falsi latenter includat. Ego vero, sive quis nobis dubium auctoritatum interpretetur, sive non; numquam a sententia mea discedam; cum aperte clamat scriptura, quia non est derelicta anima ejus in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

ORTH. Tamquam apta nata ad corruptionem, inquam ego, non vidit corruptionem? Aut si non est ita, responde.

HÆR. Tamquam non apta natura non vidit corruptionem; statim, inquit ille, nihil prorsus dubitans.

ORTH. Igitur, inquam ego, hoc ipsum etiam necesse est te de anima prorsus confiteri: de utrisque enim conjuncte propheta ex persona Salvatoris pronuntiavit gratias agens, quod anima ejus non esset relicta in inferno, neque caro ejus vidisset corruptionem.

HÆR. Atqui, inquit, idem de anima Domini dicam, quod non habebat naturam, ut relinqueretur in inferno.

ORTH. Igitur, inquam ipse, nec ad infernum eam descendisse concedemus.

HÆR. Hoc vero, inquit ille, non negaverim, verum ut teneretur ibi, non fuit apta penitus.

ORTH. Differt igitur, ajo, ab animis nostris secundum naturam anima Christi.

HÆR. Non quia differt, inquit ille, sed quia erat unita Domino, non poterat in inferis detineri.

ORTH. Non igitur, dixi ego, propter naturam suam, hanc enim similem ceteris omnibus animis habebat; sed propter divinitatem Verbi, cum qua ad inferos descendit, non solum ne teneri posset, libera fuit, sed eorum qui illic tenebantur & crediderunt ei, vincula solvit.

HÆR. Sic inquit, habet.

ORTH. Similia, inquam ego, de carne Domini intelligere licet; quod scilicet, quantum attinet ad similitudinem carnis ejus cum reliquorum hominum corporibus, sicut mortuus est, sic etiam corrumpi potuit. Non fuisse tamen corruptum non demonstrat mutationem naturæ, sed omnipotentem & efficacem virtutem divini nutus & voluntatis: sicuti ingredi pedibus super mare non fuit declaratio naturæ, sed indicium divinitatis. Quare mortuum quidem esse proprium fuit naturæ corporis; corruptum vero non fuisse, potentiam divinitatis significabat.

HÆR. Sic, inquit, & ipse opinor.

ORTH. Quid ergo, inquam ego illi, [a] *cum recte offers, non recte dividis?* ut ait scriptura: tribuis quidem carni quæ naturæ sunt; quæ vero supra naturam sunt, potentiæ Verbi quæ supra substantiam est? Hoc enim modo superiorum auctoritatum discrepantiam solves; & veritatem assequeris, comprehensum quidem esse in corruptionibus nostris significabat quod naturæ inerat: descendisse vero in corruptionem, significabat venisse ad loca & res corrumpentes: non vidisse corruptionem, significat non esse expertum corruptionem Verbo prohibente; ut sic hoc etiam cum aliis præcipuum munus gratiæ in resurrectione, cœpta quidem in corruptibilitate ab ipso & in ipso, pervadente autem & pervasura usque in omnem humanam massam, cujus ipse factus primitiæ, in se totam massam fermentavit.

HÆR. Christum quidem passum esse, in divina scriptura, quæ hoc dicit, audivimus, & passibilem esse secundum carnem Christum magnus Paulus prædicat; corruptibilem tamen esse Christum, nulla scriptura sic explanate & nuda voce tradidit. Non enim omnino hoc declarat illud, comprehensum esse in corruptione.

ORTH. Numquid igitur, dixi illi, solum passum esse eum scriptura dixit, an etiam secundum carnem natum ex virgine?

HÆR. Et hoc, inquit, eorum est quæ conceduntur. Alioqui quomodo intelligeremus illud: [b] *Liber generationis Jesu Christi?*

ORTH. Ergo, dixi illi, ad passionem spectat generatio ejus ab scriptura prædicata?

HÆR. Assentior, inquit.

ORTH. Quid? inquam, an non accepimus ex scriptura accretionem corporis ejus?

HÆR. Maxime, inquit.

ORTH. Illam vero, inquam ego, quam exteri philosophi vocant ἀλλοίωσιν, existimas ex potestate patiendi proficisci, an non?

HÆR. Et ubi, inquit, in scriptura hoc reperimus?

ORTH. Ab ipso, inquam, verbo salutari docemur, cum aperte dicit: [c] *Spiritus promtus est, caro autem infirma*. Et rursus de eo ait Apostolus: [d] *Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei*. Quid autem aliud est infirmitas, quam potentiæ secundum habitum variatio & mutatio? Et magnus Esaias ait: [e] *Homo in plaga exsistens, & sciens ferre infirmitatem*. Et paullo ante: *Et vidimus eum, & non habebat speciem, neque decorem: sed species ejus inhonorata, & deficiens præter filios hominum*. An aliud est dicere defectionem & infirmitatem, quam immutationem quam corpus ex passione sustinuit colore privatum, & colorem in corpore naturaliter florescentem non servans, calore in intimum revocato, & superficie propter contractionem sanguinis refrigerata, & in pallorem mutata?

HÆR. Optime, inquit, dicis, & mihi videris imitari magnum Basilium, passiones corporis physice describentem.

ORTH. Nec aliud quid eorum quæ dixi, meum est; omnia ex patribus accepi. Sed consideremus, si placet, quod sequitur.

HÆR. Quid, inquit?

ORTH. Concessis aperte ex sanctis scripturis generatione, accretione & immutatione, quæramus reliquas conjugationes, utrum eas forte in divinis scripturis reperire possimus.

HÆR. Sentio, quid hinc efficere velis. Cum enim habeas concessum motum Domini a locis in loca, conaris demonstrare de extenuatione & corruptione: quod numquam, ut mihi quidem videtur, concludes.

ORTH. Recte quidem, inquam ego, dicis intuens in meam infirmitatem. At veritas adjuta adjuvat eos qui eam defendunt. Igitur videtur ne tibi esurire & sitire, esse cibi & potionis appetitus?


HÆR. Videtur, inquit?

ORTH. Solere autem esse appetitus earum rerum quæ desunt, an non putas, inquam?

HÆR. Maxime. Quid enim aliud est appetitus, quam cupiditas ejus quod deest, ad supplendum quod effluxerat?

ORTH. Pulcre, inquam, appetitum definisti. Siquidem magnus Basilius esurisse dicit Dominum solido cibo ipsi exhalato in corpore; & quæ sequuntur perspicue nosti. Somno autem corripi nihil aliud esse dicimus, quam languidum & remissum esse spiritum sentientem, sicut & defatigationem esse musculorum & nervorum nimiam extensionem: in his enim ea quæ naturæ sunt, deficiunt & imminuuntur; & indigent somno quidem ad recreandam vitalem & sentientem virtu-

a Gen. IV, 7. sec. LXX. b Matth. I. 1. c Matth. XXVI. 47. d II. Cor. XIII. 4. e Isa. LIII. 2. 3.



tem; remissione vero, ut remittantur contentiones A sive pedum, sive manuum, sive totius corporis ex itinere, aut ex alia in aliis operibus contentione defessi. Cibum vero & potionem natura requirit solidis & humidis, ex quibus constituti sumus, digestis, & indigentibus repletione ejus quod exinanitum est & fluxit.

HÆR. Sic quidem, inquit ille, in nostris corporibus fit, bone vir, non tamen sic in carne Domini.

ORTH. At si non sic hæc, inquam ego, etiam in carne Domini, & ad eumdem modum eveniebant; confidenter dicam, nec prorsus genitus est. Proba enim nobis alium modum. Non enim dices umquam, phantasiam fuisse, id est, inane vi- B sum.

HÆR. Numquam, inquit ille, sic insanus ero: vere siquidem hæc accidebant, sed volente Verbo & permittente carni.

ORTH. Bene, inquam, dixisti: nec enim meliorem immutationem assequetur, qui non dixerit & senserit passiones naturales carni accidisse permissu Verbi.

HÆR. Sic, inquit ille, credimus: Deus enim voluntate neque potest, neque poterat ab hominibus capi.

ORTH. Concessa igitur, inquam ego, bone vir, generatione, immutatione, accretione, motu secundum locum; quid prohibet, dic mihi, quin reli- C quam conjugationem ei tribuamus?

HÆR. Ut tu igitur, inquit, loqueris, corruptus est.

ORTH. Absit, respondi.

HÆR. Quomodo, inquit, hoc dicis?

ORTH. Quia neque fas est, inquam.

HÆR. Quamobrem, inquit?

ORTH. Quia, inquam, oportebat passiones nostras gustare usque ad experientiam mortis, non tamen in corruptione manere actu; quin immo sicut in omnibus habuit quod nostrum est, & quod supra nos est, sic in morte ipsa: mortuum enim esse nostrum est, & curatio nostræ mortalitatis; non esse autem corruptum valentioris potestatis Verbi erat: D Verbum enim experientiam prohibuit, minime concedens carni, ut corrumperetur; ut primitiæ immortalitatis ab ipsa in nos etiam transeant. Non esse igitur factam corruptionem, potentiæ divinæ est, quæ superari non potest; & ratione miraculi, & non lege naturæ.

HÆR. Atqui, inquit ille, & novus Adam vocatus est Dominus. Quomodo autem sic vocaretur, nisi corpus protoplasti tulisset? Incorruptibilis autem erat protoplastus, antequam peccaret; incorruptibile igitur fuit etiam corpus Domini: siquidem sine peccato perseveravit semper.

ORTH. Ego vero, inquam, sive corpus protoplasti corruptibile erat, sive non, nondum dico, E quamdiu non pudet ipsos qui hoc dicunt, immortalitatem protoplasti non tribuere Domino. Mortuum enim esse eum, necessario concedent; nisi sibi ipsis crimen phantasiæ, id est, inanis visi in Adam vere mortuo, inferre velint: sumsisse vero Dominum tale corpus, quale erat non solum corpus Adæ, sed corpus nostrum; non enim propter illum tantum venit, sed propter nos etiam; valde absurdum, & a ratione alienum erat, unius quidem esse similem, ceterorum vero omnium dissimilem, qui quidem ad rationem medicinæ faciendæ eadem similitudine indigebant. Unde, optime vir, corpus protoplasti incorruptibile erat? Non enim in constitutione sua habebat, ut immortalis esset, ac multo magis non habebat, ut esset incorruptibilis, alioqui numquam, opinor, ligno vitæ ei opus fuisset, tamquam futuro immortali, usu vitalis fructus quo eum privavit peccatum, sicut Patres dicunt: sed de his non est nunc disputandi tempus, quoniam neque dogma est hoc de Adam. Quod enim nunc in quæstione positum est, quod talem carnem Dominus sibi univit secundum hypostasim, qualem habuit Adam post peccatum damnatus, & nos omnes ex eadem massa. Non enim venit Dominus, ut salvaret a peccato vacuum, ut ejus similis fieret, sed peccato irretitum & jam lapsum, ut eum miseratus consuscitaret. Alioqui quomodo debitum pro nobis solvisset? aut ruinam resarcisset? aut norma virtutis factus esset? & omnibus optimæ vitæ regulam in se vitam perfectissimam proposuisset?

HÆR. Et quomodo, inquit ille, poterit aliquis vitam Domini imitari?

ORTH. Similitudo, inquam, carnis Domini cum nostra sine variatione, fecit, ut posset assimilari ei; ut liceat Paullo, & aliis exemplo ejus dicere: [a] *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi*; & ipsi Domino: [b] *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*. Immo neque mors per mortem Christi mortua a reliquis deinceps hominibus se umquam abstineret, nisi per omnia similiter invasisset eum qui ante occubuit; quem postquam gustavit, usque adeo dentes ejus obstupuerunt, ut scripturæ verbis utar, ut non amplius audeat eos attingere, qui ejus similes sunt, & ut evomat eos, quos prius absorpserat. Operatio enim, opinor, clare naturam medicamenti demonstrat; siquidem omne quod erat ejusdem naturæ, coegit evomere eum qui momorderat. Deinde quomodo lex conflictus in experimento adhibito servata esset, si natura quæ tentatur, non haberet similitudinem naturalem cum eo qui occubuit? Non enim est vincere, sed vim afferre, congredi præter leges certaminis: lex vero certaminis est per eum qui antea occubuit, superare eum qui jam vicerat, & hac ratione & via superiorem amissam victoriam resarcire. Quomodo nos etiam eum qui propter differentiam instrumenti virtute præstaret, imitaremur, a quibus requiretur, ut in passibili, & corruptibili corpore similes nos incorruptibili redderemus? hoc enim simile mihi videtur, ut si quis lege juberet instrumentis fabrilibus artem fabri ærarii exercere. Etenim si ita esset, etiam aberrare ab imitatione Dei, a crimine prorsus vacaret. Non enim prope est exemplum, Et imitantibus versantibusque in natura infirmiore, & decertantibus abunde fuisset, quod magister naturæ excellentioris erat. Omitto dicere, quod neque leges virtutis in actione positæ & humanæ, in corpore incorruptibili reperire licet: cui quidem, quia supra passiones humanas est, nec est fames, quia nec temperantia; neque labor, quia neque tolerantia; neque contumelia, quia neque humilitas; nec aliquid hujusmodi, ne singulis enumerandis immoremur: neque magnum aliquid dicam, si dixero, neque virtutem spectari & cerni in natura alicujus incorruptibilis & nihil indigentis. Naturæ enim a dolore & tristitia vacantis non est certamen; si autem non est certamen, neque victoria; si vero non est victoria, neque coronæ. Ad hoc tam absurdam, elegans nomen ἀφθαρσίας, id est, incorruptibilitatis vos adegit.

HÆR. Vehementer, inquit ille, magnum mysterium unionis turbat, si Verbum non dedit corpori suo a principio, ut esset incorruptibile, sed æque atque nobis ipsis ipsi in posterum hoc reservavit,

[a] Philipp. III. 17. [b] Matth. xi. 29.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610



ORTH. Majori reverentia, inquam ego, dignum est, dicere factam esse post aliquod tempus assumtionem Domini, & ad dexteram in cælis consessum, & non a principio unionis. Non enim mihi fas est, alio modo ejus laudem amplificare.

HÆR. Sed si hoc, inquit, factum est, nihil inde nobis amplius.

ORTH. Quare? inquam ego.

HÆR. Quia, inquit, neque sic gubernamur; neque statim juxta ipsum primum ortum sive naturalem, sive ortum ex baptismate regnum cælorum nobis datur.

ORTH. Da mihi, inquam ego, ut hoc modo habeam mysterium incorruptibilitatis; quid opus erat, ut ipse postea institutionem vitæ communis susciperet, si non jam in ipso secundum primam corporis ejus formationem totius mysterii perfectionem habemus? Si enim hæc non sic sunt, igitur neque totam propter nos œconomiam factam esse reperimus, sed ipsum tantum mysterii procemium.

HÆR. Quomodo, inquit, hoc dicis? Non enim quod dixisti, intelligo.

ORTH. Quod, ut tu ais, inquam ego, erit quidem incarnatus propter nos, & propter nostram inde incorruptibilitatem; versatus vero in vita, & passus, ac suscitatus nescio quare. Si vero propositum erat suscitare eum qui ceciderat, & ex morte redimere atque ad vitam revocare, & ut corpore incorruptibili facto splendesceret: hæc nobis non aliter abunde nobis adesse poterant, quam si Dominus unumquodque horum in propria carne demonstrasset: hæc autem omnia, ut vos putatis, a principio unionis a Domino perfecta sunt, corpore ejus ex ipsa unione incorruptibili facto. Habemus igitur ex ipso primo mysterii initio totum mysterium: supervacanea fuit reliqua deinceps œconomia. Sicut enim si primo remedio integra sanitas ægris restituatur, supervacua est postea opera medicorum, semel invalitudine superata: sic si ex ipsa unione cum carne bonum incorruptibilitatis nobis immisit, omnis reliqua circuitio & ambitus mysterii superfluus est. Sed existimo, evenire vobis, ut sic putetis, quod ignoratis aliam quidem esse [1] rationem formationis corporis; aliam vero modum unionis. Atque illud quidem ex præsentia, & adventu Spiritus sancti extitisse, qui illud ut effector formavit; unionem vero non ex energia, sive operatione Verbi, [2] sed ex tota & substantiali unione. Virtus enim Spiritus sancti fecunditatem virgini suppeditavit, ut quidam apud nos valde eleganter dixit; & formatio substantiæ corporis ex Spiritu sancto est secundum operationem ejus effectricem constituta, materiam autem ex virgine sumta est. Verbum autem templum ab Spiritu sancto sibi fabricatum in ipsa prima formatione inhabitat, non exspectata, ut quidam recte dixit, consummatione templi, sed primo initio ineffabilis œconomiæ, id est, incarnationis in ipsa naturæ officina unitum, totum ædificium sibi [3] circumdedit. Non enim facto corpore, sic foris advenit, sed se ipsum [4] circuminduit, & naturam nostram ornat.

Proprietas igitur corporis non potest ex unione A Verbi cognosci, sed ex virtute Spiritus sancti formante ipsum corpus sine primis instrumentis naturæ; vacationem vero a peccato, & totam sanctitatem totamque unionem cum toto Verbo carnem sumente, esseque & vocari unum filium, & apparere clarissima signa totius [5] proprietatis filii, [6] unio Verbi cum natura nostra effecit, a quibus beatitudo divelli non potest, quia & unio est inseparabilis. Itaque constitutionem & proprietatem corporis ex operatione Spiritus sancti profectam esse cognovimus; unionem vero non ex nuda operatione Verbi, sed ipsius Verbi substantiali unione.

Atque hæc quidem nos cum eo qui nuper nobiscum locutus est, disseruimus, cum eas quæstiones quæ illi inexpugnabiles videbantur, pro viri- B bus solvimus. Rogamus autem eos qui hunc nostrum mediocrem librum lecturi sunt, ut ad sacros patrum tractatus recurrant: ex quibus nos etiam adjumenta cepimus, & hæc scripsimus, & auctoritates ad confirmationem eorum quæ dicta sunt, adhibuimus. Tribuat Dominus utrisque partibus studio veritatis & secundum voluntatem ejus quærentibus & scrutantibus, ut veritatem sibi ostensam inveniant, quæ est [a] *Christus super omnia Deus*, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Ejusdem Leontii contra Aphthartodocetas, id est, opinatores incorruptibilitatis procemium auctoritatum.

C

Quoniam gratia Christi quæstiones quæ speciem probabilitatis habebant, pro viribus solvimus, polliciti vero sumus testimoniis veterum confirmare quæ diximus; accipe in fidem multitudinem testimoniorum, æquabilem & modulatum veritatis concentum edentem. Si quis vero qui conscientiam suam conculcare didicit, testimonia a nobis recitata rejicit; alia autem eorumdem testium producit, pugnantia, ut putat: illud primum huic dicendum est, quod qui patres facit manum secum conserere, eosque nititur in repugnantiam inter se adducere, bellum plane contra eos suscepit; neque magis nostra evertit, quam sua non probavit. Illud præ- D terea dicimus, quod qui sunt vere patres ecclesiæ, & sermonem charismatis ad docendum in eodem spiritu acceperunt, neque cum aliis, nedum secum discrepant; nec magna res est, si dicam, nec in aliis discrepant, ac minime omnium in hac quæstione de qua disceptatur, quamvis sic videatur iis qui meram inscitiam ebiberunt, & ebrietatem suam in infirmitatem & sobrietatem veritatis patrum transfundere audent. Credendum enim est non fuisse eos qui loquebantur, sed spiritum patris eorum qui in eis loquebatur. Qui enim non sunt E hujusmodi, digni sunt, qui falsi doctores vocentur; qui eo ipso quod pugnant contra se & diffident, non spiritum pacis, sed spiritum adversarii, & seditionis amicum habere convincuntur. Quomodo igitur dicet aliquis, reperimus dixisse corruptibile & incorruptibile corpus? Non aliter, quam duobus modis, quia incorruptibile secundum idioma scripturæ pro non peccante, & puro, & ab o-

[a] Rom. IX, 5.

1. *Rationem formationis corporis*] ὐσιώσεως τῦ σώματος. TUR.

2. *Sed ex tota & substantiali*] ὁλικῆ καὶ ὐσιώδης ἑνώσεις. ID.

3. *Circumdedit*] περιτέθεικεν. ID.

4. *Se ipsum circuminduit*] ἑαυτὸν περιπλέξας. ID.

5. *Proprietatis filii*] υἱικῆς ἰδιότητος. ID.

6. *Unio Verbi cum natura nostra*] συμφυὴς ἕνωσις τῦ λόγου. Producit deinceps Leontius testimonia sanctorum patrum: qui probandæ veritatis modus scriptoribus qui adversus Nestorianos, Eutychianos & Iconomachos pugnarunt, admodum familiaris fuit: ut intelligere licet ex operibus S. Damasceni, S. Anastasii Sinaitæ, & ex ipso concilio Ephesino: etsi nec ipsi Eutychiani segnes erant in adducendis patrum auctoritatibus; sed more omnium hæreticorum vel suppositititiis, vel male intellectis praveque detortis: maxime autem gloriabantur testimoniis Gregorii Thaumaturgi, Athanasii, Julii pontificis Romani, Cyrilli Alexandrini, & Erechthii, hominis plane obscuri, & Eutychiano fermento infecti; ut apud Photium ostendit Eulogius patriarcha Alexandrinus, cum ex testificatione aliorum; tum ex propriis Erechthii scriptis. ID.

mni labe nequitiæ libero ponere consueverunt. Et A rursus, indifferenter, & sine observatione secundum tempora idem corpus Christi vocabant & corruptibile & incorruptibile: & cum corruptibile nominabant, ad tempus œconomiæ secundum carnem respiciebant; cum vero incorruptibile, ad tempus resurrectionis, & ad infinitum deinceps sæculum. Si quis vero dicat secundum arrabonem incorruptibilitatis jam corpus habere Verbi incorruptibilitatem, propter quam, licet naturam corruptibilem haberet, non est permissum, ut corrumperetur; non contendam. Quod autem hæc vera sunt, testimonia subjecta demonstrabunt quæ non inarticulate & confuse, sed valde perspicue & explanate distinguunt nobis tempora; quibus dixerunt corpus Christi fuisse B passibile & corruptibile; & quod post resurrectionem divitias incorruptibilitatis re & nomine in ipso comparavimus.

Dionysii Areopagitæ ætatis Apostolorum ex libro de divinis nominibus.

„ Corruptio vero infirmitas naturæ, & defectus „ naturalium habituum, & operationum, ac po- „ tentiarum.

* *Justini philosophi & martyris ex Oratione contra gentes.*

„ Cum formasset Deus hominem a principio, fe- „ cit, ut quæ naturæ erant, ex voluntate ejus pen- „ derent; fecitque uno mandato experimentum. „ Fecit enim, ut si hoc servasset, vitam immor- „ talem sortiretur: si non servasset, contrariam. „ Sic factus homo cum ad violationem mandati „ statim respiceret, corruptionem naturaliter ad- „ misit; corruptione autem ad naturam acceden- „ te, necesse erat, ut qui salvare volebat, ipsam „ substantiam corrumpentem deleret. Hoc autem „ aliter fieri non poterat, nisi quæ erat secundum „ naturam vita, copularetur cum eo quod corru- „ ptionem cepisset; & corruptionem deleret; im- „ mortale vero in posterum servaret, quod corru- „ ptum fuerat. Idcirco opus fuit, ut Verbum in „ corpore esset, ut a morte naturalis corruptionis „ nos liberaret. Si ergo, ut dicitis, solo nutu mor- „ tem a nobis avertit, & non accessit quidem ad „ eum propter voluntatem mors; nihilo vero mi- „ nus rursus corruptibiles sumus, naturalem in no- „ bis ipsis corruptionem circumferentes.

Athanasii ex libro II. contra Apollinarium.

„ Forma quæ erat in ipso, nostram formam in- „ duta, nostram in illa mortem delineavit, ut in „ illa ipsa resurrectionem pro nobis aptaret; ex in- „ feris quidem animam, ex sepulcro vero corpus „ ostendens; ut in morte mortem dissolveret, osten- „ sa anima: in sepulcro autem corruptionem de- „ leret, sepulto corpore; ex inferis & sepulcro im- „ mortalitatem & incorruptibilitatem ostendens, „ qui cum forma nostra viam nostram ambulavit.

Ejusdem ex libro de incarnatione.

„ Patiens quidem corpus, propter naturam cor- „ porum mortuum est; habebat autem fidem in- „ corruptibilitatis ex Verbo habitante in eo: non „ enim mortuo corpore immoriebatur Verbum, „ sed erat ipsum incorruptibile, & impassibile & „ immortale, utpote Dei Verbum. Immo vero „ quia erat in corpore, prohibebat eum a corru- „ ptione secundum naturam corporum, sicut ait „ illi Spiritus: *a Non dabis sanctum tuum videre* „ *corruptionem.*

Ejusdem ex eodem libro.

„ Unde ut demonstretur mortuum corpus, unum „ diem intermedium exspectavit, & die tertio hoc „ omnibus incorruptibile ostendit. Ut igitur mors „ in corpore demonstrata esset, tertio die hoc su- „ scitavit. Ne autem si diutius maneret, & ex to- „ to corruptum esset, non crederetur postea susci- „ tasse illud, quasi non ipsum, sed aliud corpus „ gestaret. Futurum enim erat, ut aliquis propter „ tempus non crederet, quod cernebatur, & quæ „ facta essent, oblivisceretur; idcirco non amplius „ quam triduum exspectavit.

Ejusdem ad Epictetum.

„ Ipsum vero corpus naturam habens mortalem, „ supra naturam suam surrexit propter Verbum „ quod in ipso erat. Ac cessavit quidem a corru- „ ptione secundum naturam, indutum vero cæle- C „ ste Verbum quod erat supra hominem, factum „ est incorruptibile.

Ejusdem ex libro contra Idola.

„ Est quidem homo natura mortalis, utpote fa- „ ctus ex iis quæ non erant; propter similitudi- „ nem vero cum eo qui est, si eam Deum con- „ templando servasset, corruptionem naturalem re- „ tudisset, remansisset incorruptibilis.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Si autem transgrediantur, & mutati, fiant D „ pravi; cognoscent sustinere se corruptionem, quæ „ secundum naturam inest in morte, nec amplius „ in vita paradisi mansuros.

Basilii ex oratione de actione gratiarum.

„ Sicut igitur suscepit Dominus famem solido ci- „ bo exhalato, & sitim admisit humore corporis „ consumto, & defatigatus est, musculis & nervis „ ex itinere nimium extensis, non divinitate la- „ bore domita, sed corpore quæ ex natura sequun- „ tur, recipiente; sic & lacrymas admisit, permit- „ tens, ut fieret quod natura accidit carni.

E *Ejusdem ex epistola ad Sozopolitanos.*

„ Proprium quidem carnis est secari, & exte- „ nuari & dissolvi; rursus carnis animatæ defati- „ gari, & dolere, & fame, ac siti & somno vin- „ ci; animæ vero corpore utentis, tristitia, & an- „ gores, & curæ, & cetera hujusmodi. Horum „ alia quidem sunt naturalia, & necessaria anima- „ li; alia vero ex prava voluntate propter diffici- „ lem vitæ institutionem, & animum ad virtutem „ inexercitatum introducta. Unde apparet, quod „ Dominus naturales quidem passiones suscepit ad

a Psalm. xv, 10.

* Græca hujus loci a Leontio citati, ex codice mſ. bibliothecæ Bodleianæ recitat Grabius *Spicilegii* tom. II. pag. 172. & ex Grabio Maranus in Append. ad opera S. Justini pag. 597. seq.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



„ confirmationem veræ incarnationis, & non falso A „ apparentis; passiones vero vitiosas, quæcumque „ quod purum est vitæ nostræ inquinant, tamquam „ pura divinitate indignas rejecit. Idcirco dictus „ est [a] fuisse *in similitudine carnis peccati*; non enim „ in similitudine carnis, ut istis videtur, sed in similitudine carnis peccati. Unde carnem quidem „ nostram cum passionibus ejus naturalibus assumsit; peccatum vero non commisit.

Gregorii Nazianzeni ex Oratione in natalem Domini.

„ Missus quidem, sed ut homo: duplex enim „ erat, siquidem defatigatus est, & esurivit, & si- B „ tivit, & fuit in angore, & lacrymatus est lege „ corporis humani.

Ejusdem in novam Dominicam.

„ Si perseverassemus in eo quod eramus, & „ mandatum custodissemus, facti essemus quod „ non eramus, ad lignum vitæ accedentes, relicto ligno scientiæ: & quid facti? immortales, „ & Deo propinqui.

Gregorii Nysseni ex libro contra Eunomium III.

„ Sic vera vita quæ in carne posita erat, cum C „ post passionem ad se redisset caro quæ circum „ ipsam erat, simul ab immortalitate divina elevata est, a corruptione ad incorruptibile evecta.

Ejusdem ex libro contra Eunomium.

„ Quod est omnium proprium, etiam in illa „ carne fuisse certum & concessum est, quod pa- „ ne illud quoque corpus sustinebatur. Corpus „ habitatione Verbi Dei ad divinam dignitatem „ translatum est.

Sancti Ambrosii ex libro contra Apollinarium.

D

„ Si non agnoscis quod passibile est, destruxisti „ pietatem erga Dominum, & salutem tuam negasti: unde insipientes hos existimare oportet.

Ejusdem ad Gratianum.

„ Alia est carnis infirmitas, & aliud, quod est „ divinitatis proprium: ac carnis quidem mors, potentiæ vero immortalitas. Si autem hoc fecit divinitas, ut caro non videret corruptionem, subjecta scilicet corruptioni secundum naturam; quomodo poterat ipsa divinitas mori?

S. Joannis episcopi Constantinopolitani in illud: Glorifica me, Pater, apud temet ipsum. E

„ Quid igitur ait heic Verbum de œconomia? „ Qnia nondum erat glorificata natura carnis, ne- „ que immortalitate fruebatur, neque regalis solii „ particeps facta erat:

Ejusdem in Joannem Evangelistam.

„ Sicut igitur cum contemplamur ambulantem „ super undas ante crucem, non dicimus ex alia natura fuisse corpus illud, quam nostra est; sic post „ resurrectionem cum videmus habere eum signa „ clavorum, non dicemus esse jam corruptibile: „ propter discipulum enim hæc ostendit.

Ejusdem in eumdem Evangelistam.

„ Sicut enim esurire non est crimen, neque dormire, sic neque desiderare hanc vitam. Christus „ autem corpus habuit purum a peccato, non tamen a naturalibus necessitatibus liberum: alioqui non esset corpus.

Ejusdem ex eodem Evangelista sermo.

„ Visus igitur est vespere, & avolavit: deinde „ post dies octo rursus semel, & iterum avolavit. „ Deinde in mari; & iterum cum magno metu. „ Quid autem est, [b] *manifestavit se*? Ex eo scilicet tempore non esset visus, nisi condescensu „ usus esset; quia jam corpus erat incorruptibile „ & immortale.

Sancti Ephræm ex Oratione de caritate.

„ Incorruptio est resurrectio; sed cicatrices non „ delevit, ut sint testes Dei, quod operatus est: „ non dedecoravit corruptibile cicatricum permansione, sed contra potius incorruptibilitate honoravit, quia a corpore corruptibili corruptionem „ expulit.

Cyrilli Alexandrini ex interpretatione Esaiæ prophetæ.

„ Quia vero conculcatis inferis, revixit tertio „ die; postea vidit naturam hominis in se transfiguratam in incorruptibilitatem; & bonam voluntatem Dei Patris per cunctum orbem terræ dilatatam, ac multitudinem gentium quæ illuminanda erat, & ab antiquo errore in quo alta „ & educata erat, eripienda, & ad agnitionem „ ejus & Dei Patris vocanda, rejecit laborem „ patiendi.

Ejusdem ex Thesauro.

„ Quia mortale & corruptibile corpus & hujusmodi passionibus subjectum assumsit, necessario „ cum carne passiones etiam ejus suas fecit; & ipsa „ carne eas excipiente, ipse dicitur excipere.

Ejusdem ex tomo in Matthæum.

„ Quomodo igitur mortuus esset immortalis, ut „ resurgeret & morte afficeret mortem, si non assumsisset corpus legibus mortis subjectum? Aut „ quomodo dissolvisset corruptionem erepto ex genere humano, quod sub ipsa degebat & jacebat, „ nisi corpus accepisset, natura corruptibile, & in „ propriam vitam formasset?

Ejusdem ex epistola ad Successum.

„ Post resurrectionem vero erat quidem ipsum illud corpus quod passum erat, sed non jam humanas infirmitates in se habebat. Non enim jam „ amplius famem, aut lassitudinem, aut aliquid „ hujusmodi sentire poterat, quin potius incorruptibile deinceps erat; neque solum hoc, sed „ vivificum: corpus enim vitæ est, id est, unigeniti.

a Rom. VIII. 3. *b* Joan. XXI. 1.

Ejusdem ex tomo epistolæ ad Hebræos.

„ Permisit quidem, ut corpus suum mortem pa„ teretur œconomice, ut mortuorum & vivorum „ dominaretur. Quin vero corpus vitæ statim re„ vixit superata corruptione, quod hæc tam vene„ randa perfecerit; si non naturæ carnis, sed po„ tentiæ Verbi tribuamus, pii erimus.

Gregorii theologi ex Oratione in Lumina.

„ Quia ferre divinitatem ejus puram, non erat „ naturæ ortum & interitum capientis; idcirco „ quæ a mixtione aliena erant, miscentur; non „ solum cum ortu Deus; cum carne mens divina; „ cum tempore quod sine tempore est; cum men„ sione quod a circumscriptione vacat; sed etiam „ cum virginitate procreatio; cum dedecore, quod „ excellentius est, quam ut possit dedecorari; &

A „ cum passione impassibile, cum corruptibili im„ mortale. Quia enim invictum se esse putabat in„ ventor peccati, qui nos spe divinitatis lactave„ rat; ipse assumtione carnis lactatur: ut tam„ quam Adamum aggressus, in Deum incurreret; „ atque ita novus Adam veterem repararet; & „ damnatio carnis rescinderetur morte per carnem „ peremta.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

Cum hæc ab illustribus ecclesiæ patribus uno consensu dicta sint, reperiuntur profecto eodem spiritu pleni fuisse, eadem omnino ii ipsi sentientes. Volebam equidem, si fieri potuisset, omnia omnium testimonia subjicere: sed ne lector propter multitudinem cunctaretur legere, studuimus, ut nonnullorum B & pauca in medium afferremus, quæ formam & regulam veritatis quæ in ipsis omnibus fuit, continerent. Hominem laboriosum ad eorum integros libros transmittimus, in quibus quod perfectum & limatum est, magis quam in nostris libris reperiet.

LEONTII BYZANTINI

LIBER III.

De Nestorianorum impietate secreto tradita principio, & de ejus parentibus triumphus.

Aggressurus adjungere hunc tertium librum duobus meis superioribus tum in gratiarum actionem Deo, tum in triumphum de impiis & ad eorum vituperationem; precabor Dominum, ut etiam nunc adsit nobis adjutor intelligentiæ, & verbo suo verbum nostrum gratia Spiritus sancti afflata dirigat. Si enim adjuvante nos Deo, tum alia omnia, tum hoc quod in manibus est, aggrediemur; & nobis erit integra merces ipsum adjumentum laboris; & iis propter quos scribimus, erunt pignus utilitatis, si non pro dignitate pares, saltem pro viribus nostris: nos autem aliter etiam in præsentia excusamur. Vetus enim debitum afferimus, quod ante cetera omnia debita solvere æquissimum est. Quod quidem jam pridem solvi debuit, sed propter magnam inopiam vix nunc, & non, ut dignum erat, solvi cœpit.

Quoniam contra quos paullo ante volui columnam Deo ponere, & triumphum de ipsis agere, qui non amplius impietatem celant, & in abdito servant, & multos in fallaciam occultando inducunt, sed e longinquo apparent, eo magis fugiendi & avertendi: ex horum cœtu & numero aliquando fui. Cum enim tunc adolescens essem, & tempus & rationem mihi surripuerunt nullo instrumento malitiæ ad hoc efficiendum non adhibito. Proposuerunt enim dogmatum absolutionem, quæ ego postquam hoc specioso verbo, tamquam summo digito, delibavi, factus sum avidus, & ut animo promto essem, nihil in me desideratum est. Illi vero me tamquam cæcum alicujus viæ cupidum nacti, conati sunt in barathrum impietatis suæ deturbare. Sed adfuit mihi superne gratia, quæ me ex mediis dentibus rapuit jam paratissimum illorum venationi; & ardentissimum virtutis & peregrinationis propter eam suscipiendæ desiderium mihi injecit. Et quomodo qui fuit populi Israelitici in solitudine illa ductor, non erat peregrinationis meæ futurus comes? Qui me non prius dimisit, donec in manus divinorum virorum tradidit, qui non solum totam illam lippitudinem depulerunt & repur-C garunt, sed oculum animæ sacro lumine impleverunt ex libris divinæ sapientiæ ex quibus illi veritatem & reliquam virtutem hauserant, quibus meas actiones & cognitiones castas effecerunt. An non merito me homines grati extremæ impietatis accusavissent, si hæc silentio penitus præterire voluissem?

Quod autem a principio, & quo lucem vidi, mihi aspectus lucis munere Dei redditus est, non composui orationem in gratiarum actionem; excuset me quidem Deus; excuset vero etiam unusquisque ex iis quos Deus diligit. Non enim propter ingratam memoriam, sed ne ex gratiarum actione occasionem præproperæ & petulantis scriptionis sumsisse viderer, orationem continui. Nunc autem D nata caussa justa, quæ excitavit & conticere non permittit, studui ut & debito & desiderio satisfacerem. Ero autem majoris auctoritatis præ omnibus tum ad faciendam fidem eorum quæ dicenda sunt, tum ad cohibendum pudore impios, si forte velint: experientia enim, ut ajunt, firmior est verbis. Adsit Christus testis & Pater ejus, non esse me de ipsis locuturum aut odio aliquorum, aut in gratiam aliorum; sed quia misereor primum quidem illorum ipsorum, deinde vero quia multitudinem eorum quos deceperunt, semper defleo. Tertio volui opem ferre ad præcavendum iis qui sunt in præsenti fere periculo labendi, quibus hunc librum tamquam E remedium veneni commiscere volui. Præterea etiam, quia metuebam judicium, si miseria ipsa a qua liberatus fuissem, nos misericordes non fecisset. Ut si non aliud, hunc saltem fructum ei qui redemit & servavit, offeram; fructum dico præcavere aliis. Ne vero ipsi moleste ferant, si efferre volui, quæ ipsi non horruerunt sentire. Age ergo afferamus in medium ab ipsis contra veritatem excogitata, quibus usi sunt in eos qui misere eorum laqueis irretiri & capi cœperunt.

I. Primum igitur artificium simulationis dignum malitia eorum est, quod cum sanctos ecclesiæ doctores & a Deo datos non recipiant, simulant

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



verbo se neque Theodorum, neque Diodorum primos impietatis suæ fontes recipere.

II. Quin etiam magnam synodum, & plurimorum episcoporum Chalcedonensem pro alio quovis invitamento simplicioribus proponunt, non quidem sentientes cum ea; nescio enim an ulli alii primas partes sentiendi contra eam concedant; gravem tamen personam ejus in suo actu sibi per simulationem imponentes, latent in ipsis negotii suscepti initiis: cum vero semel suaserint synodum recipere, aut nacti sunt aliquem qui recipiat, percunctantur, quemnam ex patribus solitus sit & placeat tractare & exercere: deinde, si forte respondeat, quem percunctati sunt, aut magnum oculum ecclesiæ Joannem, aut duo magna lumina, duos inquam illos Cappadociæ, aut clarissimum luciferum Athanasium; illi continuo mutant quidem personam: non enim patiuntur ne nominari quidem solum; ne tamen in ipso primo congressu deterreant quem illaqueare volunt, atque ita avolet: Boni, inquiunt, sunt isti patres, non tamen meliores quam nostrates: si vero roget nomina, lege prius, inquiunt, & tunc cognosces, quales & quanti sint, quorum miser, inquiunt, ne nomina quidem adhuc didicisti.

III. Multa enim alia munera, & auxilia pollicentur; & opes imperatoris, si egeat, & primum gradum in magistratibus, & eruditorum, quos habent convictum. O malorum immensitatem! non prius discedunt, quam succumbat sive inscitiæ, sive indigentiæ, sive assentationi, sive aliis, quæcumque illaqueare solent eos, qui non omni custodia cor suum custodiunt.

IV. Deinde postquam captum tenent, & obedientem in quibus volunt, habent, si monachus sit, hortantur ad legendos libros gentilium, si tamen idoneus ad eos legendos videatur; & postquam simplicitatem ordinis monastici multum irriserunt, quod nihil sit jejunium, vel vigilia, vel secessus, (siquidem virtuti practicæ, id est, in actione positæ obtrectant, & neque nomen ejus pati possunt æquo animo) ad mutandum habitum hortantur [1] quod sit ad studium virtutis politicæ, id est, quæ in civitate versetur, impedimentum: promittunt se in ordinem clericorum eum cooptaturos, aut alio modo auxiliaturos, modo fiat particeps impietatis eorum. Sin autem sit sæcularis, dona ei accommodata promittunt, non quidem verum dicentes, hoc enim est in eorum malis beatum: sed sic tamen eum fallaci spe seducentes, cogunt inhiare ipsis. Atque hæc quidem etsi breviter recensentur, tamen tempus urget.

V. Unum igitur aut alterum cum commemoravero, ad magnum magistrum insipientiæ istorum me convertam. Cum enim viderent ipsi quotidie apud fideles justum odium contra ipsa impia dogmata, & contra principem, præsidem impietatis eorum augeri; aliquid valde acerbum contra vitam suam excogitant. Dicunt enim nobis [2] in actu suo personati, Valeat Nestorius; eorumdem dogmatum erit pater, qui fuit & illius pater.

VI. Quod vero est his admirabilius (etsi enim volebam præterire, non tamen sinor) cum versutam malitiam Manichæorum imitati essent, nec enim aliter ipsis vivere licebat, [3] sicut illi se in Electos quos ipsi vocant, & in indifferentes; sic hi se ipsos partiti sunt in imitatores ipsius Nestorii, & communionem ac societatem ejus magni facien- A tes; & in anathematizantes Nestorium, simulantes autem ecclesiæ communionem. Quod vero hoc non fingam, testis est, qui occulta videt: cum enim quidam ex fidelibus coactus esset ab ipsis, ut cum ipsis communionem haberet, & clero ecclesiæ ascriberetur; postquam viderunt eum ex isto horribili ausu factum pigriorem, Quid, inquiunt, mæres, si ecclesia tamquam prætorio uteris, & clero tamquam exercitu, & fidem nostram habes, & communionem nobiscum amplecteris? Ille autem cum in dubium de hoc ipso quod audiebat, veniret, diceretque fieri non posse, ut cum ipsis & cum ecclesia communio haberetur; Non oportet, inquiunt, te moleste ferre hanc œconomiam. Panis enim in B typum corporis Christi propositus plus benedictionis participavit quam panis qui in foro venditur, & quam panes quos Philomarianitæ offerunt in nomine Mariæ.

VII. Tempus est jam, ut laudes magni doctoris Theodori narremus; hunc enim ajunt esse illum, quem magnus Joannes, utpote ex proposito monastici instituti lapsum, [4] qui promissionem abjuraverat, duabus epistolis tamquam duobus funibus fortibus & prælongis lapsum in profundum intemperantiæ, extrahere studuit.

VIII. Hunc ajunt non amplius quam decem & octo annos natum in scripturas debacchatum esse: non enim nisi debacchationes scripturarum, interpretationes quas in eas composuit, appellare pos- C sum.

IX. Ajunt hunc, cum vellet rapere oculum Ciliciæ Tarsum, postquam Diodorus qui fuerat huic malorum & impietatis auctor & dux ac pater, ab hac vita recessit, a Theophilo Alexandrino prohibitum fuisse, ne hoc auderet; ad eum enim legationem miserunt, qui tyrannidem patiebantur.

X. Hic exsecrabilis in celeberrima ecclesia Antiochiæ, ut quondam vocabatur, nunc autem Theopolis, cum explanaret scripturas ausus est cum multa alia, tum vocem Θεοτόκος, id est, Deipara, vituperare, ut ita inde totum contra se populum commoveret.

D XI. Hic scelestus in omni prava interpretatione scripturarum labores sanctorum doctorum qui in eis laborarunt, numquam irridere & illudere desinebat. Videor autem jam affici, ut dixit Basilius, ex pugno ac plaga, corrigens homicidam. Sed age transi, & interiorem ornatum lauda; & cerne quod secreto ipsi servant & a vulgo remotum, abditam dico, & penetralem impietatem. Non efferam tacenda, ut dici solet, sed exsecrabilia dogmata τῆς ἀθεότητος aperiam. Nemo iniquo animo, quæ dicentur, ferat. Quoniam non sumus nos auctores horum malorum quæ audientur, neque caussas præbuimus dicendorum; in multis enim libris mysteria eorum impia feruntur: si quidem & ipse precarer E & optarem, ut silentio & tenebris hujusmodi impietatis mysteria contegerentur; nunc vero non ut vos malorum discipulos facerem, sed potius ut a gravibus malis liberarem, ad has me narrationes contuli, summo studio eos fugiens, & omnibus quam possum maxima voce dicens, fugite vos, fugite; a præruptis, & barathris longe fugite: libros, omni hærese impiarum doctrinarum plenos fugite.

XII. Hic sapiens, ut appellabunt qui eum studiose sequuntur, & magnus Theodorus, quia parum erat ei cum hominibus certare; aggreditur,

1. *Quod sit ad studium*] ἐμπόδιον πολιτικῆς φιλοσοφίας. TUR.

2. *In actu suo personati*] δραματικῶς φασὶ καὶ προσώπῳ. ID.

3. *Sicut illi se in Electos*] εἰς τοὺς καλουμένους ἐκλεκτοὺς καὶ ἀδιαφόρους. ID.

4. *Qui promissionem abjuraverat*] τὴν ἐπαγγελίαν ἐξομοσάμενος, *fœdifragus factus*. ID.

& audet contra gloriam Spiritus sancti, cum omnes A quidem scripturas altas quas sancti afflatu ejus tradiderunt, humiliter & demisse interpretans: tum vero a numero sacrarum scripturarum divine præscripto & indicato eas separans.

XIII. Magnum Dei servum Job columnam fortitudinis animatam, & spirantem duobus fere millibus versuum perscriptam conviciose arguebat, & scripturam Spiritus sancti de eo abrogabat, quam Jacobus frater Domini in epistola sua catholica confirmans ajebat,[a] *Patientiam Job audistis, & finem Domini vidistis.* Non enim aliunde neque patientiam audivimus, neque finem ejus spectavimus, nisi ex scriptura de eo.

XIV. Ob quam caussam, ut arbitror, ipsam epistolam Jacobi & alias deinceps aliorum catholicas abrogat & antiquat. Non enim satis fuit illi bel- B lum contra veterem scripturam suscipere ad imitationem Marcionis, sed oportuit etiam contra scripturam novam pugnare, ut pugna ejus contra Spiritum sanctum clarior & illustrior esset.

XV. Inscriptiones Hymnorum, & Psalmorum, & Canticorum penitus ejecit, & omnes Psalmos judaice ad Zorobabelem & Ezechiam retulit, tribus tantum ad Dominum rejectis.

XVI. Immo & sanctorum sanctissimum Canticum canticorum ab omnibus divinarum rerum peritis, & ab omnibus Christianis laudatum, omnibus ecclesiis cuncti orbis notum, & a Judæis inimicis crucis Christi in admiratione habitum, libidinose pro sua & mente & lingua meretricia, interpretans, sua supra modum incredibili audacia ex libris sa- C cris abscidit.

XVII. Et quid non erat acturus, qui in eo agebat, impietatis inventor & pater? Duos igitur libros Paralipomenon, primum & secundum similiter, malum malo addens, & insuper Esdram repudiavit.

XVIII. Divinas igitur scripturas aggreditur, & ex duobus generibus splendidioribus contra Spiritum sanctum certandi laudatum sibi aufert; a secundo abstinet, & aliis cedit; an ut in eis luctentur, & vincant? Nequaquam. Sed quia, ut existimabat, certamen contra scripturas sanctas finitum sibi & peractum erat, secundum cursum primo æqualem conficit; & ne in singulis aggrediendis D defatigaretur, contra primam religionis Christianæ informationem stat, & deificum symbolum eorum qui regenerantur, tollit, fidem inquam synodi Nicænæ, non solum mutilans ipsum, sed omnem penitus fidem destruens, & aliam præter illam tradens, pro nihilo ducens illa tanta lumina, neque tam audax facinus perhorrescens: aliud enim, ut dixi, symbolum fidei, vel potius dicam perfidiæ edit, qui post fidem in Deum Patrem, & unigenitum Filium, & Spiritum sanctum, scripsit credere & in Dominum Jesum Christum, introducens quartam personam in sanctam Trinitatem, & in duas personas Christum & Deum nostrum dividens; ac vero quidem Deo, quæ divina sunt, tribuens; proprio autem Christo, quæ hominem decent & hu- E mana sunt, & in primis ortum ex virgine. Audet & aliud malum non secundum ad superiora: [1] aliam enim Missam effutivit præter illam quæ a patribus tradita est ecclesiis, neque reveritus illam Apostolorum, nec illam magni Basilii in eodem Spiritu conscriptam: in qua Missa blasphemiis, non precationibus τὴν τελετὴν, id est, mysterium Eucharistiæ opplevit: an ut alius antichristus adhuc exspectetur, par est, qui sic Christum oderit, & quæ Christi sunt, mutare nitatur? Non equidem puto. Satis, inquam, est hic, ut in omnibus loco & vice illius sit.

XIX. Audi præterea & alia ejus, quæ bonum erat, & maxime optandum etiam non audire. Judicium Dei in omnibus sanctis scripturis clara voce denuntiatum, quod nec iis qui a Christianorum religione procul absunt, mansit inauditum, quod est firmamentum stantium, & lapsorum erectio, & peccantium medicina, & diaboli dignus finis; quod neque diabolus & dæmones negare ausi sunt, cum Salvatori dixerunt: [b] *Quid nobis & tibi Jesu fili Dei, venisti ante tempus torquere nos?* Hoc judicium, & gehennam, & tenebras, & stridorem dentium, & alia quæcumque impiis & peccatoribus scriptura sancta minatur, ridet miser, nec ipse judicium exspectans, & aliis, ne metuant, jubens quæ ut ipse putat, tantummodo minas habent væ væ. Sed suadebit ei experientia, quia minas non timuit, & hæc litteris mandare non est veritus impius, & vere a metu vacuus, & vere terræ motum igniferum irridens, a cujus facie sicut in diabolo sublata sunt judicia Dei.

XX. Propter hæc te diligunt miser, qui sunt tuæ sectæ: hoc tu illis pharmacum ad eximendum timorem Dei confecisti, vere amarum & lugendum pharmacum. Hæc fuit Eunomii impietas, quam imitatus es, de quo quæ dicebantur, incredibilia erant, donec, (utinam numquam) hæc in libris tuis posita sunt. Et Eunomium, [2] qui præcipiebat dare locum passionibus, & non exhibere molestias menti, doctrina tua superavit.

XXI. Tuus discipulus fuit Barsumas, qui Persidem prave gubernavit dogmatibus tuis impiis, & sublata differentia in vita degenda; qui legem tulit, ut nullus ex clero, neque laicus, abstineret [3] a lecto non legitimo, neque a polygamiis, id est, multis conjugiis; ebrietates enim & comessationes dona Dei esse existimabat.

XXII. Libros tuos ii qui tuæ sectæ sunt, in sermonem Chaldaicum, & Armenicum verterunt; qui hæresim hæresi Ariana pejorem ac magis impiam gentibus tradiderunt. Siquidem hoc imitari studuerunt Ariani, nisi quod hi barbaros occidentis, illi gentes orientis, utrique ad suam impietatem adduxerunt.


XXIII. Parva hæc. Tu vero adde mihi, fictum esse peccatum Adæ, idque Deo auctore, ut judicium iniquissimum in Adam qui non peccasset, sed per calumniam damnatus fuisset, & exsilium ei decretum, justa & probabilis caussa redimendi mundum fierent. An non propter hanc radicem malorum & reliquæ deinceps impietatis hominum Christus venit, ut Adam ovem, a compascuo centum abductam, & aberrantem tamquam bonus pastor salvaret?

XXIV. Adde si vis, angelos una cum tuis tenebris creatos: non enim fuit apud te idoneus, & auctoritate dignus sacer enarrator naturæ eorum David, qui in Dei laudem fidibus in spiritu in Psalmis canens, [c] *Qui facit*, inquit, *angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.* Quod enim ait, *creat*, præsentis temporis est, quod propria scripturæ sanctæ consuetudine præteritum tempus significat, ut continuo docet, cum subjungit [d], *Qui fundat terram*, id est, qui fundavit: neque te movent, cum alias in scripturis angeli

[a] Jac. III, 11. [b] Matth. VIII, 29. [c] Psalm. CIII, 4. [d] Ibid. ℣. 5.

1. *Aliam Missam*] ἀναφορὰν. TUR.
2. *Qui præcipiebat*] Ajebat Eunomius. Δεῖ διδόναι τόπον τοῖς πάθεσι καὶ μὴ παρέχειν τῷ νῷ πράγματα. ID.
3. *A lecto non legitimo*] κατὰ ἄθεσμον, ID.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



tamquam lumina apparuerunt, & ut fulgura fulgentes.

XXV. Adde Manichæorum [1] tenebras substantiales primas ante visibilem creaturam; aut non creatas minutam subsistentiam habuisse; aut a Deo factas esse.

XXVI. In illo præterea insipienter sapientiam simula, quod ais antichristum diaboli non esse puniendum, sed corrumpendum, & in nihilum rediturum; ut manet ad animas bonum ex bono, metus scilicet Dei, quem aliunde non erant habituræ: non ex judicio, hoc enim sustulisti; non ex felicitate fruenda; non ex naturali & recondito desiderio erga Deum; sed ex solo antichristi in nihilum interitu.

XXVII. Da deinde, non quidquid est, esse ex Dei creatione & providentia, sed multa inutilia suborta esse ex accidenti & consecutione rerum, non facta Deo volente, sed ex natura rerum, Deo non prohibente: lateret nos lapsus temporis, si totam vindemiam in tua vinea Sodomorum facere propositum esset.

XXVIII. Tu vero non defatigaris voluptatem ex tuis impietatibus capiens. O ingenium malorum feracissimum & uberrimum! Deum putas non esse bonum οὐσιῶδες, id est, secundum substantiam; nec esse ipsum fontem & principium omnis boni, omnisque virtutis omniaque bona ex ipso substantialiter manare. Dic nobis, unde accepit bonum? Ipse enim non est, opinione tua, per se bonum: & quæ hujus boni origo, & principium? Nihil, aut parum abes a magniloquentia Marcionis & principiorum ejus.

XXIX. Accedit jam nostra oratio ad ipsum summum fastigium tuarum impietatum. Unde tibi effectus est homo ad Trinitatis æquationem, ut sit hujus animatum idolum, vitæ infinitæ omnium quæ sunt, aquarum, quod exhibes, ut pro Trinitate ab omni creatura visibili & non visibili nunc, & in posterum colatur? Neque lex Moysis tibi suasit cum jussit, Dominum Deum colere, & ei soli servire? Neque Salvator, qui hoc tentanti objecit?

XXX. Tu vero, ut dixi, fingis creatum esse ab ipsa Trinitate alterum animatum idolum Christum tuum: ipsam Trinitatem calumniaris, quasi doceat colere creaturam. Quod nihil differt a vetere errore, quo homo a Deo excidit, & creaturæ pro creatore servivit. Nisi graviorem hunc errorem illo vetere moliris. Non enim doces, ut hominibus solum hoc eveniat, sed post Trinitatem omni creaturæ a Trinitate creatæ. Non enim Deo homini facto doces, sed homini appellatione Dei honorato cultum in æternum adhibere. O te præconem horum malorum evangeliorum! Prædicas, referendum esse cultum ad Christum tuum, quod perinde est, ut si prædices cultum qui refertur ad Trinitatem, referendum esse exempli caussa ad regem. Libenter autem percunctabor te, quomodo, aut quem ipse Christus tuus adorabit? Si enim se ipsum, valde ridiculum est; sin autem Trinitatem, per medium aliquem; non enim idem per se ipsum; si solus ex omnibus hunc honorem habet, reperitur neminem colere; quoniam ipse solus non habuit tuum mediatorem: & reperitur aliqua præscriptio contra Deum, quam tu Christo tribuis, cum eum facis solum honorari, & non honorare, qui sic honoravit.

XXXI. Quam suavis & dulcis es! honoratum & speciosum ortum, & educationem huic homini applicas, & paullo fere excellentiorem ortu prophetico. Quod scilicet Verbum Dei secundum præcognitionem in ipsa formatione quæ in utero fiebat, unionem ei commodare voluit, cognoscens numquam a proposito circa virtutes discessurum esse.

XXXII. Ignorantiæ etiam caligine eum tegis nihil scientem præterquam quod Verbo ei secundum dignitatem unito videbatur. Quomodo ignorantia oppletum introducis eum, & non peccato? Ex ignorantia enim peccatum, sicut ex fonte fluvius manat: aut fortasse docebis ignorantiam ei opem tulisse, quia ut plurimum, veniam fert, quod per ignorantiam fit præter rationem, si non sit quidem valde grave. Usque adeo autem ignorasse eum dicis, ut cum tentaretur, nesciret, quis esset, qui eum tentabat: & a peccato κατὰ διάνοιαν, id est, a peccato cogitationis concedis nec ipsum mundum fuisse, ne dum sanctos, neque ipsum peccatum cogitationis peccatum esse putas.

XXXIII. Non horres docens molestiores fuisse illi passiones animæ quam corporis: sic enim perspicue ais; & ratione fortiore voluptates subigebat.

XXXIV. Concedis progressu virtutum paullatim purgatum esse, & aptiorem factum quotidie ad suscipienda divinitus bona, quæ ei ut homini adfutura erant.

XXXV. Baptizas eum, ut ex eo tempore, ac non prius, perfectus secundum virtutem legis, Christus vocaretur perfectus; & ad evangelicam vitam aggrederetur, & hanc compleret. Nonne dicis tempus etiam fuisse illi ob hanc caussam contractum in brevius? Potuisset enim defatigari spatio temporis; & idcirco brevem salutis viam, id est, crucem adinvenisse.

XXXVI. In crucem invitum eum agis pro se quidem, non minus quam pro toto mundo moriturum; tamquam non posset aliter gloriam ascensus in cælum, & consessus ad dexteram Dei assequi, nisi per martyrium consummatus. Nescio quis vir est, & unde, qui tam ingens a te negotium suscipit, & œconomiam ita magnam & eximiam, ut non naturam hominis, sed omnem naturam creatam longe superet.

XXXVII. Timuit mortem, non tamquam exprimens nos in se ipso, & solvens timorem nostrum in se, sed tamquam hanc enixe fugiens; quam numquam sponte sustinere voluisset, nisi tuam longam & prolixam admonitionem nactus esset, quam a te fictam angelo attribuis. Nec enim angelos calumniari recusas, quando hymnum angeli divinum, & quem in laudem victoriæ Christo, ut pote Deo, cecinit, [2] mox per hunc admirabilem, & supra naturam actum timoris, vere veri timoris, nos ab acerbo & crudeli hominum tyranno morte liberaturo, tu tamquam timido cuipiam & effeminato, & penitus sui amico, salvatori ab angelo in modum consolationis adhibitum esse insane & delire dicis. Illud enim [a], *Apparuit angelus Domini* [3] *confortans eum*, tum alii patres dixerunt, tum Cyprius senex, Apparuit hymnos canens, & divina loquens. Et ad probationem hujus contemplationis produxerunt, quod Moyses a Deo eruditus in magno illo cantico dixit [b], *Et confortent eum omnes angeli Dei*. Ut autem tu impie dicis, opus illi fuit longa consolatione angeli, qui animam Christi timore mortis absorptam & tristitia prostratam, ce-

a Luc. XXII. 43. *b* Deut. XXXII. 43. sec. LXX.

1. *Tenebras substantiales*] οὐσιῶδες σκότος ἢ ἀγεννήτως παρυποστᾶν, παρὰ θεοῦ γενόμενον. TUR.

2. *Mox per hunc admirabilem*] διὰ τοῦ θαυμασίου τούτου καὶ ὑπερφυοῦς τῆς δειλίας δράματος ἀληθῶς ὄντως δειλίας. ID.

3. *Confortans eum*] ἐνισχύων ἤγουν ὑμνῶν καὶ θεολογῶν. ID.

leriter eligeret & recrearet, erat enim in summo discrimine; & omnia in eo erant agitata & quassata. Falsa hæc esse dicis; magno hoc emissem, magnique æstimassem. Nunc autem testes sunt præclara & admiranda tua certamina contra incarnationem Verbi; & bella ficta quidem & simulata contra hæreticos adversarios, vere autem contra veritatem suscepta; quam cum oppugnare propositum tibi esset, & susceptum perfici non posse cognosceres, inscriptionem belli contra veritatem inscriptione belli contra hæreticos commutasti. Immo & deliramenta tua [1] contra Magusæos hæc prædicant, & reliquæ falsæ tuæ scripturarum enarrationes: nusquam enim non sunt isti tui admirandi labores pervulgati, qui a Paullo quidem Samosatensi ortum duxerunt, per interjectos vero ad Diodorum pervenerunt, qui tibi fuit malorum tuorum dux. Sic autem a te elaborati & culti sunt, & tantam magnitudinem incrementi acceperunt, ut tuus largissimus fluvius fontem impium operiat.

XXXVIII. Rivus fuit a fonte ductus, & fossa angusta, quæ non potuit capere totam impietatis tuæ fluxionem, Nestorius. Et si potuit capere, non tamen audere, & fontes tuos omnibus profundere; non quidem pigritia voluntatis, excusabo enim, sed quia non habebat locum propter multitudinem hominum qua erat constipatus. Tu vero quia erat tibi quietus cum impietate convictus, totum ejus rivum ebibisti. Ille autem postquam unum ex tuo cœno & ex tuis lutulentis dogmatibus rejectum, suasit, sibi in commune proposuit, & solam vocem θεοτόκον, id est, Deiparam prohibuit, artificiose contra initia veritatis insistens; & primo Dei nostri secundum carnem ortu, totam deinceps mysterii consecutionem destruens. Captus tamen est; & summum supplicium subivit ejectus ex cœtu divino cum impietatibus, in quibus a te sumtis cultus ejus elaboravit: pœnasque doctrinis tuis dignas persolvit. Satis sunt hæc ad repræsentandum istius viri impietatem, quæ, ut est in proverbio, ex unguibus leonem demonstrant. Si quis vero hæc non credit, sunt enim re vera digna ut non credantur, Non vitupero, neque queror, quod hoc accidat. Qui non videri hæc incredibilia ostendit eum qui facile credidit, non esse expertem hujusmodi malorum. Quod enim est paratum & in promtu ut assensum habeat, etiam est paratissimum ad experientiam. At nos experientia quam ex libris ejus collegimus, & quam ex iis qui eum studiose imitati sunt, audivimus, non permittit non credere cum alioqui vellemus. Quomodo vero possem non credere, qui malorum experimentum in me ipso habere visus sum?

XXXIX. Isti vero, (non enim sunt sapientes, nisi ad nocendum) quia non possunt hæc defendere, objiciunt nobis magnum Basilium, qui ad Diodorum scripserit, & quædam ejus de Trinitate scripta approbaverit: non enim de incarnatione possunt dicere; quosdam etiam patres qui de eo scripserunt aut meminerunt, circumferunt.

XL. Origenem vero non admirantur, quoniam Gregorius qui a miraculis faciendis cognomentum duxit, in Oratione quam in discessu suo composuit, infinitas laudes ejus persequitur. Et quid dico Origenem? Quandoquidem Apollinarius, [2] qui A omnino ex adverso ei a veritate aberravit, gloriatur innumerabiles epistolas ad eum scriptas esse Athanasii magni, & Serapionis & aliorum, quicumque fuerunt tunc fulgentia sidera, & veritatis propugnatores: & si quis in manus sumat ecclesiasticam historiam quam Timotheus Apollinarii discipulus composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinarii, quam ex eo collegit, quod ab ipso & ad ipsum infinitæ epistolæ scriptæ & rescriptæ essent: qui mihi videntur eadem ratione Demam nobis commendaturi, quia Paullus eum Romanis commendavit; & Judam choro Apostolorum annumerare, quia sæpe cum Salvatore cibum sumsit: sed audiant a nobis, quod si scriptis epistolis B majorem reverentiam, quam veritati adhibere volunt, non solum Theodorum aut Diodorum, sed & alios multos, & quos nec ipsi volunt, comprobare cogentur.

XLI. Quale præterea est illud, in quibus, inquit, corrigitis Theodorum aut Diodorum, in eisdem etiam reliquos patres reos esse reperimus. Et proferunt nobis ex Serapione quidem illud, Deus hominem induit; ex Basilio autem, homo Deifer; illud utrumque ex Gregoriis, quorum alter quidem dixerit, Dicatur Deus non Verbi, sed ejus qui cernebatur; alter vero, Et servi livores circa quem Dominus; & quasdam reliquorum patrum similes voculas veluti unguibus corradunt, cujusmodi est, Suscepit, assumsit, induit, & duplex erat, & alia ejusmodi, quæ differentiam naturarum Christi se- C cundum substantiam unitarum declarant. Et præter cetera omnia, Cyrilli hypostases, & hominem ex virgine, & templum ex virgine. Deinde mixtionem & commixtionem & naturalem cohæsionem, & deificationem, & sanguinem Dei, & crucem, & passionem; & quod plus est, secundam Verbi secundum carnem generationem; cum iidem alioqui dicant, non tamen isti audiunt. Et quid opus est dicere de unione secundum substantiam, & de hypostasi duarum naturarum, [3] quibus nihil est magis unum, & naturaliter cohærentius?

Primum igitur, illud est consideratione dignum, quod non est nobis de vocibus controversia, sed de modo totius mysterii Christi. Hoc autem non simpliciter ex hac aut illa voce, aut ex quibusdam D verbis est approbandum aut accusandum, sed ex primis principiis. Circa hæc enim omnis hæresis controversatur. Post principia enim omnes inter se de vocibus conveniunt, ita ut ipsarum scripturarum voces sibi vindicent eas ad proprium scopum accommodantes. Quæ vero sunt horum principia? modus scilicet unionis secundum substantiam, & secundum habitudinem factus; ut esset in humanitate perfecta Verbum, quod in nobis homo interior secundum Apostolum συνυφεστὼς, id est, consubsistens, & ad totius definitionem pertinens post unionem, sicut patres qui Paullum Samosatensem deposuere, enuntiarunt. Sed neque eos, qui e contrario nobis stant contra veritatem; qui voces sibi ut arbitrantur, aptas proferunt, curamus tamquam E eis nos utentes cum ipsis, aut fictionem naturæ, aut confusionem profitemur, neque quæ a nobis ipsis proferuntur, ad defendendam, quam putatis, fictionem divinitatis, aut vanam spem vestram in

1. *Contra Magusæos*] Suidas verbo, *Persæ & Magog*, ait Persas dictos esse Magusæos. TUR.

Intelligit autem Leontius tres libros Theodori περὶ τῆς ἐν Περσίδι μαγικῆς, de magia in Perside: ipsosque Persas Magos nominat Magusæos: meminit hujus operis Photius in sua Bibliotheca. ID.

2. *Qui omnino ex adverso*] κατὰ διάμετρον αὐτῷ. Etiam hinc liquet Leontium Origenis sectatorem non fuisse, saltem cum hæc scriberet; cum Origenem errorum arguat. ID.

3. *Quibus nihil est magis unum*] ἑνικώτερον καὶ συμφυέστερον. ID.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

homine puro, tamquam a patribus prolata, admittimus; quia, ut dixi, non de vocibus nobis eſt diſceptatio, ſed de ipſis rebus, & harum unione, & naturali cohæſione, quam patres ſecundum ſubſtantiam factam eſſe ſenſerunt: vos autem [1] ſecundum habitudinem & voluntatem eam introducitis: & iſta unione anthropolatriam per vim munitis, quo quid eſſe poteſt magis impium? Solius enim impietatis Paulli, Marcelli, Photini, Neſtorii & Theodori erat ſic ſentire, qui aperte Chriſtum hominem tantum eſſe definierunt: quod quidem unuſquiſque private, & in commune omnes divini eccleſiæ magiſtri concordi ſententia accuſarunt & exploſerunt; ac maxime poſtrema omnium ſynodorum antegreſſarum ſigillum & obſignatio, quæ veſtrum propugnaculum impietatis funditus evertit, & ſymbolum fidei roboravit, atque veſtræ impietatis everſorem, illuſtribus præconiis prædicavit vere Leonem, qui contra Eutychem doloſam vulpem juſte ſurrexit, & abditam impietatem confutationibus diſſipavit & exſtinxit; quem ſynodus laudibus quæ eum decebant, celebravit.

XLII. At illi quidem, inquiunt iſti, damnati ſunt, horum vero nullus. Hoc o boni viri, non ex innocentia reportarunt, ſed ex nimio ſtudio, quod, ut laterent, adhibuerunt: non enim patiebantur efferri in vulgus impietatem, quia neque ſibi tutum eſſe ſciebant. Præterea Ariana tunc hæreſis fervens, & tamquam vehemens flamma eccleſias depaſcens, multis otium dedit ad latendum interea, ut Apollinario, & Macedonio impiis. Convenit heic illud in arte medicinæ tritum dicere; cum duo morbi in corpore dominatum obtinent; vehementior obſcurat minorem. Hac ratione & via Apollinarius tamquam quidam ſplen crevit, (ut ſecundum veſtrum doctorem dicam, & aliquid etiam in arguendo vobis largiar) in totius corporis ægrotatione magnitudinem præter naturam capiens. Eodem exemplo poſſum veſtra conferre. Studium patrum in maxime neceſſariis & maxime urgentibus rebus occupatum, fecit, ut veſtræ impietatis parentes & auctores laterent, præſertim cum in iis quæ ad Trinitatem pertinebant, fingerent ſe una cum ipſis adverſus hoſtes Trinitatis pugnare; & eo modo benevolentiam ſimularent, ſpecie ac ſimulatione idem ſentiendi latebras ſibi præparantes. Difficillima enim res eſt ad deprehendendum malitia, ſimulatione benevolentiæ tecta.

XLIII. Verum in anathemate infeliciſſimi Neſtorii (vere enim infelix eſt, qui ſolus cædis ſupplicium ſuſtinuit, cum ab aliis pugionem tuliſſet) ipſi ſimul ejecti ſunt. In diſcipulo enim perfecto, ut ait ſcriptura, ſicut magiſter ejus eſt, fructus laborum ſuorum decerpſerunt. Tametſi hoc ſi quis inquirat, reperiet eos accuſatos cum ab aliis multis frequenter, tum ab ardentiſſimis impietatis veſtræ inſectatoribus Cyrillo, & Proclo. Ex quibus ille totam accuſationem contra eos inſtruxit. Quamvis quidam defenſionem ſcribere voluerunt; quæ copioſius argumentum accuſationis afferebat. Hic autem, id eſt, Proclus epiſtolam ad Armenios ſcripſit. Huic epiſtolæ ſubjecit capita blaſphemiarum Theodori ad oſtendendum illius impietatem. Quid autem opus eſt dicere de ſancto [2] Rhambulo epiſcopo Edeſſeno, viro, ut ajunt, propheta? cujus fiduciam atque confutationem poſtquam qui tunc erant impietatis Theodori ſectatores, pati non potuerunt, poſt multa pericula illius, dolo aggrediuntur, uni ex iis qui intus erant, negotio commiſſo. Si igitur hac via vobis perſuaſerimus, & tandem mutari volueritis, veritatem magis quam perſonas honorantes, hoc melius, & Deo gratias agemus: ſin minus; vos quidem deflebimus fletu & lamentis dignos; nos vero faciemus, ut ipſi ex Deo pendeamus, & in beata ſpe nixi, numquam deſiſtemus ab ea quam patres noſtri habuerunt, & hanc amantiſſime per ſucceſſores interjectos nobis tranſmiſerunt & tradiderunt: hoc ſolum lucri a nobis reportantes, ut depoſitum eorum ſine offenſione cuſtodiamus, quod Eccleſia ſancta ſine imminutione & acceſſione cuſtodire perſeverat, & perſeverabit uſque ad magnum & illuſtrem adventum magni Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſæcula. Amen.

[3] *Prologus auctoritatum Theodori, & aliorum hæreticorum.*

Ex blaſphemiis Theodori pauca ex multis proponere ſtuduimus, ad oſtendendum fatuitatem ejus abſurdam circa dogma, ut ex his fidem facimus, nihil contra eum nos finxiſſe, aut contra eos qui cum eo ſentiunt. Si enim facile eſſet ſcripta ejus reperire, non pigeret nos, in omnibus capitibus de quibus eum accuſavimus, ipſum illum teſtem producere. Quia vero nos vix & magno labore, & multis cogitationibus uſi librum ejus contra incarnationem reperire potuimus; vehementer enim obſervant, & cavent ne illius libros cum iis qui non ſunt in illis inſtituti, communicent; ob hanc cauſſam ea ſolum quæ contra incarnationem Salvatoris dixit, nunc colligere potuimus: ſi quis vero non adhibuerit fidem, & ei vacat & eſt animus, quærat quæ vane elaboravit in Geneſin, & in librum contra Job, & pravam interpretationem in epiſtolam ad Hebræos, & in epiſtolam ad Corinthios, & ad Galatas, & quæ contra Maguſæos ſcripſit, & præmeditationem excæcantem in ſacros pſalmos, & quæ pro Eunomio contra Baſilium ſcripſit. Sic ego voco totam ejus apologiam omni accuſatione plenam: item enarrationes turbidas & blaſphemas in evangelium Matthæi, Joannis & Lucæ, & ipſorum ſanctorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum ſuperbas quas auſus eſt, reprehenſiones, & alia ejus opera, ne ſingula enumerem; & videbit profundum omnis impietatis Marcionis & Va-

1. *Secundum habitudinem*] σχετικὴ καὶ γνωμικὴ. Tur.

2. *Rhambulo*] Hunc alii vocant Rabulam. Id.

3. *Prologus auctoritatum Theodori*] Bene factum, quod Leontius impii Theodori impia dogmata commemoraturus, ſe & lectorem ſuum præmunit. Similia Theodori dogmata prodiderunt ex ipſis Theodori libris, cum alii, tum Pelagius pontifex in Epiſtola ſecunda ad Epiſcopos Iſtriæ: ubi, inter cetera, iſta leguntur. *Hæc de innumeris pauca prætulimus, ut quaſi per foramen anguſtum, quam nimium barathrum intus lateret, monſtraremus: ecce quales pluſquam decem millia libros Theodorus ſcripſiſſe perhibetur. Penſate, quæſo, ſi non tanto acriora tormenta promeruit, quanto pluriora conſcripſit? ſed hæc illius dicta quæ prolata ſunt, utrum ejus ſint, fortaſſe dubitatur. Patrum, ſi placet, ſcripta proferamus. Armeniæ quippe epiſcopi Proclo Conſtantinopolitanæ urbis epiſcopo libellos contra Theodorum porrigentes, dicunt: Fuit autem aliquis peſtis homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui ſchema & nomen epiſcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopſueſtano Ciliciæ ſecundæ vel oppido, vere quidem & principaliter a Paullo Samoſateno deſcendens, licet Photino & ceteris hæreſiarchis in libro de Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti in toto ſuo propoſito ipſis verbis inveniatur uſus.* Hæc & plura alia in ſuis litteris Pelagius pontifex; conſentientia cum his, quæ Leontius adducit ex Theodoro; a quo Neſtorius ſuam impietatem hauſit: Theodorus autem a Diodoro Tarſenſi; omneſque a Paullo Samoſatenſi, ut productis teſtimoniis copioſe demonſtrat Leontius. Id.

lentini, adde etiam exsecrabiliorem, & magis im- A piam sententiam, & susceptum scelestius, quam Manichæi, fontis malorum: nos vero, ut diximus, ne videremur, quæ contra eum a nobis dicuntur, sine testibus dicta relinquere, multis viis & cogitationibus usi, solum quod contra incarnationem composuit, reperire potuimus. Si autem Dominus permiserit, & tempus nos non deficiet, alium librum contra eum componemus, in quo per otium unamquamque impietatem ejus ex ipsius libris colligemus, & cum quo ex hæreticis unaquæque cognationem habeat, & auctoritatibus ejus demonstrabimus. Quin etiam totam ejus amentiam, & quam habeat contra omnes patres sententiam in omnibus contrariam eis & sanctissimis, ejus operibus ostendemus. Ad hæc, confutationibus adver- B sus eum utemur. Nunc autem contentus ero accusatione brevi contra eum composita, ne penitus latens, simplicioribus noceat; cognoscantque qui eum sectantur, hunc se commendare & defendere, cujus nec impietatem facile est assequi, vel si quis maxime velit.

Theodori hæretici [1] *ex libro ejus contra incarnationem 7.*

„ Si enim intelligamus, quomodo fit inhabitatio, sciemus etiam modum, & quæ differentia modi. Inhabitationem igitur alii quidem dixerunt factam esse substantia; alii vero energia. Excutiatur igitur, an aliquid horum sit verum. C Ac primum nobis illud sit concessum, utrum in omnibus inhabitat, an non? Sed quia non in omnibus, manifestum est; hoc enim tamquam quid eximium, sanctis Deus pollicetur; aut denique his, quos velit ipsi dedicatos esse. Aut quid igitur promittebat, cum ait [a], *Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero eorum Deus; & ipsi erunt mihi populus*, tamquam largiturus illis aliquid egregium, siquidem omnes homines communiter hunc participant? Quare si non in omnibus inhabitat, hoc enim manifestum est, non dico in omnibus quæ sunt solum, sed nec in omnibus hominibus; oportet esse propriam quamdam rationem inhabitationis, qua in illis adest solum in quibus inhabitare dicitur. At- D qui dicere substantia quidem inhabitare Deum, maxime indecorum est. Necesse enim alioqui fit, in his solis substantiam ejus includere, in quibus inhabitare dicatur; & erit extra omnia alia, quod absurdum est dicere in natura infinita, quæ ubique est, & nullo loco circumscribitur: aut si dicant, ubique Deum esse ratione substantiæ, necesse erit cum omnibus inhabitationem ejus communicare; & non solum cum hominibus, sed cum animantibus ratione carentibus, & cum inanimatis; si dicamus inhabitationem ejus substantia fieri. Utrumque horum est indecorum. Dicere enim inhabitare in omnibus Deum, absurdum esse certum est manifeste; E & substantiam ei circumscribere, non decet; immo impium est. Dicere igitur fieri substantia inhabitationem, stultissimum est.

„ Idem dici potest in energia, sive operatione. Aut enim rursus necesse est operationem illi circumscribere in his solis, (in quibus scilicet inhabitat) & quomodo verum erit, omnia Deum procurare, & omnia gubernare, & in omnibus ipsum operari, quæ conveniunt? Aut impartientes omnibus ipsius operationem; quod quidem decens est & consequens: siquidem omnia ab eo firmantur, ut unumquodque consistat, & secundum naturam suam operetur, in omnibus inhabitare eum dicemus. Igitur neque substantia, nec operatione fieri inhabitationem Dei dici potest. Quid igitur relinquitur? Qua ratione utemur, quæ in his videatur servare proprium? Manifestum ergo est, quod oporteat dicere fieri inhabitationem εὐδοκίᾳ, id est, beneplacito: εὐδοκία vero, id est, beneplacitum est optima voluntas Dei, quam faciet in iis acquiescens, qui studuerunt se ei dicare ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ καλὰ δοκεῖν αὐτῷ περὶ αὐτῶν, id est, ex eo dicto verbo, quod bene, & bona placeant Deo de illis: sic verbum secundum consuetudinem scripturæ accipitur. Sic ait David [b], *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in iis qui sperant in misericordia ejus*: hoc dicit, quia non alios vult adjuvare, neque cum aliis operari, nisi cum iis qui timent eum: hoc magni æstimat; hos adjuvare & protegere illi placitum est. Sic oportet dicere de inhabitatione. Infinitus enim cum sit, & natura incircumscriptus, adest omnibus: beneplacito autem ab aliis longe abest, aliis proximus est. In hanc enim sententiam dicitur [c]: *Prope est Dominus contritis corde, & humiles spiritu salvabit*: & alias [d]: *Ne projicias me a facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Proximus fit affectione iis, qui hac propinquitate digni sunt; & rursus longinquus efficitur peccantibus; neque natura separatus, neque hac propinquior factus, habitudine vero voluntatis utrumque efficiens. Sicut igitur beneplacito efficitur propinquus & longinquus, (liquet enim ex iis quæ dicta sunt, quid dicamus εὐδοκίαν, id est, beneplacitum; idcirco enim quid sententiæ hoc nomen declararet, omni diligentia interpretati sumus.) Sic etiam beneplacito facit inhabitationem, non quidem circumscribens in his substantiam vel operationem, ab aliis vero separatus, sed potius omnibus adest substantia, separatus vero habitudine διαθέσεως, id est, affectionis ab indignis. Hoc enim modo magis servatur illi incircumscriptio, si videatur non tamquam cuidam necessitati servire incircumscriptioni naturæ suæ. Si enim qui ubique adest substantia, adesset etiam beneplacito, aliter rursus servire necessitati reperiretur, non jam secundum voluntatem præsentiam exhibens, sed habens voluntatem infinitati naturæ consequentem. Quoniam vero omnibus adest natura, & separatus est voluntate a quibus vult, [2] nullam utilitatem indignis a præsentia Dei reportantibus, vera & integra incircumscriptio naturæ ei servatur.

„ Sic igitur aliis quidem adest beneplacito, ab aliis vero separatus est, ut si substantia a reliquis separatus, cum his esset. Quemadmodum igitur inhabitatio fit beneplacito, sic beneplacitum modum inhabitationis variat. Quod enim inhabitationem efficit Dei, & quod ratione substantiæ ubi-

a Lev. XXVI. 12. II. Cor. VI. 16. b Psalm. CXLVI. 10. 11. c Psalm. XXXIII. 19. d Psalm. L. 13.

1. *Lege S. Thomam lib. 4. contra Gentes cap. 34. ubi contra Theodorum istum & Nestorium docte disputat.* CAN.
2. *Nullam utilitatem indignis*] οὐδὲν τῶν ἀναξίων ἀπὸ τοῦ παρόντος τὸν Θεὸν ὠφελημένων, ἀληθὴς αὐτῷ καὶ ἀκέραιος ἡ τῆς φύσεως ἀπερίγραφος διασώζεται. TUR.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



A ,, que præsentem, in quibusdam & valde paucis inhabitantem facit, hoc prorsus modum inhabitationis χαρακτηρίζει, id est, designat. Sicut enim substantia omnibus præsens, non in omnibus inhabitare dicitur, sed in iis; quibus adest beneplacito; sic quamvis inhabitare dicatur, non tamen omnino æqualitas inhabitationis reperitur, quin potius modus inhabitationis consentaneus erit beneplacito. Cum ergo vel in Prophetis, vel in Apostolis, vel denique in justis inhabitare dicitur, tamquam in justis εὐδοκῶν, id est, beneplacens, inhabitationem facit, veluti in virtute præditis acquiescens. In ipso tamen (Christo scilicet) non sic dicimus factam esse inhabitationem, numquam enim eo dementiæ procedemus, sed tamquam in filio. Sic enim benepla- B cens inhabitavit.

,, Sed quid est, tamquam in filio? Quia scilicet cum inhabitasset, totum quem assumserat, sibi univit, & [1] fecit eum comparticipare totum honorem, quem qui inhabitabat natura filius, communem cum eo habere voluit. Ut ad unam quidem personam pertineret [2] secundum unionem cum ipso, sic autem omnem principatum cum eo communicare, & sic omnia in eo agere voluit, ut judicium totius mundi, & adventum ejus facturus sit. Ita scilicet ut differentia in iis, [3] quæ secundum naturam propria sunt, intelligatur.

Ejusdem ex eodem libro.

C ,, Sicut igitur etsi in futuro corpus & anima nostra perfecte spiritu gubernabitur, velut primitias tamen quasdam ex parte hinc habemus, quatenus spiritu adjuti non cogimur sequi cogitationes animæ; sic Dominus etsi postea omnino habuit in se Deum Verbum universe operantem, & omnem operationem ab eo inseparabilem, antea tamen habuit quam maxime operantem in se plurima, quibus opus erat; sinebaturque interea ante crucem propter utilitatem proprio proposito virtutem pro nobis implere, incitatus vero ab eo in his, & confirmatus ad perficiendum, quæ facere oportebat. Habuit enim statim a principio cum in utero formaretur, unionem cum D ipso. Cum vero ejus ætatis fuit, quæ natura in hominibus idonea est ad discernendum pravum a recto, immo ante illam ætatem brevius & celerius quam reliqui homines facultatem discernendi ista ostendit. Siquidem aliis hominibus non omnibus similiter uno tempore vis discernendi ingeneratur: alii namque velocius majore prudentia ea quæ conveniunt, assequuntur, alii diutius exercitatione hoc comparant. Quod quidem eximie ipsi præ ceteris hominibus celerius quam pro communi reliquorum hominum ætate evenit. Sane oportebat consentanee, ut plus aliquid in iis quæ ad hominem pertinent, haberet, atque eo magis, quod non ex conjunctione viri & mulieris secundum communem hominum na- E turam formatus erat, sed divina Spiritus sancti operatione.

,, Habuit etiam propensionem non vulgarem ad meliora ex unione cum Verbo, qua habitus est dignus secundum præcognitionem filii Dei, qui a principio sibi eum univit. Propter hæc omnia statim cum discretione cepit magnum odium mali, vehementi & indissolubili amore se Deo adjungens, operationemque Verbi proposito suo congruentem recipiens, immutabilis deinceps ad deterius esse perseverabat, tum quod ipse hac voluntate esset; tum quod operatione Verbi Dei hoc illi propositum servaretur. Capessebat autem facilitate absolutissimam virtutem, sive cum legem servaret ante baptismum; sive cum vitam communem in statu gratiæ post baptisma susciperet, cujus nobis formam præbebat, via quædam nobis ad hoc factus. Sic deinde post resurrectionem & ascensum in cælos demonstravit se ex propria voluntate dignum unione, qui hanc antea assumserat in ipsa formatione beneplacito Domini, & perfectam deinde exhibet unionis ostensionem, nullam habens separatam aut abscissam operationem Verbi Dei, qui Deum habebat omnia in se ipso operantem propter unionem cum eo.

,, Sic igitur ante crucem quidem & esurire videmus, & sitire scimus, & timere intelligimus, & ignorare reperimus. Siquidem propositum virtutis e se ipso συμπεριεφέρετο, id est, conferebat: testis horum est Esaias propheta, cum ait [a], *Quoniam antequam sciat puer cognoscere bonum & malum, repugnabit malo, ut eligat bonum*: scilicet discretione, illud quidem odio habens, hoc vero diligens. Discretione enim inter meliora & deteriora facta, electio fit. Quomodo igitur prius quam sciat puer, hoc fit? Id est, prius quam ad eam ætatem veniat, in qua reliqui homines quæ agenda sunt, discernere consueverunt; quippe cum plus aliquid, & eximium quid ille præ ceteris hominibus haberet. Etenim si adhuc apud nos sæpenumero reperiuntur pueri quidem ætate, multam vero intelligentiam præ se ferenres, ita ut in admirationem adducant eos qui vident, quia majorem quam pro ætate prudentiam ostendunt; multo magis oportebat ut ille homo ceteros omnes homines ei similes superaret.

Ejusdem ex eodem libro.

,, [b] *Jesus autem proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum & homines.* Ætate quidem proficit, processu temporum; sapientia vero, secundum progressum temporum [3] intelligentiam acquirens; gratia autem, suscipiens virtutem & intelligentiæ & cognitioni consentaneam; deinceps gratia quæ illi erat apud Deum, accessionem & incrementum accipiebat. Et in his omnibus proficiebat apud Deum & homines. Homines quidem progressum videbant; Deus vero non videbat solum, sed testimonio approbabat, & in iis quæ fiebant. cooperabatur. Illud igitur est etiam manifestum, quod tanto perfectius, & majore facilitate virtutem exsequebatur, quam reliqui homines exsequi poterant; quanto Deus, qui in principio ipso formationis ejus sibi eum unierat, majorem e se cooperationem illi præbebat, ad perficiendum, quæ opus erant, ad salutem omnium omnia illius gubernans, & ad perfectiora incitans, ac labores illius, sive ad animam, sive ad corpus pertinerent, ex

a Isa. VII. 15. 16. *b* Luc. II. 52.

1. *Fecit eum comparticipare*] παρεσκεύασε δὲ αὐτὸν συμμετασχεῖν αὐτῷ πάσης τῆς τιμῆς, ἧς αὐτὸς ὁ ἐνοικῶν υἱὸς ὢν φύσει μετέχει. TUR.

2. *Secundum unionem*] γνωμικὴν καὶ ἀξιωματικὴν, non hypostaticam & substantialem. Ita enim hæreticus Theodorus hæretice sentiebat. ID.

2. *Quæ secundum naturam propria sunt*] ἐν τοῖς κατὰ φύσιν χαρακτηρίζουσι. ID.

3. *Intelligentiam acquirens*] τὴν σύνεσιν προσκτώμενος. ID.

,, majore parte allevans. Atque ita completionem virtutis majorem & leviorem illi conflabat.

Ejusdem hæretici ex eodem libro.

,, Unitus enim fuit Deo a principio assumtus secundum præcognitionem, in ipsa formatione in utero facta unionem sortitus. Habitus vero dignus unione, omnia adeptus est, quantum par erat adipisci hominem unigenito & omnium Domino unitum, tanto majoribus donatus præ ceteris, quanto magis eximia unio ei accidit. Donatus igitur est inhabitatione Spiritus primus ante ceteros, donatusque est hac, non similiter ut reliqui. Hic enim totam gratiam Spiritus in se recepit; aliis vero ex parte præbuit totius Spiritus participationem. Sic autem factum est, ut totus Spiritus in eo operaretur. Qui igitur loquebatur, quatenus vox sonabat, homo erat: vis autem eorum quæ dicebantur, multiplex & varia erat.

Eiusdem hæretici ex libro VIII.

,, [a] *Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis.* Quamnam? Nempe participare adoptionem. Hanc enim accepit ipse secundum humanitatem baptizatus primum in Jordane, in quo nostrum baptisma tamquam in figura exprimebatur; & regeneratio confirmabatur testimonio vocis ejus qui dixit [b], *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui*: & Spiritus descendens mansit super eum, sicut futurum erat, ut nos etiam in ipso hunc spiritum participaremus; qui quidem excellentius præ nobis, per unionem cum Verbo, ipsi advenit hæc participanti, quæ filius secundum naturam.

Ejusdem ex eodem libro

,, Ex omni igitur parte manifestum est supervacaneam esse & indecoram atque discrepantem confusionem, cum unaquæque natura in se indissolubiliter maneat. Rursus manifestum est, aptam & congruentem esse unionem. Per hanc enim naturæ copulatæ unam personam secundum unionem constituerunt. Quare quod Dominus in viro & uxore ait, [c] *Quamobrem non jam sunt duo, sed una caro*; dicere nos consentanee possumus secundum rationem unionis, Non sunt jam duæ personæ, sed una, scilicet naturis discretis: ut in viro scilicet & uxore non lædit numerum duorum, quod una caro dicatur, manifestum est enim quatenus una dicuntur caro; sic heic non lædit differentiam naturarum unio personæ. Cum enim naturas discernimus, perfectam naturam Dei Verbi dicimus, & perfectam personam; neque enim licet dicere hypostasin sine persona: perfectam vero etiam naturam hominis, & personam similiter. Cum tamen ad copulationem respicimus, unam personam tunc dicimus.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Eodem modo heic, propriam dicimus Verbi Dei substantiam, propriam etiam hominis, discretæ enim sunt naturæ; una vero persona unione constituta. Quare heic etiam cum natura discernere aggredimur, perfectam personam hominis dicimus; perfectam item divinitatis. Cum vero unionem spectamus, tunc unam personam prædicamus ambas naturas composite, humanitate honorem a creatura accipiente, & divinitate omnia quæ oportebat, in ipsa operante.

Ejusdem ex libro IX.

,, Heic igitur illud, *factum est*, non aliter dici posse reperimus, quam pro eo quod est τὸ δοκεῖν, id est, videri, quod quidem in scriptura divina, & maxime in Domino superius in aliis diligentius docuimus: quatenus enim apparebat sive videbatur, *Verbum caro factum est*. Videri autem sive apparere non significat heic, non accepisse carnem veram, sed non factum esse carnem. Quando enim dicit, *accepit*, non secundum speciem apparentem, sed secundum veritatem accepisse dicit; quando vero dicit *factum est*, tunc κατὰ τὸ δοκεῖν, id est, secundum speciem apparentem; non enim mutatum est Verbum in carnem. Advertenda est igitur mens Evangelistæ: sic enim vim dicti cognoscemus.

Ex eodem libro.

,, [1] Quod in nobis dicitur secundum habitudinem in loco, hoc in Deo dicitur secundum habitudinem voluntatis. Sicut enim dicimus in nobis, γέγονα in hoc loco, hoc est, factus sum, profui: sic in Deo dicimus, γέγονε, id est, factus est in hoc; quia quod in nobis facit transitus ex loco in locum, hoc facit voluntas in Deo, qui secundum naturam ubique est.

Ejusdem ex libro sive sermone X.

,, [d] *Apparuit autem ei angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Intelligimus ergo ex his sustinuisse quidem Christum manifeste certamen non vulgare.

Ejusdem ex eodem.

,, Quam vero consecutionem habebat, quod dictum est [e], *qui descendit de cælo, & est in cælo?* Alterutrum enim altero tollitur. Descendisse de cælo tollit esse in cælo: & esse, tollit descendisse. At descendit quidem secundum inhabitationem in homine; est autem in cælo secundum incircumscriptionem naturæ omnibus præsens.

Ejusdem ex eodem.

,, Consideremus igitur, quis homo est de quo obstupescit & admiratur, quod scilicet unigenitus voluit ejus meminisse, & visitationem ejus facere, quod autem non est dictum, in superioribus demonstratum est; quod autem neque de uno quopiam e vulgo, & hoc liquet: ut vero omnia omittamus, quod est omnibus credibilius, apostolicum testimonium amplectamur.

a Joan. XVII. 22. b Matth. III. 17. c Matth. XIX. 6. d Luc. XXII. 43. 44. e Joan. III. 13.

1. Significat hæreticus secundum habitudinem voluntatis intelligi quod ait scriptura, Verbum caro factum est. Cas.

A

Ex libro sive sermone XII.

,, Idcirco non dixit [a], *Locutus est nobis ἐν τῷ υἱῷ*, id est, *in filio* cum articulo Græco, sed ἐν υἱῷ, id est, in filio, sine articulo, (quod quidem dictum absolute poterat significare utrumque in eodem) πρωτοτύπως, id est, principaliter significans filium verum scilicet cum articulo; filium verum dico eum, qui naturali generatione filiationem habnit; consequenter vero signific ans eum, qui filiationem συνεπιδέχεται τῇ σημασίᾳ, id est, filiationem consuscipit significatione, & secundum veritatem dignitatem participat unione cum Verbo facta.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Numquid desistent deinceps a pugna inverecunda? Discedent ne in posterum a vana contentione reverentes quod aperte dictum est? [b] *Multos* enim, inquit, *filios in gloriam adduxit.* Ecce igitur Apostolus; qui in ratione filiationis numerat cum multis hominem assumtum, qui non similiter ut illi, filiationem participat, sed quatenus per gratiam filiationem assumsit, sola divinitate naturalem filiationem habente. Liquet enim illud, quod præcipua ratio filiationis præter ceteros homines inest in ipso ex unione cum Verbo: unde in voce filii simul cum eo intelligitur, & simul accipitur. Sed contra ajunt, si dicamus duo perfecta, necessarios duos filios dicemus. Sed ecce, filius dictus est in divina scriptura, sublata divinitate, cum reliquis hominibus secundum idem collocatus & numeratus; neque continuo dicimus duos filios. Unus vero filius conceditur, quia divisio, sive discretio naturarum necessario debet permanere, & unio personæ insolubiliter custodiri. Et postquam dixit, *multos filios in gloriam adduxit*, subjungit, *auctorem salutis eorum per passionem consummare*. Videte, quomodo perspicue dicit consummasse Verbum per passiones hominem assumtum, quem auctorem salutis eorum vocavit, quippe qui primus hac salute dignus habitus, etiam aliis fuit salutis caussa.

Ejusdem ex eodem sermone sive oratione.

,, His enim omnibus secundum expositionem nomen filii imponunt; cum enim sint humana quæ dicuntur, æquum esse judicabant uti hac voce, quam quidem contigit esse ejus appellationem: & quod nomen Jesus appellatio assumti, sicut in Apostolis nomen Petri, aut Paulli, aut aliud hujusmodi, sic ei impositum est post ortum ex Maria.

Ejusdem ex eodem.

,, Sed ad hoc dicunt, quod nomen Jesus significat Salvatorem. Salvator autem quomodo, inquiunt, dicatur homo? obliti, quod Jesus dicebatur filius Nave; & quod magis mirandum est, non sic ex quopiam casu fortuito vocatus est in ortu suo, sed mutato nomine a Moyse. Liquet autem numquam illum passurum fuisse, ut hoc nomen homini imponeretur, si necessario divinam naturam significaret.

Ejusdem ex eodem.

,, [c] *Multifariam multisque modis olim Deus locutus patribus in Prophetis, in novissimis diebus locutus est in filio.* Aperte heic, cum ait *in filio*, in homine dicit.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Quare non solum filium vocat separans eum a Verbo, sed plane ostenditur collocare eum secundum rationem filiationis cum reliquis hominibus, qui filiationem participaverunt. Siquidem gratia etiam ipse filiationem participavit, non B naturaliter ex patre genitus, habens tamen præ reliquis excellentiam, quoniam ex unione cum Verbo comparavit filiationem. Quod quidem magis propriam participationem rei ipsi largitur.

Ejusdem ex eodem.

,, [d] *Et vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Ecce igitur quemadmodum evangelizans ortum ex Maria secundum carnem, Jesum quidem vocari jubet; filium vero altissimi vocandum esse prænuntiat. Consentanee illud quidem imponi jubet tamquam nomen nati; hoc vero vocandum esse prædicit, quia erat honoris symbolum nomen, quem hono- C rem confirmabat deinceps rei participatio.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Manifestum autem est, quod in distinctione naturarum necessario nobis observatum est scire, quod Deus Verbum secundum naturalem generationem filius esse dicitur; homo autem multo majore dignitate filii, quam secundum ipsum conveniebat, frui dicitur propter copulationem cum illo filio.

Ex libro sive sermone XIII.

,, [e] *Qui manifestatus est in carne, justificatus est* D *in spiritu.* Justificatum esse in spiritu dicit, sive tamquam qui ante baptismum legem, qua conveniebat diligentia, servavit; sive tamquam qui post baptismum vitam in lege gratiæ adjumento Spiritus sancti cum multa accuratione gerebat.

Ejusdem ex eodem.

,, Nec enim quod a Joanne dictum est ei [f], *Ego opus habeo a te baptizari, & tu venis ad me?* tollet quin homo sit, qui baptizatur. Conveniet autem etiam secundum rationem humanitatis; quandoquidem secundum ipsam virtutem E multo præstantior erat quam Joannes, & propter naturam divinitatis habitantem in eo non supra Joannem tantum, sed supra omnes homines, immo supra creaturam dignitatem habere juste agnoscebatur.

Ex eodem libro.

,, Quamobrem cum Dominus vellet in usu cibi tolerantiam & virtutem ostendere, hoc inquit: Non postulat necessitas, ut fiat. Sed docens minus se cibum curare, & nihil magis quam vir-

a Heb. I. 2. b Heb. II. 10. c Heb. I. 1. d Luc. I. 32. e I. Tim. III. 16. f Matth. III. 14.

,, tutem honorare, ait illi: [a] *Non in solo pane vi-* A
,, *vet homo, sed in omni verbo quod procedit de ore*
,, *Dei*.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Hoc enim diabolus studuit suadere illi, quod
,, nulla esset Dei cura de eo; idcirco ajebat: [b] *Si fi-*
,, *lius Dei es*, fac hoc; id est, demonstra re ipsa,
,, quod curam de te habet Deus. Ipse autem dia-
,, bolus magna promittebat, ut per illam suasionem
,, a Deo illum alienaret, & disjungeret; per pro-
,, missiones vero sibi conciliaret & adjungeret: &
,, prima tentatione panem proponit, ut voluptate
,, ad experientiam provocaret. B

Ex eodem.

,, Quocirca Dominus cum eum ter vicisset, vi-
,, ctoriam de eo reportatam nobis donavit. Cum
,, enim non petisset a Deo, ut fieret panis, demon-
,, stravit se vincere voluptatem: cum vero non pro-
,, jecit se deorsum, gloriam neglexit, suadens omni-
,, bus, non se hanc curare: tertia tentatione cum
,, vicisset bona hujus mundi, demonstravit se pro
,, pietate in Deum nullis bonis mundi hujus supe-
,, rari.

Ejusdem ex libro XIV.

,, Hinc igitur tantus honor habitus est homini,
,, qui habitus est dignus inhabitatione divina, &
,, ut sederet ad dexteram Patris, atque ab omni
,, creatura coleretur. Nec enim Deus sic simplici-
,, ter, & sine aliqua utili ratione hominem assu-
,, meret, sibique uniret, faciens ut ab omni crea-
,, tura adoraretur, justumque esse vellet, ut na-
,, turæ intellectiles eum colerent, nisi quæ circa
,, illum facta sunt, commune omnis creaturæ be-
,, neficium esset.

Ex eodem libro.

,, Hoc ipsum dicemus juste etiam in Domino, D
,, quod Deus Verbum cum sciret ejus virtutem,
,, ut qui secundum præcognitionem statim a prin-
,, cipio in ipsa formatione voluit inhabitare in eo,
,, & sibi eum unire habitudine voluntatis, majo-
,, rem quamdam gratiam ipsi præbebat, utpote gra-
,, tia in eum collata, ad omnes homines deinceps
,, manatura. Unde & propositum ipsi circa honesta
,, sincerum & incorruptum servabat. Non enim hoc
,, dicemus, quod nihil propositum habebat hic ho-
,, mo, sed potius, quod propositum sibi habebat
,, quod honestum erat, immo plurimus illi hone-
,, statis & virtutis amor secundum propositum in-
,, erat & vehemens odium in contrarium. Serva-
,, bantur autem illi integra quæ ad propositum E
,, pertinebant, a divina gratia: sciebat quippe Deus
,, optime a principio, qualis esset, & ad hujus rei
,, confirmationem multam ei operam inhabitatione
,, sua pro salute nostra adjungebat. Unde non pot-
,, est dici injustitiæ esse, aliquid eximium præ ce-
,, teris omnibus tributum esse homini a Deo as-
,, sumto.

Ejusdem ex libro XV.

,, Cum igitur interrogant, an sit Maria ἀνθρω-
,, ποτόκος ἢ θεοτόκος, id est, hominipara, an
,, Deipara, dicatur a nobis utrumque; illud qui-
,, dem natura rei, hoc vero [1] relatione. Homini-
,, para quidem natura, quandoquidem homo erat
,, qui in ventre Mariæ fuit, & ex eo prodivit:
,, Deipara vero, quia Deus erat in homine quem
,, peperit, non circumscriptus secundum naturam,
,, sed in ipso exsistens secundum habitudinem vo-
,, luntatis.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Magis enim perturbabatur Dominus, magis-
,, que certabat cum passionibus animæ quam corpo-
,, ris; & fortiore ratione voluptates coercebat, di-
,, vinitate scilicet media, & adjuvante eum ad
,, perficiendum.

Ejusdem hæretici Theodori ex libro IV.
contra Apollinarium.

,, Dixisti dedisse tibi quosdam ex nostris, quæ
,, a nullo data sunt eorum qui studuerunt eccle-
,, siasticam sententiam amplecti. Percunctabamur
,, enim, an confiterentur, Deum Verbum factum
C ,, esse hominem? Aut quomodo induxisti, illud de-
,, derunt? Aut quis mente præditus dicat, ut vos
,, dicis, Verbum factum esse hominem, nisi prius
,, ex amentia vestra ægrotet? nos enim assumsisse
,, quidem hominem asseveranter dicimus; factum
,, vero esse hominem, ut vos sentitis, numquam
,, dicere possumus.

Ejusdem ex eadem tractatione libro III.
tamquam ex persona Christi sic ait.

,, Ego, quem videtis, nihil quidem facere pos-
,, sum secundum propriam naturam, quippe qui
,, sum homo; operor vero, quia [c] *manens in me*
,, *Pater* omnia facit; *quia* enim inquit, *ego in*
,, *Patre, & Pater in me*. Deus autem Verbum
,, unigenitum in me, patet quod Pater cum ipso
,, in me & manet, & opera facit. Neque miran-
,, dum est, quod hoc in Christo existimemus, cum
,, ipse aperte dicat de reliquis hominibus: [d] *Qui di-*
,, *ligit me, sermonem meum servabit; & Pater meus*
,, *diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem*
,, *apud eum faciemus*. Si enim apud unumquem-
,, que talium Pater, & Filius mansionem faciunt;
,, quid mirum, si in Domino Christo secundum
,, carnem, ambo simul existimentur manere com-
,, munione secundum substantiam, admittente, sicut
,, consentaneum est, communionem participationis?

Ex eadem tractatione libro IV.

,, Qui est, inquit, ante sæcula, factus est in no-
,, vissimis; hoc rursus dicit tamquam quidam hoc
,, dedissent, & hoc dicerent: cum nemo eorum
,, qui pii esse studuerunt, morbo hujus dementiæ
,, laborare voluerit, ut diceret eum, qui est ante sæ-
,, cula, factum esse in novissimis diebus.

a Matth. IV. 4. b Ibid. ℣℣. 3. 6. c Joan. XIV. 10. d Ibid. ℣. 23.

1. *Relatione*] ἀναφορᾷ: nam secundum Theodorum hæreticum, Deus Verbum erat in illo homine, quem D. Virgo peperit; κατ' ἀξίαν, secundum dignitatem, κατὰ σχέσιν γνώμης, secundum habitudinem voluntatis, κατ' ἀναφοράν, secundum relationem, κατ' ἐνέργειαν, secundum operationem; idem omnino pluribus verbis significans: ponebat itaque unionem ἀξιωματικὴν, γνωμικὴν, ἐνεργητικὴν, συνεργητικὴν, ἀναφορικὴν. Tur.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

Et post alia.

„ Igitur sequentes leges vestras, & conversionem „ acuminis tui, immo eversionem amplectentes & „ approbantes, age, confundamus omnia in ipso; „ & nulla sit deinceps distinctio non formæ Dei, „ non formæ servi, non templi assumti, non habi- „ tantis in templo, non templi soluti, non exci- „ tantis templum, non consummati in passionibus, „ non ejus qui consummavit, non memorati, non „ memorantis, non visitati, non visitantis, non „ minuti paullo minus ab angelis, non minuentis, „ non gloria & honore coronati, non coronantis; „ non constituti in opera manuum Dei, non con- „ stituentis, non accipientis ea in subjectione, non „ dantis subjectionem.

Ex libro III. *ejusdem tractationis.*

„ Sed Deus & ex Deo, consubstantialis Patri „ inerat (o admirande) in genito ex virgine, & „ ab Spiritu sancto secundum scripturas formato, „ & in ventre muliebri concreto, ut par erat, post- „ quam simul & formatus est, accepit, ut esset „ templum Dei; non tamen existimandum est no- „ bis genitum esse Deum ex virgine, nisi putan- „ dum est nobis, idem esse genitum, & quod est „ in genito, templum & Verbum quod est in tem- „ plo: neque, ut tu loqueris, dicendum nobis est „ ullo modo, genitum ex virgine Deum esse ex „ Deo consubstantialis Patri. Si enim non est ho- „ mo, ut dicis, assumtus, qui ex virgine natus „ est; Deus autem incarnatus est, quomodo geni- „ tus, Deus ex Deo & consubstantialis Patri di- „ cetur; cum caro non possit hanc vocem admit- „ tere? Est enim fatuum dicere, esse Deum ex vir- „ gine genitum. Hoc enim nihil aliud est, quam „ dicere Deum esse ex semine David, ex substan- „ tia virginis editum, & in ipsa formatum: siqui- „ dem quod ex semine David, & ex substantia vir- „ ginis concretum est in materno utero, & virtu- „ te Spiritus sancti formatum, ex virgine factum „ esse dicimus.

Ejusdem ex IV. *libro contra Apollinarium.*

„ Hominem vero, de quo hæc ait Propheta, „ aperte declarat beatus Paullus assumtum ab uni- „ genito hominem esse, cum enim dixisset: [a] *Testa- „ tus est autem in quodam loco quis dicens: Quid „ est homo, quod memor es ejus, aut filius ho- „ minis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paul- „ lo minus ab angelis, gloria & honore coronasti „ eum, & constituisti eum super opera manuum tua- „ rum. Omnia subjecisti sub pedibus ejus*; sub- „ jungit: *Eum autem qui modico quam angeli „ minoratus est, videmus Jesum propter passionem „ mortis gloria & honore coronatum*; clare de- „ monstrans, quod Jesus est homo, de quo beatus „ David loquitur admirans, quod divina natura „ passa est memoriam quidem ejus haberi, & eum „ visitatione sua dignum habuit, ac paullo quidem „ minus ab angelis minuit, ac fecit, ut gustaret „ mortem, gloria vero & omni honore induit; „ ita ut Dominum universorum per copulationem „ cum eo declararet.

Ejusdem ex interpretatione Psalmi VIII.

„ Propter hoc igitur differentiam hominis as- „ sumti tantam nobis Psalmus demonstrat. Repe- „ riuntur autem hæc divisa in novo Testamento. „ Dominus quidem priora in Psalmo ad se ipsum „ refert, & de se accipit, in quibus ait se esse au- „ ctorem creaturæ, magnificentiamque habere supra „ cælos evectam, factumque se mirabilem in uni- „ versa terra. Apostolus vero secundam partem „ Psalmi de homine accipit & interpretatur, qui „ tanto beneficio filii dignus est habitus. Quomo- „ do igitur non est perspicuum, quod divina scri- „ ptura plane docet nos, alium esse Deum Verbum, „ alium vero hominem? ille memor est, hujus me- „ moria habetur; ille visitat, hic qui tanta visita- „ tione habitus sit dignus, beatus prædicatur; ille „ beneficii gratia paullo minus ab angelis minuit, „ hic beneficium fert in hujusmodi minutione. At- „ que ille quidem gloria & honore coronat, hic „ autem coronatur & in iis laudatur. Ille consti- „ tuit ipsum super omnia opera manuum suarum, „ & omnia subjecit sub pedibus ejus: hic autem „ habitus est dignus, ut horum Dominus esset, quo- „ rum prius potestatem non habebat.

Atque hæc quidem impius Theodorus rabie in magnum Deum & Salvatorem nostrum Jesum Christum percitus blaspheme scripsit, dicens alium esse Deum Verbum, & alium Jesum Christum: illum beneficio afficientem, hunc beneficio affectum; illum salvum facientem, hunc salvum factum. Qui autem hæc dicit, manifesto negat salutem per Christum allatam. Qui enim ab alio beneficium accipit, id est, qui factus est salvus; quomodo poterit alios salvos facere? Qui hæc sentiunt, cujus corpus & sanguinem se putant in communione sumere, ejus qui beneficium contulit, an qui beneficium accepit? Si Dei Verbi beneficium conferentis, quomodo hoc dicunt, non confitentur eum incarnatum esse? Si vero beneficium accipientis, inanis est eorum spes anthropolatriam profitentes. Et qui in homine spem collocant, maledicti sunt. Qui coluerunt & servierunt creaturæ præter creatorem qui est benedictus in sæcula. Amen.

Necessarium existimavi, ejus qui fuit princeps auctor hujus impietatis, paucas auctoritates apponere, ex quibus licet perspicere, connexos fuisse ipsos in hac impietate.

Diodori ex libro I. *contra Synusiastas.*

„ Hortor vos, ut muniti sitis & firmi ad di- „ ligentem cognitionem dogmatum. Perfectus an- „ te sæcula filius; perfectum, quod ex David as- „ sumsit; Filius Dei, filius David. Dices mihi, „ duos igitur filios prædicas. Duos filios David „ non dico, non enim dixi Deum Verbum filium „ David. Sed neque duos filios Dei secundum „ substantiam dico: nec enim dico duos ex substan- „ tia Dei, cum dico Deum Verbum ante sæcula „ habitasse in genito ex semine David.

Ejusdem ex eodem libro.

„ Gratia filius, homo ex Maria natus; natura „ autem Deus Verbum: illud gratia & non natu- „ ra; hoc autem natura, & non gratia. Sufficiet „ corpori ex nostro genere filiatio secundum gra- „ tiam, gloria, immortalitas, & quod templum „ Dei Verbi factum est. Ne elevetur supra natu-

a Heb. II. 6 - 9.

,, ram; & Deus Verbum loco actionis gratiarum
,, quam debemus, ne contumelia afficiatur: & quæ
,, contumelia? Componere eum cum corpore, &
,, existimare opus illi esse corpore ad perfectam fi-
,, liationem. Nec enim ipse Deus Verbum vult
,, esse filius David, sed Dominus. Corpus vero vo-
,, cari filium David non modo non invidit, sed
,, propter hoc venit.

Et post alia.

,, Et quando de generationibus secundum natu-
,, ram fuerit sermo, ne filius Mariæ putetur Deus
,, Verbum; mortalis enim mortalem generat secun-
,, dum naturam, & corpus generat consubstantia-
,, le. Et duas generationes Deus Verbum non sub-
,, stinebat, una ante sæcula, alteram posterioribus
,, temporibus.

Ejusdem Diodori ex eodem libro.

,, Si quis voluerit filium Dei Deum Verbum no-
,, minare καταχρηστικῶς, id est, per abusionem,
,, filium David propter templum Verbi Dei ex Da-
,, vid, nominet: & genitum ex semine David fi-
,, lium Dei gratia, & non natura vocet: non igno-
,, rans patres naturales, nec ordinem pervertens,
,, neque dicens incorporeum, & ante sæcula esse ex
,, Deo & David, passum & impassibilem.

Ejusdem ex eodem libro.

,, Filius Dei propter nullum; caro filius propter
,, filium; & quid dico propter filium? Propter
,, nos caro. Et ne existimetis blasphemum esse
,, verbum, petite demonstrationes. Si homines
,, non peccassent, non opus fuisset lege: [a] *Justo enim*
,, *non est posita lex*. Si non auxissent peccatum qui
,, erant in lege, non opus fuisset gratia. An quia non
,, poterat lex peccatum occidere, non propter nos car-
,, nem sumsit, ut morti & sententiæ mortis reme-
,, dium afferret crucifixus & mortuus, ac suscita-
,, tus? Si non fecisset progressum fallacia, & sen-
,, tentia mortis contra nos, quid opus erat ista ser-
,, vatoris œconomia? Quid opus erat induere cor-
,, pus? Nonne propter nos carnem accepit?

Sed tempus jam vocat nos, ut primum parentem hujus impietatis a quo semina acceperunt, in medium afferamus. Hic est Paullus zizanium diaboli amarum, Samosatis ortum. Immo & Nestorii qui fuit postremus illius radicis surculus, fructum pestilentem oportet publice vituperare, ut inter extrema par illustre & blasphemum duorum interjectum, Diodorum dico & Theodorum, apte & apposite locatum noscatur. Fortasse sero tandem poterunt ab ebrietate ad sobrietatem redire, si semel intellexerint, ad quos, & quantos malorum suorum patres eorum prima cognitio pertineat; & quod ex illis hic postremus per intermedios ramus impietatatis natus est, cujus fructum certatim metentes, satiari properant. Est autem proposita utriusque confutatio Paulli scilicet & Nestorii ex testimonio publice proposito, ut ajunt, [1] ab Eusebio, qui tunc florebat in judicandi potestate, postea autem præfectus fuit ecclesiæ Dorylensium, qui divino zelo, ut testantur, incensus primus hæresim Nestorii, & Eutychis deprehendit & convicit, infinitis periculis pro pietate objectus. Audi igitur eum, quibus, & cujusmodi blasphemiis ex Paullo Samosatensi collectis, Nestorii blasphemias conjunxit, & unam utriusque mentem amentissimam esse demonstravit. An vero est ab harum Sirenum cantibus Theodori dico & Diodori canticum mortiferum discrepet, iis qui sine periculo audire & judicare possunt, judicium committimus.

Testimonium in loco publico propositum & in ecclesia publicatum.

,, Adjuro eum qui hanc chartam acceperit, per
,, sanctam Trinitatem, ut ostendat episcopis, pres-
,, byteris, diaconis, lectoribus, laicis habitantibus
,, Constantinopoli, adhuc etiam, ut exemplum ejus
,, det illis ad confutationem Nestorii hæretici, quod
,, sentit idem cum Paullo Samosatensi anathemati-
,, zato ante annos centum sexaginta ab episcopis
,, orthodoxis. Sunt autem, quæ ab utroque dicta
,, sunt, hæc:

Paullus dixit.

,, Maria non peperit Verbum. Nestorius consen-
,, tiens dixit, non peperit, o bone, Maria divi-
,, nitatem. Paullus dixit, nec enim erat ante sæ-
,, cula. Nestorius dixit, & [2] matrem ex tempore
,, attribuunt Deo auctori temporum. Paullus dixit,
,, Maria Verbum suscepit, & non est senior Verbo.
,, Nestorius dixit, Quomodo igitur Maria antiquio-
,, rem se peperit? Paullus dixit, Maria peperit ho-
,, minem nobis æqualem. Nestorius dixit, homo qui
,, natus est ex virgine. Paullus dixit, præstantio-
,, rem in omnibus, quia ex Spiritu sancto & ex
,, promissionibus, & ex scriptis gratia in ipso. Ne-
,, storius dixit, [b] *Vidi enim*, inquit, *Spiritum descen-*
,, *dentem tamquam columbam & manentem super*
,, *eum*; quod ei donavit assumtionem. [c] *Præcipiens*
,, *Apostolis*, ait, *quos elegit per Spiritum sanctum,*
,, *assumtus est*: hunc dico Spiritum, qui tantam
,, Christo largitus est gratiam. Paullus dixit, ne
,, autem ex David unctus, alienus sit a sapientia,
,, neque sapientia in alio sic habitet: etenim in
,, prophetis erat, magis autem in Mose & in mul-
,, tis dominis, magis autem in Christo tamquam in
,, templo. Et alibi dicit, alium esse Jesum Chri-
,, stum, & alium Deum Verbum. Nestorius dixit,
,, non esse possibile eum qui est ante sæcula, aliud
,, genitum esse, idque divinitate.

Ecce aperte dicit Nestorius, non est natus ex Maria, qui est genitus ex Patre. Ecce convenit cum Paullo hæretico, qui ait alium esse Verbum, & alium Jesum Christum, & non unum, ut fides recta prædicat. Hactenus testimonium.

Paulli Samosatensis.

,, Homo ungitur: Verbum non ungitur. Naza-
,, ræus ungitur, Dominus non ungitur. Etenim
,, Verbum majus erat Domino Christo. Christus
,, enim per sapientiam magnus factus est; Verbum
,, autem ἄνωθεν, id est, de supernis: Jesus autem
,, Christus homo hinc. Maria Verbum non pepe-
,, rit, nec enim erat ante sæcula Maria: non est
,, senior Verbo Maria; sed hominem nobis æqua-
,, lem peperit, præstantiorem vero in omnibus,
,, quia ex Spiritu sancto.

a I. Tim. I. 9. b Joan. I. 32. c Act. I. 2.

1. *Ab Eusebio*] Hujus Eusebii celebris mentio est passim apud veteres, maxime in concilio Chalcedonensi, Act. I. Indefessus Nestorii & Eutychis oppugnator fuit. Tur.

2. *Matrem ex tempore*] μητέρα χρονικὴν. Id.

Ejusdem ex dialogo contra Malchionem.

,, Ut nec unctus ex David alienus sit a sapientia; neque sapientia in alio habitet.

Ejusdem.

,, Qui videbatur, non erat sapientia: non enim poterat reperiri in figura, sive habitu; nec in spectatione viri: major enim est iis quæ spectantur.

Nestorii.

,, Magna res fuit virgini Christiparæ parere humanitatem divinitatis Dei organum; quod satis ei erat ad honorem excellentem genuisse scilicet mediatorem dignitate Dei copulatum.

Hæc nos pauca ex multis contulimus & comparavimus, ut ostenderemus consensionem & convenientiam horum cum antiquis hæreticis eorum patribus. Potest qui voluerit, legere epistolam encyclicam scriptam contra Paullum Samosatensem a sancta synodo depositum, & dialogum quem contra eum Malchion presbyter disputans scripsit. Certo enim cognoscet, quam verus illius discipulus sit Theodorus; fere enim eisdem verbis utitur, ut horum libri non scripti, sed transscripti videantur; C vel potius illa Paulli translata a Theodoro in sua. Quomodo autem de unione sancti patres, & ecclesiæ quas gubernabant a principio senserint, ex sancta synodo contra Paullum Samosatensem habita, clare licet cognoscere, in quibus præter alia, de his eum accusant his verbis.

,, Ait igitur in commentariis, (de Paullo loquuntur) servare dignitatem sapientiæ.

Et post alia.

,, Si autem secundum formationem & gubernationem copulatus erat, homini hoc accidere. *Et rursus*: Non enim congeneratam fuisse cum D humanitate sapientiam, ut nos credimus, substantialiter, sed secundum qualitatem.

Et post alia.

,, Quid autem vult dicere aliam esse & diversam formationem Christi a nostra, volentibus nobis [1] in hac maxima una re differre ipsius constitutionem a nostra, quod scilicet in ipso sit Verbum quod in nobis homo interior.

Et postea.

,, Si dicere habitasse in eo sapientiam, sicut in E nullo alio; hoc modum quidem inhabitationis eumdem declarat, mensura vero & multitudine excellit; verbi gratia, duplo plus, aut quomodocumque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoscente ipso a sapientia. Hoc autem nolunt catholici & ecclesiastici canones, sed potius illos quidem participasse sapientiam foris inspirantem, quæ alia est apud ipsos; ipsam vero sapientiam per se ipsam substantialiter in corpus ex Maria venisse.

A

Et post alia.

,, Ac dicunt, non esse duos filios. Si autem filius est Dei Jesus Christus; filius vero etiam sapientia; & aliud est sapientia, & aliud Jesus Christus: duo sunt filii.

Et postea.

,, Copulationem [2] vero cum sapientia aliter intellige B secundum disciplinam & participationem; non autem secundum substantiam in corpore formatam.

Et post alia.

,, Neque Deus, qui corpus humanum ferebat & induerat, passionum humanarum principaliter expers erat; neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat, & per quem hæc opera faciebat. Formatus est principaliter ut homo in ventre; & [3] secundario Deus erat in ventre συνουσιωμένος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id est, copulata substantia ejus cum homine.

Confutatio ex Actis contra Paullum Samosatensem a Malchione.

,, Nonne ante dicebam, quod non concedis filium unigenitum qui est ex æternitate ante omnem creaturam, in toto Salvatore οὐσιῶσθαι? id est, unitum esse secundum substantiam?

S. Gregorii ex epistola prima ad Cledonium. Allata sunt in synodo Ephesina contra Nestorium habita.

,, Si quis non putat sanctam Mariam esse Θεοτόκον, id est, Deiparam, separatus a Deo est. Si quis tamquam per canalem virginis transisse, & non in ipsa formatum dicit, divine simul & humane, divine quidem quia sine viro, humane vero, quia lege κυήσεως, id est, parturitionis, similiter impius. Si quis formatum esse hominem, & postea subisse Deum dicit, damnatus est; non enim est hoc generatio Dei, sed fuga a generatione. Si quis introducit duos filios, unum quidem ex Deo Patre, secundum vero ex matre, & non unum & eumdem, excidat ab adoptione filiorum promissa recte credentibus. Naturæ enim duæ Deus & homo; siquidem homo est [4] anima & corpus; filii vero non duo, neque Dei; nec enim hic in anima scilicet & corpore duo homines, etsi sic Paullus appellavit quod est intra hominem, & quod extra. Denique si summatim dicendum est, aliud quidem & aliud ea, ex quibus Salvator; siquidem non est idem invisibile, quod visibile; nec idem sine tempore, quod sub tempore; non autem alius & alius, absit. Utraque enim unum in unione, Deus qui-

1 Nos dicimus, quod homo exterior & interior sunt una persona: sic Deus Verbum & humanitas assumta sunt una persona, quod negat heic Paullus. CAN.

2. Συνάφειαν, humanitatem ajebat Paullus unitam esse cum sapientia, sicut disciplina unitur cum discente per participationem. ID.

3. *Secundario*] κατὰ δεύτερον λόγον. TUR.

4. Athanasius adversus eos, qui dicunt Christum esse unam naturam compositam. Anima & corpus partes hominis sunt, quia neutrum horum sine altero consistit, neque natura definitionem conservat. In Christo autem neque caro est pars Verbi, neque Verbum pars carnis, utrumque enim horum perfectam naturam ostendit. Aliud est enim ex duabus partibus essentiam absolvi, ut in homine; aliud, duas essentias conjungi, quarum utraque perfecta sit, ut in Christo. CAN.

„ dem factus homo; homo vero factus Deus vel A „ Deificatus; sive quo alio modo nominetur. Dico autem aliud quidem & aliud, contra atque „ in sancta Trinitate, illic enim alius & alius, „ ne hypostases confundamus; non autem aliud & „ aliud, unum enim & idem divinitate, tria. Si quis „ tamquam in Propheta dicit, secundum gratiam operatum esse, & non secundum substantiam copulatum & conformatum esse, sit vacuus a meliore operatione, immo plenus contraria. Si quis „ ex operibus perfectionem assecutum esse; aut post „ baptisma, vel post resurrectionem filium esse adoptatum a Deo, sicut gentiles quos falso adscriptos inter B „ deos introducunt, sit anathema: quod enim cœpit, „ [1] vel progressum facit vel perficitur, non est „ Deus, etsi propter ostensionem sui paullatim factam sic dicatur: sed qui erat natura Deus generatur homo, ut unus sit utrumque, perfectus „ in omnibus, naturalem & verissimam generationem demonstravit.

S. Gregorii episcopi Nysseni ex Catechetico.

„ Sed parva, inquit, res est & facile præfinita, „ humana natura; infinita vero divinitas. Quomodo C „ igitur infinitum individuo circumscribi potest? „ Et quis hoc dicit, quod circumscriptione carnis „ tamquam in vase quodam infinitas divinitatis „ comprehensa est? Nec enim in vita nostra natura intelligens intra terminos carnis includitur. „ Quin potius magnitudo corporis suis partibus circumscribitur: anima vero motionibus mentis per „ omnem creaturam se facultate sua explicat, usque ad cælos ascendens, super abyssos inambulans, in latitudinem orbis pervadens, & ad inferiores partes terræ per curiositatem penetrans. „ Sæpe etiam miracula cælestia considerat, nihil a D „ navicula corporis retardata. Si autem anima hominis corpori secundum necessitatem naturæ admista, ubique secundum potestatem adest; quid „ necesse est dicere natura carnis coerceri divinitatem; & non potius per exempla quæ capere „ possumus, conjecturam quamdam de divina incarnatione ducere?

Sancti Ephræm ex Oratione in Margaritam contra Marcionem.

„ Quæ vides & attrectas, sint tibi testimonium, natura scilicet quam nescis explicare, „ quod filius sine semine nascitur, & duo contraria secundum substantiam conspirarunt ostensa „ hypostasi in unaquaque natura.

Ex synodica epistola S. Cyrilli ad Nestorium.

„ Si vero unionem secundum hypostasim vel „ tamquam impossibilem, vel tamquam indecoram recusemus; incidimus in errorem dicendi „ duos filios.

S. Isidori eremitæ ad Archibium presbyterum contra Nestorium.

„ Dixisti te non intelligere illud, [a] *in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*; ego „ vero arbitror dictum esse *corporaliter* pro eo, „ quod est substantialiter: non enim operatio divinitatis quam substantia divinitatis parit, templum illud purum & impollutum gubernabat, „ sed substantia quæ infinitas operationes habet: „ non particulare charisma, sed fons bonorum. „ Sic, inquit, qui simul cum Patre regnat & gubernacula cælestium tenet & terrena moderatur, „ homo factus est.

Arbitror per omnia demonstratum esse, opinionem Theodori & sectatorum ejus eamdem esse, quæ Paulli Samosatensis; & a sanctis patribus differre, eisque adversari. Pendeat ex potestate legentium adhærere veritati, & dare huic, ut ferat præmium victoriæ.

1. Non proficiebat sapientia & gratia Christus secundum humanitatem nisi κατὰ τὴν ἀνάδειξιν, CAN.

C A N I S I U S
AD LECTOREM.

CUm Leontius in libro de Hæresibus *Act.* VIII. E percenseret, quænam Severiani argumenta ex libris patrum objicere solerent: sic inter cetera scribit: Producunt & aliam auctoritatem ex Erechthio, cujus inter patres nec auditum est umquam nomen. Adeo quidem, ut cum Timotheus contra synodum scripsisset, & auctoritatem Erechthii citasset, Cyrus qui apud ipsum presbyteri loco esset, his ad eum verbis perscripserit: mallem hoc te corrigere: nam Erechthii nomen inter patres auditum numquam fuit. *Hæc Leontius Timotheo hæretico Severiano, de cujus opere adversus synodum Chalcedonensem fortassis* fragmentum *est hoc, quod inter clarissimi Turriani schedas repertum, Leontio adjicere placuit; ut Leontio de Erechthio & Timotheo scribenti lux inde accendatur.*

Auctoritates sanctorum patrum contra eos, qui dividunt in duas naturas unum Dominum Jesum Christum post unionem: collecta a quodam hæretico, sive is Timotheus, sive quis alius fuerit.

„ Beati Erechthii episcopi Antiochiæ in Pisidia „ ex homilia recitata in sancta Epiphania in ecclesia Constantinopolitana sedente beato episcopo „ Proclo. Ex magno propheta Esaia audivimus, „ cum ait: [b] *Puer natus est nobis, & filius datus* „ *est nobis, cujus principatus super humerum ejus;* „ *& vocatur nomen ejus magni consilii angelus,* „ *admirabilis, consiliarius, princeps pacis, pater* „ *futuri seculi.* Ne igitur aliquis Judaicus surculus vos decipiat: sic enim appellandi sunt, qui „ hæreticos sectantur, quasi alius sit, qui natus est; & alius, qui in eo habitavit Deus; & „ quasi duæ sint ejus qui natus est, naturæ. Si „ quis enim hoc de Emmanuele dicere ausus fu-

a Coloss. II, 9. b Isa. IX, 6.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

„ erit, oppone ei hoc solum nomen, Memoria A „ hujus nominis erit ei frenum silentii. Non enim „ duas naturas, sed Deum incarnatum virgo my- „ stice peperit, cum Spiritus sanctus in eam su- „ pervenisset. Etenim si Christus esset fetus femi- „ nis humani, concederem fructum secundum na- „ turam imitari radicem. Sin vero est ex Spiritu „ sancto, secundum vocem archangeli, Deus est „ qui natus est, quia Deus est caussa ortus.

Beati Theodoti episcopi Ancyræ.

„ Qua de caussa passiones hominum fecit pro- B „ prias? Quia volebat passionem passione tollere, „ & morte mortem consumere; & quia voluit si- „ milia similibus expugnare, propriam facit cru- „ cem; propriam facit alapam; suum facit vincu- „ lum & ligationem. Et factæ passiones Dei po- „ testatem accipiunt contra passiones. Non enim „ natura Dei affecta est injuria, neque propria „ mutatione passiones suscepit. Et vires accepe- „ runt a Deo passiones contra similes passiones. „ Deinceps enim mors tamquam Dei facta, mor- „ tem delet, & mortuus tyrannidem mortis dis- C „ solvit.

Cyrilli ex epist. ad Successum.

„ Quid necesse est pati eum in propria natura, „ si dicitur post unionem una natura filii incarna- „ ta? Et paullo post: Temere nugantur qui ajunt „ sequi, oportere eum in propria natura sustinere „ passionem, supposita carne, circa quam accidere „ pati, consentanee intelligitur, Verbo remanente „ impatibili. Sed non propterea extra passionem D „ eum ponimus. Sicut enim factum est corpus pro- „ prium ejus, sic omnia corporis, excepto solo „ peccato, nihilo minus ejus esse dicentur, se- „ cundum œconomiam, οἰκείωσιν, id est, appro- „ priationem.

Beati Theodoti episcopi Ancyræ.

„ Tamquam unum & eumdem esse divine qui- „ dem glorificatum, & humane patientem, o- „ mnes nobis fatebuntur, qui unionem divinitatis „ & humanitatis fatentur. Quod enim unitum „ est, non jam duo, sed unum nominatur. Quod „ si unum, quæ rursus παρείσδυσις, id est, oc- „ cultus aditus? Quid unumquodque privatim „ consideras? Ergo solvis unionem. Fieri enim „ non potest, ut servetur unio, & unumquodque „ privatim spectetur. Quin potius quod unitum „ est insolubiliter, unum factum est, & non sunt „ jam duo. Sed cogitatione, inquit, separo. Igi- „ tur eadem cogitatione unionem solvisti: ut enim „ separas alterum ab altero, sic unionem scindis. „ Quid igitur dissolvis œconomiam salvatoris, cum „ duo intelligis, & unionem rejicis? Et paullo „ post: Si enim ratione unis, ne scindas cogita- „ tione: sin vero cogitationibus scindis, unionem „ negasti. Ne igitur ad naturas separatas deducas „ cogitationem, Deo summam unionem operante: „ crede miraculo, & ne scruteris ratiocinationibus „ quod factum est, ne dissolvas miraculum, dum „ contendis reperire rationem. Non enim manet „ admirabilis ratio, si noscitur.

„ Ejusdem: Ubi est qui dividit Christum? Ubi „ qui mysterium nostrum vertit in homonymiam? „ Cum unum Christum dicit, & duos subjicit, „ unum quidem servum, alterum vero dominum; „ unum patientem, alterum non patientem: quæ „ utilitas unius nominis, duabus rebus subjectis?

„ Ejusdem: Quomodo propter nos factus est „ pauper, dicant, qui humanitatem a Verbo divi- „ dunt? Qui unitum disseparant memoria duarum „ naturarum? Qui duo quædam dicunt Chri- „ stum, & unum sola cogitatione ad apologiam „ afferunt?

CANISII

Annotatio in præcedens fragmentum.

Ut hodie hæretici citant sanctos patres; ita & olim citabant; perperam nimirum, impudenter & depravate. Nihil opus exemplis. Vel iste quisquis fuit, satis exempli suppeditat: qui tam audacter S. Cyrillum & Theodotum Ancyranum testes laudat, quasi Severianæ impietati patrocinarentur. De loco Cyrilli fuse disputat Eulogius patriarcha Alexandrinus apud Photium in bibliotheca, & concilium Chalcedonense Act. I. *Damascenus lib.* III. *de fide orthodoxa cap.* VII. *& alii.*

De Theodoto Ancyrano hæc Gennadius in catalogo scriptorum ecclesiasticorum. Theodotus Ancyranus Galatiæ episcopus scripsit adversus Nestorium adhuc Ephesi positus librum redargutionis & confutationis: dialectica quidem arte ordinatum, sed E auctoritate sanctarum scripturarum detextum; multis enim assertionibus usus est, antequam scripturarum testimonia poneret. *Hæc Gennadius. Subscripsit hic Theodotus in concilio Ephesino cum reliquis episcopis exauctorationi Nestorii. Exstat tom. secundo synodi Ephesinæ edit. Peltani cap.* X. *De eodem Trithemius lib. de scriptoribus ecclesiasticis. Clarus fuit inter patres concilii Ephesini: in quo tres ejus leguntur homiliæ: una contra Nestorium: duæ in natalem Salvatoris nostri.*



LEONTII BYZANTINI LIBER

In eos, qui proferunt nobis quædam Apollinarii, falso inscripta nomine sanctorum Patrum.

A Canisio primum ex m. s. in lucem editus.

Interprete Francisco Turriano, S. J.

Quidam ex hæresi Apollinarii vel Eutychis vel Dioscori, cum vellent suam hæresim confirmare, quasdam orationes Apollinarii Gregorio Thaumaturgo, aut Athanasio, aut Julio inscripserunt, ut simpliciores fallerent; quod quidem perfecerunt: auctoritate enim hujusmodi personarum fide digna multos Ecclesiæ catholicæ capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris librum Apollinarii cui titulus, ἡ κατὰ μέρος πίστις, fides particularis, inscriptum Gregorio; & quasdam ejus epistolas inscriptas Julio: & alias ejus de incarnatione orationes vel expositiones Athanasio inscriptas. Cujusmodi est quæ inscripta est expositio consentiens cum expositione trecentorum decem & octo: neque solum has, sed alias hujusmodi. Fiet autem tibi hoc manifestum, & cuivis veritati studioso ex iis quæ in medium afferemus tum ipsius Apollinarii, tum discipulorum ejus, ex quibus est cum aliis Valentinus.

Valentini Apollinaristæ capita Apologiæ.

„ Contra eos, qui dicunt, dicere nos esse corpus consubstantiale Deo.

Ex epistola beati Athanasii ad Epictetum episcopum Corinth.

„ Hæc autem unde exierunt? Aut qui inferi eructarunt hoc, ut corpus ex Maria diceretur consubstantiale divinitati Verbi?

Ex eadem epistola.

„ Si Verbum est homousion, id est, consubstantiale corpori, quod ex terra naturam habet; est autem Verbum homousion Patri secundum confessionem Patrum; erit igitur ipse Pater homousios corpori ex terra facto: & quid Arianos accusatis, qui dicunt filium creaturam, cum dicant etiam ipsi Patrem homousion creaturis?

Domini Apollinarii ex epistola ad Serapionem.

„ Accepi litteras caritatis tuæ, domine, & ad negotium quod quærebat qui epistolam attulit, quantum potuimus, dedimus ei operam. Epistolam vero domini mei Corinthum missam, magnopere approbavimus. Eorum autem qui dicunt carnem Deo consubstantialem, magnam insaniam damnavimus.

Et rursus ex eadem epistola.

„ Unione enim Verbi divina facta est caro, non natura; quare in unione habet, ut perseveret divina esse, sicut ipse ait; Spiritus est qui vivificat carnem. Non enim potest corpus fieri incorporeum, ut alii stulte dicunt.

Ex epistola ad Dionysium, cujus principium est, Mihi argumentum amicitiæ, cet.

„ Mihi & argumentum amicitiæ pietas est; & inimicitiæ nulla occasio in eos, qui pietatem custodiunt. Nihil novum a me ullus nunc quærat; neque requirat, ut veritatem reticeam, tamquam ex hac reticentia pacem ædificet. Quod autem nemo nobis hæc objicere potest, quæ contra quosdam dicta sunt, manifestum est ex iis quæ semper scripsimus, neque carnem Salvatoris e cælo esse; neque carnem ejusdem substantiæ esse cum Deo, quatenus est caro & non Deus; Deus autem quatenus unita est divinitati in unam personam.

Ex alia epistola ad eumdem, cujus principium, Admiror, cet.

„ Admiror cum de quibusdam audio, confiteri quidem Deum in carne, labi autem errore in divisione prave a Paullianistis introducta.

Et rursus ex eadem epistola.


„ Concessum est ut certum, corpus esse ex virgine, divinitatem e cælo. Corpus formatum est in ventre. Divinitas non creata, æterna: & in compositione perseverat corpus esse corpus; & divinitas divinitas. Si vero scriptura consuevit dicere, totum Deum, & totum hominem, sequamur divina verba; & ne partiamur impartibilia.

Ex epistola Basilii ad Terentium.

„ Accusat Joannes [a] solventem Jesum: hi autem manifeste Jesum solvunt, cum confitentur unionem cum corpore, non enim idem sibi ipsi unitur; neque consubstantiale consubstantiali, sicut istos non piget dicere. Nec enim est compositio nec copulatio, quia nihil sibi ipsi copulatur, sed alterum alteri. Si autem consubstantiale quidem est Verbum corpori, corpus vero consubstantiale Verbo, utraque autem sunt inspectabilia, sicut ait scriptura: [b] *Nemo vidit Deum, neque videre potest*: non igitur apparuit, nec attrectatus est qui inaspectabilis erat, neque verax est Joannes qui ait: [c] *Quod vidimus & manus nostræ contrectaverunt.*

a I. Joan. IV. 3. *b* Joan. I. 18. I. Tim. VI. 16. I. Joan. IV. 12. *c* I. Joan. I. 1.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



Et rursus ex eadem epistola.

„ Si quis vero vel duas personas dicit Jesum, „ vel carnem consubstantialem Deo & non carni „ nostræ, vel e cælo descendisse, & assumtam esse „ ab eo qui de cælo descendit, dicens esse divini- „ tatem patibilem, sit anathema.

Ex syllogismis, id est, ex conclusionibus rationum.

„ Si Verbum est homousion corpori, id est, „ una substantia cum corpore, & nihil ipsum sibi „ unitum est; est autem unitum corpori; non est B „ igitur homousion ipsi corpori. Si corpus est una „ substantia cum Verbo, non est spectatum & „ contrectatum, utrumque enim est inaspectabile „ & non apparens, siquidem sunt homousia, id „ est, una substantia; ait enim Joannes [a], *Vidimus* „ *& contrectavimus*; non est igitur homousios spi- „ ritus Domini & corpus; sed potius quod inaspe- „ ctabile & non tactile est, unitum est aspectabi- „ li & tactili in unitatem: quamobrem in hoc „ scilicet spectabili corpore spectabilis & tactilis „ factus est. Qui dicit corpus homousion Deo, „ blasphemia afficit Deum incorporeum, quasi cor- „ pus habeat, quoniam filius homousios Patri pro- „ prium habet etiam unitus carni; & non quia C „ est homousios Deo, idcirco divisus sit a proprio „ corpore, ne corpus existimetur esse homousion, „ id est, una substantia cum Deo.

Apollinarius, & qui mecum sunt, hæc sentimus de incarnatione.

„ Carnem homousion nostræ carni assumsit ex „ Maria Verbum Dei vivens in unionem cum di- „ vinitate ex principio conceptionis in virgine; „ atque ita factus est homo, quoniam caro & spi- „ ritus est homo secundum Apostolum: & hoc „ est, [b] *Verbum carnem factum esse*, unitum esse „ carni, ut humanus spiritus; vocatur enim ho- D „ mo similis nobis, caro; Dominus autem est su- „ pra nos homo; quamobrem & cælestis est pro- „ pter proprium spiritum cælestem, cui prudentia „ carnis non adversabatur: atque ita destruebatur „ in Christo peccatum; & dissoluta est mors ex „ peccato: & facti participes hujus operis, fide „ salvamur; & cum simus ex patre terreno, effi- „ cimur similes cælesti. Anathema igitur sit, qui „ non dicit carnem ex Maria; & qui dicit eam „ carnem esse naturæ non creatæ, & homousion „ Deo, immo & qui dicit divinitatem esse pati- „ bilem, & ex ipsa esse passiones animæ.

Et ego Jobius episcopus.

„ Confiteor Dominum Jesum Christum a sæculo „ quidem Deum Verbum sine carne, novissimis sæ- „ culis carnem ex sancta virgine unisse sibi, & es- „ se unum & eumdem Deum & hominem, unam „ hypostasim compositam, & unam personam in- „ divisibilem mediam inter Deum & homines, & „ conjungentem creaturas divisas cum creatore, „ consubstantialem Deo secundum divinitatem ex „ paterna substantia exsistentem, & consubstantia- „ lem hominibus secundum carnem ex natura hu- A „ mana ipsi unitam, adoratum & glorificatum cum „ propria carne, quoniam per ipsam facta est no- „ bis redemtio a morte, & communio cum im „ mortali: caro enim summe unita Verbo, & num- „ quam separata non est hominis, non servi, non „ creatæ personæ, sed ipsius Dei Verbi, creatoris, „ consubstantialis Deo, id est, incorporeæ substan- „ tiæ ineffabilis Patris. Eos vero qui dicunt, aut „ docent carnem Verbo summe unitam, & num- „ quam separatam esse consubstantialem Deo, id „ est, substantiæ incorporeæ; hos tamquam dissen- „ siones & scandala præter doctrinam Ecclesiæ „ quam a principio didicimus, facientes in eccle- „ siis declinamus secundum apostolicam prædica- „ tionem, & alienos existimamus, quia antiquæ „ traditioni & ecclesiasticæ paci adversantur.

Valentinus Christianus contra ea, quæ prave & impie a Timotheo & ejus sociis, & magistro eorum impiissimo Polemio docebantur.

„ Quia Timotheus primus discipulus Polemii præ „ multa vecordia contra ecclesiam excitatus, do- „ cet contra veritatem impietatem Polemii magi- „ stri sui, insane instruens socium suum Cataphro- „ nium, sicut ipse scribit aliis suæ sententiæ Pare- „ gorio, Uranio, Diodoro & Jobio, sic inquiens: „ Quod caro Domini unione ad Verbum θεολογου- „ μένη & consubstantialis Deo, ὁμολογουμένη manet „ naturæ humanæ, & nobis consubstantialis. Et „ rursus ex persona Cataphronii quem instruxit, „ sic ait: Quod oportet confiteri idem esse unione „ carnem quod Verbum Dei, & de ea tamquam „ de Verbo loqui, & tamquam Verbum coli & „ adorari, & tamquam Verbum consubstantiale Deo „ credi. Et adhuc aliquid magis impium quam „ hoc Timothee: Quod carnem quam Dominus „ noster Jesus Christus ex sancta virgine gestavit, „ inaspectabilem facitis, si quidem, ut vos dici- „ tis, caro est sicut Verbum Dei consubstantialis „ Dei, per quam nos salutem consecuti sumus; „ & credimus, quod cum Verbo Dei simul ado- „ ratur, & prædicatur, ac laudatur caro Domi- „ ni, quam ex virgine assumsit, per quam nobis „ semper μεσιτεία, id est, mediatio servatur, a „ vivifico Dei Verbo in perpetuum gubernatam. „ Atque ita una persona exstitit Dominus noster „ Jesus Christus ex carne & Verbo, unione enim „ Deus habetur, non autem natura. [1] Quocirca „ in unione esse perseverat, sicut ipse Dominus ait, „ spiritum esse, qui vivificat carnem. Non enim „ fieri potest, ut fiat corpus consustantiale Deo „ incorporeo propter unionem, sicut insane & im- „ pie Timotheus & Polemius, & eorum asseclæ „ variis modis & artificiis dicunt, dum volunt „ adjungere corpori laudem & gloriam quod sit E „ incorporeum; quod fieri non potest; honorari „ tamen, & laudari gloria & laude Dei incorpo- „ rei, hoc fieri potest, & decens est divinitati „ corpus gestanti. Atque ita adoratur, & colitur „ ab omni creatura tamquam creator & verus fi- „ lius Dei carnem gestans, & non homo Dei- „ ferus.

„ Quæ igitur tanta inscitia, immo perfidia ve- „ stra, Timothee tua, & tuorum, & magistri ve- „ stri Polemii, ut dicatis Quod est per se alterius „ substantiæ corpus, esse per se ejusdem substan- „ tiæ cum divinitate propter unionem; & quod

a I. Joan. I. 1. *b* Joan. I. 14.

1. Hoc erat dogma Apollinarii carnem sine mente, id est, sine anima rationali sumsisse Verbum, & ab eo vice mentis gubernatam fuisse. CAN.

„ est per se immutabile, dicatis per se mutatum A esse: siquidem ut vos dicitis, sicut Verbum Dei, consubstantialis est caro, & ipsi contra vos dicitis; & ipsi vobis anathema dicitis: & sicut temulentus, & ebrius nescit, quid facit, aut dicit; sic & vos nescitis, quæ dicitis, neque de quibus affirmatis, quos hoc dogma impium a vobis sæpissime traditum redarguit. Discite igitur o infideles, quod unio non est homousion, id est, una eadem natura; nec homousion, id est, una eadem natura, est unio; quia nihil secum unitur, vel copulatur, sed aliud cum alio unitur vel copulatur, quod est Verbum Dei, quod se ipsum univit carni, & hoc est, quod dixit divinus Evangelista: [a] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, B scilicet unitum esse Verbum carni animatæ.

„ [1] Deinde, neque hoc scitis, o infideles, quod natura & substantia idem est maxime in Deo incorporeo, & æterna divinitate adorandæ Trinitatis; corpus autem quod gestavit Dominus, nec æternum neque incorporeum factum est ex unione, idcirco nec homousion, id est, nec unius substantiæ cum incorporea substantia. Dominus autem æternus est, & ante carnem consubstantialis Patri; & cum carne idem consubstanlialis Patri. Non erat caro consubstantialis: [2] amictum enim & vestem, ac tegmen mysterii occultati assumsit; & pro hominibus C apparuit. Nec enim aliter spectatores Dei fieri poteramus, nisi per corpus. Rursus autem etiam nobis consubstantialis est Dominus secundum carnem: non secumdum divinitatem. Nec enim divinitas ex muliere, absit; neque caro e cælo, nec æterna; ut vos dicitis infideliter & impie contra veritatem, tanto artificio propriam impietatem tradentes, & ab ipsa veritate confutati & convicti tamquam malefici, infideles & mendaces. Facite, ut intelligatis, quod unio naturam honoravit, non autem fecit corpus substantiale Deo, sicut vos fingere audetis, D qui a veritate lapsi estis; & condescensum Verbi ad uniendum sibi corpus propter nostram salutem nimio Dei erga homines amore factum contumelia afficitis, cum dicitis factum esse corpus consubstantiale divinitati impatibili propter unionem: quod omnem superat impietatem, quamvis velint millies facere se sapientes, prave & dolose scripturas divinas interpretantes, & libros beatissimi patris nostri, & magistri [3] Apollinarii; ut vos redarguunt, quæ a vobis apposita sunt, quæ ipsi adscripsistis ad decipiendas animas simpliciorum, in caput vestrum; siquidem veritati repugnatis, qui scitis alioqui [b] *durum esse contra stimulum calcitrare*, & multo circui- E tu usi estis. Sicut Judæi, qui scelus in carnem Domini ausi sunt, perierunt; sic vos, qui propter carnem Salvatoris scandalum incurristis, quamvis multi sitis, pro nihilo propter impietatem vestram reputabimini.

„ Si vero curiositatem & infidelitatem ex anima ejeceritis, intelligetis Deum in corpore apparuisse ac spectatum esse, & corporis communionem ad participandum divinitatem tribuisse: corpus enim sumtum ex sancta virgine non ipsum per se salutem confert, sed ex congressu Spiritus: non ut corpus vile habeatur, sed ut Spiritus magis glorificetur. Ne igitur ad decipiendum simpliciores, quæ beatissimus pater noster & magister Apollinarius posuit, mutare in vestram blasphemam appositionem velitis: illa enim recte & pie posita erant a sancto & divino viro, quæ habitudinem & honorem declarabant, & non naturam. Quæ autem vos infideliter & impie apposuistis, consubstantiale declarant; natura enim & substantia, idem sunt, ut antea dixi. Et omnes veræ fidei confessores hoc sciunt.

„ Vos autem contentione, & æmulatione, atque invidia a principio in sanctos episcopos commoti, ac pessimum certamen contra veritatem certantes, & Ecclesiam Christi scindentes, in tantam impietatem conversi estis, ut corpus patibile consubstantiale impatibili divinitati propter unionem factum esse dicatis: quod fieri non potest, & impium est dicere esse corpus hominibus & Deo homousion. Et quomodo [c] *videbunt, in quem compunxerunt?* Si enim corpus aspectabile consubstantiale est Deo inaspectabili, ut vos dicitis; utraque jam sunt inaspectabilia, sicut scriptum est: [d] *Deum nemo vidit umquam, neque videre potest*. Dominus autem Jesus Christus secundum divinitatem quæ ex Patre erat ex æternitate, inaspectabilis; secundum vero carnem quam ex virgine gestavit, aspectabilis. Utraque ergo componantur in una persona, & veritas non dissolvetur. Quare neque Christus est duæ personæ; neque caro una substantia cum Deo, cui præerat Verbum.

„ Quicumque igitur hujus non factitiæ, & veræ, atque apostolicæ fidei sunt confessores, ne recipiant libros Timothei, & Polemii, & eorum qui nos sequuntur, vaniloquia, sicut Apostolus præcipit [e]. Illud præterea in memoria habemus, quod idem Apostolus dixit [f], *hæreticum hominem post unam & secundam admonitionem devita, sciens quia subversus est, qui hujusmodi est & delinquit, cum sit suo judicio condemnatus*. Timotheus autem, & Polemius non solum hæretici, sed calumniatores declarati sunt: beatissimus enim magister noster Apollinarius blasphemos & insanos scripto vocavit eos, qui dicunt corpus esse divinitati homousion. Et beatus Athanasius episcopus noster sanctissimus, tamquam ex inferis prodiisse ait eos, qui ausi essent dicere corpus ex Maria divinitati consubstantiale. Ignorarunt Timotheus & Polemius magister ejus, & qui eorum sectatores erant, quæ unius personæ Verbi Dei, & carnis a Verbo fabricatæ adoratio ad Deum incarnatum pertinet; non autem ad carnem. Nec enim Verbum propter carnem adoratur, sed caro Verbo coadoratur tamquam amictus & vestis, ut antea dixi. Quicumque igitur in hac regula, & in hac fide vera, & apostolica, & simplici noluerint insistere & incedere, sint anathema. [g] *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos autem sumus circumcisio, qui spiritu Dei servimus in Christo Jesu, non in carne confidentes.*

[a] Joan. I. 14. [b] Act. IX. 5. [c] Joan. XIX. 37. [d] I. Tim. VI. 16. [e] II. Tim. II. 16. [f] Tit. III. 10 11. [g] Philipp. III. 2.

1. Carnem animatam ponebat Apollinarius sed non animatam anima rationali. CAN.

2. Non assumsit carnem, ut per eam appareret, sed ut carnem & animam, id est, naturam humanam a peccato liberaret. Docte confutat hoc Athanas. quod Apollin. carnem susceptam faciebat instar vestis & tegminis. ID.

3. Laudat hæreticus discipulus, hæreticum magistrum. Erant, qui Apollinarium sic defenderent, ut alii Origenem temporibus Hieronymi, quasi istorum libri ab aliis corrupti essent suppositis falsis dogmatibus.

Saecul. VII. circa Ann. Chr. 610.

A

Timothei Apollinaristæ episcopi Beryti ad Homonium episcopum Apollinaristam, in quibus sunt testimonia Apollinarii.

„ Frater Agapius cum ad nos venisset, audisset que de tomo a nobis composito de divina incarnatione Verbi ex variis libris beatissimi magistri nostri episcopi Apollinarii, rogavit nos, ut partem ex eo ei excerperemus, cum nostra subscriptione ad Serapionem. Hæc autem recte & ipse dicis; non sumus æquales nos & Christus. Dicere autem, quod non est nobis caro Christi consubstantialis, quia est caro Dei, parva explanatione indiget: melius est dicere, car- B nem quidem assumsit nobis consubstantialem; unione autem divinam reddidit. Idem & tu dicis, quod non ideo est nobis consubstantialis, quia caro Dei: sed sic explanatius dici potest, natura quidem consubstantialem nobis esse carnem; unione vero esse divinam, & per unionem habere differentiam. Hæc cum frater quem dixi, a nobis accepisset, ad vos profectus ostendit vobis; quæ cum tu, mi domine Homoni, vidisses, tabulam scriptam ei dedisti, in qua sic erat: Ego Homonius episcopus, confiteor, quod Verbum Dei carnem ex Maria accepit nobis consubstantialem: si quis autem carnem unitam Domino quacumque ratione & modo, homou- C sion Deo esse dicit, anathematizamus.

„ Quia igitur naturam carnis & recte confessus es nobis esse homousion, nullo autem modo *συνουσιῶσθαι*, id est, esse factam consubstantialem divinitati, scripsisti, sed solum unionem nominasti, qualis sit hominis sancti cum Deo non in unam vitam, & hypostasim copulati, sed a divina natura separati; cum tamen beatus episcopus magister noster Apollinarius dicat in variis libris carnem Domini communia habere nomina & proprietates Verbi, manere autem in unione carnem neque mutatam, nec a natura propria alienatam; & Verbum etiam nomina carnis & proprietates habere communia, mane- D reque in incarnatione Verbum, & Deum, neque mutatum, nec in naturam corporis transfusum. Fac igitur, ut nobis explanes, utrum ignorans quæ de sancta & salutari incarnatione Verbi a divino patre nostro dicta sunt, hæc anathematizasti; an vero sciens, tamquam non bene dicta explosisti; & nos in hoc loco accusasti tamquam hæresim amplexos, & prædicatorem pietatis cum ipsa pietate anathematizasti. Dixit enim in libro, qui incipit, Sanctum; recte a principio dicitur Christus secundum corpus; separatim non licet dicere corpus Christi creaturam, cum sit inseparabile necessario ab eo cujus corpus est; communicatur tamen cum eo E nomen increati, & nomen Dei, quia copulatum est cum Deo in unitatem.

Et post alia.

„ Sic & homousios Christus, scilicet secundum spiritum inaspectabilem, *συμπαραλαμβανομένης τῷ ὀνόματι καὶ τῆς σαρκός*, id est, simul sumta carne per communicationem nominis, quoniam unita est Deo homousio.

Et rursus.

„ Hominibus homousios comprehensa divinitate cum corpore, quoniam consubstantiali nobis unita est, non mutata natura corporis in unione consubstantiali cum Deo, & in communicatione nominis homousii: sicut neque natura divinitatis mutata est in communicatione humani corporis, & nominatione carnis consubstantialis nobis.

[1] *Rursus in alio libro, sive sermone, cujus principium est: Caro, & quod præest carni, una persona, hæc ait.*

„ Sine peccato igitur erat Dominus Jesus Christus tamquam Deus & cum carne; consubstantialis soli Deo, ante sæcula creator. Caro autem ut caro Dei, Deus; ut consubstantialis Deo, pars unita ipsi consubstantialis Deo non separata; nec enim separatim, neque *ἰδιαζόντως*, id est, per se movetur, sicut homo animal *αὐτοενέργητον*, id est, quod per se operatur. Deus enim communicatione carnis homo, cum alioqui non sit homo per se; caro autem communicatione Dei Deus; cum alioqui non sit per se Deus. Et omnia carni convenientia unitate carnis habet Deus; & quæ Dei propria, unione cum Deo facta assumit caro.

Iterum in alio libro inscripto: Laudatio Mariæ; & de incarnatione, sic ait.

„ Majus jam videt scilicet Maria corpus, propter Verbum unitum, non dico majus suo tantum corpore, sed majus igneis, & angelicis; nulli enim ex illis unitus est Deus. Nullum ex illis corporibus vivificat mundum, nullus ex angelis æquatur Deo sicut qui compositus est ex corpore & divinitate se exæquat Deo, cum ait: [a] *Sicut Pater habet vitam in semet ipso, sic dedit & Filio habere vitam in semet ipso.*

Et post alia iterum.

„ Et cum vides in te Spiritum operari ejusmodi operationem quæ separari possit, existimas te divinum esse, ut pannus a corpore tuo detractus morbos sanare possit? At quod unitum est Deo inseparabiliter, & idem ipsum cum illo propter unionem substantialem factum, (*Verbum* enim, inquit [b], *caro factum est*) hoc tu non divinum, neque Deum esse suspicaris?

Rursus in alio libro, cujus principium est: Non voluptas vescendi carne apud Deum, sic ait.

„ Non quidem, quod utrumque sit e cælo, sed unitum cælesti, & factum una persona cum illo, cæleste secundum unionem est; & tamquam cæleste salvat virtute cælestis.

a Joan. V. 16. *b* Joan. I. 14.

1. Τὸ ἡγεμονικόν. Verbum intelligit, quod Apollinarius dicebat esse vice & loco mentis, qua carebat anima Christi secundum impium Apollinarium. Can.

A

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

Et in epistola ad Dionysium, cujus principium est: Mihi amicitiæ fundamentum est pietas, paullo post sic ait.

„ Quod autem nemo nobis hæc objicere potest, „ quæ contra quosdam dicuntur, ex iis quæ „ semper scribimus, perspicuum est, qui neque „ carnem Salvatoris e cælo esse dicimus, neque „ consubstantialem Deo, quatenus est caro, & „ non Deus; sed Deum, quatenus unita est di- „ vinitati in unam personam.

Rursus in alio libro, cujus principium est: Laudamus decenter Dominum nostrum Jesum Christum, sic ait circa finem.

B

„ Vivens autem Christus corpus θεόπνουν, id est, „ spiritale; & spiritus in carne divinus; mens „ cælestis, cujus ut participes efficiamur, preca- „ mur, sicut ait scriptura [a], *Nos mentem Christi* „ *habemus*. Caro sancta divinitati συμφυής, & „ quæ in iis qui eam participant, divinitatem fir- „ mat, fundamentum æternæ vitæ, auctor immor- „ talitatis, hominibus æternæ vitæ creator.

Iterum in alio sermone syllogistico, id est, disputatorio, composito in laudem Joannis Evangelistæ cujus principium est: Per Verbum omnia facta sunt secundum Evangelistam, sic ait.

C

„ Quomodo non Deus verus, qui ait: [b] *Tanto* „ *tempore vobiscum sum, & non cognovisti me* „ *Philippe?* significavit fuisse conversationem tam- „ quam hominis cum hominibus tamdiu, & ho- „ minem Deum esse ostendit. Quare non est ve- „ rendum dicere hujusmodi hominem consubstan- „ tialem Deo, specie paterna divinitatis cognitum, „ sicut materia corpore.

Rursus in iis, quæ deinceps sequuntur, sic ait.

„ Nec igitur humanum quod factum est divi- „ num, & exæquatum Deo in efficiendo, & re- „ novando, quia dividitur secundum corpus a Deo, „ idcirco facit, impossibile esse, ut altera natura D „ id quod humanum est Christi secundum corpus, „ in æqualitate Dei circumscribat circumscriptio- „ ne hominis, tamquam corpus hominis, & non „ Dei.

Et rursus in alio sermone syllogistico, cujus principium est: Quod habet differentem vitam, differentem actionem &c. sic ait.

„ Vivificat ante nos caro ejus propter consub- „ stantiatam cum ea divinitatem: quod autem vi- „ vificum est, divinum est; divina igitur est ca- „ ro, quia cum Deo copulata est, & ipsa salvat, „ & nos salvi efficimur participantes eam tamquam E „ cibum: quod autem vim alendi habet, & in „ eo qui alitur, efficit, consubstantiale est ei, „ & non similiter alitur. Præterea si quod vivi- „ ficum est, non vivificatur, non est consubstan- „ tiale ei quod vivificatur; alioqui esset corpus „ mortis, cui opus esset vivificari, ut est nostro „ corpori: at non est corpus mortis, sed vitæ „ corpus Christi; non est igitur divinum consub- „ stantiale humano.

Et in libro ad Flavium, cujus principium est: Adhuc & nunc ab hominibus vilibus percutitur Christus, post multa sic ait:

„ Multo magis in conjunctione incorporei cum „ corpore manet natura unitorum. Siquidem cor- „ pus est, & incorporeum; & summa unione di- „ citur Deus corporatus, & corpus deificatum; „ & quatenus quidem Deus corporatus, homo; „ utrumque est: quatenus vero corpus deificatum, „ Deus; rursus utrumque est.

Deinde paullo post.

„ Jam definit corpus esse formatum, & esse in „ forma servi, sed honoratum est unione naturali „ cum increato, & secundum ipsum ortum ex „ virgine non est mutatum ex creato in increa- „ tum, sed unitum increato, & Deus secundum „ unionem Dei, increatum est quatenus Deus; & „ quia non potest esse corpus Patris, non enim „ corporatus Pater, hac ratione numquam ingeni- „ tum dicetur, neque propria natura ingenitum, „ sicut neque genitum Dei, nec unione factum in- „ genitum, sicut filius, & fetus naturali unione „ & a principio cum genito.

Et in libro contra Diodorum primo post sermonem de Trinitate cap. 14. sic ait.

„ Eximium, & admirabile erat, ac semel, & „ non iterum factum unio Dei cum carne, quam „ nequaquam anima tua recipit, nec eorum qui „ te ad hanc impietatem, & Antichristi infideli- „ tatem abducunt, & ludis summam unionem, „ & dicis, non manere amplius propria Dei, & „ propria carnis, si sit unio, sed solvi summam „ unionem, si confitemur summam unionem se- „ cundum carnem ex David.

Et capite 27. ait.

„ Succenses igitur, quia non concessimus gratia „ Dei accepisse immortalitatem carnem illam ex „ semine David; quod si de caussa interrogemur, „ respondemus, propter summam unionem.

Rursus capite 63.


„ Et non pudet dicere eamdem naturam esse, „ sed generationem differentem, cum vanum sit „ & supervacaneum ortum ex virgine introduce- „ re, si quod genitum est, non sit dignum gene- „ ratione & ortu, sed idem cum genitis ex vi- „ ro & muliere: & irridet summam unionem „ tamquam summam impietatem, quam tamen „ divinæ scripturæ aperte introducunt, quæ ne- „ que faciunt humanum delere, quod Dei est, „ neque divinum evertere, quod humanum.

Et in secundo libro contra eumdem Diodorum capite 22. sic ait.

„ Et quia hortaris nos, ut respondeamus, quo- „ modo semen David, quod est ex divina sub- „ stantia? Audi, quoniam secundum incarnationem, „ quomodo creatum est increatum? tamquam uni- „ tum increato. Quomodo creator mundi, qui est „ fructus ventris David? tamquam unitus creatori.

a I. Cor. II 16. b Joan. XIV. 9.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



,, Quomodo quod ex Abraam, est ante Abraam? tamquam unitum ei, qui est ante Abraam.

Ibidem cap. 45.

,, Sed qui hæc nugatur, dicat, quomodo quod est cum Deo copulatum secundum unitatem personæ, non est Deus cum ipso? quomodo quod est increato unitum secundum unitatem vitalem, non est increatum cum ipso? Si enim non est communis nominatio, nihil erit sic *συγκεκραμένον*, id est, unitum. Est autem a ratione alienissimum, nominibus corporis nominare incorporeum, cum dicimus, *Verbum caro factum est*; nomine autem incorporei non nominare corpus, secundum tamen unionem quæ cum illo est: quod si miratur iste, quomodo quod creatum est unitur in appellationem increati; multo magis alius merito mirabitur, quomodo quod increatum est, appellatione carnis creatæ unitum est.

Et in epilogo sive peroratione ejusdem libri sic ait.

,, Si Verbum caro nominatum est propter unionem, sequitur, ut caro etiam nominetur Verbum propter unionem: ut autem Verbum, sic increata; non quia non fuerit creata, sed quia ex unione ostensa est Verbum.

Rursus ait deinceps.

,, Sicut homines consubstantiales sunt animantibus ratione carentibus, diversæ vero substantiæ, quatenus rationis participes; sic & Dominus consubstantialis hominibus secundum carnem; diversæ vero substantiæ, quatenus Verbum & Deus.

Et in Oratione disputatoria, cujus principium est: Quæcumque duo uniuntur aut specie, aut conspiratione, duo manent, sic ait.

,, Organum, & quod movet instrumentum, unam naturaliter perficiunt operationem. Cujus autem est una operatio, una etiam substantia est: una ergo substantia facta est Verbi, & instrumenti.

Rursus in Dialogo, cujus principium: Deum, vel hominem dicis Christum, paullo post: percunctante adversario, quomodo corpus Deus, & creator, & Dominus? respondet.

,, Quia Dei corpus, & creatoris, & Domini unitatem habebat, quam non reperimus esse hominis ad Deum.

Rursus in Oratione, quæ incipit, Bonum fidei servemus, sic ait prope finem.

Miseri, & vere humiles, & abjectas animas habentes, qui ita venerabile, & magnum, & supramundanum σκάνδασμα parvum existimant.

Sufficiunt hæc iis qui non sunt nimium rudes & tardi, ad ostendendum Apollinarii esse epistolas, quæ nomine Julii feruntur, præter eas epistolas Apollinarii, de quibus Athanasius & historici meminerunt. Discipuli enim Apollinarii antiquiores sunt omnibus qui his usi sunt, quas ut verisimile est, qui a Julio per schisma discesserunt, inscripsere: neque solum hoc, quod sunt ex orthodoxis, qui inscriptione decepti, rectas eas esse intelligere, & dicere perseverabant, propter personæ auctoritatem fide dignam, alioqui magis omnium orthodoxorum est, agnoscere illos sermones proprii doctoris esse. Ne autem ex solo testimonio discipulorum, sermones ipsius Apollinarii agnoscamus, quamvis aliqui eos Julio, quamvis Gregorio, quamvis Athanasio falso inscribant, sed etiam ex eodem genere sermonis, & stilo; age præter auctoritates, quas discipuli ejus quos prius diximus, protulerunt, integros & totos ejus sermones in medium producamus ut qui studio veritatis cognoscendæ legerint, certissimum habeant hæc & illa falso inscripta eadem esse.

Apollinarii ex antiquo exemplari reperto in bibliotheca Andreæ episcopi ecclesiæ Sidoniorum.


Dominis honoratissimis episcopis Diocesareæ in Domino salutem.

,, EXspectabamus, litteris nostris ad vos missis, ut similiter a vestra caritate litteras acciperemus, domini honoratissimi, quales semper a beato episcopo Athanasio accipimus, qui scit nos & dogmatibus cum ipso consentire, & in omnibus morem ei gerere. Quia vero non rescripsistis, existimavi fortasse prolixitatem epistolæ non declarasse vobis nostram mentem ac sententiam: en clare scribimus consentanea communi magistro nostro & vestro. Dico igitur hæc de divina incarnatione, quandoquidem de his multus tumultus non a nobis, sed ab aliis quos taceo, excitatus est. Confitemur, non ad hominem sanctum venisse Verbum Dei, quod erat in Prophetis, sed ipsum Verbum carnem factum esse, non assumta mente humana, mente mutabili, quæ turpibus cogitationibus captiva ducitur, sed divina mente immutabili & cælesti. Quamobrem non corpus inanimatum, neque sensu & intelligentia vacuum habuit Salvator. Nec enim fieri poterat, ut cum Dominus propter nos factus esset homo, corpus ejus esset sine intelligentia. Cum esset vere filius Dei, factus est ipse primogenitus in multis fratribus. Unde non alius erat Filius Dei ante Abraam; alius vero post Abraam; sed unus perfectus unigenitus Dei, perfectus autem divina perfectione, & non humana. Cum iis qui sic sentiunt, confitemur nos communionem habere. Cum iis vero, qui contra sentiunt & scribunt, communionem non habemus.

Ejusdem de fide ex parte.

,, Quoniam quidam molesti nobis fuerunt conati evertere fidem nostram in Dominum nostrum Jesum Christum tamquam Deum incarnatum, dicentes esse hominem cum Deo copulatum, idcirco confessionem fidei quæ dicta est, facimus ejicientes infidelem repugnantiam, & speciosam ejus dissimulationem, cum dicitur, quod Deus totum hominem assumsit. Quandoquidem totus homo non est purus omnis peccati in hac vita, secundum scripturas; quia non potest facere, ut actiones suæ cum divinis actionibus in unum & idem conspirent; & ob eam caussam neque esset liber a morte. Deus autem humanæ carni

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



„ unitus puram habet propriam actionem, cum sit A „ mens invicta, quæ passionibus animæ & carnis „ succumbere non potest; & quæ carnem, & motus carnis divine & sine peccato moderatur. Et „ non solum non succumbit morti, sed eam solvit. Et est unus verus, qui sine carne in carne apparuit, perfectus vera & divina perfectione, non duæ personæ, non duæ naturæ perfectæ per se, quia neque fas est dicere duos filios; neque quatuor adorare, Deum, & Filium Dei, & Filium hominis, & Spiritum sanctum, „ neque hominem ante Spiritum sanctum glorificare. Quamobrem anathematizamus eos, qui „ hominem ponunt in divinis laudibus cum Deo, „ & Filio ante Spiritum sanctum. Hominem vero B „ totum assumtum a Deo ad salutem dicimus esse „ unumquemque nostrum, qui sanctificati sumus, „ & similitudinem cælestis hominis accepimus, & „ deificati sumus ad similitudinem vere & natura „ Dei, secundum vero carnem hominis Domini „ nostri Jesu Christi.

Et in cap. antegresso.

„ Confitemur unum Deum verum & monarcham, & unum filium verum Deum ex vero „ Deo, naturaliter paternam divinitatem habente, „ id est, consubstantialem Patri, & unum Spiritum sanctum natura & veritate omnia sanctificantem, C & deificum ex substantia Dei per Filium: eos vero qui Filium, vel Spiritum sanctum creaturam dicunt, anathematizamus, & „ eos qui dicunt non fuisse aliquando Filium, „ vel Spiritum sanctum. Confitemur autem omnia „ esse creata a Deo per Filium in Spiritu sancto „ & sanctificata. Adhuc confitemur Filium Dei „ factum esse Filium hominis, qui non nomine, „ sed veritate carnem ex Maria virgine assumsit, „ & esse unum perfectum, non duo perfecta; „ eumdem Filium Dei & Filium hominis, unam „ hypostasim, & unam personam, & unam adorationem Verbi & carnis. Et anathematizamus „ eos, qui duos dicunt, & differentes adorationes D faciunt, unam divinam, & unam humanam; „ & eos, qui adorant hominem ex Maria tamquam alium præter Deum ex Deo. Confitemur „ passionem Domini secundum carnem, resurrectionem in potentia divinitatis ejus, ascensum in „ cælos, adventum futurum gloriosum ad judicium „ vivorum & mortuorum, & ad vitam æternam „ sanctificatorum.

Ejusdem Apollinarii ex sermone sive libro in traditionem renuntiationis, & fidei, cujus principium est: Hominem a Deo lapsum tenebat diabolus, qui deceperat.

„ Si homo est ex toto, & idem Deus, mens pia „ hominem quidem non adorans, Deum vero adorans, reperietur eumdem adorare, & non adorare; quod fieri non potest, & idem se ipsum „ homo quidem non existimabit adorabilem, non „ enim impius erit; Deus vero sciet se adorabilem: est autem impossibile eumdem esse adorabilem, & non adorabilem: est igitur impossibile, „ eumdem esse Deum & hominem ex toto; sed in „ sola unita natura divina incarnata; ut qui adorant, in Deum a carne inseparabilem aspiciant, „ & ne aspiciant in unum quidem non adorabilem, „ in alterum vero adorabilem; nec in ipso esse unum quidem qui non patiatur se adorari; alterum vero, qui adorationem admittat ad salutem adorantium; sed potius unum esse re vera „ secundum substantiam, & nullo modo duos quosdam in personis per se exsistentibus secundum „ proprias mensuras & dignitates.

Arbitror eum, qui non fuerit nimis contentiosus, non posse his cum ratione adversari, & contradicere, quin potius futurum esse, ut continuo, & ut ita dicam, non violenter, veritati assentiatur; & omnibus suffragiis fateatur Apollinarii esse epistolas, vel sermones de incarnatione, quæ Julii, & Gregorii, & Athanasii falso esse feruntur. Non est nobis mirandum, si Valentinus, & Timotheus discipuli Apollinarii, unus homousion, id est, consubstantiale confitetur; alter non confitetur, & utrique ex magistro inter se certant, & contradicunt. Siquidem alias magis impias blasphemias ejus exponit Gregorius cognomento Theologus in epistola ad Nectarium tamquam ex libris ejus. „ Affirmat enim, inquit, carnem secundum „ œconomiam ab unigenito filio assumtam ad reformationem naturæ nostræ non esse adventitiam, sed a principio in filio esse naturam illam carneam. Et paucis interpositis, subjungit: „ & nondum hoc grave, sed illud est omnium „ durissimum, quod ipsum unigenitum Deum, judicem omnium, auctorem vitæ, eversorem mortis, mortalem esse affirmat, & sua propria divinitate passionem suscepisse, & in illa morte „ corporis triduo divinitatem quoque cum corpore mortuam esse, atque ita a patre rursus a morte excitatam. Alia vero, quæ hujusmodi absurdis adjungit, longum esset dicere.

Non est igitur mirum, si per minorem impietatem intermediam, quæ ponebat esse corpus divinitati homousion, id est, consubstantiale, ad majores progressum fecit adjungens ignorantiam ignorantiæ, & impietatem impietati. Ac videtur quidem Timotheus esse, cui magis quam aliis & fidentius arcana illius impietatis & fraudulentiæ committerentur. Hac enim de caussa potuit accipere a beato Athanasio litteras commendatitias ad occidentales, tamquam contra impietatem Arii pugnans; & ab illis rursus litteras tamquam ad episcopum missas afferre. Sed non perpetuo latuit E hæc illius insidiosa simulatio: iterum enim post obitum Athanasii missus Romam, depositus est ipse, & qui eum miserat Apollinarius.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

LEONTII BYZANTINI
LIBER

Cui titulus, Solutiones argumentationum Severi.

QUæ antea a nobis secundum veram doctrinam ex sanctis patribus collecta sunt adversus Nestorii & Eutychis sectatores, sufficiunt per gratiam Dei absolutæ & perfectæ confutationi inanium argumentationum falsi nominis scientiæ. Quia vero inventores malorum, sicut Apostolus ait, defecerunt scrutantes scrutationes, ita ut plerisque videantur novis quibusdam argumentis, & quæ in nostris hactenus confutationibus non contineantur, nunc usi esse; necessario, ut vos qui secundum Deum diligitis, hortati estis, subjecimus nunc quæ in illis quidem continentur, sed non subtiliter excussa sunt: ut cum hæc præter illa superiora contra falsi nominis scientiam argumenta, ut opinor, non ignobilia habueritis, veritatem defendatis. Aggrediar autem ad solutiones, eo ordine quo dubitationes exstructæ sunt, easque majore artificio differendi expediam & dirigam.

Oppositio Acephali.

Cum Verbum assumsit naturam humanam, assumsit ne naturam, quam contemplamur in specie, an naturam quam in atomo?

Occurrit Orthodoxus.

Quid aliud existimas esse hanc præter illam?

Acephalus.

Quod unam contemplamur in multitudine; alteram in uno numero.

Orthodoxus.

At non respondisti ad id, quod interrogavi. Non enim est quod quæritur, an in multitudine, & in uno hanc contemplemur: hoc enim concessum est; sed an hæc sit illa; & illa hæc, an alia? Hanc enim cerni in uno, vel in pluribus, facit cerni illa in quibus est, plura vel unum; sed non facit cerni naturam unum, aut plura. Sicut in albedine, & in albo fit, una scilicet albedo est, sive unum sive plura sint, in quibus est albedo. Quod autem hæc ita sunt, ex eo manifestum est, quod eadem definitio naturæ redditur in multitudine & in uno: quam definitionem reddideris de natura simpliciter, hæc tibi reddetur de natura quæ in aliquo cernitur. Nec unam facit multas esse, quod multi hanc participant; neque multas facit esse unam, etsi unus participes has; si sit qui hanc participat, ex diversis compositus.

Acephalus.

Aliquam igitur assumsit naturam?

A

Orthodoxus.

Maxime, sed tamen quæ est eadem cum specie.

Acephalus.

Quid vero est præter hanc hypostasis?

Orthodoxus.

Quod participare eam, alium facit; sed non varium.

B

Acephalus.

Non est igitur alius ab alio?

Orthodoxus.

Non certe quamdiu non est homousios, neque [1] separatus a per se subsistente & composito; hæc enim faciunt hypostases.

Acephalus.

C

Non igitur erat humanitas Christi dividens proprietatibus distinguentibus proprium humanitatis ipsius Christi a communi.

Orthodoxus.

Immo maxime. Sed non hoc respiciendo Verbum, sed respiciendo genus hominum, ex quibus erat secundum corpus. Siquidem ipsum Verbum [2] proprietatibus distinguentibus a communi divinitatis tamquam filius, & Verbum discretum, non est his ipsis a sua humanitate discretum: sed potius his quidem a Patre & Spiritu sancto: illis vero a

D matre & hominibus proprietatibus extrema distinguentibus, communionem secum & unionem recipit, consubstantialitate quidem extremorum, diversitate vero partium unitus & divisus; & distinguens extrema contrarie. Illic enim, scilicet in mysterio Trinitatis, eamdem substantiam unit, & diversam personam distinguit: heic vero contra, scilicet in mysterio incarnationis, diversitatem substantiæ separat, & eamdem personam copulat.


Acephalus.

E

At illud numquam dices, quod hypostasis declaret divisum, & per se exsistens; numerus autem & maxime duorum, aliud quid præter hoc significat. Omnis enim numerus in quantitate; sola autem unitas est expers quantitatis. Si autem unitas est expers quantitatis, & idcirco individua, numeri igitur duorum, & omnis numeri est quantitas & divisio.

1. Esse substantiam, & separatam, & per se subsistentem faciunt hypostasim esse. Sic humanitas Christi non erat hypostasis, sed in hypostasi, nec erat alius homo, & alius Verbum, quod fuisset esse alium ab alio. TUR.

2. Summa Græce ἄκρα, vocat divinas personas divinitate unitas, & proprietatibus personarum discretas. ID.



Orthodoxus.

Igitur quia numeri & proprietatum ejus meministi, necesse est illud dicere, quod numerus dupliciter dicitur; unus simpliciter & per se ipsum, alter vero in habitudine & in rebus cernitur. Sicut album, & albedo, & albefactum. Ipsa ergo natura numeri per se neque copulat neque dividit, nec enim habet res subjectas, sed sic ut supra, [1] & infra relate ad habitudinem ascendentis & descendentis dictum est; ipsum vero simpliciter dictum, neutrum est quia utrumque recipit: & supra quidem dicitur respiciendo infra; infra vero respiciendo supra: distinguitur autem habitudine descendentis & ascendentis. Sic numerus ipse per se neque dividit neque copulat, sed utraque recipit qualitate habitudinis, ut numerus duorum, vel trium, vel quatuor & deinceps. Si enim unitates ipsas consideres ex quibus constat numerus, in has dividitur: si autem universitatem harum; ex his copulatur. Duo enim & duo, verbi gratia, componunt numerum quatuor: numerus vero quatuor in duo, & duo dividitur. Quare nihil verius, quam naturam numeri nihil habere definitum, neque divisum, nec unitum: sed in complexione rerum & compositione hoc consistere: ineruditum igitur est, statuere, ut naturam numeri necessario sequatur divisio rerum; ac non potius naturæ rerum vel unitarum, vel divisarum numerus imponat signum declarans quantum rerum subjectarum, alia ratione, & non numero eas dividente & copulante: ut taceam, quod ipsam naturam numeri qui hæc tractant ad quantum referentes, ajunt quantum aliud esse continuum, aliud discretum; & quantum aliud quidem constare ex partibus habentibus positionem; aliud vero ex non habentibus. Decem enim cubitos dicimus continui, verbi gratia ligni, non dividentes simul cum numero unitatem, quæ est in ligno decemcubitali. Et rursus cum dicimus decem modios, in divisione esse hos scimus. Similiter igitur & in aliis rebus.

Si ergo numerus imponatur naturis, non præcipue quantum earum, sed diversitatem generis constituit; ut cum dicimus equi & hominis & bovis naturas tres, non divisionem earum secundum quantum, sed diversitatem secundum speciem significamus. Tres vero homines, si ita accidat, Petrum, & Paullum, & Joannem cum dicimus, magis divisionem eorum secundum quantum, & quod tot sunt, declaramus, sicut in sancta Trinitate. Tres enim hypostases confitemur, unam autem harum naturam & substantiam denuntiamus, nullam quidem harum non substantiam esse agnoscentes, non tamen assignamus eis numerum discernentem quantitatem substantiarum, quia hoc modo diversitatem substantiarum simul induci scimus. Quod quidem cum Ariani scirent, hypostasibus quæ in substantia divina sunt, nomen substantiarum imponebant, connectentes hoc modo diversitatem substantiæ. Sic & in œconomia cum dicimus duas naturas, diversitatem earum, non divisionem declaramus, excludentes inde numerum hypostaseon, quamvis non sint sine subsistentia; sicut illic exclusimus numerum substantiarum. Tametsi nulla hypostasis divina sit sine substantia; sicut nec heic neutra natura sine subsistentia, scientes bene, quod in divisis hyposta-

A sis & substantia, ut hoc equo, hoc bove & hoc homine, natura non divisionem sed differentiam declarat, sicut & hypostasis divisionem, & non quid subjecti proprie demonstrat: si quidem in iis quæ non per se cernuntur, sed simul, & inter se sunt & fiunt, natura non separatum, sed differens declarabit sive in theologia, id est, in Trinitate, sive in œconomia, id est, in mysterio incarnationis, sive in omni re.

Acephalus.

Plane hypostasis, & substantia, sive natura in theologia non est idem: in œconomia tamen idem sunt inter se. Si enim naturas novavit novitas mysterii, secundum divinum Gregorium, novabit, opinor, etiam appellationes, ut secundum ipsum, utrisque aptetur alterius ratio & definitio.
B

Orthodoxus.

Hoc vero nescio quam nimiam amentiam non superat. Definitiones enim rerum synonime prædicantur de iis quæ sunt ejusdem generis; & de iis quæ sunt ejusdem speciei, ut ii qui sunt valentes, demonstrant. Si enim definientes simpliciter substantiam, dicamus declarare essentiam alicujus, omne illud cum quo commune erit nomen substantiæ, communis erit definitio, quamvis magna sit substantiarum differentia: exsistere enim dicimus
C substantiam, & Deum, & angelum, & hominem, & animal, & arborem; & communis in omnibus redditur definitio substantiæ quæ declarat, exsistere ista, non autem declarat, quid ista, aut quo modo. [2] Hæc enim propriæ cujusque rei definitiones declarant. Sic autem esse manifestum faciunt categoriæ de generibus ordinatis subter alia synonyme prædicatæ: prædicantur autem & genera, & differentiæ de speciebus, & de individuis: similiter enim participant substantiam, & animal, & corporeum & incorporeum, & rationale & irrationale, & sensibile & intellectile; & non hoc magis, illud minus, sed similiter & communiter, & ut semel dicam, participant ὁριστικῶς; præterea etiam demonstratio quæ vocatur διάλληλος, reprehensa & improbata est apud eos, qui rationem de-
D monstrandi tradunt: qui enim hac demonstratione utitur, similiter facit, ac si quis enuntiet, & postea se testem enuntiationis producat, & fidem haberi sibi jubeat, quia ipse dixit. Si ergo non ex universalibus rationibus & definitionibus substantiæ, & hypostasis sive personæ, & naturæ in Trinitate sancta & vivifica; & in mysterio incarnationis Verbi unius ex sancta Trinitate personæ demonstrationes patrum procedunt neque processerunt; non erit hoc demonstrare, sed quasi sortiri: reddat enim aliquis rationem, quare in Trinitate substantia sive natura commune, & hypostasis, sive persona proprium definiat & declarat, non sic autem in mysterio incarnationis conveniat: dicere enim quod
E propter novitatem mysterii incarnationis aliter hæc in Trinitate, aliter in incarnatione definiuntur, primum quidem eorum est hoc qui ignorant, maxima omnium mysteriorum mysterium esse ipsum Deum, qui ipsis etiam sanctis Seraphinis obtegitur, ad quem ut magnus Gregorius dixit, mysteria quæ heic sunt, spectant. De quo merito omnis

1. Id est, sine habitudine superioris, & inferioris, nihil dicitur nec est supra, nec infra. Tur.

2. Καὶ τὸ ὅλον αὐτῶν, ὁριστικῶς. Definitio æqualiter convenit omnibus, quibus convenit definitum, hoc est participare definite species & individua genera & differentias, id est, æqualiter, ut necesse est in definitionibus. Demonstratio διάλληλος, cum ex re dubia fidem facere volumus. Id.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



quidem sermo tacebit, omnis vero agitatio men- A tis quiescet ad id proficiscens quod supra rationem & mentem est. Ex occultis autem Dei [1] mysterium patefactum, incarnationis scilicet, tanto magis apertum est quam illud Trinitatis, quanto magis quod erat supra naturam, ad apertum naturæ processit. Numquid vero sola definitio hypostasis, & substantiæ in incarnatione novatur? An omnis etiam vox, & omne nomen & verbum? Et quæ ista sortitio hujus, & non omnium? Sed non habet hoc naturam; & idcirco neque sermonem, ut magnus Basilius dixit.

Acephalus.

In theologia quidem omnes patres uno consensu B hypostasim a substantia plane differre, id est, personam a natura, eadem ratione enuntiarunt, qua proprium a communi differt; in incarnatione vero non est ab illis hæc regula servata. Sed hypostases sæpe numero pro naturis, & rursus naturas pro hypostasibus sumunt: ut hac ratione idem esse utrumque patefiat. Beatus Cyrillus, Si quis, inquit, dividit hypostases. Et rursus, naturæ remanserunt non confusæ, id est, hypostases. Et magnus Athanasius duas personas in Christo esse affirmat. Numquam hoc patres fecissent, nisi definitiones horum nominum in incarnatione novari cognovissent.

Orthodoxus.

C At ego non dicam novari definitiones nominum, sed potius usos esse nominibus istis in rebus differentibus. Aliud enim est usus nominum, qui fit multis modis; aliud vero, quod proprie & definire ipsis nominibus significatur. Siquidem & secundum translationem, & homonymiam & conversionem, & aliis modis divinæ scripturæ, & sancti patres, & communis consuetudo nomina usurpant; non tamen communem horum definitionem reddunt. [2] Sane Apostolus homines vocat partes hominis, hominem exteriorem, & hominem interiorem; non tamen qui sic loquitur, definitionem totius hominis in parte ponit, etsi utramque partem nomine totius appellat. Sicut rursus totum vocare solet nomine partis. Similiter fieri solet in D aliis scripturis divinis, ut omnes sciunt. Hoc modo igitur consueverunt patres unamquamque naturam hypostasim, vel personam appellare, non solum in mysterio incarnationis, sed in sancta Trinitate; sicut nonnulli patres ipsum hominem dixerunt ex duabus hypostasibus constare, non tamen arbitramur dixisse eos participare naturam, definitionem hypostasis, id est, personæ. Qui omnes unum & eumdem Dominum esse statuentes; illud alium & alium, quod proprium est hypostasis proprie dictæ, de ipso nomine hypostasis negaverunt: [3] non tamen intelligentes habere naturam, communem definitionem cum hypostasis. Cum igitur E simpliciter & libere sermo per nomina procedit, nihil prohibet uti nominibus indifferenter: cum vero de dogmate agitur, & quæstio est, tunc tacitis homonymiis, proprias significationes ex ipsis definitionibus sumere cogimur, ne ullo modo usu nominum indifferente ipsarum rerum limata veritas lædatur.

Acephalus.

Simplicia non sunt composita, & idcirco definitionem simplicitatis non recipit natura compositi. Hoc si ita est, calumnia est in eos qui dicunt unam naturam Christi compositam, existimare ullos simplicem ipsam ab illis, & non compositam dici.

Orthodoxus.

Natura compositi non est eadem cum natura compositorum. Sicut enim natura vinculi non est eadem cum natura eorum, quæ sunt vinculo alligata; sed potius natura vinculi est quæ femina, si ita ponamus, vel mas vocatur; alia vero natura est lignorum alligatorum verbi gratia, aut vasorum, quibus est injectum vinculum: sic non est idem natura compositionis & unionis cum natura compositorum & unitorum. Compositio enim & unio vel ad habitudinem pertinet, vel ad substantiam; & vel secundum appositionem, vel mixtionem, vel congeriem, vel coagmentationem, vel agglutinationem, vel confusionem, vel [4] immissionem, vel nescio quas alias naturas differentes unionum fieri dicunt, quæ unionem sub unam speciem referunt. Natura vero eorum quæ unita vel composita sunt, vel quomodocumque inter se aptata, aliam definitionem rerum recipit, & hoc est proprium unius cujusque unitorum; nisi forte confusio accidit unitis. Quomodo igitur dicis unam Christi naturam, & hanc compositam? Aut enim est compositionis, aut compositorum, aut ejus quod ex compositione, & compositis effectum est: at si hanc compositionem unam naturam Christi dicis, definitionem unionis reddes, non definitionem unitorum. Sin vero unam naturam Christi dicis naturam compositorum, in toto Christo duæ erunt naturæ, non una. Siquidem neutra in naturam & proprietatem alterius secum compositæ mutata est, sed potius in unione differentiam harum servat. Si autem unam naturam Christi vocas, quod ex compositione & compositis constat, non naturam Christi, sed magis hypostasim & esse, & vocare decet. Siquidem natura Christi non potest esse ejusdem naturæ cum Patre, secundum quod est ejusdem naturæ cum matre: neque rursus cum matre, secundum quod est ejusdem naturæ cum Patre. Quomodo igitur unam naturam Christi vocas, & hanc compositam? Cum appellatio Christi non naturam, sed hypostasim significet, circa quam naturæ cernuntur, & in quibus persona distinguitur: illud vero quomodo præterire possumus, in quo novæ sapientiæ novus re vera partus cernitur?

Acephalus.

Omnia, inquit, singularia habentia tamquam alicujus naturam, etiam una natura dicuntur, ut sol unus, cælum unum, & idcirco una natura solis & cæli, & similium.

Orthodoxus.

At num ignoras, optime vir, quod natura solis eadem est quæ astrorum? & cæli natura eadem,

1. Hoc vocat Apostolus mysterium a sæculis absconditum, nunc autem manifestatum sanctis. In homil. in Nativitatem Christi, theologiam vocat mysterium Trinitatis. Tur.

2. Utimur nomine secundum conversionem. Ut si dicamus animal rationale pro homine. Id.

3. Id est, negantes alium, & alium in incarnatione, non negaverunt aliud, & aliud, quod naturam significat, quia non intellexerunt communem esse definitionem naturæ cum hypostasi. Id.

4. Immissio quæ Græce dicitur φύρσις, ut cum fermentum immittitur massæ. Id.

quæ in reliquis cælis? Sicut splendor, aer & aqua, & horum concretiones commune habent in tali natura; esse autem hunc aut hunc in propria & separata definitione hypostasis significatur. Si quis enim sic definiat cælum, esse circulum extra universum; vel commune complexum intellectilium & sensilium, non substantiam ejus, sed hypostasim declarasti. Item si solem definias, esse sidus, interdiu lucens, aut habens mediam regionem inter planetas; rursus hypostasim solis, sed non naturam declarasti: natura enim uniuscujusque hypostasis secundum communem definitionem reddi intelligitur, ut quod igneum, vel aereum, vel terrenum, vel aquaticum, vel rationale vel irrationale, vel animal, vel non vivens, vel sensile, vel intellectile: hæc enim proprietates οὐσιοποιοί, id est, substantificæ naturam subjecti patefaciunt; quibus si apponatur quod proprie unumquodque distinguit, hypostasim alicujus designat. [1] Falsum ergo est, quod sumis, unumquodque singulare naturam habere singularem. Contrarium enim naturam habet communem secundum eamdem speciem; hypostasim vero propriam, quæ proprium ejus a communi separat notis & proprietatibus vim separandi habentibus. Sicut enim Paullus & Petrus non sunt nomina naturæ, sed hypostasis; sic sol & luna, & lucifer & cælum. Et hoc aliquid volatile & terrenum, & aquaticum tamquam efficiens proprium, a communitate substantiæ proprietate hypostasis dividitur & separatur.

Acephalus.

Plerosque sanctorum patrum scimus & ante Nicænum concilium & post concilium, repugnasse quibusdam vocibus superiorum sanctorum patrum, quod hæreses callide & malitiose quibusdam eorum vocibus & significationibus usæ essent. Propter hanc caussam arbitramur beatum Cyrillum quibusdam vocibus patrum non usum esse, & potissimum voce duarum naturarum, cum Nestorius ubique has ad dividendum usurparet, & male potestate veterum abuteretur. Quod quidem nunc etiam nos verentes, ex duabus quidem naturis, non tamen in duabus naturis exsistere Christum definimus.

Orthodoxus.

Non est hæc defensio, & excusatio honesta & opportuna, sed potius reverentia omnis reverentiæ expers, propter eos qui malitiose vocibus theologorum usi sunt, ipsas divinorum auctorum voces recusare. Non solum enim vocibus patrum hæretici, sed scripturis ipsis, ut eis visum est, abusi sunt; alioqui secundum regulam vestram liceat imitari Marcionem, & abrogare multa, quæ in scripturis sunt. At non hoc in divina scriptura, nec in patribus qui celebres sunt, facere fas est: sed potius sicut inhærere menti eorum, sic etiam sacris eorum vocibus maxime decet, & pravas hæreticorum expositiones expurgare, declarareque easdem significationes aliter quidem patres, aliter vero hæreticos accipere. Omnis enim vox recipit mutationes in contrarium & pravas interpretationes. Sic reperimus magnum Athanasium defendisse Dionysium, & beatum Cyrillum non semel excusare voces, immo addere, sicut Nestorio videbatur. Et non hoc solum, sed in multis, quin potius in omnibus suis libris duas naturas confitetur. Si autem omnino hoc valet, ut posteriores, quasdam voces clarorum virorum qui antecesserunt, devitent, liceat nobis, quia Eutyches & ejus sectatores male usi sunt hac voce, una natura incarnata, hanc desugere; aut si non defugimus, liceat eos approbare, qui dicunt esse Christum in duabus naturis. Etenim si usque ad Cyrillum processissent hæreses, & deinceps cessassent, & non esset exortus & deprehensus celeberrimus hæreticorum Eutyches, fortassis hoc nobis, quod dicis, faciendum esset. Sin autem post Cyrillum fuerunt hæretici, sit in potestate posteriorum, quædam, quæ quidam veteres, ut dicitis, non dixerunt, rursus dicere, præsertim postquam hæc sunt in synodis definita. Solutio enim omnis dubitationis eorum de quibus ambæ partes dubitaverunt, secundum canones ecclesiasticos est synodorum judicium, & qui synodis repugnat, non jam contra aliquos, sed contra omnes Christianos seditionem facit. Quod nobis non eveniet, qui veritatem contentioni anteposuimus.

Acephalus.

Naturas sola cogitatione etiam nos consideramus: has igitur unientes ambas, unam deinceps esse dicimus, & hanc compositam esse, & vocari dicimus. Qua enim ratione vos hypostases cogitatione considerantes & has unientes, in unam hypostasim eas componitis; eadem & nobis naturæ in unam naturam compositæ, non confusæ, divisionem declinant, & unionem ostendunt. Si vero nos propter compositam naturam de confusione accusamur, & vos hanc accusationem non effugietis, propter hypostasim non simplicem. Quibus enim rationibus hypostases in hypostasim congregantes has immutatas esse demonstraveritis, hæ nobis satis sunt ad componendum naturas in naturam, & servandum sine mutatione in hujusmodi compositione quæ unita sunt.

Orthodoxus.

Cogitationem patres, & doctrina vera, duplicem esse dixerunt, una enim est veluti ἐπίνοια quædam, & ἐπενθύμησις, id est, quædam accessio notionis & considerationis, quæ universam & indistinctam rerum contemplationem & cognitionem evolvit & explanat; ut sensui quidem videatur esse simplex, agitatione tamen mentis reperitur multiplex & varia: altera est fictio cogitationis secundum implicationem sensus & imaginationis, ex iis quæ sunt componentes ea quæ non sunt, & esse videntur. Hujusmodi est fictio fabulosa Hippocentaurorum, & Sirenum, & aliorum hujusmodi: accipiens enim partes ex totis, & ex partibus aliud quid componens, multa licentia & facilitate ea quæ nusquam in hypostasi & substantia cernuntur, cogitatione finxit, & materiis informans imagines figuravit.

Utra igitur consideratione harum cogitationum accipis naturas duas? Si enim priori, definies Christum esse congregationem considerationum, & non conjunctionem naturarum. Hæc enim est natura eorum, quæ sola cogitatione contemplamur. Si autem altero modo cogitationem accipias, non rebus, neque contemplationibus, sed mendosis & inanibus

1. Ut album contrarium est singulare nigro, & naturam habet communem albedinem, quæ est species coloris, & nigrum commune habent coloratum. TUR.

A fictionibus ſenſum impleviſti; & ſane quidem nihil hoc ab idololatria differet, poſteaquam patres noſtri venerandi non definierunt naturas eſſe cogitatione; ſed harum diviſionem ſecundum priorem rationem cogitationis expoſuerunt. Quando enim dicunt, naturæ differunt cogitationibus, ſimul dividuntur nomina; ut dictum ſit, cogitatione dividi cauſſa diſtinguendi a diviſione ſecundum actum; quam procul relegantes, actu quidem naturas eſſe, & vocari enuntiaverunt; harum vero diviſionem ſecundum cogitationem acceperunt, quæ rebus non ſunt diviſa, ratione tamquam diviſa ponentes propter differentiam & proprietatem eorum quæ unita ſunt, immutabilem, etiam poſt unionem. Quomodo igitur ſola cogitatione naturas cognoſcis; & actu cognoſcuntur? Quomodo has cogitatione accipis; & nec iſta cogitatione eas ſervas? Sed potius eas in unam naturam, neſcio quomodo, cogitatione an actu commiſces, & confundis? Quamvis cogitatio & in iis quæ per ſe ſunt, & in iis quæ non ſunt, poſt horum complicationem & unionem, hæc cognoſcit & confitetur. Quandoquidem etſi confuſio circa ipſa acciderit, ſcit tamen cogitatio illa, ex quibus, cognoſcere, & diſcernere. Sola ergo cogitatione naturas cognoſcere, facit non eſſe eas, neque ſubſtantiam habere, vel confuſas eſſe, & deletas. Poſt unionem vero neque hoc eis tribuere, (ut ſcilicet cogitatione diviſæ ſint) reddit eas magis a ſubſtantia vacuas, quam ſunt ipſæ contemplationes, magiſque corruptas, quam quæ confuſa ſunt.

Unde vero tibi, aut a quo accepiſti ut Chriſtum ex hypoſtaſibus componeres, cum hypoſtaſes, ut antea diximus, quod diviſum eſt, & quod per ſe exſiſtit, declarent? Quando enim cognoviſti diviſas naturas, & per ſe exſiſtentes, ut his copulatis tradas ipſum ex hypoſtaſibus conſtare? Nec enim ante unionem hoc fas eſt dicere, ſiquidem non audes dicere, prius formatum eſſe hominem, & poſtea ſubiſſe Deum; neque rurſus pium eſt idem facere dividi cogitatione, & dividi energia, id eſt, actu. Non enim quæcumque de cogitatione prædicantur, de ſubjectis cogitationi rebus hæc prædicabuntur: idcirco cum diviſio ſecundum actum hypoſtaſes habeat & ponat, diviſio ſecundum cogitationem numerum hypoſtaſeon non recipit. Sicut enim majus D ſecundum cogitationem in Patre & filio, quod propter naturam cauſſæ dicitur, non inducit majus natura, ſic quod ſecundum cogitationem dividitur, non inducet umquam ſimul diviſionem ſecundum actum, & idcirco neque hypoſtaſes inducet.

Quis autem ex graviſſimis viris, & a riſu maxime abhorrentibus, non magnopere vos rideat, vel potius non luctum, & profundam noctem induat, conſiderans tantam veſtram fatuitatem, ut taceam impietatem? Cum enim ea quæ ſimul ſunt ſecundum naturam & tempus, ante & poſt non recipiant, neque ſic Cyrillus illud poſt unionem dixerit, vos tamen non veremini hoc dicere. Si enim non eſt eorum, quæ ſunt ſimul, unio & unita, quando non tamquam res, ſed tamquam unitæ res accipiuntur; ubi eſt alterius eſſentia, humanitatis ſcilicet, ante unionem, ut illud poſt hanc tamquam dogma tradatis? Quando facta unio ceſſavit, ut alius effectus hujus non in ipſa, ſed poſt ipſam, & præterquam ex quibus eſt, exiſtimetur eſſe? Non enim eſt unio, ſicut natura eorum, quæ facta ſunt, & non amplius ſunt, qualem eſſe ajunt naturam temporis. Quis autem factam ceſſare fecit? & quare?

Conſideretur, quod deinceps ſequitur, niſi forte ab unione cœpit, & in confuſionem deſiit, quod quidem volentes dicere, parturitis quidem, ſed onus animi abrumpere non audetis, neſcio an propter intolerabilem impietatem; an quia effugere, quin redarguamini, non poteritis. Sic enim habet res, alterum impium eſt dicere, & intelligere; alterum vero dicere fas eſt, & ſanctum intelligere. Quin potius intelligere quod eſt pium, juſtum eſt, confiteri vero, ſalutare, ſicut Apoſtolus ait. Nos igitur cum non unionem perſonarum, ſed naturarum profiteamur; quomodo vos quod non eſt conceſſum, tamquam conceſſum concluditis? Quanta ſermonis licentia, dicere confuſionem, & non confuſum idem ipſum efficere? Si enim ſecundum iſtos non confuſum duas naturas unam facit, hoc autem B ipſum confuſio facere ſcitur, dicant, quæ differentia eſt confuſionis, & non confuſi? Simile enim faciunt atque perſonæ, & hypoſtaſes Neſtorii; ponunt eas diviſas, poſtea dicunt ſe non dividere. Quid enim aliud faciet umquam, qui actu dividit? Si autem neque diviſionem faciunt hypoſtaſes ſecundum illos, nec confuſionem una natura ſecundum hos inducit; dicat aliquis, qualem alium vult eſſe diviſionis, vel confuſionis effectum? Et ſi qui unit quidem & non confundit; vel alterutrius naturæ proprietatem ſervat, non autem dividit, pie facit: quomodo duas naturas devitantes, tamquam neceſſario numerus duorum ſecundum ipſos diviſionem inferat, duas proprietates dicere non refugiunt? Aut quid hoc eſt, quod loquuntur, cum numquam C contradictio ſimul vera ſit, ut dialectici demonſtrant, quaſi illi aliud quid contrarium dicant; vos unam naturam contra eos, qui duas naturas dicunt, defenditis. Aut enim idem eſt atque duæ, & fruſtra cum his pugnatis; aut non eſt idem, ſed tamquam unam contra duas contradictorie aſſumitis. Et ſic fruſtra adjectum eſt illud, incarnata. Sin autem nec unam ſimpliciter, neque duas unitas hoc ſignificat, inter unam autem, & duas nihil eſt medium; quid reliquum ſit, vos videritis: plane namque duplum aut dimidium vel tertia pars vel alia quæcumque proportio ſuper particularis inter unam & duas aſſumta eſt. Hoc vobis, adjunctio vocis incarnatæ declarabit. Omnino autem ſequetur diviſio, ſi præter unam aliud quid cum ea aſſumatur. Sed hæc ſufficiant. Quomodo autem, & qua ratione cum Verbum Dei, & humanitas perfectionem habeant, & nihil eis deſit, non hypoſtaſes, ſed ſubſtantias ad concurſum unitorum patres aſſumunt, cum neutra earum ſit ἀνυπόστατος, id eſt, ſine ſubſiſtentia; in primo capite eorum quæ paullo ante in dubium venerunt, & deinceps, & in primo libro tractationis noſtræ contra Enantiodocetas (id eſt, auctores contrariæ fictionis) copioſiſſime, Deo adjutore, ſcriptum eſt: idcirco eadem repetere, & iterare excuſatum volumus.

Acephalus.

E Cum duplex ſit rerum & noſtra conſtitutio, ex communi, & ex proprio, ut omnibus manifeſtum eſt; omnes enim commune ſubſtantiæ participamus, & propria ratione hypoſtaſis ſumus hoc, quod dicimur: quid ex communibus, aut propriis alterutri naturæ earum quæ ad unionem Chriſti ſumuntur, deeſt? Si enim nihil deeſt, magis verum eſt dicere naturarum quam hypoſtaſeon unionem: ex quo ſequitur, vel eos qui dicunt duas naturas poſt unionem, duas etiam hypoſtaſes dicere; aut ſi devitant numerum hypoſtaſeon, pari ratione



communicationis idiomatum, cedere etiam iis qui dicunt factam esse unam naturam ex duabus. Si autem qui hoc dicunt, accusantur, quod confusionem inducunt, quomodo non sunt etiam accusandi, quod hypostases confundant, qui ex hypostasibus hypostasim faciunt?

Orthodoxus.

At ignoratis, o sapientes, quod alia est definitio naturæ, alia autem ratio œconomiæ, id est, incarnationis. Unde partim quidem tamquam de omnino divisis naturis loquimini, separantes hypostasibus naturas; partim vero tamquam tradentes ex totis confusis unam naturam carnis & divinitatis factam esse. Si igitur fuit aliquando, cum non erant hæc unita, consideret quis ea tamquam penitus separata. Sin autem unionem Verbi scimus simul exstitisse, cum exstitit humanitas; quomodo quæ numquam inter se fuerunt separata, subibunt rationem penitus divisorum? Cogitatione ergo hæc & ratione poterit aliquis dividere, non tamen sensu & actu, atque hoc post unionem, & non priusquam unita sunt. Universe enim accipere divisionem ante unionem absurdum est, vel certe accipere antequam alterum exsistat, non est fas. Siquidem neque privationem accipere licet ante habitum, ac nihilo plus, quam habitum ante ea in quibus cernitur habitus. Non enim hæc talia simpliciter dicuntur, sed ad aliquid, & aliquando, & quomodo: ut primum, si est aptum natum ad capiendam privationem; deinde, si in illo tempore privationem cepit in quo poterat habere; deinde si in loco in quo aptum natum erat, & ut natum erat. Non enim si quis aliquid non habet, continuo hac re privatus est. Sed quod aptum natum est ad volandum verbi gratia, & in hoc tempore, non enim antequam vestitum sit alis; & ut a natura habet, non enim sine illis, sine quibus non; & in hoc loco; ad volandum enim in aere, & non in aquis natura aptum est. [1] Sic igitur & in divisione; non enim prius cogitatur, quam res, & in quibus consideratur, nec ante ipsam unionem, sed quando res, & post earum unionem, & sicut ei natura convenit, id est, cogitatione, & non actu. Non enim humanitas unita, a divinitate actu separatur, sed divisione cogitationis, non res antecedente, nec ante harum unionem, sed in ipsis considerata propter immutabilitatem; & nequaquam sequentur ea, quæ sequuntur ex divisione secundum actum. Alioqui idem erit divisum cogitatione, atque divisum actu, quod est absurdum. Immo neque prorsus erit divisio secundum cogitationem, si non sunt actu ea de quibus est cogitatio, quamvis sint hæc simul, & in eodem.

Si quis igitur rationi unionis subjiciat ea quæ sunt unita, videbit, quod quæcumque alioqui perfecta ad constitutionem alicujus sumta sunt, hæc manentia perfecta partes fiunt totius, ex hujusmodi partibus constituti; ita ut prius cogitentur res, & postea harum unio, postea distinctio secundum considerationem. Cum enim non possit mens hæc tria simul considerare, quæ sunt simul, in parte considerat. Propter hoc in modo unionis, sed non in ratione naturæ verum esse consideramus sermo-

A nem nostrum, non quod hæc contraria inter se sint, id est, natura unioni; sed quod sint differentia, & circa eumdem, & ejusdem, sed non id ipsum, neque communis horum ratio. Hoc autem & ipsi confitentur. Siquidem una secundum ipsos natura ex duabus, propter unionem una dicitur, etsi confusionem quæ eam sequitur, non intelligunt. [2] In ratione igitur naturæ divinæ & ipsi concedent habere unionem aliquid non communicabile, alioqui non erit condescensus caritatis, sed physica alti cum humili, id est, divinitatis cum humanitate conjunctio, sive copulatio. Et quis est, qui tantopere altitudinem divinam ignoret, aut humanam humilitatem tam parum consideret, C ut existimet has naturas naturali inter se propensione recipere communionem & unionem, cum tantopere a mixtione alienæ sint? Ego vero, tantum abest, ut dicam habere Verbum Dei in definitione naturæ unionem cum natura nostra, ut nec animæ humanæ unionem cum corpore naturaliter sine virtute divina fieri dicam: & quid dico animæ humanæ unionem, quando neque mixtionem elementorum sic simpliciter sola natura fieri dicam, quin potius ratione divina, quæ præstantior & valentior est quam natura, ad ordinem & concentum adduci? Quia igitur modus unionis, & non ratio naturæ magnum pietatis mysterium continet: omittamus considerare de natura unitorum, & de perfectione eorum. Non enim sunt hæc præsentis C quæstionis, illud enim theologiæ est; hoc vero physicæ contemplationis. Et illud quidem contra Arianos accommodatius considerabitur; hoc vero contra eos qui penitus naturæ nostræ assumtionem negant: & illud demonstrat, quomodo se habeat natura Verbi unita respectu Patris; hoc autem declarat, natura nostra unita quomodo se habeat respectu nostri, sed non quomodo partes ejus se habeant cum ipso comparatæ. His inquam omissis, de modo unionis, & de confecto per eam excutiamus.

Tres igitur opiniones de unione naturarum in Christo supra confutatæ sunt, dividens, & quæ proprie dicitur uniens, in duabus hæretici lusen D runt & ludunt; pulcre enim divinus Gregorius prius eos notavit. Unio enim dividens, ad habitudinem pertinens, & nec a principio naturas copulans, res separatas relinquit, nec eis quæcumque sunt communia, neque quæcumque sunt propria, tribuens, aut vicissim reddens; ut jam hinc duæ penitus species, & in se divisæ statuantur. Hoc excepto, quod hæc opinio divisionem naturarum inumbrat & tegit unione secundum dignitatem, & voluntatem, ταυτοβουλίᾳ, atque ita decipit insipientes. Altera autem opinio, huic prorsus contraria, & confundens, omnia delens, unam rem adulterinam fingit, & cogitatione format, in neutro eorum quæ uniuntur, proprietatem pure servans, sed hoc esse illud, concedens, & illud hoc, & E idcirco nec hoc, nec illud esse. Adulterinum enim esse demonstratur omne id, quod ex confusione exsistit, nihil habens purum, nec in sua proprietate stabili fundatum. Unio autem inter has media neque confusa, neque divisa, novit quidem ea quæ unita sunt, perfecta esse secundum suas proprietates propter immutabilitatem; communia

1. Non enim sine alis secundum naturam natis, sine quibus avis volare non potest, dicetur involucris, id est, privata volatu. Ex divisione non secundum actum sequitur, ut humanitas actu fuerit a divinitate separata, & Christus non fuerit Deus, & homo. TUR.

2. Non secundum rationem naturalis necessitatis, sed solius caritatis Dei erga homines modum unionis dicentes verum dicimus. Hoc enim declarant, quæ sequuntur. ID.

SÆCUL. VII.
CIRCA
ANN. CHR.
610.



vero hæc & unius esse facit propter ipsam substantialem unionem, ut sint illa quidem proprie propria alterutrius, communia totius; hæc vero communia totius, propria alterutrius, propter proprietatem non confusam in alterutro. Non enim fieret mutua communicatio idiomatum, nisi in utroque maneret & in unione proprietas immobilis. Est igitur hujusmodi unio magis una, quam illa quæ omnino dividit; & copiosior, quam illa quæ penitus confundit; ut quæ neque faciat penitus idem esse quæ inter se unita sunt, neque penitus diversum.

Si igitur nec omnino idem, nec ex toto diversum reddit, quod ex ista unione exsistit, quærendum est, qua ratione idem, & qua diversum. [1] Doctrina igitur veritatis idem quidem secundum hypostasim novit; diversum vero secundum naturam, contra atque in Trinitate fit, ut Gregorius notavit. Si autem hoc adversariis non probatur, concludant ipsi, quod deinceps sequitur. Si enim non sunt idem hypostasi, concedent ergo natura esse idem. Si autem hoc, una scilicet & eadem erit ratio divinitatis propter unionem: & si hoc, idem erit unio & natura. Commune enim est in ambobus prædicatum. Sicut enim quorum est natura una, horum est eadem ratio; sic necesse est, quorum est unio simul & in eodem, horum secundum ipsos sit & natura communis; & vice versa, quorum natura una, horum sunt hypostases differentes, quia nullam naturam una persona circumscribit. Hinc autem quid concluditur? Nempe unam esse naturam carnis & divinitatis, duas vero hypostases. Si autem neque natura, neque hypostasi & numero unum sunt, quæ coierunt, ubi erit identitas per unionem unitorum? Si autem & natura & hypostasi sunt unum inter se, ubi ratio immutabilitatis, & non confusi in unione servabitur?

Quod autem fieri possit, ut ex imperfectis & perfectis idem efficiatur, testantur, qui sub Christo ex sanctis mortui resurrexerunt. Tales enim ipsos alioqui secundum partes perfectos unio per resurrectionem reddidit, quales natura in utero formans copulavit. Id ipsum in communi resurrectione futurum esse credimus. Corporum enim quæ jam soluta & corrupta sunt, eorum qui nuper vixerunt, vel recenter mortui sunt, imperfectorum & perfectorum eamdem ex resurrectione concretionem faciendam esse credimus: ex quibus demonstratur, quod ex rebus quæ prius hypostasim habuerunt, contingit fieri hypostasim sine mutatione; & si hoc, ex toto in Christo non conceditur. Quia non fuit prius formatus. Non tamen quia non fuit formatus, naturam Christi unam ex duabus sine confusione factam esse, nec in alia quacumque natura cognovimus, ne dum in Christo; in quo vel cogitare tale quid non potest, qui pius est. Si enim natura dicitur παρὰ τὸ πεφυκέναι τι, id est, ab eo quod aptum natum est; nulla autem natura apta nata est ad habendum contrarium & oppositum; una autem natura Christi secundum ipsos, hoc passa est: non erit igitur una natura. Si enim insitum sit huic tali naturæ, ut visibilis sit, non est insitum eidem, ut sit invisibilis; & si insitum est ei, ut sit mortalis & incorruptibilis, non est insitum illi, ut sit incorruptibilis, & immortalis: alioqui erit eadem ratio contrariorum. Sed absurdum est hoc. Si enim contraria recipit ἀνὰ μέρος, id est, vicissim; at cum aliquid horum habet actu, non jam contrarium actu habere umquam potest. Dicant igitur, an non visibilis & invisibilis, mortalis & immortalis, circumscripta, & infinita, & in summa generabilis, & ingenerabilis simul & in eodem una natura Christi ab ipsis conceditur? Una quidem hypostasis, & persona possunt simul & in eodem contraria & opposita prædicata recipere; una vero natura, ut dictum est, non nata & apta est ad contraria & ad opposita sibi. Prius enim a se ipsa deficiet, quam hoc patiatur. Atque hæc quidem contra illos.

Quod autem nonnulli dicunt, quia humanitas Christi non fuit prius formata, neque prius in se habuit hypostasim, neque perfecta assumta fuit, sed in Verbo habuit hypostasim, idcirco unam hypostasim amborum facere: hoc quidem ex parte verum est; ex parte non. Etenim non habuisse in se hypostasim, neque prius formatam esse, nos etiam dabimus; fieri vero propter hoc unam hypostasim amborum, tamquam non posset aliter fieri, neque possent Deus & perfectus homo sic uniri; hoc non dabimus. Quid enim sic, aut illo modo habenti amplius erit Deo ad unionem? Nec enim tempus unionis unum Christum fecit. Non igitur propter impossibile, sed quia non decebat nudam esse umquam, & sine divinitate humanitatem Domini, ideo rejicimus anteformationem. Iis autem qui dicunt, ex hypostasibus sequitur anteformatio, & scire aliquando nudum hominem, & alium, atque alium Christum, & Verbum; sin autem non prius formatus est, nec ex hypostasibus est: si autem non ex hypostasibus, nec hypostases sunt, quomodo enim, nisi ex his hæc? quandoquidem neque si ex his concedatur hypostasibus, jam necesse est & hypostases dare, ut demonstratum est, quod si ex hypostasibus dicunt, cur non magis ex personis? & si hoc dicunt, cur non ex filiis altero Dei filio, altero virginis dicere audent? Nihil autem potest esse magis hæreticum, neque quod propius ad impietatem Nestorii accedat, quam sic intelligere & loqui, quamvis ex diametro cum Nestorio pugnare isti videntur; ut audacia cum timore pugnat. Sunt autem hæc species communes vitii: & nimium ac parum contra se, & contra virtutem seditionem movent.

Sed hoc advertere oportet, quod hypostasis non simpliciter, neque præcipue perfectum declarat, sed quod per se exsistit; secundo autem loco perfectum. Natura vero quod per se exsistit, nequaquam declarat, proprie autem perfectum. Siquidem proprietates quæ ad rationem hypostasis sumuntur, faciunt esse unumquemque, aliquem ab aliquibus; quæ vero sumuntur ad rationem naturæ, non faciunt esse aliquem, sed aliquid ab aliquo. Quæ vero communiter exsistunt, sunt communia, nihil eorum magis universale universalibus dicitur, quamvis comprehenderit omnes sub eadem specie contentos.

Et hoc etiam non est ignorandum, quod ea quæ naturam signant, constituunt substantiam: quæ autem signant hypostasim veluti accidentium rationem habent, sive sint separabilia, sive inseparabilia, & in utrisque, substantiis scilicet, & hypostasibus, simplicium simplices sunt proprietates; compositorum compositæ. Sicut in homine, & in definitione ejus substantiam quidem ejus signant animal, quod est contrariorum capax ἀνὰ μέρος,

[1] In Trinitate enim alius & alius; non autem aliud & aliud, id est, divisum & diversum. TUR.

id est, divise, sive vicissim, aut per partes, rationale, mortale. Hæc enim est substantiæ ejus definitio ἀπταιστος, id est, vera; hypostasim vero significant figura, color, magnitudo, tempus, locus, parentes, educatio, institutio vitæ, & quæcumque sunt his consentanea, quæ simul in unum coacta, ajunt in nullo alio vere dici posse, & tamen hæc sunt unius hominis, τοῦ τινὸς δηλονότι hujus scilicet; & proprietates naturæ illa proprie participant, quæ sunt ejusdem substantiæ, sive naturæ. Proprietates vero hypostasis illa etiam participant, quorum ratio diversa est, postquam in unionem alicujus & coagmentationem naturalem assumtæ sunt. Sic igitur fit in Emmanuele, una quidem hypostasis divinitatis & humanitatis est, A & idcirco quæ prædicantur tamquam de hypostasi communia sunt uniusque naturæ; non autem est una natura, ac proinde neque proprietates tamquam naturæ: etsi enim omnia dicuntur de eodem tamqua de uno, non tamen secundum idem, neque tamquam de una natura. Ut idem est visibilis & invisibilis; mortalis & immortalis; tactilis & non tactilis non secundum idem, nec eadem ratione; quia igitur est unus & idem, tamquam de uno omnia dicuntur, sed tamen secundum aliud, & aliud. Ob hanc caussam non tamquam de una & simplici natura hæc dicuntur, sed de diversis, B & compositis, & servantibus in unione naturalem suam proprietatem.

F I N I S.

EJUSDEM LEONTII

DUBITATIONES HYPOTHETICÆ,

Et definientes contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas.

Interprete FRANCISCO TURRIANO *Soc. J.*

C

I.

SI quæ sunt omnino eadem, sunt unius naturæ, hæc autem ipsa etiam una natura dicuntur; quomodo, quæ non sunt omnino eadem, vel unius naturæ erunt, vel una natura dicentur?

II.

Quorum una est natura, communis est ratio; quorum autem communis ratio, ejusdem substantiæ sunt: non est autem secundum ipsos divinitas Christi ejusdem substantiæ cum humanitate: non est igitur una horum ratio; quorum autem non est umquam una ratio, horum naturæ semper scilicet erunt differentes.

III.

Si qui dicunt Christum esse ex divinitate & humanitate, etiam ex duabus naturis esse dicunt, & idem significare ambo ipsis videtur; quomodo dicentes Christum esse post unionem in divinitate & humanitate, non cogentur dicere ex datis ac concessis a se, in duabus naturis esse? Idem enim etiam heic, quod ambo ista declarant.

IV.

Si ii qui dicunt Christum ex duabus naturis, ex divinitate & humanitate dicunt; & qui dicunt ex E divinitate & humanitate, & duabus naturis eum dicunt, & divinitatem post unionem etiam dicunt; duas igitur & ipsi naturas post Christi unionem quoque dicunt: si vero negant dicendum esse duas naturas in Christo post unionem, igitur negant dicendum esse in Christo post unionem divinitatem & humanitatem.

V.

Si cognoscunt non esse confusa in unione, quæ coierunt; duo autem sunt quæ coierunt, ut ipsi fatentur; quomodo quæ in unione non sunt confusa, etiam post unionem non cognoscunt duo esse? Si autem cognoscunt, quomodo non confitentur? Sin vero confitentur, quomodo numerare hæc recusant, quorum naturæ proprietatem non confusam post unionem sciunt? Quod enim confitentur, inquit beatus Basilius, numerent etiam.

VI.

Si ex duabus naturis dicunt Christum, duas au- D tem naturas Christum non dicunt; ex his quidem non autem hæc dicunt Christum: dicant igitur, utrum ex quibus constituunt Christum, etiam in his cognoscere eum volunt? Si enim non sunt in eo ea ex quibus ipse est, vel nequaquam sunt, vel in altero sunt, scilicet in aliquo præter ipsum; & quis erit hic, clare doceant.

VII.

Si in iis quæ sunt ejusdem substantiæ cum dicitur una natura, non identitatem subjectorum principaliter declarat; quomodo in iis quæ sunt diversæ substantiæ, duæ naturæ non differentiam, sed separationem necessario significant?

VIII.

Si necessario numerus divisionem secum infert; numerus igitur erit caussa divisionis, non autem divisio caussa numeri, & ex duobus alterum erit necessarium: vel nihil numerari eorum, quæ sunt unita: vel nihil uniri eorum, quæ numerantur;

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



at quomodo non hoc ridiculum erit, talem potestatem tribuere numero? cum omnis numerus quantum in rebus, non autem naturam, vel qualis sit harum habitudo, demonstret.

IX.

Si unio, & unita sunt eorum quæ ad aliquid dicuntur; quæ autem sunt ad aliquid, simul sunt, & semper: simul igitur & semper unio, & unita. Sin autem unita desierunt, desinit etiam cum ipsis unio.

X.

Si numerus omnino separat numerata, non solum numerus naturarum separat naturas, sed & numerus proprietatem omnino separabit. Quomodo igitur qui dicunt duas proprietates, non erunt ipsi subjecti caussæ divisionis?

XI.

Si secundum Gregorium theologum contra est in Trinitate, quam in mysterio incarnationis Salvatoris, tres autem hypostases semper, unam autem naturam in Trinitate confitemur; quomodo non duas quidem naturas, unam vero hypostasim in incarnatione concedemus? Siquidem contra est, omnium contraria conversio secundum totum.

XII.

Si alius, & alius pronomen est hypostaseon secundum eumdem Gregorium; aliud vero & aliud pronomen naturarum; semper autem est primum in theologia, id est, in mysterio Trinitatis; semper igitur secundum in incarnatione. Si autem semper secundum in incarnatione, semper ergo naturæ. Siquidem semper sunt pronomina earum.

XIII.

Si idem est dicere aliud natura, & aliam naturam; semper autem vere dicitur primum in divinitate Salvatoris & humanitate; semper igitur secundum necessario vere simul dicitur in eisdem.

XIV.

Si non est idem simplex natura, & composita, simplex autem natura Verbi unam solam naturam declarat, composita secundum ipsos natura Christi non unam naturam declarabit; quod si simplex & composita unam naturam secundum ipsos declarat, dicant differentiam naturæ Christi secundum ipsos compositi, & naturæ simplicis Verbi.

XV.

Nominum, & verborum partim quidem habent pronuntiationem plurium, significationem singularis, ut Thebæ, castra; partium vero contra, pronuntiationem singularis, significationem vero plurium, ut chorus, & exercitus, & civitas: dicant igitur, quomodo una composita natura ab ipsis dicitur: siquidem, sicut apud patres natura composita natura duplex dicitur, non habet locum, ut compositam naturam, unam existiment, quia neque duplicem; eritque inanis eorum concertatio adversus duas naturas: ipsi enim scilicet patres significationi singulari sensum plurium reddiderunt; A sin autem, sicut habet appellationem singularem, sic volunt significationem esse singularem, idem ipsis significat simplex & composita natura. Et supervacanea est vox compositi. Eadem enim notio ipsis redditur ex simplici, & ex composita natura. Si autem neutrum ex dictis est, adulterinam igitur, & confusam unam naturam ex duabus naturis confingunt, qualis natura mulorum & aliorum ejusmodi excogitata est; & quale apud gentiles describitur multiformium & contrariorum animantium monstrum.

XVI.

Si dicere unam naturam Verbi incarnatam, contrarium est atque dicere duas naturas unitas; B alterutrum necesse est, aut carnem hanc non esse naturam, neque naturam carnis habere; aut cum alioqui sit, non tamen dici esse, quod est: eligant sapientes, utram harum impietatum malint, naturam hanc non esse carnem, an carnem non dici naturam.

XVII.

Una natura Verbi incarnata, triplicem habet notionem, aut enim dicitur κατὰ τὴν ἀντιστροφὴν, id est, secundum reciprocationem; hoc modo est una natura Verbi incarnata, quia incarnata rursus una natura est, hoc est, nuda corpore, sicuti æris C statuæ una natura est æris figurata; aut dicitur secundum mutationem substantiæ, ut una natura Verbi carnea facta, ut si quis dicat, unam naturam aquæ lapidescentem; aut dicitur, quod una natura Verbi cum sit, non sola, & per se, sed cum carne consideratur. Si igitur secundum primas notiones unam naturam Verbi incarnatam dicunt, ex eo ipso quod dicunt, ipsorum impietas redarguitur: cum Apollinario enim & cum Eutyche mysterium incarnationis tollunt. Si autem secundum extremum significatum dicunt, quomodo natura Verbi cum carne, cum natura carnis quæ cum Verbo est, una est secundum naturam? aut quomodo si non est una secundum naturam, natura una dica- D tur?

XVIII.

Quæ proprie inter se sunt opposita, totam negationem toti affirmationi opponunt; ut affirmationi dicenti, Paullus Apostolus est, opponitur negatio, quæ dicit, Paullus Apostolus non est. Sic igitur & duabus naturis una natura opposita est. Si enim una natura est Christus, non est duo. Et si duo, non est una. Si autem unam dicentes, aliud addunt, non jam dicuntur ἀντιφατικῶς, id est, opposite, sed diverse, & secundum periphrasim, & confessio duarum naturarum constat ipsis ex nomine, & ex definitione: ex nomine quidem naturæ Verbi, ex definitione vero carnis animatæ E anima rationali & intelligente, hæc enim est definitio naturæ humanæ. Quomodo igitur dicentes definitionem naturæ, appellationem ejus recusant? Aut quomodo appellationem utriusque naturæ concedentes, numerum repudiant? Rspondeant isti, qui neque quæ ipsis conveniant, neque quæ repugnent, intelligere possunt.

XIX.

Simplex natura non est ejusdem substantiæ cum composita; si autem simplex est natura Patris,

composita vero Christi natura, non est igitur natura Christi ejusdem substantiæ cum natura Patris. At ipsi simulant homousion esse Patri Christum, & nobis homousion eumdem. Dicant igitur, an possit una, ut ipsi dicunt, composita natura Christi, ex toto esse homousios Patri, & ex toto rursus nobis? Et an non hoc nos etiam ad Patris consubstantialitatem revocet? Quod si dicant non ex toto unam naturam Christi Patri & nobis esse homousion, id est, ejusdem substantiæ; relinquitur unius naturæ dimidium esse Patri homousion, & dimidium nobis: at quid aliud est hoc, quam dividere, quam ipsi dicunt unam Christi naturam in naturam ejusdem substantiæ, & diversæ substantiæ, & in partes complentium ipsis unam naturam compositam. Est autem impietatis Apollinarii, & insaniæ Arii negare perfectum in divinitate Christi, & in humanitate ejus.

XX.

Si Deus, & homo, etiam secundum ipsos, unus Christus etiam post unionem dicitur, natura vero utrumque; quomodo non duæ naturæ unus Christus post unionem? Siquidem numquam sunt idem natura Deus & homo: neque eadem natura umquam, qua quidem est Deus, hac est & homo.

XXI.

Si qui dicunt homousion, & homousion Christum post unionem, ad aliud, & aliud referentes dicunt, id est, ad Patrem, & ad nos; nequaquam vero Pater, & nos homousii sumus; igitur neque quod est nobis homousion, erit umquam homousion homousio Patris. Si autem homousia unius naturæ sunt & dicuntur, non est autem homousios etiam secundum ipsos divinitas humanitati; quæ vero sunt diversæ substantiæ, differentis naturæ sunt, quæ sunt alia secundum naturam, erunt etiam naturæ scilicet diversæ.

XXII.

Proprietates non suæ, sed aliquorum sunt proprietates; si vero sunt duæ etiam secundum ipsos proprietates post unionem, duo igitur sunt post unionem ea, quorum sunt proprietates: at duas proprietates qui dicunt, naturales has dicunt: dicant igitur an duæ proprietates. Si autem duas proprietates naturales post unionem confitentur, semper igitur erunt duæ naturæ, siquidem & duæ harum naturales proprietates.

XXIII.

Differentia necessario est differentium differentia. Differentiæ enim constituentes distinguunt, quæ secundum substantiam differunt. Dicant ergo an dicentes differentiam divinitatis & humanitatis, non dicant naturalem differentiam etiam post unionem? Si vero naturalem dicunt differentiam, naturarum differentiam necessario dicunt. Si vero hoc, duas igitur naturas differentes & ipsi post unionem dicunt. Siquidem duæ naturæ naturali differentia necessario duæ naturæ sunt.

XXIV.

Si secundum veritatem & sanctos patres, hanc habet differentiam substantia ab hypostasi, quam habet commune a proprio; una natura Verbi, non dicitur una cum carne, sed cum Patre; cum ipso enim habet unitatem naturæ, & identitatem. Si autem una natura est & dicitur cum Patre, manifestum evadit, quod numquam natura una cum carne dicitur. Si autem Verbum non una natura cum carne dicitur, liquet, quod neque caro cum Verbo una natura dicetur. Si autem neque Verbum cum carne, neque caro cum Verbo una natura dicitur; inter unam autem, & duas nihil medium est: manifestum est, quod negatio unius naturæ confessionem duarum naturarum secum ex consequenti infert.

XXV.

Si hypostasis Verbi proprietatem a Patre distinguit, hac autem proprietate a Patre distinguente, quæ est hypostasis, alius est a Patre; non autem hac distinguente proprietate a carne distinguitur; quomodo alius erit Verbum a carne; vel tamquam hypostasis ab ipsa separabitur? Si autem non hac proprietate a carne distinguitur, alia scilicet proprietate naturæ distinguetur, quæ cum Patre copulans, a carne eum distinguit. Hinc igitur patefit, quomodo duas quidem naturas in Christo dicimus, unam vero hypostasim: quoniam proprietate distinguente a Patre unitur cum carne; sicut sane proprietate naturali uniente eum cum Patre; differentiam a carne habet. Et sicut est una natura cum Patre propter eamdem unitatem naturæ, sic etiam non est una natura cum carne propter naturalem & immutabilem proprietatem hujus in unione cum Verbo.

XXVI.

Si omnia ejusdem substantiæ, ratione naturæ unita sunt, & idcirco dicuntur una natura; quæ autem diversæ substantiæ sunt, unione, non natura ut copulentur, apta nata sunt; non est autem idem unio & natura; non est igitur idem, quod ex utrisque fit. Si autem quæ natura copulat, natura una dicuntur; unione copulata, hypostasi quidem, sed non natura ac substantia, unum esse dicentur.

XXVII.

Communiter ab omnibus concessum est, nomen hominis naturam declarare, Paulli autem, & Petri hypostasim. Secundum autem beatum Cyrillum nomen Christi neque vim definitionis habet; nec alicujus substantiam declarat, ut hominis, & equi, & bovis, & uniuscujusque eorum, qui sub eadem specie continentur; igitur non est idem hominem simpliciter dicere, & Christum: quomodo igitur exemplum hominis, quod nomen naturam significat, ad personam Christi transfertis; cum nomen Christi secundum doctorem non naturam, sed hypostasim declaret? Si vero dicitis, ad rationem unionis, non hominem simpliciter, sed aliquem sumunt, hic autem hypostasis est: advertite autem, quæ in duobus hircis ipsum Christum describit. Sicut igitur hic non ad hypostases hircorum refert exemplum, sed ad differentiam vivi, & immolati; sic etiam hic non ad interimendas naturas,

SÆCULUM VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



sed ad unitatem personæ imago alicujus hominis ab ipsis patribus sumitur. Quod autem hic aliquis homo ex duabus naturis, & duæ naturæ est & dicitur ab eisdem patribus, ex scriptis eorum multis locis probari potest.

XXVIII.

Dici Christum ex duabus naturis, aut tamquam ex principiis, aut tamquam ex ipsis partibus unitis intelligendum est: si tamquam ex principiis; ex hypostasibus potius quam ex naturis erunt principia ejus. Siquidem principia ejus secundum divinitatem, Pater; secundum humanitatem mater. B Qui autem est ex his tamquam ex caussis, manifestum est, quod non est eadem; non enim est Pater, neque mater. Si vero tamquam ex partibus, quomodo non sunt in toto partes? Aut quomodo totum non est in partibus? Si enim neque totum est in partibus, neque partes in toto; relinquitur, ut antea dictum est, vel minime esse hæc, vel in altero præter Christum cerni divinitatem Christi, & humanitatem; & in aliis Christum, & non in divinitate, & humanitate ejus: hoc autem non solum humanitatis ejus, sed ipsius divinitatis Verbi essentiam tollit.

XXIX.

Quantum in rebus non solum exsistit ex numero definito, ut duorum, vel trium, vel quatuor, & deinceps; sed ex non definito, ut sunt multa, pauca, plura, pauciora, & similia; & ex analogia, sive proportione, ut majus, minus, æquale, ad aliquid, & ex voce quæ vocatur indicativa, ut hoc, & illud, & hæc, & aliud, & diversum; aut ex ordine, ut ante hoc, & post illud, & a principio & postea, & ex aliis etiam modis, ut D consentaneum est: si igitur omnes modos declarantes res, sciunt isti dividere res declaratas, ex eo ipso redarguitur eorum absurdum; etenim ipsi aliud, & aliud, diversum, ac diversum, & majus, & minus, & æquale, & ad aliquid, & ante hoc, & post illud. Sin vero non omnes modos, sed numerum definitum tantum, præsertim numerum duorum ponunt dividere, sortiri est sic loqui. Dicant enim ipsi, cum multis modis quantitas subjectorum declaretur, quare solus numerus duorum suspicionem divisionis quam tantopere metuunt, ipsi injicit, cum aliter in re & veritate sit? Duo enim simul, quæ numerantur, sed non separata secun- E dum vim colligentem hujus numeri magis demonstrant, quam numerus unius; & unius solutus per se consideratus.

XXX.

Si omnis compositio singulariter effertur, & numerum ejicit ex compositis; alterum duorum necessarium erit, aut non esse compositum corpus nostrum, & totum hominem; aut non prædicari de corpore, & toto homine secundum ipsos numerum. Dicant igitur an non significent nobis numerum compositorum hæc, quæ sic in scriptura sunt [a]: *Posuit membra, unumquodque eorum in corpore*: & [b] *multa quidem membra, unum vero corpus*: & illud [c]: *Dinumeraverunt omnia ossa mea*; & [d]: *Foderunt manus meas, & pedes*; & [e]: *Effusa sunt omnia viscera ejus*. Immo in ambabus partibus hominis tria numerat Apostolus [f], animam, & corpus, & spiritum, quæ fermentata sunt secundum parabolam Salvatoris in farinæ sata tria. Et rursus [g]: *Glorificate Deum in corpore vestro*, & in spiritu vestro, quæ sunt Dei. Et iterum de eisdem [h]: *Hæc autem sibi invicem adversantur*. Dicant ergo, an non sunt, quæ & hæc, & sibi invicem adversantia species numeri? Dicant præterea, qui duo in tecto & [i] duæ in mola, quarum una assumitur, & una relinquitur? Præterea, dicant, an non intelligit Dominus esse hominem duo, corpus scilicet, & animam? Ex quibus [k] corpus quidem occidere possunt, qui insidiantur; anima vero non potest insidiis occidi; ambo vero in gehenna pereunt, si digna esse interitu judicentur. Si enim dicamus naturam temporis continuam magis unitam, postea in duodecim C horas a domino divisam esse; vel rursus, sicut ipse dixit, [l] totam legem in his duobus mandatis pendere caritatis in Deum, & in proximum; fortassis ipse Dominus nobiscum crimen divisionis non effugiet, qui [m] diem in XII. horas divisit, & totam legem in duo generalia mandata. Denique qui studiose scripturam & patres legerit, varium & multiplicem usum numeri reperire poterit in simplicibus, in compositis, in unitis, in divisis, in iis quæ sunt per se, & iis quæ cogitatione considerantur; qui varius usus usque ad ea progreditur, quæ sunt penitus sine hypostasi. Illud etiam non est ignorandum, quod simulant apud simpliciores, quasi aliquid differat dicere duo, & ambo, & utraque, & in ambobus, & per ambo. Hæc enim omnia, & quæ hujusmodi sunt idem sunt inter se, licet partim quidem horum in communi consuetudine, partim vero apud elegantiores reperiantur. Sicut multa alia hujusmodi multis partibus orationis declarantur. Divinus igitur Apostolus varium usum horum in eisdem rebus variat cum ait [n]: *Qui fecit utraque unum*: & rursus [o]: *Ut condat duos in se ipso*, & quæ sequuntur, [p] *& reconciliaret ambos*: ut verissimum sit, nec in divina scriptura, nec in sanctis patribus facere hæc differentem sensum in significatione differente, sed potius in quo unum horum reperitur, idem declarari differente horum omnium significatione. Nos vero gratias Deo pro iis quæ hactenus diximus, agentes, heic numerum Dubitationum finiemus. Non enim propositum nobis fuit, libros scribere, sed tradere studiosioribus adjumenta, & semina perfectioris retractationis horum, ut possint scire sapientes qui non de omnibus dubitant, esse alia, quæ ut magis a nobis dubitentur, ipsi digni sunt.

Finis Dubitationum Leontii Byzantini.

a I. Cor. XII. 18. *b* Ibid. ℣. 12. *c* Psalm. XXI. 18. *d* Ibid. ℣. 17. *e* Act. I. 18. *f* Heb. IV. 12. *g* I. Cor. VI. 20. *h* Gal. V. 17. *i* Matth. XXIV. 41. *k* Matth. X. 28. *l* Matth. XXII. 40. *m* Joan. XI. 9. *n* Ephes. II. 14. *o* Ibid. ℣. 15. *p* Ibid. ℣. 16.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.



LEONTII

MONACHI [1] HIEROSOLYMITANI

* APOLOGIA

CONCILII [2] CHALCEDONENSIS

Interprete & Scholiaste

ANTONIO BONGIOVANNI Veronensi.

A Ὡς κἂν τοιάδε ὑμεῖς εὐσεβοφανῆ νῦν δογματίζετε, οὐ συνεκκλησιαζόμεθα ὑμῖν· δέχεσθε γὰρ, καὶ σέβετε τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, καὶ Λέοντα τὸν πατριάρχην Ῥώμης, οἵ, καθά φησιν αὐτοῖς ὁ λέγων τινὰ ἑαυτὸν εἶναι διδάσκαλον αὐτῶν, ὁ ἀπὸ πατριαρχῶν Ἀντιοχείας Σεβῆρος, πρόφασιν μὲν ἔχων τῆς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνελεύσεως τὴν Εὐτυχοῦς καθαίρεσιν· σπούδασμα δὲ ἦσαν Νεστορίου.

B Ταῦτα γοῦν οἱ λέγοντες πῶς οὐ τολμηταὶ, καὶ αὐθάδεις λίαν; δόξαν γὰρ οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες, οἳ λόγον μὲν δώσουσι τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας, καὶ νεκροὺς, ὃς καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἀποκαλύψει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. δείξομεν δὲ καὶ ἡμεῖς σὺν Θεῷ τῇ ἀληθείᾳ πᾶσι τοῖς ἀκροαταῖς τῶνδε, ὡς καὶ κριταῖς ἀπολογούμενοι, ὅτι χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ αὐτοῖς, καὶ ἐκ καρδίας ἐλάλησαν κακά· C θυμὸς, αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως φθονερὸς, καὶ μισάνθρωπος, οὐ Θεόζηλος. οἱ γὰρ τούς τε ἀναθεματίσαντας Νεστόριον, ἤγουν τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον ποτνιώμενοι, καὶ τὰ κατὰ Νεστορίου γεγραμμένα τῷ ὁσιωτάτῳ Κυρίλλῳ, καὶ τὰς κατὰ τοῦδε φωνὰς πάσας ὁμολογοῦντες, καὶ ὡς μῖσός τι αὐτοῦ πανταχόσε μνημονεύοντες, καὶ πρό γε πάντων τῶν ὑπευθύνων τῇ D ἀσεβείᾳ, καὶ μετὰ πάντας τοῦτον ἀναθεματίζοντες, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας, πόθεν ἀλόγως ὡς Νεστορίῳ σπουδάζοντες διεβλήθησαν;

Ναὶ ἦσάν τινες, φησιν, ἐν τῇ συνόδῳ, οἳ ἐφωράθησαν Νεστορίῳ πάλαι προσκείμενοι.

Ἵνα οὖν καὶ κατὰ συνδρομὴν τοῦτο δῶμεν αὐτοῖς· τὸ γὰρ ἀκαθαίρετον τοῦ λόγου εἰδότες, εἰς μῆκος τὴν ἀπολογίαν ἐκτείνειν περιττῶς οὐ βου- E λόμεθα· πῶς πέντε μὲν δικαίων ἕνεκα μόνων ἡ Σόδομα, καὶ Γόμορρα ὅλη ἐσώζετο; ἧς ἡ κραυγὴ τῆς ἀνομίας καὶ ἕως τῶν ὑψίστων ἀνέβη· ἐν

„ Etsi pia videntur dogmata, quæ nunc traditis; vestram tamen societatem fugimus, „ propterea quia colitis, ac veremini Chalcedonense concilium, & Romæ patriarcham [3] Leonem, qui quidem (ut ait qui se magistrum ipsorum jactitat Antiochenus patriarcha [4] Severus) „ se in unum convenire simularunt, ut Eutychetem dejicerent, quum re ipsa tamen Nestorio suffragari studerent.

Verum qui hæc effutiunt, nonne se se valde petulantes, & audaces ostendunt? Nostram quippe famam lacerare non dubitant, qui profecto pœnas dabunt ei, qui vivos & mortuos judicaturus est, quique singulorum opera debitis præmiis vel suppliciis afficiet, patefacietque cordis intima & abscondita. Nos interim ope divina freti planum faciemus istorum nebulonum auditoribus, quasi coram judicibus caussam agentes, ostendemusque vere in eorum corde esse labia dolosa, eosque nefaria verba protulisse; quos profecto non amor erga Deum accendit, sed acri serpentis instar in homines odium ac livor inflammat. Nam quomodo verisimile est, quod eis objicitur, [5] Nestorio scilicet eos favisse, qui concilium Ephesinum quo is profligatus est, [6] venerantur, probantque cum D. Cyrilli contra Nestorium ipsum scripta, tum usurpatas adversus eumdem voces omnes? qui de ipso tamquam de piaculo quodam ubique mentionem faciunt? quique ipsum inter impios omnium [7] primum ac supremum una cum ejus asseclis idem sentientibus, explodunt, ejiciuntque a Christi fidelium communitate?

„ Aderant, inquis, in concilio nonnulli, quos „ olim Nestorio favisse constat.

Ut obiter id eis concedamus (nolumus enim imbecillitatem hujusce vani commenti probe scientes nimis orationem protrahere) ut inquam id eis concedamus, quomodo solos ob quinque viros justos incolumis a Deo servata fuit [a] Sodoma, tota & Gomorra, quarum nefaria facinora cælum ipsum

a Genes. xvii.

1. In Leontii operibus edit. Tom. IX. bibl. Patrum appellatur Byzantinus; ideo autem & Hierosolymitanum appellari tradit cl. vir Henric. Canisius præf. in eadem opera, quia prope Hierosolymam in monasterio S. Lauræ habitavit. Sed non est confundendus Leontius noster cum Leontio Byzantino Nestoriano, ut præclare monet cl. vir Basnagius in suis ad Leontium observ.

2. Convocatum fuit concilium hoc Chalcedone, an. 451. sub pontificatu S. Leonis ad profligandos Eutychetis errores qui unam in Christo naturam, ex divina & humana compositam asserebat.

3. Vetus nomenclatura, qua primis ecclesiæ sæculis gaudebant Romani pontifices qui & episcopi Romæ, & archiepiscopi appellabantur.

4. Expulso per summam injuriam Flaviano, in ipsius locum suffectus est Severus monachus, Eutychianorum caput, qui quum proscripsisset Chalcedonense concilium & S. Leonem, proscriptus & ipse fuit in concilio CP. episcopor. 4. ab Jo. Cpolit. ep. convocato. Tom. V. conc. pag. 170.

5. Nestorius monachus ad sedem Constantinopolitanam evectus in Sisinii locum docebat duas in Christo personas, cujus error damnatus fuit in generali Concilio Ephesino I. tom. 1. pag. 533.

6. Patet id ex act. 1. & seq. concilii Chalced.

7. Nam Concilii patres Act. 1. Nestorium omnium primum proscribendum clamant, & in aliis subsequentibus id ipsum ad unum omnes uno ore repetunt.

* Haud ita pridem edita ex vetusto codice Græco D. Marci bibliothecæ.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



δὲ τούτοις διὰ δεύτερον, ἢ τρίτον τινὰ δεισιδαιμονοῦντα, εἰ καὶ ἄρα ἀγνώστως τε ἐν αὐτοῖς ἀσεβοῦντα, πᾶσα ἡ ὁσία πληθὺς, καὶ λαὸς ὁ ἅγιος τοῦ τῶν χλ. ἱερατεύματος, ὡς γνώμῃ δυσσεβοῦντες μὴ διαθρῆσαι τὴν ἀλήθειαν ἐγκαταλείφθησαν ὑπὸ τοῦ λέγοντος Θεοῦ· οὗ εἰσι δύο, ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. καὶ τοῦτο οὐκ εἰς αὐτοὺς μόνον συντεινούσης τῆς θείας παροράσεως, ἀλλὰ καὶ εἰς πᾶσαν Χριστοῦ τὴν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἁγίαν ἐκκλησίαν τῶν πανδήμων, καὶ πανεθνῶν λαῶν ἀφειδέστερον· ὅτι οὐδὲ προσκαίρως, ἀλλ' ἕως αἰωνίας παραδόσεως ἥκειν ἔμελλε τὰ τότε ψηφισθέντα φρονήματα, ὡς ὁρῶμεν σὺν Θεῷ μέχρι καὶ νῦν. ἆρα οὐκ εἰς τὸν τῆς θείας προνοίας λόγον ἀσεβήσειε πρῶτος, ὁ τὸν τῆς πίστεως τῆς οἰκονομίας Χριστοῦ λόγον ἀθετῶν κηρυχθῆναι τῇ οἰκουμένῃ διὰ τῶν ἁγίων συνόδων, καὶ βεβαιωθῆναι ἐν ταῖς ἑξῆς γενεαῖς λογιζόμενος; εἰ δὲ μηδὲ ἐκ τοῦ τῆς θείας προνοίας λόγου μὴ ἀπαραδέκτως ἔχετε πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον, ἀλλ' ἔτι ὑποπτεύετε ἐκ τῆς παλαιᾶς προλήψεώς τινας ἰδικῶς τῶν ἐν αὐτῇ ὑπούλως ἔχειν καὶ τότε τὴν Νεστορίου κακοδοξίαν, εἰ καὶ τοῖς λεγομένοις ὑπὸ κοινοῦ συνεπήγοντο, σκοπήσωμεν καὶ οὕτως τίς δικαία κατάκρισις ἐκ τοῦδε τῆς συνόδου· εἴπατε γάρ, εἰ ἀδύνατον ἦν τινας πάλαι οὐκ εὖ φρονοῦντας, ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν, καὶ ὀρθοδοξῆσαι; αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτο ὑπ' αὐτῶν πραχθὲν, τοῦτο βοᾷ, ἤγουν τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἀκραιφνῶς εὐσεβεῖν, εἰ καὶ μὴ πρώην, ἐγγράφως ἀναθεματισάντων τὰ Νεστορίου φρονήματα· τόδε γὰρ, οὐ τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν; ὥσπερ γοῦν οὐδὲ ἑτέρους πάλιν τινὰς τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ἀδύνατόν ἐστι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ εὐσεβοῦντας, ὕστερον μεταπεσεῖν εἰς ἀσέβειαν· ἢ οὐχὶ καὶ Παῦλος, ὁ πρὶν διώκτης, ὕστερον εὐηγγελίζετο τὴν πίστιν, ἣν πάλαι ἐπόρθει; Ἰούδας δὲ ὁ πρώην σὺν τοῖς ια. εὐαγγελιζόμενος τὸν κύριον, ὅτε ἀνὰ δύο ἀπεστάλησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὕστερον καὶ ἐπεβούλευσεν αὐτῷ; ἄλλως δὲ εἰ καὶ κατὰ τὸν τῆς συνόδου καιρὸν αὐτὸν κακόφρονες ἦσαν τινες ἐν αὐτοῖς, ὅμως ἐπὶ τοῖς καλῶς πραττομένοις συνετίθεντο, τίς ἡ μέμψις ἐκ τοῦδε καὶ τῇ συνόδῳ; μόνου γὰρ εἶναι Θεοῦ τὸ καρδίας, καὶ νεφροὺς ἐτάζειν εἴρηται.

Ἀλλ' εἰ ὅλως μέρος ἔσχε ψεκτὸν, τὸ ὅλον, φησί, λοιπὸν ἀδόκιμον κρίνεται.

Καὶ πᾶσαν τὴν ἅλω ἄρα διὰ τὸ ἓν ζιζάνιον, καὶ τὸν ὅλον χορὸν τῶν ἀποστόλων διαβλητέον διὰ τὴν εἰς τούσδε τοῦ Ἰούδα συγκαταρίθμησιν. ἔτι μὴν εἰ ἐκ τοῦ μέρους τὸ ὅλον κρίνειν δεῖ, ἐπεὶ πολλοὶ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου ἦσαν ἐν τῇδε τῇ Χαλκηδόνος συνόδῳ, δῆλον ὡς ἐκ τῶνδε μᾶλλον τὸν κατὰ Νεστορίου σκοπὸν εἶναι καὶ τῆσδε στοχάσεσθε εὔλογον. ἢ ἀγνοεῖτε ὅτι καὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη. πατέρων τοὺς δέκα καὶ ἑπτὰ φόβῳ τῆς καθαιρέσεως ὑπέγραψαν κατὰ Ἀρείου; οἱ

A rumore suo complebant: hic autem ob duos, vel tres nefarios homines, clam impie sentientes, tota venerabilis multitudo, [1] sanctusque [2] 630. sacrorum præsulum cœtus, quasi omnes impii essent, a Deo ita deserentur, ut verum cernere nequeant, præsertim quum Deus ipse polliceatur [a] *Ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum?* Quod autem numine divino destituatur concilium, damnum hoc non ad ipsum concilium solum pertineret, sed ad universam totius christiani orbis sanctam ecclesiam omni populorum genere conflatam manaret atque diffunderetur. Siquidem illius concilii decreta non ad breve tempus aliquod, sed in perpetuum ad posteros transi-B tura erant, ut huc usque Dei ope factum videmus. An non ergo divinæ providentiæ gravem faceret injuriam, qui infitias iret fidei nostræ de Christi dispensatione dogmata per sancta concilia terrarum orbi tradi, atque posteritati solide consignari? Quod si ne ratio quidem hæc a divina providentia petita vos movet ad sanctum concilium hoc probandum, sed adhuc veteri opinionis errore decepti suspicamini quosdam concilii patres occulte fovisse pravum Nestorii dogma, licet aperte unam omnes uno ore sententiam profiterentur; consideremus an hac de caussa synodus universa rejicienda videatur. Numquid, quæso vos, fieri non poterat, ut qui antea male opinabantur, postea mutata sententia C pie recteque sentirent; Profecto quod ab concilii patribus gestum est, hoc aperte declarat, eos videlicet, si non ita pridem, at eo tempore pie recteque sensisse; quum nefaria Nestorii dogmata scripta sententia damnarint profligarintque. Quod fane fieri potuisse quis neget? quemadmodum & illud accidere potuisse nemo negabit, ut quidam alii qui tum in concilio pie recteque sentiebant, postea in impietatem prolaberentur. Nonne & Paullus qui antea Christum persequebatur, postea prædicavit eam fidem quam perdendam curaverat? Nonne Judas (qui una cum undecim apostolis Dominum prædicabat, quum bini per orbem terrarum ab eo mitterentur) idem ipse postea eidem Domino stru-D xit insidias? Verum & si concilii tempore nonnulli patrum intus in corde suo prave sensissent, quum ceteroquin ipsius concilii recte gesta atque dicta suffragio quisque suo probarint; quam ob id reprehensionem mereretur sacra synodus? scriptum est enim, solius Dei esse corda scrutari atque nervos.

„ At si partem aliquam, inquis, reprehensione
„ dignam habuit; totum quod reliquum est, ob
„ id rejiciendum videtur.

Rejicienda igitur erit & area tota solum ob lolium, & universorum Apostolorum chorus unum ob Judam explodendus. Præterea si totum a parte dijudicari debet; quum multi e concilii Ephesini patribus synodo Chalcedonensi interfuerint; rationi E consentaneum erit ex hisce potius hujus concilii contra Nestorium animum atque mentem conjicere, quam ex illis paucis inferre contrarium. An ignoratis & e concilii [3] Nicæni 318. patribus [4] septemdecim circiter dejectionis metu perculsos adprobasse

a Matth. XVIII. 20.

1. Sanctum appellatur concilium Chalcedonense, quod tanta in veneratione fuit præsertim apud Græcos, ut ejus festum quotannis ii celebrare consueverint.

2. Talem fuisse patrum numerum testatur S. Symeon Stylites *epistola ad Basil. Antioch.* apud Evag. II. *hist. c.* 10.

3. Convocatum fuit concilium hoc Nicææ Bithyniæ contra Arium, qui Dei Verbum creaturam esse impie docebat. Circa numerum episcoporum qui huic concilio interfuerunt, discrepant inter se Athanasius *Epist. ad solit.* Eusebius *lib.* 3. *de vita Constantini*, & alii.

4. Septemdecim primum fuerunt, qui fidei formulæ subscribere recusarunt, quos postea ad quinque fuisse redactos, & ex his tres dejectionis metu subscripsisse testatur Ath. *Decr. pag.* 251. Duo dumtaxat, Theonas scilicet, & Secundus pertinaciter Ario adhæserunt, quos una cum ipso concilium damnavit. *Epist. synod. ap. Socr. I. c.* 9.

SÆCUL. VII.
CIRCA
ANN. CHR.
610.



καὶ ἐπολέμησαν δεινῶς μετὰ ταῦτα τὸν μέγαν Ἀθανάσιον; καὶ οὐ παρὰ τοῦτο ἡ σύνοδος ὅλη διαβάλλεται. εἰ δὲ ἐκ τοῦ [μὴ] σαφοῦς μέρους οὐκ εὐδοκεῖτε συνιέναι τὴν τοῦ ὅλου ἀγαθότητα, ἐκ δὲ τοῦ ἀμφιβόλου διαβάλλειν πειράζετε· ἆρά γε ἐκ μέρους διαβληθείσης ὑμῖν τῆσδε τῆς ἁγίας συνόδου τῆς ὁλότητος πάσης, συνδιαβεβλημένων τῷ ὅλῳ καὶ τῶν ἐκ τῆς ἐν Ἐφέσῳ εὑρεθέντων ἐν αὐτῇ, οἳ ἦσαν μέρος ἐκείνης, κἀκείνην ἀνάγκη τὴν ὁλότητα ἐκ τοῦ ληφθέντος αὐτῆς μέρους μεμπτοῦ, ὡς σπούδασμα Νεστορίου συνδιαβάλλεσθαι; καὶ ἐκ τοῦ ὑπολείμματος τῶν δέκα καὶ ἑπτὰ, ὡς σπούδασμα Ἀρείου τὴν ἐν Νικαίᾳ ἀθετεῖσθαι δέον; ἵνα δὲ μὴ ἀγνοῆτε τῆς ἀθέσμου λοιδορίας ὑμῶν τὴν προπέτειαν, μνημονεύσατε, ὅτι καὶ Συμεὼν ὁ ἅγιος, ὁ ἐν κίονι τὴν ἰδίαν ἡμῖν ἀρετὴν στηλώσας ἀρετὴν, εἷς ἦν τῶν ὑπογραψάντων ἐν τῷ ὅρῳ τῆσδε τῆς συνόδου, εἰς ὃν ἐγκωμιαστικοὺς λόγους, καὶ ὕμνους ἐκθειαστικοὺς καὶ ὁ ὑμέτερος ἔφη πατριάρχης Σεβῆρος αὐτὸς, καὶ Βαραδάτης δὲ, καὶ Ἰάκωβος οἱ θαυματουργοὶ συνυπέγραψαν· ἀλλὰ τί ταῦτα ῥητορικῆς ὄντα πιθανολογίας δεινώματα τοῖς πρὸς κατάληψιν εὐσεβείας ἐναγωνίως σπεύδουσιν ἐμποδὼν ῥίπτετε τὰ σκάνδαλα, καὶ τοὺς θέλοντας τρέχειν καλῶς ἐκκόπτετε τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι; ὡς ἂν γοῦν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων παραστήσωμεν οὐκ ἐν λόγῳ ὄντα τὸν ὑμέτερον ἀπεκκλησιασμόν· ἰδοὺ πάντα παραδραμόντες ἔλεγχον τῶν προφασισμάτων, προτείνομεν ὑμῖν, ὡς εἰ τὰ προβασανισθέντα ἡμῖν ὀρθὰ δόγματα συνομολογήσοιτε, μίαν τε φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην λέγοντες, καὶ δύο φύσεις εἶναι Χριστοῦ ἡνωμένας κατὰ μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, οὐκ ἀρνούμενοί τε καὶ τὴν σύνοδον, καὶ Λέοντα. ἀλλὰ καὶ ἄγγελοι ἐξ οὐρανοῦ, εἰ μὴ οὕτως ἐφρόνουν, καὶ ἔλεγον, καὶ ἔγραφον, πρὸ ὑμῶν ἀναθεματίζομεν· Σεβῆρόν τε, καὶ Διόσκορον, καὶ Τιμόθεον, καὶ ὑμᾶς, καὶ τὸν οἱονοῦν οὕτως φρονοῦντα εὐφημοῦμεν, καὶ ἀποδεχόμεθα, μηδὲν ἕτερον ἐπιλέγοντες τούτοις, ἀλλὰ τὴν κρίσιν τῶν οὕτως φρονούντων, ἢ ἄλλως μὲν εἰρηκότων, ἑτέρως δὲ νοούντων, τῷ πάντων κριτῇ Θεῷ ἐγκαταλιπόντες. εἰ δὲ πάντως κρίνειν καὶ ἡμᾶς δεῖ, καὶ πληροφορεῖσθαι τίνες μὲν εὐσεβεῖς εἰσι πατέρες ἡμῶν, καὶ ποιμένες, καὶ φωστῆρες· τίνες δὲ ἀστέρες πλανῆται, καὶ λησταὶ, καὶ λύκοι, εἰς διαίρεσιν καὶ φθορὰν τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ τῷ διαβόλῳ λειτουργήσαντες· εἰκότως, οὓς μὲν εὕρομεν σαφῶς ἐκ τῶν γεγραμμένων τῆς ἀληθείας ὑποφήτας, ὡς διὰ τῆς θύρας εἰσιόντας εἰς τὴν μάνδραν τοῦ Χριστοῦ, ἤγουν δι' αὐτοῦ, ὅς ἐστιν ἡ ἀλήθεια, τούτους σέβομεν, τούτους ἀγαπῶμεν, τούτοις ὑπακούομεν· ἀλλοτρίῳ δὲ οὐκ ὑπακούομεν, ὅτι οὐκ οἴδαμεν τοῦ ἀλλοτρίου τὴν φωνὴν τὰ ἐντὸς πρόβατα τοῦ καλοῦ ποιμένος, καὶ ἀρχιποιμένος τοῦ μεγάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

„ Καὶ μήν φασιν καὶ αὐτοὶ οἱ τῆς συνόδου πατέρες περὶ
„ φωνάς τινας ἀλλήλοις διηνέχθησαν, καὶ ἐνέστησαν
„ ὑπὲρ τῆς πρώτης αὐτῶν ἐκθέσεως, τῆς καταργηθεί-

A fidei regulam contra Arium, eique ſubſcripſiſſe? qui poſtea & D. Athanaſium acriter inſectati ſunt? ob id tamen haud exploditur tota ſynodus. Quod ſi non a manifeſta parte de concilii totius bonitate dijudicandum putatis; ſed ob dubia potius totum explodendum contenditis; quum ob unam partem a vobis explodatur totum Chalcedonenſem concilium & una cum toto ea quoque patrum pars improbanda videatur qui concilio Epheſino interfuerunt, ejuſque partem componebant; numquid ex hac parte quæ prava deprehenſa eſt, totum concilium ipſum Epheſinum, tamquam Neſtorio patrocinatum neceſſario rejiciendum putabitis? explodendumque totum concilium Nicænum ob ſeptemdecim illos, quaſi omnes Ario ſtuduerint? Sed ut veſtram B in accuſando temeritatem inſolentiamque clare perſpicere poſſitis, mementote in eorum numero qui hujuſce Concilii definitioni ſubſcripſerunt, fuiſſe cum D. [1] Symeonem, qui ſuam nobis virtutem in [2] columna teſtatam reliquit, quem [3] orationibus hymniſque ſacris celebravit & ipſe patriarcha veſter Severus; tum una cum illo ſubſcripſiſſe & Baradatum, & Jacobum, qui miracula bene multa patrarunt. Verum quid offendicula hæc, quæ pura putaque ſubdolæ rhetoricæ commenta ſunt, objicitis iis qui pietatis adipiſcendæ ſtudio flagrant, eoſque a veritate detorquere conamini, qui recta incedere ſtudent? Porro qua facilius coram Deo & hominibus perſpicuum vobis facere poſſimus abſurdam eſſe veſtram a noſtra ſejunctam ſocietatem, ceteris omnibus C prætermiſſis, hoc unum dicimus. Si nimirum amplectendo, quæ proponimus recta dogmata, fateamini unam Dei Verbi naturam carnem aſſumſiſſe, atque duas Chriſti naturas in una eademque perſona ſubſiſtere, fidem præſtando concilio & Leoni (quibus omnibus contraria ſentientes, aut docentes, ſubſcribenteſque, vel angeli ſint, eos proſcribendos judicamus) libenter amplectimur, commendamuſque & Severum, & Dioſcorum, [4] & Timotheum, & vos, & quemlibet alium ita ſentientem, nihilque præterea dicimus: ſed horum omnium (qui ita ſentiunt, aut verbo quidem ita profitentur, corde vero aliter credunt) judicium ipſi Deo omnium judici relinquimus. Verum ſi nos quoque de patrum noſtrorum integritate pieD tateque judicare oportet, atque definire, quinam boni paſtores ſint, & vera lumina; qui contra errantia ſidera, & fures, & lupi, qui ſuum eccleſiæ diſcerpendæ, laniandæque miniſterium operamque diabolo præbet; profecto quot veritatis explanatores deprehendimus, ingredienteſque Chriſti gregem per januam, hoc eſt per Chriſtum ipſum qui Veritas eſt, eos omnes colimus, ac diligimus, eorumque mandatis obtemperamus; extraneo contra non obſequimur, quia nos qui in ipſo grege cenſemur, oves egregii Paſtoris, atque paſtorum omnium Principis magni Chriſti Jeſu, vocem extraE nei minime novimus.

At, inquies, ipſi concilii patres de vocibus quibuſdam inter ſe diſſenſerunt, inſtiteruntque vehementer, ut [5] prima quæ jam exploſa fuerat, reti-

1. Symeon ſcilicet Stylites, S. Jacobus Syrius, & S. Baradatus, vita & miraculis inſignes, qui de Concilio Chalcedonenſi ab imper. Leone conſulti, illud adprobarunt. Id de ſe teſtatur Symeon Styl. *Epiſt. ad Baſil. Antioch. Epiſcopum*. Evagr. II, 10.

2. A qua columna, Græce ϛύλος, ſuam denominationem traxit.

3. Nulla horum operum mentio apud Fabricium T. X, p. 343. ubi de Severo, ejuſque oper[illegible] [illegible]ſerit.

4. Aelurum Eutychianorum patronum, de quo vide infra.

5. Primam propoſuerat Anatolius CP. quam epiſcopi Romani omnes, & quidam Orientales explodendam judicarunt; ceteri contra tenendam utpote a Spiritu ſancto dictatam clamarunt. Tandem accurate re perpenſa, alteram ediderunt, adprobaruntque univerſi concilii patres. *Act. V. conc. Chal.*

Sæcu. VII. circa Ann. Chr. 610.

„ στης· θερμῶς ἀλλήλους ἂν οὗτοι, καὶ ὑπὲρ Διοσκόρου A
„ πρεσβεύοντες τοῦ ὑπευθύνου· πῶς οὖν οὐχ ὕποπτοι;

Πλὴν τί τοῦτο ξένον; καὶ ἐν τῇ γὰρ τῶν τιη. πατέρων συνόδῳ τῇ ἐν τῇ Νικαίᾳ, διηνέχθησάν τινες πρὸς ἀλλήλους, ὡς δηλοῖ Εὐσέβιος ἱστορῶν.

„ Ἀλλὰ ναί φησιν, ἐλέγχει τὴν σύνοδον ἑτεροφρονοῦσαν κατὰ βάθους πρὸς τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων ὑπὸ αὐτῆς, καὶ ἄλλα μὲν ὠδίνουσαν, ἄλλα δὲ ἀποτίκτουσαν ὁ τοῦ ὅρου αὐτῆς διπλασιασμὸς, καὶ ἡ ἐπάλληλος ψῆφος, καὶ τῶν ἰδίων ἡ μεταστροφή.

Ἀλλ' ἔστι μὲν, ὦ οὗτοι, ἐκ τῶν κατ' αὐτὴν πεπραγμένων ἄλογον τήν τε ἐπανάληψιν τοῦ ὅρου, καὶ τὴν ἐπιδιόρθωσιν κατανοῆσαι σαφέστατα· ἵνα δὲ μὴ τοιαύταις δικολογίαις ἀγοραίοις καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συνδιαστρωμεθα, καὶ πρὸς τῇδε τοῦτο φαμὲν, πρῶτα B μὲν ὡς οὐκ ἐκ πρώτης ἀνθρώποις πᾶσιν, οὐδὲ τοῖς θεοφόροις ἡ τελεία γνῶσις εὐθύς· ἀλλ' ἔστι καὶ τοὺς ἁγίους τῇ μὲν ἐκ μέρους τι γινώσκοντας, ὕστερον πλεωτέρως τὸ αὐτὸ ἐπιγινώσκειν· ἄλλως δὲ εἰ μὴ τὸ ὅλον πρὸς διαβολὴν μόνον ὁρῶμεν, μᾶλλον ἂν ἐκ τοῦδε προσεχῶς τε, καὶ ἐμπεριεσκέπτως ψηφισαμένη φανεῖται, καὶ οὐδὲν κατὰ συναρπαγὴν, ἢ παρόρασιν τῆς χρείας ἐκφωνήσασα.

„ Ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν αὐτὴν, φησιν, διαβλητέον· Διοσκόρῳ γὰρ ἀντιπαθῶς ἔχουσα ἐλέγχεται, τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὄντι πάπα ποτὲ, ὃς τοῖς Νεστοριανοῖς ἀντέκειτο ἄγαν δόγμασι· καὶ γὰρ τόνδε οὐκ ἀλόγως ἐξέβαλε τοῦ θρόνου μόνον, ὡς ἐχθρῷ Νεστορίου τούτῳ μηνίσασα· ἀλλά τινὲς αὐτῶν τοιῶν δι συνηγορικῶν ῥητορικαὶ παρα- C γραφαὶ, καὶ διαβολαὶ Τερτύλλῳ τῷ ὑπὲρ Ἰουδαίων λέγοντι κατὰ Παύλου πρὸς Φήλικα πρέπουσαι.

Πρὸς ὑποσύλησιν γὰρ τῶν κουφοτέρων κριτῶν εἰσιν ἐξευρημένα τὰ τοιάδε· Διόσκορον γὰρ ὡς Εὐτυχέα μὲν τὸν κακόφρονα δεξάμενον μετὰ τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ, καὶ ἀναθεματίσαντα τὸν ὅσιον Φλαυιανὸν, τὸν δικαίως αὐτὸν καθαίραντα προετρέψατο ἐλθεῖν εἰς ἀνάκρισιν τῶν κατ' αὐτοῦ ἡ σύνοδος διαφόρως, καὶ ἄλλην ἄλλως, ψευδῆ τι προφασιζόμενον ἐπὶ τῇ ἀναμονῇ αὐτοῦ τῇ πρὸς τὴν κλῆσιν παραθέντα· ὕστερον δὲ καὶ ἀνέδην οὐκ εἴξαντα παραγενέσθαι, τηνικαῦτα ἐξέβαλον.

„ Πῶς οὖν, φησιν, αὐτὴ ἡ σύνοδος ἔφη Διόσκορον μὴ διὰ δόγμα καθελεῖν· ἀλλ' ὅτι κληθεὶς, D
„ οὐχ ὑπήκουσε;

Καὶ γὰρ ὄντως, ὦ οὗτοι, ἐκλήθη μὲν διὰ τὴν τοῦ κακοῦ δόγματος Εὐτυχοῦς ὑποψίαν· μὴ ὑπακούσας δὲ, καὶ ἐνδοὺς εἰς βάσανον τὸ καθ' αὐτὸν, προϋποπέπτωκε καὶ ἑτέρῳ ἐγκλήματι, τῷ τῆς παρακοῆς, ὑπὲρ οὗ καὶ τῆς κατὰ τοὺς κανόνας μερικῆς τέτυχεν ἀμοιβῆς ἐκβεβλημένος· πλὴν οὐκ ἐν τῷδε τοῦ τῆς κακοδοξίας ἠλευθέρωται· οὐ γὰρ εἴ τις ἐπὶ ἱεροσυλίᾳ ἐγκαλοῖτο, προτραπεὶς δὲ εἰς τὴν περὶ τοῦδε δίκην, καὶ φυγοδικήσας, εἶτα εὐλόγως φυγοδικίας κατακριθεὶς, διὰ τῆς κουφοτέρας κατακρίσεως τῆσδε, περὶ τῆς ἱεροσυλίας τὴν νικῶσαν ἀπενέγκοιτο· τοὐναντίον γὰρ καὶ ἐπιβεβαιοῖ τὴν ἔγκλησιν τῆς βασάνου τῆς ὑποθέσεως. εἰ E δὲ λέγοιτε ὅτι εἰ τὸ συνειδὸς αὐτῷ αἴτιον ἦν τῆς

A neretur expoſitio, vel pro Dioſcoro ipſo qui reus agebatur, deprecaturi.

Et quid mirum? Nam & in ipſa Nicæna ſynodo patrum 318. nonnulli inter ſe diſſenſerunt, ut in [1] hiſtoria ſua oſtendit Euſebius.

At, inquis, quod ſynodi patres in cordis intimo longe aliter de rebus multis ſentirent, quam pronuntiarunt; quodque aliud animo ſuo conceperint, aliud ediderint: id aperte declarat cum [2] duplex fidei regula ab ipſis tradita, tum repetita ſuffragia, & actionum inconſtantia.

Verum ab ſynodi geſtis, o ſtolidiſſima capita, liquet apertiſſime eam ſua decreta renovando, correxiſſe id, quod antea minus recte ſe habebat. Sed ne iſtiuſmodi forenſibus cavillationibus, nos quo- B que vobiſcum diſtineamur, ad hæc illud etiam addimus dicimuſque, nullis hominibus, ne divino quidem Numine afflatis, affulgere ſtatim primo intuitu perfectam rerum intelligentiam; ſed & ſanctos interdum perſpicere clarius, quod antea ſubobſcure cernunt. Præterea niſi cuncta lividis oculis intuemur, ex hoc ipſo magis magiſque perſpicuum fit ſynodum omnia conſiderate & caute, non temere geſſiſſe atque negligenter.

Sed alia de cauſſa, inquis, vituperanda eſt hæc ſynodus. Conſtat enim iniquo eam odio flagraſſe in [3] Dioſcorum qui olim eccleſiæ Alexandrinæ præfuit, & Neſtorianos errores acriter inſectatus eſt; quem ſine juſta cauſſa non modo [4] ſede ſua dejecit eum tamquam Neſtorii hoſtem inſectando; ſed ta- C lia continet defenſionum, atque criminationum capita, tales item calumnias, quæ Tertullo pro Judæis ad Felicem contra Paullum peroranti maxime convenirent.

Verum hæc ſubdole comminiſcuntur ad fallendos leviorum judicum animos eoſque decipiendos. Dioſcorum enim (cui quod [5] dejectum impium Eutychetem excepiſſet, atque Flavianum qui eum juſte dejecerat [6] proſcripſiſſet, crimini dabatur) ſæpe multiſque [7] modis in jus vocavit, ut ab objectis hiſce criminibus ſe ſe defenderet: quumque ille primum [8] tergiverſaretur, deinde etiam impudentius judicium detrectaret; tum demum concilii patres eum dejecerunt.

Cur ergo, dicet aliquis, ſynodus ait ſe Dioſco- D rum dejeciſſe non propter [9] mala dogmata, ſed ob ejus contumaciam, qua ſibi vocanti parere recuſavit?

Verum enim vero, ſtultiſſimi viri, vocatus quidem a concilii patribus fuit ob Eutychiani dogmatis ſuſpicionem, in quam inciderat; ſed quum recuſaſſet parere, ſe, ſuaque eorum inquiſitioni ſubjiciens, incidit in aliud crimen, contumaciæ ſcilicet, propter quod peculiari ſupplicio affectus eſt, & ex canonum præſcripto a ſua dignitate dejectus; ob id tamen haud fuit ab impietatis crimine abſolutus. Non enim, ſi quis forte de ſacrilegio delatus, vocatuſque detrectaret judicium, atque propterea contumaciæ damnaretur, per hanc leviorem condemnationem victor in principali cauſ- E ſa diſcederet; ſed magis magiſque confirmaret objecti criminis ſuſpicionem. Si dixeritis eum detre-

1. Id ipſum teſtatur idem Euſebius & *lib. III. de vita Conſtan. c.* 13.
2. De qua ſupra diximus.
3. Mortuo enim D. Cyrillo Dioſcorus in ejus locum ſuffectus eſt, qui poſtea quum Eutychianis patrocinaretur, damnatus proſcriptuſque fuit in concilio Chalc. *Act. III.*
4. Fecerunt id concilii patres *Act. I.*
5. Id ei crimini datur in concilio Chalc. *Act. I.*
6. Dioſcorus Flavianum ab omni dignitate depoſuit in falſo concilio Epheſino reclamantibus ſummi Pontificis legatis. Ibid.
7. Trinam enim concilii patres ad Dioſcorum legationem miſerunt, unam voce, reliquas duas ſcriptis obeundas. *Concil. Chalc. Act.* III.
8. Finxit enim ſe morbo correptum ad concilium ire non poſſe. Ibid.
9. Declarant id patres in ſua contra Dioſcorum ſententia, & per epiſtolam id ei ſignificarunt. Ibid.

SÆCUL. VII.
CIRCA
ANN. CHR.
610.



A φυγοδικίας, ἀλλ' ἡ τῶν δικαστῶν ἀντιπάθεια· ταύτην ἄρα ἐγγράφως, καὶ νομίμως, καὶ κανονικῶς δι' εὐλόγου παραιτήσεως ἔδει αὐτὸν συστῆσαι, οὐ μὴν διὰ τῆς τῶν ἐλέγχων ἀποδράσεως· τοῦτο γὰρ ἀπορίᾳ παντελεῖ τῆς περὶ τοῦ ἐγκλήματος ἀπολογίας γίνεται. τίνας γὰρ ἂν καὶ ἔφη λόγους παραγενόμενος; ὁ βουλόμενος τῶν ὑπεραλγούντων τἀνδρὸς ἠθεποιείτο· ὅτι μὲν γὰρ ἐδέξατο Εὐτυχέα, φανερόν. ὅτι δὲ οὐ καλῶς ἐδέξατο ἄνδρα μίαν εἶναι μόνην τὴν τοῦ Χριστοῦ φύσιν δοξάζοντα θείαν τι ἁπλῶς, καὶ οὐδὲν ἔχουσαν ἀνθρώπινον, τί ἂν ἀπελογήσατο; ὑμεῖς οὖν οἱ Διοσκορῖται ἐπινοήσατε.

B „ Ναί φησι· μετανοήσαντα γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τούτοις ἐδέξατο, καὶ ἀληθῶς ὀρθοδοξοῦντα ὕστερον.

Οἱ γοῦν τοὺς ὁπωσοῦν ὑποπτευθέντας πώποτε Νεστορίῳ συμφρονεῖν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ μὴ μεταστῆναι τῆς δεισιδαιμονίας πειθόμενοι, πῶς νῦν τόνδε οὐχ ἁπλῶς μόνον ὑποπτευόμενον, ἀλλὰ καὶ ἐγγράφως ὁμολογήσαντα τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, καὶ καθαιρεθέντα ἐπὶ τῷδε, ὡς μὴ ἀποστάντα τῆς κακοδοξίας, μεταμαθεῖν τὴν εὐσέβειαν ἐπληροφορήθητε; οὔτε παρουσίᾳ συνόδου, ἢ μαρτύρων τινῶν ἀξιοπίστων, οὔτε ἐν ἐκκλησίᾳ, οὔτε ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ τινὶ τῆς πρώην αὐτὸν ἀποστῆναι κακοδοξίας ὁμολογήσαντα; ἔτι μὴν εἰ ὄντως ταῦτα ἔχει, καὶ ὡς μετανοή-
C σαντα ἐδέξατο αὐτὸν, δῆλον ὅτι οὕτως ἀσεβοῦντα πρώην αὐτὸν, ἐφ' οἷς ἔσχατον πρὸς Διόσκορον μετενόησε, καθήρει ὁ ὁσιώτατος Φλαβιανός. πῶς οὖν δεξάμενος τόνδε ὁμολογοῦντα τὴν πάλαι αὐτοῦ κακοδοξίαν, τὸν καθαιρεθέντα δικαίως πρὸ τῆς μετανοίας, Φλαβιανὸν τὸν δικαίως αὐτὸν καθῃρηκότα Εὐτυχῆ, τοῦτό φησι καὶ αὐτὸς πρᾶξαι εἰς αὐτόν; ἢ οὖν οὐκ ἀληθῶς μετανοήσαντα τοῦτον ἐδέξατο, ἢ οὐκ ἀδίκως καθελόντα αὐτὸν Φλαβιανὸν, ἐκεῖνον αὐτὸς ἀδίκως ἀντικαθεῖλεν.

„ Ἀλλὰ ναί φησι Νεστοριανὴ πρόληψις ἦν περὶ Φλαβιανοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου·
D „ ἔνθεν καὶ ὕποπτα τὰ εἰς Εὐτυχῆ γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ.

Καί τις ἐντυγχάνων τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως Φλαβιανοῦ, τῷδε συμφήσειεν, ὦ οὗτοι; φησὶ γάρ.

„ Κηρύττομεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πρὸ αἰώνων ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀνάρχως γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα. ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν τὸν αὐτὸν δι' ἡμᾶς, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τεχθέντα κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν ἐν προλήψει ψυχῆς, καὶ σώματος, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον τῇ μητρὶ τὸν αὐτὸν κα-
E τὰ τὴν ἀνθρωπότητα· καὶ γὰρ ἐκ δύο φύσεων τὸν αὐτὸν Χριστὸν μετὰ τὴν σάρκωσιν, τὴν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· καὶ μίαν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην μέντοι, καὶ ἐνανθρωπήσασαν λέγειν οὐκ ἀρνούμεθα· διὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶ-

A ſtaſſe judicium non conſcientiæ ſuæ ſtimulis adactum, ſed judicium iniquitate perterritum; reponam eum debuiſſe ſcriptis id ſignificare, & rite recteque procedere, non omnino recuſare probationes. Hoc enim eum omni delicti excuſatione caruiſſe clare demonſtrat. Et ſane quid reſpondere poterat, ſi adfuiſſet? dicat quiſquis hujus viri caſum ægre fert. Quod enim exceperit Eutychetem, manifeſtum eſt; utrum autem recte ſe geſſerit hominem illum excipiendo (qui naturam [1] unam dumtaxat in Chriſto mere divinam, humanæ ſubſtantiæ prorſus expertem profitebatur) quave propterea ſe defenſione tueri poſſet, id vobis ipſis Dioſcori patronis judicandum relinquo.

B Eſto, inquit, ſed Eutychetem excepit, poſteaquam erroris eum ſui pœnituit, atque pie recteque ſentire cœpit.

At quomodo vos, qui non ita facile adduci poteſtis, ut credatis ſuam mutare potuiſſe ſententiam eos Concilii Patres, qui quoquo modo ſemel vobis in ſuſpicionem Neſtorianæ hæreſeos venerunt; quomodo, inquam, pie recteque nunc ſentire putatis eum, qui non levem aliquam ſui criminis ſuſpicionem injecit, ſed ſuam ipſius impietatem ſcriptis aperte confeſſus eſt; qui propterea tamquam in errore ſuo perſiſtens a dignitate ſua dejectus fuit? qui demum neque in ſynodi conſeſſu, neque coram teſtibus fide dignis, neque in Eccleſia, neque ſcri-
C ptis ſuam ſe pravam opinionem mutaſſe declaravit? At ſi ita eſt, ſi Dioſcorus excepit ipſum erroris jam ſui pœnitentem; ſequitur inde juſte a ſanctiſſimo Flaviano dejectum eum, qui prius ita nefarie ſentiebat; etiamſi poſtea ad Dioſcorum confugiens pœnitentiam egerit. Quomodo ergo qui hominem hunc excepit veterem errorem ſuum confitentem, atque juſte ante peractam pœnitentiam dejectum, ſe quoque Flavianum ipſum qui eum dejecerat, juſte dejeciſſe autumat? Vel ergo Dioſcorus eum excepit haud vere pœnitentem, vel Flavianum eumdem a quo jure ac merito Eutyches dejectus eſt, per ſummam injuriam ipſe dejecit.

Fama erat, inquit, Flavianum Conſtantinopoleos
D epiſcopum Neſtorii errores fovere; propterea ſuſpecta ſunt omnia, quæ contra Eutychetem ipſe geſſerat.

Ecquis, heu miſeri, fidei expoſitioni a Flaviano traditæ occurrens, verum id eſſe fateatur? ait enim:

Prædicamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ante ſæcula ſecundum divinitatem a Deo Patre ſine temporis [2] initio genitum, eumdemque poſtremis diebus propter nos, & propter noſtram ſalutem a Virgine Maria ſecundum humanam carnem progenitum, perfectum Deum, eumdemque perfectum hominem ſimul, [3] animato corpore præditum, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem,
E & ejuſdem cum Matre ſubſtantiæ ſecundum humanam carnem. [4] Eumdem enim Chriſtum duabus naturis præditum poſt aſſumtam ex utero ſanctæ Virginis humanam carnem, unum in una eademque ſubſtantia ac perſona Chriſtum, unum Filium, unum Dominum confitemur: neque dubitamus aſſerere unam Dei Verbi naturam, carnem & humanitatem aſſumſiſſe; propterea quia [5] unus idemque ſubſiſtit in duabus naturis Dominus noſter Je-

1. Is enim impie docebat Dominum ante carnem aſſumtam habuiſſe naturas duas, poſtea vero unam dumtaxat: quem errorem acriter inſectatur Leo *Epiſt. ad Flavianum*.
2. Accepta ſunt hæc ex Epiſtola Flaviani ad Theodoſium apud Labbe tom. IV. pag. 778. edit. Venetæ, MANSI.
3. Id contra Arium.
4. Contra Apollinarem.
5. Hoc contra Eutychetem.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



„ ναι κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. τοὺς δὲ δύο „ υἱοὺς, ἢ δύο ὑποστάσεις, ἢ δύο πρόσωπα καταγ- „ γέλλοντας, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν Ἰησοῦν „ Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος κηρύσσοντας, „ ἀναθεματίζομεν, καὶ ἀλλοτρίους τῆς ἐκκλησίας εἶ- „ ναι κρίνομεν, καὶ πρῶτον πάντων Νεστόριον ἀνα- „ θεματίζομεν τὸν δυσσεβῆ, καὶ τοὺς τὰ αὐτοῦ φρο- „ νοῦντας, ἢ λέγοντας· καὶ ἐκπέσουσιν οἱ τοιοῦτοι „ τῆς υἱοθεσίας τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς φρο- „ νοῦσιν.

Οὕτω μὲν οὗτος ὁμολογεῖ ὁ ὑπὸ Διοσκόρου, ὥς φησιν, ἅτε Νεστοριανίζων καθαιρεθείς· εἶτα δὲ ἁπλῶς καὶ τῆς κατὰ Διοσκόρου πάσης μέμψεως συνηθείσης ἡμῖν, πᾶσα μὲν ἡ τῶν ἱερῶν, καὶ ἁγίων λειτουργιῶν σύνοδος ἀνθιπατῶς ἔδοξεν ὑμῖν ἐκβαλεῖν παρόντα, καὶ κεκλημένον διαφόρως, καὶ προδιαβεβλημένον ἐπὶ προλήψει Εὐτυχοῦς ἕνα τινὰ μόνον αὐτὸν Διόσκορον· Σεβῆρος δὲ, ὁ γενόμενος ἐν Ἀντιοχείᾳ οὔτε ἐν χρόνοις, ἢ τόποις αὐτοῦ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον παροῦσαν, οὔτε προτραπεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, οὔτε δεξαμένην Νεστόριον, ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσαν αὐτὸν, καὶ τὰ αὐτοῦ ἐγγράφως, δεχομένην δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ ὀρθοδοξίαν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἀντικειμένην αὐτῷ κακοδοξίαν Εὐτυχοῦς, οὐκ ἐκβάλλεσθαι ἁπλῶς καταψηφισάμενος, ἀλλὰ καὶ ἀναθέματι κατακρίνειν αὐτοὺς ἅπαντας ἅμα ὑφ' ἓν ὁ εἷς μόνος τολμήσας· πῶς οὐκ ἔδοξεν ὑμῖν ὅλως ἐμπαθῶς ἔχειν, ἢ προπετῶς πρὸς τάδε; καίτοι ἀπ' αἰῶνος κἂν τοῖς ἐξωτέροις, κἂν τοῖς ἡμετέροις πάντων τῶν ὁμοειδῶν τὰς τοῦ κοινοῦ κρίσεις μᾶλλον ἀποδεκτέας ἴσμεν κατά τινος τῶν ἰδικῶν, ἢ τὰς ἐξ ἰδικοῦ τινος κατὰ τοῦ περὶ αὐτὸ κοινοῦ. καὶ ὑμῖν ἄρα τὸ ὅλον τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας μέρους ἰδίου ἑνὸς ἀξιοπιστότερον ἔδει νομίζεσθαι, εἰ ἀληθείας κρίνετε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων· τινὰ γὰρ ἂν καὶ ἄλλον εἴδετε τολμήσαντά ποτε σύνοδον ἀναθεματίζειν, καὶ οὐ τοὐναντίον πάντας τοὺς αἱρεσιάρχας ὑπὸ συνόδων ἀναθεματισθέντας; καὶ γὰρ ὄντως θαυμαστὸν ὅπως οἱ τοῦ Θεοῦ δοῦλοι τὸν τῆς τάξεως λόγον ἐφύλαξαν ἀεί· οὐ γάρ ἐστιν ἀκαταστασίας ὁ Θεός. συνόδων οὖν διαφόρων δεισιδαιμονησασῶν, κατήργηται μὲν συνόδοις κυριωτέραις τὰ ὑπ' αὐτῶν· οὐ μήν τις τῶν θεοφόρων μόνον ἰδικῶς κατακρίνειν, ἀλλ' οὐδὲ σύνοδος ἀναθεματίσαι σύνοδον ἐτόλμησε. πόσῳ γε μᾶλλον ἀναθεματίζειν κοινόν τι θεολάτρου πανηγύρεως ὁ εἷς ἐνθέσμως ἀπετόλμησεν; ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν οὐκ ἐκπτύσαντες ὅμως ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὸν ἐγκριφθέντα αὐτοῖς γλοιώδη τῆς ἀλόγου προλήψεως καθ' ἡμῶν ῥύπον. τί φασὶ πάλιν;

„ Ὡς αἱ πλείους τῶν χειροτονιῶν ὑμῖν διὰ χρυ- „ σίου δόσεως, καὶ λήψεώς εἰσιν, καὶ ἔχουσι τὸ „ ἐπάρατον κατὰ τὴν τοῦ μάγου Σίμωνος πρόθε- „ σιν. πῶς οὖν ὑμῖν συγκοινωνητέον; εἰ μὴ „ ἄρα κατάρας εἶναι κληρονόμους περιφρονετέον ἡμῖν „ φασί.

Ἆρα γοῦν ἐπεί τινες τῶν ἰατρῶν ἐφωράθησαν μοιχοὶ, καὶ κλέπται, διὰ τόδε τὴν ἰατρείαν λοιδορητέον ἐπὶ τούτοις, καὶ φευκτέον; πλὴν τάδε ἡμῖν εἰ, ὡς οἱ λεγόμενοι ἁγνοὶ, τῷ ἑαυτῶν ἀνεπιλήπτῳ βίῳ πεποιθότες προάγουσιν ὡς

A sus Christus. Qui contra duos filios in Christo, vel duas substantias, vel duas personas asserunt, nec unum eumdemque Dominum Jesum Christum Dei vivi Filium agnoscunt, eos omnes exsecramur, & ab ecclesia Dei segregandos judicamus. Idque supplicium omnium primo nefario Nestorio, ejusque asseclis idem sentientibus, aut prædicantibus infligimus; qui profecto omnes amittent adoptionem illam, quæ pie recteque sentientibus promittitur.

Ita confitetur is, qui a Dioscoro tamquam Nestorii fautor (ut ipse ait) dejectus. Quid? omissis in Dioscorum querelis omnibus, videtur ne vobis universa [1] sanctorum patrum, sacrorumque Dei B ministrorum synodus odio compulsa dejecisse Dioscorum unum, eumdemque præsentem, & variis modis ad concilium vocatum, neque de Eutychetis erroribus suspectum; Severus contra Antiochiæ vitam degens qui synodum Chalcedonensem (neque suis [2] temporibus, neque locis celebratam, nec ab ipso vocatam, nec excipientem Nestorium, sed ipsum ejusque dogmata scriptis explodentem, probantemque recta contra eum dogmata, non item ei contrariam Eutychetis pravam sententiam) Severus, inquam, qui non modo rejiciendam absolute judicavit, sed unus omnes una sententia a Christi fidelium cætu [3] segregare ausus est; nonne videtur id egisse per summam injuriam audaciamC que? quamquam in more positum jam diu videmus cum apud nostrates, tum apud exteros populos eadem instituta profitentes, ut longe potiora habeantur universitatis judicia contra privatos, quam privatorum contra ipsam universitatem in qua continentur. Et vos igitur æquum esset, si recte filii hominum judicari velitis, potiorem ducere totum ecclesiæ sacrorum præsulum cœtum, quam unam dumtaxat ipsius partem, ipsumque magis fide dignum existimare. Num alium quempiam ausum umquam fuisse nostis proscribere synodum, & non hæresiarchas omnes ab synodo proscribi atque profligari? qua in re mirandi profecto sunt servi Dei, qui rectum semper ordinem servarunt: confusionis enim auctor Deus esse ne-D quit. Sane quod nonnulla concilia minus recte decreverunt, abrogarunt id alia concilia præstantiora; numquam tamen privatus unus omnes simul sanctos patres damnare ausus est, immo neque concilium aliud proscribere consuevit. Quanto magis ergo vituperanda ejus audacia, qui unus universum ecclesiæ Dei sanctum cœtum solemni ritu proscribere non dubitavit? Ad hæc nihil moventur, sed adhuc servant in pectore suum contra nos acre virus. Ecquid objiciunt præterea?

Multa videlicet suffragia auro fuisse quæsita, atque propterea diris iis exsecrationibus obstringi, quibus Simonem magum Petrus olim simili de caussa devovit. Quomodo ergo vobiscum, ajunt, socie-E tatem coire licet? nisi forte nos ejusdem vobiscum maledictionis heredes ac participes fieri velimus.

Verum enimvero, si forte medici nonnulli deprehendantur in adulterio & furto, numquid propterea medicina ipsa vituperanda est atque fugienda? Profecto si qui nobis hæc objiciunt, faciunt id innocentia sua freti, inculpatæ vitæ confisi, ut

1. Sanctum concilium Chalcedonense, quod tanto in honore habitum fuit præsertim apud Græcos, ut ipsius festum ii quotannis celebrare consueverint.

2. Nam concilium Chalcedonense convocatum fuit anno 451. Severus autem florere coepit anno 509. Quo tempore ducenti monachi Eutychiani, duce Severo, se ab Oriente Cpolim contulerunt Anastasium imp. rogantes, ut concilium Chalcedonense a Christi fidelibus omnibus explodi juberet. *Theoph. p.* 130.

3. Ejus Epistolas synodicas, quibus iis concilium Chalcedonense damnavit, proscripsitque, memorat Evagrius III. 33. 34.



A Ναυατιανοῖς ἀποκρινούμεθα λοιπόν, καὶ οὐχ ὡς μιξοφυσίταις. εἰ δὲ οὐχί, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὡς φιλοχρύσοις μᾶλλον, ἢ φιλοχρίστοις, διαμέμφονται, καὶ τῷ μὲν δόγματι συμφωνεῖν ὑμῖν, τούτῳ δὲ μόνῳ σκανδαλίζεσθαι συγκοινωνεῖν μεθ᾽ ἡμῶν φασι· καὶ οὕτως ἄρα φιλοφρόνως αὐτοὺς ἔδει ἐξομολογουμένοις ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ὑπερεύχεσθαι· εὔχεσθαι γὰρ ὑπὲρ ἀλλήλων ἡμᾶς ὅπως ἰαθῶμεν ἐντετάλμεθα, καὶ οὐ φαρισαϊκῶς βδελύττεσθαι τοὺς ὁμοφυεῖς, καὶ ὁμοπίστους. πλὴν ἐν κυρίῳ θαῤῥοῦμεν, ὅτι ἐγκαταλέλοιπεν ἡμῖν κύριος σπέρμα, καὶ οὐκ ἐγενήθημεν ὡς Σόδομα, οὐδ᾽ ὡς Γόμοῤῥα ὡμοιώθημεν· τί δὴ οὖν ἄρα, εἰ δείξομεν πλείστους τῶν ἱεραρχησάντων εἰς ἡμᾶς οὐ νοσφιζομένους ἀπὸ σπαρ- B τίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος ἐπὶ τῷδε; λέλυται αὐτῶν ὁ ζῆλος, καὶ κατήργηται τὸ σκάνδαλον καὶ προσδράμοιεν τῇ ἀληθείᾳ; ἢ οὐδὲ τόδε πάλιν ἱκανὸν ἡμῖν ἔσται εἰς ἀποθεραπείαν αὐτῶν; ἆρα δ᾽ οὖν εἴποιμεν ἔτι, οἱ καθ᾽ ὑμᾶς ἱερεῖς οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες γυναικάρια αἰσχροῦ κέρδους χάριν, οὐ τῆς εἰς τὰς γυναικωνίτιδας, καὶ παρὰ πόδας τῆς κλίνης πλουμένης αὐτοῖς ἱερουργίας τοὺς μισθοὺς ἀποβλέποντες, καὶ τοῖς μηνιαίοις, καὶ ἐτησίοις ἐράνοις ἐπελπίζουσι; δέδοικα λέγειν τὰ πλείω, μή πως καὶ βεβήλοις θριαμβευθῶμεν οἱ τὴν μόρφωσιν ἔχοντες τῆς εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν ἠρνημένοι· πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. καὶ γὰρ C μισθὸς τοῦ λουτροῦ τῆς χάριτος, καὶ ἀπὸ τιμῆς ἐκ τῶν λειψάνων τῆς θείας δωρεᾶς εἰ συμπεφώνηταί πη δι᾽ ὑμῶν, τί ἕτερον ἀκουσόμεθα, ἢ ὅτι τὸ ὄνομά μου δι᾽ ὑμῶν βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν; ἀρκέσει γοῦν ἑκάστῳ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀφθαλμοῦ τὴν δοκὸν ἐξαίρειν, καὶ τότε τρανότερον τὸ ἐν τῷ ἀφθαλμῷ κάρφος κατανοεῖν καθά φησιν ἡμῖν ὁ μόνος ἀναμάρτητος· τούτων δὲ ἡμῖν σὺν Θεῷ προθέντων εἰς κρίσιν, καὶ διάσκεψιν πᾶσιν ἀνθρώποις, δυσωποῦμεν ἐνώπιον τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου τοῦ ὄντως κριτοῦ παντὸς λόγου, καὶ ἔργου, καὶ νοήματος ἡμῶν, ἀποθέσθαι ἕκαστον ἐνδεξόμενον, κἄντε τῆς ἡμετέρας, κἄντε τῆς ἀλλοτρίας ᾖ δόξης τὴν ὡς D παρ᾽ οἰκείων, καὶ πολεμίων ἀκρόασιν τῶν εἰρημένων, καὶ κρίνειν τὰ ῥηθέντα, ὡς παρά τινων πάντη ἀγνώστων αὐτῷ τῶν ἐξ ἑκατέρου μέρους· καὶ οὔποτε θατέρου λόγου προθεματισθέντος κατὰ τὴν διάνοιαν αὐτῷ, καὶ εἰ ὄντως γυμνῷ τῷ κριτηρίῳ ἑαυτῶν χωρὶς παντὸς προσπαθοῦς, καὶ ἀνεμπαθοῦς ἐπισκοτίσματος ἀληθέστερα κρίνωμεν, καὶ εὐλογώτερα, καὶ ἰσχυρότερα, καὶ σοφώτερα τὰ παρ᾽ αὐτῶν οἱ τοῖσδε τοῖς ἐναντίοις ἡμῖν προσκείμενοι. οὕτως τολμῶμεν λέγειν, ὡς εἰ καὶ κακῶς ταῦτα ἐκεῖνοι φρονοῖεν οἱ συν-

ii qui Puri [1] vocantur; nos eis in posterum respondebimus tamquam [2] Novatianis, non tamquam [3] Mixophysitis. Sin minus nos tamquam auri potius quam Christi amatores reprehendunt; & se dogmata quidem eadem ac nos tenere dicunt, nos autem ob hanc solam auri cupiditatem aversari, neque posse nobiscum vitam degere: ne ob hanc quidem caussam nos insectari, sed pro nobis ultro peccata nostra confitentibus orare deberent. Jubemur enim orare Deum pro nobis invicem, ut a vitiis nostris mundemur; vetamur contra Pharisæorum instar insectari proximos, qui nobiscum religionem eamdem profitentur. Verum confidimus Dominum bonum semen in nobis reliquisse, nec permisisse cœtum nostrum evadere Sodomæ & Gomorræ similem. Quid? Si ostenderimus bene multos apud nos sacros præsules hac in re ne [4] tantillum quidem a recto tramite aberrasse? numquid a furore suo desistent, & sublato omni obstaculo, veritatem æquo animo amplectentur? an ne hoc quidem iis sanandis sufficiet? Necesse ne erit præterea vestros commemorare sacerdotes, qui ventitant ad mulierculas, easque turpis [5] lucri caussa captant; qui non contenti sacrificii mercede in [6] gynecæis, & ad lecti pedes oblati, stipendia sibi paciscuntur singulis mensibus vel annis persolvenda? Prætereo reliqua, veritus ne vel a profanis hominibus in scenam ducamur, qui pietatis quidem inanem speciem præ nobis ferimus; pietatem vero ipsam ejusque vim omnino spernimus rejicimusque. In multis enim offendimus omnes. Etenim si vos ipsi fatemini, neque negare potestis accipi solere mercedem pro sacri [7] fontis lavacro, & pro pretiosis [8] divini doni reliquiis, quid aliud nobis exprobrari audiemus, nisi illud: [a] *Nomen meum apud vos propter gentes ludibrio habetur?* Oportet igitur unumquemque nostrum educere trabem a propriis oculis, atque ita festucam in oculis alienis clarius perspicere poterimus; quemadmodum monet is, qui solus caret omni culpa. Hæc quum divina providentia præsto sint omnibus ad recte judicandum, dignoscendamque veritatem; nos tamen pudet coram ipso veritatis Verbo, vero verborum omnium & operum atque cogitationum judice, mutare quam semel imbibimus opinionem, vel ab amicis vel ab inimicis quasi domesticis acceptam, recusamusque sincero animo perpendere, quæ traduntur, eademque tam diligenter scrutari, quam ea par est, quæ ab hominibus omnino ignotis traduntur: quamquam omni partium studio remoto, simplici mentis intuitu dicta contemplantes, melius ac rectius judicare, veritatemque clarius perspicere poterimus; quum alias nostris his hostibus nimium indulgere soleamus. Quam ob rem audacter affirmare non dubi-

[a] Ezech. XXXVI. 23. 24. Rom. II. 24.

1. Ita appellabantur Novatiani, Græce Cathari, qui se puros ab omni culpa profitebantur, qui semel amissam gratiam amplius recuperari non posse autumabant. Errorem hunc proscripserunt S. Cyprianus in concilio Africano, & S. pontifex Cornelius in suo concilio Romano.

2. Horum caput Novatianus presbyter, qui se a Cornelio Romano pontifice segregavit, atque episcopum Ecclesiæ Romanæ ab suis creari se fecit, qui quum prava dogmata profiteretur, damnatus fuit in supra memoratis conciliis.

3. Ita appellabantur Eutychiani, qui & Monophysitæ dicuntur, propterea quia naturam unam in Christo, ex humana & divina permixtam adstruebant.

4. Græca phrasis *a funiculo ad corrigiam.*

5. Acriter insectatur & D. Hieronymus clericorum sui temporis avaritiam, qui sub prætextu largiendæ mulierculis benedictionis, aurum & munuscula captare con- E sueverant. *Epist. 22. ad Eustoch.* Hinc Valentiniani lege vetitum, ne clerici ad viduas, & virgines parentibus orbas accederent. *C. Th. de Episc.*

6. In more positum erat & primis Ecclesiæ sæculis offerre sacrificium in privatis domibus. Hinc & D. Ambrosius a matrona quadam Romana vocatus fuit, ut in ejus domo sacrificium offerret. *Paullin. in vita Ambr. n. 10.*

7. Vigebat & in Ecclesiis Occidentalibus sæculo tertio mos ponendi monetam aliquam in sacro fonte, quam sacerdos, collato sacramento, sibi sumere solebat. Quem morem damnavit concilium Elliberitanum *can.* 48. ne sacerdos vendere videretur, quod ipse gratis accepit.

8. Panis videlicet consecrati, quem in frusta dividere & adstantibus distribuere consueverat. Cujus panis reliquias quod nefarii quidam sacerdotes pecuniæ gratia venderent, hac de re merito queritur Leontius.

ἀπαγόμενοι αὐτοῖς, διὰ τὸ δόξαι τούτοις θεοπρεπέστερον εἶναι δόγμα τὸ κατ' αὐτοὺς, οὐ κατακριθήσονται ἀσέβειαν ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε κρινεῖ ὁ Θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν. ἐὰν γάρ φησιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσωμεν τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ ἡ καρδία ἡμῶν καταγινώσκῃ ἡμῶν, ὁ Θεὸς μείζων ἐστὶ τῆς καρδίας ἡμῶν, καὶ γινώσκει πάντα· εἰ δὲ ὁ μὲν τῆς ἀληθείας λόγος φαιδράζων ἑαυτὸν ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν· ἡμεῖς δὲ τούς τε ὀφθαλμοὺς καμμύομεν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἀκούομεν αὐτοῦ ἐθελοκωφοῦντες, καὶ ἀποστρεφόμεθα αὐτὸν, ὄντως παντὸς θρήνου ἀξίους ἑαυτοὺς καταστήσομεν τὴν αἰσχύνην τῆς μελλούσης ἀλλοτριώσεως, καὶ ἀρνήσεως Χριστοῦ, ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ ἐξουσιῶν, παντός τε τοῦ κρινομένου κόσμου, οὐ προϊδόμενοι· ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς ὀνήσει, οὔτε ἡ πρὸς τοὺς αἱρεσιάρχας προσπάθεια, οὔτε ἡ γονικὴ, ἢ φιλικὴ, ἢ τοπικὴ συνήθεια, πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἀλύτως τινὰς καταδεσμοῦσα, οὔτε πορισμὸς χρημάτων, ἢ κέρδη τινὰ βιωτικὰ δυσαποσπάστους ἡμᾶς ἀπὸ τῆς δεισιδαιμονίας ποιήσαντα, καὶ τὸν μέγαν πορισμὸν τὴν εὐσέβειαν μετὰ αὐταρκείας παριδεῖν ὑποπείσαντα. ὅ γὰρ δὴ φατριαστικοὶ κρότοι, καὶ ἀγῶνες ἀντιλογικοὶ, καὶ πρόληψις διδασκαλικῆς ἀξίας, φιλοῦντες λέγεσθαι ῥαββὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, τοῦ οἰκτροτάτου ἐκείνου ταλανισμοῦ, καὶ τῶν ὀδυνηροτάτων βασάνων, καὶ τῆς εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον παραδόσεως ἐξαιροῦνται τούσδε, οἳ τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ἠρνήσαντο, καὶ ηὐδόκησαν ἐν τῷ σκότει τοῦ ψεύδους. εὐάρεστον γὰρ Θεῷ τὸ παντὸς προτιθέναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ αὐτοῦ τῆς ἀληθείας. διὰ γοῦν τόδε καὶ μόνον Ἀβραὰμ Χαλδαίων τὴν ἀσέβειαν ἀποπτύσας μετὰ πατρὸς, καὶ οἴκου, καὶ συγγενείας, καὶ φίλων, καὶ χώρας, καὶ λοιπῶν, προσεχώρησε τῇ εὐσεβείᾳ, Θεῷ τε ἐπὶ τούτῳ πρώτῳ, καὶ μόνῳ ἠγάπηται, καὶ πεφύλακται, καὶ δεδόξασται, καὶ πεπλήθυνται. Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος ἅ τινα ἦν αὐτῷ κέρδη, πάντα σκύβαλα ἡγήσατο δι' οὐδὲν ἕτερον, ἵνα Χριστὸν κερδανεῖ· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐξ Ἑλλήνων, καὶ Σαμαρειτῶν, καὶ Ἰουδαίων πιστοὶ ἅγιοι ὡσαύτως ἔσχον· ὁ γὰρ μὴ ἀρνούμενος πατέρα, καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ ἀδελφὰς, καὶ τέκνα, καὶ ἀγροὺς, καὶ οἰκίαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕνεκεν ἐμοῦ, οὐκ ἔστι μου ἄξιός φησιν ὁ κύριος, καὶ μή τις διαλογιζέσθω λέγων· ἀλλ' οὐχ ἡ κατὰ τὰς αἱρέσεις διένεξις πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν οὐ τόσον διέστηκεν, ὡς ἡ Χαλδαίων, καὶ Ἑβραίων, καὶ Ἑλλήνων ἀσέβεια τῆς ἀληθοῦς πίστεως, ἵνα ὁμοίως αὐτοῖς ἀλλοτριωθείη ἀπὸ Χριστοῦ ὁ περὶ μέρος τι τῆς ὀρθῆς πίστεως μόνον ἀπειθῶν τῷ λόγῳ· ὁ γὰρ σμικρόν τι μόριον ὁπωσοῦν εὐσεβείας τοῦ λόγου παρορῶν διὰ προσπάθειαν ἄλογόν τινος ἑτέρου, καὶ συνήθειαν, δῆλός ἐστιν, ὡς καὶ ὅσον εὐσεβεῖν δοκεῖ, οὐδὲ τοῦτο ἐξ αἱρέσεως οἰκείας, ἀλλὰ ἀπὸ συμβεβηκότων γονέων, ἢ τόπων, ἢ φίλων παραδόσεως ἔχει· ὡς εἴπερ καὶ Μανιχαίων ἔτυχεν, ἢ Ἑλλήνων, ἢ Ἑβραίων υἱὸς εἶναι, ἢ φίλος, ἢ συνοικος, πολλῷ μᾶλλον ἂν ἀπειθεστέρως διέκειτο πρὸς τὴν ἀλήθειαν· εἴπερ γὰρ ὀλίγον ἀφεστὼς οὐ προσρέχει, καὶ καθέλκεται τῇ ἀληθείᾳ, πλεῖον διεστηκὼς, μᾶλλον ἂν ἀσπόνδως εἶχε πρὸς αὐτήν.

„ Ἀλλά, φησι, κατ' ἐμαυτὸν ἐγὼ νομίζων κρειττόνως φρονεῖν, ἔχομαι τῆς ἐμῆς δόξης ἀμεταθέτως.

tamus, eos qui ipsis adhærent, propterea quia rectum eorum dogma putant, etiamsi re vera malum sit ac male sentiant, impietatis notam subituros non esse, quum Deus cordis intima & occulta judicaturus accedet. *Quum* enim, ait, *coram ipso persuasum fuerit cor nostrum, neque conscientia nostra nos mordet; Deus major est corde nostro, perspicitque omnia.* At si veritatis verbum se se clare nobis patefacit, nostrasque mentes lumine suo perfundit; nos contra claudimus oculos, obturamusque nostras aures sponte surdi evadendo, rejiciendoque veritatem ipsam: profecto miserrimi omnium deprehendemur, omniumque commiseratione atque luctu digni, nihil illum verendum diem formidando, quo coram Angelis ac Potestatibus, totoque terrarum orbe Dei judicium subeunte a Christo rejiciemur. Quo sane die nihil nobis proderit neque nostrum in hæresiarchas impensum studium, neque sanguinis cognatio, neque familiarium, aut patria consuetudo (quia quidam insolubili nodo in impietate detinentur) neque divitiarum copia, neque mundana quædam lucra, quæ nos ita devinciunt, ut vix ac ne vix quidem a superstitione divelli possimus, & pietatem, ejusque sociam moderationem ingentium bonorum fontem rejicere non dubitemus. Non enim familiarum plausus, aut contentionis studia, neque vana gloria, qua magistros ab hominibus se appellari gaudent, eripere poterunt summis illis miseriis, atrocibusque suppliciis, atque tenebris exterioribus homines illos, qui veritatis claram lucem aversantur, atque gloriam inter mendacii tenebras quærunt. Deo quippe gratum est veritatem rebus omnibus anteponere, præsertim in iis quæ spectant ad Deum ipsum. Hac una de caussa & Abraham Chaldæorum impia religione abjecta, relictis rebus omnibus, patre, domo, cognatis, amicis, & regione ipsa, totum se se pietati dedit, idque potissimum in caussa fuit, cur a Deo ipso unice diligeretur, summisque cumulatus honoribus, ingenti liberorum multitudine donaretur. Paullus quoque lucrum omne stercus duxit, nulla sane alia de caussa nisi ut Christum ipsum lucrifaceret. Ceteri denique sancti cum Græci, tum Hebræi, & Samaritani omnes eodem modo affecti fuerunt. [a] *Etenim qui non abnegat* (ait Dominus) *patrem, & matrem, & fratres, & sorores, & filios, & agros, & domum, & suam ipsius animam propter me, non est me dignus.* Neque dicat quis hæreticorum dogmata non ita diffidere ab recta fide, quemadmodum Chaldæorum impietas, & Hebræorum, Græcorumque diffidet a recta Christi fidelium religione; proindeque sequi nec eodem modo quo gentiles desciverunt, desciscere a Christo eum, qui una parte dumtaxat a recta Christianorum fide deflectit. Nam qui pietatis partem unam vel minimam violat, ut absurdam aliquam doctrinam aut consuetudinem sequatur, manifeste declarat, se ne illud quidem (in quo maxime pie sentire videtur) amplecti sponte ductum, sed aut parentum, aut regionum, vel amicorum institutionibus irretitum. Quocirca qui tali modo affectus est, si Manichæorum, aut Græcorum, Hebræorumve filius evaderet, aut amicus, aut familiaris, longe magis quam ipsi profecto veritatem sperneret & aversaretur. Si enim quum parum absit a veritate, eam tamen haud sequitur amplectiturque; profecto si longius abesset, etiam animum ab ipsa veritate magis alienum præseferret.

At, inquies, mihi intime persuasum est rectius, quam vos me sentire, propterea constanter in mea sententia maneo.

[a] Matth. XIX. 29.



A Ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν φησιν ὁ ἀπόστολος Ἰουδαίων ὡς Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ τὸν κύριον σταυρωσάντων, καὶ τοὺς ἀποστόλους διωξάντων, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀπειθούντων, ὅμως τοῦτο κἀκείνοις μαρτυρεῖ· φησὶ γάρ που πάλιν· μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν· ἄρα οὖν οὐχ ἁπλῶς ζηλοῦν, ἀλλὰ ἐπιγνώσει τοῦ ζηλουμένου δόγματος δεῖ· καὶ γὰρ καὶ πᾶσα ἄλογος, καὶ ἄνομος παράδοσις καὶ ἐθνῶν, καὶ αἱρέσεων οἴεταί τι καλὸν ποιεῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἀνθρωποθυσίαις οἱ Σκύθαι θεοσεβοῦντες. δέον ἄρα μὴ ἀμελεῖν, ὅση δύναμις, καὶ ἐρευνᾷν τὴν ἀλήθειαν, καὶ πάντα δοκιμάζοντας, τὸ καλὸν φρόνημα κατέχειν· οἵ γε οὐδὲ ἀργύριον λαμβάνομεν, ἢ ἱμάτιον ὠνούμεθα, B εἰ μὴ δοκιμασίαις, καὶ πυρώσεσι, καὶ ἐπιδείξεσιν εἰς ἑτέρους πλειόνως αὐτὸ βασανίσομεν. πῶς οὖν ἄλογοι ὦμεν ἀτημελῶς τὴν θείαν δόξαν προσδεχόμενοι; τὸ γὰρ ἐν τούτοις ἀφρόντιστον ὡς οὐκ ἀξιόλογόν τι οἰομένους ἡμᾶς τὴν τῆς πίστεως Χριστοῦ χάριν, καὶ ἀλήθειαν διαβάλλει, δι' ἧς ἡμῖν τὰ πρὸς ζωὴν πάντα τὰ θεῖα, καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ὡς εἴρηται, καὶ ἡ πρὸς τὴν θείαν φύσιν ἁπλῶς κοινωνία· ὅσον οὖν ἐστιν ἀγαθὸν ἡ ἀκραιφνεστάτη εὐσέβεια, καὶ ὅσον κακὸν ἡ ἀσέβεια· τῆς γὰρ εἰς πᾶσαν ἁμαρτίαν ἐγκαταλείψεως ὑπὸ Θεοῦ αἰτία ἡμῖν αὕτη ἐστὶ μόνη. δηλοῖ ὁ λέγων, καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν Θεὸν ἔχειν C ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, ἅ τινα ἑξῆς κατηρίθμησε. καὶ τάδε μὲν οὖν μαρτυρεῖ τῇ ἀσεβείᾳ· περὶ δὲ τῆς εὐσεβείας φησὶ πρὸς Τιμόθεον, γύμναζε σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν· ἡ γὰρ εὐσέβεια πρὸς πάντα ἐστὶν ὠφέλιμος, ἐπαγγελίαν ἔχουσα ζωῆς, τῆς τε νῦν, καὶ τῆς μελλούσης. ἀλλά τι καὶ ἕτερον τούτων τινὲς τῆς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀνυποταξίας ποιοῦνται δικαίωμα· φασὶ γὰρ

„ Ὅτι πῶς οὐ θεάρεστος ἡ κατ' αὐτοὺς δόξα, ἔνθα καὶ τῶν ζώντων ἐν σαρκί τινες αὐ„ τοῖς ὁμόδοξοι, καὶ τῶν προκοιμηθέντων ὤφ„ θησαν ἰαμάτων, καὶ σημείων θεόθεν εἴχειν D „ τὸ χάρισμα; δῆλον γὰρ ὡς ἐξ ἀκοῆς, καὶ „ διδαχῆς ὀρθῆς πίστεως Θεοῦ αἱ θεῖαι δυνά„ μεις ἐνεργοῦνται.

Πρὸς ὃ λεκτέον, ὡς οὐκ ἀρκεῖ τόδε πρὸς ἀσφαλῆ πληροφορίαν τῷ δοκιμωτάτῳ τῶν θείων δογμάτων κριτῇ· πρῶτον μὲν γὰρ σπανιώτερον εὕρηται τοῦτο ἐν αὐτοῖς, καὶ οὐ ἐκ μιᾶς χελιδόνος τὸ ἔαρ κριτέον· ἄλλως γοῦν καὶ Ἀρειανοί ποτε, καὶ μέχρι νῦν ἐν Λογγοβάρδοις, καὶ Νεστοριανοὶ παρὰ Πέρσαις ποιοῦσι τάδε θαύματα· ἀλλ' οὐκ εἰς μαρτυρίαν ἁπλῶς τῆς κατ' αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς αἱρέσεως, ἀλλὰ τῆς τῶν χριστιανῶν πίστεως. οἵα τις ἐστιν ἡ δύναμις πρὸς τοὺς πάντη ἀπίστους ἐπιδεικνυμένου τοῦ πνεύματος. E ἔτι μὴν ἐστιν ὁρᾷν πολλάκις θαυμάτων χαρίσματα ἔν τισιν ὀρθοδόξοις τε, καὶ ἑτεροδόξοις ὁμοίως, οὐ δι' εὐσέβειαν μόνον· ἢ γὰρ ἂν ἦν ἐν τοῖς ἐναντίοις λόγοις, καὶ ἀντιφατι-

Verum ita sese habuisse & Judæos (quos tamen affirmat Paullus displicere Deo, atque Dominum crucifixisse, & Apostolos persequi, & nullis hominum obedire) testatur idem Apostolus, ubi rursum dicit [a]: *Testor eos habere Dei zelum, sed non secundum discretionem*. Non oportet ergo cæcis oculis vos amplecti dogmata, quæ traduntur; sed opus est ea perpendere diligenter, & penitius illa introspicere. Omnis enim omnium gentium, & hæreticorum doctrina, quantumvis impia & absurda, putat se continere bonum aliquod institutum: hinc Scythæ [1] victimis humanis Deum colendo, pie recteque se agere arbitrantur. Oportet ergo scrutari, quantum in nobis est, & quærere veritatem, & accurate cuncta perpendendo, rectam in omnibus amplecti sententiam. Nos certe & argentum accipere, neque vestem emere solemus; nisi prius utrumque accurate consideraverimus, exploraverimusque diligentissime. Quod quum ita sit, quomodo excusatione digni esse poterimus, temere divina dogmata amplectendo profitendoque? Nostra enim his in rebus negligentia quodammodo clamat nullius momenti esse, quæ credimus de Christo, ejusque gratia, [b] *per quam multæ & maximæ nobis*, ut scriptum est, *promissiones factæ sunt*, atque naturæ divinæ participes omnino fieri conceditur. Quantum ergo boni præ se fert sincera pietas; tantum profecto mali continet impietas ei contraria. Hæc enim sola in caussa nobis est, cur a Deo deficiamus, & in omne peccatorum genus delabamur, teste Apostolo, qui ait. [c] *Quandoquidem non probaverunt habere Deum in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt*; & quæ deinceps recensentur. Hæc Apostolus de impietate: de pietate vero in epistola ad Timothæum ait: [d] *Exerce te ipsum ad pietatem: hæc enim ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ*. Sed alii justam caussam & probabilem rationem afferre conantur, cur a veritate desciverunt.

Quomodo, inquiunt, Deo non placere potest eorum doctrina, apud quos inventi sunt nonnulli tum in vivis tum defunctis qui eadem ac ipsi dogmata amplexi, gratiam ægrotos sanandi, & alia miracula patrandi nacti sunt? Perspicuum enim est divinam in his potestatem operari, maxime qui rectam religionem colunt, atque recta dogmata profitentur.

Quibus respondemus ad id plenam rei probationem accurato divinorum dogmatum exploratori, & judici non sufficere. Primum enim raro apud illos hoc evenit, nec ex una hirundine ver, ut dici solet, dijudicari debet. Quandoquidem & Ariani, cum alias antea, tum etiam nostris hisce temporibus apud Longobardos, & apud Persas Nestoriani talia miracula patrant; idque non ad probationem peculiaris ipsorum sectæ, sed totius Christianæ religionis, cujus quanta vis sit & auctoritas Spiritus sanctus populis a recta fide prorsus alienis per ea prodigia manifeste declarat. Præterea sæpe videre est donum hoc miracula patrandi cum dari promiscue nonnullis, orthodoxis & heterodoxis [2] non ob solam ipsorum pietatem (veritas enim

a Rom. x. 2. *b* I. Petr. I. 4. *c* Rom. I. 28. *d* I. Tim. iv. 8.

1. Nec Scythæ modo, verum etiam Carthaginienses, quos Agathoclis tempore quum gravibus incommodis affligerentur, Saturni placandi gratia ducentos pueros nobilitatis flores, & tercentos cives in flammas uno pæne momento conjecisse testatur Diodorus Siculus *lib.* XX. *p.*756.

2. Hujusmodi enim gratiæ *gratis datæ* in scholis appellantur, quas vel impiis interdum concedi certo certius est; idque fatentur theologi omnes. At ex hoc Leontii loco manifeste liquet doctrinam hanc a primis Ecclesiæ sæculis tradi consuevisse iisdem pæne verbis quibus theologi nostri temporis loquuntur: quod mihi notatu dignum videtur.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



κοῖς ἡ ἀλήθεια. ἀλλὰ διὰ φυσικὴν ἁπλότητα, καὶ ἀτυφίαν, μᾶλλόν τε νηπιότητα ψυχῆς, ἢ δεινότητα. πραΰτητά τε, καὶ συμπάθειαν, καὶ ἁπλῶς τῆς τοιᾶσδε χάριτος ἰδικωτέραν ἐπιτηδειότητα τοῦδε τινὸς, παρὰ τοὺς λοιποὺς τῶν ὁμοπίστων αὐτῷ· εἰ γὰρ ὄντως πᾶσιν ἀεί τε διὰ τὴν δόξαν μόνον πρόσεστιν ἡ τῶν θαυματουργιῶν δύναμις, ἔδει πάντας πάντοτε ὁμοίως τοὺς ὁμοδόξους θαυματουργεῖν· καὶ μὴν πολλάκις τῶν διδασκάλων τῆς πίστεως οὐ θαυματουργούντων, οἱ μαθητεύοντες ὑπ' αὐτῶν ἐνεργοῦσι τὰ σημεῖα· οὐ γὰρ πάντα, ὅσα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ χαρίζεται· ᾧ μὲν γὰρ δίδοται λόγος σοφίας, ᾧ δὲ λόγος γνώσεως, ἑτέρῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἑτέρῳ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ πίστις κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ γὰρ θαυμαστὸν, πῶς ὁ λαλῶν γλώσσαις, οὐ πάντως οὐδὲ τὸ ἐγγύτατον τῷδε χάρισμα λαβὼν, καὶ διερμηνεύσει· ἄρα οὖν ἔστι καί τινας οὐδὲ λόγον σοφίας ἀκραιφνῆ, οὐδὲ λόγον γνώσεως, οὐδὲ πίστιν ὑψηλὴν εἰληφότας θαυμάτων ἔχειν χαρίσματα. καὶ οὐκ ἄλογον ἐκ θατέρου θάτερον τῶν τοῦ πνεύματος χαρισμάτων κατακρίνεσθαι. τὸ δὲ σαφέστερον εἰπεῖν· εἰ μὲν ἐν τούτοις μόνοις ἦν τὰ χαρίσματα τῶν θαυμάτων, ἢ μᾶλλον ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑωρᾶτο, εἶχεν ἂν ὄντως αὐτοῖς ἡ δόξα πρόληψιν εὐσεβείας παρὰ τὴν ἡμετέραν. ὡς τοῦ κυρίου τὸν λόγον αὐτῶν βεβαιοῦντος μόνων διὰ τῶν ἐπακολουθέντων σημείων. κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὥσπερ καὶ τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων πάλαι συνιστάνοντος πρὸς ἅπαντα τὰ ἔθνη, καὶ ὥσπερ τὰ Μωϋσέως, καὶ Ααρὼν σημεῖα ὑπὲρ τὰ Ἰαννοῦ, καὶ Ἰαμβροῦ πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους θριαμβεύοντος. εἰ δὲ ἐν ἡμῖν, καὶ μείζονα, καὶ πλείονα ὁρᾶται τὰ ἐκ τοῦ πνεύματος θαύματα κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, πῶς ἐκ θαυματουργιῶν ἀξιοπιστότερον εἶναι βούλονται τὸ δόγμα; μηδὲ τόδε οὖν ὡς ὀνήσιμον αὐτοῖς εἰς ἀπολογίαν τινὰ τὴν ὑπὲρ τῆς δεισιδαιμονίας αὐτῶν προβαλλέτωσαν. εἰ γὰρ καὶ Σκευᾶς σὺν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ Ἰουδαῖος ὢν, ἐν ὀνόματι Χριστοῦ ἐπορκίζων ἐλαύνει δαίμονας, καὶ οὐκ ἐν τῷδε ἁπλῶς τοῖς μαθηταῖς τοῦ κυρίου συναριθμεῖται· δῆλον ὡς οὐδὲ οὗτοι ἐκ τοῦδε πρόφασιν ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν· πολλοὶ γάρ φησιν ἐροῦσί μοι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, κύριε οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις πλείους ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι οὐδέποτ' ἔγνων ὑμᾶς. σαφὲς ἄρα ὡς οὐκ ἀρκεῖ πρὸς διάκρισιν τῶν ἐγνωσμένων, καὶ ἀπεγνωσμένων Χριστῷ θαύματος ἐμφάνεια πολλάκις, ἢ διὰ τὴν τοῦ πεισομένου τὴν εὐεργεσίαν, πίστιν ὀρθοτέραν μᾶλλον, ἢ τὴν τοῦ ἐνεργοῦντος, γινομένου τοῦδε· ἢ διὰ τὴν τῶν θεατῶν εἰς τὴν πρὸς εὐσέβειαν ἀπλουστέραν πληροφορίαν· ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ κοινωφελεστέραν χρείας τῆς κατὰ καιρὸν, ἢ τόπον ὑπὸ Θεοῦ, καὶ διά του οἱουδήποτε τῶν παρόντων ἐπιτελουμένου· ἐν τοῖς γοῦν καθ' ἡμᾶς ἱστόρηται χρόνοις, καὶ τόποις· μῖμός τις τῶν θεατρικῶν, καὶ οὗτος ἐπὶ στάσει,

in contrariis, & oppositis vitæ rationibus versaretur) sed ob naturalem simplicitatem, humilitatemque, & animi potius puerilem innocentiam, quam sollertiam, sagacitatem atque virtutem; tum singula singulis dispensari ob peculiarem cujusque dexteritatem, habilitatemque, qua ceteris religionem eamdem profitentibus præstat. Etenim si potestas ea præsto semper omnibus esset ob solam ipsorum fidem; eadem profecto semper miracula patrare deberent omnes, qui fidem eamdem profitentur. At contra se res habet; nam sæpenumero qui fidei dogmata tradunt, nulla prodigia patrant; quum ipsorum discipuli ea potestate maxime polleant. Non enim omnia, quæ operari consuevit Spiritus sanctus, uni eidemque tribuit: [a] *Alii quippe datur sermo sapientiæ, alii sermo intelligentiæ, alii gratia curationum, alii operatio virtutum, alii denique fides secundum eumdem Spiritum*. Qua in re mirum mihi videtur, quod qui linguarum dono gaudet, [1] non obtineat etiam aliud huic affine, quo linguas easdem quibus loquitur, interpretari queat. Sunt ergo nonnulli, qui carent dono sapientiæ, & intelligentiæ, & sublimi fidei spiritu, qui tamen gaudent potestate miracula patrandi. Neque rationi consentaneum est ex uno Spiritus sancti dono aliud inferre. Clarius loquamur. Profecto si ipsi soli talia miraculorum dona possiderent; vel magis, quam nos, hisce pollerent: verisimile videri posset sanam esse, ac piam eorum sententiam, utpote a Domino confirmatam iis signis, quæ, scriptura teste, recte credentes comitari consueverunt. Quemadmodum idem Dominus & Apostolorum prædicationem apud omnes gentes miraculis confirmavit, & Moysis & Aaronis prodigia supra [2] Janni & [3] Mambri miracula apud Ægyptios extulit. Verum si divina Spiritus sancti prodigia longe plura ac majora per totum terrarum orbem patrari solent apud nos, quam apud ipsos: quomodo nobis ex miraculis suum dogma probari putant? Desinant ergo nobis id obtrudere, quod ipsis defendendis, eorumque pervicaciæ tuendæ prodesse nihil potest. Nam si & Scevas [4] Iudæus una cum filiis suis invocato Christi nomine malos spiritus a corporibus obsessis abigit, neque propterea in Domini discipulis censetur: profecto nec hi per similia miracula suum pravum dogma satis probare nobis umquam poterunt. [b] *Multi enim, ait, in die illa mihi dicent: Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & dæmonia ejecimus, & alia multa prodigia patravimus? Quibus omnibus respondebo: nescio vos*. Ad dignoscendos ergo eos qui Christo cari sunt, vel contra, non sufficiunt miracula, quæ plerumque patrantur ad aliorum potius [5] utilitatem rectioremque fidem, quam ad utilitatem ejus a quo patrantur; quæ pietati promovendæ maxime inserviunt, quæ denique ratione habita cum loci, tum temporis aliis utiliorbus de caussis a Deo per quemlibet adstantium fieri consueverunt. Memoriæ porro nostrorum temporum atque regionum proditum est, exstitisse mimum quemdam ex iis qui theatris operam navant, qui de seditione & homicidio delatus,

a I. Cor. XII. 8 -- 10. b Matth. VII. 22. 23.

1. Ait enim D. Paullus l. c. *alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum*.

2. Jannes, & Mambres duo magi celebres, quos Moysi in Ægypto restitisse testatur D. Paullus II. *ad Timoth.* III. 8.

3. Textus, ut vides, se habet Ἰαμβροῦ, *Jambri*, sed huic lectioni adversatur Paullus l.c. — Textus hodiernus habet Ἰαμβρῆς: sed Μαμβ. legunt Const. Apost. S. Cypr. Lucifer Calar. al.

4. Hebræi tum temporis Christo Domino maximam fidem habebant eumque propterea suis in calamitatibus invocare consueverant. Patet id ex historia Comitis Josephi, quem, quum ægrotaret, Judæi quidam hortabantur, ut Christi nomen invocaret, si protinus a morbo servari vellet. *Epiph. hæres.* 30. *n.* 5.

5. Ad distinctionem *gratiæ gratum facientis*, ut scholæ loquuntur, quæ prodest ei cui confertur, quum subjectum cui inest, Deo gratum faciat, merito nomen illud nacta est.

καὶ φόνῳ ἐγκαλούμενος, φυγὼν τὴν δικαστὴν ἐν ταῖς κατὰ τὸ βαρβαρικὸν λεγόμενον λιμιτὸν ἐρήμοις, καὶ ὑπὸ Σαρακηνῶν λῃσθεὶς χριστιανῶν, διὰ τὸ δοκεῖν αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀποτριχώσεως μοναχὸς εἶναι, καὶ ὥσπερ οἱ πρὸς αὐτοὺς μοναχοὶ παραβάλλοντες, ἱερουργεῖν δύνασθαι τοῦ ζωτικοῦ ἄρτου τὸ μυστήριον, διὰ νευμάτων εἰσεπράττετο σπουδαίως ὑπ᾽ αὐτῶν τῆς θείας θυσίας τὴν λειτουργίαν, μόνος ἀφεθεὶς τῶν συνδεσμίων αἰχμαλώτων ἐκτελέσαι· καὶ ὡς λόγῳ πείθειν αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἀνεπιτηδειότητος οὐκ ἀπόρει, καὶ ἀντιτείνειν τῇ προστάξει αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον οὐκ ἀτόνει· βωμὸν ἐκ φρυγάνων κατὰ τὴν ἔρημον συστησαμένων, καὶ σινδόνα ἐφαπλωσάντων, καὶ προθέντων ἄρτον νεόπτητον, καὶ οἶνον ἐν ξυλοποτηρίῳ κερασάντων, παρεστὼς ἐσφράγισε τὰ δῶρα ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐδόξασε τὴν ἁγίαν Τριάδα μόνον, καὶ κλάσας, διένειμεν αὐτοῖς· εἶτα μετὰ τόδε ὡς ἁγιασθέντα λοιπὸν, ἐν τιμῇ συστέλλουσι τό τε ποτήριον, καὶ τὴν σινδόνα, πρὸς τὸ μὴ κοινωθῆναι λοιπὸν τόδε, τοῦ βωμοῦ μόνου περιφρονήσαντες. καὶ ἄφνω πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πλεῖστον ἐπιπεσὸν, αὐτῶν μὲν οὐδενὸς ἥψατο, ἢ ἐλύπησέ τινα· τῶν δὲ φρυγάνων τὸν βωμὸν ὅλον κατέφλεξε, καὶ ἐξανάλωσεν, ὡς μηδὲ τέφραν αὐτῶν καταλιπεῖν· καὶ τούτῳ ὀφθέντι τῷ τεραστίῳ οἱ βάρβαροι πληροφορηθέντες, εἰς τὸν ἱερουργήσαντα, δόμα τι παρ᾽ αὐτῶν αἰτεῖν ὑπὲρ τῆς λειτουργίας ἐξεβίαζον. ὁ δὲ τοὺς συλλῃσθέντας αὐτῷ πάντας καὶ συναφεθῆναι ᾐτήσατο, καὶ τοῦτο ἐλάμβανε, καὶ πάντας ἠλευθέρου τῆς συμφορᾶς τοὺς σὺν αὐτῷ. ἦν δὲ οὗτος τὴν μὲν δόξαν ἡμέτερος, τῷ μόνον ἡμῖν συνεκκλησιάζεσθαι· οὐ μὴν εἰδὼς οὐδὲ ὅτι ἐστί τις σχεδὸν χριστιανῶν διαφορά· οἱ δὲ Σαρακηνοὶ ἐκ τῆς τῶν Ἰακωβιτῶν αἱρέσεως εἰωθότες κοινωνεῖν, οἳ καὶ αὐτοὶ τὴν μίαν φύσιν ἐπὶ τοῦ κυρίου πρεσβεύουσι, καὶ οὗτοι πρῶτοι τοῖς Σαρακηνοῖς συμπεριάγεσθαι κατὰ τὴν ἔρημον, καὶ λειτουργεῖν αὐτοῖς ὡς ἐπίπαν. οὔτε μὴν οὐδὲ οὗτοι εἰδότες, ἢ διδάσκοντες τῶν ἐν χριστιανοῖς δογμάτων ἐξέτασιν, ἢ σύγκρισιν· ἀλλ᾽ ὥσπερ τοῖς Νεστορίου Πέρσαι, οὕτως καὶ οἵδε τοῖς Ἰακώβου φρονήμασι προκατειλημμένοι, ἐνετυπώθησαν ἀβασανίστως.

quum judicis metu compulsus ad eum locum qui Barbaricus limitus dicitur, per deserta fugisset, forte incidit in Christianos quosdam Saracenos; a quibus captus, quum ex abrasis capillis monachus eis videretur, credereturque posse (quemadmodum apud ipsos monachi consueverant) offerre vitalis Panis augustissimum sacrificium: ad id acribus stimulis per nutus ab eis cogebatur; atque solus inter ejus captivos socios illud offerre jubebatur. Quibus quum potestate id faciendi se destitutum esse persuadere non potuerit; quumque eorum voluntati diutius resistere non fuerit ausus: erecto protinus e virgultis altari, superextensa sindone, apposito recenti [1] pane, & in ligneum [2] calicem infuso vino, benedixit dona hæc sublatis in cælum oculis invocatoque solo Trinitatis nomine: atque panem postea frangendo, singulis distribuit. Calicem deinde, atque sindonem, ut res Deo sacras summa cum veneratione custodiunt, ne ad profanum usum traducantur, negliguntque solum altare ipsum. Super quod repente magna vis ignis e cælo descendit, qui neminem quidem ipsorum attigit, neque læsit, sed altare totum combussit, penitusque delevit; ut ne frustulum quidem virgultorum ibi remanserit. Quo prodigio commoti Barbari conjecerunt oculos in hominem illum, qui sacrificium obtulerat, institeruntque vehementer, ut [3] munus aliquod ab eis pro tanto facinore petere vellet. Is autem postulavit, ut qui secum capti fuerant, secum etiam dimitterentur; quod statim obtinuit, omnesve simul misera captivitate liberavit. Hic autem unus e nostris putabatur ob id unum, quod nostris concionibus interesse soleret, qui ne minimum quidem discrimen norant, quod Christianos inter & Christianos intercedit. Saraceni vero [4] Jacobitarum dogmata profitebantur, & una cum ipsis vitam degere consueverant. Qui Jacobitæ unam in Christo naturam & ipsi prædicant, atque hi cum Saracenis ipsis per deserta vagabantur, eisque sedulo ministerium operamque præbebant. Qui profecto nec ipsi norant, neque docebant perscrutanda esse Christianorum dogmata, & cum aliis aliorum sectatorum institutis comparanda: sed quemadmodum Persæ Nestorii doctrinam, ita & hi prava Jacobi dogmata sine ulla disquisitione probabant.

1. In more positum erat primis Ecclesiæ temporibus, ut propriis suis manibus panem conficerent, præberentque ita recentem sacerdoti, qui pro se Sacrificium offerri volebant; cui consuetudini paruisse vel Imperatores ipsos patet exemplo Valentis. *Greg. Naz. p.* 350. 351.

2. Hinc liquet priscis temporibus, adhiberi consuevisse calices ligneos.

3. In Græco textu legitur δόμα τι, sed legendum puto δῶρόν τι, ut sequenti petitioni congruat.

4. Horum caput Jacobus quidam Syrius monachus, Severi discipulus, qui Eutychianorum errores per Mesopotamiam, & Armeniam prædicavit. *Demetr. Cydon. tom.* 2. *Auct. Bibl. PP. p.* 1221. *Bibl. Orient. p.* 649.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

[1] S. CYRILLI, PAULLI EMESENI, EUSTATHII ANTIOCHENI.

ARGUMENTUM.

Objiciunt præterea Eutychiani vocabulum hoc duarum in Christo naturarum novum esse, & nusquam nec in sacris litteris, nec a sanctis patribus usurpatum; quod ut refellat Leontius, in medium affert plura veterum patrum oracula, qui primis ecclesiæ sæculis floruerunt, ex iis operibus decerpta quæ jam diu perierunt. Hæc dumtaxat in lu-
A eem proferre placuit, omissis iis quæ ex editis Chrysostomi, Basilii, Cyrilli, aliorumque operibus proferuntur. Quanti porro facienda sint fragmenta hæc quæ damus, nemo adeo peregrinus est in theologica & ecclesiastica provincia, qui non videat. Prodeat ergo primum.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ

Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους δευτέρου τόμου.

Συνέβησαν ἀλλήλαις ἀποῤῥήτως τε, καὶ ὑπὲρ νοῦν θεότης, καὶ ἀνθρωπότης, καὶ διάφοροι μὲν αἱ φύσεις ὁμολογουμένως, πλὴν εἷς τε, καὶ μόνος ἐξ ἀμφοῖν υἱός.

CYRILLI.

Ex Tomo II. Interpretationis epistolæ ad Hebræos.

B Divinitas & Humanitas sibi invicem copulatæ sunt arcano quodam modo, & supra quam mente concipi potest; quæ procul dubio duæ diversæ naturæ sunt, unus tamen & solus Filius ex utraque componitur.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς αὐτῆς, τόμου ϛʹ.

Εἰ γὰρ καὶ νοοῦνται διάφοροι, καὶ ἀλλήλαις ἄνισοι τῶν εἰς ἑνότητα συνδεδραμηκότων αἱ φύσεις, σαρκὸς δὴ λέγω, καὶ Θεοῦ, ἀλλ' οὖν εἷς τε, καὶ μόνος ὁ ἐξ ἀμφοῖν υἱὸς ἀληθῶς.

EJUSDEM.

Ex ejusdem expositionis [2] Tomo VI.

Et si diversæ, & ab se invicem differentes intelligantur eorum quæ in unum convenerunt, naturæ, & carnis scilicet & Dei; unus tamen & solus ex utraque Filius vere subsistit.

C

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς.

Νοουμένης δὲ μᾶλλον, καὶ ὑπαρκούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ πεπρᾶχθαι τὴν ἕνωσιν. καὶ πάλιν· οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὴν εἰς ἄλληλα τῶν φύσεων πεπρᾶχθαι φαμέν· μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας τοῦτο, ὅπερ ἐστὶν, ἡνῶσθαι σαρκὶ νοοῦμεν τὸν λόγον.

EJUSDEM.

[3] Ex expositione in epistolam ad Hebræos.

Asserimus factam in Christo conjunctionem, utraque natura in suo statu manente, & intellecta. *Et rursum*: Dicimus nullam factam fuisse naturarum confusionem, nec unam in aliam fuisse conversam, sed utraque ita, ut erat, manente, carni Verbum copulatum intelligimus.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς βίβλου τῶν χρήσεων.

Καὶ οἱ μὲν μίαν φύσιν ἀναίρεσιν τῆς προσληφθείσης ἐξ ἡμῶν τοῦ Θεοῦ λόγου τελείας ἀνθρωπότητος ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ὅλων ἐκδιδάσκουσιν· οἱ δὲ δύο ὑποστάσεις, ἤγουν φύσεις, κατὰ διαίρεσιν, καὶ χωρισμὸν ἐκπαιδεύουσιν· ἀλλ' οὐ καθ' ἕνωσιν τὴν κατ' οὐσίαν, ὡς τοῖς ἁγίοις δοκεῖ πατράσιν, ὡς ἑκατέρους αὐτοὺς τῆς ἀληθείας διαμαρτάνειν.

EJUSDEM.

D *Ex libro Auctoritatum.*

Alii docent unam Dei Verbi naturam ad tollendam evertendamque illam humanam, quam ex nostra specie pro communi omnium salute Verbum assumsit: alii tradunt duas in Christo hypostases, scilicet naturas ab se invicem subsistentia distinctas & sejunctas, non autem conjunctione naturali sibi copulatas, ut sanctis patribus videtur.

1. Fragmenta hæc cum iis quæ affert auctor Synodici *adv. Tragæd.* apud Baluzium, & Leontius noster in suo contra Eutychetem edito opere *T. IX. Bibl. Iren. PP.* possent in nova Cyrilli operum editione honestum aliquem sibi locum vindicare.

2. Hinc liquet hoc Cyrilli opus fuisse saltem in libros
E VI. distributum, quamquam liber dumtaxat II. memoretur a Facundo XI, 7. Theodoreto *lib. ὅτι πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ* aliisque.

3. Vide infra præclarum aliud excerptum ex eadem interpretatione.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Εκ τῆς πρὸς Ἰοῦστον ἐπίσκοπον Ῥώμης ἐπιστολῆς.

Ἐγὼ γὰρ ὅτι ἐλέγχομαι πεφρονηκὼς ἕτερόν τε πώποτε παρὰ τὸ δοκοῦν τῇ ἀληθείᾳ, οὔτε παθητὴν εἴρηκά ποτε τὴν θείαν τοῦ λόγου φύσιν. καὶ μετὰ βραχύ· οἶδα δὲ καὶ ἀπαθῆ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν, καὶ ἄτρεπτον, καὶ ἀναλλοίωτον κἂν τῇ τῆς ἀνθρωπότητος φύσει, καὶ ἕνα ἐν ἀμφοῖν τὸν Χριστόν.

[1] EJUSDEM.

Ex epiſtola ad Juſtum epiſcopum Romæ.

Ego profecto neque cogitavi quidquam contra verum dogma; nec umquam dixi divinam Verbi naturam pati poſſe. *Et paullo poſt*: Novi Dei naturam impaſſibilem eſſe, & incorruptam, & immutabilem vel in ipſamet humana natura; & unum in utraque, & ex utraque Chriſtum confitemur.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.

Εκ τοῦ κατὰ Συνουσιαστῶν.

B

Ἴστωσαν ὅτι ἡμεῖς τὸν Χριστὸν δύο φύσεις ὁμολογοῦντες, ἑκατέρᾳ μὲν φύσει τὰ πρόσφορα νέμομεν· ἀλλὰ πάντα· καθ' ἑνὸς προσώπου τοῦ υἱοῦ κατηγοροῦντες.

[2] THEODOTI EPISCOPI ANTIOCHIÆ.

Ex [3] Libro contra [4] Synuſiaſtas.

Sciant omnes, nos, quum Chriſtum duabus naturis conſtatum aſſerimus, tribuere unicuique quod ei convenit, & omnia de una eademque perſona prædicare.

ΠΑΥΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΜΕΣΗΣ.

Εκ τοῦ ῥηθέντος ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίᾳ λόγου ὑπ' αὐτοῦ, παρουσίᾳ Κυρίλλου πατριάρχου, ὃν ἀφήμησε, καὶ ἀπεδέξατο, καὶ ἐνεκωμίασεν εὐθὺς ἐπειπὼν καὶ αὐτὸς λόγον, ἐν ᾧ φησιν, ἠντλήσαμεν ἡμῖν ὕδωρ.

C

Ὅρα καὶ τὸν Ἰωάννην δύο φύσεις κηρύττοντα, καὶ ἕνα υἱόν. ἕτερον σκηνὴ, καὶ ἕτερον τὸ σκηνοῦν, ἕτερον ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ ἐνοικῶν Θεός.

Πρόσεχε τῷ λεγομένῳ. οὐκ εἶπεν ἕτερος, καὶ ἕτερος, ὡς ἐπὶ δύο προσώπων, ἢ Χριστῶν, ἢ δύο υἱῶν· ἀλλ' ἕτερον, καὶ ἕτερον, ὡς ἐπὶ δύο φύσεων.

PAULLI EPISCOPI EMESENI.

Ex [5] oratione ab ipſo habita in Alexandrinorum eccleſia, præſente patriarcha Cyrillo, cui Cyrillus ipſe plauſit, eam valde probans, ſummiſque laudibus efferens, adjecitque ſtatim & ipſe ſuam, in qua ait, Hauſimus nobis aquam.

Vide & Joannem duas de Chriſto naturas prædicantem, & unum filium. Aliud eſt tabernaculum, aliud, quod tabernaculum ipſum inhabitat; aliud templum, & aliud templum ipſum inhabitans, Deus ſcilicet.

Dictum perpende. Non dixit alius, & alius, tamquam de duabus perſonis, vel duobus Chriſtis, vel Filiis, ſed *aliud*, & *aliud*, tamquam de duabus naturis.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ.

Εκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ ιέ. ψαλμοῦ.

D

Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός· οὐ γενομένους, ἀλλὰ γενόμενον· μοναδικὸν γὰρ τὸ πρόσωπον· οὐκ εἶπον μοναδικὴν τὴν φύσιν· ἄπαγε μὴ γένοιτο· οὐδὲ τὴν αὐτὴν οὐσίαν σαρκὸς, καὶ θεότητος· ἀλλ' εἶπον ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

EUSTATHII ANTIOCH. EPISCOPI

Ex [6] interpretatione in Pſalmum XV.

Miſit Dominus Filium ſuum genitum ex muliere. Non genitos ait, ſed genitum. Unica enim eſt perſona. Non dixi unicam naturam (abſit enim, ut hoc dicamus) neque unam eamdemque eſſe ſubſtantiam carnis & divinitatis; ſed unum dixi Dominum Jeſum Chriſtum, per quem omnia facta ſunt.

1. In editis D. Cyrilli Epiſtolis nulla hoc nomine inſcripta legitur. Et ſane D. Cyrilli tempore ſedem Romanam tenuit Cæleſtinus, poſt Cæleſtinum Sixtus III. poſt Sixtum Leo, ſub cujus pontificatu Cyrillus e vita migravit. Quis ergo fuit ille Juſtus epiſcopus Romæ, cui Cyrillus ſcripſiſſe dicitur? id eruditis conſiderandum relinquo.

2. Theodotus Antiochiæ epiſcopus vir integritate morum, atque doctrina præſtantiſſimus, qui concilio Epheſino contra Neſtorium interfuit, a quo ſe numquam fuiſſe reprehenſum gloriatur Theodoretus *Epiſt. 115. ad S. Leonem*, idque ſibi magno adjumento fore putavit, ut ab exſilio revocaretur.

3. Nulla, quod ego ſciam, hujus operis mentio apud ſcriptores eccleſiaſticos. Memorantur autem Theodoti epiſtolæ ſynodicæ *in Conc. Hieroſolym.* cui Theodotus præfuiſſe dicitur. Labbei tom. II. nec non tres in Epheſ. homiliæ, una contra Neſtorium, duæ in Natalem Salvatoris noſtri.

E

4. Synuſiaſtas memorat Chryſoſtomus epiſtola ad Cæſarium tom. III. pag. 743. ad quem locum notatur hoc nomine appellari Apollinariſtas. Cujus denominationis cauſſam aperit Greg. Nazianz. *Orat. 46. p. 722.* διεβεβαιοῦτο πρὶν τοῦ κατελθεῖν αὐτὸν υἱὸν ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατελθεῖν ἰδίαν ἐπαγόμενον σάρκα ἐκείνην, ἣν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἔχων ἐτύγχανε, προαιώνιόν τινα καὶ συνουσιωμένην. *Affirmabat eum, antequam aſcendiſſet, filium hominis fuiſſe, & deſcendiſſe carnem propriam adducentem, illam quam in cælis habebat, ante ſæcula ſuæ ſubſtantiæ conjunctam.*

5. Ex hac eadem Orat. prodiit excerptum in edito Leontii opere contra Eutych. tom. IX. Bibl. PP.

6. Ex Euſtathii commentariis in aliquot Pſalmos protulit excerpta quædam clar. vir Jo. Alb. Fabricius *Bibl. Græc. tom. VIII. p. 184.*

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.

A

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ.

Πρὸς Φίλιππον μονάζοντα περὶ τῆς τῶν Αρειανῶν ἀντιθέσεως, ἧς ἡ ἀρχή· ἡ κακία γενομένη ἐςὶ ψυχῆς.

Κἂν γὰρ ἀῤῥήτῳ, καὶ ἀφράστῳ ἑνώσει τὰ συναμφότερα ἓν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει· διὰ τὸ ἀσύγχυτόν φημι· ἕτερον γὰρ τὸ Θεῖον παρὰ τὸ σῶμα· ἐπείσακτον γάρ· ὁ τοίνυν Χριστὸς δύο ὑπάρχων φύσεις, καὶ ἐν αὐταῖς ἀληθῶς γνωριζόμενος, μοναδικὸν πρόσωπον ἀσύγχυτον ὅμως.

GREGORII NYSSENI AD PHILIPPUM MONACHUM.

De [1] *Arianorum objectione, cujus initium: Animæ vitium est.*

Etsi enim ineffabili & arcana conjunctione utraque sint unum, non tamen unum sunt natura, propterea quia nulla in iis confusio contigit. Aliud enim est divinitas, aliud corpus. Hoc enim assumtum est, & prorsus adventitium. Christus ergo duas naturas continet, & in hisce vere subsistere dignoscitur. Unam tamen præ se fert personam sine ulla confusione subsistentem.

B

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Εκ τῶν πρὸς αὐτούς.

Εἰ γὰρ καὶ ἐν δύο φύσεσι νοεῖται, καὶ ἔστι ὁ Χριστὸς, ἀλλ' ἕνα ἴσμεν υἱόν.

EJUSDEM.

Ex libris contra eosdem.

Etiamsi Christus in duabus naturis concipiatur, & in iis vere subsistat; unum tamen Filium eum esse novimus, atque confitemur.

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΩΝ

Εκ τοῦ εἰς τὸ, ἐγὼ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου.

C

Φαίνεσθαι δὲ τὴν διάγνωσιν τῶν φύσεων ἐκ τῆς διαφορᾶς τῶν λεγομένων.

CYRILLI HIEROSOLYMITANI.

In dictum illud: Ego vado ad Patrem meum.

Patere (ait S. Pater) discrimen naturarum ex eorum diversitate, quæ de illis prædicantur.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΜΒΡΟΣΙΟΥ

Εκ τῆς πρὸς τοὺς ὄχλους διαλέξεως.

Ο μίαν ἐκ δύο κατασκευάζων φύσιν, κρᾶσιν καὶ σύγχυσιν πάντως εἰσάγει.

Καὶ μετὰ βραχέα.

Δύο ἐπὶ Χριστοῦ ὁμολογοῦμεν φύσεις ἡνωμένας ἀῤῥήτῳ ἑνώσει, καὶ μηδαμῶς ἀλλήλων χωριζομένας, ἢ συγχεομένας· δηλονότι τοῦ ἑκάστου τρέποντος ἰδιώματος, νοουμένου τε, καὶ σωζομένου, εἰ καὶ ἕνα οἴδαμεν Χριστὸν υἱὸν μονογενῆ· τὰ γὰρ συναμφότερα ἕνα ἀπετέλεσεν ἡμῖν Χριστὸν, καὶ οὐ μίαν φύσιν.

S. AMBROSII.

Ex [2] *disputatione ad turbas.*

Qui naturam unam ex duabus compositam adstruit, profecto commixtionem & confusionem inducit.

Et paullo post.

D

Confitemur duas in Christo naturas, sibi invicem ineffabili modo conjunctas, & negamus unam ab alia secerni, vel unam cum alia confundi. Quia videlicet sua cuique manet integra proprietas, ut mente concipitur, etiamsi unum Christum, Filium unigenitum in utraque subsistere probe sciamus. Nam utraque nobis confecit unum Christum, non unam naturam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Εκ τῆς πρὸς Φιλοπόνους.

Κἂν δύο ἐπιστάμεθα ἐν Χριστῷ φύσεις, οἴδαμεν μὴ δύο εἶναι υἱοὺς, ἀλλ' ἕνα ὅμοιον τῷ πατρὶ κατὰ τὸ ἀόρατον· ὅμοιον τῇ μητρὶ, κατὰ τὸ ὁρατόν.

EJUSDEM.

Ex epistola ad Philoponos.

E

Etiamsi duas in Christo naturas esse certo sciamus, tamen haud esse duos filios intelligimus, sed unum dumtaxat similem Patri secundum invisibilem substantiam, similem matri secundum substantiam visibilem.

1. Scripsit ergo Nyssenus, si Leontio fides habenda, adversus Arianos, quod opus non amplius exstare norunt eruditi.

2. Nullum Ambrosii opus hoc titulo perscriptum occurrit in luculentissima Parisiensi editione. Utrum autem excerptum hoc, & subsequens depromtum fuerit ex aliquo Ambrosii opere edito sub diverso titulo, videant eruditi. Mihi profecto tantum otii non suppetit, ut hujus rei gratia omnia Ambrosii opera percurrere possim.

SEVERI PATRIARCHÆ ANTIOCHENI.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.

ARGUMENTUM.

Affert deinde Leontius plura Severi Eutychianorum patroni testimonia, quibus eum sibi contradicere ostendit, atque ita adversarios suis ipsorum A armis configit. Depromta vero sunt hæc testimonia ex iis operibus quæ jam diu cum auctore suo perierunt. Prodeat ergo primum.

ΣΕΒΗΡΟΥ ΤΟΥ ΑΙΡΕΤΙΚΟΥ ΤΟΥ ΜΙΞΟΦΥΣΙΤΟΥ.

Τοῖς Ιουλίου, καὶ Αμβροσίου χρήσεσιν οὕτως ἐπιλέγοντος.

Ο Δὲ καὶ τὰ ἴδια γινώσκων, καὶ τὴν ἕνωσιν φυλάττων, οὔτε τὰς φύσεις ψεύδεται, οὔτε τὴν ἕνωσιν ἀγνοήσει.

[1] SEVERUS HÆRETICUS MISOPHYSITA.

Auctoritatibus Julii, & Ambrosii hoc subdit.

QUI proprietates agnoscit, quique conjunctionem diligenter observat; is neque naturas infitiabitur, nec ipsarum copulam ignorabit.

B

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Εκ τῶν κατὰ τοῦ γραμματικοῦ.

Δύο τὰς φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ νοοῦμεν· τὴν μὲν κτιστὴν, τὴν δὲ ἄκτιστον· ἀλλ' οὐδεὶς ἐγράψατο τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον τὴν ἄλογον ταύτην γραφὴν, τί δήποτε δύο φύσεις ὠνόμασαν περὶ τῆς τοῦ Εμμανουὴλ ἑνώσεως διαλαμβάνοντες· οὐδεὶς ταύτην ἔστησε τὴν κατηγορίαν, ἀλλ' ἐκείνην μάλα δικαίως, τί δήποτε μὴ ἀκολουθήσαντες τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ ἐκ δύο φύσεων ἔφασαν εἶναι τὸν Χριστόν· οὐ παυσόμεθα λέγοντες, ὡς δειξάτω τις τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, ἢ τὸν τόμον Λέοντος, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογήσαντας, ἢ σύνοδον φυσικὴν, ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα Χριστὸν, ἢ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην· „ καὶ τότε γνωσόμε„θα, ὡς κατὰ τὸν σοφώτατον Κύριλλον, θεω„ρίᾳ μόνῃ ἀνακρίνοντες τὴν οὐσιώδη διαφορὰν „ τῶν συνενεχθέντων ἀποῤῥήτως εἰς ἓν ἴσασι, „ καὶ ὡς ἑτέρα ἡ τοῦ λόγου φύσις, καὶ ἑτέ„ρα ἡ τῆς σαρκός. καὶ ὡς δύο τὰ ἀλλήλοις „ συνενηνεγμένα καθορῶσι τῷ νῷ· διϊστῶσι δὲ „ οὐδαμῶς.

EJUSDEM.

[2] Severi ex libri contra Grammaticum.

Duas in Christo naturas concipimus, unam creatam, alteram increatam. Nemo vero concilio Chalcedonensi ridiculum hoc crimen objecit, quod in Emmanuele duas naturas asseruerit; nemo unus, inquam, hoc objecit, sed illud potius ei vitio vertendum putavit; quod concilii patres ex duabus naturis Christum compositum, Cyrillum secuti, minime docuerint. Nos autem instare numquam C cessabimus. Ostendat aliquis synodum Chalcedonensem aut Leonem in suis libris confiteri vel *hypostaticam unionem*, vel naturalem conjunctionem, vel ex duabus naturis unum Christum, vel Dei Verbi naturam unam *incarnatam*; id, inquam, ostendat. Et tunc una cum sapientissimo Cyrillo dicemus eos mente sola deprehendere discrimen, quod inter illa duo, quæ ineffabili modo conjuncta sunt, intercedit, atque dignoscere utrumque in unum convenisse, & aliam esse naturam Verbi, & aliam naturam carnis, quæ sibi invicem copulata, & con- D juncta duo manere mente percipient, etiamsi reipsa minime disjungantur.

LEONTIUS.

Καί τοι γε ὁ ταῦτα λέγων, ἐν τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως αὐτοῦ πρὸς Νηφάλιον, ὁ αὐτός φησι, τὸ λέγειν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ, πάσης κατηγορίας ἐπίμεστον, εἰ καὶ ὑπὸ πλειόνων πατέρων εἴρηται. καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ μὴ εἴπῃς ὡς τῇ λέξει τῶν δύο φύσεών τινες τῶν πατέρων ἐχρήσαντο· ἐχρήσαντο γὰρ ἀδιαβλήτως ὥσπερ εἴπομεν· κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦ ἁγίου Κυρίλλου τῆς νόσου τῶν Νεστορίου καινοφωνιῶν τὰς ἐκκλησίας ἐπινεμομένης, ἐπὶ πλέον ἡ λέξις ἀπεδοκιμάσθη.

Ωστε οὖν, ὦ οὗτος, καὶ πάλαι ἀδόκιμος, καὶ ἐπὶ πλέον μετὰ Νεστόριον· πῶς οὖν ἀδιαβλήτως ἐχρήσαντο αὐτῇ; εἶτα δὲ εἰ διαβέβληται, καὶ ἀπεδοκιμάσθη κατὰ Νεστόριον, πῶς οὐ κατὰ τόδε γράφεταί τις, ἢ κατηγορεῖ τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου μετὰ Νεστόριον οὔσης· ἀλλὰ

Quamquam qui hæc dicit, idem in sua ad [3] Nephalium fidei formula testatur esse *absurdum omnium maximum duas de Christo naturas prædicare, quamvis id a plerisque sanctis patribus assertum fuerit.* Et post hæc: *Ne dicas*, inquit, *nonnullos patres hoc verbo duarum naturarum esse usos; nam tum eo vocabulo uti eis impune licuit, ut jam diximus, non item & D. Cyrilli tempore, quo, dum per ecclesias* E *Nestoriana lues grassabatur, ea vox magis magisque rejecta fuit.*

Si ita est, insane, rejecta ergo jam antea fuit, & multo magis post Nestorium. Quod quum ita sit, quomodo ergo patribus illis ea voce uti licuit? Præterea si vocabulum illud rejectum fuit in judicio contra Nestorium, cur nemo cœtum Chalcedonensem Nestorio posteriorem de hoc ipso, quo is

1. Quomodo Leonti, auctoritatem hanc Severo nunc tribuis, qui in contra Nestorian. & Eutych. libris eam Julii esse dicis? quomodo item lib. de Sectis eam non Julio, neque Severo tribuis, sed Timotheo Apollinaristæ?

2. Severi contra Jo. Grammaticum mentio fit in catena ad Cantica S. Scripturæ, & in actis concilii Later. ann. 649. tom. VII. Lab. p. 308. Joannis item Apologia concilii Chalc. memoratur in Anastasii Hodego p. 90. & 96.

3. Memorat hoc opus Anastasius in Hodego, nec non Evagrius III. 33.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



Quibus quid absurdius dici potest? quid a pietatis ratione alienus? Sed consideremus & ex sequentibus impiarum cogitationum æstum ac fluctum, qui instabili mendacio suscitatur. *Corpus enim*, ait, *nec ipsum per se subsistens natura est, neque per se vitale, nec hujusmodi, quod scindi queat*. Numquid ergo quia non habet ex intima sui natura, ut vitale sit, ne illud quidem habet, ut scindi possit? an unum quidem ab intima sua natura habet, alterum vero nequaquam? Ac deinceps ex conjunctione cum eo, quod natura sua vivificum est & individuum, obtinuit utrumque: Quod si caret suis proprietatibus, & corporis natura vim suam exserendo dividi se posse patefecit in Christo: si neque Verbum, neque caro discindi poterant, quis circumcisus est? quis clavis confixus? quis lancea transverberatus? Nisi hæc specie tenus, & umbræ contigisse dicant. Videamus autem quanta scateat dementia quod adjicitur. Ait enim: *Neque Verbum in propriam naturam secernitur, quam habet in carnis experte divinitate*. Retinet ergo, sapientissimi viri, propriam naturam Verbum (qua carnis expers est) etiam posteaquam carnem assumsit. Quomodo ergo vestros non insectamini? Ecquid ad hæc alia respondere nobis poteritis? An & humanitas Christi Domini, qua caro est, suam retinet naturam, etiamsi Verbum eam statim procreatam sibi copulavit: an sola natura Verbi carnis expers in suo statu mansit, atque vana quædam species fuit illa, qua Christus humana carne præditus apparuit? Nam si vera caro fuisset, duæ profecto naturæ convenissent in unam, eamdemque communem subsistentiam. Quid ad hæc? nonne per conjunctionem utrumque fit unum, vir eximie? at si vere unum, quomodo utrumque? Si vero utrumque, quomodo secundum idem erit unum? Nonne perspicuum est idem dici unum ob unitatem personæ, & utrumque ob naturam duplicem? Minime, inquit, sed hoc dicitur ob com-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610.



που παρὰ τάσδε, ἢ οὐχί; εἰ μὲν οὖν οὐχί, οὐδὲ ἐπὶ τοῦ κυρίου σωζομένης θεότητος, καὶ ἀνθρωπότητος ἔτι φύσις ἐστὶν αὐτῷ ἡ καθολικωτέρα μία· εἰ δὲ σωζομένων τούτων, οἰόμεθα ἐπιγενέσθαι καὶ τὴν κοινοτέραν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν παρὰ ταύτας ἑτέραν οὖσαν, τίς ἂν εἴη καὶ ἡ ἐπὶ Χριστοῦ ἐπιγενομένη φύσις, ἣ οὔτε θεία, οὔτε ἀνθρωπίνη ἐστί; καὶ τί τὸ φυσικὸν τοῦτο εἶδος, τὸ ὕπερθεν; εἴπατε· ἀλλ' οὕτως μὲν τάδε· ἓν δὲ τῷ συνθέτῳ ὄνομα τὸ ποῖόν φατε προσαρμόζεσθαι; εἰ μὲν τὸ ὑποστατικὸν, ἀναντίῤῥητος ὁ λόγος· εἰ δὲ φυσικὸν, τίς αὐτῷ ἡ ὑποκειμένη φύσις, καὶ διὰ τοῦδε προσαγορευομένη; εἰ μὲν γὰρ ἑτέρα παρά τε τὴν θεότητα, καὶ ἀνθρωπότητα, ποία ἂν εἴη; εἰ δὲ ἡ τῆς θεότητος, οὐ τοῦ συνθέτου ἰδίως ἡ ὀνομασία ὡς συνθέτου· καὶ πρὸ γὰρ τῆς συνθέσεως ἦν ἥτε φύσις, καὶ τὸ ὄνομα· εἰ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ οὕτως οὐ τοῦ συνθέτου ἡ προσηγορία· καὶ πρὸ γὰρ τῆς ἑνώσεως τῆσδε ἦν ἥτε φύσις, καὶ ἡ κλῆσις αὕτη ὡμολογουμένως πᾶσιν. ἀλλ' ἵνα πάντα παρίδωμεν. πῶς ἓν ὄνομα φυσικὸν δεῖν εἰδέναι κατὰ τοῦ συνθέτου λέγοντες ὅλου, δύο τὲ καὶ ἐναντία αὐτοῦ καταφάσκετε, κτιστόν τε, καὶ ἄκτιστον αὐτὸν λέγοντες; καὶ τόγε λίαν παραδοξότερον, ὅτι ἀπὸ μὲν τῆς θεότητος μόνον τὸ ἄκτιστον, καὶ ἀπαθὲς φάσκοντες εἶναι αὐτοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ σώματος τὸ κτιστὸν, καὶ παθητὸν, οὔτε μερικῶς ἀκούειν, οὔτε λέγειν τόδε ἐπὶ Χριστοῦ εἰρήκατε, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὅλου Χριστοῦ; συγχωρήσαντες δὲ ὑμῖν ὡς ἂν καὶ βούλεσθε παλλιλογεῖν, ἐπαγάγοιμεν τοῖς παρ' ὑμῶν ἀναγκαίως. ὡς εἴπερ ὁμοτίμως περὶ ἑκατέρου τῶν ἐν Χριστῷ τὰ ἐναντία δοξάζετε· καὶ τὸ ὅλον κατὰ φύσιν ἴστε τοιόνδε Χριστοῦ, ὃ ἂν ἐκ θατέρας τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων λέγεται κατὰ τῆς ὅλης ὑποστάσεως αὐτοῦ, ἆρά γε ὥσπερ ἀληθῶς παθητὴ, καὶ κτιστὴ ἡ σὰρξ αὐτοῦ, οὕτως γε καὶ ἡ θεότης αὐτοῦ; καὶ ὥσπερ ἀπαθὴς, καὶ ἄκτιστος ἡ θεότης αὐτοῦ, οὕτως γε καὶ ἡ σάρξ; ἃ πρὸς τῷ βλασφήμῳ ἔχει καὶ τὸ ἀδύνατον σαφῶς· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ταυτῷ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ, καὶ ὡσαύτως πάντη τὰ ἐναντία πώποτέ τινος καταφάσκεσθαι.

A poſitionem humanæ prorſus ſimilem. Quid ergo? Salva manente natura corporis & animæ, numquid & aliam [1] præter haſce naturam eſſe in homine novimus, an non? Si negemus, nec in Chriſto Domimo ſalva manente divinitate & humanitate, neceſſe nobis erit comminiſci communiorem aliam naturam; ſi vero affirmemus, contendamuſque præter animæ, & corporis ſubſtantiam ineſſe & communiorem aliam hominis naturam, ab utraque illa prorſus diverſam: quænam erit in Chriſto ſimilis huic natura, quæ neque divina ſit, neque humana? Qualis, amabo vos, iſta ſpecies naturalis & ſuprema? Hæc quum ita ſint, quale compoſito nomen tribuendum putatis? Equidem ſi tale ſit, quod ſubſiſtentiam ſignificet, nihil oppono; B ſi vero naturam ſignificet, quæro quænam ſit hæc natura per hocce nomen ſignificata? Profecto ſi diverſa dicatur ab divina & humana, qualis erit? ſi vero ſit eadem ac divina, non erit propria compoſiti denominatio, quippe quum ante compoſitionem exſtiterit cum natura, tum ipſius nomen: ſi vero ſit eadem ac humana, ne ita quidem propria compoſiti denominatio erit, quippe quum ante hujuſce conjunctionem & natura, & denominatio cunctis innoteſceret. Sed miſſa faciamus hæc omnia. Quomodo toti compoſito naturale nomen unum tribui oportere contenditis, atque de ipſo contraria prædicatis, creatum ſcilicet eſſe, & increatum? &, quod abſurdius eſt, quomodo dicitis Chriſtum id habere a natura divina, quod ſit increatus & C impaſſibilis: ab humana contra, quod ſit creatus atque paſſibilis; ſimulque contenditis hæc non de parte, ſed de toto Chriſto prædicari? Quæ ſi concederemus ita ſe habere, quemadmodum vultis, eadem ſemper deblaterando, veſtris tamen dictis adhuc inſtarem. Si de utraque Chriſti parte contraria prædicatis, & univerſalem totius Chriſti naturam hoc ferre putatis, ut quidquid unius partis proprium eſt, id de tota ejus perſona & ſubſiſtentia prædicetur; an quemadmodum vere paſſibilis eſt, & creata ejus caro, ita & divinitas? & quemadmodum pati nequit, & creationis expers eſt D divinitas, ita & ejus caro? Quæ profecto præterquamquod manifeſtam præ ſe ferunt impietatem, fieri nullo pacto poſſunt. Nam fieri nequit, ut uni eidemque ſecundum idem eodemque modo contraria conveniant.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΟΥ

Ὡς φασιν, ἐν τῇ κατὰ μέρος πίστει.

Τὸ δοξάζειν δύο φύσεις τὸν ἕνα Χριστὸν, τετράδα τὴν ἁγίαν τριάδα ποιεῖ φασιν. ἔφη γὰρ οὕτως· καὶ ἔστι Θεὸς ἀληθινὸς ὁ ἄσαρκος ἐν σαρκὶ φανερωθεὶς, τέλειος τῇ ἀληθινῇ καὶ θείᾳ τελειότητι, οὐ δύο πρόσωπα, οὐ δύο φύσεις, οὐδὲ τέσσαρας προσκυνεῖν λέγομεν, Θεὸν, καὶ υἱὸν Θεοῦ, καὶ ἄνθρωπον, καὶ πνεῦμα ἅγιον.

Πρῶτον μὲν ἀγνοεῖται, καὶ ἀμφιβάλλεται λίαν ἡ χρῆσις καὶ ἥδε· ὅμως μέντοι μὴ δύο πρόσωπα ἐπὶ Χριστοῦ λέγειν φησὶν, ἵνα μὴ

GREGORII THAUMATURGI.

In [2] particulari fidei expoſitione.


Credere duas naturas eſſe unum Chriſtum, inquiunt, hoc quaternitatem in Trinitatis locum inducit. Ita enim loquitur: Et eſt Deus verus (qui carnis expers in carne ſe viſendum præbuit) & perfectus, vera & divina perfectione præditus; E in quo neque duas perſonas nos adorare dicimus, neque duas naturas, nec iſta quatuor, Deum ſcilicet, & Filium Dei, & Hominem, & Spiritum ſanctum.

Ad hæc primum dicimus incertum eſſe, & dubitari maxime etiam de hac auctoritate, num genuina ſit: deinde S. Pater ait non eſſe nobis de

1. Putant nonnulli ineſſe ſingulis individuis naturam quamdam communem, a particulari cujuſque natura diſtinctam: quum enim mens noſtra ſibi finxerit ideas quaſdam communes, quæ ſingulis individuis aptantur, hinc putarunt exſiſtere & naturas communes ab ideis illis repræſentatas. Nimirum ignorant ideas, ut logici loquuntur, *abſtractas* nullum in rerum natura objectum habere.


2. Nullum Gregerii Taumaturgi opus ad manus noſtras perveniſſe præter ſolam fidem, quam in viſione conſpexerit, teſtatur Nyſſenus in ejus oratione funebri.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.



ὁμολογοῦντες αὐτὸν Θεὸν, καὶ ἐν πλείᾳ θεότητι, τοῦτο δὲ αὐτοῦ πρόσωπα, τετράδα καρπτῶμεν τῶν θείων προσώπων, Θεοῦ τοῦ πατρὸς ἕν, καὶ υἱοῦ Θεοῦ ἕν, καὶ ἀνθρώπου ἕν, καὶ πνεύματος ἁγίου ἓν ἀριθμοῦντες· ἀλλ' οὐδὲ δύο φύσεις θείας μέντοι εἰδέναι αὐτοῦ φησιν, ἀλλ' ἐν μιᾷ φυσικῇ θείᾳ τελειότητι τέλειον αὐτὸν Θεὸν ὁμολογεῖν, καὶ οὐκ ἐν δύο· ὅτι γὰρ ἀτρέπτως ἐσαρκώθη, καὶ ἀδιπλασιάστως τὴν θεότητα ἔχει βούλεται δεῖξαι. ὁ γοῦν αὐτὸς πρὸ βραχέως φησί· καὶ τῶν περὶ σάρκα παθῶν γινομένων, τὴν ἀπάθειαν ἡ δύναμις εἶχε τὴν ἑαυτῆς· ἀσεβὴς οὖν ὁ τὸ πάθος ἀνάγων εἰς τὴν δύναμιν· ὁ γὰρ τῆς δόξης κύριος ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι πέφηνε, τὴν ἀνθρωπίνην οἰκονομίαν ἀναδεξάμενος.

A Christo personas duas prædicandas; ne dum ipsum Deum perfecta divinitate præditum, eumdemque duabus personis ornatum asserimus, inducamus, quatuor divinas personas, Dei Patris unam, Filii Dei alteram, Hominis tertiam, & Spiritus sancti quartam. Neque dicit duas in Christo se nosse naturas divinas, sed in una (non in duabus) naturali divina perfectione eum perfectum se fateri prædicat. Hoc enim innuere vult, Verbum carnem assumsisse, eadem in simplicitate sua manente divinitate. Idcirco idem paullo ante dicit: *Cum caro dolores subiret, & affectibus traberetur;* B *superna potestas horum omnium immunis mansit.* Quisquis ergo dolores & perturbatos affectus in supernam potestatem illam inducit, impius est; etenim Dominus gloriæ se conspiciendum in humana forma præbuit, humanam conditionem subeundo.



D. CYRILLI TESTIMONIA.

ARGUMENTUM.

Denique in calce Operis subsequuntur varia D. Cyrilli testimonia, quæ Eutychianorum errori favere videntur, quibus hæretici gloriari maxime con- C sueverant. Hæc Leontius clare explicat, ostenditque D. Cyrillum ea recto sensu accepisse. Sit ergo.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

Ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον β'. ἐπιστολῆς.

Τὸ λέγειν δύο ὑφεστάναι μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀδιαιρέτως, μάχεσθαί ἐστι τοῖς μίαν εἶναι λέγουσι τὴν τοῦ λόγου φύσιν σεσαρκωμένην.

Ἀλλὰ πρὸς Νεστοριανοὺς τοῦτο λέγων ἐπιφέρει μετὰ βραχέα, ὦ οὗτοι· τὸ γὰρ ἀδιαιρέτως προστεθὲν, δοκεῖ μὲν παρ' ἡμῖν ὀρθῆς εἶναι δόξης σημαντικόν· αὐτοὶ δὲ οὐχ οὕτως νοοῦσι· D τὸ γὰρ ἀδιαίρετον παρ' αὐτοῖς κατὰ τὰς Νεστορίου φωνὰς καθ' ἕτερον λαμβάνεται τρόπον· φησὶ γὰρ ὅτι τῇ ἰσοτιμίᾳ, τῇ ταυτοβουλίᾳ, τῇ αὐθεντίᾳ ἀδιαίρετός ἐστι τοῦ λόγου ὁ ἐν ᾧ κατῴκησεν ἄνθρωπος· ὥστε οὐχ ἁπλῶς τὰς λέξεις λέγουσιν, ἀλλὰ μετά τινος κακουργίας. ἴδου οὖν σκοπεῖτε εὐγνωμόνως ὅτι τὴν μὲν φωνὴν οἶδεν ὀρθῆς δόξης· τὸ δὲ κακούργως ἔχον νόημα ἀποβάλλεται, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἕως τέλους ποιεῖν καὶ ὑμᾶς καὶ ἡμεῖς δυσωποῦμεν. ἔστιν οὖν τὴν αὐτὴν ἀσεβῶς εἰπεῖν τινα φωνὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέραν φωνὴν τὴν λέγουσαν, μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην· ἔστι κατὰ Ἄρειον, ὡς οὐ πάντη ἀτρέπτου φύσεως ὄντος τοῦ υἱοῦ νοεῖν. καὶ κατὰ Ἀπολινάριον, ὡς αὐτοῦ τοῦ λόγου ἀντὶ νοῦ E ψυχικοῦ γενομένου, τῇ ἐμψυχωθείσῃ ἀλόγῳ σαρκὶ λογίζεσθαι· κατὰ Εὐτυχέα, ὡς αὐτοῦ τοῦ λόγου εἰς σάρκα μεταποιηθέντος ἐκδέχεσθαι· ἐὰν οὖν μὴ τὰ νοήματα ἀνακρίνωμεν τῶν ὁμολογούντων, καὶ ταύτην κἀκείνην οὐκ ἄλλως προσιέμεθα τὴν φωνήν· τοῦτο γὰρ ὁ πατὴρ φησιν, ὅτι ὡς κακουργοῦντας περὶ τὴν ἔννοιαν τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων μὴ ἀποδέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς δεῖ, κἂν λέγοιεν αἱ φωναί· οὐ γὰρ τὴν καθ' ὑπόστασιν λέγουσι τῶν φύσεων, ἀλλὰ κατὰ σχέσιν ἀδιαίρετον· ἐν πολλαῖς γὰρ χριστολογίαις οἶδε τὴν

S. CYRILLI.

Ex epistola II. ad Sucensum.

Fateri duo subsistere post naturalem conjunctionem, sine ulla distinctione, id aperte pugnat cum iis qui Verbi Dei naturam unam *incarnatam* profitentur.

Verum enimvero, stolidissima capita, sanctus pater post quædam alia subdidit hæc ad profligandos Nestorianorum errores: Etenim vox ἀδιαιρέτως, *sine distinctione*, videtur apud me rectum dogma significare, non item apud illos qui contrarium sentiunt. Nam apud ipsos hæc vox *indistinctum* secundum Nestorii interpretationem longe aliter, quam apud nos accipitur; ait enim hominem in quo Verbum habitavit, ab eo minime distingui, dignitate scilicet, voluntate atque potestate. Quare laudata Cyrilli verba accipiuntur ab iis non propria significatione, sed malitia quadam in pravum sensum detorquentur. Videte ergo quemadmodum S. Pater ea voce recte utatur, pravum contra sensum omnino rejiciat, ut & vobis facere a principio usque ad finem optamus, obsecramusque. Possumus ergo cum vocem illam impio sensu efferre, tum & hanc aliam subsequentem, unam Dei Verbi naturam *incarnatam* interpretari cum Ario, quasi Filius immutabilis naturæ non sit; & cum Apollinare quasi Verbum in animata carne rationis experte, vice mentis fungatur; & cum Eutychete, quasi Verbum ipsum in carnem fuerit conversum. Nisi ergo profitentium mentem & animum accurate perpenderimus, numquam recte vocem hanc vel illam interpretabimur. Ait enim S. Pater non audiendos hæreticos, utpote de naturarum conjunctione male sentientes, etiamsi voces ab ipsis usurpatæ bene sonare videantur. Non enim asserunt ii Christum individuum secundum hypo-

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 610



ἀπάτην καὶ ὁ ἀπόστολος γινομένην· ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως νοεῖ καὶ ἐν τῇ ἑξῆς, ἣν παράγουσι χρήσει, σαφὲς ἔσται.

ſtaſim, ſed ſecundum habitum. In multis enim vocibus quæ bonæ videntur, latitare dolum ac fraudem clare perſpexit etiam Apoſtolus. Quod autem Cyrillus ita ſentiat, clare liquet, & ex ſequenti ipſius oraculo, quod ii decantare maxime ſolent.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῶν εἰς τὴν πρὸς Ἑβραίους δευτέρου τόμου.

Ἀποδιϊστάντες γὰρ ἀλλήλων τὰς δύο φύσεις, καὶ ἀνὰ μέρος ἡμῖν ἑκατέραν ἀσυναφῆ θατέρας δεικνύοντες, ἐν μόνοις προσώποις φασὶ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν· καὶ ὡς ἐν γε ψιλῇ συναινέσει, καὶ ταυτοβολίᾳ, καὶ θελημάτων ῥοπαῖς, κατ' ἐκεῖνό που τάχα τὸ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων γεγραμμένον, τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία, καὶ ἡ ψυχὴ μία. ἑκάστου γὰρ τῶν πεπιστευκότων κατά γε τὸν τῆς ἰδίας ὑποστάσεως λόγον διεσχοινισμένου τῶν ἄλλων, ὅσον ἧκεν εἰς ταυτοβουλίαν, καὶ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, ψυχὴ πάντων εἶναι μία λέγεται, καὶ καρδία. ἆρα οὖν κατὰ τοῦτον καὶ αὐτοὶ τὸν τρόπον τῶν προσώπων τὴν ἕνωσιν ὁμολογεῖν ἐγνώκασι. ἰδοὺ διασαφεῖ ἐκδήλως τέ ἐστιν ὃ μέμφεται δόγμα τῶνδε καὶ ἕνωσιν ἀδιαίρετον λεγόντων ἐπὶ δύο φύσεων. καὶ μετὰ βραχέα.

Καὶ οὐ δήπου φαμὲν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου περιγεγράφθαι φύσιν· ἄποσον γὰρ τὸ θεῖον. εἶτα ἐπάγει· ὅτι ὄψεταί τις ἐν Χριστῷ τὸ ἀνθρώπινον τελείως ἔχον κατά γε τὸν τῆς ἰδίας φύσεως λόγον. ὁμοίως τε τέλειον τὸν ἐκ Θεοῦ φύντα λόγον, πλὴν ἕνα τὸν ἐξ ἀμφοῖν ὁμολογήσει Χριστὸν, καὶ υἱὸν, οὐ προσώπων ἑνώσει μόνον συντεθεὶς τὴν οἰκονομίαν· συλλέγων δὲ μᾶλλον εἰς ἓν τὰς φύσεις, ἀπορρήτως τε, καὶ ὑπὲρ λόγον, ὡς αὐτὸς ἔγνω ὁ Θεός. καὶ οὐ δήπου φαμὲν ἀνάχυσιν ὥσπερ τινὰ συμβῆναι περὶ τὰς φύσεις, ὡς μεταστῆναι τὴν τοῦ λόγου φύσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου τυχόν. ἀλλ' οὐδὲ αὖ τὴν ἀνθρωπίνην εἰς τὴν τοῦ λόγου· νοουμένης δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ πεπράχθαι φαμὲν τὴν ἕνωσιν. καὶ μετ' ὀλίγα· εἴ τις οὖν ἄρα λέγοι μόνων προσώπων τὴν ἕνωσιν ἀποδιϊστάναι ὁλοτρόπως ἀλλήλων τὰς φύσεις, ἔξω τῆς ἀληθείας φέρεται τρίβου. τούτων τίς ἀγνοήσει τὴν ἔννοιαν, καὶ μίαν φύσιν λέγειν οἰήσεται τὸν πατέρα ἐπὶ Χριστοῦ; οὐχὶ δὲ ἓν πρόσωπον μᾶλλον ἡνωμένων αὐτοῦ τῶν φύσεων οὐχ ἁπλῶς ἀδιαιρέτως, ἀλλὰ καθ' ὑπόστασιν αὐτοῦ αὐτήν.

[1] EJUSDEM.

Ex tomo II. comm. in epiſt. ad Hebræos.

Secernentes, ait, ab ſe invicem duas Chriſti naturas, & unam ab alia diſtinctam oſtendentes, id unum ſignificare volunt, perſonas videlicet in Chriſto fuiſſe conjunctas animo, & conſenſu, & voluntatum affectu, non ſecus ac ii, de quibus in Act. SS. Apoſtolorum ſcriptum legimus[a]: *Multitudinis autem credentium unum cor erat, & anima una.* Quum enim unuſquiſque credentium ab ceteris omnibus peculiari ſubſiſtendi ratione diſtingueretur, quumque de illis utpote voluntate ac fide ſibi invicem conjunctis, dicatur, *unum fuiſſe cor, & animam unam*: numquid propterea hoc eodem modo & in Chriſto perſonas fuiſſe ſibi invicem conjunctas autumant? En aperte S. Pater innuit quale ſit, quod ipſe rejicit iſtorum dogma, qui de duabus Chriſti naturis conjunctionem individuam profitentur. *Et paullo poſt:*

Profecto non aſſerimus, ait, humano corpore circumſcribi Dei Verbi naturam; divinitas enim caret quantitate. *Deinde ſubdit*: Comperiet quis in Chriſto perfectum individuum humanum, perfectum, inquam, ratione habita naturæ ſuæ: perfectum item comperiet in ipſo Verbum a Deo conceptum; fatebitur tamen unum ex utraque natura manare Chriſtum, & unum Filium, non conjunctione perſonarum Chriſtum, ipſum compoſitum intelligens, ſed potius naturas ipſas in unum arcano quodam, & ineffabili modo compactas, quem modum novit ipſe Deus. Nullam præterea dicimus in naturis contigiſſe confuſionem, ut neque divina verſa fuerit in humanam, nec humana in divinam; ſed utraque potius in ſuo ſtatu manente, factam fuiſſe conjunctionem arbitramur. *Et paullo poſt:* Si quis ergo diceret ſolas in Chriſto perſonas conjungi, & naturas ab ſe invicem omnino diſtingui; profecto ab recto tramite aberraret. Quis horum ſenſum non intelligit? Ecquis S. Patrem unam in Chriſto naturam aſſerere dicat? quin potius ab eo manifeſte doceri fateatur naturas in unam perſonam coaluiſſe, non omnimoda quidem conjunctione, ſed ea dumtaxat, quæ ſecundum ſubſiſtentiam contingit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Ὥστε τὰ δύο μηκέτι εἶναι δύο, δι' ἀμφοῖν δὲ τὸ ἓν ἀποτελεῖσθαι ζῶον.

Εἰ οὖν τοῦτό φησιν, ὅτι αἱ φύσεις οὐκ εἰσὶ λοιπὸν φύσεις, ἔδει εἰπεῖν, ὥστε τὰς ποτὲ δύο, ταύτας μὴ εἶναι καὶ νῦν δύο· ἢ ὥστε τὸ ἓν τὸ νῦν μηκέτι εἶναι, ὡς καὶ πρώην, δύο. εἰ δέ ἐστι καὶ νῦν δύο, τὰ δύο· δι' ἀμφοῖν τε, καὶ οὐκ ἐξ ἀμφοῖν ἁπλῶς τὸ ἓν ὁρᾶται, δῆλον ὡς κατ' ἄλλο, καὶ ἄλλο· ὡς μὲν γὰρ φύσεις, δύο· ὡς δὲ συν-

EJUSDEM.


Ex epiſtola ad Sucenſum.

Ut duo non amplius duo ſint, ſed per utrumque perficiatur animal unum.

Porro ſi S. Pater hoc innuere voluiſſet, naturas non amplius eſſe naturas; dicere debuiſſet, *quæ pridem duæ erant, nunc amplius duæ non ſunt*: vel, *quod nunc unum eſt, non amplius duo ſunt ut antea.* Quod ſi quæ antea duo erant, etiam nunc duo ſunt; & ſi per utrumque, non ex utroque ſimpliciter unum cernitur: perſpicuum eſt id contingere diverſa ratione; ut quod ad naturas ſpectat,

a Act. IV. 32.

1. Hoc luculentum Cyrilli teſtimonium nunc primum lucem aſpicit præcedentibus adjiciendum.



θετὸν τε τοιόνδε ζῶν, ὅπερ καὶ ῥητῶς ἔφη, ἕν ἐςι.

Ἀλλ' ἅπαν ἓν ζῶν, καὶ μία φύσις φασίν· εἰ οὖν ἓν ζῶον, καὶ μία φύσις ὁ Χριςός.

Ἀλλ' εἰ ἀποδεικτικῶς ἀπαντᾷν βούλεσθε, μὴ ἀγνοεῖτε τὰ κοινῶς δεδομένα πᾶσι τοῖς ἀποδεικτικοῖς, καὶ διαλεκτικοῖς· τῶν γὰρ ἀντιςρόφως ἀλλήλοις κατηγορουμένων, τούτων ἀνάγκη θατέρου δοθέντος, καὶ τὸ ἕτερον συνεπάγεσθαι· τῶν δὲ οὐκ ἀντιςρεφόντων, οὐ δῆτα· εἰ μὲν οὖν καὶ πᾶσα φύσις ζῶον, ὥσπερ οὖν καὶ πᾶν ζῶον φύσις, καλῶς ἐλέγετε, ἐπεὶ ζῶον τὸ σύνθετον, καὶ φύσιν ἀποτελεῖσθαι· εἰ δέ ἐςιν ὁ λίθος φύσις, οὐ μὴν διὰ τόδε καὶ ζῶον, οὐκ ἀναγκαῖον εἴ τι ζῶον ἕν ἐςι, διὰ τόδε ἁπλῶς καὶ φύσιν μίαν εἶναι· καὶ ἄλλως γάρ, εἰ διότι ἓν ζῶόν ἐστιν ὁ Χριςός, καὶ μία φύσις ἐςί· καὶ διότι ἐκ δύο φύσεων ἐςὶ καὶ δύο ζῶα ἔςαι· ὅ φησι Νεςόριος ἀσεβῶν μόνος. εἰ δὲ λέγοιτε ὅτι καὶ ἐκ δύο ζώων, ὡς ἀπὸ κοινῆς τῆς θεότητος, καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τῶν διαφόρων φυσικῶν εἰδῶν φαμὲν αὐτὸν, ἆρά γε καὶ ἓν ζῶον οὖν, ὡς κοινόν τι, καὶ ὡς εἶδος ἕτερον παρὰ τὴν θεότητα, καὶ ἀνθρωπότητα λέγετε αὐτόν; καὶ πῶς φησιν οὗτός τε ὁ πατὴρ, καὶ οἱ λοιποὶ, τὸ Χριςὸς ὄνομα μήτε οὐσίας ὅρον, μήτε φύσεως ὄνομα εἶναι, μήτε ὅρου δύναμιν ἔχειν, μήτε εἶδος φύσεως σημαίνειν, ἤ τι τοιοῦτον; ζῶον ἄρα τὸ ὡς ὑφεςὼς πρόσωπόν ἐςιν ἕν.

A hæ duæ quidem fint; quod ad compofitum attinet, hoc vero fit animal unum, quod expreffis verbis ipfe dixit.

Atqui omne animal, inquiunt, quod vere unum eft, una quoque natura eft: adeoque fi Chriftus eft animal unum, ejus quoque natura una erit.

Verum fi recta demonftrationis via procedere vultis in objectionibus veftris, vos latere non debent, quæ paffim a dialecticis, & hujus artis præceptoribus traduntur. Etenim converforum eadem eft ratio, & uno pofito, neceffe eft aliud quoque fequi; eorum contra quæ non convertuntur, diverfa ratio eft. Itaque fi & omnis natura animal eft, & omne animal natura: recte de Chrifto ratiocina- B mini, quum fit animal unum, unam quoque effe oportere ipfius naturam. Sin minus, & lapis natura quidem eft, non item ob id etiam animal; idcirco fi quid animal unum eft, non inde neceffe fequitur, id ipfum etiam naturam effe unam. Vel aliter. Si propterea quia Chriftus eft unum animal, una quoque natura eft; licebit item ratiocinari, quandoquidem Chriftus idem duabus naturis conftat, duo quoque erunt animalia, quod folus Neftorius impie deblaterat. Si vero dicitis Chriftum eumdem e duobus animalibus conftare propterea quia ex duabus naturis fpecie diverfis, di- C vina fcilicet & humana, compofitum afferimus; numquid & unum animal tamquam quid commune alterius fpeciei, & quidem a divina & humana diverfæ, ipfum diceris? Quomodo idem S. Pater, & alii ajunt, Chriftum *nec effentiæ nomen effe, neque naturæ, nec habere termini vim neque naturæ fpeciem aliquam fignificare*, vel aliud hujufmodi? Animal igitur unum eft, utpote in una eademque perfona fubfiftens.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς πρὸς Ἀκάκιον ἐπιςολῆς.

Ὁρῶμεν ὅτι δύο φύσεις συνῆλθον ἀλλήλαις καθ' ἕνωσιν ἀδιασπάςως, ἀσυγχύτως, καὶ ἀτρέπτως. ἡ γὰρ σάρξ, σάρξ ἐςι, καὶ οὐ θεότης, εἰ καὶ γέγονε Θεοῦ σάρξ· ὁμοίως δὲ καὶ λόγος, Θεός ἐςι, οὐ σάρξ, εἰ καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο τὴν σάρκα οἰκονομικῶς. ὅταν οὖν ἐννοῶμεν τοῦτο, οὐδὲν ἀδικοῦμεν τὴν εἰς ἑνότητα συνδρομὴν, ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι λέγοντες· μετὰ μέντοι τὴν ἕνωσιν οὐ διαιροῦμεν τὰς φύσεις ἀπ' ἀλλήλων, οὐδὲ εἰς δύο τέμνομεν υἱοὺς τὸν ἕνα, καὶ ἀμέριςον, ἀλλ' ἕνα φαμὲν υἱόν, καὶ ὡς οἱ πατέρες εἰρήκασι, μίαν φύσιν τοῦ λόγου σεσαρκωμένην· οὐκ οὖν ὅσον μὲν ἧκεν εἰς ἔννοιαν, καὶ εἰς μόνον τὸ ὁρᾷν τοῖς τῆς ψυχῆς ὄμμασι τίνα τρόπον ὁ μονογενὴς ἐνανθρώπησε, δύο τὰς φύσεις φαμέν.

Ἀλλ' εἴπομεν καὶ πρὸς τάδε, ὅτι ἀρκεῖ ἡμῖν αὐτὸς ἑαυτὸν διασαφῶν· οὐ γὰρ διαιροῦμεν ἔφη, καὶ οὐχ ἑνοῦμεν· καὶ τὰς φύσεις, οὐ μὴν τὴν φύσιν, ὡς οὗτοι λέγουσιν· οὐδὲ τέμνομεν τὸν ἕνα υἱόν· οὐ μὴν τὴν μίαν φύσιν ἔφη· τούτοις δὲ τῆς ψυχῆς ὄμμασιν, οἷς καὶ διαφέρει ἄνθρωπος κτήνους, τοῦ ἐν τοῖς τοῦ σώματος ὄμμασι μόνον βλέποντος. δύο ἄρα καὶ φησὶν εἶναι ὁ πατὴρ τὰς φύσεις τοῦ λόγου σεσαρκωμένου ἀληθῶς.

EJUSDEM.

Ex epiftola ad Acacium.

D Cernimus naturas duas in unum coaluiffe, fibi invicem arcto modo conjunctas, fine confufione ulla & fine ulla mutatione; nam caro, caro eft, non divinitas, etiamfi Dei caro fit. Verbum item Deus eft, non caro, etiamfi carnem affumens, eam fui propriam effecerit. Quod quum ita fe habere fateamur, profecto non erramus, quum e naturis duabus in Chrifto factam conjunctionem afferimus. Qua conjunctione facta non dividimus ab fe invicem naturas ipfas, neque in filios duos difcerpimus Chriftum, qui unus eft & individus; fed unum Filium effe dicimus, &, ut ajunt Patres, unam Dei Verbi naturam *incarnatam* prædicamus. Quantum ergo cogitatione complecti licet, & mentis E oculis contemplari qua ratione carnem Unigenitus affumfit, dicimus, duas effe in Chrifto naturas.

Ad hæc dicimus eum fe fatis fuperque clare explicare; ait enim, *non dividimus*, *non copulamus*; & fubdit *naturas*, non naturam, ut hi volunt: adjecitque præterea *neque dividimus unum Filium*; non dixit unam naturam. Denique ait *mentis oculis*, quibus homo differt a brutis animalibus, quæ folis corporeis oculis vident. Duas ergo vere dixit S. Pater effe *incarnati* Verbi naturas.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Δεξώμεθα πρὸς παράδειγμα τὴν καθ᾽ ἡμᾶς αὐτοὺς σύνθεσιν, καθ᾽ ἣν ἐσμὲν ἄνθρωποι· συντιθέμεθα γὰρ ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ ὁρῶμεν δύο φύσεις· ἑτέραν μὲν τοῦ σώματος, ἑτέραν δὲ τῆς ψυχῆς· ἀλλ᾽ ἐξ ἀμφοῖν, καθ᾽ ἕνωσιν, ἄνθρωπον, καὶ οὐχ ὅτι ἐκ δύο φύσεων συντέθειται ὁ ἄνθρωπος δύο τὸν ἕνα νομιστέον· ἀλλ᾽ ἕνα τὸν αὐτὸν κατὰ σύνθεσιν, ὡς ἔφην, τὴν ἐκ σώματος, καὶ ψυχῆς.

Ἰδοὺ πάλιν σαφῶς μὴ δύο ἀνθρώπους τὸν ἕνα νομίζειν λέγει· οὐχὶ μὴ δύο φύσεις τὴν μίαν φύσιν λογίζεσθαι ἔφη. ὅπου γε τοῦ ἀνθρώπου οὐδὲ κατὰ πάντα ἐλήφθη τὸ παράδειγμα.

Ἀλλ᾽ ἐν τῷ δευτέρῳ πρὸς Σούκενσον ὑπομνηστικῷ ῥητῶς, φασίν, ὁ πατὴρ Κύριλλος εἴρηκε· τὸ τοῦ ἀνθρώπου λαβὼν ἐκ ψυχῆς, καὶ σώματος ὄντος παράδειγμα, ὥστε τὰ δύο, μηκέτι εἶναι δύο.

Καὶ πῶς οὐ δῆλον, ὡς καὶ τοῦτο οὕτως λέγει, ὅτι καθὼς γέγονεν, οὐκ εἰσὶ δύο, ἤγουν ἄνθρωποι; ἰδοὺ γὰρ αὐτὸς ἀνωτέρω φησὶ, δύο μὲν γὰρ καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ νοοῦμεν τὰς φύσεις, μίαν μὲν ψυχῆς, ἑτέραν δὲ σώματος, εἰ καὶ μὴ ἀνὰ μέρος δῆλον. καὶ γὰρ ἐπάγει· ἀλλ᾽ ἑνὸς εἶναι νοοῦμεν· ὥστε οἶδεν αὐτὰ δύο ἐν τῷ εἶναι αὐτὰ ἑνός. οὐ γὰρ ἂν εἴρη μήποτε εἰδὼς τὴν δυάδα, τὸ ἑνὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὡς ἑκάτερα ἔχοντος· οὐκέτι δὲ ἔμεινε δύο· τοῦτ᾽ ἔστι μόνον καὶ ἁπλῶς ὄντα, ἀλλὰ καὶ ἕν τι ποιήσαντα, τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἕν τι γὰρ ὁρῶνται, καὶ νοοῦνται. ἐπεὶ πῶς, εἰ πάντῃ οὐκ εἰσὶ δύο, ψυχὴ ἔτι ἐστὶ, καὶ σῶμα σωζόμενα; ὅμως ἐπὶ Χριστοῦ οὐδὲ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ὑποστάσεως εἴληπται αὐτῷ τὸ παράδειγμα. πρὸς γὰρ Νεστόριον, δύο τὰς ὑποστάσεις αὐτοῦ λέγοντος, εἴρηται· εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ φύσεως λόγῳ εἴληπται τὸ παράδειγμα τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Χριστοῦ, ἆρα καὶ ἐπεὶ οὐ προϋπαρχουσῶν δύο φύσεων ὁ Ἀδὰμ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐδὲ ὁ Κύριος ἐκ δύο φύσεων; ἔτι μὴν ὁ λόγος καὶ πρὸ τῆς σαρκός· τοῦ δὲ ἀνθρώπου οὐδὲν μέρος τοῦ ἑτέρου προϋπάρχειν εἴρηται· ἔτι ὁ ἄνθρωπος δυνάμει διαιρετὸς εἰς τὰς αὐτοῦ δύο φύσεις ἐστὶν ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐνεργείᾳ ποτέ· ἆρα οὖν καὶ ἐπὶ Χριστοῦ εἴποι τις τάδε μὴ παραφρονῶν; πῶς οὖν τὸ καθ᾽ ὑπόστασιν ληφθὲν, καὶ ποτὲ, εἰς φύσιν, τὴν ὡς ὑπόστασιν αὐτὴν λεγομένην εἰς οὐσίας παράδειγμα βιάζεσθε πάντως λαμβάνειν ἡμᾶς; δέδειχε γοῦν καὶ ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἐπὶ Χριστοῦ τὸ μίαν λέγειν φύσιν, εἰ καὶ ἔστιν εἰπεῖν ἐπ᾽ ἀνθρώπου μίαν; ὁ λόγος ἀδύνατον.

Ἐν πολλοῖς, φησιν, εὑρίσκομεν ἀπαρεσκόμενον τὸν πατέρα Κύριλλον καὶ τῇ τοῦ διπλοῦ ὀνομασίᾳ ἐπὶ τοῦ Κυρίου· πόσῳ γε μᾶλλον τῇ τῶν δύο φωνῇ;

Ἆρα οὖν ἐναντίος Γρηγορίῳ τῷ πολλάκις κατακεχρημένῳ τῇδε ἐστίν; ἀπεστάλη γὰρ, φησιν, ἀλλ᾽ ὡς ἄνθρωπος. διπλοῦς γὰρ ἦν· καὶ πατὴρ οὐ τοῦ ὁρωμένου· τοῦ νοουμένου δέ. καὶ γὰρ ἦν διπλοῦς· καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τῶν πατέρων τὰ ὅμοιά φασιν· ἢ δῆλον, ὅτι μὲν διπλοῦς κατὰ τὰς φύσεις ἦν, ἔφη· ὅτι δὲ οὐ διπλοῦς Χριστὸς, ἢ υἱὸς ὀρθῶς λέγεται,

EJUSDEM.

Ex eadem epistola.

Adducamus, inquit, in exemplum omnium nostrum compositum individuum, quo constituimur homines: constat enim quisque nostrum anima & corpore, cernimusque duas in unoquoque individuo naturas, corporis unam, animi alteram; unum tamen ex utriusque conjunctione hominem componi. Neque duos homines judicandum, propterea quia ex duabus naturis individuum componitur; sed unum dumtaxat hominem dicendum, utpote B corpore & anima compositum, ut initio diximus.


En, rursus aperte dixit, unum, individuum duos homines judicari non oportere; non autem dixit naturam unam existimari non debere duas; quandoquidem nec exemplum ab homine desumtum in omnibus quadrat.

At, inquiunt, in secundo ad Sucensum commentario Cyrillus cum attulisset exemplum hominis, anima & corpore compositi, expresse ait, *ut quæ pridem duo erant, non amplius duo sint.*

Verum nonne perspicuum est, & hoc dici tali sensu, non esse videlicet duos homines, quatenus ad compositum ipsum referuntur? Idem enim paullo superius ait: C *duas in ipso naturas concipimus, unam scilicet animæ, aliam corporis*, etiamsi hoc expressis verbis ipse minime dicat. Subdit enim: *sed unius hæc esse intelligimus.* Quare novit sanctus Pater esse duo, quum unius ea esse dixerit. Nam si is penitus ignorasset duo, numquam hoc dixisset, *unius*, scilicet hominis esse. Non amplius vero manserunt duo, hoc est, seorsim unum ab alio vere non subsistunt, sed compositum unum, scilicet hominem conficiunt: quandoquidem unum quid esse cernuntur, concipiunturque. Quomodo enim corpus, & animam in eo servari dici poterit, si duo non sunt amplius? Quamquam de Christo loquens utitur hominis exemplo, ratione habita D non naturæ, sed subsistentiæ. Differit enim contra Nestorium, qui subsistentias duas in ipso Christo adstruebat. Etenim si de Christo sumtum fuisset hominis exemplum ratione habita etiam naturæ; numquid quia Adam ex duabus præexsistentibus naturis, animæ & corporis, non constitit, idem etiam de Domino censendum? Atqui Verbum præcessit carnem; hominis contra nulla pars aliam præcessisse dicitur. Homo præterea dividi semper potest in naturas suas, & interdum etiam re ipsa dividitur; numquid idem audebit & de Christo affirmare qui non sit plane desipiens? Quid ergo nos cogitis recipere, & probare dictum, ad subsistentiam relatum, quasi de natura ipsa tamquam subsistentia intelligendum videatur? Veritus ergo est E S. Pater & in suis Epicherematibus unam de Christo prædicare naturam, quum hoc de homine affirmare liceat? Hoc certe dici nequit.

Multis in locis, inquit, videre est Cyrillum offendi voce *duplicis*: quanto vero magis ei displicere vocem *duorum* judicandum?

Numquid ergo Cyrillus adversatur hac re Gregorio, qui voce illa passim utitur? *Missus enim fuit*, inquit, *sed quatenus homo*; *erat enim duplex.* Et alibi: *Pater*, ait, *non ejus, quod oculis cernebatur, sed illius, quod mente percipiebatur.* Idem affirmarunt & alii sancti Patres bene multi. Verum enimvero duplicem eum fuisse S. Pater asserit, quod ad naturas attinet, id quod manifeste liquet.



Κύριλλος ὁ πατήρ φησι· τοῦτο γὰρ Νεστόριος ἐπινοεῖ. εἰ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν διπλοῦν οὐκ ἐγκρίνει, πῶς καὶ αὐτὸς ἔφη ἐν τῷ κατὰ Ματθαῖον· ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινὸς, καὶ νοητὸς, καὶ ὡς τύπῳ τῷ ἐξ ὕλης νοούμενος, οὗτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διπλοῦς χαρακτήρ.

A Quod autem contendit Cyrillus, est, dici videlicet non posse Christum, vel Filium esse duplicem; hoc enim autumat Nestorius. Nam si *duplicis* vocem de natura prædicatam is omnino rejiciendam putat; quomodo & ipse *Com. in Matthæum*, ait: *Stater verus, & intelligibilis, & quodammodo in lignea forma conceptus, hic est Dominus noster Jesus Christus duplex forma.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῶν πρὸς τὰς ἀπορίας ἀπαντήσεων.

Ἐν ἰδιότητι τῇ κατὰ φύσιν ἑκατέρου μένοντός τε, καὶ νοουμένου κατά γε τὸν ἀρτίως ἡμῖν ἀποδοθέντα λόγον ἀῤῥήτως, καὶ ἀφράστως ἑνωθεὶς, μίαν ἡμῖν ἔδειξεν υἱοῦ φύσιν, πλὴν σεσαρκωμένην· οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ τὴν φύσιν τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται. ἰδοὺ φασὶ τοῦ υἱοῦ, ὅς ἐστι Χριστὸς, μίαν φύσιν ἔφη.

Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπαγόμενον συνάψαντες διακρινέτωσαν, εἰ ὀρθῶς συλλογίζονται· εἰ γὰρ τὸ τοῦ υἱοῦ ὄνομα καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως τυγμένοι ἀντὶ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται οὑτωσὶ φρασθήσεται μίαν ἡμῖν ἔδειξε Χριστοῦ φύσιν, πλὴν σεσαρκωμένην· τοῦτο δὲ ἢ ὡς ἀσάρκου Χριστοῦ δυναμένου ληφθῆναι, ὅπερ ἀνεπινόητον, ἢ ὡς καὶ πρὸς τῇδε τῇ μιᾷ αὐτοῦ φύσει, καὶ σάρκα ἀπεσδυσαμένου Χριστοῦ. ἔσται οὖν ἐκ λόγου τε, καὶ σαρκὸς, καὶ ἑτέρας φύσεως σαρκὸς ὢν ὁ Χριστός· καὶ οὐ μόνον δύο φύσεις ἁπλῶς· ἀλλ᾽ ἐκ μιᾶς μὲν τῆς θείας ἁπλῆς· ἐκ δύο δὲ συνθέτων, ἤγουν τῶν ἀνθρωπίνων νοούμενος ἐκ τριῶν τε φύσεων λεγόμενος λοιπόν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ δύο φύσεις ἐκ μιᾶς τῆς καθ᾽ ὑμᾶς Χριστοῦ φύσεως, καὶ τῆς ἐπεισαχθείσης Χριστῷ κατὰ τὴν δευτέραν σάρκωσιν αὐτοῦ σαρκὸς φύσεως. ἀλλὰ τί μὴ ταύτων ἀφέμενοι παραβλωτισμάτων, ὄμμασιν ὀρθοῖς τὸν σκοπὸν τῶν εἰρημένων κατανοεῖτε; ὅτι γὰρ υἱότητος φυσικῆς νῦν φησι τὴν αὐτὴν μίαν φύσιν μένει τῷ υἱῷ, κἂν προσελάβετο ἄλλην φύσιν, ἰδοὺ αὐτὸς τρανοῖ λέγων, οὐ γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἁπλῶν κατὰ τὴν φύσιν, υἱῶν δηλαδὴ, τὸ ἓν ἀληθῶς λέγεται. ἆρα οὖν τοῦτο ὑμᾶς μᾶλλον διδάξει, ὅτι οὐχ ἁπλοῦς κατὰ τὴν φύσιν ὁ περὶ οὗ τάδε φησὶν υἱὸς εἷς, ἀλλὰ διπλοῦς; ἔστι γὰρ κατὰ τὸν πατέρα ἃ πολλάκις καὶ ἡμεῖς ὑμῖν ἐνηχοῦμεν, καὶ πλειόνων οὐσῶν τῶν φύσεων, ἓν εἶναι τό τε πρόσωπον, καὶ ἕνα τὸν αὐτὸν υἱὸν φύσει, καὶ οὐ τὴν μὲν τῶν φύσεων υἱὸν φύσει· τὴν δὲ υἱὸν χάριτι εἶναι· ὅπου γε εἰ καὶ οὕτως εἶχεν, ὡς βούλεσθε, πάντα ἂν τὰ ἑτέροις εἰρημένα τῷ πατρὶ, ὡς περὶ δύο φύσεων Χριστοῦ, τοῖσδε τοῖς αὐτοῦ ἂν διεμάχετο· ὅπερ οὐδεὶς ἐν πνεύματι Θεοῦ λαλῶν παθεῖν ὑποπτεύεται.

EJUSDEM.


Ex [1] *responsionibus ad objecta.*

In proprietate suæ naturæ utroque manente & B intellecto, Christus, ut jam diximus, arcano quodam & ineffabili modo conjunctus, unam nobis visendam præbuit naturam, nempe carne præditam; non enim de solis secundum naturam simplicibus unum recte prædicatur. En inquiunt, Filii, qui Christus est, unam Cyrillus asseruit naturam.

Verum adnectant ii & præcedentibus subsequens verbum, si recte perspicere volunt, utrum bene, an male se habeat ipsorum ratiocinium. Etenim si Filii nomen ante carnem assumtam de Christo prædicatum intelligatur, sensus erit unam eum nobis ostendisse Christi naturam, carne præditam. Id C autem accipi potest dupliciter, vel quod antea Christus fuerit carnis expers, quod intelligi nullo pacto potest, vel præter suam ipsius naturam fuerit & Christi carne præditus: eritque propterea Christus compositus ex Verbo, carne, & tertia alia carnis natura ac specie. Proindeque non erunt in ipso duæ solæ naturæ, sed tres; una simplex ac divina, & duæ compositæ, scilicet humanæ, diceturque Christus his tribus constare. Duæ nihilominus ex vestra sententia sunt in ipso naturæ; una videlicet, ut vos dicitis, Christi propria, altera D carnis humanæ, quam secunda vice assumendo sibi Christus ipse copulavit. Sed cur deposita cæcitate vestra, Patrum mentem rectis oculis contemplari non vultis? Quod enim Verbum natura Filium manere S. Pater hoc loco intelligat, etiamsi naturam aliam Verbum idem assumserit, ipse clare se explicat, dum ait, *non enim de solis simplicibus*, secundum naturam scilicet, *unum vere dicitur*. Numquid potius ex hisce colligetis Filium de quo hæc dicuntur, non esse natura simplicem, sed duplicem? Illud enim S. Pater intelligit (quod & nos sæpe vobis prædicamus) unam esse multis naturis præ- E ditam personam; & unum eumdemque natura Filium, non autem unam ipsius naturam esse natura Filium, aliam esse Filium per adoptionis gratiam. Quandoquidem si ita se res haberet, ut vultis, omnia S. Patris oracula de duabus Christi naturis quæ alibi occurrunt, cum istis ipsius dictis aperte pugnarent: quod nemini umquam numine divino afflatorum Patrum accidisse credibile est.

1. Hæc ex epistola II. ad Sucensum.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 610.



A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐκ τῆς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῆς.

Πλὴν τῆς ἑνώσεως ὁμολογουμένης, οὐκέτι διΐστανται ἀλλήλων τὰ ἑνωθέντα, ἀλλ' εἷς λοιπὸν υἱὸς, μία φύσις αὐτοῦ, ὡς σαρκωθέντος νῦν.

Δῆλόν ἐστι παντὶ τῷ σαφῶς ἅμα καὶ εὐσεβῶς ἐπισκέπτοντι, ὅτι μίαν φύσιν υἱοῦ φύσιν ὡς φύσει· οὐ γάρ ἐστι καὶ χάριτι υἱὸς ὁ ἅπαξ τὴν τῇ φύσει υἱοῦ φύσιν ἔχων, εἰ καὶ τὴν σαρκὸς φύσιν B προσεκτήσατο μηδέποτε αὐτοῦ διαστᾶσαν, ἵνα καὶ τῆς κατὰ χάριν υἱοθεσίας δέοιτο τῆς κατὰ φύσιν ἠξιωμένος· ἀεὶ γὰρ ἐξ ὅπερ ἐστι τῇ φύσει υἱωμένη οὐσία, ἡνωμένη ἐστι, καὶ τῇ τῆς φυσικῆς υἱοθεσίας ἀξίᾳ συντετιμημένη σὺν δοξάζεται καὶ συμπροσκυνεῖται.

EJUSDEM.

Ex epistola ad Sucensum.

Quamquam conjunctione facta, ut in confesso est, non amplius ab se invicem disjunguntur, quæ conjuncta sunt; sed unus remanet Filius, una ejus qui carnem assumsit, natura.

Verum accurate pieque rem perpendere volenti perspicuum fit, unam eum asserere Filii naturam, quatenus natura Filius est; nam fieri non potest, ut qui semel natura Filius fuit, evadat etiam adoptionis filius per gratiam, etiamsi carnis naturam assumserit, ab se numquam segregandam; quasi egeat & adoptionis gratia, qui jam natura Filius evasit. Etenim ex quo momento humana natura in personam Filii naturalis transiit, ea semper ipsi conjuncta mansit; propterea tanto honore dignata una cum ipso colitur, adoraturque.



SERMO
S. GALLI
CONFESSORIS
DICTUS
CONSTANTIÆ

In templo S. Stephani, in consecratione Joannis episcopi Constantiensis.



SERMO SANCTI GALLI CONFESSORIS DOMINI, HABITUS CONSTANTIÆ.

SEmpiternus & inæstimabilis Deus, cum coæterna sibi Sapientia, hoc est, Filio sempiterno, & Caritate sibi & filio suo consempiterna, id est, Spiritu sancto, absque ulla inchoationis vel temporis mutabilitate, vel locorum vel ministeriorum indigentia, semper in semet ipso beata & immortali majestate subsistens. Nequaquam tamen sine congruo sibi [1] servitiorum obsequio solitarius mansisse putandus est, cum manifestissime dicat Apostolus: [a] *Elegit nos in Christo ante constitutionem mundi*; prædestinatione scilicet æterna, non creatione temporaria, sed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui semper omnia futura in sua bonitate, & maxime sanctorum Angelorum, & hominum societatem, præsentialiter contuendo quasi facta disponit; aliquando etiam præscitam & prædestinatam immobili consilio creaturam, ad se laudandum, & ex se, & in se, & per se beate vivendum omnipotentissimo dignatus est opificio creare de nihilo, & super cælestia quidem beatis spiritibus habitaculum fecit: terram vero futuris hominibus præparavit. Quorum creationis caussam nosse nos convenit, fratres Christianissimi, ne viles vos & abjectos arbitrantes, pecudum conversatione dignitatem vestram nullificetis.

II. Deus summe bonus, benevolentia plenus, invidiæ carens, malitiæ nescius, spiritus angelicos exemplo sui rationabiles creare disposuit, ut ipsum Dominum, suæ cognoscentes originis auctorem, dilectionis ejus pinguedine referti, in ipso delectarentur esse beati. Sed cum de illis aliqui nondum de ejus dulcedine degustata, se ipsos sibi esse principium & caput, vitamque & suavitatem, cursu temerario & stultissimo persuadere sibi præsumerent: intus inanes & vacui, superbiæque pondere prægravati, de tranquillissimo cælorum habitaculo in hujus aeris tempestuosam turbulentiam, usque in diem generalis & sempiterni judicii, repentino sunt casu detrusi. Sed immutabilis benignissimi creatoris voluntas præfinitum beatissimi cœtus numerum supplere disponens, humanum genus in eorum locum substituit. Quos homines ratione præditos, præceptis instructos, minis coercitos, proprio dereliquit arbitrio, ut imitatione Dei prava & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida satanas, qui nec sibimet ipsi pepercit, tantum a Deo terrigenis honorem collatum perdolens, casum quo ipse superbus periit, incautis & fallaciæ nesciis invidus persuasit; ut videlicet non creatorem sempiternum pro Deo venerari, sed creaturam temporalem, hoc est, se ipsos sibi pro diis habere delectatione mortifera consentirent. Quod maximum & immanissimum peccatum tanta flagitia & facinora vel etiam crimina sunt subsecuta, ut justitia divina mundum quem omnimodo decoravit ornatu, cum humano genere quod eidem regendo præfecit, aquis diluvii delere decreverit. Et faceret, nisi multam malitiam nostram, ejus immensa bonitas superaret.

III. Ergo nec tanta scelera inulta dereliquit; nec tamen creaturam bene conditam penitus consumsit. Ex omnibus hominibus, uno delecto justo, per cujus providentiam, immo suam admonitionem, talis quædam arca construeretur, in qua ipse cum domo sua & reliqua creatura ad resuscitandum semen competente, in supremis licet periculis se quasi defuncti mundi superstitem remanere miraretur. Cumque post totius anni pæne circulum præsago nomine Noe nuncupatum, quasi consolatorem tantæ, licet justissimæ vindictæ, de claustri illius ergastulo creator miseratus eduxisset, & ipsum cum prole sua, & seminarium cunctæ creaturæ nova benedictione ditavit. Jamque renascentibus filiis Adam, revixit & superbia dudum in radice damnata, adeo ut lutei mortales luteo & bitumine turrim construere molirentur, de cujus cacumine sidereum & immortale habitaculum, Deo possessore invito possent invadere. Cujus tam invicti (ut stolidis videbatur) machinamenti conspirationem tam facile omnipotentissima sapientia dissipavit, ut linguis omnium confusione diversissima, vel similitudine dissimillima disparatis, nullus consanguinei vel fratris sui linguam intelligere posset. Et idcirco universi per regiones & loca varia disjecti, ut terris & loquela divisi, ita & religione vel potius furore dispersi; & alii quidem cælestem naturam hominum ministeriis, Deo auctore provisam, divino cultu & servitute venerati sunt: alii vero mortuis hominibus simulacra facientes, malignos spiritus assidentes eis, quasi tutores & fautores animæ vel corporis vivorum, licet juste mortalium, dementes colere cœperunt. Sed adhuc indefessa pietas immortalis & veræ deitatis creaturam benigne conditam, non usquequaque sua miseratione privatam dispulit, sed de medio idololatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad se verum & vivum Deum cognoscendum de cælo vocavit.

IV. Qui incomparabili plenus obedientia divino parens imperio, exiit de terra & cognatione sua, nesciens adhuc quo ire deberet, dummodo Dei jussionem expleret. Qua de re hujuscemodi desuper accepit oraculum, quod & terram peregrinationis suæ in possessionem esset accepturus: quod factum est in Judæis de carne ejus, mortali propagine descendentibus: & quod in semine ipsius benedicerentur omnes gentes. Quod in nobis ipsis per Christum, ex ejus semine secundum carnem procreatum per Virginem, completum esse gaudemus. Hujus igitur fidei in præputio comprobatæ quasi quoddam signaculum eidem patri Abraham circumcisionis imposuit signum. Quo tam diu gentem de ejus femore propagatam opor-

[a] Ephes. I. 4.

1. *Servitiorum*] Sic edit. bibl. PP. Paris. tom. xv. pag. 678. At Canis. Basnag. *servitorum*.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 620.



tuit insigniri, donec ille veniret, qui omnes in se credentes ab omni peccato & circumcisionis injuria, sua passione redimeret. Cum autem populus de illo non modicus exortus, caussa famis de terra Chanaan quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus unum de [1] pronepotibus ejus, caussa multorum salutis, direxit; per cujus providentiam mundus pæne totus alimentorum penuria periclitatus aliquatenus conservaretur; & juxta ritum gentis illius milleformia cœpissent monstra venerari, durissimi etiam operibus premerentur ab Ægyptiis: recordatus Deus fidei probitatisque patrum, direxit ad eos servum suum Moysen, qui per multa signa & plagas intolerabiles domitis Ægyptiis, Dei populum ad terram patriarchæ Abraham dudum promissam, cælesti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progressi inter oram rubri maris & vastissimam solitudinem fessi consedissent, rex Ægyptiorum damno servitutis amissæ stimulatus, congregato exercitu junctisque curribus, eos ita quasi pisces in gurgustio conclusit. Quibus ad Deum verum levantibus vocem, aquæ maris huc atque illuc divisæ, iter siccum viantibus præbuerunt. Quod cernentes cultores simiarum & caniformis Anubis, Neptunum jam supervacue placandum sibi putabant, sic undis in partes divisis. Omnes igitur sequentes vestigia commeantium, [2] extremo suorum barathrum ingressi, novissimoque plebis Dei ad naturale litus transgressi, ita sunt montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret qui factum domi residentibus referre potuisset.

V. Cum autem expensæ quas de Ægypto secum tulerant, Hebræis defecissent (quod nomen populo Dei idcirco impositum est, quia transierant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de cælo, aquam vero vel amaram dulcoravit, vel non habitam de petra produxit, & [3] sic eos per desertum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec desuescerent idololatriam de qua erant educti, & quam ubicumque venirent, erant inventuri, a qua sicut & de ceteris malis, de cælis illos cavere monuit, & ad se cognoscendum, vel alia bona & justa sectanda diligenter instructos, tandem in terram, pollicitationis suæ memor, miseratus introduxit. Et ut pridem rubrum mare, ita modo Jordanem fluvium navigabilem siccis pedibus transmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, superstites in carne vixerunt, notitia & cultus veræ deitatis & divinæ veritatis incontaminata perseveravit. Illis vero ad patres suos repositis; filii de carne ipsorum propagati, non fidei bonum imitati, sed circumpositarum gentium simulacra colendo, sunt in præcipitium idololatriæ devoluti. Pro quo scelere dati sunt in manus inimicorum suorum, circumcirca vel longe positorum. Et cum aliquando pressi justissime, per preces ad Deum patrum suorum fuissent reversi, suscitavit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & salvator contra hostes, & ad concordiam invicem retinendam judex idoneus existeret. Cumque multo tempore influctuarent, id est, ut cum aliquando illis prosperitas arrideret, ad venerationes idolorum defluerent: Quum vero tempestas persecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutissimum portum omni adnisu redire conarentur.

VI. Tandem dedit illis regem, nomine David, qui & a finitimarum gentium incursionibus defenderet, & timorem Dei cujus ipse plenissimus erat, & juxta nomen suum, Manu fortis, continuis retineret habenis. Post cujus mortem, cum propter peccatum filiorum ejus, non amplius de duodecim tribubus filiorum Israel (quod nomen patri eorum, & ipsis idcirco impositum est: quia visione sua Deus eumdem dignaretur) quam duæ tantum, Benjamin scilicet & Juda, a qua & Judæi sunt appellati, posteris David cum paucis sacerdotibus & levitis adhærerent; (quo nomine omnes divino ministerio mancipandi) reliquæ vero decem, vel potius undecim tribus per regem una subversorem suum Hieroboam nuncupatum, & pessimam ipsius progeniem ad immunditiam [4] idololatriæ fœditatis a gloria sua, Deo scilicet sempiterno, immanissima dementia recesserunt. Qui & tradidit eos in manus inimicorum suorum, quibus subjecti, idola sunt etiam qui nollent, adorare compulsi. Sed & fidelissimi David propagatio ad infidelitatis malum non potest multum temporis aberravit; adeo ut & ipsi reges & sacerdotes, neglecto unius veri Dei cultu, Saturnos, Junones, turpissimumque Priapum, in ipsa Hierusalem, quam civitatem cum templo in sanctificationem sibi delegit, acti furore venerarentur. Propter quod competenti satis talione impie derelictus ab eis, juste dereliquit eos Deus in potestatem paganorum, ut impleretur, quod eis antea comminabatur: [a] *Sicut servistis diis alienis in terra vestra, sic servietis diis alienis in terra non vestra, qui non dabunt vobis requiem.*

VII. Sed & tunc non oblitus fidei Abraham & David, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra sua retinuit, templumque suum in Hierusalem ad tempus aliquantulum conservavit, donec peccatis eorum crebrescentibus, etiam ipsum cum civibus & civitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos usquequaque divina deseruit clementia; quin immo de favillis & ruinis urbis eversæ quosdam reservavit, quibus aptissime propheticum illud conveniret: [b] *Facti estis quasi torris de incendio raptus, & nec sic redistis ad me, dicit Dominus.* Quod quidem in eis quos in terra sua residere fecit, completum cognovimus, ut peccata peccatis addentes & se mutua cæde vastantes, ultima necessitate, ut sibi videbatur, compulsi, in Ægyptum quasi reservandi, contra vetitum divini oraculi, vere trucidandi confugissent. Qui vero a rege qui superbiam eorum Dei voluntate domuerat, in captivitatem longinquam fuissent abducti, ibi ad Deum patrum suorum ex toto corde conversi, ita tribulationis igne decocti sunt, ut nec igne materiali ab ipsius possent amore divelli.

VIII. Tandem ergo misericors & miserator Do-


a Jer. v. 19. xvi. 13. *b* Amos iv. 11.

1. *Pronepotibus --- per cujus*] Hæc improvide omissa in nova *Thesauri Canisiani* editione a Basnagio adornata, tom. 1. pag. 786.

2. *Extremo suor.*] Cotelerius in notis ad *Recognit. Clement.* lib. I. cap. xxxv. hunc locum ita restituit: *extremo suorum barathrum ingresso, novissimoque plebis Dei ad naturale litus transgresso*, cet.

3. *Sic eos per desertum*, cet.] Imitatur sanctus Gallus auctorem *Recognitionem Clementinarum* l. c. apud quem sic legimus: *Per longos eremi plebem ducit anfractus, ut quadraginta annorum exercitiis, mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus usu longi tempori inoleverant, innovatione mutatæ consuetudinis aboleret.*

4. *Idololatriæ*] Forte, *idololatricæ fœditatis.*



minus tam graves eorum labores miseratus, regum A adeo animos qui eosdem in captivitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem voluntariam illorum permutavit, ut de publicis reditibus & ærariis plurima impendi præciperent, in adminiculum ad terram suam revertendi, & templum Dei in ea demum restaurandi. Sed heu! pro dolor! cum legem Dei vel cærimonias, in quantum a finitimis, immo a commixtitiis hostibus impediri non poterant, sedulo curassent observare; quod nullus umquam vel excogitare potuisset, repentino casu rex nefandissimus Græcorum, utputa, prævius & præco [1] malissimi Antichristi, eos ita oppressit, ut non nisi manu cælestis Imperatoris se ullo modo ulterius crederent allevari. Qui & tanto miraculo ab im- B manissimorum, diversissimorum atque innumerabilium adversariorum eos impetu liberavit, ut paucissimi de Judæis plurimis eorum interfectis, reliquis qui manere poterant, non parum incuterent ubicumque terroris. At cum illi qui talibus flagellis eruditi Dominum patrum suorum metuere nossent, diversis casibus absumti, morte sua mundum reliquissent orbatum, & propter peccata in sæculo remanentium: primum viles personæ de successoribus eorum populo Dei præficerentur; postea vero & ipsi alienigenis miscerentur, vel potius servitutis ejus jugo subjicerentur: necessarium erat, ut ipsa divina Sapientia per quam cuncta sunt facta, reficiendo generi humano per se ipsam consulere di- C gnaretur.

IX. Sed quia in sua incomprehensibili majestate, natura illa divina ab infirmis & mortalibus comprehendi non poterat, mira pietatis dispensatione procuravit, ut nostræ infirmitati mortali, manente tamen incommutabilitatis suæ potentia conformata, de incorruptæ Virginis utero nasceretur, & consueto nobis more usque ad juveniles annos ætate & incrementis, gratia vero & sapientia singulari perveniret. Nec tamen cum carne sua deitas illius esset obumbrata, per totum potuit humanis mentibus abscondi, his dumtaxat qui eum cognitum suscipere voluissent. Quando & in hora na- D tivitatis illius Angelus Domini cum magna claritate pastoribus gentis ipsius apparuit, & ortum ejus omnibus gentibus profuturum nuntiavit; in quæ verba eidem Angelo multitudo cælestis militiæ occinuit. Sed & ipsa hora in remotioribus orientis partibus, sapientissimis & astrorum gnaris hominibus nova stella inopinato apparens, eos ad ortum novi regis attraxit. Nec non & quadragesimo nativitatis ejus die, cum eum ad templum Dei, pro solemni ejus gentis consuetudine, Mater Virgo præsentandum deferret, ibidem a sanctis hominibus mundi Salvator est agnitus, & ab eis ceteris fidelibus nuntiatus.

X. Duodecimo quoque ætatis anno cum in eo- E dem templo parentibus remaneret ignaris, videlicet æstimantibus inter cognatos & notos eum secessisse de urbe, sed eo non invento, regrederentur ad templum, & ibi eum post triduum in medio doctorum sapientissime se agentem reperissent, interrogante matre, cur eam dolentem reliquisset, respondit: [a] *In his quæ Patris mei sunt, oportet me esse*: utique insinuans templum non minus ad se, quam ad Deum patrem pertinere. Trigesimo vero ex quo inter homines conversari cœpit, anno ad baptisma servuli sui properavit, ut ex eo scilicet sequacibus suis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori persona baptizari contemneret, quando ipsum Dominum & Deum suum famuli sui manibus baptizatum meminisset. Sed quia non aliqua sui necessitate, sed humilitatis propagandæ gratia voluisset in aqua lavari; ecce Deus Pater cum voce de cælo delata contestatus est, dicens: [b] *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est: ipsum audite*. Et Spiritus sanctus cujus jam & opere conceptus est, ad declarandam sanctitatis ejus innocentiam, in columbæ super eum specie descendit.

XI. Ita ergo Christus homo glorificatus & confortatus ad prœlium cum diabolo conferendum, quadraginta dierum jejunium exacturus, abiit in desertum. Quibus expletis, callidissimus adversarius, ex aliquibus, ut creditur, humani corporis gestibus aut habitu, illum esurire persentiscens, & idcirco hominem eum tantum esse reputans, sed propter vitam innocenter actam super homines formidans; hac arte illum aggreditur, ut si quidem esuriem suam pane de lapide facto, ut ipse suadebat, consolari potuisset, divina in eo potentia deprehensa, ab ejus injuriis & insectationibus quievisset: si in tanta necessitate nec se ipsum recreare quivisset, puro tamen homine comprobato, non minus eum sibi, quam ceteros mortalium obnoxium consideraret. Sed admirabilis Magister pietatis ita versutias ejus elusit, ut nec in panes lapidibus permutatis, divinitatis in eo deprehenderet insignia, nec impossibilitate confessa, ad nostra animaretur infirma: dicens, [c] quod vita rationalis animæ non tantum in materiali consistat alimento, *sed in omni verbo quod procedit de ore Dei*.

XII. In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante fuerat, diabolus per ostentationem inanis gloriæ qua plurimum delectari mortalium mentes agnoverat, divinitatem Christi se explorare posse putabat: assumto eo, & super fastigia celsissimi templi posito, suasoque ut inde, si filius Dei esset, se præcipitem daret, & non læderetur. Ad quem bellator invictus hujusmodi temperavit eloquium, ut nec filium Dei se negaret, nec diaboli suasionibus consentiendum esse doceret, dicens: quia sanæ mentis non esset, ut quisquam Dominum & Deum suum tentare præsumeret. Igitur & in hoc elisus certamine inimicus, per avaritiam qua mundum se peremisse gaudebat, & Christum sibi subjugare non diffidens, ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, ut si pro his accipiendis ipsum prostratus adoraret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immanissimam blasphemiam Magister humilitatis exhorrescens, turbida indignatione monstrum nefandissimum a se repulit, dicens: religiosi cordis esse, Dominum Deum adorare, & illi soli servire. Cujus vi fulminis attonitus adversarius, & [d] *ab eo recessit usque ad tempus*. Victoriosissimum vero Regis nostri triumphum admirantes angeli, debitis eum venerati sunt obsequiis.

XIII. His ergo ita peractis, Christus Dominus ad homines regressus, secundum scripturam, [e] *operatus est salutem in medio terræ*: cæcis visum restituens, surdis auditum, mutis loquelam, leprosis emundationem; mancis opificia, dæmoniacis men-

a Luc. XI. 49. b Matth. III. 17. & XVII. 5. c Matth. IV. 4. d Luc. IV. 13. e Psalm. LXXIII. 12.

1. *Malissimi*] Sic citata editio Parisiensis. Basnagiana vero, *malignissimi*: minus recte, ut videtur.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 620.

A tem, paralyticis vigorem, claudis gressum, & mille sine nomine morbis omnimodam impertiens medelam. Quin & sequentium quatuor millia de septem panibus & paucissimis piscibus saturavit: aliquando vero de quinque panibus & duobus piscibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & parvulorum immensa numerositate, replevit, ut de fragmentis reliquiarum quæ de his pauculis rebus, inter manus & dentes convivantium succreverant, duodecim corbes ad testimonium tanti miraculi farcirentur. Mare quoque siccis pedibus ambulavit, & fœtentes mortuos de sepulcro suscitavit, & ad convivium vocatus, aquas in vina mutavit. Et super hæc omnia, Pater de cælo, quondam, discipulis audientibus; interdum vero turbis infinitis adstantibus pariter & auscultantibus, eum filium suum commendavit, & se illum jam clarificasse, & adhuc clarificaturum promisit.

XIV. De doctrina vero ejus quis aliquid digne commemoret? cum & discipulis suis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana possibilitas, nisi vi valida Dei ipsius adjuta vel attracta posset exsequi, & omni sexui vel conditioni tam levia & ita salubria ipsa monita intimare curaret, ut nullus omnino, nisi multum ignarus, & per omnia divina gratia vel protectione indignus, a regno Dei debeat excludi. Denique ipsis Apostolis & eorum sequacibus ita bonum virginitatis arripiendum persuasit, ut hoc scirent non humanæ industriæ, sed muneris esse divini. Abrenuntiationem quoque omnium facultatum & affectionum sic eisdem aggrediendam intimavit, ut se cognoscerent & in hoc sæculo [1] multo plura quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam possessuros, & in die magni judicii cum ipso judices esse venturos. Ceteros autem fideles docuit, ut humilitate, mansuetudine, pace, misericordia, justitia vel patientia [2] deos suos, & sibi regnum Dei, persecutiones etiam improborum, si ita necessitas incumberet, sustinendo acquirere non lassarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus irati conviciorum maledicta in eos jacularentur, vel his occasionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et ne quis uxorem proximi sui impuro contueretur oculo, & idcirco maculari posset adulterio; & ne temere jurare præsumeret, ne forte perjuraret; nec quisquam obstinate adversario suo resisteret, & inde non solum animæ, sed & corporis periculum incurreret.

XV. Porro autem perfectioris vitæ cupidis, & regnum cælorum avidis, ita nuditatem & contemtum terrenorum indixit, ut tamen nequaquam hæc sibi defutura confiderent; cum ceteros Christianos his abundantes ita ad illorum accenderet obsequium, ut quicumque illorum hæc suis pauperibus ministraret, ipsi Christo & Deo Patri se impendere non dubitaret. Fictos autem Dei cultores, & de generis nobilitate gloriantes, hypocritas & genimina viperarum nuncupavit. Ipsos quoque sacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, & malitiam in corde contegebant, cæcitatis notavit, & cæcorum duces redarguit, & multum convenienti comparatione sepulcris dealbatis assimiles devicit, qui a foris quidem apparent hominibus pulcra, intus vero plena sunt omni spurcitia. Nec non & Pharisæos qui sibi justi videbantur, & aspernantes ceteros, pœnitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita confutavit, ut se ipsum diceret ideo venisse, non ut justos, sed peccatores & perditos inquireret & salvos faceret. Et se esse verum Dei filium, non solum attestatione signorum & incomparabili sapientia manifestavit, sed etiam propheticis litteris ac invictissimis allegationibus approbavit: sed increduli Judæi quotiens in sanctis suis Deum contemnere non timuerunt, nec ab unico filio ejus malitiæ suæ machinamenta continuerunt, injuriis eum lacessentes & maledictis, insuper & lapidibus eum insectantes. Cum ergo incorrigibiles eos perviderет, cum discipulis suis secedens ab eis seorsum, ruinam miserorum jam jamque incumbere, sed & B mundi totius finem non longe post futurum renuntiavit: & se pro salute generis humani cito crucis patibulum subiturum, & die tertia se resurrecturum esse prophetavit.

XVI. Interea gens impia unum de discipulis jam dudum avaritiæ morbo corruptum, promissa pecunia, ad proditionem Magistri & Domini sui protrahere curaverat: dum ille diabolo plenus, & jam ultro inimicis eum tradere paratus esset. Captata igitur opportunitate quando sine turbis quæ illum frequentissime sequi solebant, ita ab adversariis capi, ligari, trahique potuisset, ut evadendi vel defendendi facultas ei, sicut illis videbatur, non esset: C post orationem quam valde prolixam pro salute nostra Deo Patri profudit, obviam persecutoribus suis processit, & quem quærerent, interrogavit. Qui cum se Jesum (quod nomen ejus erat [3] propitium) quærere dixissent, & ille se esse responderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, ut passione sua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, majestatis suæ potentia ad tempus abscondita, in potestatem furentium se sponte permisit, ut indebita morte sua nos ab omnibus debitis peccatis absolveret. Captum ergo & ligatum impii ministri ad tribunal Pilati præsidis perduxerunt, quod gentem illorum subverteret, & tributa Cæsari dare prohiberet, & Christum regem se esse D diceret; & idcirco judex ipse, si amicus Cæsaris esse voluisset, talem vivere in sui condemnationem capitis permittere non deberet. Tum ille necessitate compulsus, dedit illum militibus suis ad illudendum. Qui irrisoria veste, veluti qui regium sibi nomen usurpare præsumeret, [4] induens: & corona spinea pro diademate coronatum, quin & arundine pro sceptro imperiali dexteram complexum, sputis in faciem illius projectis, & colaphis alapisque creberrimis, ferulisque cædentibus eum injuriantes, & regis nomine salutantes; insuper & singulorum nomina prodere velatum postulantes: quasi vile mancipium (ut interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem E signorum, sapientissimumque virum turpissime tractare studuerunt; & ita illusum, immo castigatum, & ut apertius quidem dicam, mortificatum præfecto suo iterato illum præsentaverunt.

XVII. Judæi vero necdum tantis ejus injuriis saturati, petiverunt præsidem, ut eum crucifigi præciperet. Quod cum ille sæpius abnueret, dicens: [a] *In eo se nihil dignum morte invenire*; tunc

[a] Luc. XXIII. 22.

1. *Multo plura*] Canisii editio Basnag. male, *multa plura*.

2. *Deos suos, & sibi regnum Dei*] Hæc in mendo cubare videntur.

3. *Propitium*] Leg. *proprium*.

4. *Induens*] Forte, *induentes*.

impia gens & cunctis abominanda, tali maledicto se damnavit, ut imprecarentur, [a] *sanguinem ejus venire super se & super filios suos*; adjicientes quia ipsi legem haberent, & ille secundum legem deberet mori, qui se Dei filium præsumtuose faceret: sed ne verbo quidem simplici diceret, nisi eo modo, ut ipsi ex operibus quæ in nomine Patris sui faciebat, metirentur, aut conjectarent, utrum tantorum mirabilium operator, filius Dei dici & credi merito deberet. His igitur præses tremefactus, & maxime propter illud constrictus, quod quasi maximum & intolerabile sibi metuebat objectum; [b] *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris*, [c] *adjudicavit fieri petitionem eorum*.

XVIII. Tunc imposuerunt ei crucem quam ad locum usque portaret; sed tamen quasi honorantes & compatientes ei, quem tam indigna morte perimere satagerunt, coegerunt quemdam alienigenam crucem ferre post illum. Et cum venisset ad locum qui Calvariæ dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati truncari solebant, Christum Dominum crucifigentes; ut ex hoc turpissima mors redderetur infamior, latrones unum a dextris, alterum suspenderunt a sinistris, & his verbis irridere gaudebant: [d] *Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere*. Unus etiam de latronibus simili bacchatus insania dixit ad illum: [e] *Si tu es filius Dei, salvum fac te ipsum & nos*. Alter vero cujus Deus illuminare dignatus est mentem ad cognoscendam veritatem præsentem, increpabat socium; & obsecravit Dominum pendentem, ut sui\<ul\>met in regno suo meminisse dignaretur. Cujus credulam mentem & os confitens Christus approbans, eodem die secum in paradiso illum spopondit affuturum. Dum hæc creator a creatura quam rationabilem condidit, pertulisset; irrationabilia & insensibilia majestatis ejus nutu conterrita, defectum sui mortalibus minabantur: cum & sol in tenebras sit conversus, & terra mota, & petræ scissæ, & monumenta aperta, & rerum natura turbata, quæ injuriam Dei ferre non sustinebat. Posthæc vero cum omnia reliqua quæ fieri oportuerat, essent impleta, ut consummaretur Scriptura, quod aceto potandus esset: sitire se dixit, & cum accepisset acetum, & suum spiritum in manus Patris commendasset, dixit: [f] *Consummatum est, & sic inclinato capite tradidit spiritum*. Et honorifice sepultus ab amicis, cautissime servabatur a custodibus, metuentibus videlicet, ne die tertia, sicut ante prædixit, resurgere potuisset.

XIX. Sed Angelus cælo veniens, milites sepulcrum evigilantissime custodientes, mortuorum instar stupefactos reddidit; & post modicum recreato animo & spiritu, testes gloriosæ resurrectionis ejus effecit. Porro interim cum ipsi jacerent ut exanimes, pias cum aromatibus ejus [1] corrumpendi corporis visitatrices idem Angelus gratanter affatus, ne timerent hortatus est. Et quia Dominus Jesus Christus devicto mortis imperio resurrexit, certo patefecit [2] indicio, & ut locum viderent ubi positus erat Dominus, admonuit. Quo cum intrarent, viderunt duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, quondam ibi requiescentis, & modo resurgentis, in-

A de auctoris æternæ vitæ. Cumque pavefactæ cœpissent egredi, aufugere cupientes, occurrit eis ipse Dominus; benignissime salutatas ad discipulos suos devictæ mortis nuntias destinavit. Et eodem die Petro specialiter apparuit. Qui & duobus ambulantibus, & de se sermocinantibus conviator effectus, de scripturis asseruit, quia sic oporteret Christum pati, & resurgere a mortuis, & ita intrare in gloriam suam. A quibus etiam invitatus ad cœnam, in fractione panis est agnitus, cum ob cæcitatem cordis prius videretur ignotus.

XX. Sero quoque cum factum esset, ipsa die apparuit Apostolis suis, & eis gaudia pacis mandans insufflavit, & dixit: [g] *Accipite spiritum sanctum: B quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt*. Ad confirmanda quin etiam corda dubitantium, qui se putarent, spiritum potius videre quam corpus, ostendit eis manus & pedes recentissimæ passionis signa retinentes, ut indubie resurrectionis ejus fierent idonei testes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, ut per effectum comestionis veritas patesceret carnis, interrogavit, si haberent aliquid ad manducandum. Cumque obtulissent ei partem piscis assi & favum mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemoravit hæc eis esse verba quæ ante passionem suam prædixerat, quomodo necesse est sua morte mortis imperium C dissolvi, & in sua resurrectionis agnitione pœnitentiam & remissionem peccatorum cunctis gentibus prædicari; nec non & ipsos adhuc gloriosissima Spiritus sancti missione roborari promisit. Nec tamen ita instructos & tali promissione consolatos mox abscessu corporali discedere voluit, sed per quadraginta dies in universis argumentis eos visitavit. Nunc foribus clausis, in medio eorum consistere; nunc vero per totam noctem frustra in piscando laborantibus, ipse stans in litore multitudine piscium rete eorum compleverat; & inter prandendum beato Petro post claves regni cælorum ac retentiones relaxationesve peccatorum, ovium suarum curam præcepit; & quia pro earumdem cura ovium crucem subiturus esset, intiD mavit. Deinde in montem quemdam sequutos in fide solidavit, & præcepit, ut irent [h] *docere omnes gentes, & baptizare eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; docentes servare omnia* quæcumque ipse mandaverat illis, & ait illis: [i] *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur*.

XXI. Et quia irritatores Dei & increduli Judæi, & gentes idololatriæ dediti signis erant ad fidem nutriendi, dedit Apostolis suis virtutem super omnia dæmonia, & ut languores curarent, cæcos illuminarent, leprosos mundarent, ipsos & mortuos resuscitarent; & præcepit illis, ut annuntiarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis E gentibus & linguis novam hanc doctrinam prædicare debuerunt, dedit eis diversarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipsis & eorumdem fidei sequacibus multo majora promisit & concessit, ita ut dum plurimarum linguarum hominibus in una loquerentur, a cunctis intelligerentur, & umbra illorum transeuntium infirmi sanarentur, & suda-

a Matth. xxvii. 25. b Joan. xix. 12. c Luc. xxiii. 24. d Matth. xxvii. 42. e Luc. xxiii. 39. f Joan. xix. 30. g Joan. xx. 22, 23. h Matth. xxviii. 19. i Marc. xvi. 16.

1. *Corrumpendi*] Exscriptoris mendum. Rescribe *inungendi*.

2. *Indicio*] Ita ex contextu rescripsimus. Editt, male, ut videtur, *judicio*.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 620.

riis vel cingulorum fimbriis nequam spiritus fugarentur. Sed cum hæc in alia regione, hoc est, in Galilæa, vel ante passionem, vel post resurrectionem suam discipulis edidisset; ut in vicinia ejus loci ad alta cæli conscenderet, ubi crucis ignominiam paullo ante subiit, atque ipso quoque nomine dispensationem incarnationis, passionis, resurrectionis, ascensionis in cælum fidelibus aperiret: Bethaniam quæ domus obedientiæ dicitur, unde cælos peteret, cum Apostolis invisit, Doctore gentium, quid significent, exponente: [a] *Jesus Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus illum exaltavit.* B Cumque illum, qui convenerant, interrogarent, si dies judicii & manifestatio regni Dei jam immineret, dicebat: [b] *Non esse illorum*, vel cujusquam mortalium; sed ne ipsorum quidem Angelorum, *nosse tempora & momenta, quæ Pater posuit in sua potestate*; potiusque in civitate Hierusalem adventum sancti Spiritus eis exspectare præcipiebat. Quo spiritu roborati, testes illi essent primum in eadem urbe, deinde in tota Judæa & Samaria, ad postremum vero usque ad ultimum terræ. Et his præmissis, elevatis manibus suis benedixit illis; & cunctis nihil minus opinantibus, quasi pennis columbæ incorruptibile corpus suum libravit ad cælum. C Cujus rei mox duo Angeli, hoc est, quia cælum penetraret, adstipulatores adstiterunt, & quia in eadem specie qua assumtus est ab illis, ad judicandos vivos & mortuos venturus esset, dixerunt. Tunc ut sibi a dominatore cæli præceptum erat, Hierusalem ingressi, sancti Spiritus adventum suspensi præstolabantur. Qui decima posthæc die venit, & scientiæ perfectione illos edocuit, & linguarum varietate donavit, & adversus rabiem perfidorum roboravit: congruentibus ad hæc signis ostensis, sono videlicet flatus vehementis, & linguis igneis: D cujus auctoritate confortati, resurrectionem Domini nostri Jesu Christi auctoritate prophetica comprobantes, mille Judæorum eodem die ad fidem convertuntur. Et in sequentibus aliquot millia. Quamdam vero turbam sacerdotum obedire fidei persuaserunt.

XXII. Interea vero dum omnia supra dicta fierent, dimisit Dominus omnes gentes ingredi vias suas, & diversissimorum errorum opinionibus impleri; ita ut quidam solem & lunam & stellas, ministeria videlicet humanis usibus attributa, divinis honoribus celebrarent. E Alii vero majore dementia capti, non solum aurum & argentum, sed & ligna & lapides, quadrupedia, serpentia seu volatilia, & ipsa terræ virentia pro Deo auctore venerarentur. Tandem ergo pius creator omnium, quando & nos ipsos adinventionum & pessimorum actuum nostrorum pigere deberet ac tædere, direxit ad nos Apo- A stolos suos, qui docerent nos ab his vanis converti ad Deum vivum & verum: & exspectare filium ejus de cælis, & in perceptione Spiritus sancti quem in Christo regenerati percepimus, remissionem peccatorum consequi nos crederemus.

XXIII. Hujus igitur legationis nos indigni nostris temporibus vicem gerentes, obsecramus pro Christo, ut sicut quondam in baptismo, ita semper abrenuntietis diabolo, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus; & cognoscatis unum verum Deum Patrem semper in cælo regnantem, & sempiternam Sapientiam ejus in tempore pro nobis incarnatam, & sanctum Spiritum æternæ pignus salutis in hac vobis peregrinatione concessum: atque ita vivere curetis, sicut Dei filios decere cognovistis, devitantes gulæ concupiscentiam, & ebrietatis insaniam, fornicationis immunditiam, avaritiæ idololatriam, iræ vesaniam, tristitiæ nebulam, tædii rancorem, invidiæ rubiginem, inflationis inanitatem, superbiæ subversionem; & nullus cuilibet Christiano furtum aut homicidium, vel convicium conferre, aut falsum testimonium de qualicumque crimine præsumat inurere; sed sitis invicem benigni, & donantes vobismet ipsis, sicut Deus donavit vobis peccata vestra. Et delicta præterita pœnitentiæ remediis, vel eleemosynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adjutorio præcavere studeatis. Scientes & diem generalis judicii jam jamque proximare, & incertam singulis exitus sui horam impendere. Et quidem magni judicii novissima dies, cunctis est mortalibus expavescenda, ut puta in qua nihil incorrectum absque æternali pœna remanebit inultum.

XXIV. Sed non minus cunctis sapientibus quotidianum Dei judicium formidandum est, quo & quosdam probandos dispensatorie reliquit in mundo ad tempus, quosdam vero his juste condemnatos oblivíscitur in perpetuum. Alios quoque diu jacentes in criminibus manu misericordiæ suæ levat: alios autem de peracta justitia præsumentes [1] fœdæ quondam passioni concedit: hos vero quocumque verbere coercitos usque in finem ab omni prorsus scelerum labe custodit. Quocirca sub his Dei judiciis unicuique in hac vita metuendum est, ut in futuro judicio ab omni metu peccatorum & mortis absolvi mereatur. Deus omnipotens, [c] *qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*, qui hæc per ministerium linguæ nostræ auribus vestræ fraternitatis infudit; ipse per gratiam suam eadem in cordibus vestris fructificare faciat, cooperante Domino nostro Jesu Christo, & Spiritu paracleto. Benedictus Deus in sæcula. Amen.

a Philipp. II. 8. 9. b Act. I. 7. seqq. c I. Tim. II. 4.


1. *Fœdæ*] Basnag. editio perperam *fœde*.

F I N I S.

BEATI
EUGENII
EPISCOPI TOLETANI
OPUSCULA
EDITA

a JACOBO SIRMONDO *Soc. Jesu presbytero*
anno M. DC. XIX.

Sæcul. VII.
circa
Ann. Chr.
646.



B. EUGENII JUNIORIS EPISCOPI TOLETANI OPUSCULA.

PRÆFATIO.

Obliquum noſtræ viſum qui figis opellæ,
Si mihi rite placet, quæ tibi cura manet?
Quamvis rancidulum rugata fronte ſuſurres,
Non pavet Eugenius, non pavet Eugenius.
Nil valet infelix naſutas fingere ſannas,
Atque animum cœptis triſtificare bonis.
Invide jam ceſſa, jam ceſſa perfide, ceſſa:
Prodeſt hoc animæ ſat mihi crede tuæ,

A

Quod ſi livor adeſt, & adhuc te concutit, audi:
Nec nobis noceat, nec tibi proficias.
At tu qui noſtras tranquillo pectore nugas
Perlegis, & blande ruſtica verba foves:
Sis vita locuples, & Chriſti munere dives,
Nec metuas libris æmula flabra tuis.
Præſens incolumi tranſcurras tempore ſæclum,
Et faveat jugis pax tibi, paxque tuis.

I.

ORATIO AD DEUM.

Rex Deus, immenſi quo conſtat machina mundi,
Quod miſer Eugenius poſco, tu perfice clemens.
Sit mihi recta fides, & falſis obvia ſectis:
Sit mihi præcipue morum correctio præſens.
Sim carus, verax, humilis, cum tempore prudens,
Secreti tacitus, & linguæ famine cautus.
Da fidum ſocium, da fixum ſemper amicum,
Da blandum, ſobrium, parcum, caſtumque miniſtrum.
Non me pauperies cruciet, aut languor obuncet.
Sit comes alma ſalus, & ſufficientia victus.
Abſint divitiæ, faſtus, & jurgia litis,

B

Invidia, & luxus, & ventris penſio turpis.
Crimine nec lædam quemquam, nec crimine lædar.
Sic bene velle queam, quo pravum poſſe recedat.
Nil turpe cupiam, faciam, vel proloquar umquam.
Te mens deſideret [1], lingua canat, actio promat.
Da pater altitonans undoſum fletibus imbrem,
Quo valeam lacrymis culparum ſolvere moles.
Da precor auxilium, poſſim quo vincere mundum,
Et vitæ ſtadium placido percurrere paſſu.
Cumque ſuprema dies mortis patefecerit urnam,
Concede veniam, cui tollit culpa coronam.

II.

COMMONITIO MORTALITATIS HUMANÆ.

O mortalis homo, mortis reminiſcere caſus,
Nil pecude diſtas, ſi tantum proſpera captas.
Omnia quæ cernis vanarum gaudia rerum,
Umbra velut tenuis veloci fine recedunt.
Præcave non felix, ne te, dum neſcis, & audes,
Quaſſans præcipiti diſſolvat turbine finis.
Porrige poſcenti victum, vel contege nudum,

C

Et te poſt obitum ſic talia facta beabunt.
Dilige pauperiem, mordaces effuge gazas:
Nam reddunt cupidis poſt carnis dulcia flammas.
Quamvis perſpicuus auro gemmiſque niteſcas,
Pauper & exiguus ibis & nudus ad umbras.
Id ſolum tecum poſt moris fata manebit,
Quod bene, quod recte, quod juſte feceris ipſe.

III.

DE MENTIS HUMANÆ MUTABILITATE.

Neſcia mens noſtra fixum ſervare tenorem,
Nolumus & volumus, non unum ſemper amamus:
Diſplicet ante placens, atque olim complacet horrens,
Nunc rectum ſequimur, nunc pravum corde tenemus:

D

Nunc ſancti caſtique ſumus, nunc ſcorta fovemus:
Nunc pollent ſobria, nunc marcent ebria corda.
Semper in ambiguo volvuntur pectora curſu.
Quid jam plura loquar? quot lucent ſidera cæli,
Quot punctis horæ, quot currunt ſæcla momentis,
Tot noſtram faciem mutat ſententia formis.

1. *Te mens deſideret*, cet.] Mendoſus eſt hic verſus, ita emaculandus: *Lingua canat te, mens deſideret, actio promat*. Barth. *Adverſar*. pag. 2610.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 646.

IV.

DE BONO PACIS.

QUI cupis infectum semper vitare chelydrum,
Cordis ab effectu pace repelle dolum.
Mens pace rutilat, quæ Christum pectora gestat:
Quæ pacem spernit, hæc furibunda perit.
Pax animæ vita, pax virtus, paxque medela,
Pax ordo rerum, pax bonitatis amor.
A Pax fessis requies, pax denique certa laboris,
Pax blanda sociat, pax bona conciliat.
Pax lites reprimit, pax gaudia tota remulcet,
Pax pia corda regit, pax mala cuncta fugat.
Pax pia summa Deus peccatis præmia præstat,
Jurgantes perimit pax pia summa Deus.

V.

CONTRA EBRIETATEM.

QUI cupis esse bonus, & vis dinoscere verum,
Ut mortis socium, sic mordax effuge vinum.
Nulla febris hominum major, quam viteus humor
Immodice sumtus: vincit letale venenum,
Sontior est igni, viroso sontior angue.
Quantum vina nocent, non tantum vipera lædit.
Inde tremor membris, inde est oblivio mentis,
Et gressus poplite nutans, & visio fallax.
B Surdescunt aures, balbutit denique lingua,
Perdens eloquium profundit semilatratum.
Dic mihi, dic, ebrie, vivis ne an morte gravaris?
Pallidus ecce jaces, & nunc sine mente quiescis:
Ægra quies oculos letali pondere clausit:
Non bona, non mala, non dura, non mollia sentis.
Hoc tantum distas a fati sorte sepulto,
Quod tenuis miseros subpungit anhelitus artus.

VI.

CONTRA CRAPULAM.

PRopense stomachum qui farcit dape ciborum,
Viscera crassa vehit, sed macra corda gerit.
Decrescit sensu, grandescit corporis auctu,
Carnea fit moles membra caduca ferens.
Gutturis arvina fauces angustat obesas,
C Et perdit liquidos vox male rauca sonos.
Cuncta soporifluo marcescunt ossa tepore,
Ambulat & stertit, nec vigilare valet.
Qui cupit ergo suam doctrinis crescere mentem,
Castiget ventrem: tunc homo doctus erit.

VII.

DE BASILICA SANCTORUM decem & octo Martyrum.

INcolit hoc templum sat felix turba piorum,
Quorum promeruit sors benedicta polum.
Heic montes sacros virtutum culmine celsos,
Unica ter senos continet urna viros.
Fumea cœnosi liquerunt gaudia mundi,
Proque fide Domini membra dedere neci.
Heic etiam compar meritis Encratia martyr
Sorte sepulcrali dissociata jacet.
Hujus inexhaustum testantur sancta triumphum
Palla cruore rubens, secta papilla fibris.
Nomina sanctorum si mavis nosse virorum,
D Edicet cursim subdita summa tibi.
Sed quia cuncta simul metrum non suscipit unum,
Accipe diversis hæc variata metris.
Quintilianus adest, Eventius, atque Cassianus,
Felix, Lupercus, Januariusque.
Julius, Urbanus, Apodemius, inde Primitivus,
Optatus, Publius, Cæcilianus.
Heic Successus inest, heic Matutinus habetur,
Ecce Faustus, ecce Fronto, postque Martialis.
Hæc tibi turba potens concedat prospera, lector,
Et veniam præstet hæc tibi turba potens.

VIII.

DE BASILICA S. VINCENTII IN CÆSARUGUSTA, ubi dicitur cruor ejus effluxisse.

MActe decus proprium Vincenti martyr alumno,
Unica spes nobis macte decus proprium.
Purpureus niveum meruisti sanguine cælum,
Et sequeris agnum purpureus niveum.
Passio sacra tuum provexit ad æthera nomen:
Conservet populum passio sacra tuum.
Heic jacet ille cruor, quem das pro corpore pignus,
E Nare fluente tuus heic jacet ille cruor.
Heic tua nunc tunica quod Christi fimbria præstat;
Tactu nam salvat heic tua nunc tunica.
Heic veniam culpæ mereantur, vota favorem:
Gaudia summa ferat qui petit heic veniam.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 646.

IX.

DE BASILICA S. ÆMILIANI.

Quem mæror, quem culpa premit, quem denique morbi
Tabida vis vexat, aut valitudo quatit,
Huc festinus agat devoto pectore [1] currum:
Anxia deponens prospera cuncta geret.
Certa salus ægris, spes & tutela misellis.
Et pater & genitrix Æmilianus adest.
Hujus ad imperium dispulsus pectora dæmon
Tenta diu linquit, quæ retinere nequit.
Heic claudis gressus dantur, & lumina cæcis,
Reddit & incolumem lepra repulsa cutem.
A Vita redit functis, & languor pellitur omnis,
Servit ad obsequium mox reparata salus.
Heic sua signa Deus respectans crescete gaudet,
Gestit & athletam mirificare suum.
Quisque precator ades, fidenter poscere norit,
Impos namque redit qui dubitanter adit.
Cumque precum murmur te propter fuderis intus,
Et gemitum toto promseris ex animo:
Eugenium, quæso, propius adjunge querelis:
Sic culpis veniam promereare tuis.

X.

IN BASILICA S. FELICIS QUÆ EST IN TUTANESIO.

Ecce domus Domini quæ ducit ad atria cæli:
Cordibus afflictis huc properate viri.
Gaudia pro luctu referet, lætusque redibit,
Fuderit heic tristis qui lacrymando preces.
Quatuor in titulis constat hæc janua templi,
Sed prima Felix culmina sanctus habet.
B Heic fessis requies, heic victus manat egenis,
Heic sacrum monachis exstat ovile piis.
Hoc opus Ætherius cara cum conjuge fecit,
Cui nomen olim Teudesvinta fuit.
Quisque precator ades, horum memorare benigne;
Sic pater omnipotens sit memor ipse tui.

XI.

QUERIMONIA ÆGRITUDINIS PROPRIÆ.

VÆ mihi, væ misero, qui semper fessus anhelo,
Et fractus animo languida membra traho.
Morbus adest jugis, desunt fomenta salutis,
Hinc dolor ossa terit, cor pavor inde quatit.
Omnia quæ prosunt validis, sunt noxia nobis,
C Dum stomachus tenuis viscera læsa gerit.
Frigida me lædunt, nec semper fervida prosunt:
Dum male corpus habet, nec mea vita placet.
Da Christe quæso veniam, da Christe medelam:
Nam tædet animum tot mala ferre simul.

XII.

LAMENTUM DE ADVENTU PROPRIÆ SENECTUTIS.

Impia jam miserum me captat curva senectus,
Inde dolore novo carmina mæsta cano.
Fletibus ecce rigo roranti vertice malas,
Et lacrymosa petunt murmura nostro polum.
Ante tamen nostris ipsa pandetur Iambis,
Quam noceat morbis intoleranda suis.

Crudelis ætas, o senectus improba,
Quæ cuncta pulcra fauce sæva devoras,
Rictu voraci nigra pandis guttura:
Mortale germen ut noverca saucias,
Et sauciatum mortis ense perforas.
Te proximante robur omne deficit,
Salus recedit, ægritudo provenit,
Sensus hebescunt, pulcritudo deperit,
Tabescit ægrum pectus in suspiriis,
Gaudere tædet, ejulare complacet.
Tu frangis ossa, membra rugis asperas,
Comas recidis, atque canos inferis,
Dentes retundis, muculentos efficis,
Tremores fœdo corpus omne succutis,
Febres minaris, & dolores ingeris.
Per te podagra dura gignit tubera,
Anhela tussis exspuit putriflua,
D Cutem perurit vulnerum profusio:
Potus cibique nulla delectatio,
Lamenta sola conferunt solatium.
Hæc tædiosa mente dum recogito,
Libet relictis omnibus quæ transeunt,
Deum timere, sempiterna quærere;
Terrena lucra deputare pulverem,
Orare semper, atque flendo dicere:
Abite pessum vana mundi gaudia,
Opes caducæ, luculenta prædia,
Fasces, honores, blandimenta noxia.
Jam finis instat, & ruina proxima:
Jam mors cruenta nostra pulsat limina.

O mors omnivorax, ad te nunc verto querelam:
E Cur miserum sequeris? cur properando venis?
Tu facis ut rapido volvantur tempora cursu,
Accelerentque suos fata cruenta gradus.
Quum tu deproperas, tunc vita gaudia cessant:
Umbra pavenda venit, lux radiata fugit.
Omnia vitali privantur viscera motu,
Clauduntur oculi, garrula lingua tacet.
Surdescunt patulæ tunsis anfractibus aures,
Naribus occlusis non odor ullus adest.

1. *Currum*] Leg. *cursum* cum Barthio l. c. pag. 2631.

SÆCUL. VII. CIRCA ANN. CHR. 656.

Non ſpirat pulmo flabris vitalibus auras,
Frigida membra rigent, nec cruor ipſe calet.
Tabe fluunt carnes, corrodunt omnia vermes:
Sic ſpecies hominis fit putrefacta cinis.
Multa pavenda quidem cecini, ſeu multa tremenda,
Sed mage quid verear nunc lacrymando loquar.
Judicis altithroni jam triſtis cerno tribunal,
Cujus ad intuitum cuncta creata tremunt.
Subſternit niveas cælorum turba coronas,
Et titubante genu proruit ante thronum.
Cernere ſic ambit Dominum, ſic ſemper amare,
Ut pulſet animum mixtus amore timor.
Quid faciet ergo vermis, putredo, favilla,
Si Chriſti faciem corda beata pavent?
Oppreſſi, rapui, nudavi, crimina finxi,
Pauperis ad vocem mens mea ſurda fuit.
Corrupi proprium laſcivo vulnere corpus,
[1] Hic miſer hinc pavidus hinc tremulentus eo.
Nulla meas umquam venia compeſcuit iras,
Nec ſine felle furens, nec ſine cæde fui.
Inde pavet animus ſimiles ne perferat ictus,
Aut pœna laceret quæ ſine fine nocet.
Nam licet heic modico patrentur tempore probra,
Longa tamen animam poſt male flamma cremat,
Talia dum rite paveo, dum corde tremeſco,
Te te, ſumme Deus, pro pietate peto.
Te ſine nemo valet peccati tollere labem,
Aut mentem vitiis emaculare ſuis,
Dimitte culpam miſero, dimitte reatum,
Effice poſt lapſum, poſt mala tanta bonum.
Parce precor animæ pulſanti, parce petenti,
Quæ flammas metuit, dum ſua facta gemuit.
Gaudia tu ſanctis, tu reddis præmia juſtis,
Eugenii miſeri ſit rogo pœna levis.

Noſſe quicumque cupis, aut requiris
Quæ mei cauſſa fuerit laboris,
Hujus ut vitæ mala funerarem,
Diſce benigne.
Dum quaterdenos ſimul & novenos
Vita non felix agitaret annos,
Dumque me pigra peteret ſenectus
Præpete curſu:
Accidit laſſo gravis ægritudo,
Quæ fere mortis minitaret ictum,
Ac diu feſſa cruciaret acri
Membra dolore.
Febris incerta terebrabat oſſa,
Languida mortis caro defluebat,
Nulla quaſſatum recreabat eſca,
Potio nulla.
Tanta me crebro mala dum ferirent,
Mortis horrendæ trepidus pavore,
Labilem currum fugientis ævi
Carmine promſi.

XIII.

EJUSDEM METRO TROCHAICO.
de brevitate hujus vitæ.

Criminum mole gravatus, & reatus ſaucius,
Carmen inſonare nitor luctuoſis queſtibus.
Lacrymis ora madeſcunt, verberantur pectora:
Mundus ecce natus æger, & ruinam nuntiat,
Tempora grata fugantur, ingeruntur peſſima.
Omnia mala propinquant, & bona prætervolant.
Eugeni miſelle plora, languor inſtat improbus,
Vita tranſit, finis urget, ira pendet cælitus.
Januam pulſat ut intret mortis ecce nuntius.
Cur inique concupiſcis falſa mundi gaudia?
Cur caduca non relinquis, curris ad perennia?
Dum petis tantilla lucra, dona perdis maxima.
Dic, miſer, futurum in luctu quod tibi ſolatium?
Nil boni portabis illuc, quo recedat ultio.
Pœna te cremabit ardens, anxiabit ſpiritus.
Nemo te, miſelle, credet, nemo conſolabitur,
Non parentes, aut propinqui, non ſodales optimi:
Cuncta te procul abibunt, quæ amaſti dulciter.
Corrige crudelis actu, terge noxam fletibus.
Sit tibi pro pane luctus, lacrymæ pro gaudio.
Pande Chriſto probra cordis ejulando fletibus.
O Deus, bonum perenne, ſemper exorabilis,
Cerne fletum profluentem de medullis intimis.
Vincla criminum reſolve, pone finem lacrymis.
Nolo me pater averni mancipes incendio,
Flamma quo jugis aduret membra citra terminum.
Heic repende quod meremur: ſit quies poſt tranſitum.
O genus mortale, mecum lacrymas effundite,
Pauperi præbete victum; parce, Chriſto dicite:
Forſitan iram refrenat, donat indulgentiam.

XIV.

B. EUGENII EPISCOPI TOLETANI
Epitaphium proprium.

E Excipe, Chriſte potens, diſcretam corpore mentem, M
U Ut poſſim picei pœnam vitare barathri. I
G Grandis ineſt culpa, ſed tu pietate redundas: S
E Elue probra, pater, & vitæ crimina tolle. E
N Non ſim pro meritis ſanctorum cœtibus exſul. L
I Judice te proſit ſanctum vidiſſe tribunal. L
U Vis, lector, uno qui ſim dinoſcere verſu? U
S Signa priora lege, mox ultima noſſe valebis. S

1. *Hic miſer*] *Hei miſer!* legit Barthius l. c. pag. 353.



XV.

ITEM ALIUD.

QUI me de nihilo formasti, conditor alme,
Tu pius in tumulo, tu mea membra fove.
En cinis ad cinerem redii, vitamque peregi,
A Sed putres cineres tu reparare vales.
Ascendat, o Christe potens, post fata peracta
Eugenius dextra lætus ad astra via.

XVI.

ITEM ALIUD.

SPes mihi, summe Deus, quod functus morte resurgam,
Nec jam post tumulum sic moriturus ero.
B Sed quia mortalis numquam sine crimine vixi,
Eugenii miseri tu miserere pie.

XVII.

DOMNI EVANTII.

N NObilis & magno virtutum culmine celse, E
I Ingens consiliis, & dextræ belliger actu, V
C Care mihi genitor, & vita carior ipsa A
H Hoc nati pietas offert post funera carmen, N
O Offerre incolumi quod mors infanda vetavit. T
L Lux tibi summa Dei, nec non & gratia Christi, I
A Adsit perpetuo, nec desit temporis usu, U
O Omnipotensque tuis non reddat debita culpis. S

XVIII.

PACIS REDINTEGRATIO.

GAudia præpetibus concurrunt undique votis,
Et gestit animum pax recreare meum.
Vivescunt sensus bello liteque repressi,
Et redit ad primum mens lacerata modum.
Crescit amore salus: procul o procul este dolores,
Nam jussit refugos jam stabilire Deus.
C At tu perverse dæmon, & pestifer anguis,
Nil prodesse tibi nunc peritura dole.
Non tua præda sumus, quamvis pia pectora rixis
Punxeris ad modicum, non tua præda sumus.
Sic semper rapidis vanescas tabidus auris,
Et nos in Christo sic tueatur amor.

XIX.

HEPTAMETRUM DE PRIMORDIO MUNDI.

PRimus in orbe dies lucis primordia sumsit,
Alter splendifluis cælum firmavit in oris,
Tertius undivagum mare dat cum germine terræ,
Quartus habet Phœbum, lunamque, & sidera cæli,
D Quintus plumigeras volucres, piscesque natantes,
Sextus quadrupedes, reptans, hominesque sagaces,
Septimus est Domino requies his rite peractis.

XX.

MONOSTICHA DE DECEM PLAGIS ÆGYPTI.

PRima plaga Ægypti lymphas in sanguine vertit,
Altera ranarum crepitum tabemque creavit,
Tertia mordaces culices de pulvere movit,
Quarta dedit muscas ictu sonituque pavendas,
Quinta quoque morte damnat animantia cuncta,
E Sexta putrescenti vesicas vulnere partat,
Septima fulmineum murmur cum grandine vibrat,
Octava frugi nocuas frondique locustas,
Nona parat piceas tactu palpante tenebras,
Ultima, quæ decima, prolis primordia truncat.

Sæcul. VII. circa Ann. Chr. 646.



XXI.

DE INVENTORIBUS LITTERARUM.

Moyses primus Hebræas exaravit litteras,
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas;
Quas Latini scriptitamus edidit Nicostrata,
A Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas,
Isis arte non minori protulit Ægyptias,
* Gulfila promsit Getarum quas videmus ultimas.

XXII.

DE ANIMANTIBUS AMBIGENIS.

HÆC sunt ambigena, quæ nuptu dispare constant.
Burdonem sonipes generat commixtus asellæ,
Mulus ab Arcadicis, & equina matre creatur.
Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente,
B Musmonem capra verveno semine gignit,
Apris atque sue setosus nascitur Ibris,
At lupus & catulas formant coeundo Lycifcam.

XXIII.

AD JOANNEM.

O *Jo* versiculos nexos quia despicis *annes*,
Excipe *di* sollers si nosti jungere *visos*.
Cerne *ca* pascentes dumoso in littore *melos*,
Et *por* triticea verrentes germina *cellos*.
Ar sitibunda petunt lympharum pocula *menta*,
C Atque *bu* glandiferæ recubant sub tegmine *bulci*.
Nunc *pas* lanigeras ducunt ad pascua *tores*,
Ei *se* consumunt fraudantes munera *turæ*.
Pro tibi ut nostro veniat ex carmine *fectus*,
Instar Lucilii cogor disrumpere versus.

XXIV.

AD EUSICIUM PRESBYTERUM.

SAnctorum meritis claro, semperque beato,
Eusicio Eugenius vilis & exiguus.
Accipe conscriptos plebeio carmine versus,
Quos dat dilecti pagina mæsta tibi.
Cara mihi vestros advexit epistola questus,
Et me tristifico perculit inde sono.
Oblitum te namque gemis vilescere nobis,
Inque meo vultum corde perisse tuum.
Crede meis verbis: nam fas est credere nobis,
Credere nempe licet, cum dubitare nocet.
Testor namque Deum, sanctorum nomina testor,
Affectum vestri non tepuisse mihi.
D Ante polus solis & lunæ luce carebit,
Quam sim conspectus immemor ipse tui.
Ante quoque nostro discedet pectore vita,
Quam vestræ mentis dulcis amicitia.
Volvent puncta dies, volventur mensibus anni:
Semper in ore meo nomen amorque tuus.
En quia depromsit affectum pagina nostrum,
Dilige me nimium, dilige me nimium.
Obsequio cordis persolvens jura salutis,
Hinc precor ut miseri sis memor alme tui.
Christus ubique tuis concedat prospera votis,
Et parcat culpis Christus ubique meis.

XXV.

AD QUEMDAM FAMILIAREM.

SÆpe tuam placide cupio quia nosse salutem,
Idcirco nostrum percipe lætus Ave.
E Ac ne longifluo grandescat epistola tractu,
Quod possum breviter, dulcis amice, Vale.

* Qui ab aliis *Wlphilas* dicitur.

Sæcul. VII.
circa
Ann. Chr.
646.



XXVI.

ITEM AD EUMDEM.

Immensas Domino laudes, gratesque rependi,
Quod missa incolumem te mihi charta dedit.
A Inde salutigerum devoto pectore carmen
Mittimus, & caro decimus ore Vale.

XXVII.

ITEM AD EUMDEM.

Multa salus nobis, si sunt tibi dona salutis: B
At tu sospes ave, tu sine fine vale.

XXVIII.

VERSUS DE TEMPORE.

Quinque trahens volvens annorum tempora lustrum, C
Quatuor ex annis numerus finitur Olympi,
Nam tribus impletis Trieterica solvere mos est.

XXIX.

VERSUS SUPRA LECTUM.

Imperat omnipotens: procul o procul effuge dæmon, D
Ne fraude nostrum possit adire torum.
Ne somnos turbes, ne mortis vincla ministres.
Ne fallas animum sordibus ipse meum.

XXX.

VERSUS DE ÆSTATE.

Dura quod gignit & amara cunctis,
Tempus æstivum resonare cogor,
Sapphico tristi modulante versu,
Omnia passus.
Nunc polus Phœbi nimio calore
Æstibus flagrat, fluviosque siccat,
Intonat tristis, jaculansque vibrat
Fulmina dira.
Ingruit imber inimicus arvis,
Flore nam suevit spoliare vites:
Spem quoque frugum populat nivosis
Grando lapillis.
Bufo nunc turget, & amica silvis
E Vipera lædit, gelidusque serpens,
Scorpius ictu jugulat, paritque
Stellio pestem.
Musca nunc sævit, piceaque blatta,
Et culex mordax, olidusque cimex,
Suetus in nocte vigilare pulex
Corpora pungit.
Tollat hæc monstra Deus imprecanti.
Pelle languorem, tribue quietem,
Ut queam gratas placido sopore
Carpere noctes.

Sæcul. VII.
circa
Ann. Chr.
646.



XXXI.

DE MORTE CONJUGIS CHINDASUINDI REGIS.

Si dare pro morte gemmas licuisset & aurum,
Nulla mihi poterant regum dissolvere vitam.
Sed quia sors una cuncta mortalia quassat,
Nec pretium redimit reges, nec fletus egentes.
Hinc ego te conjux, quia vincere fata nequivi,
Funere perfunctam sanctis commendo tuendam:
Ut cum flamma vorax veniet comburere terras,
A
Cœtibus ipsorum merito sociata resurgas.
Et nunc cara mihi jam Reciverga valeto,
Quodque paro feretrum rex Cindasvintus, amato.
Annorum breviter restat edicere summam,
Qua tenuit vitam, simul & connubia nostra.
Fœdera conjugii septem fere duxit in annos,
Undecies binis ævum cum mensibus octo.



SANCTI
NICETII
EPISCOPI TREVIRENSIS
OPUSCULA
ET
EPISTOLÆ.

APPENDIX

ad annum 563.

SANCTI NICETII

EPISCOPI TREVIRENSIS

OPUSCULUM I.

De vigiliis servorum Dei.

CAPUT I.

[1] BOna & digna & sancta res, & apta prorsus satisque conveniens de sanctis Vigiliis nunc dicere, & conferre sermonem, quando ipsa lucubratio geritur a solicitis & religiosis: nox cœca est, & necessaria caligo corporibus, quæ non solum homines, sed etiam in somno detinet animantes, ut [2] reparatis viribus per soporem, possint diurnos labores sustinere vigilantes. Bonus Deus, qui ita prospexit, ita constituit, [a] ut homo exiturus ad opus suum & ad operationem suam B usque ad vesperam, haberet vicarium tempus, in quo a laboribus duris & multa fatigatione requiesceret. [3] Ergo diem ad opus, noctem fecit ad requiem; & pro hoc, sicut pro omnibus, gratias debemus agere illi qui præstitit. Novimus autem multos hominum, ut aut majoribus suis placeant, aut sibi aliquid peculiariter prosint, noctis particulam ad aliquod opusculum segregare, & id pro lucro ducere, quod furati de sopore suo, operari [4] potuerunt. Quod si in carnalibus instrumentis, id est, victui ac vestitui necessariis, qui vigilant non reprehenduntur, immo laudantur; C [5] quanto magis nos sacras vigilias, tam spirituali opere fructuosas, orationibus scilicet, hymnis, lectionibus fecundas, observare & amare debemus, ut a Domino Deo mercedem recipiamus?

CAPUT II.

EQuidem sunt homines qui ista reprehendunt, sed a fide catholica & religione alieni sunt. Sed non est mirum. Quomodo enim impiis & profanis religiosa placere possunt? Quibus si placerent, nostri essent, quod [6] sumus utique Christiani. Si D vero nostri sunt quos vigiliarum sanctarum salutifer actus offendit, ut nihil de his deterius suspicet, aut pigri sunt, aut somniculosi, aut senes sunt, aut infirmi. Si pigri sunt, erubescat; quia illis insonant Proverbia Salomonis: [b] *Vade ad formicam, o piger; & æmulare vias ejus*. Si somniculosi sunt, expergiscantur, Scriptura proclamante: [c] *O piger quousque dormis? Quando autem de somno surgis? Modicum quidem dormis, modicum sedes,*

A *modicum autem dormitas, pusillum autem manibus amplecteris pectus. Deinde, superveniet tibi tamquam viator paupertas, inopia autem sicut bonus cursor*. Si autem senes sunt, quis eos compellit ut vigilent? quamquam & non compulsi vigilare debent pro ipsa ætate sua, & Dominum Deum instantius orare. Vigilare itaque debent sedentes, si stare non prævalent. Si vero infirmi sunt membris, quod ipsi facere non possunt, non reprehendant: immo secundum Prophetam rigent lacrymis stratum suum, & dicant: [d] *Sic memor fui tui super stratum meum*. Commendent etiam vigilantibus, ut eos suis precibus adjuvent, quod adjuti a Domino super lectum doloris sui canere quandoque mereantur, dicentes: [e] *In matutinis meditabor in te, Domine, quia factus es adjutor meus*. Alioquin stultum, & satis extraneum est [7] a religione, ut quia ipsi currere non valemus, bene currentibus derogemus; quia etsi non possumus, debemus non invidere, sed congratulari potentibus. Sicut enim qui consentit malitiæ, particeps est pœnæ, sic participatio gloriæ spernada est de consensione bonitatis. Alios enim [8] coronat affectus, alios voluntas pia lætificat.

Nec sane onerosum vel difficile videri debet etiam delicatis vel infirmis corporibus in septimana duarum noctium, id est, sabbati atque dominicæ, portionem aliquam Dei ministerio deputare: ista enim quasi purificatio est dierum quinque vel noctium, quibus stupore [9] carnali ingravescimus, aut mundanis actibus [10] obsessi lætamur. Nec erubescat aliquis in bono studio sanctitatis, quia non erubescunt improbi in perpetrando opere fœditatis. Merito ergo scriptura in Proverbiis dicit: [f] *Est confusio quæ adducit peccatum*. In bono enim opere confundi, peccatum est, sicut in malefaciendo non confundi pernicies est. Si sancti estis, amate vigilias; ut thesaurum vestrum vigilando custodientes, ipsi in sanctitate servemini. Si peccatores estis, magis currite, ut vigilantes, & Deum orantes, purgemini; ut tundentes pectora frequentius clametis ad Dominum ex toto corde dicentes: [g] *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce servo tuo*. Qui enim ab occultis desiderant jam purgari, nescio an eos delectet iisdem miseriis inquinari.

a Psal. CIII. 23. *b* Prov. VI. 6. *c* Ibid. ℣. 9--11. *d* Psal. LXIX. 7. *e* Ibid. *f* Eccli. IV. 25. *g* Psal. XVIII. 13.

1. *Bona*, cet.] Exstat hoc opusculum inter opera S. E Hieronymo tributa, edit. Vallars. tom. XI. pag. 222. Ubi sic incipit: *Dignum est, fratres, aptumque prorsus*. Mox: *conferre sermonem, quando ipsa lucubratio exigitur a solicitis. Nox ecce est caligo corporis.*

2 *Reparatis*] Al. *reformatis*.

3 *Ergo --- præstitit*] Hæc deerant in edito Hieron.

4. *Potuerunt. Quod si*, cet.] Edit. Hieron. *Potuerint A Salomone vero laudatur & femina, quæ pensa & lanificium ad lucernam vigilanter exercet. Addidit etiam, quod ex hoc laus viro ejus in portis, & gloria magna nascatur. Quod si*, cet.

5. *Quanto magis --- alieni sunt*] Ibid. *Mirari me fateor, esse aliquos qui sacras vigilias tam spirituali opere fructuosas, orationibus, hymnis lectionibusque fecundas, aut superfluas existimant, aut otiosas, aut, quod his est deterius, importunas. Et quidem si sunt homines a religione nostra alieni qui ista sic sentiunt, non est mirum.*

6. *Sumus*] Ibid. *simus*. Al. *scimus*.

7. *A religione*] Hæc desunt in edit. Hieron.

8. *Coronat affectus*] Ibid. rectius, *coronat effectus*.

9. *Carnali*] Ibid. *Carnalium*.

10. *Obsessi lætamur*] Ibid. *oscitamus*.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 563.

CAPUT III.

[1] TEmpus exigit, Cariſſimi, ut de auctoritate vigiliarum, de antiquitate, deque ipſa utilitate pauca dicamus: magis enim quilibet labor libenter ſuſcipitur, ſi ante oculos proponatur ipſius laboris utilitas. [2] Antiqua eſt vigiliarum devotio, familiare bonum omnibus ſanctis. Eſaias denique propheta clamat ad Dominum dicens: [a] *De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus, quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram.* David & regio & prophetico ſpiritu ſanctificatus unguento, ita canit: [b] *Domine Deus ſalutis meæ in die clamavi, & nocte coram te.* Item dicit: [c] *Memoratus ſum in nocte* B *nominis tui Domine,* [3] *& cuſtodivi legem tuam.* Accipe ejuſdem prophetæ aliam vocem, quæ & tempus & habitum deprecantis oſtendat: [d] *In noctibus*, inquit, *extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.* Et ne veſpertinas tantum horas noctes æſtimes appellatas, occurrit & dicit: [e] *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper judicia juſtitiæ tuæ.* Ecce habetis & tempus expreſſum, & exſurgendi ſolicitudinem, quomodo confiteamini Deo, oſtenſam.

Adhuc conſideranti mihi intentionem ſanctorum, majus aliquid ac laborioſius occurrit, & ultra naturæ humanæ conditionem ſuggeritur, cum eumdem prophetam audis ita pſallentem: [f] *Si* [4] *aſcendero in lectum ſtrati mei; ſi dedero ſomnum oculis* C *meis, & palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Quis non ſtupeat tantam in Dei amore animi devotionem; ut ſomnum ſibi, ſine quo utique corpora humana deficiunt, penitus interdixerit, donec locum ac templum Domino fabricandum rex & propheta reperiret? Quæ res nos debet fortiter admonere, ut ſi ipſi locus Dei eſſe volumus; & tabernaculum ejus ac templum cupimus haberi perpetuo, ſicut Paullus Apoſtolus affirit dicens: [g] *Vos eſtis templum Dei*: in quantum poſſumus exemplo ſanctorum vigilias diligamus, ne & de nobis dicatur: [h] *Dormierunt ſomnum, &* D *nihil invenerunt*; quin potius & gratulabundus unusquiſque veſtrum jam dicat: [i] *In die tribulationis meæ Deum exquiſivi manibus meis nocte coram eo, & non ſum deceptus*, Quia [k] *bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime; ad annuntiandum mane miſericordiam tuam, & veritatem per noctem.* Hæc & ejuſmodi tanta ac talia ideo ſancti illi cecinerunt, & ſcripta reliquerunt, ut

A nos eorum poſteri paribus eorum excitaremur exemplis, ad celebrandas etiam noctibus noſtræ ſalutis excubias.

Sed a veteribus veniamus ad nova; a miniſtris legis ad miniſtros Evangelii, ut de novo etiam Teſtamento Vigiliarum gratia conſignetur. Anna filia Phanuel vidua continuis orationibus ac jejuniis ſerviens, non diſceſſit de templo die ac nocte. In Evangelio legitur, quod paſtores illi ſanctiſſimi dum ſuper gregem ſuum nocturnas exercent vigilias, & Angelos in ſplendore videre, & Chriſtum natum in terris primi audire meruerunt. Jam vero inſtitutio Salvatoris nonne omnes ad vigilandum auditores exſuſcitat, ſive in parabola boni ſeminatoris docendo: [l] *Dum dormirent homines, venit malus, & ſuperſeminavit zizania inter triticum, & abiit.* Qui ſi vigilaſſent, nec malus forſitan zizania ſeminare potuiſſet. Sive cum dicit: [m] *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes; & vos ſimiles exſpectantibus Dominum ſuum quando revertatur a nuptiis. Beati ſervi illi quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes:* [n] *Et ſi veſpertina*, inquit, *hora venerit, & ſi media nocte, & ſi galli cantu, & inveniat eos vigilantes, beati ſunt.* [o] *Itaque & vos eſtote parati, quia qua hora neſcitis, filius hominis venturus eſt.* Nec verbis ſolummodo docuit vigilare, ſed etiam exemplo confirmavit. Namque teſtatur Evangelium [p], quia *erat Jeſus pernoctans in oratione Dei.* Pernoctabat non ſibi, ſed ut ſciremus quid omnes facere debeamus. Et ipſe increpat Petrum tempore paſſionis dicens: [q] *Non potuiſtis una hora vigilare mecum?* Et ad omnes jam dicit: *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* [5] Hæc verba ejuſmodi exemplo, oro vos, quem non de profundo etiam mortis ſimili modo valeant ſuſcitare?

His inſtructis ſermonibus, his confirmati documentis beati quoque Apoſtoli & ipſi vigilaverunt, & vigilias imperaverunt. Petrus Apoſtolus in carcere noctu ab Angelo ſuſcitatur, & ipſo referante portam ferream in domum Mariæ pervenit, ubi erant multi congregati, non dormientes utique, ſed orantes. Idem in Epiſtola ſua ponit, & dicit: [r] *Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem tranſvoret.* [ſ] Paullus & Silas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes, hymnum audientibus vinctis dixiſſe memorantur; ubi repente terræ motu facto, & concuſſis fundamentis carceris, & [6] januæ apertæ, & omnium vincula ſunt ſubito ſoluta. [7] Item beatus Apoſtolus Paullus ſu-

a Iſai. XXVI. 9. ſec. LXX. b Pſalm. LXXXVII. 2. c Pſal. CXVIII. 55. d Pſal. CXXXIII. 2. e Pſal. CXVIII. 62. f Pſalm. CXXXI. 3. g II. Cor. VI. 16. h Pſalm. LXXV. 6. i Pſalm. LXXVI. 3. k Pſalm. XCI. 2. 3. l Matth. XIII. 25. m Luc. XII. 35---37. n Marc. XIII. 35. o Matth. XXIV. 44. p Luc. XI. 12. q Matth. XXVI. 40. 41. r I. Petr. V. 8. ſ Act. XVI. 25.

1. *Tempus exigit*] Ibid. *Res exigit.*

2. *Antiqua eſt --- ita canit*] Hæc exſcripſit S. Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus *de offic. eccl.* lib. I. cap. XXII. apud quem legitur, *David regio & prophetico ſanctificatus unguento*, recte omiſſa voce *ſpiritu*, quæ ſententiam turbat, quæque etiam abeſt ab edito Hieron.

3. *Et cuſtodivi legem tuam*] In edit. Hieron. his verbis ſtatim hæc adduntur: *Sed forſitan in lectulo ſuo poſitus hæc cantabat: quod aliquanti pigriores ſufficere putaverunt, ſi tantum in ſtratu ſuo aut oret unuſquiſque, aut pſalmum ſubmurmuret. Quod quidem & ipſum bonum eſt: Dei ſemper & ubique meminiſſe ſalutare eſt. Sed quod ſit melius exſurgere & conſpectui divino aſſiſtere, accipe ejuſdem prophetæ*, cet.

4. *Si aſcendero --- Dormierunt ſomnum*, cet.] Hæc item omnia hinc ſumſit S. Iſidorus l. c. cap. XXI.

5. *Hæc verba ejuſm.*] Edit. Hieron. *Hæc verba, hæc & ejuſmodi exempla, oro vos, quem non de profundo etiam ſomno & morti ſimillimo valeant ſuſcitare?*

6. *Januæ apertæ*] Ibid. *januæ ſponte apertæ.*

E 7. *Item beatus Apoſtolus*, cet.] Multa heic deſunt, librarii negligentia, ut videtur omiſſa, ex edito Hieronymiano ſic reſtituenda: *Idem Paullus Apoſtolus a Troade profecturus, ſermonem docebat uſque ad mediam noctem, accenſis lanternis quampluribus in cœnaculo. Ex quo Eutychus adoleſcens ſomno oppreſſus, diſputante Paullo prolixius, a feneſtra deductus, cecidit de tertio tecto, & ſublatus eſt mortuus: quo ſtatim reddito vitæ, uſque ad lucem ſermocinatus, Deo gubernante profectus eſt. Quam plene idem quamque copioſe ſuper exercendis vigiliis adhortatus, Theſſalonicenſibus ſcribens ait:* Itaque non dormiamus ſicut & ceteri, ſed vigilemus, & ſobrii ſimus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur, nocte ebrii ſunt. Nos autem qui Dei ſumus, ſobrii ſumus. *Et mire concludit:* Sive, *inquit*, vigilemus, ſive dormiamus, ſimul cum illo vivamus. *Ad Corinthios autem:* Vigilate, ſtate in fide, confortamini, viriliter agite. *Sic & ad Epheſios ſcribit:* Orantes in omni tempore in ſpiritu. *Et ipſe vigilantis quoque exemplum ponens in catalogo virtutum ſuarum, fructum de vigiliis multis apud Corinthios gloriatur.*

per exercendis vigiliis adhortatur Theſſalonicenſes, dicens : [a] *Vigilate, & ſtate in fide, confortamini & viriliter agite.*

CAPUT IV.

HÆc ſufficiant de auctoritate & antiquitate ſanctarum Vigiliarum. Supereſt ut ſecundum promiſſum de earum utilitate aliqua proferamus; quamquam ſentiri magis poteſt per exercitium ipſa utilitas, quam loquentis ſermone narrari. [3] Guſtando enim videtur, [b] *quia ſuavis eſt Dominus.* Qui ergo guſtavit, intelligit & ſentit, quantum pædoris vigilando deponitur, quantus mentis ſtupor excutitur, quanta lux animam vigilantis & orantis illuſtrat, quæ gratia, quæ ſancta viſitatio membra univerſa vigilantis lætificat. Vigilando timor omnis excluditur, fiducia naſcitur, caro maceratur, vitia tabeſcunt, caſtitas roboratur, cedit ſtultitia, accedit prudentia, mens acuitur, error obtunditur, criminum caput diabolus gladio ſpiritus vulneratur. Quid hac utilitate magis neceſſarium, quid iſtis lucris ſanctis commodius, quid hac delectatione ſuavius, quid iſta felicitate beatius? Teſte etiam Propheta, qui in principio Pſalmorum ſuorum beatum virum deſcribens, ſummam beatitudinis ejus in hoc verſiculo collocavit, dicens: [c] *Si in Domini lege meditetur die ac nocte.* Bona eſt quidem diurna meditatio, bona oratio, ſed multo gratior & efficacior eſt nocturna meditatio; quia per diem neceſſitates variæ obſtrepunt, occupationes deſtruunt mentem, ſenſum multiplex cura diſpergit: nox autem ſecreta eſt, nox quieta eſt & opportuna orantibus, aptiſſima vigilantibus, dum carnalibus occupationibus expeditum, collecto ſenſu totum hominem [4] divinis conſpectibus ſiſtit. Itaque Deo placitas cognoſcite eſſe vigilias ad celebrandam benedictionem.

Tantum, cariſſimi, qui vigilat oculis, vigilet & corde; qui orat ſpiritu, oret & mente; quia nec ſatis utile eſt oculis vigilare, & animo dormitare, cum ex contrario ex perſona Eccleſiæ ſcriptura dicat: [d] *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Curandum eſt etiam ante omnia ne nimietate cibi vel potus noſtrorum vigilatorum pectora onerentur, ne cruditatem ructantes & crapulam, non ſolum ipſi nobis inſuaves ſimus, ſed etiam gratia Spiritus ſancti indigni judicemur. Dixit namque vir quidam inter Paſtores eximius: Sicut fumus, inquit, fugat apes, ſic indigeſta ructatio avertit & abjicit Spiritus ſancti chariſmata. Ergo tamquam divinum celebraturi myſterium, ante nos per abſtinentiam parare debemus, ut integrati & expediti vigilare poſſimus: cogitatio quoque mala pellatur, ne male vigilantium [e] *oratio fiat*, ſicut legitur, *in peccatum*. Sunt enim & ex malignis maledictæ vigiliæ, ut in Proverbiis legitur: [f] *Quia ablatus eſt ſomnus ab oculis eorum. Non enim dormiunt*, inquit, *niſi male fecerint.* Sed abſint, & longe abſint ab hoc conventu tales vigiliæ; ſed potius vigilantium pectus clauſum diabolo, ſit apertum Chriſto, ut quæ labiis ſonamus, corde teneamus. Tunc erunt acceptabiles apud Deum noſtræ vigiliæ, tunc pernoctatio ſalutaris, ſi competente diligentia & devotione ſincera, miniſterium noſtrum divinis obtutibus offeratur.


Hæc de vigiliarum auctoritate & antiquitate, nec non etiam de earum ſancta utilitate dicta ſufficiunt. De hymnorum autem pſalmorumque devotione quam grata ſint & acceptabilia Deo, nunc quantulumcumque dixiſſem, niſi ratio prolixior volumen aliud poſtularet: quod Domino largiente ſequenti exhibebitur lectione.

a I. Cor. xvi. 13. b Pſalm. xxxiv. 9. c Pſalm. I. 2. d Cant. v. 2. e Pſal. cviii. 7. f Prov. iv. 16.

3. *Guſtando --- qui ergo*] Edit. Hieron. *Guſtandum enim videtur*, quia ſuavis eſt Dominus. *ſicut ſcriptum eſt. Qui ergo*, cet.

4. *Divinis conſpectibus ſiſtit*] Poſt hæc verba in edit. Hieron. plura exſtant, quæ heic deſiderantur. Sunt ejuſmodi: *Inde diabolus divinarum ſemper rerum callidus æmulator, ſicut jejunia & virginitatem, vana baptiſmata & inania ſuis cultibus dedit; ita & hoc ſanctum æmulatus officium, nocturna ſacra & vigilias ſuis comeſſationibus addidit. Unde jam noſtri fideles, ſi de ſuorum inſtitutione non excitantur ad habendas vigilias ſacras in adverſa varietatis uſurpatione cernentes, alienas a Dei rebus non eſſe fateantur: quas non æmularetur iniquus ad deceptionem, niſi Deo placitas eſſe cognoſceret ad celebrantium benedictionem. Tamen cariſſimi fratres, qui vigilat*, cet.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 563.



EJUSDEM S. NICETII EPISCOPI TREVIRENSIS OPUSCULUM II.

De Psalmodiæ bono.

CAPUT I.

DE Psalmodiæ bono dicamus quæ nobis Deus donare dignatur. Nos itaque, cariſſimi, qui tam propheticis, quam evangelicis & apoſtolicis ſumus omnes eruditi magiſteriis, quorum nobis dicta & facta ante oculos proponamus, per quos ſumus omne quod ſumus: & quam ſint grata & accepta Deo ſpiritalia cantica, a primordio repetentes, iiſdem auctoribus aſſeramus. Si autem quæramus quis omnium primus hoc genus invexerit, non invenimus alium niſi Moyſem, qui canticum Deo inſigne geſtavit, quando percuſſa Ægypto decem plagis, & Pharaone demerſo, populus per inſueta maris itinera ad deſertum gratulabundus egreſſus eſt, dicens: [a] *Cantemus Domino; glorioſe enim honorificatus eſt*. Primus igitur Moyſes dux tribuum Iſraelis choros inſtituit, & utrumque ſexum diſtinctis claſſibus, ſe ac ſorore præeunte, cantare Domino canticum triumphale perdocuit. Poſtmodum Debbora nobilis femina in libro Judicum hoc miniſterio functa reperitur. Ipſe tamen Moyſes e corpore receſſurus terrificum carmen in Deuteronomio iteravit; quod ſcriptum teſtamenti vice populo dereliquit, unde ſcirent quæ pœna & quales eos contribulationes ſequerentur, ſi a Domino receſſiſſent. Omnes miſeri atque miſerandi, qui tali tamque evidenti denuntiatione prætermiſſa noluerunt a peccatis & ab illicitis ſuperſtitionibus præcavere.

Jam vero poſtea multos invenies non ſolum viros, ſed etiam feminas ſpiritu divino completas, Dei ceciniſſe myſteria, etiam ante David, qui a pueritia in hoc munus a Domino ſpecialiter electus, & cantorum princeps, carminum theſaurus eſſe promeruit. Qui adhuc puer in cithara ſuaviter fortiterque canens, malignum ſpiritum qui operabatur in Saule, compeſcuit: non quo citharæ illius tanta virtus erat, ſed quia figura crucis Chriſti, quæ in ligno & extenſione nervorum myſtice gerebatur, jam tunc ſpiritum dæmonis opprimebat.

Quid in his Pſalmis non invenies quod faciat ad utilitatem & ædificationem, ad conſolationem humani generis, conditionis, ſexus, ætatis? Habet in Pſalmis infans quid lacteat, puer quid laudet, adoleſcens quid corrigat viam, juvenis quid ſequatur, ſenior quid precetur. Diſcit femina pudicitiam, pupilli inveniunt Patrem, viduæ Judicem, pauperes perſpectorem, advenæ cuſtodem, audiunt reges judiceſque quid timeant. Pſalmus triſtes conſolatur, lætos temperat, iratos mitigat, pauperes recreat, divites ut ſe agnoſcant, admonet, & ne ſuperbiant, increpat; omnibus omnino ſuſcipientibus ſe aptam medicinam contribuit Pſalmus; nec peccatores deſpicit, ſed remedium eis per pœnitentiam lacrymoſam ſalubriter ingerit. Dominus itaque Deus noſter per David ſervum ſuum confecit potionem, quæ dulcis eſſet guſtu per cantationem, & efficax ad curanda vulnera peccatorum per ſuam virtutem. Suaviter enim Pſalmus auditur dum canitur, penetrat animum cum delectat; facile Pſalmi memoria retinentur, ſi frequenter pſallantur; & quod legis auſteritas ab humanis mentibus extorquere non poterat, hi per dulcedinem cantionis excludunt. Nam quidquid prophetæ, quidquid evangelia ipſa præcipiunt, in his carminibus ſuavi meditantium dulcedine continetur.

Deus oſtenditur ut timeatur, ſimulacra ridentur, juſtitia ingeritur, iniquitas prohibetur, miſericordia laudatur, incredulitas abdicatur, veritas requiritur, mendacia damnantur, dolus accuſatur, innocentia collaudatur, ſuperbia dejicitur, humilitas ſublimatur, pœnitentia prædicatur, pax ſequenda depromitur. Contra inimicos protectio poſtulatur, vindicta promittitur, ſpes certa nutritur; & quod his eſt omnibus excellentius, in pſalmis Chriſti ſacramenta cantantur. Nam & generatio ejus exprimitur, & rejectio plebis impiæ, & gentium hereditas nominatur, virtutes Domini cantantur, paſſio veneranda depingitur, reſurrectio glorioſa monſtratur, ſedes quoque ad dexteram mirabiliter depingitur. Deinde igneus Domini manifeſtatur adventus, terribile de vivis & mortuis judicium panditur. Quid plura? Etiam Spiritus creantis emiſſio, & terræ renovatio revelatur: poſt quæ erit in gloria Domini ſempiternum juſtorum regnum, peccatorumque perenne ſupplicium.

CAPUT II.

HÆc ſunt cantica Dei quæ canit catholica Eccleſia Dei. Hæc ſunt quæ hic noſter conventus ſono etiam vocis exercet: hæc non ſolum cantorem non reſolvunt, ſed potius ſtringunt. Hæc cantica placent Deo, ubi totum quod agitur ſpectat ad gloriam creatoris. Merito idem propheta omnes & omnia ad laudem Dei cuncta gubernantis hortatur dicens: [b] *Omnis ſpiritus laudet Dominum*. Se ipſum quoque pollicens laudatorem dicebat: [c] *Laudabo nomen Domini cum cantico, & magnificabo eum in laude*. Laudate Dominum in vita veſtra, immolate Deo ſacrificium laudis pro anima & vita veſtra, & per ipſum oſtenditur vobis in anima veſtra, qua ad ejus perveniatis ſalutare.

Delectat Dominum noſtrum de pura conſcientia laus emiſſa, ſicut idem hortatur hymnigraphus, dicens: [d] *Laudate Dominum, quia bonus eſt pſalmus; Deo noſtro ſit jucunda decoraque laudatio*. Han ſcientiam gerens, hoc officium Deo placitum ſciens idem Pſalmiſta teſtatur: [e] *Septies in die laudem dixi tibi*. Et adhuc amplius aliquid pollicetur: [f] *Et lingua*, inquit, *mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam*. Sentiebat

a Exod. xv. 1. *b* Pſalm. cl. 6. *c* Pſalm. lxiii. 31. *d* Pſalm. cxxxiv. 3. *e* Pſalm. cxviii. 164
f Pſalm. xxxiv. 28.

enim sine dubio de tali opere beneficium, sicut ipse commemorans dicit: [a] *Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis salvus ero.* Tali tutamine & tali clypeo armatus, & fortissimum illum Goliam gigantem straverat, & sæpe de alienigenis victoriam reportarat.

CAPUT III.

Longum erit, carissimi, singula quæ sanctorum historia continet dicere, præsertim cum res exigat de novo testamento aliqua ad veterum confirmationem & ad vestram instructionem debere proferri. Ergo invenies primum Zachariam patrem magni Joannis post longum illud silentium in hymni vice prophetasse. Nec Elisabeth, diu sterilis, edito de promissione filio Deum de ipsa anima magnificare cessavit. Nato in terris Christo laudem sonuit exercitus Angelorum: [b] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Annuntiantes pueri in templo, [c] *Osanna filio David* clamaverunt; nec Pharisæis livore strepentibus Dominus ora innocentium clausit, sed potius aperuit, dicens eis: [d] *Non legistis scriptum, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et si isti tacuerint, lapides clamabunt.* Ipse Dominus in verbis doctor, in factis consummator, ut hymnorum ministerium gratissimum comprobaret, cum discipulis hymno dicto exivit in montem Oliveti. Quis jam tali documento de psalmorum & hymnorum religione dubitabit; quando ille qui a cælestibus cunctis adoratur & psallitur, ipse cum discipulis hymnum cantasse perhibetur?

Et Joannes in Apocalypsi refert se Spiritu revelante vidisse, & audisse vocem aquarum multarum, & tonitruorum validorum, dicentium *Alleluia*: ex quo nullus debet ambigere hoc vigiliarum sanctarum ministerium, si digna fide & devotione vera celebretur, Angelis esse conjunctum, quos constat sine somno, sine occupatione indesinenter laudare Deum in cælis, & benedicere Salvatorem. Quæ cum ita sint, fratres, jam pleniore fiducia hymnorum mysterium fideliter impleamus, magnam nos credentes a Deo gratiam consequutos, quibus concessum est cum tantis ac talibus sanctis, prophetis dico atque martyribus, Dei æterni miracula .... Heic cum David Domino confitemur *quoniam bonus* est; cum Moyse potentiam Domini magnis illis canticis personamus; cum Anna quæ Ecclesiæ speciem gerit, olim sterilis, nunc fecunda, in Dei laude corde confirmamur; cum Isaia de nocte vigilantes psallimus; cum Abacuc, cum Hieremia, cum Jona sanctissimis vatibus orando cantamus: cum tribus æque pueris, quasi in fornace positi, convocata omni creatura, creatori omnium benedicentes psallimus.

Quid hac utilitate commodius, quid hac delectatione jucundius, quia & psalmis delectamur, & orationibus irrigamur, & interpositis lectionibus pascimur? Et vere sicut boni convivæ ferculorum varietate delectantur, ita nostræ animæ multiplici lectione & hymnorum exhibitione saginantur.

Tantum, carissimi, intermittentes fabulas superfluas, intento sensu & vigilanti mente psallamus, ut Deo non displiceamus. Sic enim nos hortatur Psalmus dicens: [e] *Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter*, id est, intelligenter, ut non solum spiritu, hoc est, sono vocis, sed & mente psallamus, & ipsum quod psallimus cogitemus, ne captivata mens fabulis & extraneis cogitationibus, laborem habeat infructuosum. Sonus etiam vel melodia consentiens sanctæ religioni psallatur, non quæ tragicas difficultates exclamet, sed quæ in [1] vobis veram Christianitatem demonstret; non quæ aliquid theatrale redoleat, sed compunctionem peccatorum faciat. Sed & vox omnium vestrum non dissona debet esse, sed consona. Non unus insipienter protrahat, aut unus humiliet, alter vocem extollat; sed innitatur humiliter unusquisque vocem suam intra sonum chori concinentis includere, non extrinsecus extollentes, aut protrahentes quasi ad stultam ostentationem indecenter efferre, neque hominibus placere velle. Totum enim tamquam in conspectu Dei, non hominibus placendi studio celebrare debemus. Habemus enim & de hac vocis consonantia formam positam, vel exemplum, tres illos utique beatissimos pueros, de quibus refert propheta Daniel: [f] *Tunc*, inquit, *hi tres quasi ex uno ore hymnum dicebant, & glorificabant Deum in fornace, dicentes: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.* Videtis quia pro magisterio ponitur quod tres pueri pariter Deum ex uno ore humiliter sanctèque laudaverint. Et nos utique omnes quasi ex uno ore eumdemque psalmorum sonum, eamdemque vocis modulationem æqualiter proferamus: qui autem æquare se non potest ceteris, melius est ei tacere, aut lenta voce psallere, quam clamosa voce omnibus perstrepere; sic enim & ministerii implebit officium, & humiliter psallenti fraternitati non faciet offendiculum. Si ergo & nostra omnium vox fuerit inoffensa, vel consona labiorum cymbalis bene sonantibus, & nos delectabit, & audientes ædificabit, & Deo nostro suavis erit tota laudatio, qui in domo sua, sicut legitur, unanimes habitare facit. Quando enim psallitur, psallatur ab omnibus; cum lectio legitur, facto silentio æque audiatur ab omnibus, ut legente lectore omnino clamosis vocibus nemo perstrepat. Et antequam legatur, omnes convenite: si quis autem supervenerit cum lectio celebratur, adoret tantum Deum, & præsignata fronte, aurem legi Dei solicite commodet.

Patet tempus orandi cum omnes oramus, patet tempus cum volueritis, & quoties volueritis privatim orare; ne obtentu lectionis doleas te perdidisse lectionem, quia non semper eam quilibet paratam potest habere: nam grande tempus semper in promtu est: nec putetis parvam vobis nasci utilitatem ex sacræ lectionis auditu; quia oratio ipsa fit pinguior, dum mens recenti lectione saginatur, & currit per imagines divinarum rerum quas nuper audivit. Nam & Maria soror Marthæ, quæ sedens ad pedes Jesu sorore neglecta verbum Domini intentius audiebat, bonam partem sibi elegisse Domini voce firmatur. Ideo enim & diaconus clara voce in domo Dei sancti præconii admonet cunctos, ut sive orando, sive in flectendis genibus, sive in psallendo, sive in lectionibus solicite audiendis, unitas servetur ab omnibus; quia unanimes homines diligit Deus, & in sua domo eos efficit habitare; in qua domo qui habitant, [g] beati pronuntiantur in Psalmo, quia ipsi laudabunt Dominum in sæcula sæculorum. Amen.

a Psalm. XVII. 4. b Luc. II. 14. c Matth. XXI. 15. d Ibid. ℣. 16. e Psalm. XLVI. 8.
f Dan. III. 51. 52. g Psalm. LXXXIII. 5.

1. *Vobis*] An *verbis*?

SÆCUL. VI.
CIRCA
ANN. CHR.
563.



EJUSDEM S. NICETII
EPISCOPI TREVIRENSIS
EPISTOLA I.

Ad CHLODOSVINDAM reginam Longobardorum.

Dominæ clementissimæ in Christo filiæ, CHLODOSVINDÆ *reginæ*, NICETIUS *peccator*.

I. QUum legatos vestros per Francorum reges, germanos tuos, ire conspicimus, de prosperitate vestra soliciti sumus. Sed illa inde audimus, quod quam semper sonare etiam & sonare confitemur, quam magna, quam alta, quam laudabilis, quam utilis, quam humana vel munifica; quomodo de pauperibus solicita, quomodo [1] de regione astuta, quomodo in cuncto populo pia conversatione splendida. Ille hoc concedat, qui tibi spiritum sapientiæ & intellectus jam dedit. Gaudemus ex hoc: gaudere nos Christus faciat de Alboino rege quem habes, & de felicitate sua triumphare. Stupentes sumus, quum gentes illum tremunt, quum reges venerationem impendunt, quum potestates sine cessatione laudant, quum etiam ipse imperator suis ipsum præponit, quod animæ remedium non festinus requirit. Scriptum legimus [a]: *Quærite primum regnum Dei, & omnia apponentur*. Qui sic, quemadmodum ille, fulget fama, miror quod de regno Dei & animæ suæ salute nihil investigare studet; sed illos recipit, illis acquiescit, qui potius animam in gehennam perdunt, quam d viam salutis adducant. Duos Deos esse prædicant, alium in deitate Patrem, alterum in deitate, sed pro creatura, Filium; quum Scriptura dicat [b]: *Ego sum salvator, & non est alius præter me*.

II. Te domina Chlodosvinda, per tremendum Dei judicium conjuro, ut hanc epistolam & bene legas, & bene illi & frequenter exponere studeas, & ut ipsum interroges, Quis est Salvator? Patrem dicunt esse Salvatorem, an Filium? Quomodo duos esse, quum unus est, & alius non est, denuntiant? Si dicent Filium; ergo Pater Salvator non est: & si dixerint Patrem; ergo Filius Salvator non est: quia salvare, qui Salvator non est, nullum potest. Si dixerint, Duo sunt Salvatores, istud scriptum nusquam invenient, nisi, [c] *Ego & Pater unum sumus*; hoc est, Pater in Filio & cum Filio, & Filius in Patre & cum Patre. Deus præ magnitudine videri ab oculo humano non potest, qui tantum grandis, tantum fulgens, tantum etiam igneus est. Legimus [d]: *In circuitu cæli & terræ tabernaculum ejus*; quod etiam præ ista magnitudine & splendore ab homine videri non potest. Expressit de se, quem semper habuit apud se; qui latibulum sibi de carne fecit; & ideo Scriptura dicit [e]: *Posuit tenebras latibulum suum*. Ideoque in Evangelio ait Verbum Dei, quod Joannes A dicit, quia [f] *In principio erat*, [g] *Verbum caro factum est*; & quod de Maria erat, sic illud ad se junxit, ut esset unum. Et per Scripturam dicit [h]: *Ex Sion species decoris ejus*: hoc est, homo in Deo transibit.

III. In Evangeliis ipse dixit [i]: *Ego ex Patre exivi, & veni in hunc mundum*. In quadragesimo septimo Psalmo dixit [k]: *Distribuite gradus ejus*. Ejus dixit, non eorum: quoniam unus esse, sed nec solus, apertissime scitur: *Ut enarretis in progenie altera*: B nam in die resurrectionis nec enarrare, nec apparere poterit, qui Trinitatem in unitate non crediderit. Et pro eo omnis militia Angelorum per singulos dies clamat [l]: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth*. Non tres Sancti, sed ter Sanctum dixit Dominum Deum sabaoth. Sanctus Pater, Sanctus Filius, Sanctus Spiritus. Unus Sanctus, sicut unus Dominus. Unde & Joannes Evangelista dixit [m]: *Ipse est qui est, & qui erat, & qui venturus est Salvator*. Si per nomina ivero, gradus esse videntur. Quum Patrem audis, nomine major esse videtur; & ideo dixit [n]: *Pater major* C *me est*; sed nomine tantum. In deitate autem, evidentissime per Christum & per Apostolos ejus unus esse agnoscitur. Quia ipse quum a discipulo interrogaretur [o]: *Domine, ostende nobis Patrem*; & ille: *Me vides, & de Patre interrogas*? Vides, quia in Trinitate invocatur, & in una deitate esse invenitur. Quum Patrem audis, sine Filio esse non credas: quum audis Filium, cum Patre esse non dubites: nec dubites tres in personis; nam unus in deitate esse agnoscitur. Et ideo ad discipulos suos dixit [p]: *Ite, baptizate in nomine Pa*D*tris, & Filii, & Spiritus sancti*. In nomine dixit, non in nominibus; quia unam deitatem dixit, non tres. Spiritus autem sanctus separari non potest; quia unde esse scitur gratia Dei, inde donum esse cognoscitur. Ad ipso spirant bona omnia, sicut Apostolus dixit [q]: *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Sed [r] *solus Altissimus in omni terra* Salvator. Jesu Nave ipsum conspexit, & ideo dixit [s]: *Noster es, an adversariorum*? Ille autem respondens ait [t]: *Ego sum qui sum, & alius præter me non est*. Abraham qui dicitur [u] *amicus Dei*, & probatur, [x] tres vidit, E & unum credidit. Quum tres adorat, Trinitatem, sicut dixi, commemorat: quum unum in domum intrare deprecatur, unam potestatem esse denuntiat. Nam Moysi quoties atque quoties dixit, *Ego sum qui sum, & alius præter me non est*?

IV. Quid nos ire per singula necesse est? Ad

a Matth. VI. 33. *b* Isa. XLV. 14. *c* Joan. X. 30. *d* Psalm. XVII. 12. *e* Ibid. *f* Joan. I. 1. *g* Ibid. ℣. 14. *h* Psalm. XLIX. 2. *i* Joan. XVI. 28. *k* Psalm. XLVII. 14. *l* Isa. VI. 3. *m* Apoc. I. 8. *n* Joan. XIV. 28. *o* Ibid. ℣℣. 8. 9. *p* Matth. XXVIII. 19. *q* Rom. XI. 36. *r* Psal. LXXXII. 19. *s* Jos. V. 13. *t* Exod. III. 14. *u* II. Paral. XX. 7. Isa. XLI. 8. Jac. II. 23. *x* Gen. XVIII. 2. 3.

1. *De regione*] Ita Cointius *Annal. eccl. Franc.* tom. II. pag. 25. Neque aliter Ruinart. ad *Gregor. Turon.* pag. 1328. At Sirmond. Conc. tom. VI. pag. 514. *de religione*: fortasse rectius; apud quem paullo post *magnifica* pro *munifica*; quod posterius magis placet.

duodecim discipulos quos habuit, veniamus; quia ipsi Gothi hodie ipsis venerationem impendunt, & reliquias eorum furtim tollunt: sed nihil ibi habent, quia fidem eorum adnullare præsumunt. Quid est quod in basilicis eorum corpora ipsorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid est quod nihil ibidem præsumere audent, [1] nisi furtive, ut canes a foris animas decipiunt? Quum illos suos fideles rex Alboinus sibi demittat, & ad domini Petri, & Paulli, Joannis vel reliquorum sanctorum limina perducat, ut ibidem missas facere, si audent, deliberent; sed non audent, quia domini Petri discipuli non apparent, & contrarii Christi esse probantur: quin [2] quod per crucem ipse redemit, destruere infelices inveniuntur. [3] Qua caussa venena eorum talis rex & talis ætas percipit? Hic [4] si jubet ad dominum Martinum per festivitatem suam quam undecima die facit November, ipsos mittat; & ibi, si audent, aliquid præsumant, ubi cæcos hodie illuminari conspicimus, ubi surdos auditum & mutos sanitatem recipere. Nam quid dicam de leprosis aut de aliis quam plurimis, qui quantacumque debilitate percussi sunt, ibidem per singulos annos alii & alii sanantur? Fortasse dicunt, confingunt vel cæcos, qui cæci a nativitate esse videntur. [5] Quid dicam, quum inde illuminatos conspicimus & ad propria, Deo miserante, reverti videmus? Nam quid dicam adhuc de domino Germano, Hilario, vel Lupo episcopis: ubi tanta mirabilia hodie apparent, quantum nec dicere verbis valeo: ubi tribulantes, id est, dæmonia habentes, in aera suspensi torquentur, & dominos quos dixi, esse confitentur. Numquid in ecclesiis eorum sic faciunt? Non faciunt, quia Deum & dominos sanctos ibi habitare non sentiunt. Dæmon

A dæmonem non exorcizat. Nam ubi sancti habitant, dæmon vagari non dimittitur: ideo fit, ut locus ubi Deus est, ostendatur. Quid de domino Remigio & domino Medardo episcopis, quos tu, credo, vidisti? Non possumus tanta exponere, quanta mirabilia per illos Deum videmus facere.

SÆCUL. VI. CIRCA ANN. CHR. 563.



IV. Audisti ab avia tua bonæ memoriæ [6] Rodhilde, qualiter in Franciam venerit, quomodo dominum Chlodoveum ad legem catholicam adduxerit; & quum esset homo astutissimus, noluit acquiescere, antequam vera agnosceret. Quum ista
B quæ supra dixi, probata cognovit, humilis ad domini Martini limina cecidit, & baptizari se sine mora permisit. Qui baptizatus quanta in hæreticos Alaricum vel Gundobaldum reges fecerit, audisti; qualia bona ipse vel filii ejus in sæculo possederunt, non ignoratis. Talis ornatus, talis vir, qualis Alboinus rex esse dicitur, talis fama, quem mundus sic præponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendam viam salutis apparet? Deus bone, qui es sanctorum gloria & omnium salus, tu te in illum mitte. Et tu domina Chlodosvinda, quum verbum facis, solatium tribue,
C ut omnes de tali stella, de tali gemma sic gaudeamus, qualiter Deo placere possimus. Saluto tantum, quantum valeo: deprecor ut otiosa non sis: incessanter clama, incessanter canta. Audisti dictum [a]: [7] *Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem*. Nam scias, prima salus, prima remissio est, qui converti fecerit peccatorem ab errore suo. Vigila, vigila, quia Deum propitium habes. Rogo, ut sic agas, ut & gentem Longobardorum fortem super inimicos facias, & nos de salute tua vel viri tui gaudere concedas.

[a] I. Cor. VII. 14.

1. *Nisi furtive*, cet.] Cointius l. c. pag. 26. sic distinguit: *nisi furtive? Ut canes a foris animas decipiunt, quum illos*, cet.

2. *Quod per cr.*] Ita Cointius & Ruinartus. Sirmondus in Conc. l. c. *quæ per cr.*

3. *Qua caussa --- percipit*] Hæc omittuntur in Conc.
D l. c. quæ tamen occurrunt apud Cointium & Ruinartum.

4. *Si jubet*] Coint. & Ruinart. legunt *si lubet*.

5. *Quid dicam*] Minus recte Cointius, ut videtur, *Quid dicunt*. Nam mox, *quid dicam adhuc*, cet.

6. *Rodhilde*] Clothilde Clodovei I. uxore.

7. *Salvabitur*] Apud Ruinart. mendose, *sanabitur*.



EJUSDEM S. NICETII
EPISCOPI TREVIRENSIS
EPISTOLA II.

Ad JUSTINIANUM Imperatorem.

In hæresim lapsum revocat ab errore.

Domino semper suo JUSTINIANO *imperatori*, NICETIUS *cum suis humilis, sed misericordia Domini episcopus*.

I. IN novissimis temporibus jam, ut sermo evangelicus prædixit, prospicimus; & quum tempus nostrum semper sit paratum, tamen finem, ut scriptura denuntiavit, venire sentimus. Sed beatus ille homo quem, quum venerit Christus, invenerit ipsum vigilantem. Sol convertitur in tenebras ab oriente, id est, ab alto, hoc est a vita sancta. In integro mundo splendebas ut sol; & quum omnes inde [1] gratia Domini rectores Ecclesiæ cuncti [2] consilii ipsius gauderemus, divulgante fama ex lapsu vestro quem numquam pervenire debuimus, contristati & humiliati usque in terra sumus [3]. Dulcis noster Justiniane, quis te sic decepit? quis, ut talia prosequereris, suasit? quis, ut Christum purum hominem fatereris, docuit? quis, ut in Judæ consortium te transscriberes, circumvenit? quis, ut illum qui dixit [a], *Ego a Patre exivi, & veni in hunc mundum*, per circumcisionem, per baptismum, per passionem, ut cresceret, te docuit? quis, ut qui cor miserum non habebas ante, repente oppressit? quis, ut patres quos venerari debuisti, ad cædes, ad diversas cruces mitteres, provocavit? quis, ut illa propter quæ Christus crucifixus est, & Apostoli omnes pertulerunt, destrueres, provocavit? quis, ut quod jam semel, bis & tertio ab omnibus rectoribus Ecclesiæ condemnatum fuerat, vel adorares, commonuit? Nestorii & Eutychis, ut diximus, jam anathematizata quotiens atque quotiens secta, ut te [4] de ipsa interimeres, quis imperavit? Ille, ille qui Adam ut contingeret arborem vitæ suasit, qui studio suo mortem adinvenit, circumvenit; qui Judam, quum Christum purum hominem fecit & pro homine tradidit, in ignem quem præparavit Deus diabolo & angelis ejus, misit.

II. Dulcis & dulcis noster Justiniane, rememorare quæ promisisti quum baptizatus es, quid per singula te credere dixisti. Unum Filium manentem in duabus substantiis, cum Patre & Spiritu sancto, non duos Christos testatus es. Quum excessisti, quid fecisti? quid tibi præparasti? Discute, & bene te prospice, & vide si non in loco perditionis te obligasti. Adhuc si vis, vivis: si vis, revertendo. [b] *Convertimini*, inquit, *ad me, & convertar ad vos*. Patres a quibus benedictionem exspectare debuisti, in exsilium transmisisti. Tum quum in ultima senectute tua componere & conjungere te ad Redemtorem tuum debuisti, ipse te, non alter, sed tu & te & tuos decepisti. Quum Lactantius, ut dicit, presbyter loca sancta per Gallias propter Domini misericordiam visitaret, ante nos apparuit; quæ legis, deprecavimus, & per Jesum Christum Redemtorem nostrum conjuravimus. Ergo litteris præsentibus Deum nostrum conjuravimus, insuper contestamur, ut & tu revertaris, & quantos perire suasisti in horrenda persecutione, revertere provoces. Quod si non feceris, sit judex ille inter nos & te; sed quanto citius, cui tu honores tulisti, & purum hominem fecisti? Quum legisti, [c] *Ego & Pater unum sumus*: sed talis Pater, qualis & Filius, quia ita Pater ut Filius; quoniam verum est, quomodo ad circumcisionem veniendo, ad baptismum, ad martyrium, meliorare probatur, qui & creator omnium esse convincitur?

III. Festina, festina, sed protinus. Nam si te sic ultimus dies invenerit, qualis nunc hodie appares, descendens ad inferiora terræ, & ad partes vulpium eris. Lætetur sancta Ecclesia de regressu tuo, quia vehementer luget de excessu tuo. Gaudere nos in ultimo sæculo facias, quos lugere post lætitiam tuam de perditione tua fecisti. Ne dicas vel in corde tuo, Feci, feci, Vici, vici. Victus es & vinctus; sed inde, unde filius diaboli & inimicus justitiæ. Nam notum tibi sit, quod tota Italia, integra Africa, Hispania, vel Gallia cuncta, nomen tuum, quum de perditione tua plorant, anathematizant. Et si non quæ docuisti destruxeris, & publica voce clamaveris: Erravi, erravi; anathema Nestorius, anathema Eutyches; cum ipsis te ad supplicia sempiterna tradidisti. Salutamus plurimum, conjurantes per Patrem & Filium & Spiritum sanctum; per illum, qui in uno trinus apparet, & in tribus unus agnoscitur, ut te de horrenda secta & abominabili persecutione semoveas, & illos qui te suadente in ipsam crediderunt, ad meliorem viam venire studeas.

a Joan. XVI. 28. *b* Zach. I. 3. *c* Joan. X. 30.

1. *Gratia Domini*] Incuriose omittitur *gratia* in Concil.
2. *Consilii*] In Concil. in margine *consiliis*.
3. *In integro mundo --- usque in terra sumus*] Depravata est hæc periodus; cujus si non ipsissima sunt verba, saltem sensus hic esse potest. *In integro mundo splendebas ut sol; & quum omnes inde gratia Domini rectores Ecclesiæ gauderemus, divulgante fama, ex lapsu vestro quem numquam prævidere debuimus, contristati & humiliati usque in terra sumus*. COINT l. c. pagg. 80. & 81.
4. *De ipsa*] Concil, *ipsa*, præpositione *de* omissa.

INDEX

LOCORUM.

SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESIS.

EXODUS.

LEVITICUS.

NUMERI.

DEUTERONOMIUM.

PROVERBIA.

HIEREMIAS.

THRENI.

M A R C U S

LUCAS.

JOANNES.

ACTUS APOSTOLORUM.

AD ROMANOS.

I. AD CORINTHIOS.

AD COLOSSENSES.

I. AD THESSALONICENSES.

II. AD THESSALONICENSES.

I. AD TIMOTHEUM.

II. AD TIMOTHEUM.

AD TITUM.

AD HEBRÆOS.

EPISTOLA JACOBI.

I. PETRI.

II. PETRI.

I. JOANNIS.

APOCALYPSIS.

I N D E X

RERUM ET PERSONARUM.

B

C

F

G

H

I

L

M

N

O

P

Q

R

S

E X P L I C I T.

SACRÆ ET ECCLESIASTICÆ DOCTRINÆ

ET ERUDITIONIS STUDIOSIS

JOANNES BAPTISTA ALBRITIUS TYPOGRAPHUS VENETUS.

PRodit in lucem Venetæ BIBLIOTHECÆ VETERUM PATRUM editionis *Volumen XII.* quo continentur Opera *Isaaci* Syrii Ninivetani episcopi, *Leonis* Senonensis, *Rustici* S. R. E. diaconi, *Junilii* Africani, *Aratoris*, *Agnelli* episcopi Ravennatis, *Liberati* diaconi, *Gildæ* Sapientis, *Nicetii* Treverensis, *Victoris* Tununensis, *Anastasii* Antiocheni, *Martini* Bracarensis, *Gregorii* Antiocheni, *Eulogii* Alexandrini, *Marii* Aventicensis, *Columbani* abbatis, *Joannis* Biclariensis, *Dorothæi* archimandritæ, *Joannis* Philoponi, *Leontii* Byzantini, *Galli* Confessoris & *Eugenii* Toletani: quorum ætas usque ad medium sæculi VII. assurgit. Hoc autem Volumen XII. excipient reliqua duo postrema, videlicet XIII. & XIV. quibus demum integra veterum Patrum minorum series per duodecim sæcula excurrens, usque ad Sanctum abbatem Bernardum pertinget; qui novissimus Patrum jure censetur: quam quidem seriem hos intra limites nobis contexendam proposuimus in præfatione generali, quam in hujus editionis limine præfigendam curavimus.

Neque porro cuiquam mirari subeat si plura veterum Patrum opera quæ in veteri Parisiensi ac in postrema Lugdunensi extabant, a nobis, ne entia inutiliter multiplicentur, omissa fuere; quum illa non modo seorsim jam edita sed etiam a doctis Viris commentariis & adnotationibus illustrata passim ab omnibus habeantur: sed neque mirandum, si reliquorum quinque sæculorum Patres minores duobus adhuc tantum Voluminibus complectendos existimamus. Non enim omnes Scriptores ecclesiasticos, quotquot iisdem quinque postremis sæculis extitere, colligendos duximus; quum illorum plerique vel de rebus ut plurimum asceticis tractent, quæ ad nostrum non spectant institutum; vel præcedentium Patrum monumentis usi, eadem ferme vel subinde repetiisse, vel saltem delibasse noscantur: ut propterea eos dumtaxat in medium afferre operæ pretium arbitremur, quos in primis peculiari doctrinæ ac eruditionis charactere ornatos reliquis præstantiores vulgo habitos novimus. Quo sane consilio adhibito, apud eruditos viros nos gratiam inituros nobismet ipsis pollicemur.

ERRATA EMENDANDA.

				ERRATA	EMENDANDA
Prolegom.	XVIII.	a.	5.	Græco - Latine.	Græco - Latinæ.
Pag.	46.	a. lin.	1.	milla.	millia.
	65.	e.	6.	basit.	absit.
	96.	c.	7.	discretis.	discretus.
	133.	not.	a.	adde: nisi malis relativum *quæ* referre ad *interpretationem*.	
	199.	c.	2.	minime.	minimæ.
	265.	d.	1.	ἐγένεπο.	ἐγένετο.
	272.	c.	12.	Constitutionem.	Constitutionum.
	275.	d. not.	21	Bacherianus.	Dacherianus.
	288.	not.	1.	Bollandiadi.	Bollandiani.
	289.		5.	UNGUENTIFAS.	UNGUENTIFERAS.
	292.	not.	3.	Hane.	Hanc.
	299.	e. lin. ult.		eve-	e ve-
	335.	d.	3.	decipisti.	decepisti.
	343.	not.	6.	obscurrissimæ.	obscurissimæ.
	349.	b.	12.	Ad Bonifac. IV.	Ad Bonifac. III.
	360.	d.	6.	dictatam.	dictaram.
	367.	d.	14.	Recaderus.	Recaredus.
	400.	a.	7.	ἀδελφέ.	ἀδελφῇ.
	432.	d.	2.	οἷόντι.	οἷόν τι.
	436.	not. l. ult.		vchementia.	vehementia.
	437.			πότε.	ποτε.
	481.	c.	3.	ἀληθεῖᾳ.	ἀληθείᾳ.
	485.	b.	3.	angelus.	angelos.
	489.	b.	3.	ἄποι.	εἴποι.
	505.	a.	10.	καίραν.	χώραν.
	595.	e.	6.	ὀργανικου.	ὀργανικοῦ.
	597.	e.	2.	cſſe.	eſſe.
	604.	a.	8.	συμπλη-ρωσει.	συμπλη-ρώσει.
	611.	c.	6.	πλύρωσιν.	πλήρωσιν.
	—	d.	4.	ἑως.	ἕως.
	612.	b.	8.	πέμπη.	πέμπτη.
	617.	c.	1.	ἠσθίετο.	ἠσθίετο.
	657.			ACTIOUM.	ACTIONUM.
	746.	a.	10.	αὐτοβολία.	αὐτοβουλία.
	750.	a.	8.	φύσιν υἱοῦ φύσιν ὡς φύσει.	φύσιν, υἱοῦ, φυσιν ὡς φύσει.
	755.	e.	1.	eum.	cum.
	762.	d.	15.	alumno.	alumne.
	774.	e.	9.	mecicinam.	medicinam.

ERRATA EMENDANDA.

Tom. X.

				ERRATA	EMENDANDA
Prolegom. pag.	XIII.	b.	1.	Fulgentius Ferrandus	Fulgentium Ferrandum.
—	XXI.	b.	5.	subditos. Nestorii	subditos, Nestorii.

NOI RIFORMATORI

dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione & Approvazione del P. F. *Gio: Tommaso Mascheroni* Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum*, cura & studio *Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus duodecimus, Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia e di Padova.

Dat. li 28. Gennajo 1779.

(Piero Barbarigo Rif.

(Francesco Morosini 2°. Kav. Proc. Rif.

(Girolamo Grimani Rif.

Registrato in Libro a Carte 396. al Num. 1423.



Davidde Marchesini Segr.

Addi 2. Febbrajo 1779.

Registrato nel Magistrato Eccell. contro la Bestemmia.

Gio: Pietro Dolfin Segr.